
00120549

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

J. Smith.



ELÆDAMI Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS cIↃ IↃ CLXXXXVIII.

O-a-2
119

סדר טהרות

ſive

LEGUM MISCHNICARUM

Liber qui inſcribitur

ORDO PURITATUM,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ

Commentariis Integris.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS SEXTA.



120549

AMSTELÆDAMI,

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

cIɔ Iɔ cciii.

00120549



ILLUSTRISSIMO VIRO

ROBERTO HARLEYO

SENATUS ANGLIÆ ORATORI.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Cum nulla ſit natio quæ non comitatem, non benevolentiam, non gratum animum diligat, beneficii vero immemorem odio habeat, merito a Te ut ingratus reprehendi potuiſ-

ſem, ſpectatiſſime Orator, ſi beneficii alicujus a clariſſimis Anglicæ nationis viris accepti prorſus immemor eſſem. Nam ſi oculos tuos in primum Operis Miſnici volumen conjeceris, videbis quomodo Eduardus Pocockius veſtras in ſuo libro Porta Moſis inſcripto primus adyta ad hæc ſtudia aperuerit, per quæ deinceps Guilielmus Guiſius itidem veſtras recluſa jam conclavia Miſnica feliciter intravit, plurimaque ipſorum hactenus orbi Chriſtiano recondita ſupellectilia in lucem protulit, & maximo cum fructu in perpetuam ſui memoriam nobiſcum communicavit. Sed cum ſuprema fatorum conditione admodum immaturus ad ſuperos raperetur vir ille doctiſſimus, provinciæ ipſius ſuſtinendæ vices quaſi divinitus mihi demandatæ videbantur, ut ad umbilicum perducerem ea quæ ab ipſo erant inchoata. Quod cum jam peractum ſit, me diutius continere non poſſum, quin hiſce literis publice teſter, quantum hac in parte popularibus veſtris tam eruditis debeam; quinimo ipſi viri in toto orbe literati mecum fateri non recuſabunt, quod Angliæ Proceribus pro reliquis in ſtudiis Orientalibus promovendis officiis plurimum debeamus. Quæ enim Bibliotheca Cantabrigienſi atque Oxonienſi codicum Orientalium manu conſcriptorum copia

pia

pia inſtructior, quæ unquam terra viris ad Orientalia ſtudia natis Anglica feracior? Quoniam vero id omnibus & ſingulis dicere non eſt neceſſe, Tibi potiſſimum uni inſtar omnium id retuliſſe mihi laudi duco. Nam ſi quis Majorum tuorum de Regno Angliæ per aliquot ſecula bene meritorum meminerit, ſi Te iis non ſolum vere dignum, ſed & longe illuſtriorem, ſi Te omnium doctorum virorum communem Patronum & quaſi Parentem, ſi Te tertium totius Angliæ Senatus unanimi conſenſu electum Oratorem, ſi alacritatem, induſtriam, ſolertiam, prudentiam, & conſilia tua optima in florentiſſimo Angliæ regno a Rege ad Reginam deferendo perpendat, qua in re tunc vel totius Europæ cardo verti videbatur, propterea quod fœdera morte Regia diſſoluta vita Regia tanquam novis vinculis erant compingenda, & trium regnorum imperia uno temporis puncto denuo jungenda, nemo eſt ex exteris qui Te non divinum hominem cogitet, nemo e civibus tuis qui Te non Patriæ Patrem in omnem poſteritatem vocet! Quamobrem haud quenquam in Anglia reperiri, cujuſcunque loci vel ordinis is ſiet, qui non meæ ſententiæ de hocce libro Miſnico Illuſtri tuo Nomini inſcribendo calculum ſuum lubens adjiciat, certo ſcio. Sed

quamvis hæc omnia quæ de ſingulari virtute & ingenio tuo commemoro, ita ſe habere probe noverim, nihilominus tamen forſan aliquæ rationes in medium proferri poſſent, quibus nonnulli huic arti iniquiores dubitent, num hocce munus Miſnicum a me oblatum, Tibi gratum foret, tum quia gens Hebræorum ubique terrarum in maximo contemptu verſatur, & omnium populorum odium in ſe concitavit, unde eorum quoque libri a pleriſque Chriſtianis ut inutiles plane rejiciuntur, ita ut inde a primis Chriſtianæ gentis incunabulis uſque in hodiernum diem pauci reperiantur qui eos ament, pauciſſimi qui intelligant; tum quod quotidie tot tantiſque rebus circumvallatus ſis, quibus omnis tua opera, vigilantia, & cura in ſalutem regni conferenda ſit, ut nihil otii ad hoc genus literarum inſpiciendum ſuperſit. Verum enim vero dubitet qui velit, ego hac in parte nullus dubito; Novi quidem negotia tua eſſe graviſſima & maxima, ſed novi quoque eorum ſubinde intermiſſiones, & ad ſtudia literarum reditus, quibus animum tuum a forenſi ſtrepitu relaxare ſoles, Tibique in primis propriam eſſe artium antiquarum inveſtigationem, & rerum occultarum aut admirabilium cognitionem, quã ad bene beateque vivendum neceſſariam ducis,

ducis, dum neceſſariis negotiis curiſque vacuus es. Sunt qui ita ſe literis abdunt, ut nihil ex iis neque ad communem fructum adferre, neque in aſpectum lucemque proferre poſſint, ſunt qui rei familiari adeo inhærent, ut publicam fere nil curent, alii toti ſunt in futuris ſagaciſſime conjiciendis, præteritorum vero memoriam non requirunt, nihil videntes niſi quod ante oculos eſt, alii nimis antiqua ſic depereunt, ut præſentia ac hodierna patriæque ſalutaria parum cordi habeant, alii quos unum genus ſtudiorum unice delectat, alteri nullam operam nec laudem tribuunt. Te vero naturam multo generoſiorem nobilioremque finxiſſe, ut diverſa hæc hominum ſtudia unus omnia ſequaris, vel inde conſtat, quod non minus Hebraicarum quam Græcarum ac Romanarum literarum amantiſſimus virorum doctorum ore & ſcriptis dudum celebratus ſis, quas ſimul tam æquali in pretio habes, ut non facile judicium ſit cuinam magis addictus ſis. Proinde omnis mihi dubitatio non ſolum ſublata, verum animus ipſe meus tanto nunc confirmatior eſt, Te doctrinam illam Miſnicam neutiquam aſpernaturum, noſti enim ipſam non minus raram quam antiquam, & illius copiam ab omni ævo populo Iſraëlitico duntaxat factam eſſe, qui eam ore te-

nus per omnes ætates in poſteros ſuos tranſmiſerunt, quia grande nefas commiſiſſe videbatur ſi quiſquam ex ipſis eam ſcriptis conſignaſſet, & hoc modo cæteros docuiſſet, longe autem majus, ſi in eadem alienigenam erudiviſſet. Hinc igitur factum eſt ut rituum Moſaicorum ſcientia non tantum exteris nationibus non patefacta, ſed ne ipſis quidem civibus Iſraëliticis plurima ex parte conceſſa fuerit, qui propterea ab ore ſacerdotum pendere dicebantur, qui conſulendi erant quoties nonnemo vel in caſu conſcientiæ, vel in alicujus Legis ſenſu hæreret dubius. Itaque multo felicior hominum Judæorum conditio videri debet, ex quo doctor ille Jehuda Sanctus ſcripta Miſnica præcipuis ſuæ gentis magiſtris in unum collegit, & eo ordine quo illa jam adornata videmus, diſpoſuit, quoniam hoc pacto ipſis datum eſt ut ſciant quid vel a Moſe præſcriptum, vel a Sapientibus ſancitum ſit. Itaque haud mirum eſt ab illo tempore quo Miſnicæ leges a doctore Jehuda congeſtæ ſunt, tot effluxiſſe ſecula, quibus Chriſtiani doctrinæ tam occultæ nullam rationem habuerint, ubi eam addiſcendi nulla dabatur occaſio, etenim cum ipſa ſic eſſe comparatum, ut nec labore Herculeo, nec annis Neſtoreis, nec Lexicorum, ſimiliumve librorum ope unquam

recte

recte intelligi poſſit, niſi quis vivum ſibi magiſtrum adhibuerit, norunt ii qui ſtudium Gemaricum vel a limine ſalutarunt. Cæterum neque hic duæ quorundum doctorum præconceptæ opiniones ſilentio prætermittendæ ſunt, quæ veluti peſtis quædam rem Hebræorum literariam adeo labefactarunt, ut ipſam vix in integrum reſtitutum iri crediderim, quarum una eſt quod Hebraici codices ad Græcorum Romanorumque vetuſtatem accedere nequeant, quod ita quidem ſe habere aſſentior, ſi momentum ſcriptionis intelligant, & auctoritatem in literarum ductu ponant, at vero ſi ſpiritus, ſi anima ipſorum ponderetur, tum ii reliquarum gentium ſcripta ſua antiquitate longe excedunt, librorum enim Hebraicorum hæc eſt natura, quod eorum argumenta antequam editi ſint, jam per aliquot ſecula in veterum doctorum mentibus extiterint, hinc ſi quis hodierno die animum ad ſcribendum appellat, non inaudita & nova, ſed priſca, non privato judicio ſed publico tradat ea quæ centeni & milleni æquales juxta ac ipſe ex ore magiſtri hauſerunt, ut e veſtigio confutari poſſit ſi genuini juris ſenſum perverterit. Altera eſt, quod improprias locutiones proprie intellexerint, quamvis ipſos latere non debuiſſet, non ſolum Orientis, verum etiam ipſius Græ-

ciæ ac Latii veteribus populis in more poſitum fuiſſe ſcientias ſuas ſub variis figuris prodere, cujus quidem moris diverſæ cauſæ pro diverſa gentium indole & reipublicæ forma conſiderandæ ſunt, quas omnes recenſere, non eſt hujus loci, nec temporis. Ut autem ea quæ volumina Miſnica cum aliis legum tabulis habent communia, prætereamus, & ne tua patientia in hiſce legendis nimium abutamur, Sapientiſſime Harleye, unicum mihi duntaxat dicendum reſtat, videlicet, quod lectio Miſnica ſingulari quadam jucunditate animum legentis mirifice ad ſe rapiat, ex eo quod primo aliquot doctorum ſententiæ multa circumſtante corona in medium proferantur, quæ deinceps ad ingenia excolenda multo cum acumine diſputantur, & tandem ſecundum plurimorum ICtorum ſuffragia concluduntur, ut prius unicuique auditori de cujuſlibet legis æquitate conſtiterit, quam ea lata ſit, cum contra priſcarum gentium tabulæ mera Regum Principumque placita, vel plebiſcita præſcribant, quibus nullæ rationes ſubjunguntur, ut ipſorum voluntas pro ratione ſtare videatur. Et cum Tu Senatui Anglico leges ſoleas proponere, eaſdemque ſummo ſtudio enucleare, uſque dum poſt accuratum aliquod examen & plurimorum votorum concluſionem,

nem, earum latio rite peragatur, Te etiam aliquo leges Miſnicas quondam a Senatu Hebræorum ſeptuagintavirali non ſine graviſſimis judiciis comprobatas, cognoſcendi deſiderio captum iri ſpero; quod ſi aliquando audivero, Vir Illuſtriſſime, nullum unquam præſtantius beneficium, neque majorem honorem in me collatum eſſe confitebor, propter ſummam amplitudinem & ingenii tui excellentiam, quarum per omnes iſtos annos quibus Oratoris munere in Comitiis functus es, tam egregia dediſti ſpecimina, ut iis nunquam ſit allatura finem ætas! Atque exinde fiet ut poſtquam Tu hunc librum favore tuo complexus fueris, non ſolum eorum animi qui hiſce ſtudiis olim dediti fuerunt, poſt aliquam intermiſſionem denuo inflammentur ad ea majori fervore promovenda, ſed ut ii ipſi quibus eadem hactenus fuerunt ignota vel injucunda, ad eorum intelligentiam ardentiſſima quadam cupidine accendantur. Tanti cum tua vita ſit momenti, Deum Optimum Maximum enixe precamur ut in nobiliſſimæ tuæ familiæ decus, virorum doctorum, civiumque ornamentum, atque in totius Angliæ imperii longe lateque diffuſi ſalutem Te diu faciat ſuperſtitem. Scripſi Amſtelædami, ipſis Calendis Juniis.
CIϽ IϽCCIII.

LECTORI BENEVOLO.

S. P. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

QUinto volumine Miſnico de Sacrificiis ab auctore præmiſſo, quorum oblationibus viri Iſraëlitæ a legum divinarum ſcopo aberrantes, & peccatorum vulneribus ſaucii, veluti ſalutari quadam medicina ſanitati reddebantur, & cum Deo ipſorum denuo in gratiam redibant, reliquum erat ut ipſis præſcriberetur quomodo ſanctitati & munditiei ſtudendum eſſet, ne in corporibus humanis, nec in veſtimentis, nec in domiciliis, eorumve ſupellectilibus, vaſis, inſtrumentis, vel in ullo genere materiæ e qua aliquid in uſum humanum confici ſolet, quid ſordidi vel indecori reſideret; tum etiam ne in cibis potibuſque quid impuri inveniretur, cujus digeſtione corpora poſſent infici, & ſanguis atque ipſius ſpiritus animales depravari, uſque adeo ut natura humana a ſuis primordiis deflecteret, & ciborum heterogeneorum ſucco adulteraretur; hinc illæ de mundis ab immundis diſcernendis in libro Levitici capite undecimo tam expreſſæ leges, hinc illæ ad ſanctitatem & vitæ emendationem tam efficaces adhortationes quas Legiſlator in fine ſubjungit, *Namque ego ſum Dominus Deus veſter, ſanctificate ergo voſmet ipſos, ut ſancti ſitis, quia ego ſanctus ſum, idcirco ne impuras reddatis animas veſtras ullo reptilium genere ſuper terra repentium, etenim ego ſum Dominus veſter qui e terra Ægyptiaca vos eduxi, ut eſſem vobis in Deum, eſtote igitur ſancti, nam ego ſanctus ſum.* Ac ſi Deus dixiſſet, ego ſum Rex veſter, vos vero mei miniſtri, ego ſum Dominus, vos vero ſervi mei, atqui ego ſanctus ſum, oportet itaque ut vos etiam ſancti ſitis, mihique in ſanctitate ſerviatis, cæteroquin ſervi mei non eſtis, neque ego Rex veſter, quia ſanctos duntaxat amo miniſtros; & cum habitaculum meum cœleſte ſit ſanctiſſimum, veſtra etiam tentoria ſummopere purganda ſunt, quod ſi feceritis, ego veſtras quoque animas in dies ſanctiores reddam, ut tandem me digni fiatis ſervi, quos e terreſtri in cœleſtem Jeruſolymam traducam. Et certe, quemadmodum iis qui ex aliquo morbo recreati ſunt, non amplius ſufficit ut medicaminibus illis utantur quibus vis morbi ad tempus quidem oppreſſa eſt, cum ipſa corporis conſtitutio adhuc imbecillis maneat, ut priſtinam ſanitatem recuperare nequeat, niſi iſtiuſmodi ceperint cibos quibus vires redintegrentur, & redintegratæ conſerventur, ita quoque non ſufficiebat Iſraëlitis e terra in cœlum aſcenſuris illa per ſacrificia animæ corporiſque purgatio, niſi ulteriori ſanctitati operam darent, ſanctitate enim veluti ſcalis in cœlum aſcenditur, ſanctitate demum ad Deum proxime accedimus. Cum igitur ſanctitatis ſtudium tanti ſit momenti, ſane plurima Sapientum ſancita quam maxime neceſſaria erant; ad id ipſum ulterius promovendum, populi enim Iſraëlitici vitam in Ægypto ſervilem, in deſertis caſtrenſem, & in terra Cananæa ſpurcis idololatris undique cinctam, atque ipſius adeo duram cervicem ſi conſideremus, nemo eſt qui non videat ardui fuiſſe laboris ipſum ad pietatis exercitia aſſuefacere; præterquam quod quotidiana illa ſacrificia pro univerſo cœtu, & privata pro privatis, & denique annua illa a pontifice maximo decimo die menſis Tiſri ſacrificia pro toto populo offerenda tantam Iſraëlitis adferrent tranquillitatem animique requiem, ut plurimi ad otium atque inertiam declinaverint, quaſi vero Deus ſacrificiis veſceretur, & non potius ſincera ac pura mente coli vellet, quemadmodum ipſe in ſacris teſtatur. Ut autem ejuſmodi perverſa ratiocinia e medio tollerentur, & cauſa Dei eo magis adjuvaretur, hinc ſenatus Jeruſolymitanus quondam haſce tulit leges, quarum nobis auctor in hoc libro copiam fecit, eique titulum סדר טהרות *Ordo Puritatum* inſcripſit, quandoquidem omnes ipſius codices regulas puritatis præſcribunt, quibus ſibi quiſque caveat ne prudens ſciens ſe immunditiei committat; vel ſi inconſulto eam contraxerit, quibus modis ab ea purgari poſſit. Et cum hujuſce libri Miſnici materia non ſolum nobis Chriſtianis, ſed vel ipſis Judæis multo ignotior ſit quam reliquorum, proinde perquam neceſſe erit, ut ad ipſius veram intelligentiam hypotheſes quaſdam e Maimonide præmittamus, quibus veluti clavibus reſerari poſſunt ea quæ in ipſo occluſa ſunt.

Primo itaque hujuſce libri loco venit מסכת כלים TRACTATUS DE VASIS, cæterum ſub vocabulo כלים octo vaſorum ſpecies comprehenduntur, cujuſmodi ſunt vaſa teſtacea, vaſa coriacea, vaſa ex oſſibus confecta, vaſa metallina, vaſa lignea, veſtis, & ſaccus. Verum arcæ atque id genus alia vaſa e juncis, corticibus, calamiſve facta non continentur ſub

ligneis

ligneis vaſis; hæ vero tres ultimæ vaſorum ſpecies immunditiem recipiunt ex Lege, vitreis exceptis vaſis, quæ ex decretis Sapientum polluuntur, quemadmodum teſtatur Gemara quod Joſe filius Joëzeris Zeredanus, & Joſe filius Jochananis Jeruſolymitanus decreverint de vaſorum vitreorum immunditie; eodemque ſenſu in Toſaphta ad codicem de Vaſis dicitur, quod de vaſorum vitreorum immunditie a Sapientibus ſancitum ſit. Reliqua autem vaſa ex præſcripto Legis polluuntur, ſicuti Levitici capite undecimo, commate triceſimo ſecundo & tertio præſcribitur, וכל אשר יפול עליו במותם יטמא מכל כלי עץ או בגד או עור או שק כל כלי אשר יעשה מלאכה בהם במים יובא וטמא עד הערב וטהר : וכל כלי חרש אשר יפול מהם אל תוכו כל אשר בתוכו יטמא ואותו תשברו : id eſt; *Et res omnis ſuper quam aliquod eorum poſt mortem ſuam ceciderit, immunda erit, ex quocunque inſtrumentorum genere ſiet, ligno, veſte, pelle aut ſacco, denique inſtrumento quolibet eorum quibus ſit aliquod opus, in aquam inferetur, & immundum erit uſque ad veſperam, deinde vero mundum erit. In quodcunque autem vas teſtaceum ſi aliquid eorum inciderit, tum quicquid intra ipſum fuerit, immundum erit, ipſum vero frangitote.* Quando dicit, *& quicquid ceciderit de iis poſt mortem*, notatur inde quod reptilia non polluant dum vivunt, ſed poſtquam obierint. Præterea ex iiſdem verbis elicitur quod illa octo reptilium genera ſuperius memorata, ſint patres immunditiei, quæ vaſa, veſtes, & inſtrumenta polluunt tactu. Poſtea dicit Lex, *ſi in vas teſtaceum aliquid eorum inciderit, tum quicquid intra ipſum fuerit, pollutum eſt*, hinc doctores Miſnici ſtatuunt quod ſi vel copia lentis de cadavere alicujus reptilis in aëre ſive concavo vaſis ſuſpenſa ſit, omnia quæ in vaſe fuerint, polluta ſint. In fine ſubjungitur, *ipſum frangite*, ratio eſt, quod vaſa teſtacea nec igne purificari, nec aqua ablui poſſunt, quia immunditiem attrahunt, ut eam nunquam amittant. Per *ſaccum* in genere dictum doctores intelligunt ſaccos e pilis confectos, tam e tenuibus quam e craſſis. Per *veſtem* intelligunt ejuſmodi quæ e lino, ſerico, goſſypio, ſimilibuſque materiis præterquam e pilis, contexuntur. Præterea Filtra (ſit venia verbo, quia de latinitate ipſius mihi non conſtat) quoque continentur ſub veſtibus, proinde Toſaphta ſtatuit, quod ſi quis induſium fecerit e Filtro, idque in longum latumque tres palmos complexum fuerit, immundum eſſe cenſetur; etenim hanc veſtibus ſtatutam eſſe menſuram ratione pollutionis, exponitur capite ſeptimo & viceſimo hujuſce codicis de quo nunc agimus. Atque hoc confirmatur ex Siphre, ubi dicitur quod per voces Legis או בגד *aut veſtis*, includantur Filtra. Porro de vaſorum teſtaceorum pollutione Lex dixit, *& omne vas teſtaceum in quod inciderit, polluitur*; vaſa autem ex oſſibus conſtructa continentur ſub Lege Numerorum capite triceſimo primo, commate viceſimo lata, *Et omne veſtimentum, omne vas coriaceum, omne opus caprarum, & omne vas ligneum purgabitis*, quod amplius capite ſecundo hujuſce codicis explicatur. Præterea כלי מתכות *vaſa metallina*, ſive *fuſilia* etiam כלי התוך *vaſa contritionis* vocantur, a quibus כלי זכוכית *vitrea vaſa* eximuntur. Et ſimplice voce כלים *vaſorum* deſignantur quoque veſtimenta, quamvis e pilis compoſita ſint; ſed vaſa teſtacea hoc genus non ingrediuntur, ſed ſpeciales juris caſus habent. Reliqua vero lignea vaſa, coriacea, vel ex oſſibus confecta vaſa כלי שטף *vaſa ablutionis* vocantur, quia lavacris ablui debent, omnia enim vaſorum genera, ſi impuritatem contraxerint, in lavacris luſtranda ſunt, teſtaceis exceptis, quæ frangenda ſunt, ſicuti Lex ſuperius allegata præſcribit, quæ capite quinto decimo, commate duodecimo rurſus inculcantur, *& omne vas teſtaceum quod homo gonorrhæa affectus tetigerit, confringatur, omne autem vas ligneum aquis abluatur.* Et quoties in hoc tractatu, & alibi legeris ſequentes phraſes מטמא כלים *polluit vaſa*, ſive מטמא בגדים *polluit veſtes*, toties obſervandum eſt quod harum rerum materia polluat omnia vaſorum, inſtrumentorum, & veſtium genera, teſtaceis vaſis exceptis, quæ a patre immunditiei duntaxat polluuntur, atque a cadaveris humani impuritate, quæ differentiæ ergo hiſce ritibus ſubjiciuntur. Si itaque vas teſtaceum humano cadavere pollutum fuerit, tum id primum immunditiei gradum ſibi contraxit, ſed id ipſum non factum eſt immunditiei pater, licet cadaver humanum tetigerit, vel in tentorio ipſius collocatum fuerit, hinc in Toſaphta ad comma decimum quintum capitis noni decimi Numerorum de vaſe צמיד פתיל *filo conjunctorio* non circumdato notatur, Sapientes dixiſſe, vas quidem eſſe immundum, attamen ipſum non fieri immunditiei patrem, qui alia denuo polluat. Inſuper auctor Siphre obſervat, quod hæc Lex de vaſe teſtaceo intelligenda ſit, quemadmodum Maimonides notat ad caput decimum codicis de Vaſis. Cætera autem vaſa & veſtimenta, ſi quis cadavere humano pollutus ea tetigerit, fiunt patres immunditiei; hinc ſi quid eorum tetigerit cadaver humanum, idque deinceps ab homine tactum fuerit, & tandem iſto homo ab aliquo vaſe contactus fuerit, tum tres inde exoriuntur patres im-

immunditiei, ſicuti capite primo de Tentoriis demonſtratur. Teſtacea vero vaſa nunquam ſiunt immunditiei patres per cadaveris humani, vel aliarum rerum immunditiem, ſicuti paſſim in hoc libro oſtenditur. Cæterum vaſa metallina peculiari quodam jure gaudent, quod in reliquis non habet locum, videlicet, ſi ea polluta fuerint, quacunque id factum ſit impuritate, & poſtea confracta fuerint, tum illa confractio eſt ipſorum luſtratio; at vero ſi quis e fragmentis ipſorum denuo alia vaſa conſtruxerit, tum eandem immunditiem recipiunt quam antea habuerunt. Sed hæc omnia a Sapientibus ſancita ſunt, cujus rei ratio a Maimonide allata eſt capite undecimo hujuſce codicis. Quando enim dicitur quod Simeon filius Satæ immunditiem decreverit de vaſis metallinis, ſenſus eſt, quod ipſa ad immunditiem ſuam priorem redeant poſtquam confractione purgata fuerint, uſque dum in lavacro aquis abluta fuerint. Hæc in ſpecie de vaſorum pollutione dicta ſunto, reſtat ut de omnium impuritatum gradibus in genere dicamus, quo non tantum primi, ſed & omnium codicum ſequentium materia non parum illuſtrari poteſt.

In primis itaque tenendum eſt quod omnium impuritatum in Lege memoratarum principium, & quod ipſo nititur, omnino locum habeat in animantibus, lepra excepta, quæ hominem una cum veſtibus polluit, ita tamen ut homo non ſit iſtius immunditiei cauſa. Præterea inter omnia animantium genera nullum eſt quod polluit, vel polluitur dum vivit, niſi homo tantum: reliqua enim animantia munda ſunt donec vivant, idcirco nec alia polluunt, nec ab aliis polluuntur, ſed homo ſolus polluit dum vivit, & immundis polluitur. Impuritates autem quarum Lex meminit, ſunt undecim, nimirum reptilium, cadaveris, mortui, emiſſionis ſeminis, aquæ expiatoriæ, ſacrificii pro peccato, viri gonorrhœa affecti, & fœminæ gonorrhœa affectæ, fœminæ menſtruoſæ, puerperæ, & lepræ impuritates. Harum vero impuritatum aliæ multos admittunt impuritatis patres, aliæ vero unicum duntaxat impuritatis patrem admittunt, cujuſmodi ſunt reptilia, nam ipſum reptile eſt pater impuritatis. Per שרצים *reptilia*, intelligenda ſunt octo in Lege memorata reptilium genera, cujuſmodi ſunt muſtela, mus, teſtudo, attelabus, lacerta, ſtellio, limax, & talpa. Sanguis vero reptilium, & ipſorum caro atque adeps eundem tenent immunditiei gradum. Quatuor reptilium pellis carni ſimilis eſt ratione immunditiei, videlicet attelabi, lacertæ, ſtellionis, atque limacis; oſſa vero reptilibus adempta non polluunt. Cætera vero reptilia & abominabilia, ſcilicet rana, rubeta, vipera, ſerpens, atque id genus alia non polluunt. Cadaveris vero immundities unum duntaxat immunditiei patrem in ſe comprehendit; & vocabulum נבלה *cadaver* de omnium pecorum atque animantium generibus, tam immundis quam mundis intelligi debet. Verumtamen inter immundum & mundum pecus hoc intereſt, etenim ſi mundum pecus rite mactatum ſit, mundum eſt; immundi autem pecoris nullum eſt diſcrimen, ſive id mactatum, ſive ſuffocatum ſit, ſive naturalem mortem obierit. Porro inter immundi בהמה *pecoris* cadaver & חיה *animantis* tam mundi quam immundi nullum eſt diſcrimen ratione carnis & adipis: at cum mundo pecore aliter comparatum eſt, quia ipſius adeps non polluit, poſtquam obierit. Cadaveris vero ſanguis tam mundi quam immundi animantis, non polluit immunditie cadaveris, neque ipſius oſſa carne denudata, nec cornua, nec ungulæ fiſſæ, nec ungues a corpore diſtincti polluunt; ſed medulla in oſſibus e cadavere contenta, æque ac ipſa caro polluit, tam in animantium quam hominum cadaveribus, ſicuti exponitur in Toſaphta ad codicem de Tentoriis, hinc doctores dixerunt quod medulla carni ſimilis ſit in omnibus polluendi caſibus. Cæterum טומאת מרת *immundities mortui* novem continet immunditiei patres, & ipſius caro in copia olivæ polluit immunditie mortui, ita quoque olivæ copia de carne ipſius avulſa, & copia cochlearis de putredine, & tantundem de oſſibus & ſanguine ipſius; totum vero mortui cadaver eſt אבי אבות הטומאה *avus immunditiei*. Præterea ſepulchra, homo qui cadavere humano pollutus eſt, & omnes qui ipſum tetigerint, vaſa quæ cadaver humanum tetigerint, & homo qui iſta vaſa tetigerit, & ſimul vaſa quæ iſtum hominem tetigerint, hæc inquam omnia ſunt patres immunditiei; quibus etiam accenſenda ſunt vaſa quæ tetigerint ejuſmodi vaſa quæ mortuo polluta erant, ſicuti capite ſecundo codicis de Tentoriis exponitur. Sed ea quæ diximus, de viris Iſraëliticis duntaxat intelliguntur, nam ſi gentilis quiſpiam attigerit cadaver humanum, is non ita cenſetur pollutus eſſe ut denuo alios polluat, quemadmodum Iſraëlita; hinc in principio Toſaphtæ ad titulum de Tentoriis ſtatuitur, quod gentilis, & octo menſium fœtus, vaſa teſtacea, cibi, & liquores qui mortuum tetigerint, non polluant alia vaſa vel inſtrumenta quæ hæc tetigerunt. Porro אהלים *Tentoria* quoque patres immunditiei fieri poſſunt, nam jus tentorii cadavere humano polluti ſimile eſt juri vaſis quod cadaver humanum tetigit, proinde ejuſmodi tentorium polluit immunditie ſeptidui, perinde ac ipſum vas; atque hinc pellis, veſtis, & ſaccus, ſi illa tentorio in quo ca-

daver

daver humanum collocatum erat, inſervierint, polluta ſunt. At vero ſi tentorium conſtiterit ligno, luto, aut oſſibus, tum inſtrumenta ei inſervienta non polluunt, ſicuti poſtulat jus vaſis e pellibus conſtructi. Verum ſi vas aliquod ligneum, vel ex oſſibus factum ſuper cadavere humano tentorium fecerit, tum illius jus par eſt juri vaſorum aqua abluendorum, quæ cadaver humanum tetigerunt. Cæterum in Toſaphta ad titulum de Profluvio Menſtruo dixerunt, quod polluit immunditie tentorii, id polluit etiam immunditie ſeptidui, ſed quod polluit immunditie ſeptidui, id non polluit immunditie tentorii, ubi denotantur vaſa quæ aquis ablui poſſunt. Atque hi omnes ſunt immunditiei patres e cadaverum humanorum contactu profecti, e quibus denuo efficiuntur primus & ſecundus immunditiei gradus, qui ab oblationibus primis & rebus ſacris contrahuntur. Inſuper שכבת זרע *emiſſio ſeminis* quoque eſt pater immunditiei, nimirum ipſum ſemen, dummodo is qui emiſerit, ſaltem novem annos unumque diem habuerit, hinc in Siphra notatur quod voce איש *viri* in Lege excipiatur קטן *parvulus*, & ne quis putaret novem annorum & unius diei adoleſcentulum hac in parte quoque excipi, idcirco Lex de effluvio ſeminis commate ſexto decimo capitis decimi quinti Levitici dicit, ואיש כי תצא ממנו שכבת זרע *Et ſi e viro exierit emiſſio ſeminis.* Proinde hæc regula juris in genere obtinet, quod ſi quis novem annorum & unius diei adoleſcentulus cum fœmina corpus miſcuerit, illius congreſſus pro vero congreſſu haberi debeat. Sequuntur מי חטאת *aquæ expiatoriæ*, quæ etiam patres immunditiei ſunt, videlicet aquæ quibus cinis vaccæ rufæ adjectus eſt, quando is cum aqua fluviatili mixtus eſt, tum in iis continetur polluendi modus qui pater immunditiei eſt, de quo videſis codice de Vacca Rufa. Sed חטאות *ſacrificia pro peccato* comprehendunt tres immunditiei patres, quorum unus efficitur in vacca rufa, nam qui combuſtioni illius operam dedit, cæteriſque illius operibus, is veſtes polluit, quemadmodum is qui immunditiei patrem tetigerit. Secundus immunditiei pater continetur in juvencis & hircis qui comburuntur, quorum ſanguis ad altare interius aſpergendus eſt, qui enim combuſtionem eorum peregerit, is veſtimenta ſua lavare debet, ſicuti in codice de Sacrificiis oſtenditur. Tertius immunditiei pater comprehenditur in opere שעיר המשתלח *hirci emiſſarii*, nam qui hircum ad Azazel duxerat, is veſtimenta ſua polluerat. טומאת הזבה *Immundities fœminæ gonorrhœa affectæ* ſeptem in ſe patres immunditiei comprehendit, qui ſunt, ipſa mulier gonorrhœa laborans eſt pater immunditiei, atque etiam vir qui cum ipſa rem habuit, & præterea ipſius profluvium ſanguinis, ſaliva, urina, atque inſtrumenta in quibus illa equitaverit, vel ſederit, hæc inquam ſingula ſunt pater immunditiei. Cæterum fœminæ נדה ויולדת *menſtruæ & puerperæ* ratione immunditiei idem jus eſſe doctores ſtatuunt, ex eo quod Levitici capite duodecimo, commate ſecundo & quinto, menſtrui & puerperii leges conjunguntur. Pariter טומאת הזב *Immundities viri gonorrhœa affecti* ſeptem immunditiei patres comprehendit, cujuſmodi ſunt ipſe vir gonorrhœa laborans, ejuſdem profluvium, ſeminis emiſſio, ſaliva, urina, inſtrumenta in quibus equitaverit, vel ſederit. Sive autem quis cum muliere gonorrhœa affecta, ſive cum puerpera intra ſeptiduum a partu maſculino, vel extra quatuordecim dies a partu fœminino congreſſus ſit, nihil intereſt, ex eo quod Levitici decimo quinto, commate ultimo, menſtruæ & gonorrhœa affectæ fœminæ cum viro congreſſus conjunguntur; qui vero cum hoc genere mulierum congreſſus eſt, is בועל טמאה *qui immundus congreditur*, appellatur, & inter immunditiei patres numeratur. Sed hac in parte excipitur eunuchus qui curioſitatis gratia cum fœmina menſtruoſa, vel qui cum puerpera rem habuit, quia eadem fere res eſt. Sed obſervandum eſt quod ſi quis cum fœmina immunda congreſſus ſit, antequam ipſa aquis lavacri luſtrata fuerit, pollutus ſit, quamvis illa poſt ſanguinis intermiſſionem aliquot annos ſe abſtinuerit, quia nulla unquam purgatio fœminis adferri poteſt niſi per aquas balneorum. Similiter equitatio & ſeſſio in viris fœminiſque gonorrhœa affectis eadem res eſt, & ſunt immunditiei patres; ſanguis immundus in menſtruoſis, puerperis, & gonorrhœa affectis fœminis, earumque ſaliva, & urina æquali juri obnoxia ſunt ratione immunditiei. Reſtat טומאת הצרעת *immundities lepræ*, quæ quatuor immunditiei patres agnoſcit, quorum primus eſt מצורע מוחלט *leproſus ſimplex*, qui etiam מצורע בימי גמרו *leproſus in diebus perfectionis ipſius* vocatur. Secundus eſt מצורע בימי ספירו *leproſus in diebus numerationis ipſius.* Tertius & בגד המנוגע *veſtis lepra affecta.* Quartus eſt בית המנוגע *domus lepra percuſſa.* Sed quando hic mentio fit בגד *veſtis*, intelligi debet veſtis e lino, vel e lana confecta, tum etiam ſtamen & ſubtegmen, ac vas coriaceum; deinde, quando mentio fit domus lepra affectæ, intelligi debet domus quæ e lapidibus, ligno, & calce conſtructa eſt, iſtæ enim materiæ ſingulæ ſi lepra affectæ ſint, polluunt in copia olivæ, ſicuti exponitur capite tertio codicis de Plagis Lepræ. Omnes vero patres immunditiei ex Lege, ſunt triginta duo, videlicet, reptile, cadaver animantis, cadaver humanum, homo cadavere huma-

no pollutus, vaſa quæ hominem cadavere humano pollutum tetigerunt, vaſa quæ cadavere humano polluta ſunt, vaſa quæ tetigerunt alia vaſa quæ cadavere humano polluta ſunt, tentorium, ſepulchrum, ejectio ſeminis, aqua expiatoria, vacca rufa, juvenci, & hirci qui comburendi erant, hircus emiſſarius, vir gonorrhœa affectus, & fœmina gonorrhœa affecta, menſtruoſa, puerpera, equitatio, & ſeſſio utriuſque ſexus, qui cum menſtruoſa corpus miſcuit, ſanguis fœminæ immundæ, ſaliva ejus, urina, profluvium ſeminis, ejectio ſeminis illius, leproſus in diebus numerationis ſuæ, leproſus in diebus lepræ ipſius indubitatæ, veſtis lepra affecta, & denique domicilium lepra affectum; hi inquam omnes vocantur אבות הטומאה מן התורה *patres immunditiei ex Lege.*

Præterea etiam alii ſunt immunditiei patres, qui vocantur אבות הטומאה מדברי סופרים *Patres immunditiei ex inſtituto ſcribarum*, qui ſunt ſex, immunditics cadaveris humani, immunditics profluvii ſeminis, immunditics menſtrui, immunditics puerperæ, immunditics idololatriæ, & immunditics cadaveris. In immunditie cadaveris humani denuo undecim patres immunditiei continentur ex decretis Sapientum, videlicet os cadaveris humani in copia grani hordeacei polluit tactu & onere, ita etiam terra gentilium, & בית הפרס id eſt, ager in quo olim mortui ſepulti ſunt, quorum oſſa ſubinde in exaratione e terra eruuntur, polluunt tactu & onere ſi quis de ipſis aliquid ferat. Pari modo tactu & onere polluit דם תבוסה *ſanguis conculcationis*, eſtque ſanguis qui e percuſſione tam vivi quam mortui hominis provenit. Habitacula gentilium polluunt, perinde ac ipſa terra gentilium, uſque dum de ipſis inquiſitum fuerit. Porro tentorium quod ſanguine conculcationis pollutum eſt, homo qui uno e quatuor modo recenſitis patribus pollutus eſt, vaſa quæ ipſum tetigerunt, & vaſa quæ iſtis polluta ſunt, homo qui iſta vaſa tetigit, & vaſa quæ hominem iſtum tetigerunt, & denique vaſa quæ alia vaſa hiſce polluta tetigerunt; hi ſunt undecim patres ex immunditie cadaveris provenientes ſecundum ſancita Sapientum. טומאת זיבות *Immunditics profluvii* novem patribus immunditiei gaudet; verum quod a nobis ſuperius dictum eſt, nihil polluere nec pollui dum vivat, præter hominem duntaxat, id ita ſe habet ex præſcripto Legis de Iſraëlitis ſecundum quod gentiles non polluere nec pollui dicuntur ulla immunditie, nihilominus tamen ex decretis Sapientum gentiles in omnibus habendi ſunt ut ii qui gonorrhœa laborant, præterquam quod ſeminis eorum emiſſio habeatur munda, & non ſicuti Iſraëlitæ gonorrhœa laborantis emiſſio ſeminis, quæ pater immunditiei eſt, & tactu ac onere polluit; & hujus decreti ratio eſt quod Sapientes gentilium oblationes primas, & eorum ſacra conſervare voluerint, ne ea comburerentur. Cæterum gentilis equitatio, ſeſſio, ſaliva, urina, ſanguis fœminæ gentilis, & Iſraëlita qui rem habuit cum gentili, hi omnes caſus in ſe comprehendunt patres immunditiei ex inſtitutione Sapientum. Præterea vir gonorrhœa affectus & fœmina gonorrhœa affecta, menſtruata, puerpera, & leproſus cubitu & ſeſſu polluunt ex Lege, uti dictum eſt, at cadaver humanum ipſorum non polluit cubitu, hinc in Siphra dicitur, vir gonorrhœa affectus efficit immunditiem cubitu, at non cadaver humanum; & ipſi porro doctores dixerunt, eos qui memorati ſunt, cubitu & ſeſſu æque polluere poſt obitum, ac ante ipſum. Et in Toſaphta ad titulum de Profluvio Menſtruo notatur, virum gonorrhœa affectum & pariter mulierem menſtruoſam, puerperam, & leproſum poſt mortem polluere onere donec caro ipſorum contabeſcat; & quando hic ſermo fit de pollutione quæ במשא *onere* efficitur, illius ſenſus eſt, quod ſi inter corpus viri gonorrhœa laborantis & cadaver humanum atque cubile lapis dividat, perinde ac ſi homo adhuc in vivis eſſet, tamen polluat ipſius cubile, ſi maxima ipſius pars ſuper iſto cubili feratur.

טומאת נדה *Immunditics mulieris menſtruo fluxu laborantis* itidem novem immunditiei patres ex decretis Sapientum continet, nam in principio codicis de Fluxu Menſtruali dicitur ipſam præpoſtere ſive retro immundam fieri, & ab una hora ad alteram, vel ab una inquiſitione ad alteram; porro doctores quoque dixerunt ipſam polluere præpoſtere cubando & ſedendo, at non eum qui cum ipſa congreſſus eſt. Mulieres vero quæ maculas ſanguinis in veſtibus ſuis viderint, eodem immunditiei gradu habuerunt Sapientes, quo mulieres profluvium menſtruale animadvertentes, habitæ ſunt. Hinc in Gemara dicitur, ſi qua mulier maculam ſanguinis in veſtibus ſuis conſpexerit, ea cubando & ſedendo præpoſtere polluit, & ſimul eum qui cum ipſa rem habuerit, in futurum polluit. Inſuper ipſa quoque induſium ſuum polluit. Tempus vero illud quo fœmina fluxu menſtruali affecta למפרע *præpoſtere* polluere dicitur, definitum eſt ex quo ipſa dixerit, inquiſivi de hocce induſio, ſed in ipſo non inveni aliquam ſanguinis maculam. Et quando in Gemara ad codicem de Fluxu Menſtruali dicitur tempus profluvii menſtrui a Sapientibus determinatum eſſe, tum id ipſum intelligendum eſt de muliere cui menſtruale tempus quidem

adve-

advenit, at eo ipſo tempore non inquiſivit, verum poſt aliquot demum dies, & hinc ſe immundam eſſe oſtendit, cujuſmodi mulier verſatur in ſuſpicione fluxus menſtrualis, quo ipſa a præſenti momento uſque ad præteritum tempus quo fluxus cœperat, polluit, atque hæc vocatur טומאה למפרע *immundities præpoſtera.* Præterea ibidem adjungitur quod fœmina fluxu menſtruali, vel gonorrhœa affecta, puerpera, & quæ de die in diem ſe viſitat, polluant ab una hora ad alteram. Sed ſciendum eſt quod iſto tempore quo immundities præpoſtera obtinet ex decreto Sapientum, ſive ſit fœmina fluxu menſtruali affecta, ſive ea ſanguinis maculam viderit, ſive ea ſe viſitaverit dum fluxus menſtrualis ei accidebat, cubando & ſedendo efficiantur patres immunditiei. Et ſi quis corpus miſcuerit cum fœmina quæ ſanguinis maculam in futurum vidit, vel ſalivam, vel urinam, vel ſanguinem in ſubucula, de quo non conſtat an ſanguis menſtruæ ſit, hi omnes caſus ſunt patres immunditiei ex inſtitutis Sapientum.

טומאת היולדת *Immundities puerperæ*, hæc eoſdem continet immunditiei patres ex inſtitutis Sapientum, quos mulier fluxu menſtruali correpta continet, proinde utriuſque idem jus eſt, & qui unius patres immunditiei noverit, is alterius quoque noverit; ſpeciales quoſdam caſus qui in puerperio contingere ſolent, hoc loco tranſibimus ut ii potius ex ipſo codice Miſnico hauriantur. טומאת עבודה זרה *Immundities idololatriæ*, hæc quatuor comprehendit patres impuritatis ex inſtitutis Sapientum. Verum in Gemara codice de Sabbato dicitur quod Sapientes impuritatem idololatria contractam collegerint e verbis Patriarchæ Jacobi, quæ extant Geneſios capite triceſimo quinto, commate ſecundo, *Et dixit Jacobus domeſticis ſuis, & qui cum ipſo erant, removete Deos alienos quos poſſidetis, & purgate vos, ac veſtimenta veſtra mutate*; veſtimenta videlicet idololatrica erant exuenda, & deinceps luſtratio ab impuritate eorum contracta, perficienda. Primus itaque immunditiei idololatricæ pater eſt ipſa idololatria, quæ veluti reptile hominem & vaſa polluit tactu, & vaſa teſtacea aëre, & non onere, dummodo ipſa contineat copiam olivæ, ſicuti ſtatuitur in codice de Cultu Peregrino capite tertio. Verum ſi res adorata non habuerit tantam copiam, tum ipſa non polluit; pariter ſi quis alicujus ſimulacri idololatrici fragmentum ſumpſerit, quantumvis magnum id fuerit, tum id non polluit, eo quod idololatria non polluit membris nec partibus, ſed integra res idololatrica duntaxat polluit, dummodo ipſa olivæ copiam habuerit. Secundus vero immunditiei pater eſt cultus idololatricus, ſive id quod cultui idololatrico deſtinatum eſt, de quo olivæ copia polluit, quemadmodum reptile, nam etſi id ipſum confractum fuerit, tamen hominem & vaſa tactu polluit, dummodo olivæ copiam habeat; atque hæc eſt gravior illa conditio in cultu idololatrico, de qua agitur in codice de Cultu Peregrino. Porro notandum eſt, id quod a doctoribus dictum, lapides, ligna, & pulverem polluere, ab ipſis collectum eſſe e Deuteronomii capite ſeptimo, commate viceſimo ſexto, *neque adduces rem abominabilem domum tuam, ne fias anathema ſicuti ipſa, omnino deteſtator eam, atque abominator, quia anathema eſt.* Et in Toſaphta titulo de Gonorrhœa dicitur, ſi quis caput ſuum & maximam corporis ſui partem introduxerit in domum idololatricam, jam pollutus eſt, & ſi vas teſtaceum media ex parte in domum idololatricam introductum ſit, itidem pollutum eſt, eodemque modo ſcamna & ſedilia media ex parte in domum idololatricam intromiſſa, nam homo & vaſa hac in parte ſimilia ſunt tactui reptilis. Tertius immunditiei pater eſt oblatio idololatrica, de qua jam dictum eſt in codice de Profanis quod munus idolis oblatum polluat tactu, & onere, veluti cadaver. Præterea in codice de Cultu Peregrino jam expoſitum eſt quod יין נסך *vinum libaminis* polluat ut ipſum munus idololatricum, idque quartus ſit immunditiei idololatricæ pater, & hoc doctores collegerunt ex eo quod ſcriptum eſt Deuteronomii capite triceſimo ſecundo, commate triceſimo octavo, *qui victimarum adipe veſcebantur, & vinum libaminis bibebant* &c. Porro doctores dixerunt tria eſſe vini idololatrici genera, cujuſmodi ſunt vinum idolis libatum, quod polluit immunditie gravi in copia olivæ, at vero immundities gravis polluit hominem & vaſa, & ipſa ubique in Miſna טומאה חמורה *immundities gravis* vocatur; quæ vero cibos & liquores tantum polluit, ea טומאה קלה *immundities levis* vocatur, ſed quando dicitur quod vinum libaminis ſit immunditiei pater, tum id duntaxat de vino idolis libato intelligas, idque in modum cadaveris polluit, nam vinum idololatricum ſimplex polluit immunditie levi.

טומאת נבלה *Immundities cadaveris animantis*, comprehendit duos immunditiei patres ex inſtitutis Sapientum, quorum unus eſt שחיטת נכרי *quod mactatum eſt a gentili*, quodque cadaveri aſſimilatur, & propterea onere polluit, licet idolis nondum oblatum fuerit; attamen id ipſum uſui haud prohibitum eſt, ſicuti oblatio idololatrica, ita ſtatuentibus Gemaricis ad codicem de Profanis. Inſuper doctores dixerunt gentiles in terra Iſraëlitica habitantes non eſſe ido-

lolatras, ſed eos patrum ſuorum ritus ſequi, proinde Iſraëlitis integrum eſſe aliquid commodi percipere ex eo quod a gentilibus mactatum eſt. Secundus immunditiei pater eſt נבלת עוף טהור *Cadaver avis mundæ*, nam cum cadaveri tam mundæ quam immundæ avis in Lege non ſatis clare tributa ſit immundities, proinde ipſa recenſetur inter impuritates a Sapientibus definitas. Nihilominus tamen doctores haud negant immunditiem cadaveris in Lege denotari, quamvis de ipſa non peculiaris Lex extet, quia is qui de cadavere comediſſet, excidio tenebatur ſi Templum deinceps intraſſet, quod collegerunt ex eo quod Levitici capite viceſimo commate octavo dicitur, *cadaver & diſcerptum ne comedito, ut polluaris eo*; quæ in codice de Puritatibus amplius explicantur. Cadavera itaque ex decreto Sapientum hominem & veſtes polluunt, dummodo olivæ copiam de ipſis inglutiverit, ac ſi quis immunditiei patrem tetigiſſet; at vero ſi quis integrum aliquod morticinum tetigerit, tum non polluitur, quia Lex de comeſtione tantum interdixit. Pariter morticinum reliqua vaſa polluit tactu, at non hominem, nec vaſa teſtacea, ne quidem dum quis de ipſo aliquid inglutit, ſicuti fit ſi quis aliquem immunditiei patrem tetigerit, quo nec homo nec vas teſtaceum inter tangendum polluitur, quemadmodum explicatur in fine codicis de Gonorrhœa. Hinc in Siphra quæritur, an ſi quis inglutiverit aliquid de cadavere avis mundæ, quo reliqua vaſa & veſtis polluuntur, etiam polluatur homo & vas teſtaceum; ſed reſpondetur quod cum Lex meminerit בגד *veſtis*, tantum veſtimenta & non homo, neque vaſa teſtacea polluantur; ita ſe res habet cum immunditie cadaveris ratione inglutiendi. Verum ratione tangendi idem jus obſervandum eſt quod in cibis immundis obſervatur, ſi quis de cadavere comedendo cogitaverit, nam cibus immundus tactu tantum polluit, hinc ſi is olivæ copiam de cibo tetigerit, tum cibus iſte eſt ſecundus immunditiei gradus. Jam vero ſi omnes immunditiei patres ex inſtitutis Sapientum recenſeamus, comperiemus eos eſſe viginti novem, cujuſmodi ſunt os cadaveris in copia grani hordeacei, ſanguis conculcationis, terra gentilium, ager in quo cadaverum oſſa latent, tentorium quod ſupra ſanguine conculcationis exſtructum eſt, homo qui hiſce pollutus eſt, vaſa quæ hæc tetigerunt, vel hiſce polluta ſunt, homo qui vaſa tetigit, vaſa quæ hominem tetigerunt, vaſa quæ tetigerunt alia vaſa hiſce polluta, gentilis, fœmina præpoſtere menſtrualis, fœmina quæ maculam ſanguinis præpoſtere vidit, fœmina quæ in acceſſu menſtruali ſe non viſitavit præpoſtere, puerpera quæ aliquod fœtus membrum peperit, ipſius accubitus, equitatio, ſaliva, urina, & immunditiei ſanguis; porro quoque vir qui cum fœmina immunda rem habuit quæ gonorrhœa laborabat, gentilis, idololatra, cultus idololatricus, quod a gentili mactatum eſt, & tandem cadaver avis mundæ; hiſce abſolvuntur patres immunditiei ſecundum ſancita Sapientum, jam reſtat ut de generationibus quoque aliquid dicamus.

Proinde in primis ſcitu neceſſarium eſt quod ſi homo quiſpiam, vel vas, vel cibus, vel liquor aliquo immunditiei patre pollutus fuerit, vocetur ראשון לטומאה *primus immunditiei gradus*, & eum qui primum tetigerit, vocari שני לטומאה *ſecundum immunditiei gradum*, qui ſecundum tetigerit, eum vocari שלישי לטומאה *tertium immunditiei gradum*, qui tertium tetigerit, eum vocari רביעי לטומאה *quartum immunditiei gradum*, qui ultimus eſt immunditiei gradus. Inſuper ſciendum eſt, quod primus immunditiei gradus in profanis ſit immundus, ita ut denuo polluat, ſecundus vero reprobus eſt, ſed non polluit. Primus, ſecundus, atque tertius gradus in ſanctis immundi ſunt, & polluunt, quartus vero reprobus eſt, ſed non polluit. Primus & ſecundus gradus in oblatione prima ſunt immundi, & polluunt, quartus vero reprobus, ſed non polluit, quæ hypotheſes omnes traduntur capite ſecundo codicis de Puritatibus. Ex hiſce conſtat quartum eſſe ultimum immunditiei gradum, & quando de ipſo dicitur פסול *reprobus eſt*, ſenſus eſt ipſum non polluere aliam rem. Præterea primus gradus a doctoribus Miſnicis quoque ולד הטומאה *filius immunditiei*, & ſecundus ולד ולד הטומאה *filius filii immunditiei* vocatur: nam omnis impuritatis gradus qui non eſt pater, is vocatur *filius impuritatis*, ſive primus, ſive ſecundus ſit gradus. Et quemadmodum dicitur, hic eſt pater immunditiei ex Lege, vel ex inſtituto Sapientum, eodem modo dicitur, hic eſt filius immunditiei ex Lege, vel ex inſtituto Sapientum. Hiſce addendum eſt, id quod in Toſaphta ad titulum de Puritatibus obſervatur, videlicet, quod ſicuti primus immunditiei gradus certus facit ſecundum, & ſecundus tertium, ita quoque primus immunditiei gradus dubius facit ſecundum, & ſecundus tertium. Cæterum patres immunditiei diſtinguuntur a filiis, ex eo quod patres immunditiei polluant homines & vaſa, at non immunditiei filius, nam is duntaxat cibos & liquores polluit, hinc in Gemara titulo de Damnis primo ſtatuitur, quod pater immunditiei polluat homines & vaſa, filius vero cibos & liquores, ſed non homines nec vaſa, quod itidem confirmatur in codice de Vacca Rufa. Præterea quoque hæc hypotheſis probe obſervanda eſt de viciſſitudine pollutionis paternæ, videlicet quod omnis im-

immunditiei polluat hominem & veſtimenta, & quicquid hominem & veſtimenta polluit, id ſit pater immunditiei, & ſecundum hanc hypotheſin explicantur omnes immunditiei ſpecies. Deinde etiam tenendum eſt illud fundamentum, quod ex Lege unus cibus non polluat alterum, nec tertium eſſe immunditiei gradum niſi ex inſtitutis Sapientum, nam ſi pater immunditiei polluerit vaſa, vel hominem, tum hocce vas, vel hicce homo ſit primus immunditiei gradus, atque primus iſte immunditiei gradus polluit cibos & liquores tantum, & cibus quoque ex Lege ſit ſecundus immunditiei gradus, ſed hicce cibus non polluit alium cibum, neque tertium immunditiei gradum efficit, niſi ex decreto Sapientum duntaxat, ſecundum quod etiam quartus immunditiei gradus obtinet. Porro ſub filiis immunditiei ex decreto Sapientum continetur quoque בשר תאוה *caro delicata*, ſive ea caro quæ profana habebatur, nam iſtam carnem tertium immunditiei gradum conſtituerunt, licet ea nullo modo polluta fuerit, ita ut ipſa manus polluere poſſit, atque etiam tactu inſtar cadaveris onere polluentis, & denique ſtatuerunt quod caro delicata ſit pura pro oblatione prima, nempe, quod ipſa non polluat oblationem primam, ſed ſacra tantum; hæc de tertio immunditiei gradu.

Reſtat טומאת המשקים *Immundities liquorum*, liquores autem immunditiem recipientes, ſunt ſeptem, qui denuo cibos ad immunditiem recipiendam diſponunt, cujuſmodi ſunt ros, oleum, vinum, mel apum, lac, aqua, & ſanguis. Præter hos liquores quoque numeratur vinum e malogranatis expreſſum, liquor piri, liquor melonis, ac cucurbitarum, mel cannarum, oleum nucis, ſimileſque mellis liquores, ſed hi non recipiunt immunditiem, ne quidem ex decretis Sapientum, ſicuti capite undecimo codicis de Oblationibus primis exponitur, ſi itaque unus e ſeptem liquoribus pollutus fuerit aliquo immunditiei patre, tum iſte liquor eſt primus immunditiei gradus, & non ſecundus, etiamſi filio immunditiei pollutus fuerit. Porro ſi hic liquor tetigerit alium liquorem, tum e ſecundo fit *primus*, verbi gratia, ſi homo quiſpiam tetigerit reptile, tum iſte homo *contraxit primum immunditiei gradum*, & polluit denuo oleum, ſi tetigerit ipſum, & ſi hocce oleum deinceps tetigerit mel apum, tum polluit ipſum, licet unum cum altero non ſit mixtum, & ſi hocce mel tetigerit aquam, polluit ipſam, atque hoc pacto oleum, mel, & aqua, ſingula habent primum immunditiei gradum; atque hic caſus vel ad mille liquores extendi poteſt, ut ii ſemper fiant ſecundus immunditiei gradus, ſi nempe oleum ſit pollutum melle, & mel alio oleo, ſecundum oleum lacte, & lac alio melle, & hoc modo in indefinitum. Cæterum in Toſaphta titulo de Lotione Diurna dicitur, rem perinde ſe habere, ſive liquor pollutus ſit patre immunditiei, ſive filio immunditiei, quia alius ſemper alium polluit, licet centum ſint, liquore loti diurni excepto, etenim is duntaxat reprobus eſt, ut alios polluere nequeat, quæ enim res alias nequit polluere, licet infecta ſit, *ea reproba* vocatur. Si lotus diurnus, ſive is qui de die *lotus eſt*, ſed occaſum ſolis expectat ut mundus fiat, tetigerit liquorem oblationis primæ, tum eum reddidit *reprobum*, *ita ut inde* fiat tertius *immunditiei* gradus, ſicuti dicitur capite primo codicis de Paſchate, oleum quod *reprobum factum eſt per* lotum diurnum. Sed liquor profanus non polluit lotum diurnum, quia tertius gradus in profanis mundus eſt. Præterea in codice de lotione diurna dicitur, ſi illa liquoribus plena tetigerit lotum diurnum, & iſti ſint oblationis primæ liquores, tum illi ipſi reprobi facti ſunt; at ſi profani ſint liquores, tum omnes manent mundi. In Toſaphta ad titulum de Loto diurno dictum eſt, quod lotus diurnus non polluat liquorem profanum, ſed reprobos reddat eos qui de oblatione prima cōmederunt; & deinceps ſubjungitur quod ſi mactra de die lota ſit, in ipſa ſubigi poſſit maſſa, e qua placenta conficienda eſt, quia mactra tertium habet immunditiei gradum, at tertius gradus in profanis purus eſt. In Toſaphta ad codicem de Puritatibus dicitur, quod ſicuti lotus diurnus liquorem oblationis primæ reprobum reddit pro iis qui oblationem primam comedunt, ita quoque liquorem ſanctum reprobum reddit pro iis qui ſancta comedunt; ibique additur idem eſſe jus pro eo qui diurnus lotus eſt ab immunditie gravi, & pro eo qui lotus diurnus eſt ab immunditie levi. Si vero vir gonorrhœa affectus, vel fœmina gonorrhœa affecta, aliave immunditie de die loti ſint, tum ii ſimiles ſunt iis qui loti diurni ſunt ab immunditie reptilis. Secundus autem impuritatis gradus contrahitur, ſi quis immundus tetigerit liquores, qui tactu ipſius fiunt primus immunditiei gradus, propterea in codice de Vacca Rufa dicitur, quicquid oblationem primam reprobam reddit, id liquores polluit, atque ex iis primum gradum facit, loto diurno excepto, nam ſi is oblationem primam reddiderit reprobam, tum ex ipſa non fecit primum immunditiei gradum. Cæterum in Gemara titulo de Paſchate doctores quærunt quare liquores polluti dicantur patres immunditiei, cum ii quoque principium ſint, licet in primo & in ſecundo gradu verſentur, nam ſi hicce ſecundus ſit gradus in profanis, & liquor etiam ſit liquor

profanus, tum is erit primus gradus, ſicuti dicitur capite ſecundo codicis de Puritatibus, ſecundus gradus in profanis polluit liquorem profanum, & reprobos reddit eos qui oblationem primam comedunt, tertius vero gradus in oblatione prima polluit liquorem ſanctum; ſed reſpondetur rem ita ſe habere ex eo quod tertius gradus in oblatione prima duntaxat obtineat, qui reprobus eſt, ſed non polluit, proinde nec ipſe polluit liquorem oblationis primæ, ſed in ſanctis tertius gradus immundus eſt, & polluit, hinc ſi tertius oblationis primæ gradus tetigerit liquorem ſanctum, tum polluit ipſum, attamen liquor iſte non eſt quartus gradus, ſed reprobus tantum, & potius primus immunditiei gradus. Ex hiſce conſtat quod immunditiei pater, & primus ſecunduſque gradus in liquoribus efficiant gradum primum, licet profanus ſit liquor. Tertius immunditiei gradus obtinet in liquoribus oblationis primæ, vel in rebus ſacris, hinc ſi liquor ſacer tetigerit ipſum, tum pollutus, & primus immunditiei gradus factus eſt; tertius vero non polluit liquorem oblationis primæ, quanto minus liquorem profanum. Quartus autem gradus in ſacris non polluit liquores ſacros, quanto minus alios. Lotus vero diurnus oblationis primæ liquorem tantum conſtituit tertium immunditiei gradum, & liquorem ſacrum reddit reprobum, ut is fiat quartus immunditiei gradus, nam liquor nunquam in tertio & quarto gradu repetitur, niſi iis quibus diximus modis. Sed notandum eſt quod ſi in liquoribus dicatur תחלה *principium*, vel ראשון *primus*, idem fere ſenſus ſit, licet *principium* dicatur quatenus liquor iſte primi gradus jus habet, quamvis proprie non ſit primus immunditiei gradus; qui vero *primus* vocatur, is ita dicitur in relatione ad patrem, ad impuritates recenſendas, hinc liquor polluere poteſt impuritate primus, licet ipſe non ſit primus in relatione ad patrem. Præterea liquores quoque cibos polluere poſſunt, etſi liquores gradu ſecundo polluti ſint, & poſtea cibum tetigerint, & tum hicce cibus eſt ſecundus immunditiei gradus, quia liquores ſunt principium. In Toſaphta ad codicem de Lotione Diurna dicitur, quod cibi polluant liquores, ut ex iis fiat principium, & quod liquores immundi polluant cibos, ut ex iis fiat gradus ſecundus. Porro liquores quoque omnia vaſa polluunt; dummodo ii per reptile polluti fuerint, ut, ſi pater, primus, vel ſecundus impuritatis gradus polluerit ea, & non manus, nam immundæ manus polluunt liquores, ſicuti in aliquot codicibus Miſnicis dictum eſt; hanc ob rationem in Gemara ſtatuunt, liquores propter reptile pollutos eſſe, quando dicitur liquores immundos non polluere cum manibus immundis, quæ ſemper ſecundum impuritatis gradum habent. In Talmude Jeruſolymitano titulo de Feſtis Solennibus dicitur, liquores non pollui manibus, ut denuo polluant vaſa, ſed liquores propter manus pollutos polluere cibum oblationis primæ tantum, atque hi cibi contrahunt primum immunditiei gradum. In Toſaphta titulo de Vacca Rufa dicitur, quod liquores cibis immundis polluti, vel vaſis, licet liquores exterioribus vaſorum partibus polluti ſint, ſint principium immunditiei, & vaſa polluant. Cibi vero immundi non polluunt, proinde in Gemara ad codicem de Paſchate dicitur, quod cibus non polluat vaſa, nec vaſa denuo alia vaſa, quia in liquoribus eſt conditio gravior quam in cibis, ex eo quod liquores vaſa teſtacea polluant ob aërem, quod non faciunt cibi, ſicuti ſtatuitur in Toſaphta ad codicem de Lotione Diurna. Cibi vero atque liquores immundi non polluunt hominem, niſi eos manibus tantum tetigerit, quæ tum pollutæ ſunt; & ſi quis cibos vel potus contrectaverit ambabus manibus, tum ſimul pollutæ ſunt, at ſi una manu tetigerit, tum una tantum polluta eſt. At vero ſi quis cibos immundos tetigerit in copia epuli פרס dicti, vel de liquoribus immundis copiam Quartarii biberit, tum corpus ipſius reprobum factum eſt; perinde ac ſi ſecundum immunditiei gradum contraxiſſet, idque denuo oblationem primam tactu polluere poteſt. Et ſicuti ſuperius dictum eſt quod profluvia ſeminis ejuſdemque emiſſio, urina, ac ſaliva ſint patres immunditiei, ita quoque liquores eo nomine vocari volunt, quia liquores ex aqua generantur, quemodmodum in fine codicis de Liquidis exponitur, propterea hujuſmodi liquores in Gemara vocantur משקי הזב *Liquores ejus qui gonorrhœa affectus eſt*, & ſic deinceps omnes liquores denominantur ab immunditie hominis, nam ſi quis cadavere humano pollutus fuerit, vocatur *liquor illius qui cadavere humano pollutus eſt*, ſi eum leproſus tetigerit, vocatur *liquor leproſi*, ſi lotus diurnus ipſum tetigerit, vocatur *liquor loti diurni*. Sanguis autem menſtruus, vel ſanguis cadaveris humani, eſt pater immunditiei, & liquor eſſe cenſetur, quia ſanguis eſt unus e ſeptem liquoribus. Si vir vel fœmina gonorrhœa affecti, aliique immunditiei patres tetigerint liquores, tum iſti liquores primum immunditiei gradum contraxerunt, & vocantur תחלה *principium*, ſicuti in Beraita dicitur, ſive liquor patre immunditiei pollutus, ſive filio, *principium* vocatur. Cæterum inter liquorem illius qui gonorrhœa laborat, & inter eum qui tetigerit liquores, aliquid intereſt, idcirco capite ſecundo codicis de Lotione Diurna dicitur, omnes

im-

immundi tam leves quam graves ſi liquores ex ipſis prodierint, ſimiles ſunt liquoribus quos tetigerunt, proinde uterque eſt immunditiei principium, excepto liquore qui pater immunditiei eſt. Quod vero ſuperius in Miſna dictum eſt tam leves quam graves, illius ſenſus eſt, quod ſi quis comederit cibos immundos, vel biberit liquores immundos, pollutus ſit immunditie levi, quia ciborum potuumque immundities vocatur טומאה קלה *immundities levis.* Obſervat Toſaphta in aquis obtinere conditionem graviorem quæ non obtinet in liquoribus, quia aquæ fieri poſſunt pater immunditiei ad hominem & veſtes polluendum, at non liquores; non quod in liquoribus non obtineat immunditiei pater, ſed in aquis tantum, verum hæc intelligenda ſunt quod nulli ſint liquores puri, qui immunditiei patres fieri poſſunt ſi alia quapiam re innoventur, niſi aquæ tantum, nempe ſi ſint aquæ expiatoriæ, idcirco dicitur quod aquæ fiant immunditiei pater. In Toſaphta ad codicem de Lotione Diurna dicitur, graviorem conditionem obtinere in liquoribus, quæ non obtinet in cibis, quia liquores fiunt immunditiei pater ut hominem & veſtes polluant, & vaſa ablutoria exterius, teſtacea vero ope aëris, at tales non fiunt cibi. Conſtat ergo ex iis quæ dicta ſunt, immundos liquores eſſe patres immunditiei, eoſque primum, tertium, & quartum etiam immunditiei gradum recipere, at ſecundum gradum non recipiunt, quia pater, primus, atque ſecundus gradus conſtituunt impuritatis principium. Tertius vero gradus non polluit liquores, niſi ſacri ſint, qui initium ſanctitatis habent, hinc in Toſaphta titulo de Puritatibus dicitur nullum eſſe liquorem qui tertium immundum tangere poſſit, præter ſacrum; cum autem pollutus fuerit liquor ſacer, tum ille conſideratur ut principium ſanctitatis, idcirco in Toſaphta dicitur liquores duos gradus polluere, & primum in ſacris reprobum reddere, quia is principium eſt, & poſtquam tetigerit cibum, inde fit ſecundus, atque ex iſto ſecundo fit tertius, tertius vero reprobum reddit quartum, ſicuti diximus quod primus, ſecundus, & tertius in ſacris immundi ſunt, & polluunt, quartus vero reprobus, qui non polluit. Hæc de patrum, *filiorum*, nepotum, omniumque generationum ac affinitatum impuritatibus dicta ſunto, conferamus nos ad codicem ſequentem, nam cum hujuſce & ſequentium codicum argumenta ſint prolixa, eorum relationes lectori relinquimus.

מסכת אהלות TRACTATUS DE TENTORIIS, hic inſequentibus præponitur titulis, quia in ipſo agitur de cadaverum humanorum immunditie quæ in Tentoriis ſive in priſcorum mortalium domiciliis contrahi ſolet, & quia hæc omnium impuritatum graviſſima eſt, idcirco auctor Miſnicus ipſorum jura reliquis præmittere voluit, ut Iſraëlitæ ſibi in primis ab illa caverent. Tum etiam quia hæc immundities ſæpiſſime quotidie incidere ſolet, nam præterquam quod morte naturali plurimi vita decederent, multi etiam ferro trucidabantur in illo quadraginta annorum commilitio quibus caſtra ſua in deſerto poſuerunt, plures vero cum terra Cananæa eſſet occupanda, ſeptemque adeo feroces populi armis ſubigendi eſſent, ut non ſolum in ipſis tentoriis, verum etiam in agris cadaverum fœtor & *impuritas ubique obvia* eſſet, hinc immundities eorum aquis & cinere vaccæ rufæ ante reliquas expianda erat, ſicuti ſtatim ex ipſa Lege Numerorum capite decimo nono commate undecimo videbis, ubi ita præſcribitur; הנוגע במת לכל
נפש אדם וטמא שבעת ימים : הוא יתחטא בו ביום השלישי וביום השביעי יטהר ואם לא יתחטא
ביום השלישי וביום השביעי לא יטהר : כל הנוגע במת בנפש האדם אשר ימות ולא יתחטא את משכן
יהוה טמא ונכרתה הנפש ההיא מישראל כי מי נדה לא זרק עליו טמא יהיה עוד טומאתו בו : זאת
תורת אדם כי ימות באהל כל הבא אל האהל וכל אשר באהל יטמא שבעת ימים : וכל כלי פתוח
אשר אין צמיד פתיל עליו טמא הוא : וכל אשר יגע על פני השדה בחלל חרב או במת או בעצם
אדם או בקבר יטמא שבעת ימים : *Si quis tetigerit mortuum ſecundum omnem animam hominis, is per ſeptiduum immundus eſto. Si vero ſe purgaverit illo die tertio atque ſeptimo, mundus eſto, at vero ſi nec die tertio nec ſeptimo ſe purgaverit, tum ne ſit mundus. Quiſquis tetigerit mortuum, animam hominis qui obiit, & ſe non purgaverit, is habitaculum Domini polluit, propterea exſcindetur anima illa ex Iſraële, quia aqua ſeparationis ſuper ipſo non conſperſa eſt, immundus eſto, immundities ipſius eſt in ipſo. Hæc eſto Lex quum homo mortuus fuerit in tentorio, quiſquis acceſſerit ad tentorium illud, & quicquid fuerit in tentorio illo, id mundum eſto per ſeptiduum. Etiam omne vas quod pannum circumcinctorium non habet, immundum eſto. Et quiſquis in agro tetigerit gladio confoſſum, mortuum, os humanum, aut ſepulchrum, immundus eſto.* Quando Lex prius in genere dicit הנוגע במת *qui tetigerit mortuum*, & poſtea addit לכל נפש אדם *ſecundum omnem animam hominis*, ſenſus reſtringendus eſt ad cadavera humana tantum, excluſis animantium & reptilium cadaveribus. Verum ſi is tertio &

 ſepti-

ſeptimo die ſe ab immunditie contactus purgaverit, tum mundus eſt, nam fundamentum immunditiei die tertio receſſiſſe dicitur, ita ut aliquantulum reliquum ſit, quod uſque ad ſeptimum durat, hoc ſenſu aliquæ infirmitates humanæ, uti febres ardentes ad triduum vel quatriduum admodum vehementes eſſe ſolent, & poſtea paulatim diminui, & pariter ipſi dies luctus Iſraëlitis propter conſanguineum mortuum ad triduum fixi ſunt, deinceps vero uſque ad ſeptimum opera lugentis ab aliis perficiuntur, vel ab ipſo clanculum, ſi non habeat unde vivat. At vero ſi nec die tertio nec ſeptimo ſe purgaverit aquis ſeparationis, tum nec die ſeptimo purus eſto. Poſtea Lex pœnam ſtatuit transgreſſori, quando dicit, *quiſquis tetigerit mortuum, animam hominis* &c. ac ſi dixiſſet, quiſquis tetigerit cadaver humanum, & aquis ſeparationis ſe non luſtraverit antequam ſacrarium intraſſet, is habitaculum Domini polluit, proinde exſcindetur, nam cum aquæ ſeparationis ſuper ipſo non conſperſæ ſint, hinc nec lotio corporis, neque veſtium ablutio ei quicquam prodeſt, ſed immundities ipſius adhuc reſidet in ipſo. Ne vero quiſquam diceret, ego cadaver humanum non tetigi, quia in tentorio tantum fui juxta ipſum, propterea ſubjungit legiſlator, *hæc ſit Lex hominis qui obierit in tentorio, quiſquis acceſſerit ad tentorium illud, & quicquid in ipſo fuerit, immundum eſto*, videlicet, quicquid fuerit in tentorio, ſive veſtes ſint, ſive vaſa, ſive cibi, ſive potus, omnia inquam iſta immunda ſunto, imo ipſum vas teſtaceum conjunctorio quodam undique munitum, ut immundities vix intrare poſſit. Deinceps edicit ne quis in agro confoſſum gladio, id eſt haſta, ſive arcu interfectum tangat, nam Lex potiſſimum loquitur de eo quod futurum eſt. Iterumque edicit tactum mortui, ubi per *mortuum* intelligit eum qui naturalem obiit mortem in agro, & illic palam projectus eſt; per *os* denotatur os in agro inventum ſeorſim; per ſepulchrum intelligas id in quo cadaver humanum jacet, ſuper quo tentorium fecit, hi omnes homines aquis vaccæ rufæ purgandi erant. Cæterum hæc omnia legis monita præcipue iſtud tempus quo terra Cananæa armis expugnanda erat, reſpicere, ſcriptores Hebræi ſtatuunt. Quiſquis vero unam ex hiſce rebus quarum Lex meminit, tetigiſſet, is per ſeptiduum immundus erat, quo tranſacto denuo mundis annumerabatur, ſi rite luſtratus fuiſſet, de quo in hunc modum ſequentia Legis verba præſcribuntur commate decimo ſeptimo uſque ad finem capitis: *Et accipient pro illo immundo de pulvere iſtius exuſtæ vaccæ pro peccato, & aquas vivas ei adjiciet in vaſe: Et accipiet hyſſopum, eamque aquis intinget vir mundus, atque conſperget ſuper tentorio ſuper omnibus vaſis, & ſuper animabus illic exiſtentibus, & ſuper eo qui tetigerit os, vel confoſſum gladio, vel mortuum, vel ſepulchrum: Et aſperget mundus ſuper immundo die tertio & ſeptimo, quumque purgaverit eum die ſeptimo, lotis veſtimentis ſuis abluet ſe aqua, & veſperi mundus erit: Qui vero immundus ſe non purgaverit, illius anima exſcindetur e medio hujus congregationis, quia ſacrarium Domini polluit, aqua ſeparationis ſuper ipſo non conſperſa fuit, immundus eſt: Hoc erit illis in ſtatutum perpetuum; qui vero aquas ſeparationis ſparſerit, is lavet veſtes ſuas, & qui tetigerit aquam ſeparationis, is uſque ad veſperam immundus ſit: Et quicquid tetigerit immundus, id immundum eſto, & anima quæ tetigerit, immunda eſto uſque ad veſperam.* In principio itaque dicit ולקחו לטמא & *accipient pro immundo illo*, ſacerdotes nempe accipient pro iſto immundo qui luſtrandus eſt, de pulvere vaccæ quæ eſt ſacrificium pro peccato, eique adjiciet aquas vivas, ſive fluentes, eaſque ſimul uni imponet vaſi; poſtea ſacerdos cui luſtrandi opus impoſitum eſt, vel alius quiſpiam vir mundus accipiet hyſſopum eamque aquis iſtis cinereis intinget, & ſparget ſuper tentorio, ſuper vaſis, & ſuper omnibus hominibus juxta mortuum conſiſtentibus, & ſuper gladio confoſſos in agro, vel os, vel eum qui ſponte obiit, & in agro projectus eſt, vel ſuper eos qui ſepulchrum tetigerunt; iſta namque ſparſione mundi ſuper immundo die tertio & ſeptimo facta, luſtratio omnino die ſeptimo perfecta eſt, proinde is qui luſtravit, veſtes ſuas abluet, & veſperi mundus habebitur. Poſtea denuo dicit, *qui immundus eſt & non luſtratus eſt, is excidatur*, &c. hujuſce rei ratio eſt, quod ſuperius mentio fiat illius qui acceſſerit ad tentorium mortui, hic vero illius qui gladio confoſſum, mortuum, os, vel ſepulchrum tetigerit. Porro dicit, *qui tetigerit aquas ſeparationis, is immundus ſit uſque ad veſperam*, ex quibus conſtat hic alium eſſe ſenſum ac illius quod ſupra dixit, *qui ſparſerit aquas ſeparationis, is lavet veſtes ſuas*; priſci vero Sapientes dixerunt mundum eſſe eum qui ſparſerit, quod argumento eſt eum qui portaverit cinerem vaccæ pro ſparſione, polluere immunditie gravi, ut denuo ſuas veſtes polluat, quod non ita fit tactu; ſed ex ſimplici legis ſenſu liquet non polluere eum qui aquas ſeparationis tulerit, quia nec cinerem vaccæ, nec aquam polluit, at vero de eo qui hyſſopum intinxerit, & ita conſperſerit, at nihil tetigerit, Lex non dicit, *pollutus eſt*, ſed tantum, *lavet veſtes ſuas.* Qui vero tetigerit aquas ſeparationis, is immundus

erit

erit uſque ad veſperam, quia aquas cum cinere mixtas polluit, ſicuti in reliquis vaccæ ritibus fieri ſolet. Atque ut manifeſtum eſſet quam gravis ſit immundities mortui, idcirco Lex dicit, *& quicquid tetigerit immundus, id immundum eſto*, imo licet homo ſit qui tetigerit eum qui pollutus eſt mortuo, is tamen eſt pater immunditiei, ipſe vero mortuus eſt avus immunditiei. Quæ de luſtratione ab immunditie per aquam cineream vaccæ reſtant, ea adferemus in codicem de Vacca Rufa, ut tentoriorum & mortuorum impuritates ſigillatim conſiderentur.

מסכת נגעים TRACTATUS DE PLAGIS LEPRÆ, hic ſuperiori ſubjungitur, quia leproſus introitu ſuo tentorium polluit, præterquam quod in mortui atque leproſi immunditiem contrahendi modo non exigua ſit convenientia, ſicuti ex ipſo codice videri poteſt. Leges de cognitione lepræ nobis deſcribit Moſes Levitici capite tertio decimo, & ritum expiationis capite ſequenti, de natura lepræ ita infit: *Et allocutus eſt Dominus Moſen atque Aharonem dicendo; ſi in cute carnis alicujus ſit tumor, vel abſceſſus, vel papula, & in cute carnis illius aliquid ad plagam lepræ vergat, tum adducatur ad Aharonem ſacerdotem, vel ad unum e filiis ſacerdotibus.* Quandoquidem Aharon in lepræ ſignis dignoſcendis peritus erat, proinde Dominus non ſolum Moſen, ſed & Aharonem allocutus eſt, eique & filiis ipſius ſacerdotibus totum lepræ negotium commiſit. Et quia lepra ex conſtitutione corporis admodum depravata oriebatur, ita ut quilibet homo iſtam carnis putrefactionem & humores corruptos haud facile cognoſcere poſſet, idcirco Legiſlator aliquot ſignorum meminit quibus inſpectis de lepra clarius conſtare poſſet, & dicit, *ſi in alicujus carne ſit tumor* &c. Etenim prius ſigna pellis inſpicienda erant, & poſtea de ſtatu carnis judicandum, quia pellis ſuum mucorem oſtendere ſolet, quo aër inficitur & homines adſtantes polluuntur. Et hæc ſecundum Hebræos doctores ratio eſt quod Lex tam prolixa & accurata ſit in lepræ ſignis deſcribendis, quod non ita factum eſt in reliquis infirmitatibus, quæ aërem non adeo inficiunt, nec hominibus nocent, nec ſacrarium divinum, nec caſtra Dei polluunt. Cæterum inſpectio lepræ non ideo ſacerdotibus demandata fuit, eo quod ii tanquam medici illius cauſas & medicamina ſoli intelligerent, ſed quod ii de lepra monerent alios, immundum declarentes immundum, & mundum dicentes mundum, quod commune erat ſacerdotum officium; ſicuti ſacrificia leproſorum quoque a ſacerdotibus fiebant, hinc omnes lepræ ritus a ſacerdotibus perficiebantur. Doctiſſimus Aben Ezra vocem שאת *tumoris* ita dici putat a שרף *ardere*, eo quod vehementer ardet, ſed is refellitur ab Abarbanele atque a doctoribus Miſnicis, quia aduſtio nigredinem efficit in pelle, *tumor* vero albus eſt; & præterea is dicit quod calor plagam prominentem reddit, cum tamen Lex dicat quod plagæ ſpecies profundior ſit pelle; denique non tumor, ſed ulcus & aduſtio oriuntur ex ardore quodam ignis. Verum tumor iſte potius notat eminentiam carnis propter abundantiam humorum inter cutem & pellem natorum, quaſi יתר שאר dixeris, videſis Geneſios capite quadrageſimo nono commate tertio. Pariter ספחת *abſceſſus* notat humores ſub cute collectos, derivatur enim a ספח *aggregare*, videſis priori Samuelis capite ſecundo, commate triceſimo ſexto. בהרת notat papulam ſplendidam a בהר *ſplendere*, videſis Jobi capite triceſimo ſeptimo commate viceſimo primo. Porro ſecundum doctores Miſnicos quatuor ſunt lepræ ſpecies, quarum prima eſt tumor albiſſimus inſtar nivis, cui ſecunda eſt itidem alba inſtar calcis Sacrarii; tertia eſt papula inſtar lanæ albæ, cui ſecunda eſt inſtar albuminis ovi. Alii exponunt quod tumor indicet rubedinem naturalem quæ præ levitate ſua ſe ſurſum elevat, abſceſſus vero nigredinem qua oritur partium aggregatio, & quod papula albedinis & rubedinis indicium ſit, quia ſanguis non probe coctus ſolet eſſe albus. Sed magis conſentaneum eſt quod hæ ſpecies oriantur ex abundantia humoris albi. Verum שחין *ulceris* & מכוה *aduſtionis* ſpecies cenſentur provenire e nimia copia rubedinis urentis, & nigredinis. Capitis vero & barbæ lepra, item נתק *porrigo*, cujus ſignum eſt שער זהוב *pilus fulvus*, dicuntur provenire e nimia rubedinis copia; lepra autem ארמדמת *rubicunda* & פורחת *effloreſcens* ex abundantia depravati ſanguinis provenire judicatur: atque hæ omnes infirmitates נגעים *plagæ* vocantur, quia cutis plaga afficiebatur; & præterea lepra etiam צרעת vocatur quaſi צרת רעתו *anguſtiam mali ejus* dixeris; hæ itaque ſpecies ſi in cute conſpiciantur, indicio ſunt lepræ morbum reſidere interius. Porro dicit Lex, *& ad ſacerdotem adducetur*, unde doctores colligunt quod ſi leproſus ſponte ad ſacerdotem accedere nolit, cogendus ſit donec venerit. Et quando Lex dicit, *ad Aharonem, aut ad unum e filiis illius ſacerdotibus*, ſenſus eſt quod ad Aharonem accedere præſtat, utpote ad quempiam מובהק *peritum*, ſi vero quis ſecus fecerit, tamen ſe rem bene habere. Poſtea addit Lex, *ſi ſacerdos plagam viderit in carnis cute, & pilus niger converſus ſit in album*, ſenſus eſt, quod ſi pili qui natura nigri vel fulvi eſſe ſolent, facti fuerint albi, & plaga ſit profundior cute carnis, nempe albior videatur cute, ſicuti lumen

magis conſpicuum quam umbra ipſius, tum e duobus hiſce ſignis liquet eſſe plagam lepræ, & proinde ſacerdos talem hominem declarabit מצורע מוחלט *leproſum abſolutum*, de quo nullum plane dubium eſt quin talis ſit; quia ipſum includere non licet quum duo hæc ſigna lepræ adſunt. At vero ſi hæc duo ſigna non adſint, licet papula alba ſit in cute carnis, nihilominus tamen cum ſpecies non ſit profundior cute, & pili nigri non facti ſint albi, ſacerdos hominem non declarabit leproſum abſolutum, ſed ulterius rem explorabit, & propterea ipſum includet per ſeptiduum, quia natura humana ſeptiduo plerumque in melius vel in pejus vergere ſolet, eo quod ſeptimo vel quartodecimo die infenſiſſimi morbi terminantur, quia luna iſto tempore repræſentat faciem quadratam, quam illa non habuit ab initio. Includebatur autem leproſus ut natura devia ad ſe rediret, & ne leproſus in publicum prodiret quo naturales operationes impedirentur; tum etiam ne cum aliis hominibus communicaret interea dum ipſe dubitabat an leproſus eſſet, necne, & ſic eos inquinaret. Nonnulli doctores putant incluſionis rationem in eo poſitam eſſe, ne quis e propinquis vel ex amicis accederet, & leproſo medicamina porrigeret quibus lepræ ſigna ad tempus auferrentur, contra Legis ſcopum qui eſt ut natura ſua ſponte operetur, ut plagæ cauſa penitus tollatur. Verum doctor Levi filius Gerſomi putat incluſionem eſſe neceſſariam ad calorem corporis naturalem quiete iſta promovendum, ut is calorem alienum qui plagæ cauſa eſt, propellat foras, & ex ægritudine lepræ in incluſione ſe efferente conſtet putredinem eſſe lepræ cauſam. Deinceps dicit Lex, *& conſpiciet ipſum ſacerdos die ſeptimo*, ſi nempe lepra priorem ſuam faciem retinuerit, & ſe non diffuderit per cutem, neque diminuta ſit, tum hoc indicio eſt lepram eſſe pertinacem, proinde leproſus denuo per ſeptiduum includendus eſt, & hoc abſoluto ſacerdos iterum plagam inſpicere debet, & ſi ipſa tunc rugas contraxerit, id eſt, ſi non diminuta ſit albedo illius, nec ſe diffuderit, tum ſacerdos ipſum mundum pronunciabit, dicetque abſceſſum quendam ex abundantia humorum illic congregatum fuiſſe, qui tandem natura duce ſe diſſolverit; abſceſſus enim inferior eſt tumore, & mundus eſt ſi non dilataverit ſe. Poſtea homo lepræ abſolutus veſtimenta ſua lavabit, corpuſque ſuum totum aquis immerget, quia in ſuſpicione immunditiei verſatus eſt. Verum ſi abſceſſus ſe dilataverit per cutem poſtquam ſacerdos ipſum inſpexerit, incluſerit, & plaga ſe contraxerit, ita ut ea munda pronunciata ſit a ſacerdote, abſceſſus vero deinceps renovatus fuerit, & ſe diffuderit extra terminum in quo conſiſtebat dum includebatur, tum leproſus ſecunda vice à ſacerdote luſtrari debet, & ſi tum abſceſſus ſe diffuderit, immundum ipſum declaret ſacerdos, quia iſta diffuſio lepræ ſignum eſt manifeſtum. Quod autem Lex commate ſexto non iterum dicat, *ſi plaga lepræ ſit in homine*, *adducetur ad ſacerdotem*, inde Sapientes collegerunt admonitionem pro ſacerdote, nempe ſi is tumorem album viderit in cute, quo pili facti ſint albi, ac vitalitas carnis exiſtat in tumore, quæ eſt humor quiſpiam prodiens e plaga carnem vivam continente, quia caro mortua ſicca eſt, vitalitas autem eſt ſignum malum quod reliquis plagis contrarium eſt, cujus ratio eſt quod reliquæ natura ſua humidæ ſint, מחיה *vitalitas* vero ſit ſignum depravatæ materiæ quæ contraria eſt plagis ſiccis, propterea ex hoc ſigno ſacerdoti tantum licet declarare צרעת נושנת *lepram inveteratam*, & eam immundam dicere, quum caro viva in ipſa conſpicitur, & leproſum non iterum includere. Cæterum *lepra inveterata* ita vocatur, quod ipſa non facile ſanari poſſit propter abundantiam humorum naturæ regulas excedentium, licet lepra totam cutem contexerit, hoc enim indicium eſt quod natura omnem ægritudinem expellat exterius, ut caro redeat, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi ea omnino effloruerit*, *& totam cutem contexerit*, *quacunque inſpexerint oculi ſacerdotis*, id eſt, quo uſque ſacerdos uno oculorum obtutu videre poterit ab anteriori leproſi corporis parte, ubi ſecundum doctores Miſnicos viginti quatuor membra conſpiciuntur, cujuſmodi ſunt decem digiti, ambæ manus, ambo pedes, ambæ aures, naſus, & pudenda, hanc inquam plagam ſacerdos mundam declarabit, quia tota in albam converſa eſt. Nam cum ſacerdos viderit quod natura hanc putredinem expellat, inde conſtat calorem naturalem prædominari in materia putrefacta, ſicuti in aliis morbis fieri ſolet quando ſudore mali humores propelluntur, idcirco ſacerdos non debuit immundum declarare leproſum, cujus plaga per totam corporis ſuperficiem ſe diffuderat, licet omnes pili nigri converſi fuerint in albos. Verum ſi eo ipſo die quo ſacerdos inſpexit, caro viva nata fuerit in carne, tum immundus eſto, quia vitalitas docet ipſum abſque dubio immundum eſſe lepra, ita ut de aliis ſignis non ſit inquirendum. At vero ſi plaga redierit ad ſiccitatem ſuam, & converſa ſit in albedinem ſiccam abſque vitalitate, tum plaga ſanata eſſe cenſetur, & leproſus mundus declarandus eſt.

Cum Lex jam meminerit rituum plagarum, quæ ortum ſuum duxerunt ex humoribus albis,

nunc

nunc meminit rituum שחין ומכוה *ulceris & aduſtionis*, quæ ex humoribus rubicundis, igneis, & nigris oriuntur, de hiſce itaque dicit, *ſi in carne illius ſit ulcus, & ea ſanata ſit*, ulcus vero multas in ſe comprehendit ſpecies, eſtque agitatio quædam fortiſſima quæ humores rubicundos, vel ſanguinem depravatum exterius protrudit, & cutem quaſi incendit, quæ tamen citiſſime ſanari ſolet, proinde Lex addidit, *& ſi ſanata fuerit.* Cæterum ſi in loco ulceris remanſerit humor quiſpiam, qui tumorem album, vel papulam albam cum rubedine mixtam produxerit, tum id peculiare quid eſt ratione ulceris, quod non ita ſe habet in plagis ſuperius memoratis, quia materia illa quæ ulcus generat, eſt calor qui rubedinem gignit, ſi vero ſacerdos viderit faciem illius mutatam eſſe a reliqua cutis facie, ita ut ipſa quaſi depreſſior ſit cute, & præterea quoque aliud ſignum fuerit iſto in loco ubi pili nigri eſſe debebant, qui converſi ſunt in albos, tum ſacerdos leproſum declaret immundum, quia plaga lepræ eſt in ulcere effloreſcente, nam mediante calore iſto peregrino quo ulcus illic factum eſt, hoc ſignum illic remanet donec inde oriatur putredo, quam Lex ulcus vocat. Sed doctor Levi Gerſomi filius putat, quod hæc putredo in ipſo corpore reſidere poſſit; quam natura nequit eructare; præterquam in loco ægro ubi ulcus eſt. Verum ſi nullum ex hiſce ſignis reperiatur, & plaga ſe contraxerit ut reliqua cutis, tum oportet ut ſacerdos leproſum per ſeptiduum includat, & ſi plaga interea temporis prehenderit cutem, tum declaretur immundus; at ſi papula ſubſtiterit, & non diffuderit ſe, nec diminuta fuerit, tum ea non eſt plaga lepræ, ſed צרבת השחין *cicatrix aduſta* vocatur, quæ exaruit; & hac in parte jus cicatricis aduſtæ atque מכוה *aduſtionis* idem eſt, quia calor ignis in cute innovatur ut calor peregrinus. Deinceps Lex commate viceſimo meminit lepræ quæ in caput & in barbam aliquando invadere ſolet, quæ נתק *porrigo* vocatur a נתק *evellere*, quia pilos quaſi evellit, & eam quidem ex abundantia materiæ rubræ ortum ducere doctores cenſent, & potiſſimum caput & barbam expugnare, quia illic maxima pilorum copia eſt. Porro Lex diſtinxit inter קרחת וגבחת *calvitiem & recalvationem*, etſi ſpecies earum æquales ſint, quia alia eſt natura in occipite capitis, ubi recalvatio incidit, quam in ſincipite & in lateribus capitis ubi calvities incidit, utriuſque vero cauſam ex nimio humore albo in extremitate medullæ cerebri oriri cenſent, tum etiam ex rubro & nigro ſanguine redundant in anteriori parte medullæ, atque in lateribus, proinde ambæ aliquam convenientiam habent cum lepra in pelle carnis. Porrigo autem producere ſolet pilos fulvos, & non nigros, quia ipſius materia conſtat ex humore rubro, vel ex ſanguine putrefacto; ipſius ſpecies alba eſt, quæ e longinquo videtur depreſſior reliqua cute, quando leproſus detondetur, ſed ipſa germina ſua producit in extremitatibus pilorum. Inſuper Lex de ipſa duas ponit conditiones, quarum una eſt, quod ipſius ſpecies ſit depreſſior cute, altera quod in ipſa ſint pili fulvi tenues & breves, quia ob putredines humores nequeunt alere pilos, ſi itaque conditiones ambæ inveniantur, ſacerdos declaret impuritatem, at ſi neutra, vel ſi una inveniatur in ipſa, & ſpecies non ſit depreſſior cute, & pili nigri non converſi ſint in fulvos, tum occludatur per ſeptiduum; ſi tum die ſeptimo ſe diffuderit plaga, licet pili fulvi non ſint nati, nec ſpecies ſit profundior cute, tum ſacerdos denuo aliquod experimentum capere debet, ſicuti dicit Lex commate triceſimo tertio, *tunc radat ſe, porriginem vero ipſam ne radat, & recludat ipſum ſacerdos per ſeptiduum ſecundo*, ut inquirere poſſit an porrigo ſe diffuderit in loco abraſo quando ipſam ſecundo inſpicit die ſeptimo, quo ſi non diffuderit ſe porrigo in cute, nec viſio illius ſit profundior pelle, tum ſacerdos declaret hominem mundum, & is poſtea lavet veſtes ſuas. At vero ſi poſt illius declarationem puritatis porrigo ſe denuo diffuderit, tum hoc ſacerdoti indicio eſt quod immundus ſit leproſus, ita ut non opus ſit ulteriori inquiſitione pro pilis fulvis, quia pro ſigno impuritatis ſufficit quod plaga ſe diffuderit; ſed hocce jus tantum in porrigine obtinet, videlicet quod duplex incluſio requiratur pro raſura, & unum ſignum polluat poſt declarationem puritatis. Præterea ex hoc conſequitur, quod ſi ſacerdos viderit pilum fulvum, licet porrigo ſe non diffuderit, ſacerdos ipſum immundum poſſit declarare, quia Lex deinceps dicit commate triceſimo ſeptimo, *ſi priſtinam faciem ſuam retinuerit porrigo, & pilus albus effloruerit in ipſa, ſanata eſt porrigo, mundus eſt, & immundum ipſum pronunciabit ſacerdos.* Poſtquam vero de plagis, ulceribus, cæteriſque infirmitatibus lepram ſpectantibus verba fecit, jam oſtendit ſigna quibus homo a lepra liberatur, proinde dicit commate triceſimo octavo, *ſi in cute carnis viri, aut fœminæ ſint papulæ, papulæ albæ*, ſi nempe papulæ adſint albæ, tum mundi ſunt, tam vir quam fœmina; poſtea in ſpecie præcipit de viro cujus caput glabrum ſit, quia calvities non cadit in fœminam, cum propter humorum copiam ipſius pili ſint longi, atque hæc infirmitas commate ſequenti vocatur בוהק *vitiligo*, quæ conſtat e papulis contractis, fulvis, & albis, quæque non eſt ignominioſa ægritudo; dicit itaque Lex commate qua-

dragesimo, *ſi viri caput ſit glabrum*, *calvities eſt*, *mundus eſt*, quorum verborum ſenſus eſt, ſi ex occipite viri deciderint capilli, tum mundus eſt, quia calvities eſt. Pariter ſi in angulo faciei ipſius glabrum fiat caput ipſius, tum recalvatio eſt, & mundus eſt, quia ægritudine impeditur incrementum pilorum. Cæterum ſi in calvitie quæ in occipite eſt verſus cervicem, vel in recalvatione ſive ſincipite cernatur plaga in ſpecie tumoris, vel abſceſſus, vel papulæ, vel porriginis, tum vir iſte leproſus omnino immundus eſt, idcirco ſacerdos ipſum pronunciabit immundum abſque incluſione, quia plaga eſt in capite inter cutem & carnem, quæ efficit ut pili excidant. Deſcriptis lepræ ſignis, nunc de omnibus lepræ ſpeciebus Lex in genere præcipit commate quadrageſimo quinto, ut leproſus ſuas veſtes diſcindat, comamque alat, & ſic conditionem ſuam miſeram deploret, & mala opera ſua deteſtetur, unde ipſi hujuſce mali labes provenit, & præterea myſtacem atque labia ſua obvelet, ut vanitas oris obturetur, ne aliis qui ſani ſunt, noceat ſpiritu ſuo impuro, atque ut unicuique conſtet illum eſſe immundum, a quo ſibi cavendum ſit, idcirco continuo clamare debebat, *immundus*, *immundus ſum*, ne quiſquam ad ipſum accederet, & ob hanc rationem ei extra Iſraëlitarum caſtra habitandum erat ſoli, quo ſacerdos ſe conferre debebat quoties de ſtatu leproſi inquirendum eſſet.

Sequitur Lex de lepra veſtium quæ commate quadrageſimo ſeptimo traditur, *ſi in aliqua veſte ſit plaga lepræ*, *in veſte lanea aut in veſte linea* &c. quandoquidem Hebræorum doctores lepræ cauſam attribuunt maledicentiæ oris, apoſtaſiæ a vero Deo, hinc ii aliquot dubia movent quomodo lepra in veſtimentis & ſupellectilibus locum habere poſſit quæ nullo ſenſu feruntur, quia Lex tam de lepra veſtium quam hominum dicit צרעת ממארת *lepra dolorifica*, *& pungens inſtar ſpinæ*, cum tamen veſtes nullo dolore afficiantur? Doctor Levi Gerſomi filius putat lepram in rebus inanimatis gigni humoribus adulterinis, quibus calor genuinus ac fundamentalis debilitatur, qui cæteroquin humores confirmare debet, quia ſpecies quæ hanc putredinem ſignificat, ſit viridis aut rubicunda, & quia in hiſce rebus nullum eſt principium, quo medicina aliqua ab hac putredine ſanitati reſtitui poſſunt, ſicuti in homine dum vivit, proinde Deus præcepit ut comburerentur, ne amplius cuiquam eſſent uſui, quibus abuſi erant homines impuri; ſanitas enim & morbus duntaxat in hominibus ac animalibus locum habere poſſunt ex putredine ſanguinis, at non in lana, lino, pellibus, nec lapidibus inanimatis. Proinde doctor Moſes Nachmanis filius ſtatuit quod ratione lepræ veſtium nullæ cauſæ naturales adferri poſſint, ſed totam rem a vindicta divina derivari, hinc ille notat plagam lepræ nullibi inter Iſraëlitas obtinuiſſe dum ii adhuc integri erant vitæ, & divinæ voluntati obtemperabant, ſed ex quo ii a Deo defecerint, & numini venerando maledixerint, plagam lepræ divinitus in Iſraëlitas, atque in pleraque ſupellectilia ipſorum immiſſam eſſe, in ſignum quod Deus ipſos impuritati & corruptioni reliquiſſet, ita ut neſcirent quo ſe verterent. Propterea Maimonides & alii cum ipſo notarunt, quod plaga lepræ propter Iſraëlitarum detrectationes & calumnias primum invaderet domicilia, eamque poſt decedere quam ad meliorem frugem redierint, ſin minus, ulterius ſe in ſupellectilia diffundere, & ſi ne tunc quidem pœnitentiam egerint, eam in veſtimenta, & ex iis denique in ipſum corpus humanum prorepere, ut nulla ſpes evadendi reliqua eſſet blaſphemo; ſed omnibus diris quaſi devotus eſſet, propterea Deus dicit Levitici capite decimo quarto commate triceſimo quarto, *quando veneritis in terram Cananæam*, *tum ego plagam lepræ dabo in domicilio terræ poſſeſſionis veſtræ*, propterea plaga lepræ in efficacia ſua in terra Iſraëlis tantum obtinuit, quæ Iſraëlitis in pignus aliquod cœleſtis Cananææ poſſeſſionem conſequendi conceſſa erat, hinc ſi terreſtris illa poſſeſſio temporanea lepra infecta eſſet, cogitare poterant ſe cœleſti & ſempiterna poſſeſſione excluſos eſſe, & ſe non alios ac fœtidum aliquod cadaver haberi. Sed quærit Nachmanides quare Lex plagam lepræ potius in domiciliis, veſtibus laneis & lineis, ſtamine & ſubtegmine, atque in omni inſtrumento pelliceo ponat, & non etiam in aliis; ad hæc reſpondet clariſſimus Abarbanel, quod Lex harum rerum potiſſimum meminerit, quia illæ hominibus maximum uſum præſtant & ipſis quam proxime adſunt, ita ut eæ in humana corpora multum conferre poſſint, & proinde magni intereſſe ut puræ ſint, cum res aliæ ab uſu humano ſint longe remotiores, vel ex ejuſmodi materiis conſtent quæ non facile poſſunt inquinari, & hanc eſſe rationem quare Lex curaverit ne quis utatur veſtimentis vel calceis quibus antea indutus fuerat leproſus, quoniam ea de immunditie ipſius multa ad ſe attrahunt, & denuo in alios homines diffundunt, ſicuti apparere poteſt e maculis quæ in veſtibus inquinatis conſpiciuntur, quæ aliquando ſunt ſubvirides, aliquando ſubrubidæ, cujuſmodi maculæ videri ſolent in ægrotorum induſiis, & præcipue ea in parte ubi vis morbi medicina ſudorifera e corpore exterius prodierit, hinc Lex prohibuit ne quis leproſorum veſtes poſt eorum luſtrationem emeret, vel indueret,

nisi

niſi ſacerdos prius de iis inquiſiverit, & viderit plagam ſe non diffudiſſe, quamobrem per ſeptiduum ſecundo includantur, & laventur. Nam ſi poſt lotionem plaga non mutaverit faciem ſuam, tum veſtis abſque dubio immunda eſt, quia immunditiës illius non receſſit, & propterea comburi debet, quia פחתת *res parvi pretii eſt*. Quando Lex in lepra veſtium utitur vocibus קורחת *calvitie* & גבחת *recalvatione*, intelligit poſteriorem atque anteriorem illius ſuperficiem, quia plaga aliquando ab uno latere, aliquando vero ab utroque latere conſpici ſolet. Si vero ſacerdos viderit plagam poſt lotionem eſſe contractam, & maculam plane diſparuiſſe, tum veſtis rumpatur, id eſt ea pars in qua macula eſt, excidatur & comburatur, reliquum vero mundum eſto. Sin autem deinceps renovata ſit plaga in veſte, vel in pelle, tum illa dicatur פורחת *efflo-reſcens*, quia aliquid putredinis remanſerat quod ſe veſti immiſcuerat, tum ea penitus igne abſumatur, & non tantum ea pars in qua macula conſpecta fuit. Denique hæc clauſula Legis eſt, *hæc eſto Lex plagæ lepræ veſtis* &c. ut ipſa diſtinguatur a Lege de lepra hominis, de qua ſuperius actum eſt.

Expoſitis ritibus omnia plagarum lepræ genera ſpectantibus, ordo poſtulabat ut de purgatione earum quoque aliquid præciperetur, quemadmodum enim experto medico non ſufficit morborum cauſa detexiſſe, niſi etiam medicinam aliquam præſcripſerit, qua ægrotus ſanitati reddi poſſit, ita Deus Iſraëlitarum non ſolum populi ſui infirmitates palam facere voluit, ſed iis quoque mederi, ut ii ſanitate corporis inſuper promoverent animarum ſuarum ſanitatem, qua iterum Deo ipſorum placere poterant. Propterea dicitur ab initio ſequentis capitis, *Et allocutus eſt Dominus Moſen, dicendo, hæc eſto Lex leproſi, die purgationis illius, ad ſacerdotem adducatur*; quando Lex dicit, *ad ſacerdotem adducatur*, non cogitandum eſt quaſi leproſus adhuc in immunditie ſua verſans ante luſtrationem, ad ſacerdotem venire debeat, quia inſequenti commate dicitur, *& exibit ſacerdos extra caſtra*; ſenſus itaque eſt quod leproſus reſpectu purgationis ad ſacerdotem accedere debeat extra caſtra in iſto loco ubi ſanatus eſt, ut illic purgaretur, & eum in finem ei præſcribitur ut ſua pecunia emat duas aviculas vivas mundas, cujuſcunque illæ fuerint generis, dummodo non diſcerptæ, neque immundæ eſſent. Hiſce addendum erat *lignum cedrinum*, utpote omnium lignorum præſtantiſſimum, & *dibaphum coccineum*, ſive fila rubra ſanguine & hyſſopo tincta; notum eſt quod cedrina arbor inter reliquas ſit altiſſima, hyſſopus vero omnium humillima, huc reſpicere putant Hebræi quod de Rege Salomone refertur, ipſum locutum fuiſſe de plantis, a cedro quæ eſt in Libano uſque ad hyſſopum, quæ prodit e pariete, videſis priori Regum capite quarto, commate triceſimo ſecundo. Deinde ſacerdos præcepit ut una avis jugularetur in vaſe teſtaceo ſuper aquam vivam, quibus antea nemo uſus fuerat, atque ut avis viva, lignum cedrinum, coccineum dibaphum, & hyſſopus in ſanguine avis jugulatæ ſuper aqua viva intingeretur, tumque ſepties ſanguine illo conſpergeret eum qui a lepra purgandus erat, donec mundus eſſet; & poſtea ſacerdos avem illam vivam dimittebat in ſuperficiem agri ut inter cæteras avolare poſſet. Deinceps leproſus ille qui purgandus erat, veſtes ſuas lavabat, pilos ſuos radebat, totumque corpus ſuum aquis lavabat, donec mundus ad caſtra Iſraëlitarum redire poſſet, & non amplius ſolitarius ageret extra ipſa ut leproſus; attamen extra tentorium ſuum per ſeptiduum manere debebat, ne cum uxore ſua in lecto communicaret, quia talis communicatio admodum nocet iis qui ægritudine affecti fuerunt. Et ita ſe habet literalis illa Legis expoſitio. Præterea a doctoribus allegorizantibus obſervatur plagam lepræ immiſſam fuiſſe propter גסות הרוח *inflationem ſpiritus*, id eſt propter Iſraëlitarum ſuperbiam, ſicuti refertur de Uzia poſteriori Chronicorum capite viceſimo ſexto, commate decimo nono, quod propter arrogantiam ipſius lepra exorta fuerit in fronte ipſius; & quia ejuſmodi arrogantes atque ſuperbi ſe mirum quantum efferre ſolent, idcirco a leproſo purgando lignum cedrinum erat offerendum, ut elationem ſuam ſibi in memoriam revocaret, cujus ille jam doloribus lepræ adeo pungentibus pœnas dederat. Per *hyſſopum & dibaphum coccineum*, denotabatur quod leproſus impoſterum humillime de ſe ſentire deberet, quia iſta terræ naſcentia omnium aliorum humillima ſunt, & quod ſicuti תולעת שני ad literam denotat *vermiculum dibaphi*, ille etiam cogitaret ſe vermiculis in terram repentibus ſimilem eſſe. Et cum hæ leges de luſtratione a plagis lepræ ſint notatu digniſſimæ, & paucis notæ, conſentaneum fore putavi ingenioſas quaſdam obſervationes ex Abarbanele adferre, quas ille ex variis auctoribus in unum collegit; is itaque in leproſo quatuor in primis obſervat ægritudines, quarum prima eſt, defectus ſpirituum in ſanguine & carne, ſecunda defectus humorum, qui per totum corpus in putredinem acti ſunt, tertia, defectus in facie cui omne lumen & ſplendor adempta erant, quia cum jecur non amplius ſanguinem concoquit, hinc albedine ſanguinis facies pallet, idcirco lepra nivi aſſimilatur in Lege; quarta ægritudo ſita

eſt in odore fœtido qui e putredine humorum proficiſcitur. Inſuper idem auctor notat leproſum ex Lege bis removeri ab hominum ſocietate, primo enim ſolus extra caſtra conſidere debebat, ſecundo autem e Tabernaculo & divina præſentia prohibebatur, quamobrem duæ luſtrationes requirebantur, una, ad demonſtrandum ipſum ſanum ad caſtra rediiſſe, & in ſocietatem Iſraëlitarum admitti poſſe, altera, ut ſacrificio oblato dignus eſſet qui ad Sacrarium accederet, & rerum ſacrarum particeps eſſet. Propter hanc rationem Deus præcepit ut quatuor res adduceret leproſus in prima luſtratione ſua, quarum ſuperius meminimus, ad ſignificandum ſe ab unoquoque morbo liberatum eſſe, proinde *duas aviculas* adducebat, ad denotandum ipſum nunc vivere, & ſpiritus animales ubique per totum corpus ipſius volitare; *ligno cedrino* ſignificabatur humores ipſius jam a putredine conſervatos eſſe, & per longum tempus duraturos, ſicuti lignum cedri admodum durabile eſt; *coccineo dibapho* deſignabatur ſanguinis integritas, utpote qui jam colorem ſuum nigrum receperat; *hyſſopo* innuebatur ſpiritum ipſius jam ad priorem ſimplicitatem ſuam rediiſſe, & quaſi fragrantem odorem accepiſſe. Præterea quoque quatuor actiones recenſet in opere luſtrationis, quibus natura leproſi depravata quaſi corrigi videbatur, præcepit enim ut avicula una viva mactaretur in vaſe teſtaceo ſuper aquis vivis, & ut avis altera, lignum cedrinum, coccineum dibaphum, & hyſſopus in ſanguine avis mactatæ intingerentur, ad indigitandum quod ſicuti ambæ aves bonitate Dei antea vixerint, at jam unam eſſe vita privatam, alteram vero in vita clementia divina conſervatam eſſe, ita etiam ſi e duobus hominibus amicitia vel neceſſitudine aliqua conjunctis unus obierit, alter Deo gratias agere debet ſe ſingulari miſericordia ipſius in vita conſervatum eſſe; *mactatio ſuper vaſe teſtaceo* innuebat hominem eſſe in poteſtate Dei, ſicuti teſta in poteſtate figuli, quam ille conſervat vel deſtruit pro arbitrio ſuo; *aquæ vivæ* ſignificabant Legem Dei, nempe, quod ſicuti avis moritur ſi aqua potiri nequeat, ita homini moriendum eſt ſi Legem divinam non obſervaverit, uti avis quæ mactata fuit; quod avis viva in ſanguine avis mactatæ una cum aliis rebus memoratis intingebatur, argumento erat lepram non fuiſſe morbum naturalem, ſed ex voluntate Dei profectam fuiſſe, ſicuti præter naturam erat quod avis cum hiſce rebus in ſanguinem intingeretur, tum etiam quod ſicuti avis iſta intinctione non peribat, ita nec membra nec ſpiritus animales ſingulari Dei providentia periiſſent, quantumvis peſtifera eſſet illa lepræ plaga. Quod vero ſanguine ſepties conſpergebatur leproſus, id reſpiciebat ſeptuplicem juſti hominis lapſum, e quo tamen toties reſurgit. Præcipit autem Deus in fine Legis ut avis viva in agri ſuperficiem dimitteretur, cujus ſenſus eſt quod ſicuti avis dimittitur ad reliqua volucria ſui generis, ut cum iis volare & garrire poſſit pro lubitu, ita etiam leproſo ſanato permittitur ut ad conſortium ſuum redeat, abeat quo velit, & unicuique homini ſe adjungat. Deinde inſtituit lotionem veſtium, & pilorum raſionem, ut veſtes ab inquinamentis lepræ, & animam a peccatis ablutas eſſe conſtaret, atque ut abraſione pilorum a ſpiritibus dependentium veteris lepræ recordatio & idea plane tollerentur, & novæ cogitationes denuo producerentur, quæ bona opera generarent. Illa vero per ſeptiduum commoratio extra tentorium ſuum ei indicta erat, ne cum uxore ſua congrederetur, antequam integram ſanitatem & priſtinum robur ſuum iterum adeptus fuiſſet, quia quicquid ei hactenus a ſacerdote factum erat, vi luſtrationis primæ factum eſſet, qua ipſi jam conceſſum erat Iſraëlitarum caſtra intrare, ſed ipſi adhuc reliquum eſſe ut ſacrificium offerret, quo plenam ſibi remiſſionem peccatorum acquireret, & ad ſacrarium Dei appropinquare poſſet. Luſtratione peracta Lex ei præſcribit ut *duos adduceret agnos integros, atque unam agnam anniculam* integram*, horum unus agnus offerebatur in ſacrificium pro reatu ipſius, & agna in ſacrificium pro peccato, alter denique agnus in ſacrificium holocauſticum, cujus rei hæc eſt ratio, quod ſi quis beneficium aliquod alio beneficio remunerari velit, ſui ipſius atque auctoris ſtatum conſiderare debeat, idcirco leproſus ſacrificio pro peccato confitebatur ſe a ſcopo Legis aberraſſe, & ſacrificio pro reatu, ſe transgreſſionis vere reum eſſe, ac plagam lepræ merito ſibi inflictam fuiſſe; ſi vero non prudens ſciens peccaſſet, ſed addubitaret an peccaſſet necne, tum אשם תלוי *ſacrificio pro reatu dubio* ſe reum confitebatur, etiamſi inconſulto peccaſſet; & quia plurima peccata inſcii committere ſolemus, proinde ſacrificium pro reatu prius offerebatur ad peccata ignota expianda. Poſtea vero offerebatur חטאת *ſacrificium pro peccato**, quod agna conſtabat, ut prius expiatio fieret pro tranſgreſſionibus levioribus, & poſtea pro gravioribus. Expiatis ergo peccatis conſulto & inconſulto commiſſis, offerebatur עולה *ſacrificium holocauſticum*, ut ipſo mediante anima in cœlum aſcenderet, & cum ſupremo numine conjungeretur. Deinceps Lex injungit ut ſacerdos de ſanguine ſacrificii pro reatu ſpargeret ſuper auriculam dextram purgandi, & ſuper pollicem pedis dextri, & præterea, ut de Logo olei effunderet ſuper manum ſiniſtram illius, &c. atque de reſiduo illius in caput,

put, velut in ſignum unctionis; nam cum iſta membra prius lepra inſici ſoleant, & attenuari, proinde curavit ut ipſa vera reſipiſcentia curarentur, & contra ingruentia mala quaſi munirentur, ita ut hoc in caſu non medicina humana, ſed divina opus eſſet, nam ſicuti in ægrotis venæſectiones adhiberi ſolent in iſtis partibus, ita Deus contrario plane modo iiſdem mederi voluit, ut oſtenderet omnem operam humanam fruſtra eſſe, hinc principalibus iſtis membris ſanguinem applicari juſſit, e quibus cæteroquin ſanguis depromi ſolet, auricula enim inciditur ad ſanguinem e medulla cerebri, manus ad ſanguinem e corde, pollex pedis ad ſanguinem e jecore depromendum, ad quæ tria membra veluti e fontibus dimanat ſanguis. Notandum vero eſt quod præceptum ubique obtineat in partibus dextris, quia iſtæ ſiniſtris ſunt robuſtiores. Et quod reſiduum oleum in caput effunderetur, in eo ad ſapientiam & intellectum alludebatur, quod ea impoſterum ei non deeſſent, quamdiu in ſanctitate perſiſteret. Atque hæc aſperſio potiſſimum ſanguine ſacrificii pro reatu fiebat, quia is qui luſtrandus erat, eo confitebatur iniquitatem ſuam coram Domino. Et quia leproſus jam integritati redditus erat, hinc agni atque agna integri eſſe debebant; & quia ſanguinis ſacrificii pro reatu tanta requirebatur copia, quanta pro ſeptem ſparſionibus ſatis erat, idcirco pro agno ſacrificii pro peccato a pauperibus turtures vel columbarum pulli adduci non poterant, ſicuti in ſacrificio pro peccato, & holocauſto ex Lege fieri poterat. Oleum vero ſepties coram Domino ſpargendum erat, at non ita ſanguis, quia oleum hoc effundebatur e regione ſancti ſanctorum, ut ille qui purgandus erat, Deum oraret ut ſanitatem ipſius diu conſervare vellet inſtar olei boni. Quando denique clauſula Legis dicit, *ſic expiabit ſacerdos eum qui purgatur coram Domino*, diſtinguere voluit ultimam luſtrationem a prima qua cœtum Iſraëlitarum ei licebat intrare, hac vero Sacrarium Dei: hactenus de expiatione lepræ humanæ.

Legem de plagis ædium earumque expiationem tradit commate triceſimo tertio capitis ſupra citati, hoc argumento: *Et allocutus eſt Dominus Moſen & Aharonem, dicendo, quum veneritis in terram Cananæam, quam ego daturus ſum vobis in poſſeſſionem; ſi immiſero plagam lepræ in aliquam domum terræ poſſeſſionis veſtræ; tum veniet is ad quem domus pertinet, & ſacerdoti indicabit, dicendo, veluti plaga mihi in domicilio eſſe videtur*, &c. Plagam lepræ non e cauſis naturalibus in domos irrupiſſe, ſicuti doctor Levi Gerſomi filius putat, conſtare poteſt tum e materia domuum quæ nullum ſanguinem nec ſpiritum animalem continet, tum etiam ex decreto Dei, quo is dixit ſe plagam lepræ in domicilia immiſſurum, quando Iſraëlitæ in terram Cananæam venerint, ut iis notum faceret ſe tandem aliquando æque lepræ ædium quam lepræ humanæ auctorem fore, atque ut is ad quem domus iſta pertinet, perſuaſum haberet ſe graviſſime contra Dominum ſuum peccaſſe, ita ut ipſi lapides e pariete contra ipſum clamarent, & tigna lignea reſponderent *Revertere ô Iſraëlita ad Dominum Deum tuum a quo deſciviſti, ecce plagam in domo tua, ſi non reverſus fueris, nec tibi, nec filiis tuis parcet lepra!* hæc ita ſe habent ſecundum priſcorum doctorum ſententiam, Abarbanel putat lepram ædium reſpicere idololatriam a poſſeſſore commiſſam, qui eas clanculum cultui peregrino deſtinaverat, verumque cultum inde expulerat, quod ut omnibus palam fieret, Dominum immiſiſſe lepram, ut ædificium iſtud deſtrueretur ſi non reſipiſceret poſſeſſor illius. Ab initio itaque Lex præcipit ut paterfamilias ad ſacerdotem veniat eique totum lepræ negotium indicet, & roget quid faciendum ſit, ſecundum illud dictum Deuteronomii capite viceſimo primo commate quinto ועל פיו יהיה כל ריב וכל נגע *ore ipſius decidatur omnis lis atque omnis plaga.* Idcirco ei prohibetur ne ſacerdoti dicat, נגע נראה לי בבית *plaga mihi in domo eſſe videtur*, quaſi is controverſiam determinare vellet, ſed ut diceret, כנגע נראה לי בבית *quaſi plaga mihi in domo eſſe videtur*, ut ſacerdos rem dubiam decidat; propterea ante adventum ſacerdotis domus everrenda erat, ut eo accuratius inquirere poſſet, & non polluerentur omnia illius ſupellectilia. Per שקערורות intelliguntur foſſulæ in ſuperficie parietis, quæ ſi eſſent ירקרקות *viridiſſimæ*, vel אדמדמות *ruberrimæ*, tum ſacerdos domo iſta egrediebatur, & dum ad oſtium ſtaret foris, præcipiebat ut domus illa per ſeptiduum occluderetur, quemadmodum fiebat in lepra hominum, & veſtimentorum; die autem ſeptimo ei redeundum erat ut inſpiceret, an plaga ſe diffudiſſet in parietem, quod ſi factum fuiſſet, lapides lepra affecti eruendi erant, & extra civitatem projiciendi in locum immundum, ne alios polluerent, domus vero ipſa intrinſecus tectorio ſuo denudanda erat, & pulvis effundendus, deinde alii lapides atque alius pulvis ſubſtituendus, tum ſi rediiſſet eadem plaga & effloruiſſet, & ſe diffudiſſet, domus illa cum omni materia e qua conſtabat, deſtruenda erat, quia hæc erat צרעת ממארת *lepra pungens*, quæ nullis adminiculis corrigi poterat. Qui vero domum iſtam ingreſſus fuiſſet per totum iſtud tempus quo occluſa erat, vel deſtructa, is

uſque ad veſperam immundus manebat, ut ſuam domum denuo ingredi non poſſet, nec cibum ſuum comedere. Verum ſi ſacerdos intraſſet, & vidiſſet quod plaga ſe non diffudiſſet per illam domum poſt ſeptiduum illud tertium, tum domum illam mundam declarabat, eo quod plaga ſanata erat. Hinc notandum eſt quod de lepra ædium tres incluſiones præcipiantur, ſed duæ tantum de lepra veſtium, quia veſtes non tanti ſunt pretii, quanti quidem domicilia, & proinde non opus erat tantum temporis ſpatium iis largiri, ad lepræ eventum expectandum. In reliquis autem ratione expiationis unum ex altero diſci poteſt, propter illam convenientiam quæ inter genera lepræ eſt, hanc ob rationem Lex non repetiit ea quæ in ſuperioribus dixit. Quod denique Lex in fine præcipiat וכפר על הבית וטהר *Et expiabit ſuper domo illa, ut munda ſit*, id non ad domum ipſam, ſed ad poſſeſſorem ſive incolam ipſius referendum eſt, quia in domum nulla iniquitas nec expiatio cadere poteſt, qui hoc beneficium ad animum ſuum transferre debet, Deoque gratias agere quod ipſius membra non ſicuti lapides, & ligna, nec animam ut pulverem, nec totum ipſius corpus veluti domicilium ſuum deſtruxerit, quemadmodum facere potuiſſet, ſi juſtitiam ſuam in ipſum exequi voluiſſet. Proinde fiebat expiatio per aviculas, & ejuſmodi res quarum mentio facta eſt ſuperius in Lege de Expiatione Lepræ humanæ. Hæc de triplici plaga lepræ, videlicet, de lepra hominis, veſtimentorum, ac domiciliorum.

מסכת פרה TRACTATUS DE VACCA RUFA, hic ſuperiores excipit quia in iis actum eſt de pollutionibus ex impuritate cadaverum, atque id genus aliis pollutionibus, in hoc vero de purgatione ab ejuſmodi impuritatibus. Hujuſce tractatus Lex nobis tradita eſt Numerorum capite nono decimo, ubi ita legimus: וידבר יהוה אל משה ואל אהרן לאמר : זאת
חקת התורה אשר צוה יהוה לאמר דבר אל בני ישראל ויקחו אליך פרה אדמה תמימה אשר אין בה מום
אשר לא עלה עליה על : ונתתם אתה אל אלעזר הכהן והוציא אתה אל מחוץ למחנה ושחט אתה
לפניו : ולקח אלעזר הכהן מדמה באצבעו והזה אל נכח פני אהל מועד מדמה שבע פעמים : ושרף
את הפרה לעיניו את ערה ואת בשרה ואת דמה על פרשה ישרף : ולקח הכהן עץ ארז ואזוב ושני תולעת
והשליך אל תוך שריפת הפרה : וכבס בגדיו הכהן ורחץ בשרו במים ואחר יבא אל המחנה וטמא
הכהן עד הערב : והשרף אתה יכבס בגדיו במים ורחץ בשרו במים וטמא עד הערב : ואסף איש
טהור את אפר הפרה והניח מחוץ למחנה במקום טהור והיתה לעדת בני ישראל למשמרת למי נדה
חטאת היא : וכבס האסף את אפר הפרה את בגדיו וטמא עד הערב והיתה לבני ישראל ולגר הגר
בתוכם לחקת עולם : id eſt: *Et allocutus eſt Dominus Moſen atque Aharonem, dicendo: hoc eſt ſtatutum Legis quod Dominus præcepit, dicendo: dicito filiis Iſraëlis, ut ad te adducant vaccam rufam, integram, in qua non eſt aliquod vitium, cui jugum nondum impoſitum fuit: Et dabitis eam Eleazari ſacerdoti, qui eam extra caſtra educi jubebit, ut quis jugulet coram ipſo: Tum accipiet Eleazar de ſanguine ejus digito ſuo, & aſperget verſus anteriorem partem tentorii conventus de ſanguine illius ſepties: Et jubebit comburi illam vaccam ante oculos ſuos; ejus pellem, carnem, & ſanguinem cum fimo ejus comburet: Aſſumenſque ſacerdos lignum cedrinum, hyſſopum & dibaphum coccineum, projiciet ea in rogum vaccæ iſtius: Deinde lotis veſtimentis ſuis ſacerdos abluet carnem ſuam aqua, ac deinceps veniet ad caſtra; ſacerdos vero uſque ad veſperam immundus erit: Tum colliget quiſpiam mundus cinerem iſtius vaccæ, & relinquet extra caſtra in loco mundo, ut cœtui filiorum Iſraëlis aſſervetur in Aquam Separationis, Sacrificium pro Peccato eſt: Poſtea is qui collegit cinerem vaccæ, veſtimenta ſua lavabit, & uſque ad veſperam immundus erit; hoc erit filiis Iſraëlis & peregrino peregrinanti inter eos in ſtatutum perpetuum.* Doctores Hebræi teſtantur ſe per omnium temporum ſeriem uſque ad Moſen ore tenus accepiſſe, quod Moſes ipſe primam vaccam paraverit, dum is in Sacrario munus pontificis maximi obibat, idque ab ipſo factum fuiſſe primo die menſis Niſan, quo Tabernaculum erectum eſt, ut cinere illius purgaretur quiſquis cadavere humano pollutus fuiſſet, ne immundus Sacrarium intraret, idque profanaret. Iſtius itaque vaccæ cinere luſtrati ſunt omnes polluti per illud quadraginta annorum ſpatium in deſertis, at vero cum poſt tot annorum ſpatium Iſraëlitæ terram Cananæam expugnaturi eſſent, atque iſta occaſione multum ſanguinis effundendum eſſet, ita ut primæ vaccæ cinis non ſufficeret ad eos qui cadavera humana tetigerant, a pollutione ipſorum vindicandos, idcirco Dominum Moſi atque Aharoni per anticipationem quandam præcepiſſe affirmant, ut ſi aliquando plures vaccæ comburendæ eſſent, eas hiſce ritibus comburerent, cinerem pararent, & reponerent. Proinde in hac Lege non dicitur ſicuti in aliis, quod Iſraëlitæ, vel Eleazar fecerint ſicuti præceperat Moſes. Et quia Moſes jam ante aliquot annos vaccam paraverat, propterea Dominus Moſen & Aharonem allocutus eſt, dicendo, *hoc*

eſt

eſt ſtatutum Legis, ac ſi Dominus dixiſſet, quod Moſes olim fecit ratione vaccæ, id rite fecit, idcirco id ipſum in ſtatutum perpetuum permanebit, ut ſi vacca denuo paranda ſit, eodem id fiat modo quo Moſes fecit. Quando filii Iſraëlis jubentur vaccam adducere, inde eliciunt vaccam venire e bonis totius cœtus Iſraëlitici, & pro ipſo comburi, & quia ipſa fœminei generis fuit, hinc cœtum Iſraëliticum פרה סוררה *vaccæ rebelli* aſſimilari putant. *Color ruber* reſpiciebat populi peccata quibus ob gravitatem ſuam rubedo adſcribitur apud Eſaiam capite primo. *Integritate* præcipiebatur quod abſque ulla macula eſſe deberet, & non rebellis, nec ea quæ jugum paſſa erat. Doctor Levi Gerſomi filius putat vaccam Eleazari ſacerdoti tradendam fuiſſe, eo quod vacca comburenda erat per ſacerdotem veſtibus albis indutum, & non ab eo qui aureis indutus erat, ut Aharon excluderetur. Sed refellitur ab Abarbanele, qui ſtatuit vaccam potius Eleazari tradendam fuiſſe, quia ille futurus eſſet pontifex maximus quando vacca parabatur, hanc enim Legem reſpicere tempus futurum, ſuperius notatum eſt. Mactationem vaccæ quod attinet, ea non peragebatur in altare, ſed extra caſtra, & exinde fiebat ſanguinis adſperſio illius, & non introducebatur in ſanctuarium, ſicuti juvencus ſacrificii pro peccato, qui die Expiationis magno a pontifice maximo parabatur, cujus rei ratio adfertur, quod vacca rufa repræſentaret totius gentis Iſraëliticæ ſtatum commaculatum, ut ea præ immunditie ſua Sacrarium ingredi non poſſet. Sanguinis aſperſio illius fiebat verſus anteriorem tentorii conventus partem, e regione propitiatorii, quia extra caſtra Iſraëlitarum jugulata erat, ut Iſraëlitis propter immunditiem ab eccleſia Domini elongatis, denuo introeundi facultatem adferret; hinc adipes illius in altare non offerebantur, ſicuti adipes juvenci ſacrificii pro peccato. Porro illius pellis caro, ſanguis, & ſimum ſimul comburebantur, quia totius cœtus Iſraëlitici ſymbolum erat, in quo erant ingenui & ſervi, nobiles atque ignobiles, ſicuti unum corporis membrum altero præſtantius, & hi omnes cujuſcunque conditionis vel ordinis ſient, propter peccata ſua inſtar hujuſce vaccæ ſe comburio dignos eſſe judicare debebant. Adjectione ligni cedrini, coccinei dibaphi, & hyſſopi, alludebatur ad omnes Iſraëlitas tam pauperes quam divites, tam viles quam ſpectatos, arbor cedrina enim inter reliquas altiſſima, hyſſopus vero humillima eſt, ita etiam coccus; tum denique, quia cinis vaccæ purgabat eos qui tactu humani cadaveris polluti eſſent. Et cum humana conditio reliquis animantibus omnibus ſit præſtantior & felicior, quamdiu vitæ integritatem & timorem Dei conſervat, contra vero iis omnibus infelicior ac turpior ſi ab iis receſſerit, hinc cadaveris humani fœtor & immunditiçs omnium maxima eſt, quamobrem Lex in primis cavit ut cinere vaccæ rufæ tolleretur immunditiës eorum qui cadavere humano polluti erant, & ut ligno cedrino conſtitutio humana incorrupte conſervaretur, & nulla putredine inficeretur, hyſſopo autem ne a fœtore & impuris ſpiritibus afficeretur, & coccineo dibapho, ut colorem rubrum non amitteret. Aquæ adjectio denotabat ablutionem macularum quæ contactu mortuorum contrahebantur. Porro Lex juſſit ut ii qui vaccæ opera peragebant, veſtes ſuas lavarent, & ad veſperam uſque immundi manerent, propterea quod vaccam, vel ſanguinem, vel cinerem illius tetigiſſent. Cæterum a priſcis Sapientibus obſervatum eſt cinerem vaccæ fuiſſe tripartitum, cujus prima pars in monte Miſcha poſita fuit, qua pontifex maximus conſecrabat alias vaccas; altera diſtributa fuit omnibus ſacerdotum vigiliis, ut ea ab immunditie purgarentur urbani, & alii quicunque purgandi erant, hinc illa extra atrium Templi aſſervabatur; tertia in חול *Antemurali* aſſervabatur, ſicuti Lex præſcripſit, *& erit filiis Iſraëlis* למשמרת *in aſſervationem*. Ratio autem quare cinis extra caſtra Iſraëlitarum, & poſtea extra atrium Templi aſſervabatur, erat, quod eo ſe conferre poterant qui mortuis polluti erant, ut tertio & ſeptimo die purgarentur, & deinceps cum expiatorio ſuo accederent ad caſtra, vel ad atrium; nam ſi quis pollutus ad Tabernaculum vel ad Templum acceſſiſſet priuſquam aquis ſeparationis conſperſus fuiſſet, is pœnam excidii meritus erat, quamvis ſe aquis immerſiſſet, & veſtimenta ſua laviſſet. Aquæ cum cinere vaccæ commixtæ vocabantur מי נדה *aquæ ſeparationis*, quia vacca ut res impura procul extra caſtra a communione hominum ſeparabatur, & hoc ſenſu uxor propter menſtruale profluvium a marito elonganda eodem nomine appellatur. Denique Lex dicit, חטאת היא *ſacrificium pro peccato illa eſt*, videlicet pro totius cœtus peccatis in contactu mortuorum, ſicuti juvencus die Expiationis magno erat ſacrificium pro peccato pro iis qui Sacrarium inconſulto intraverant. Deſcriptis ritibus ſecundum quos opera vaccæ rufæ perficienda erant, ſequitur Lex de pollutis propter mortuos, & eorum expiatione, ſed cum ea jam a nobis explicata ſit in præfatione ad titulum de Tentoriis, non eſt ut heic loci eandem repetamus, ſed non injucundum erit quorundum allegorizantium ſententias de vacca rufa adferre, quæ merentur ut expendantur. Putat nonnemo doctor Moſis Legem de vacca rufa reſpicere expiationem peccati in vituli aurei fabrica commiſſi,

idcirco is pleraque legis hujus verba opponit hiſtoriæ de vitulo aureo, verbi gratia, quando in lege de vacca rufa præcipitur, ויקחו *ut accipiant*, ſive adducant e bonis ipſorum quantum ſatis eſt pro vacca rufa, dicit id opponi ei quod dicitur, conquirite inaures aureas pro vitulo; ipſam vaccam rufam comparat cum filio ſervæ qui domini ſui palatium inquinavit, cui dominus dixerit, veniat mater tua & purget ſordes tuas, ita vaccam venire dicit ut purget peccata filiorum Iſraëlis quibus palatium Domini ipſorum commaculaverant; colore vero rufam, quia peccata in vitulo conficiendo omnium ruberrima fuerunt, & multo ſanguine Iſraëlitis conſtiterunt; & præterea integram, quia Iſraëlitæ antea integri vitæ extiterant, ſed conflatione vituli aurei turpiſſimis maculis affecti, proinde vaccam integritate ſua eos denuo expiare a vitiis ſuis. Vaccæ nullum jugum impoſitum eſſe debebat, eo quod Iſraëlitæ jugum præceptorum divinorum excuſſerant. Vacca ad Eleazarem adducenda erat, & non ad Aharonem, quia Aharon ſuam operam in vitulum aureum contulerat, juxta dictum illud אין קטיגור נעשה סניגור *accuſator nequit fieri procurator*. Combuſtio vaccæ fieri debebat coram Eleazare, quia combuſtio vituli facta erat coram Moſe. Lignum cedrinum, coccineum dibaphum, & hyſſopus, tres nempe ſpecies [illegible] ludebant ad tria millia hominum qui operam dederant vitulo aureo, ligni vero cedrini altitudo ſignificabat altitudinem peccati propter vitulum, coccini & hyſſopi humilitas notabat ſtatum Iſraëlitarum ad terram uſque humiliatorum. Sicuti peccatum in vitulo patrum per omnes generationes Iſraëlitis imputatum fuit, ita cinis vaccæ in perpetuum aſſervatus fuit in expiationem. Et ſicuti luſtrabantur cinere commoliti vituli in aqua natanti, ita quoque cinere vaccæ luſtrabantur. Sed quamvis hæ alluſiones non careant aliquo ingenii acumine, nihilominus tamen a plurimis doctoribus rejiciuntur, ſtatuentibus quod Lex de vacca rufa data ſit ad purgandum eos qui mortuis polluti erant ſecundum חקת התורה *ſtatutum legale*, proinde Abarbanel alias ſimilitudines rei magis convenientes ex variis auctoribus citat, cujuſmodi ſunt; quod vacca rufa fuerit integra & perfecta, quia Lex Domini perfecta eſt. Nullo jugo onerata, quia is qui jugum præceptorum divinorum in ſe recepit, liber eſt a jugo mundi. Illius ritus Eleazari ſacerdoti demandati erant, quia ſacerdotum labia ſapientiam cuſtodire debebant. De illius ſtatu extra caſtra in loco ſolitario inquirendum erat, quia Legi ſtudenti incumbit ut in locum ſolitarium ſecedat, ibique ſolus eam meditetur. Et quia non ſufficit ut quis verbo tenus Legem ediſcat, ſed ſpiritum illius aſſequi ſtudeat, proinde vacca non tantum jugulanda & excorianda erat, ſed & ſanguis illius depromendus & in locum ſanctum introducendus. Et quia in doctrina Legis omnia rite terminari debent, ut omnia præcepta illius ſtricte obſerventur, propterea Lex præcepit ut ſanguis vaccæ verſus tentorium ſpargeretur; in quo arca cum tabulis Legis aſſervabatur. Et quia animæ piorum defunctorum, propter ardentem zelum quo Deo in cœlo inſerviunt, dicuntur שרפים *ardentes*, hinc vacca coram oculis ſacerdotis igne abſumenda erat. Omnes autem qui negotio vaccæ operam dederant, ii veſtes lavare tenebantur; quo vitiorum ipſorum correctio denotabatur. Et quia Lex comparatur cum aquis vivis in vitam æternam ſalientibus, hinc aquæ vivæ addendæ erant cineri vaccæ, ut immundi luſtrarentur, & puritate ad ſanctitatem aſcenderent, ſecundum illud veterum Sapientum dictum טהרה מביאה לידי קדושה *puritas ducit ad ſanctitatem.*

מסכת טהרות TRACTATUS DE PURITATIBUS, abſolutis iis in quibus de pollutionibus gravioribus ſaltem ſeptiduo durantibus & earum purgationibus diſquiſitum fuit, progreſſus eſt auctor ad pollutiones leviores, quæ poſt occaſum ſolis terminabantur, & hunc tractatum ſuperioribus ſubjunxit, eumque in ſpecie eodem titulo inſignivit, quo antea totus liber Miſnicus in genere inſignitus fuit. Cæterum hicce codex non peculiarem Legem a Domino Moſi dictatam agnoſcit, attamen illius ritus per conſequentias e Lege Moſis petiti ſunt, nam locus Levitici capite ſeptimo decimo, commate decimo quinto & ſequenti, וכל נפש אשר תאכל נבלה וטרפה באזרח ובגר יכבס בגדיו ורחץ במים וטמא עד הערב וטהר: ואם לא יכבס ובשרו לא ירחץ ונשא עונו: id eſt: *Et omnis anima quæ comederit cadaver, & diſcerptum, in incolis & peregrinis, lavabit veſtimenta ſua, & ſe aquis abluet, atque ad veſperam uſque immundus erit, deinde mundus: Si vero non laverit, nec carnem ſuam abluerit, tum iniquitatem ſuam feret*, ſecundum veterum doctorum inſtituta intelligendus eſt de immunditie leviori quæ volucrum mundarum cadaveribus contrahitur, de qua in hocce codice pluribus agitur, ſicuti eum legenti fiet manifeſtum. Proinde ſtatim in ipſo limine in cadaveris volucrium mundarum pollutione tredecim jura a Sapientibus ſancita ſunt, quæ prius recte expendenda ſunt antequam quiſquam Iſraëlita ſe pollutum eſſe convictus ſit, quorum primum eſt, quod nemo polluatur ex eo quod de cadavere avis mundæ comederit, niſi id במחשבה *cum intentione* fecerit, ut ipſius iniquitatis ſibi

con-

conſcius ſit, ſi alii non adfuerint qui ipſum convincere poſſint. Secundum, quod ratione cadaverum avium mundarum non requiratur aliqua diſpoſitio ad immunditiem, quæ fit affuſione aquæ, vel potus, ſicuti Lex præcipit de ſeminibus & cibis Levitici capite undecimo, commate triceſimo ſecundo; ſed ipſa caro cadaveris avis mundæ polluit hominem & veſtes, ſi ſciens de ipſa comederit abſque ullo potu. Tertium, ſi copia ovi de cadavere avis mundæ tetigerit cibos mundos, ii polluti ſunt. Quartum, ſi quis olivæ copiam de cadavere avis mundæ comederit, tum ipſe & veſtes ipſius polluti ſunt, Lex tantum in genere dixit, *& comederit*, ſed minima copia quæ inficere poteſt ſecundum Sapientes determinata eſt in copia olivæ; & is non tantum ſe & veſtes ſuas lavare, ſed etiam ad occaſum ſolis in impuritate ſua permanere debet, ita præcipiente Lege. Quintum, ſi poſtquam de cadavere vel diſcerpto avis mundæ comederit, & introiverit Templum antequam purgatus ſit, tum ſacrificium adferre tenetur, ſi inconſulto erraverit, at vero ſi id conſulto fecerit, excidii pœna dignus eſt; nam Lex de eo qui immundus intraverit Templum, ejuſdemve ſacra polluerit, in genere dicit, *ſecundum omnem immunditiem ſuam*, videſis Levitici capite viceſimo ſecundo, commate quinto. Sextum, ſi cadaver avis immundæ tetigerit oblationem primam, tum illa oblatio comburenda eſt, quia ſecundum immunditiei gradum ſibi contraxit. Septimum, ſi quis de vivi animantis membro comederit, is quadraginta luat plagas, etiamſi membrum iſtud ne quidem olivæ copiam habuerit, quia Lex de membro vivi animantis non comedendo in genere edicit, *carnem cum anima ipſius non comedetis*, non definiens copiam, videſis Geneſios capite nono, commate quarto. Octavum, quod mactatio liberet volucria diſcerpta e poteſtate cadaveris, ita ut ipſa denuo polluere nequeant inſtar cadaveris. Nonum, quod unguefectio diſcerptum liberet e poteſtate cadaveris. Decimum, quod alæ & plumæ polluantur & polluant. Undecimum quod plumæ non conſlentur cum carne, ad olivæ copiam conficiendam. Duodecimum, quod roſtrum & ungulæ polluantur, & polluant, ut reliqui cibi immundi. Decimum tertium, quod conjunctio fiat in copia olivæ, ad œſophagum carne cadaveris polluendum. Et quandoquidem volucrium immundarum cadavera quoque continentur ſub impuritatibus levioribus, proinde auctor ſtatim eorum jura ſubnectit, dicitque ea ratione pollutionis requirere attentionem & diſpoſitionem, ac immunditie cibi polluere dummodo quis copiam ovi de ipſis comederit; corpuſque inficere, ſi ovi copiam cum dimidia ipſius parte comederit de iis, ſicuti fieri ſolet ſi quis cibos immundos comederit. At vero ſi de cadavere nondum copia olivæ in hominis œſophagum venerit, tum homo iſte non permanet in immunditie ſua uſque ad occaſum ſolis. Nec ſi quis de ipſo inſciens comederit, & deinceps Templum intraverit, tenetur quod ipſum profanaverit. Nec ſi quis de membro vivo comederit, quadraginta plagis plectitur; nec mactatio cadaver ab immunditie liberat. Alæ & pluviæ polluuntur, polluunt, & conſlantur; ita quoque avis roſtrum & ungulæ ipſius. Attamen ſi cadaver avis immundæ tetigerit oblationem primam, tum ea comburenda eſt. Et cum ciborum ſacrorum, oblationis primæ, & cibi profani in caſibus pollutionis diverſa eſſet conditio, idcirco auctor varios pollutionis gradus tanquam hypotheſes quaſdam in genere tradit ad reliqua quæ in hoc codice ſequuntur, ſecundum eas decidenda; ex horum numero eſt, quod primus gradus in profanis ſit pollutus, & alias res polluat, ſecundus vero eas reprobas reddat, ſed non polluat, ſed quod tertius gradus comedi poſſit cum juſculo quod oblationem primam habet admixtam. Præterea, quod primus atque ſecundus gradus in oblatione prima polluti ſint, & denuo polluant, tertius vero alias res tantum reprobas reddat, ſed non polluat, & quartus comedi poſſit cum juſculo ſacro. Cæterum in ſacris primus, ſecundus, atque tertius gradus polluti ſunt, & polluunt, quartus autem alia reproba reddit duntaxat, ſed non polluit. Quintus denique comedi poteſt cum juſculo ſacro. Porro ſecundus gradus in profanis polluit potus profanos, & oblationis primæ cibos reprobos reddit. Tertius gradus in oblatione polluit potus ſacros, & cibos ſacros reprobos reddit, ſi ii parati ſint in puritate rei ſacræ. At vero ſi ii parati ſint in puritate oblationis primæ, tum gradus ſecundus duos polluit, & unum in ſacris reprobum reddit. Reliqua vero quæ in hoc codice de Puritatibus vario reſpectu adferuntur, ea inveſtigationi lectoris committimus.

מסכת מקואות TRACTATUS DE LAVACRIS, poſtquam auctor in antecedentibus codicibus tam de levioribus quam gravioribus pollutionibus, ut & earum purgationibus egiſſet, æquum erat ut de ipſa purgandi ratione etiam conſtaret, proinde titulum de Lavacris iis annexuit, quia in iis impuritates abluendæ erant. Quicquid enim impuritatem aliquam contraxiſſet, ſive ſupellex, ſive homo eſſet, id in aquæ conceptaculis purgandum erat, tam ab immunditie levi quam a gravi. Cæterum notandum eſt quod quoties in Lege mentio fiat רחיצת

בשר *ablutionis carnis*, vel כיבוס בגדים *lotionis veſtium*, toties intelligi debet totius corporis immerſio in aquis lavacri, proinde Levitici capite quinto decimo, commate undecimo de eo qui gonorrhœa affectus erat dicitur, וידיו לא שטף במים *& manus ipſius non immerſerit aquis*, quorum verborum ſecundum doctores Miſnicos ſenſus eſt, ac ſi Lex dixiſſet, ſi totum corpus ipſius non immerſerit aquis. Atque idem ille ritus tam ſtricte omnibus aliis immundis applicatur, ita ut ſi quis immundus ſeipſum fere totum immerſerit, præter minimi digiti extremitatem, in immunditie ſua permanſerit. Et quod Levitici capite undecimo, commate triceſimo ſecundo dicitur, *in aquam inferetur, & immundum erit uſque ad veſperam, deinde mundum futurum eſt*, id intelligendum eſt de omnibus rebus omnibuſque hominibus qui aquis immerſi fuerint, ut non prius mundi ſint quam ſol occiderit. Vaſa autem omnia in lavacris abluenda ſunt, teſtaceis, vitreis, ſtoreaceiſque exceptis, nam de vaſe teſtaceo Lex præcipit capite modo citato, commate triceſimo tertio, *ipſum frangetis*, hinc doctores concluſerunt vaſa teſtacea non poſſe purgari niſi fractione; atque huic juri vaſa vitrea quoque obnoxia. Qui vero gonorrhœa laboraverit, is in aquis fontanis ſe duntaxat immergere debet, quia Lex meminit מים חיים *aquarum viventium*; ſed fœmina gonorrhœa affecta, reliquique polluti homines & vaſa omnes in lavacro immergendi ſunt. Quicunque vero immergendi ſunt, ii omnes ſe die immergere debent, puerpera & quæ fluxu menſtruali laborat exceptis, eæ namque fœminæ ſe nocte immergunt. Sed בעלי קרי ſive is qui in ſomnis ſemen emiſerit, is ſe ſtatim lavet, & immundus maneat ab initio noctis uſque ad occaſum ſolis inſequentis diei. Quiſquis immergendus ſit, is totum corpus ipſius immergat una vice, quando omnino nudus eſt, & ſi valde piloſus ſit, tum omne capillitium ſuum immergat, quia id ipſum ad corpus ipſius pertinet. Qui vero ſe immerſerint una cum veſtibus ſuis, iis ex Lege imputatur immerſio iſta, quia aquæ veſtes penetrant uſque ad corpus, ita ut inter aquam & corpus nullum ſit interſtitium ſiccum. Hinc uxor quæ profluvio menſtruali laboravit, marito ſuo licita facta eſt poſtquam ſe veſtibus ſuis immerſerit. Quiſque autem ſe animo ad immerſionem attento immergere debet, ſin ſecus fecerit, immerſio ei quidem imputatur ut profanis frui poſſit, imo ipſa uxor quæ poſt menſtruale profluvium abſque attentione ad immerſionem ſe immerſerit, vel caſu quodam in aquam frigidam deſcenderit, marito ſuo licita facta eſt, verum ex oblatione prima vel e ſacrificiis non licet ipſis aliquid commodi percipere antequam attentione immerſionis id fecerint. Loca vero ſecreta ad quæ viſus non pertingit, & loca rugoſa neceſſitati inundationis non obnoxia ſunt, quia Lex dicit, *& ſi manus illius non inundatæ ſint aqua*, hinc doctores collegerunt ſufficere ſi ea tantum membra quæ oculis luſtrari poſſunt, inundentur. Si aliter fieri non poſſit, attamen oportet ut ad iſta loca ſine aliquo interſtitio perveniant aquæ, licet non confricentur. Nam hæc eſt conditio quæ in ritu lavandi omnino obſervanda eſt tam in hominibus quam in vaſis, videlicet, ne inter hominem & aquam, vel inter vaſa & aquam ſit aliquod interſtitium, cæteroquin lotio nullius eſt momenti, & res immundæ in immunditie ſua permanent; iſtud vero interſtitium ejuſmodi eſſe debet ut aqua ipſum penetrare nequeat, & ut tale habeatur ab eo qui lavatur, ſin minus, non dicitur dividere inter aquam & corpus, licet maximam ipſius partem contexerit. Aquæ autem ad lotionem idoneæ ex Lege ſunt omnes eæ quæ alicubi natura loci congregatæ ſunt, ex eo quod Lex in genere dicit, מקוה מים *congregatio aquarum*, nihilominus tamen tanta aquæ copia adeſſe debet, quanta ad totum corpus una vice immergendum ſufficit, atque hæc copia a Sapientibus determinata fuit in quadraginta Satis, tam aquæ hauſtæ quam collectæ. Præterea a Sapientibus inſtitutum eſt quod aquæ hauſtæ reprobam reddant lotionem, & præterea, quod ſi in congregationem aquarum inciderint aquæ hauſtæ, ea reproba facta ſit, atque hoc ſancitum ii collegerunt ex eo quod Levitici capite undecimo commate triceſimo ſexto dicitur, אך מעין ובור ומקוה מים יהיה טהור *Sed fons, puteus, & congregatio aquarum munda ſunt*, quæ continent aquas fundo contiguas, cujuſmodi non ſunt aquæ hauſtæ. Illa vero copia aquæ hauſtæ quæ aquas congregatas reprobas reddere poſſit, a Sapientibus ſtatuta eſt in tribus Logis, verbi gratia ſi tres Logi aquæ hauſtæ inciderint in lavacrum minus quam quadraginta Sata continens de aquis congregatis, tum totum lavacrum infectum eſt, at vero ſi id quadraginta Sata de aqua congregata continuerit, tum id ipſum non inficitur, licet quis toto die aquas hauſtas ei addiderit. Sed hi tres Logi aquæ hauſtæ non inficiunt lavacrum, niſi in ipſum inciderint e vaſe, at ſi eæ extra lavacrum manaverint, & tandem in lavacrum devolverint, tum non inficiunt lavacra, niſi utriuſque aquæ ſit æqualis pars; at ſi maxima pars aquæ in lavacro conſtet e legitimis, tum lavacrum eſt legitimum, verbi gratia, ſi lavacrum viginti habeat Sata, & paullo plus de aquis legitimis, & nonnemo extra lavacrum aquas hauriat quæ inde in lavacrum dimanent, tum iſtæ aquæ non inficiunt

ciunt lavacrum, ſed legitimum eſt. De lavacris in genere notandum eſt quod ea ſex admittant gradus quorum unus altero ſuperior eſt *ratione puritatis* aquæ, quamvis omnes illi ſex gradus aquarum ad lotionem ſint legitimi, horum primus ſive infimus gradus eſt qui aquas גבאים natura congregatas, vel aquas puteanas, vel e foſſis, ſpeluncis atque id genus aliis in locis collectas continet, quamvis eæ ſint hauſtæ & non comprehendant quadraginta Sata, tamen quia non polluunt, verſantur in exiſtimatione puritatis, & legitimæ ſunt ut adhibeantur in ſecio de prima tritici maſſa ſubigendo, & ad manus iis lavandas. Hoc ſuperior eſt is qui continet aquas תמציות dictas, quæ de montibus defluunt, & non polluuntur aqua immunda, nec homine immundo, nec vaſe immundo, nec liquore immundo, iiſque in lotione manuum & in oblationibus primis parandis uti poſſunt, quem gradum ſuperiores aquæ collectæ non habent. Hoc ſuperior eſt ſi lavacrum quadraginta aquæ non hauſtæ Sata contineat, quia ipſis non ſolum corpus lavare poſſunt, ſed manus etiam pro rebus ſacris, & vaſa, quia aquæ ſunt profundæ; ſed viri gonorrhœa affecti in aqua iſta ſe lavare nequeunt. Hoc ſuperior eſt fons cujus aquæ exiguæ ſunt, ſuper quibus multiplicatæ ſunt aquæ hauſtæ, & hic ſimilis eſt congregationi aquæ quæ purgat in foſſa, & fonti qui purgare poteſt quantuluſcunque ſit. Hoc ſuperior eſt fons qui comprehendit aquas molles, id eſt amaras, vel ſalſas, talis enim fons purgat aquis זוחלין quæ e fonte dimanant, & ad lavacrum deducuntur. Hoc denique ſuperior eſt fons aquarum vivarum, in quibus viri gonorrhœa affecti ſe lavare poſſunt, & leproſi purgari, & aquæ cineris vaccæ ruſæ ex iis deſumi. Nam inter aquas lavacrorum & aquas fontium hoc intereſt, quod aquæ lavacrorum in quadraginta Satis duntaxat purificari poſſunt, fons autem in quantulacunque aquæ copia. Lavacra autem non mutatione ſaporis aquæ, neque odore, ſed colore ſive ſpecie tantum infici poſſunt, & omnis liquor qui non conſulto deſtinatus eſt lavacro, inficit ipſum, verbi gratia, vinum, vel lac, vel ſanguis, vel id genus *aliæ fructuum aquæ non inficientes* lavacra in tribus Logis, quia ii de aquis hauſtis *tantum dicti ſunt.* Sed mutatione coloris inficiunt, atque adeo ſi lavacrum centum Sata continuerit, & in ipſum inciderit Logus vini, vel aquæ fructuum, coloremque mutaverit, tum lavacrum infectum eſt. Pariter ſi lavacrum viginti Sata aquæ legitimæ comprehendat, vel minus, & in ipſa inciderit unum vini Satum, vel aquæ fructuum, ſed color non immutatus fuerit, tum omnia legitima ſunt, & unicum iſtud vini Satum in tanta copia intercidit. Præterea ſunt aquæ quibus lavacra aſſurgunt, ſed non inficiuntur, & contra ſunt etiam quibus lavacra non aſſurgunt neque inficiuntur; hæ itaque ſunt aquæ quibus lavacrum aſſurgit, & non inficitur, quæ proveniunt e grandine, nive, rore, glacie, ſale, & luto minuto, exempli gratia, ſi in lavacro ſint triginta novem Sata, & in ipſa inciderit unicum Satum de modo dictis aquis, tum id unicum aſſurgit in triginta novem aliis, & lavacrum manet legitimum, hinc illius aquæ dicuntur aſſurgere & *non infici*; imo quamvis nonnemo quadraginta Sata nivis in foveam lavacri infuderit, eaque diſſolverit, lavacrum tamen legitimum manet. Hæ vero aquæ inficiunt, at non efficiunt ut aquæ lavacri aſſurgant, videlicet aquæ hauſtæ tam mundæ quam immundæ, aquæ conditæ, elixatæ, & vinacea antequam efferbuerint, verbi gratia, ſi lavacrum comprehendat quadraginta Sata excepto pondere denarii, & pondus denarii de aquis modo dictis inciderit in quadraginta Sata excepto pondere denarii, tum illud denarii pondus quod incidit, cum reliquis non aſſurgit; & ſi tres Logi de aquis modo memoratis inciderint, tum lavacrum *infectum* eſt. Alii vero liquores ſunt qui ſi inciderint, non inficiunt lavacrum, nec aſſurgunt cum aquis ipſius, cujuſmodi ſunt aquæ fructuum, ſalſugines piſcium, muria, & vinacea ex quo efferbuerint, ut, ſi in lavacro ſint triginta novem Sata, & unum Satum de liquoribus modo dictis inciderit, tum unicum illud Satum cum reliquis non aſſurgit, & lavacrum manet legitimum, quia aquæ ipſius mutatione coloris tantum inficiuntur. Aliquando tamen hi liquores cum aquis lavacri aſſurgere poſſunt, ut, ſi in lavacro ſint quadraginta Sata, & unicum Satum de hiſce liquoribus inciderit, & nonnemo unum Satum inde abſtulerit, tum reliqua quadraginta Sata in integritate ſua perſiſtunt.

מסכת נדה TRACTATUS DE PROFLUVIO MENSTRUO, hic præponitur titulo de Gonorrhœa, quamvis in volumine Moſis Levitici capite quinto decimo Lex de Gonorrhœa præponatur Legi de Profluvio Menſtruo, attamen auctor Miſnicus tractatum de Profluvio Menſtruo potius præmittere voluit, tum quod acceſſus menſtruus frequentior eſt gonorrhœa, tum etiam quod inter Legem de Fluxu Menſtruo & Legem de Puerperio in multis multa eſt convenientia, quemadmodum lectori hunc codicem evolventi conſtabit, at vero Legem de Puerperio capite duodecimi libri modo allegati traditam invenimus, hinc itaque ſuperior ei locus merito aſſignatus eſt. Legem itaque de muliere profluvio menſtruo laboranti nobis tradidit Moſes

Levitici capite decimo quinto commate decimo nono & ſequentibus, hoc ſenſu: *Si mulier profluvio affecta ſit, & profluvium illud ſit in ſanguine carnis ipſius, tum illa per ſeptiduum maneat in ſeparatione ſua, & quiſquis eam tetigerit, immundus eſto uſque ad veſperam: Et omne id ſuper quo illa cubuerit in tempore ſeparationis ſuæ, immundum eſto, pariter omne id in qua ipſa conſederit, immundum eſto: Et quiſquis tetigerit cubile illius, veſtimenta abluet, ſeque ipſum immerget aquis, & ad veſperam uſque immundus erit: Et quiſquis tetigerit ſupellectilem ſuper qua illa conſederit, abluet veſtes ſuas, ſeque ipſum aquis immerget, & uſque ad veſperam immundus erit: Et ſi quis (conſederit vel cubuerit) ſuper cubili vel ſuper ſupellectili ſuper qua illa conſedit, dum illud tangebat, immunda eſto uſque ad veſperam: At vero ſi quis cum illa omnino concubuerit, ita ut ſeparationis profluvium ad ſe tranſtulerit, tum is ſeptiduum immundus eſto; atque omne cubile in quo is cubuerit, immundum eſto.* Dixit ergo Lex quod ſi mulier quæpiam profluvio menſtruo laboret, in ſeptiduum ſe a marito ſuo ſeparet, rationem adferunt doctores e phyſicis quod luna per ſeptiduum nervos matricis adeo comprimat, ut ſanguis atque alii liquores cum ipſo mixti egrediantur, propterea Lex addit, *& profluvium ſit in ſanguine carnis ipſius*, quia profluvium diſſimile eſt fluxui virili, qui inſtar ſputi eſt, ſed illud ſanguinis ſpeciem habet. Et cum hoc ita quodam naturæ impulſu fiat, idcirco Lex mulieri non impoſuit, ut ipſa profluvio ſuo menſtruo finito ſacrificium adducat die octavo, ſicuti viro gonorrhœa affecto præcipit, ſed ut illa per ſeptiduum maneret in ſeparatione ſua, quia iſti dies ei ſunt purgationis loco. Et ne quis maritus tempore menſtrui cum uxore ſuo rem haberet, & ipſa tranſgrederetur edictum de ſeparatione, atque inde fœtus depravatus proveniret, propterea legiſlator præcepit ut ſi vir quiſpiam ejuſmodi mulierem tetigiſſet, ad veſperam uſque immundus eſſet; itidem ut omnia ſupellectilia ſuper quibus illa cubuiſſet, vel ſediſſet, immunda eſſent, & qui illa tetigiſſet, veſtimenta ſua lavaret, corpus ſuum in aquas immergerit, & uſque ad occaſum ſolis immundus eſſet. Cæterum in ſanguine menſtruali ſecundum priſcos Sapientes quinque inveniuntur ſpecies, reliquæ vero habentur mundæ, quia eæ proveniunt e dolore congreſſus, & non e ſcaturigine matricis. Hæ quinque ſanguinis menſtrui ſpecies ab auctore Miſnico recenſentur capite ſecundo codicis in quo verſamur, videlicet ſpecies rubra, nigra, quæ ſplendori croci ſimilis eſt, quæ aquæ terreſtri ſimilis eſt, & quæ vini temperati ſpeciem habet. Rubra ſpecies eſt ea quæ cernitur in ſanguine e vulneribus, vel e venæſectione prodeunte; nigra ſimilis eſt atramento quod remanet in fundo vaſis, quodque admodum nigrum eſt; ſplendore croci deſignatur puriſſimus croci ſplendor qui in me iis foliorum arteriis conſpicitur, in quibus humores ſunt copioſiores quam in foliis ſiccis. Per aquam terreſtrem intelligunt eam quæ olim in valle Bethkerem dicta inveniebatur, cujus pulvis erat ruber, & indureſcebat quum ei aqua addebatur, quæ turbida erat. Per vinum temperatum intelligunt vinum Saronicum rubrum cum dimidia parte aquæ temperatum, regio autem Saronica in terra Cananæa ſita erat, cujus meminit Salomon Canticorum capite ſecundo, commate primo. Cæterum hoc tempore hæ quinque ſpecies ſanguinis apud Judæos non amplius obtinent, ſed omnis ſanguinis ſpecies quam mulieres viderint, immunda eſſe cenſetur. Porro Sapientes dixerunt, quod ſi mulier vel unicam ſanguinis guttam viderit intra ſeptiduum ſeparationis ſuæ, ipſa tamen per integrum ſeptiduum immunda ſit ab eo momento quo ſanguinem viderit, atque hoc ſancitum nititur eo quod Lex dicit, שבעת ימים תהיה בנדתה *ſeptiduum eſto in ſeparatione ſua*, ita ut ſeptiduum ei fixum ſit. Præterea dicit Lex, *& ſi quis omnino cum ipſa concubuerit*, quod ratione immunditiei, & non ratione congreſſus intelligendum eſt, quia Lex alibi jam notavit pœnam qua multandus eſt is qui cum fœmina profluvio menſtruali laboranti corpus ſuum miſcuerit; verum Legis ſcopus eſt, quod ſi vir quiſpiam cum tali muliere immunda in eodem lecto cubuerit, illius immundities profluvii menſtrualis in ipſum redundet, ut is ipſe per ſeptiduum immundus ſit æque ac ipſa mulier, & hic eſt ſenſus verborum ותהי נדתה עליו *& erit illius ſeparationis immundities ſuper ipſum.* Deſcripta Lege de profluvio menſtruo ſubjungitur altera de mulieris gonorrhœa, quia gonorrhœa e profluvio oritur, tale itaque eſt Legis argumentum commate viceſimo quinto & ſequentibus; *Si mulieris profluvium per multos dies fluxerit, præter tempus ſeparationis illius, vel ſi fluxerit ultra ſeparationem illius, omnibus diebus profluvii immunditiei illius, ſicuti diebus ſeparationis illius, tum ipſa immunda ſit: Omne cubile in quo illa cubuerit per omnes dies ſeparationis, id eſto ut cubile ſeparationis ejus, atque omne inſtrumentum cui inſederit, immundum eſto, ſecundum immunditiem ſeparationis ipſius: Et quiſquis tetigerit ea, immundus eſto, idcirco veſtes lavet, ſeque ipſum aquis immergat, & ad veſperam uſque immundus erit: quum vero illa purgatur a gonorrhœa ſua, tum numerabit ſeptem dies, & poſtea munda erit: Octavo autem die duos accipiet tur-*

turtures, vel duos columbæ pullos, eoſque ad ſacerdotem adferet; ad portam tentorii conventus: Et parabit ſacerdos unum in ſacrificium pro peccato, alterum vero in holocauſtum, & expiabit illam ſacerdos coram Domino a gonorrhœa immunditiei illius. Ex hac Lege conſtat ſermonem fieri de muliere cujus profluvium ultra ſeptem dies profluvii menſtrui duravit, ſicuti dicit, בלא עת נדתה *præter tempus ſeparationis ejus*, nempe, ſi fluxus inceperit a tempore ſeparationis, & non ceſſaverit per undecim dies, ita ut per quatuordecim dies continuaverit poſt ſeptiduum ſeparationis. Poſtea Lex agit de cubilibus & ſedilibus in quibus fœmina gonorrhœa affecta cubuerit, vel conſederit, etenim inter fœminam quæ ſanguinem vidit intra dies ſeparationis ſuæ, & inter eam quæ ſanguinem vidit extra tempus ſeparationis ſuæ ſecundum doctores Miſnicos aliquid intereſt, nam ſi mulier in tempore ſeparationis ſuæ vel copiam grani ſinapi de ſanguine viderit, tum illa integrum ſeptiduum impura eſt, & ſi illa ſanguinem viderit per integros ſeptem dies, aquis ſe immergat circa veſperam, & deinceps munda ſit, quia non requiritur ut illa ſeptem dies mundos enumeret. At vero ſi fœmina gonorrhœa affecta ſanguinem viderit unum diem, vel biduum extra tempus ſeparationis ſuæ, ſive poſtquam ſeptiduum primum tranſierit, tum illa dicitur זבה קטנה *feminiflua parva*; ſi vero ſanguinem viderit per triduum continuum, tum illa vocatur זבה גדולה *feminiflua magna.* Verum ſi fluxus ſanguinis uno die ceſſaverit, tum illa enumeret ſeptem dies mundos, ſe aquis immergat, & munda fiat; hinc conſtare poteſt quod dies gonorrhœæ ſint undecim, ſeparationis vero ſeptem. Et quia fœminis difficile eſt diſcernere inter dies ſeparationis & inter dies gonorrhœæ, hinc Iſraëlitarum mulieres in ſe graviorem aliquam conditionem ſuſceperunt, ita ut ſi vel grani ſinapi copiam de ſanguine viderint, illius cauſa ſeptem dies puritatis obſervaturæ ſint, quemadmodum eæ quæ gonorrhœa affectæ ſunt. Cæterum inter feminifluam magnam & parvam nihil intereſt niſi quod feminiflua parva libera ſit a ſacrificio, magna vero ipſum offerre teneatur.

מסכת מכשירין TRACTATUS DE LIQUIDIS AD POLLUTIONEM DISPONENTIBUS, Maimonides putat hunc tractatum inſequenti præpoſitum fuiſſe ab auctore Miſnico, quia Lex de Liquidis tradita eſt capite undecimo Levitici, ſed ea quæ de Gonorrhœa agit, capite decimo quinto demum traditur; tale itaque eſt Legis argumentum, commate triceſimo ſeptimo, & octavo, וכי יפול מנבלתם על זרע זרוע אשר יזרע טהור הוא: וכי יתן מים על זרע ונפל מנבלתם עליו טמא הוא לכם: *Et ſi de cadavere eorum quid inciderit in ſemen ſatum, quod conſitum fuerit, tum id mundum eſto: Et ſi aqua affuſa ſit ſemini, & de cadavere eorum aliquid deciderit in ipſā, tum id immundum eſto vobis*; quando Lex dicit, *in ſemen ſatum quod antea conſitum fuit, mundum eſto*, illius ſcopum eſſe dicunt Miſnici doctores, quod nulla pars cadaveris quæ in ſemen incidit, polluat, quamdiu illud terræ inſitum & contiguum eſt; ſed olera demum pollui ex quo exciſa ſunt, & aqua ſive liquor aliquis ipſis affuſus eſt, proinde Legem dicere commate altero, *at ſi aqua adjecta ſit, & tum aliquid de cadavere inciderit, tum id immundum ſit vobis.* Cæterum in affuſione aquæ duæ conditiones obſervandæ veniunt, alioquin nulla pollutio fieri poteſt, harum prima eſt, quod ſemina ſive olera reliquaque edulium genera liquoribus ſubacta eſſe debent antequam ea e terra evulſa ſint, altera quod hoc volente proprietario fiat, licet is poſtea id noluerit, tamen cibi iſti non diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, propterea dicit Miſna, omnes liquores ab initio volente domino cibis adjecti, licet in fine id ipſo nolente factum ſit, vel contra, ſi in principio ipſo nolente adjecti ſint, & in fine ipſo volente, continentur ſub eo quod Lex dicit, *& ſi aqua adjecta ſit* &c. Atque haſce limitationes doctores collegerunt ex eo quod Lex verbum יתן defective conſcripſerit, ita ut ipſum in conjugatione activa Kal, & in paſſiva Pyhal dicta reddi queat, nam ſi legas יִתֵּן erit illius ſenſus, *ſi adjecerit*, videlicet, ſi ipſe proprietarius volens adjecerit aquam, ſi vero legas יֻתַּן ſenſus erit, *ſi adjecta fuerit*, per aliam nempe ipſo volente. Porro ſub voce *aquæ*, doctores ſeptem liquores comprehendunt, cujuſmodi ſunt vinum, oleum, mel, lac, ſanguis, & ros, quibus ſi aqua addatur, ſeptem exſurgent. Inſuper notandum quod quoties in hoc codice dicitur מוכשרים *diſpoſiti ſunt*, toties intelligantur cibi affuſione aquæ ad immunditiem recipiendam diſpoſiti, & quoties dicitur מכשירים *diſponunt*, toties ſermo fit de liquoribus qui cibos ad immunditiei admiſſionem diſponere poſſunt. Cibi vero qui immunditiem recipere poſſunt, ſunt ii qui Iſraëlitis pro natura loci ex cibis conceſſi ſunt, cujuſmodi ſunt panis, caro, uvæ, olivæ, atque id genus alii, omnes vero illi qui ipſis non deſignati ſunt in cibos, iidem nec immunditiei obnoxii ſunt, niſi Iſraëlita quiſpiam intenderit ſe eos in cibum ſumpturum; ſed nec hi nec illi immunditiem recipiunt; niſi eos cum aliquo e ſeptem ſupra memoratis liquoribus commiſcuerit, nam illis mediantibus fit הכשר לטומאה *diſpoſitio ad immunditiem.* Sunt autem cibi in quibus diſpo-

diſpoſitio locum habet, ſed non attentio, & contra, ſunt etiam in quibus diſpoſitio & attentio locum habent, ſunt denique qui neutram conditionem habent, verbi gratia, omnes cibi qui Iſraëlitis ubique locorum conceſſi ſunt, ii הכשר *diſpoſitionem* requirunt, at non מחשבה *attentionem.* Piſces mundi atque locuſtæ mundæ ubique, immundæ vero locuſtæ & immundi piſces in villis cenſentur Iſraëlitis in cibos deſtinati eſſe, & ii ratione pollutionis requirunt diſpoſitionem, at non attentionem; pariter in adipe animantis mundi quod obiit, requiritur diſpoſitio, & non attentio ubique locorum. Hæ vero res requirunt diſpoſitionem & attentionem ſimul, caro ſive ab animanti, ſive ab homine, ſive a pecude pendula; cadaver volucrium immundarum, adeps pecudis mundæ mactatæ, etiamſi ea mactatione ad immunditiem diſpoſita ſint, tamen inſuper alteram diſpoſitionem requirunt. Cadaver pecudis mundæ ubique locorum, cadaver volucrium mundarum, & adeps pecudis mundæ in villis nec attentionem nec diſpoſitionem requirunt, quia hæc animalia homini in cibum conceſſa ſunt, de quorum cadaveribus ſi quis olivæ copiam comederit, pollutus eſt, at quicquid polluit immunditie gravi, id non requirit diſpoſitionem. Cadaver volucrium mundarum in villis, & cadaver pecudis immundæ ubique locorum requirunt attentionem, & non diſpoſitionem, ſi nempe quis cogitaverit ſe de ipſis minus quam olivæ copiam comeſturum, ſed integra olivæ copia de cadavere eſt pater immunditiei. Copia vero ciborum ex Lege poteſt eſſe quantulacunque ratione pollutionis quæ liquoribus contrahitur, quia Lex in genere dicit Levitici capite undecimo, commate triceſimo quarto, *de omni cibo qui comeditur, ſi aquæ ad ipſos venerint, immundus eſt.* Sed cibus pollutus denuo non alium polluit cibum, vel potus, vel manus, niſi donec is comprehenderit copiam ovi abſque cortice, ex inſtituto Sapientum. Pariter nec cibus pollutus fit reprobus, niſi adſit copia ovi & dimidium illius, quæ חצי פרס *dimidium epuli Peras* in Miſna vocatur. Liquores autem polluuntur & polluunt quantulicunque ſint, hinc ſi vel unica gutta liquoris immundi tetigerit cibos, vel vaſa, vel alios liquores, tum illa polluta ſunt; nihilominus tamen is qui potus immundos bibit, non infectus eſt, niſi donec quartarium Logi de iis ebiberit. Porro omnes liquores conflantur in copia quartarii, ut corpus humanum inficere poſſint; cibi vero omnes conflantur in copia ovi, ut polluant immunditie ciborum, & in dimidio epuli Peras, ut inficiant corpus humanum.

מסכת זבים TRACTATUS DE GONORRHOEA, hic tractatus ab auctore Miſnico ſuperiori de Profluvio Menſtruo mulierumque gonorrhœa poſtponitur, licet is in Lege Moſis præponatur, cujus rei ratio a nobis ſuperius in præfatione de Profluvio Menſtruo jam allata eſt. Legis argumentum nobis traditum eſt Levitici capite quinto decimo, hoc ſenſu: *Allocutus eſt Dominus Moſen atque Aharonem, dicendo: loquimini ad filios Iſraëlis, iiſque dicite, quiſquis gonorrhœa e carne ſua affectus fuerit, illius gonorrhœa immunda eſto: Hæc vero eſto immundities gonorrhœæ illius; ſi caro illius ſalivaverit gonorrhœam, vel caro illius ſe obſtruxerit a gonorrhœa, ea eſto immundities illius: Omne cubile cui incubuerit gonorrhœa affectus, immundum eſto; & omne inſtrumentum cui inſederit, immundum eſto: Et quiſquis tetigerit cubile ejus, lavet ſuas veſtes, ſeque in aquam immergat, & uſque ad veſperam immundus eſto: Pariter ſi quis inſederit alicui inſtrumento cui gonorrhœa affectus inſedit, lavet veſtes ſuas, ſeque aquis immergat, & uſque ad veſperam immundus eſto: Qui tetigerit carnem gonorrhœa affecti, is veſtes ſuas lavet, ſeipſum in aquam immergat, & immundus ſit uſque ad veſperam: Et ſi gonorrhœa affectus ſpuerit in aliquem mundum, is veſtes ſuas lavet, & immundus ſit uſque ad veſperam: Et omne ſedile cui inſidens vehetur gonorrhœa affectus, immundum eſto: Et quiſquis tetigerit quicquid ei ſubſtratum fuerit, immundus eſto uſque ad veſperam; qui vero id portaverit, is lavet veſtes ſuas, ſe in aquas immergat, & immundus eſto uſque ad veſperam: Quemcunque vero tetigerit gonorrhœa affectus manibus ſuis nondum in aquam immerſis, is lavet veſtes ſuas, ſe in aquam immergat, & immundus ſit uſque ad veſperam: Et omne vas teſtaceum quod gonorrhœa affectus tetigerit, frangitor; omne autem vas ligneum in aquam immergitor: Quum vero gonorrhœa affectus purgabitur a gonorrhœa ſua, tum prius ſeptem dies numeret ad purgationem ſuam, veſtes lavet, carnem aqua viva abluat, ut mundus ſit: Die autem octavo duos turtures accipito, vel duos columbæ pullos, & coram Domino venito ad portam tentorii conventus, eoſque ſacerdoti tradito: Eorum vero unum ſacerdos parato in ſacrificium pro peccato, & alterum in holocauſtum; & ſacerdos expiato pro ipſo coram Domino a gonorrhœa illius: Et ſi e quoquam exierit ſemen concubitus, is totam carnem ſuam lavato, & uſque ad veſperam immundus eſto: Omne autem veſtimentum, & omnis pellis in qua fuerit ſemen concubitus, abluitor, & uſque ad veſperam immundum eſto: Denique monete filios*

lios Iſraëlis, ut ſeparent ſe ab immunditie ſua, ne moriantur in immunditie ſua, dum polluunt Tabernaculum meum quod eſt inter ipſos: Iſta eſt Lex affecti gonorrhœa, & illius e quo ſemen concubitus exiit, quo ſit immundus. Quando Lex in genere dicit, מבשרו *e carne ipſius*, intelligit ערוה *partes pudendas*, ſed uſa eſt potius voce *carnis* propter verecundiam & caſtitatem, ut Hebræi loqui amant בלשון נקיה; ex hiſce itaque partibus ſi effluat ſanguis, is qui hoc patitur, זב *gonorrhœa affectus* vocatur, atque ipſius fluxus in Lege immundus pronunciatur, quando dicit, זובו טמא הוא *fluxus ipſius immundus eſt*, videlicet illa effluvii emiſſio immunda eſt; licet ipſa materia nondum putrefacta ſit, ſed ſuccum aliquem e membris corporis inopportuno tempore provenientem præ ſe ferre videatur, quia iſte exceſſus præter naturam eſt. Hujuſce morbi cauſam Hebræi nimiis congreſſibus attribuunt, eique locum in lumbis aſſignant, qui defectu ſeminis debilitantur & diſſolvuntur. Hujuſmodi autem vir gonorrhœa laborans propter ſingularem ipſius immunditiem a Sapientibus אב הטומאה *pater impuritatis* vocatur, qui denuo veſtimenta & homines polluit onere, tactu, & motione, ſicut cadavera. Quum Lex dicit, *Hæc ſit immundities illius in gonorrhœa*, illius ſcopus eſt ut gonorrhœæ conditionem deſcribat, quam duplicem eſſe oſtendit; prima eſt ea cujus caro ſalivat gonorrhœam inſtar ſalivæ quæ ex ore prodierit; altera vero ea quæ obſtructa eſt, nimirum, quæ propter humorum craſſitiem e corpore prodire nequit, quemadmodum בעלי האבן *iis qui calculo laborant*, contingere ſolet, in quorum renibus materia aliqua craſſa & nigra congregari ſolet, quæ illic occluditur, & impedit ne urina tranſire, & per inferiores partes egredi poſſit niſi guttatim. Sive autem hujus ſive illius ſit ſpeciei gonorrhœa, Lex de utraque pronunciat, טומאתו היא *immundities illius iſta eſt*, quia ambæ ſunt morbi a quibus humana conditio omnino abhorret; imo vero quamvis reliquæ corporis partes ſanæ ſint, in ſeminifluo tamen illius gonorrhœa immunda habetur, proinde dicitur quod omne cubile in quo cubuerit gonorrhœa affectus, immundum eſt, nam cum hoc ei ſoli deſtinatum ſit in cubitum, idcirco immundum eſt æque ac ipſe; atque hanc ob rationem is qui cubuerit ſuper cubili illius qui gonorrhœa affectus eſt, vel conſederit ſuper inſtrumento illius, lavet veſtes ſuas, ſeipſum totum in aquas immergat, & uſque ad veſperam immundus ſit. Pariter Lex quoque immundum pronunciavit quicquid gonorrhœa affecto ſubſtratum fuerit dum is equitat, vel curru vehitur, quia propter continuum motum humores prodire ſolent. Sed notandum eſt quod ratione hujus pollutionis Lex tantum dicat, immundum eſto, & non præcipiat lotionem, nec immerſionem, ſicuti in reliquis factum eſt, ut eo moneat alios ne tangant id quod pollutum eſt. Sapientes autem ex hoc ſenſu collegerunt, quod ſi vel decem ſtrata viro gonorrhœa laboranti ſuppoſita ſint, omnia polluta ſint, & polluant eum qui illa tetigerit; & quia portatio graviori impuritate afficit quam tactus, proinde Lex veſtium lotionem & corporis immerſionem ei præcipit qui portaverit id quod gonorrhœa affecto ſubſtratum fuerit. Et quod Lex de tactu qui fit ope manuum, in genere dicit, id de omnibus corporis membris intelligendum eſt, ſed Lex potiſſimum manuum meminit, propter communiorem ipſarum uſum; dicit itaque וידים לא שטף במים *Et manus non immerſerit in aquas*, ſi nempe gonorrhœa affectus ſe nondum in aquas immerſerit, ut ab immunditie ſua liberatus ſit, licet gonorrhœa jam ceſſaverit, tamen ipſe adhuc immundus eſt donec ſe immerſerit. Deinceps meminit immunditiei vaſorum quæ gonorrhœa affectus tetigit, dicendo, *& vas omne teſtaceum quod tetigerit gonorrhœa affectus, confringetur*; hæc ita a doctoribus Miſnicis limitantur, ut ſi vel ſuperficiem vaſis tetigerit gonorrhœa affectus, tamen id confringendum ſit, nam quod ſuperius dictum eſt quod vas teſtaceum duntaxat interius polluat, id illic ratione concavi intelligendum eſt, hic vero ratione tactus in ſuperficie. Hiſce expoſitis ſe Lex confert ad purgationem ab immunditie gonorrhœæ, & præcipit ut is qui ab ipſa affectus fuit, ſibi ſeptem dies puros enumeret, quibus nullum gonorrhœæ acceſſum ſenſerit, hujus vero numerandi ratio a nobis jam expoſita eſt ſuperius in præfatione de lepra. Sed doctiſſimus Abarbanel aliam inſuper rationem adjungit, videlicet quod illa ſeptem dierum purorum obſervatio reſpiciat ſeptem dierum creationem, hoc ſenſu, quod ſicuti Deus in ſeptiduo e rudi quadam maſſa omnibus rebus juſtum ordinem ac modum tribuit, ſecundum naturæ Leges ab ipſo conſtitutas, ita etiam ipſi placuerit ut gonorrhœa affectus ſeptem dies obſervaret, & in iis ægritudinem ſuam veluti rude & confuſum chaos denuo in ordinem redigeret, & naturæ legibus ſubjiceret. Sacrificia autem ei adducenda erant ex duobus turturibus, vel e duobus columbæ pullis, quorum unus offerebatur in ſacrificium pro peccato, alter in ſacrificium holocauſticum; etenim prius ſacrificium pro peccato offerendum erat, ut is qui gonorrhœa affectus fuerat, eo cogeretur ſe putidiſſimum aliquod peccatum commiſiſſe, in eo quod puriſſimum ſemen ipſi a Deo ad humani generis propagationem conceſſum, adeo fœdaverat, cujus

tamen pœnæ divina miſericordia jam abſolutus erat; poſtea vero holocauſticum offerebat, ut ex ipſius contemplatione anima ipſius per fidem in cœlum aſcenderet, & cum Deo fœderato communicaret. Et quia gonorrhœa interdum non ex exceſſu, verum ex defectu ſpirituum animalium in ſanguine accidere ſolet, proinde Hebræorum doctores putant Dominum in ſacrificio pro gonorrhœa expiata allevaſſe, ita ut duo turtures, vel duo columbæ pulli ſufficerent. Poſtquam autem Lex meminerit ſeminis profluvii invito viro emiſſi, jam meminit ſeminis ipſo volente emiſſi, proinde dicit, כי תצא ממנו שכבת זרע *ſi ex ipſo provenerit ſemen concubitus*, per ſemen concubitus intelligitur ſemen ad generationem aptum, ſed quod fruſtra & inopportune emittitur, vel quod cum uxore profluvio menſtruo affecta maritus cummunicat; & cum hujuſce Legis tranſgreſſio non valde gravis ſit, proinde is qui hac in parte deliquit, non ſacrificio neque ſeptidui immunditiei alligatur, verum ei ſufficit ſi totum corpus in aquam immergat, & uſque ad veſperam immundus ſit. Hoc vero edictum de ſemine concubitus prohibendo reſpicit maritos laſcivos, qui uxoribus ſuis promiſcue utuntur, nulla puritatis vel impuritatis ratione habita, quique faciunt ultra modum & citra neceſſitatem, quemadmodum adulteri & voluptuoſi. Et quia ſemen poſt ejectionem deſtituitur ſpiritibus ſuis animalibus quibus mediantibus unice nova generatio excitatur, hinc deinceps reliqua maſſa ſuo fœtore hominem polluit, & ipſi in memoriam vocat ſe non creaturam Dei viventem excitaſſe, ſed illo capite mortuo (ut medicorum phraſi utar) quaſi cadaveris alicujus fœtorem effeciſſe. Denique Legiſlator in fine præcipit Moſi & Aharoni ut filios Iſraëlis moneant, ut ſibi caveant ab immunditie, ne moriantur in ipſa, Hebræorum doctores dicunt hic non fieri ſermonem de immunditie corporis, ejuſdemve morte, ſed de impuritate animæ, & proinde legem dicere, *dum polluunt Tabernaculum meum quod inter ipſos eſt*, ubi illi per משכן *Tabernaculum* intelligunt שכינה *divinam præſentiam*, qua Deus duntaxat in animabus ſanctis habitare poteſt, & hanc ii rationem eſſe dicunt, quod circa caſtra Iſraëlitarum & Tabernaculum tanta mundities obſervanda eſſet, quia puriſſima Dei præſentia impuras hominum animas tolerare non poterat, utpote domicilia habitatione ipſius omnino indigna. Huicce tractatui Miſnico addere potuiſſem quomodo ſeptem modis de ſtatu viri gonorrhœa affecti inquirendum ſit, & quomodo is quinque modis cubilia polluat, & cubilia denuo ſeptem modis hominem, atque id genus alio pollutionis caſus, ſed cum nos e ſuperioribus jam multas impuritates contraxerimus, alias aliis addere non lubet, ſed eas potius lectori relinquere, ut eo citius ad luſtrationes perveniamus, & pollutiones quam longiſſime a nobis removeamus.

מסכת טבול יום TRACTATUS DE LOTIONE DIURNA, ex iis quæ a nobis præmiſſa ſunt, tum etiam e plurimis locis Legis manifeſtum eſt, eum qui ab immunditie ſua purgatus erat, non prius ad ſacra admitti potuiſſe quam ſol occidiſſet, is vero ab auctore Miſnico vocatur טבול יום *Lotus Diurnus*. Et quia poſt luſtrationes ſequebatur lotio, idcirco hic tractatus ſuperiores ſequitur. Quod vero nemo ab immunditie ſua die lotus rite purgatus dici poterat, ut ei ſacris intereſſe liceret, id inter alia liquet ex eo quod Levitici capite viceſimo ſecundo dicitur, quod ſi quis e genere ſacerdotali eſſet leproſus, vel gonorrhœa affectus, vel ſemen concubitus ejeciſſet, vel reptile aliquod tetigiſſet, ei prohibitum eſſet ſacris frui, niſi prius ſe in aquas immerſiſſet, & deinceps occaſum ſolis expectaſſet, propterea Lex concludit commate ſeptimo, ובא השמש וטהר ואחר יאכל מן הקדשים *tum ſi occiderit Sol, mundus eſto, & poſtea comedito de ſacris*. Rationem vero quare luſtrationem ab immunditie poſt ſolis occaſum demum rite perfectam eſſe Lex ſtatuat, hanc adferunt Hebræi, quod veſpera adveniente reliquiæ impuritatis, atque ipſius memoria oblivioni traditur, cogitationes quaſi tenebris conteguntur, & poſtea ſomno quaſi ſepeliuntur, ex quo deinceps novæ & puriores ideæ aſcendente ſole producuntur. Cum itaque loto diurno ratione puritatis nihil deſit præter tempus veſpertinum quo ſol occidere ſolet, hinc conſequitur quod aliæ pollutiones omnium leviſſimæ ſint, verbi gratia, ſi liquor aliquis patre vel filio immunditiei pollutus ſit, tum iſte liquor denuo alios polluere poteſt, vel uſque ad centum. At vero ſi lotus diurnus tetigerit liquorem aliquem, tum is duntaxat reprobus factus eſt; ſed alios denuo polluere nequit, hinc conſequitur quod omnis res quæ reproba facta eſt, & alias polluere nequit, פסול *reproba* ſive infecta vocetur. Et hoc ſenſu idem jus eſt ſive lotus diurnus ablutus ſit ab immunditie gravi, ſive ab immunditie levi, propterea in Toſaphta ad titulum de Puritatibus dicitur, quod ſicuti lotus diurnus oblationis primæ liquorem reddit reprobum pro iis qui oblationem primam comeſuri ſunt, ita etiam liquorem ſanctum reprobum reddit pro iis quibus ea comedere contigit. Inſuper notandum eſt quod hominis loti diurni liquores, nempe illius ſputum, urina, lachrymæ, ſanguis &c. ſimiles ſint liquoribus quos ille tetigit, ita ut neuter polluat, ſed ambo tantum reprobi ſint. Cæterum inter liquores oblationis

tionis primæ & liquores profanos aliquid intereſt, nam ſi lotus diurnus tetigerit oblationis primæ liquorem, tum liquor iſte ita reprobus factus eſt, ut ex ipſo fiat tertius pollutionis gradus, hinc oleum loto diurno reprobum factum, erat comburendum, ſicuti legimus capite primo codicis Miſnici de Paſchate. Verum liquor profanus a loto diurno reprobus reddi nequit, quia tertius immunditiei gradus in profanis locum non habet, idcirco capite ſecundo titulo in quo nunc verſamur, ſtatuitur, quod ſi lotus diurnus tetigerit ollam oblationis primæ liquoribus plenam, liquores tantum reprobi facti ſint olla manente munda, at ſi profani ſint, tam liquores quam olla manent munda.

מסכת ידים TRACTATUS DE LOTIONE MANUUM, quandoquidem in ſuperioribus codicibus omnibus actum eſt de impuritatibus & luſtrationibus totum corpus humanum vel integra vaſa ſpectantibus, in hoc vero de unius vel duorum membrorum lotione, proinde hicce titulus omnibus antecedentibus poſtponitur. Quæ in hoc tractatu occurrunt, ea omnia profecta ſunt ex inſtitutis Sapientum, docente Maimonide in Hilchot Micvaot capite ultimo, ubi is porro obſervat quod inter נטילת ידים *lotionem manuum*, & inter טבילת ידים *immerſionem in aquam* ſit diſtinguendum, quia manus lavandæ ſunt ſi quis vel panem profanum comedere velit, at ſi fructus & olera comedere cogitet, tum id ipſum non requiritur. Verum ſi quis e genere ſacerdotali vel Levitico cibum ſacrum comeſurus ſit, tum non ſufficit manus laviſſe, ſed in aquam immergendæ ſunt, ſive eæ pollutæ eſſent necne. Porro lotio & immerſio manuum quoque variat reſpectu aquæ, quia lotio manuum fieri debet in מים שאובים *aquis hauſtis*, quæ e vaſculo quodam manibus affundendæ ſunt; aquæ vero in lavacris collectæ ad lotionem inidoneæ ſunt, quia earum ſpecies naturalis immutata eſt, quod fieri non debet in hoc ritu. At vero manuum immerſio non in aquis hauſtis, ſed in aquis lavacri tantum fieri poteſt. Ad manus lavandas ſaltem quartarii Logi copia requiritur, ſed ad eas immergendas in lavacro ſaltem quadraginta Satorum copia neceſſaria eſt. Et quod in ſuperioribus diximus de lotione corporis, cæterorumque vaſorum, inter aquam & rem abluendam vel immergendam nullum interſtitium eſſe debere, idem quoque in lotione & immerſione manuum obſervatur. Atque ut manus probe purgentur, non ſolum lotio atque immerſio, ſed etiam confricatio quædam requiritur. Inſuper quoque notanda eſt diſtinctio inter מים ראשונים *aquas primas*, & inter מים שניים *aquas ſecundas*, hinc ſi quis ſacerdos ambas manus laverit ut oblationem primam comedat, tum poſtea eas aquis ſecundis lavare debet ut ipſis mediantibus primas aquas removeat, quæ manuum inquinamentis pollutæ fuerunt; & ſi panis oblationis primæ inciderit in aquas quibus prima vice manus ablutæ ſunt, tum is pollutus eſt, at non item, ſi is in ſecundas inciderit. Si poſtquam aquis primis manus lavit, & rem inter manus & aquam dividentem invenerit, eaque remota aquis ſecundis abluerit, tum manus pollutæ ſunt, quia aquæ ſecundæ duntaxat primæ aquæ reliquias in manu purgant. Terminus vero tam in pollutione quam lotione manuum ſtatutus eſt in articulo, hoc modo, ſi aquis primis manus laverit uſque ad articulum, ſecundis vero non eo uſque laverit, at eæ deorſum in manus deſcenderint, tum manus mundæ ſunt, quia aquæ ſecundæ mundæ ſunt; verum ſi nec primæ nec ſecundæ articulum attigerint, & eæ deorſum in manum deſcenderint, tum manus pollutæ ſunt, quia aquæ primæ pollutæ ſunt manibus, & aquæ ſecundæ non purgant primas, eo quod neutra aqua ad articulum pervenit. Si aquis primis abluerit manum unam, & poſtea aquis ſecundis ambas abluerit, tum ambæ manus immundæ ſunt, quia aquæ ſecundæ pollutæ ſunt una manu, quæ aquis primis non abluta erat, hinc ergo altera manus polluitur; ſi vero primis aquis abluerit ambas manus, & ſecundis aquis abluerit unam manum, tum una manus munda eſt; ut ſi unam manum laverit, eamque altera confricuerit, tum aquæ polluuntur illa altera manu quæ illota eſt, & hinc illa quæ lota erat, quoque polluitur. Si quis Iſraëlita prius aliquam manus partem abluerit, & poſtea reliquas partes, tum manus immunda manet; at ſi ſuper illa parte quam prius lavit, adhuc ſit liquor humectans, tum ea munda eſt; ſed hoc ita ſe habet in aquis primis, at ſecundis prius aliquam partem manus lavare poteſt, & poſtea id quod reliquum eſt. Si in vaſculo ſit quartarius aquæ ad lotionem manuum aptæ, & ei aliquid de aqua ad lotionem inepta adjectum ſit, tamen idoneæ manent, & omnes iſtæ aquæ quæ ad primam lotionem ineptæ ſunt, eæ quoque ad lotionem ſecundam ineptæ ſunt, & omne vaſculum quod ad lotionem primam inidoneum eſt, id ad ſecundam quoque inidoneum eſt. Hiſce tandem adjungit Maimonides, quod omnes iſtæ lotiones ex externis corporis partibus ad animum transferendæ ſint, & eum in finem a priſcis Sapientibus dictum eſſe טבל ולא הוחזק כאלו לא טבל *qui ſe immerſerit, ſed animum non attenderit, cum eo ſe res habet ac ſi non immerſiſſet ſe.* Proinde dicit, quod ſicuti corpus aquis terreſtribus ab inqui-

namentis purgatur, ita quoque animam a ſpiritualibus impuritatibus indies aquis viventibus id eſt verbo Dei, purgandam eſſe, ut Deus ipſe iterum eos ſpiritu ſuo ſancto veluti igne quodam cœleſti probet, & mundos reddat, quemadmodum is promiſit per prophetam Ezechielem capite triceſimo ſexto, commate viceſimo quinto & ſequentibus, *Et aſpergam vos aquis mundis, ut mundi ſitis, ab omnibus immunditiebus veſtris & ab omnibus diis ſtercoreis veſtris purgabo vos: Et dabo vobis cor novum, ſpiritumque novum dabo in medio veſtri, & corde lapideo remoto vobis dabo cor carneum: Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri, quo faciam ut in ſtatutis meis ambuletis, & jura mea obſervetis faciendo ea: Ita habitabitis in terra quam majoribus veſtris dedi, eritiſque mihi populus, & ego ero vobis Deus.*

מסכת עוקצים TRACTATUS DE PETIOLIS FRUCTUUM, hic tractatus non ſolum eorum qui in hoc, ſed etiam omnium tractatuum qui in reliquis voluminibus Miſnicis continentur, agmen claudit, & ob hanc potiſſimum rationem, quia in ipſo agitur de impuritatibus leviſſimis, videlicet, quomodo fructus & legumina polluantur manuum inquinatarum contactu & apprehenſione, ſi petiolis inſtructa ſint; tum etiam quia hicce codex totus ex inſtitutis Sapientum & Scribarum profectus eſt, qui illius jura variis argumentandi rationibus ex aliis legibus elicuerunt. Ut autem lectori pro more noſtro ad hunc titulum quoque aditum aperiamus, prima illius Miſna paucis exponenda erit, quandoquidem in illa totius codicis fundamentum traditur, quod per totum codicem ſe diſpergit, hoc ſenſu, כל שהוא יד ולא שומר מיטמא ומטמא ולא מצטרף שומר אף על פי שאינו יד מיטמא ומטמא ומצטרף לא שומר ולא יד לא מיטמא ולא מטמא: id eſt; *Quicquid anſa eſt & non cuſtos, id polluitur & polluit, ſed non conflatur, quod vero cuſtos eſt, licet id non ſit anſa, tamen polluitur, polluit, & conflatur, verum quod non eſt cuſtos neque anſa, id non polluitur, neque polluit.* Per יד *anſam* intelliguntur petioli ſive ligna tenuia fructuum, quæ homines manibus prehendere ſolent dum fructus comedere volunt, cujuſmodi ſunt pirorum, malorum, uvarum, & id genus aliorum ciborum petioli a quibus dependent fructus. Per שומר *cuſtodem* intelliguntur ejuſmodi res quæ fructus conſervant, vel quibus mediantibus ſubſiſtere poſſunt, uti cortices quibus nuces, & alia plurima legumina munita ſunt. Jam vero fructus qui anſam quidem habet, at non cuſtodem, dicitur pollui, polluere, & non conflari, verbi gratia, ſi immundities aliqua tetigerit anſam, tum fructus ab ipſa dependens pollutus eſt, & ſi immundities tetigerit fructum, polluta eſt anſa, ſed anſa cum fructu non conflatur, ad copiam ovi vel ad dimidium copiæ epuli פרס complendum; at vero ſi cuſtos ſit, tum is conflatur in illis copiis. Et quemadmodum eſt anſa ratione impuritatis, ita quoque anſa quædam eſt ratione diſpoſitionis ad impuritatem, hinc ſi anſa ad impuritatem diſpoſita ſit, totus fructus ab ipſa pendens ad impuritatem recipiendam diſpoſitus eſt; eſtque etiam anſa pro copia oliva minori, & cuſtos pro eo quod minus eſt faba, ſed cuſtos diviſus ſive cortex diffiſſus non conflatur cum ipſo fructu. Quod autem anſæ ſive cortices & petioli una cum fructibus polluuntur, quando hi ab iis dependent, id doctores colligunt ex Levitici capite undecimo, commate triceſimo ſeptimo, ubi dicitur, *ſi de cadavere ipſorum ceciderit ſuper omne ſemen ſatum*, ſicuti ergo ſemina conſeruntur cum ſuis corticibus cuſtodibus dictis, & hac ratione pollui dicuntur, ita quoque reliquorum fructuum cortices ſive cuſtodes polluuntur una cum fructibus ſuis quos obducunt. Et quod anſæ fructuum polluuntur & polluunt, id colligunt iidem e voce לכם *vobis*, id eſt לצורכיכם *in omnibus rebus quæ vobis uſui ſunt*, cujuſmodi ſunt petioli & extremitates fructuum, quibus capiuntur fructus ſi quis iis frui velit. Hæ vero ſunt res quæ polluuntur, polluunt, & conflantur ratione immunditiei, radices allii, cepæ, porri capitati, anſa racemi in copia palmi hinc inde, anſa botri quantulacunque, cauda botri evacuati, anſa ſcopæ dactyli in quatuor palmis, calamus ſpicæ in tribus palmis, anſæ omnium rerum quæ demeſſæ ſunt etiam in tribus palmis, ea vero quorum anſæ & radices demeti non ſolent, in quantulacunque copia, & tandem ariſtæ ſpicarum. Illæ vero non polluuntur, nec polluunt, nec conflantur, ut, radices capitum braſſicæ, folia betæ, & rapæ quæ detonderi ſolent quando evulſæ ſunt. Petioli ficuum, caricarum, leguminum, & ſiliquarum polluuntur, polluunt, & conflantur. Omnes olivæ cum foliis ſuis in vino vel aceto conditæ, ſunt mundæ, quia eæ tantum in pulchritudinem conditæ eſſe cenſentur; deinde etiam lanugo cucurbitæ, & flores ipſius mundi ſunt. Omnes nuclei polluuntur, polluunt, ſed non conflantur, cortices vero omnes polluuntur, polluunt, & conflantur. Hoc fere hujuſce codicis breve aliquod compendium eſt. Atque ita abſolvitur integrum corpus Miſnicum centum & viginti ſex codicibus, capitibus vero quingentis ac viginti quatuor conſtans. Ex his viginti ſex capita a variis, reliqua vero a

me in uſum ac commodum tuum ex Hebraico ſermone Latine verſa ſunt, Benevole Lector, ea tuo favore complectaris, & fœtum admodum tenerum ignobilibuſque majoribus ortum aliqua ſaltem benevolentia tollas, a te peto; nam ſi matrem ipſius Hebraicam diu in obſcuro loco degentem, ſi ſobolem illius pleriſque gentibus parum gratam, ſi molem illius ratione ætatis meæ ſatis magnam, ſi minuſculos typos & vilem commentarii Maimonidis ornatum, ſi innumerabilia ſphalmata typographica, ſi peregrinum & improprium Abenis Tibonis ſtylum, & vel ipſis Judæis non adeo facilem, ſi denique tetricum ac tædioſum illud vertendi ſtudium, quod per plures annos non ſine oculorum ægritudine & labore improbo erat continuandum, tecum recte perpenderis, nullus dubito quin pro hujuſce rei natura æquiſſimum de me feras judicium, ſicubi in verſione Latina enormia & vitioſa quædam inveneris. Ubi vero mea tibi non arriſerit verſio, ibi tua utere ut meliori, quiſque ſuo abundat genio, animus nunquam fuit meus & eam tibi pro auctoritate aliqua obtruderem, vel judicio publico & communibus calculis probari vellem, verum ut tu optima quæque tibi ſeligeres, & ipſis mediantibus ad majora pergeres, cætera vero mihi prout tunc temporis ſtylus ferebat, relinqueres, etenim quiſque fere interpres non ſolum ſuo gaudet ſtylo, ſed eum ſubinde in vertendo mutare ſolet; propterea ſi mihi iterum nova verſio Miſnica eſſet adornanda, procul dubio plurima commutatis verbis atque ſententiis redderem, idque toties quoties certamen eſſet repetendum, uſque in indefinitum, ut nullus unquam finis foret, eo quod in nulla lingua, quæcunque illa ſit, ipſe ſpiritus ſive genius ex una in alteram transfundi poteſt. Ego nihil aliud intendi quam ut Miſnicos potiſſimum fontes adires, & ab iis ad altiora te conferres, quam viam ipſe ingreſſus ſum, quamque inferius tibi monſtraturus ſum. Propoſueram quidem ante aliquot annos variorum librorum Hebraicorum tibi copiam facere, ſed deinceps ſententiam meam mutavi, ſicuti in humanis nihil tam firmum ac ſtabile animo concipere ſolemus, quin ab eo non aliquando diſceſſerimus, ſi poſteriores cogitationes prioribus nobis potiores videantur, quod & mihi contigiſſe fateor. Nuper enim firmiter conſtitui me reliquum vitæ meæ ſpatium in Miſnicis Gemariciſque inveſtigandis tranſacturum. Nam ſicuti ad innocentem juventutem educendam nulli ſunt æquiores nec aptiores quam ipſi parentes bonis literis eruditi, utpote qui imbecillitates liberorum ſuorum præ aliis magiſtris norunt, attamen eos propterea non contemptui nec ignominiæ habent, ſed amore quodam innato vitia eorum libenter corrigunt, & virtutes adjuvant, ut ſic majores ſibi perfectiones acquirant. Ita quoque in meis curis Miſnicis facere conſentaneum eſſe putavi, ne dum ego in alienis exornandis intentus eram, alius quiſpiam peregrinus mea deturparet, quemadmodum nonnemo vir clariſſimus & in palæſtra Theologica fortiſſimus athleta ante biennium ſpeciminibus quibuſdam in lucem protruſis, magno molimine infantuli mei Miſnici maculas & imbecillitates a primis incunabulis illius detegere, eas unicuique palam facere, & nullius perfectionis vel bonitatis mentione facta, omnia in pejorem partem interpretari inique ſatis conatus eſt, & tam ridiculas nugaciſſimaſque explicationes attulit, ut vel ipſe Cato redivivus quantumvis ſeverus ad riſum commoveretur, ſi eas legiſſet. Huic ego viro pro benevolo ipſius in Miſnica affectu, opere jam ad finem perducto, publicis literis gratias agere decrevi, etenim ſi muneris ipſius gravitatem ſpectes, titulus כהן הדיוט, ſi Sapientiam ipſius Miſnicam, החכם הכולל הרב רבינו כרבר, ſi ipſius peritiam in eadem arte, עם הארץ, ſi denique morum ipſius civilitatem, רבי בור merito appellari poteſt, & hi tituli apud Hebræos quidem tantæ ſunt efficaciæ, ut ſi a me Latine verterentur, omnem ſuum leporem & elegantiam amitterent.

Quod itaque futuras meas in res Miſnicas curas attinet, ex hoc ordine erunt inſtituendæ, primum ſtatum quæſtionis de qua in Miſna diſputatur, proponam, deinde omnium doctorum ſententias examinabo, & tandem controverſiæ deciſionem apponam. Argumento Miſnæ explanato phraſeologias & vim vocum brevibus enucleabo, & ſi alicubi vel in mea, vel in aliorum virorum verſione peccatum ſit, fideliter indicabo, hoc enim mihi minime ignominiæ duco, cum dudum ante me vel ipſi omnium doctiſſimi inter Judæos in ritibus Miſnicis explicandis errores ſuos ſubinde lubentes agnoverint, & correxerint, ut, Maimonides, R. Joſeph Caro, Lipmannus, aliique. Deinceps me ad antiquiſſima in Miſnam commentaria evolvenda conferam, cujuſmodi ſunt ea quæ ab ipſis R. Jehudæ Miſnæ auctoris diſcipulis compoſita ſunt, horum primus fuit R. Chaya qui *Toſaphta*, ſecundus R. Uſia qui *Bereſchit Rabba*, & poſt eos Raf, & R. Jehuda filius Elæi, qui *Siphra* & *Siphre* ſcripſerunt. Hos ſequuntur *Mecilta*, *Peſikta*, & *Tanchuma* incertis auctoribus editi. Illos vero excipiunt ii qui in Miſnam *Beraitot* ſive elucidationes conſcripſerunt, ſtudiiſque operam navarunt ſub R. Jehudæ ſancti diſcipulis, & hi *Tannaim* ſive Traditionarii doctores vocati ſunt. Sed cum nec horum doctorum ſcripta Miſnicas

Conſtitutiones ſatis clare elucidaſſe viderentur, alii tandem prodierunt qui variis diſputandi modis & formulis priorum doctorum ſcripta ad aliquod examen revocarunt, & propterea *Gemarici* dicti ſunt, eo quod res Miſnicas magis perfecerint, & fontes oſtenderint e quibus veteres ſua hauſiſſent, nimirum, quomodo leges Miſnicæ e Moſaicis collectæ, & diſſonantia ſcriptæ Legis loca doctrina orali conciliata fuerint. Et quia hi doctores partim Jeruſolymæ, partim in Babylonia degebant, hinc duplex opus Talmudicum natum eſt, Jeruſolymitanum nempe & Babylonicum. Inſuper Gemaræ Babylonicæ junguntur *Haggadot*, quæ ſunt diſquiſitiones aliquot Theologicæ, conjecturis & alluſionibus quibuſdam nitentes, quæ probabili aliqua ratione e Sacris Scripturis petitæ ſunt. Priſcis namque Hebræorum magiſtris non minus quam aliis populis in more poſitum fuit Eccleſiæ & Reipublicæ ſuæ fata ſub figuris & ſymbolis ſuis aliis prodere, tum ut plebejorum animi alicujus hiſtoriæ jucunditate in admirationem raperentur, eoque magis ad virtutes colendas incitarentur, tum etiam ne ſacra illa myſtica apud quoſvis divulgarentur, & ne reverentia ergo ſanctiſſimam religionem vileſceret. In primis vero illud genus Haggadot ab Hebræorum Sapientibus excogitatum eſt, ut in Ægyptios, ſeptem populos Cananæos, Babylonios, Græcos, Romanos, atque id genus alios interdum iram ſuam effunderent, vel ludibrio haberent, vel injuriam in ipſos retorquerent, ita ut de hac re aliis gentibus nihil inoleſcere poſſet. Sicuti a Veteris Teſtamenti ſanctiſſimis vatibus, atque a Rege Davide in Pſalmis ſæpiſſime factum eſſe videmus, quomodo ille Regem Saulum alioſque ſuos inimicos cum variis animalium generibus, vel rebus e terra naſcentibus comparet, ut ſic tacite vindictam ſumat, & quaſi in ſinu gaudeat. Et cum homines ſalutari ſapientia & ſanctitate deſtituti plerumque ad unum alterumve animal degenerare ſoleant, hinc ii toties in ſacris paginis ejuſmodi terræ animantibus aſſimilantur, quorum indoles in ipſis prædominatur. Proinde illæ veterum Hebræorum parabolicæ locutiones nobis non ut novæ, vel inauditæ, vel ſtultæ videri debent, minime vero, ſed ſtulti merito haberi debent ii qui id nimia ſtultitia occæcati credunt. Cæterum hoc exercitium literarium primum a doctoribus excultum fuit, quum ad colloquendum adhuc aliquid temporis ſupereſſet antequam Scholas intrarent, & ſubinde etiam in collegiis & conviviis ipſorum, ad animos ſuos ad ordinaria ſtudia eo magis inflammandos. Poſtea iſte mos ad jejunia & feſta translatus eſt ut in iis ab infortuniis ſe conſolarentur, vel ad lætitiam augendam adjuvarentur, etenim circa iſta tempora Judæi plerumque orationes ſacras ad populum habere ſolent, aliis vero temporibus non niſi rariſſime. Sed cum tales parabolicæ diſquiſitiones ad jura Moſaica vel Miſnica declaranda nihil faciant, hinc hodierni Judæi eas e corpore Talmudico eliminatas, & in peculiari libro allegorico collectas mallent. Sed ſatis diu extra ſcopum divagati ſumus, redeamus ad ſeriem librorum unde exorſi eramus. Præterlapſis itaque quingentis fere annis, circa tempora Selomonis Jarchi orti ſunt doctores qui *Toſephot* ſive additamenta quædam ad Gemaram illuſtrandam compoſuerunt, quibus tandem acceſſerunt *Piske Toſephot*, id eſt deciſiones additamentorum. Et quum hæcce additamenta ingenii acumen ubique oſtendant, ut inter centum magiſtros Judæos vix unus reperiretur, qui ea caperet, idcirco R. Selomo Jarchi magna opera atque incredibili indagine conciſum illud docendi genus elucidare conatus eſt, & in Gemaram ac Toſephot commentatus eſt, & morte præventus in titulo de Pœnis ſubſtitit folio decimo nono. Hujus poſtea diſcipulus R. Jehuda filius Nathanis ad finem perduxit ea quæ de Jarchianis deſiderabantur. Talmudicis auctoribus perluſtratis ad eos auctores deſcendendum erit qui ſeculo undecimo & deinceps vixerunt, quorum alii in unum atque alterum, alii in plures, alii vero in omnes libros Miſnicos commentati ſunt, & jus Hebræorum duplici ſenſu pertractarunt, videlicet, quantum id terræ Iſraëliticæ incolas & ſacrarium Jeruſolymitanum olim ſpectabat, & quantum idem illud jus Judæos extra eam exulantes ſpectat. Proinde hi ſcriptores omnium judicum manibus teruntur, & ſecundum ipſos omnes lites & controverſiæ deciduntur, cujuſmodi ſunt Rabbenu Iſac Alpheſi filius R. Jacobi Alpheſi, qui in ſecundam, tertiam, & quartam Miſnæ & Gemaræ partem commentatus eſt. Hunc excipit ipſius diſcipulus Moſes Maimonides, qui in libro ſuo cui titulus eſt *Jad Chaſaca*, in omnes ſex partes terſo & eleganti ſtylo Hebraico conſcripſit. Illum ſequitur Rabbenu Moſes Mikozi, qui librum edidit cui titulus eſt *Sepher Mizvot Gadol*, in quo omnia Legis præcepta explicantur, & ii doctores qui ſtatuerunt Judæis in cauſa cum gentili aliquid indulgendum eſſe, multo judicio confutantur. Ipſi poſtea ſucceſſit R. Joſeph Caro, qui librum *Bet Joſeph* inſcriptum in lucem emiſit, in quo omnia Hebræorum jura quam perfectiſſime traduntur, quamobrem is tam a Germanis quam a Luſitanis cæteriſque Judæis hinc inde diſperſis Maimonidi præferri ſolet, & ſecundum ipſum lites componi & decidi. Hujus veſtigia preſſit R. Mordechai Japhe, qui itidem apud Judæos magno eſt in pretio, illius liber ple-

plerumque *Levush* vocatur, eſtque etiam commentarius locupletiſſimus. In primam & ſecundam Miſnæ partem inſignia commentaria ſunt *Magen Abraham*, & *Magen David*, quæ ſimul collecta ſunt in libro cui titulus eſt *Maginne Erez.* In tertiam Miſnæ partem optimi commentatores ſunt *Chelcot Mechokek* & *Bet Semuel.* In quarta Miſnæ parte exponenda inſtar omnium eſt *Torat Cohanim*, ſive *Meyrat Enaim.* In quintam & ſextam doctiſſime ſcripſerunt *Ture Zahaf* & *Siphte Cohen*, qui continentur in libro cui titulus eſt *Ashle Rafreve.* Hiſce ritualibus interpretibus finitis, ubi occaſio tulerit, excerpam quædam ex iis ſcriptoribus qui *Medarſchanim* vocantur, nam ad plurimos codices Miſnicos Judæi quoque ſuas diſquiſitiones Theologicas habent. Et ſic abſolvitur optimorum de ſtudiis Talmudicis ſcriptorum recenſio, quam ſi percurrerimus, luſtrandæ erunt notæ & animadverſiones quas viri Chriſtiani Latinis verbis in Miſnam contulerunt, & deinceps ejuſmodi auctores qui de Antiquitate vel jure Hebraico ſcripſerunt, quis enim non de Sabbato, de Diebus Feſtis, de ſacrificiis, de Templo, de Vaſis Sacris, de Synedriis, de decimis, oblationibus, de ſponſalibus & divortiis & id genus aliis ritibus ſcripſit? hi inquam in otio a me evolvendi erunt, ut videam quidnam boni e primis fontibus attulerint. Poſtea ad Græces Romanaſque Leges tranſeundum erit, etenim dudum ante me viri aliquot docti viderunt inter Hebræorum Romanorumque Leges in plurimis magnam eſſe convenientiam, quod a nobis impoſterum pro viribus demonſtrandum erit. Et tum demum e Veteri & Novo Teſtamento non ſolum ea loca quæ ritus in genere & ſimpliciter tradunt, verum etiam ea quæ ſpeciales quaſdam obſervationes addunt, ad ſcopum noſtrum trahenda erunt, & Leges ſibi invicem repugnantes conciliandæ, quam in partem egregia quæque ſuppeditavit vir doctiſſimus inter Hebræos Menaſſe Ben Iſraël. Denique ea loca quæ in N. T. Evangeliis & Epiſtolis lumine Miſnico opus habent, minime negligenda ſunt, etenim ego in lectione eorum diu obſervavi plurima in tenebris hactenus verſata eſſe, nec unquam eluctatura, niſi aliquando lumine Miſnico illuſtrentur, quia legibus Moſaicis in genere traditis repugnare videntur, ſed cum Miſnicis amiciſſime conveniunt, in quibus uniuſcujuſque Legis circumſtantiæ & exceptiones adducuntur, nam veriſſime dicitur ſane, nullam tradi poſſe Legem quæ non aliquando multas patiatur exceptiones, quia humanarum rerum tanta eſt viciſſitudo tantaque varietas ut imbecillitates & infelices earum caſus ſint indefiniti, quas ſi omnes aſſequi vellent legiſlatores, quotidie novæ leges condendæ forent. Ego ſane hactenus non vidi librum aliquem qui Novo Teſtamento plus claritatis attulerit, quam Miſnicus, multa quidem oſtendit doctiſſimus Lichtfotus, ſed plura nobis reliquit. Proinde ego omnibus Chriſtianis cujuſcunque ſint nominis, dummodo ſacrarum ſcripturarum integritatem mecum ſalvam velint, & veritates Evangelices contra Judæos propugnare, auctor ſum ut Miſnicum ſtudium incipiant, ſi recte ſibi conſulere velint. Non temere mihi aliquoties a quibuſdam Judæis dictum eſt, ſe N. T. quod ad ritus melius intelligere poſſe quam Chriſtianos, ſi ipſis datum fuiſſet in Chriſtum credere. Cæterum huncce curſum Philologicum brevi temporis ſpatio ſive a me ſive ab alio quopiam viro docto confici poſſe, nemo eſt qui credat, is enim noſtra ſententia ſaltem octodecim annorum ſpatium deſiderat, ut cuilibet Miſnæ parti integri triennii labor tribui poſſit. Quamobrem, licet quadrageſimum annum nondum ingreſſi ſimus, valde dubitamus an Deus Opt. Max. tamdiu vitam noſtram prorogaverit, quod dederit, id accipiemus, ei non obſtrepemus, ſed quouſque auram nobis vitalem conceſſerit, eouſque nullis laboribus nec curis nec moleſtiis parcemus, quibus provinciam noſtram pro viribus exornare poterimus. Antequam vero vos valere jubeam doctiſſimi viri, quicunque Miſnicis & Talmudicis delectamini, vel iis aliquam operam tribuiſtis, oportet ut paucis vos certiores reddam de iis quæ ſuperioribus annis in præfatione Miſnica promiſeram, videlicet me curaturum ut doctiſſimorum quorundam virorum manuſcripta, quorum illi mihi copiam fecerant, in peculiari quadam appendice Miſnica in eadem forma qua reliqua excuſa ſunt, adjungerentur, verum tres potiſſimum rationes promiſſis meis implendis obſtiterunt, quarum una eſt quod in quibuſdam manuſcriptis multa deſiderabantur, multa extrema manu opus habebant, quæ a me inter frequentia collegia, librorum correctionem, aliaque plurima negotia non tam cito ſuppleri nec poliri poterant, ut ſimul cum opere Miſnico in lucem prodirent; altera quod eorum tanta ſit copia, ut uno volumine comprehendi nequeant, unum vero adjuvare & alterum negligere fas non erat; tertia & quidem præcipua fuit, quod Bibliopolas Borſtios ad tot paginarum impenſas ferendas hocce tempore armis infeſtiſſimo permovere non potuerim, etiamſi ego omnia ad umbilicum perduxiſſem. Norunt enim mecum in literis Hebraicis doctiſſimi viri, quam infeliciter comparatum ſit cum iis qui hiſce ſtudiis dediti ſunt, ut interdum decem & duodecim annorum fœcundiſſimi fœtus in perpetuis tenebris deliteſcere debeant, quia Bibliopolæ ſe ab ejuſ-

modi viris doctis perſuaderi ſinunt, qui ſtatuunt ex Hebraicis ſcriptoribus nullum vel exiguum commodum ad communem rem literariam promovendam poſſe adferri. Quod ſi aliter ſe haberet, aliquot doctorum virorum ſcripta quæ Selomonem Jarchium, vel Aben Ezram, vel Kimchium, vel Abarbanelem in ſacra Biblia Latine verterunt, & bonis notis illuſtrarunt vobiſcum communicare poſſem, quæ nunc propter inſelicia præſentium temporum fata tamdiu contineo, uſque dum feliciora nobis contigerint. Interim tamen maximas gratias libenter ago optimis viris qui nobis opera ſua Miſnica minime inviderunt, ſed ea tam generoſe ad noſtrum propoſitum adjuvandum tranſmiſerunt, ipſiſque multam ſalutem precamur, & ſummis honoribus & officiis uſque ad extremum vitæ ſpiritum proſequemur; rogantes ut ſi res ſuas a nobis repetere velint, id ſuo quodam jure quam primum faciant, ſin minus, nos illas eum in finem deſtinaturos, in quem illi ipſi eas deſtinari vellent. *Tibi vero Deo ter Optimo Maximo omnia debeo pro ineffabili tua benignitate, clementia, ac miſericordia, quibus per tot annos me in vita conſervaſti, Tibi clementiſſime Pater luminum maximas ago gratias quod mihi in ſpiſſiſſimus tenebris verſanti de lumine tuo impertitus es, ſac iterum ut ſicuti in ipſis rerum primordiis e tenebris lucem produxiſti, per me tandem aliquando e tenebroſa illa Hebræorum doctrina verbo tuo aliqua lux affundatur, illumina magis magiſque ſpiritu tuo mentem meam, ut Filii tui unigeniti ſanctiſſima & ſalutaria tradita recte intelligam, eorumque veritatem quadam emphaſi aliis demonſtrem, ut non ſolum iis quos dudum fide in Chriſtum dignatus es, ſed & eos quos eadem fide dignari potes quando tibi placuerit, aliquem fructum adſeram. Non abſque ſingulari tua providentia factum eſt quod ex Hebræorum gente tantum commodi ad ſtudia mea promovenda perceperim, ejuſdemque mores a noſtris omnino alienos tamdiu perpeſſus fuerim, proinde nihil æquius nec gratius mihi erit unquam, quam ſi hæcce beneficia novis beneficiis compenſem, atque ut hoc potiſſimum fiat, me animo valentem, conſilio prudentem, mente ſapientem, verbiſque potentem redde, in primis vero ſpiritus tuus ſanctus mihi adeſto, ut quoties mihi iis intereſſe contingat, toties aliquid boni de me ad cognitionem Chriſti ducentis in ipſos redundet!* Scripſi Amſtelædami pridie Cal. Julii. CIↃ IↃ CCIII.

MAIMONIDIS PRÆFATIO
In Librum qui inſcribitur
סדר טהרות
Ordo Puritatum.

DIxit magnus ille Rabbenu Moſes filius Maimonis Hiſpani felicis memoriæ, jam ſatis notum eſt nos in quinque libris Miſnicis ſuperioribus multa tradidiſſe fundamenta de mundis atque immundis, in primis in codice de Teſtificationibus. Quicquid autem locis ſuis occurrit, id extra iſta etiam ad alios caſus tranſlatum eſt. Harum vero rerum omnium primordia & cauſæ in hocce libro continentur, idcirco ego non omnino innitar iis quæ in ſuperioribus libris dicta ſunt de munditiei atque immunditiei caſibus, verùm in hoc libro ita res exponere aggrediar, ut ex reliquis libris Miſnicis non magis illuſtrandæ ſint. Præmittam vero huic libro quæ veluti claves erunt ad ea reſeranda quæ in ipſo continentur. Primo itaque dico quod omnium immunditierum quarum in Lege mentio facta eſt, principium & quod exinde provenit neceſſario locum habeat in animantium generibus, præterquam in lepra, quæ hominem pariter & veſtimenta polluit, ita quidem ut homo non ſit iſtius immunditiei cauſa, quemadmodum Lex dicit. Præterea inter omnia animantium genera nullum eſt quod polluit dum vivit, vel quod polluitur dum vivit, niſi homo duntaxat; reliqua vero animantium genera pura ſunt dum vivunt, nec alia polluunt, nec ab aliis polluuntur; homo vero ſolus polluit dum vivit, & polluitur immundis quæ a nobis exponenda ſunt. Impuritates itaque in Lege memoratæ, ſunt undecim, cujuſmodi ſunt reptilium, cadaveris, mortui, emiſſionis ſeminis, aquæ expiatoriæ, ſacrificii pro peccato, ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruoſæ, puerperæ, & lepræ impuritates. Cæterum in hiſce impuritatibus continentur quædam quæ multos admittunt impuritatis patres, quædam vero quæ unicum duntaxat patrem continent; hoc ſenſu, in impuritate reptilium unus duntaxat pater continetur, nimirum; ipſum reptile eſt impuritatis pater; per שרץ *reptile* hic intelligendæ ſunt octo reptilium ſpecies in Lege memoratæ, cujuſmodi ſunt muſtela, mus, teſtudo, attelabus, lacerta, ſtellio, limax, & talpa; ſanguis vero reptilis, ejuſdemque caro & adeps in immunditie ſunt æquales. Quatuor autem reptilium pellis æqualis eſt carni reſpectu impuritatis, attelabi ſcil., lacertæ, ſtellionis, & limacis; oſſa vero a reptilibus ſeparata non polluunt. Reliqua vero abominabilia & reptilia, nempe rana, rubeta, vipera, ſerpens, atque id genus alia omnia non polluunt. At vero in cadaveris immunditie duntaxat pater continetur; נבלה *cadaver* autem de omnium animantium pecorumque morticinis intelligatur, ſive munda ſint, ſive immunda. Cæterum inter mundum atque immundum aliquid intereſt, mundum enim pecus ſi id rite mactatum ſit ſecundum id quod in codice de Profanis dicitur, eſt mundum. De immundo autem pecore nihil refert, ſive id mactatum, vel ſuffocatum ſit, vel naturali morte obierit. Præterea, inter immundi pecoris cadavera & animantium tam mundorum quam immundorum non eſt differentia reſpectu carnis & adipis ipſorum in immunditie; ſed cum pecore puro ſe res aliter habet; ipſius enim adeps non polluit, ſi obierit; ego autem in codice Ocazin hujus rei cauſam exponam. Cadaveris vero ſanguis non polluit immunditie cadaveris, ſive mundi ſive immundi animantis ſit; neque oſſa carne ſpoliata, nec cornua, nec ungulas fiſſas, nec ungues a corpore ſeparati, polluunt. Sed medulla in oſſibus e cadavere polluit uti caro ipſius; eodem modo in reptilibus, & in mortuis. Sed hæc jam expoſita ſunt in Additamentis ad codicem de Tentoriis, idcirco dixerunt doctores, medulla in omnibus conſideranda eſt ut caro. Cæterum mortui immundities novem habet patres, nempe, ipſe mortuus eſt immunditiei pater; per *mortuum* autem hic non intelligendus eſt omnis mortuus & totus, nam id quod immunditie mortui polluit, eſt olivæ quantitas e carne ipſius, vel e carne a cadavere avulſa, vel cochlear putredinis, vel ex oſſibus, vel e ſanguine, & ſic porro uti expoſitum eſt in codice de Tentoriis. Inter Iſraëlitam atque gentilem mortuum non eſt differentia

tia niſi in immunditie tentorii duntaxat, nam gentilis mortuus in tentorio non polluit. Præterea ſepultura quoque immunditiei pater eſt, & homo qui mortuo pollutus eſt, ut & omnes qui ipſum tetigerunt. Sic etiam vaſa quæ mortuum tetigerunt, & homo qui ipſa tetigerit, & vaſa quæ hunc hominem tetigerint, ſunt patres immunditiei, nempe vaſa prima, homo, & vaſa ſecunda. Porro etiam vaſa quæ vaſa mortuo polluta tetigerint, ſunt immunditiei patres; ego vero ea exponam capite ſecundo codicis de Tentoriis. Sed hæc omnia intelligenda ſunt de viris Iſraëlitis, nam ſi gentilis tetigerit mortuum, is non eſt pollutus mortuo qui alios polluit, ſicuti Iſraëlita qui mortuo pollutus eſt, & polluit. In principio Additamentorum ad codicem de Tentoriis dixerunt, gentilis, octo menſæ, vaſa teſtacea, cibi, & liquores qui mortuum tetigerunt, non polluunt vaſa quæ iſta tetigerint. Quando autem illa munda pronuncio, intelligas quod ipſorum jus non ſit ſimile juri vaſorum quæ mortuum immundum tetigerint; quod ego tibi exponam, ne cogites quod liquores qui mortuum tetigerint, & abſque dubio immundi ſunt, non polluant vaſa, ſed quod ipſa polluant immunditie liquorum, ſed non immunditie patris ratione ſupellectilis. Præterea tentorium quoque eſt pater immunditiei; jus vero tentorii mortuo polluti ſimile eſt vaſorum juri quæ mortuum attigerunt, id enim aliam rem polluit immunditie ſeptem dierum, ut vaſa quæ mortuum attigerunt. Sed nos illius mentionem facimus ob novitatem illius, nam pellis, veſtis, & ſaccus, quando illa inſervierint tentorio pro mortuo, immunda ſunt, ſed non ita comparatum eſt cum reliquis vaſis; ſi enim tentorium conſtiterit e ligno, luto, aut oſſibus, tum illa non polluunt, uti vult jus vaſis e pelle conſtructi. Sin autem vas ligneum tentorium fecerit ſuper mortuo, vel ex oſſibus confectum, illius jus ſimile erit juri vaſorum aqua abluendorum quæ mortuum tetigerint. Cæterum in Additamentis ad codicem Nidda dixerunt, quod polluit immunditie tentorii, id polluit immunditie ſeptem dierum, & quod polluit immunditie ſeptem dierum, id non polluit tentorio; per quæ indigitantur vaſa quæ aqua ablui poſſunt. Sciendum eſt tibi quod hæc omnia ſint patres immunditiei e mortuo contractæ, cum numerari debeant primus & ſecundus gradus reſpectu immunditiei oblationis primæ, & immunditiei rei ſanctæ, ſicuti in hoc prologo dicam inferius, non quod excidio teneatur is qui pollutus fuerit aliqua re ex iſtis, quando Templum intrabat, vel ſancta comedebat. Verba in Additamentis ita ſe habent; de quo hæc intelligenda ſunt? de oblatione prima rebuſque ſanctis; ſed Nazyræus duntaxat ob mortui tactum tondetur. Cæterum capite ſeptimo codicis de Nazyræatu expoſuimus immundities mortui, ob quas Nazyræus tonderi debet. Cæterum immundities emiſſionis ſeminis eſt immunditiei pater, nempe ipſum ſemen, ea tamen conditione ſi novem ſit annorum uniuſque diei duntaxat. In Siphra dicitur per *virum* in Lege excipi minorennem; & ne quis putaret novem annorum uniuſque diei juvenem quoque excipi, idcirco hic dicitur, *Et ſi e viro exierit emiſſio ſeminis.* Jam aliquoties expoſui quod ſi quis novem annorum uniuſque diei juvenis coiverit cum fœmina, illius coitus eſt coitus, nam durities & deliciæ non ſunt e conditionibus coëundi, ſicuti exponitur in codice Nidda, ſed in caſu immunditiei requiritur ut color albus ſit, uti plerumque color eſſe ſolet. Aquæ expiatoriæ immundities eſt immunditiei pater, ſcil. vaccæ rufæ cinis eſt, quando is mixtus fuerit cum aqua fluviatili, ſicuti exponetur in codice de vacca rufa; in hacce ergo aqua continetur polluendi modus, & non polluendi, modus polluendi eſt pater immunditiei; ſed ego caſum iſtum jam expoſui capite primo hujus tractatus. In immunditie ſacrificiorum pro peccato continentur tres patres, quorum unus eſt vacca rufa, qui enim in combuſtione illius occupatur, & in reliquis illius operibus, is polluit veſtes, ut is qui immunditiei patrem attigerit, ſicuti exponetur in tractatu de Vacca Rufa. Secunda continetur in juvencis & hircis qui comburuntur, quorum ſanguis aſpergitur intus; & qui combuſſerit eos, is quoque polluit veſtes. De juvencis autem & hircis plura diximus in tractatu de Sacrificiis. Et in Gemara de Sacrificiis dicunt, jam collegiſti ex omnibus iis quæ expiant peccata, quod is qui ea combuſſerit, polluat veſtes. Tertia continetur in hirco qui ad Azazel mittebatur, qui enim hircum ad Azazel ducebat, is veſtes polluebat. Seminifluæ autem immundities ſeptem continet patres, nempe, ipſa ſeminiflua eſt immunditiei pater, & qui cum ipſa corpus miſcuerit, is pater immunditiei eſt; ita etiam ſanguis fluxus illius, ſaliva, urina, equitatio, & ſeſſio illius, hæc ſingula ſunt immunditiei pater. Præterea res eſt notiſſima quod Lex de immunditie menſtruæ & puerperæ eodem loquatur ſenſu, videſis Levit. 12, 2. & ibid. verſ. 5. Et hi ſeptem modi continentur in menſtrua. Porro immundities ſeminiflui etiam hos ſeptem modos comprehendit, cujuſmodi ſunt

* ſemi-

ſeminifluus, ejus fluxus, ſeminis emiſſio, ſaliva, urina, equitatio & ſeſſio illius. Cæterum jam noſti quod nulla ſit differentia inter eum qui coiverit cum ſeminiflua, aut puerpera intra ſeptem dies a partu maſculino, vel intra quatuordecim dies a partu fœmineo, ſicuti Lex dixit, Levit. 15, 33. Et is vocatur בועל טמא *qui immundus congreditur*, & hic inter immunditiei patres recenſetur; ſed non enumeramus eum qui curioſitatis ergo rem habuerit cum menſtrua, & eum qui cum puerpera rem habuerit curioſitatis ergo, quia eadem res eſt. Scias autem quod cum immunda nondum purificata fuerit aquis balnei, ea polluat eum qui cum ipſa rem habuerit, etſi poſt ſanguinis intermiſſionem aliquot annos expectaverit, tamen non erit unquam munda abſque aquis quibus in balneo ſe abluerit. Pariter equitatio, & ſeſſio ſunt patres immunditiei; ſed non enumeramus ſeſſionem ſeminifluæ novitatis ergo, nec menſtruæ ſeſſionem, quia omnium jus idem eſt; at vero ſeſſionem unam numeramus duntaxat, & quicquid illa polluerit. Numeramus etiam *ſanguinem immunditiei*, qui comprehendit ſanguinem menſtruæ, ſeminifluæ, & puerperæ. Ita quoque dicimus de ſaliva immundi, illiuſque urina, quod ſub iis comprehendatur ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruæ, & puerperæ ſaliva & urina, quia jus ſalivæ & urinæ in iſtis omnibus æquale eſt reſpectu immunditiei. In immunditie lepræ quatuor continentur patres, cujuſmodi ſunt leproſus proprie dictus, qui etiam vocatur leproſus poſt *dies perfectionis lepræ*, & leproſus in diebus numerationis ipſius, & veſtis plaga affecta, & domicilium plaga affectum. Sed quando hic loquor de veſte, intelligo eam quæ ex lepra immunditiem cepit, ſive ſit veſtis e lino, ſive e lana confecta, ſive ſtamen ſive ſubtegmen, ſive vas coriaceum. Pariter quando loquor de domicilio plaga affecto, intelligo domicilii materiam in genere, nempe lapides, ligna, & calcem, quæ ſingula polluunt in quantitate olivæ, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Plagis. Cæterum immunditiei patrum numerus eſt triginta duorum, cujuſmodi ſunt, reptile, cadaver, mortuus, homo mortuo pollutus, vaſa quæ hominem mortuo pollutum tetigerint, & vaſa quæ polluta ſunt mortuo, vaſa quæ tetigerint alia vaſa quæ polluta ſunt mortuo, tentorium, ſepultura, emiſſio ſeminis, aquæ expiatoriæ, vacca rufa, juvenci & hirci comburendi, hircus ad Azazel emittendus, ſeminifluus, & ſeminiflua, menſtrua, puerpera, equitatio, ſeſſio, qui corpus miſcuerit cum menſtrua, ſanguis immundæ, ſaliva immundæ, urina, fluxus, emiſſio ſeminis, leproſus in diebus numerationis ipſius, leproſus in diebus lepræ ipſius ſimplicis (de qua non eſt dubium,) veſtis plaga affecta, & domicilium plaga affectum. Sed in principio codicis de Volumine Eſteris jam expoſui, quod non ſit differentia inter leproſum occluſum & leproſum ſimplicem in caſu immunditiei. Scias autem quod vox כלים *vaſa* de octo ſpeciebus intelligi debeat, cujuſmodi ſunt veſtis, ſaccus, vaſa teſtacea, vaſa coriacea, vaſa ex oſſibus confecta, vaſa vitrea, vaſa metallina, & vaſa lignea; ſed arcæ, & id genus alia vaſa quæ e juncis & corticibus, calamiſque compoſita ſunt, hæc omnia comprehenduntur ſub vaſis ligneis, ſicuti in hocce codice exponetur. Lex vero dicit quod hæ tres ſpecies immunditiem recipiant, vitreis exceptis vaſis, quæ ex inſtitutis Sapientum polluuntur. Gemara dicit; Joſe filius Joëzeris Seredanus, & Joſe filius Jochananis Jeruſolymitanus de immunditia vaſorum vitreorum decreverunt. Et in Additamentis ad codicem de Vaſis dicunt, vaſorum vitreorum immundities ſtatuta eſt a Sapientibus. Reliqua vero vaſa ex Lege polluuntur, ſicuti dicitur Levit. 11, 32. Per *ſaccum* vero intelligimus ſaccos e pilis confectos tam e tenuibus quam e craſſis. Per *veſtem* intelliguntur illa quæ conficiuntur e lino, ſerico, goſſypio, & ſimilibus materiis, præter pilos. Filtra quoque comprehenduntur ſub veſtibus. In Additamentis dicitur, quod ſi quis induſium confecerit e filtro, idque in longum & latum tres palmos habuerit, immundum cenſetur; hæc enim veſti ſtatuta eſt menſura reſpectu immunditiei, ſicuti exponitur capite ſeptimo & viceſimo hujuſce codicis. In Siphri dicitur, per *aut veſtis* in Lege includuntur filtra. De immunditie vaſorum teſtaceorum Lex verba facit Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum in quod inciderit, polluitur*. Sed vaſa ex oſſibus confecta comprehenduntur ſub eo quod dicitur Num. 31, 20. *Et omne opus caprarum* &c. quemadmodum ſecundo hujus tractatus capite exponitur. Omnium vero vaſorum ſpecies, teſtaceis exceptis, purificantur in balneo; nam teſtacea vaſa non purificantur, ſed franguntur, nunquam enim in balneo purificantur, atque hoc licet colligere e Levit. 11, 33. & Levit. 15, 12. Pariter *vaſa contritionis* tantum vocantur vaſa e metallo confecta, ſub quibus non comprehenduntur vitrea. *Veſtes* autem vocantur licet e pilis confectæ ſint. Vaſa vero, & vaſa teſtacea plerumque non includuntur voci vaſorum, ſed peculiaribus ritibus ſubjiciuntur. Reliqua vaſa lignea, & ex oſſibus confecta, vel coria-

coriacea vocantur *vaſa lotionis*, quia in lavacris ablui poſſunt. Quando autem aliquos autores audiveris dicentes, *polluit vaſa*, vel, *polluit veſtes*, ſcias quod iſta materia omnes polluat iſtas ſpecies, teſtaceis exceptis vaſis, nam illa non polluit, niſi ſit pater immunditiei, & in mortui immunditie duntaxat, præterquam quod vaſis iſta jura ſtatuimus differentiæ ergo. At vero ſi vas teſtaceum polluatur mortuo, id erit primus immunditiei gradus, at non erit pater etſi ipſo mortuo polluatur, vel ſit in tentorio mortui. Sed verba in Additamentis ita ſe habent, dicit Lex Num. 19, 15. *Et omne vas apertum in quo non fuerit conjunctum filum*, ad hæc dixerunt Sapientes, ipſum ſcil. vas eſt immundum, ſed id non fit immunditiei pater ad polluendum. Præterea quoque expoſitum eſt in Siphri quod verba Legis de vaſe teſtaceo loquuntur, ſicuti exponitur capite decimo hujus tractatus. Reliqua autem vaſa & veſtes, ſi ea attigerit homo mortuo pollutus, fient pater immunditiei, & ſi quid eorum attigerit mortuum, & id poſtea attigerit homo, & deinde hominem attigerit vas aliquod, tres erunt patres, uti diximus, & ſicuti in Siphri expoſitum eſt, quemadmodum oſtenditur capite primo codicis de Tentoriis. Scias autem quod vas teſtaceum nunquam fit immunditiei pater per mortui immunditiem, neque per aliam immunditiem, ſicuti ego diverſis in locis explicui in hocce volumine. In vaſis metallinis eſt jus peculiare quod non obtinet in aliis, nempe, ſi illa polluta fuerint quacunque id factum fuerit immunditie, & poſtea confracta fuerint, jam purificata ſunt confractione ipſorum; ſi vero quis e fragmentis ipſorum denuo alia conſtruat vaſa, eam immunditiem recipiunt quam antea habuerunt. Sed hæc omnia Sapientes ſanciverunt; ego vero rationem expoſui capite undecimo hujuſce tractatus. Dixerunt autem, Simeon filius Satæ decrevit immunditiem de vaſis metallicis, nempe, quod iſta ad immunditiem redirent poſtquam confractione purificata fuiſſent, donec in lavacro aquis abluta eſſent. In Gemara dicitur, immundities ſeneſcit ſecundum Sapientes; hæc intelligas volo. Hi vero a nobis memorati patres omnes ſunt ex Lege, & unuſquiſque ex iis vocatur *pater immunditiei ex Lege*: etenim quoque patres immunditiei ſunt e decretis Sapientum aliquot præter hos, eorum quilibet pater vocatur *pater immunditiei e decretis Sapientum*. Immundities vero quæ dicuntur patres immunditiei ex decretis Sapientum, ſunt ſex, immundities mortui, immundities fluxus, immundities menſtruæ, immundities puerperæ, immundities idololatriæ, & immundities cadaveris. In immunditie mortui undecim immunditiei patres continentur e decretis Sapientum, nempe, os in quantitate grani hordeacei polluit tactu & onere, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Tentoriis. Ita quoque terra gentilium, & Bethaperas polluit tactu & onere; & habitatio gentilium polluit, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Tentoriis, perinde ac ipſa terra gentilium, donec de illa inquiſitum ſit. Et ſanguis conculcationis polluit tactu, onere, & in tentorio; ſed capite ſecundo codicis de Tentoriis exponitur quid ſit דם אבוסה *ſanguis conculcationis*, & in fine quoque ejuſdem codicis. Hæc autem omnia ita conſtituta ſunt a Sapientibus. Cæterum quod capite ſeptimo codicis de Nazyræis dixerunt, os in olivæ quantitate polluat, Traditione receptum eſt; ſed hoc jam expoſuimus in loco citato. Verum in Gemara titulo de menſtruis dicunt, de ſanguine conculcationis ex decretis Sapientum conſtitutum eſt. In Gemara titulo de Sabbato dicunt, immunditiem decreverunt de terra gentilium. In Gemara titulo de Paſchate dicunt, Bethaperas eſt ex decretis Sapientum; hi quatuor ſunt patres. Inſuper tentorium quod pollutum eſt ſanguine conculcationis & homo qui pollutus eſt uno e quatuor, & vaſa quæ illa tetigerunt, ut & vaſa quæ illis polluta ſunt, & homo qui illa tetigerit, & vaſa quæ tetigerint hominem, & vaſa quæ tetigerunt alia vaſa quæ illis polluta ſunt, hæc ſingula ſunt pater immunditiei ex decretis Sapientum. In immunditie fluxus novem patres continentur. Cæterum quod nos ſuperius diximus nihil polluere nec pollui dum vivit niſi hominem duntaxat, id ex Lege tantum de viris Iſraëlitis intelligendum eſt. Sed gentilis non polluit neque polluitur ulla immunditie; attamen illi ex decreto Sapientum in omnibus habendi ſunt feminiflui, præterquam in una re, ſcil. quod emiſſio ſeminis ipſorum munda ſit, ſicuti exponitur titulo Nidda, idcirco nos de ipſa non judicamus ut de emiſſione ſeminis Iſraëlitæ feminiflui, qui eſt pater immunditiei; & polluit tactu & onere, ſicuti ibidem exponitur, & additur quod Sapientes diſcrimen aliquod ſtatuerint, ne oblatio eorum prima combureretur, nec ſancta; ſed notum eſt quod ipſorum immundities ſit ex decretis Sapientum, idcirco ſeminis emiſſio ipſorum non polluit. Si enim gentilis eſſet verus ſeminifluus ex Lege, ipſius ſeminis emiſſio pollueret tactu & onere. Cæterum jam expoſitum eſt quod omnes gentiles, ſive ſint maſculi, ſive fœminæ, ſive majorennes ſive minorennes, habendi ſunt ſemi-

ſeminiflui in omnibus, excepto in negotio emiſſionis ſeminis; & non eſt differentia ſive illi ſint proprie ſeminiflui, ſive leproſi, ſive ſani, ſive ægroti, nam illi ſeminiflui ſunt ex decretis Sapientum. Quando dico *minorennes*, intelligo maſculum novem annorum uniuſque diei, & ultra, ſi maſculus ſit; ſi fœmina, trium annorum & diei unius, & ultra, non minus, ſicuti exponitur in Gemara titulo de Cultu Peregrino; idcirco gentilis, ejus ſaliva, urina, equitatio, cubitus, ſanguis fœminæ gentilis, & Iſraëlita qui corpus miſcuerit cum gentili, hi ſinguli ſunt immunditiei pater ex decretis Sapientum. Porro etiam ſeminifluus & ſeminiflua, menſtrua, puerpera, & leproſus, quiſque polluit cubitu, & ſeſſu ex Lege, uti diximus. Sed mortuus non polluit cubitu; in Siphra dicitur, ſeminifluus efficit cubitum, at mortuus non efficit cubitum. Sed dixerunt quod iſta quæ dicta ſunt, polluant cubitu & ſeſſu, ſi mortua fuerint, perinde ac ſi adhuc viverent. Ego vero hæc exponam in fine codicis de Menſtruis, quando dicitur, ſeminifluus, *ſeminiflua*, *menſtruoſa*, puerpera, & leproſus ſi *obierint*, polluunt onere donec caro contabeſcat, ex decretis Sapientum. In Additamentis ad codicem de Menſtruis dixerunt, ſeminifluus, ſeminiflua, menſtrua, puerpera & leproſus qui obierunt, polluunt onere, donec caro contabeſcat; ſed non polluunt niſi in maxima parte, & hoc ex decretis Sapientum duntaxat, quia iſti comprehenderunt eos ſub cubitu ſeminifluorum. Cæterum quod hic dicitur eos polluere onere, ejus ſenſus eſt etſi inter corpus ſeminiflui, & mortuum inter cubitum ſit lapis qui dividat, perinde ac ſi in vivis eſſent, tamen polluit cubitus ſi maxima pars onerata ſit ſuper ipſo, ſicuti in hocce capite exponetur. Sed ita ſe res non habet cum omni mortuo.

Immundities menſtruæ etiam novem patres comprehendit ex decreto Sapientum, nam in codice de Menſtruis exponitur quod de menſtrua judicatum ſit, eam eſſe immundam præpoſtere, ab una hora ad alteram, vel ab una inquiſitione ad alteram, ſicuti illic exponetur: dixerunt enim, ab una hora ad alteram, id eſt ex decreto Sapientum. Porro quoque dixerunt eam polluere cubitu & ſeſſu præpoſtere, ſed eam non polluere illum qui cum ipſa rem habuerit. Maculoſas autem habuerunt ut ſanguinem menſtruæ ex decreto Sapientum, juxta id quod ibidem exponitur. Gemara dicit, qui maculam viderit, is præpoſtere polluit cubitu, & ſeſſu, & polluit tempore futuro eum qui cum ipſa rem habuerit. Pariter ſubucula etiam immunda eſt. Tempus vero iſtud quo menſtrua præpoſtere polluitur, ita determinarunt, nempe ſi illa dixerit, inquiſivi de hacce ſubucula, ſed in ipſa non inveni maculam. Quando in Gemara ad codicem de Menſtruis dicitur, tempus menſtrui ex inſtitutis Sapientum determinatum eſſe, intelligas mulierem cujus menſtrui tempus acceſſit, at ipſa non inquiſiverit tunc temporis, ſed poſt aliquot demum dies, & tunc ſeipſam invenerit immundam, eſſe in ſuſpicione menſtrui a tempore menſtrui ſui uſque ad iſtam horam; atque hæc eſt *immundities præpoſtera*.

Prætetea in loco citato quoque dicitur, quod menſtrua, ſeminiflua, & quæ de die in diem inquirit, & puerpera, omnes polluant ab una hora ad alteram. Cæterum notum eſt quod iſtud tempus in quo obtineat immundities præpoſtera ex decreto Sapientum, quæcunque illa ſit menſtrua, vel ea quæ maculam viderit, vel ea quæ inquiſiverit dum ei menſtruum contingebat, tum cubitus & ſeſſus qui iſto tempore polluunt, patres immunditiei ſunt ex decreto Sapientum. Sic etiam ſi quis corpus miſcuerit cum ea quæ maculam viderit in futurum, vel ſalivam, vel urinam in iſtis temporibus, & ſanguinem in ſubucula, de quo non ſatis conſtat quod ſanguis menſtruæ ſit, hi omnes ſunt immunditiei patres ex decreto Sapientum. In puerperæ immunditie iidem continentur patres ex decreto Sapientum, qui in menſtrua continentur, id eſt, puerperæ & menſtruæ jus idem eſt in eo quod diximus. In Gemara ad codicem de Menſtruis dicitur, ſi fœtus eduxerit manum ſuam, eamque poſtea reduxerit, mater ipſius e partu immunda eſt; at hoc ita ex decreto Sapientum expoſitum; ſed nos dies puritatis ipſius non prius computare incipimus quam ab illa hora qua venerit ſanguis, qui eſt ſanguis puritatis; ſed conditiones ei graviores undiquaque aggravamus. Sed nonnulli dicunt eam in ſuſpicione habendam eſſe, & dies puritatis ei non tribuendos, ſed eam quatuordecim dies immundam eſſe, ut eam quæ fœmellam peperit, e conditionibus a Sapientibus inſtitutis. Quando vero poſtea ſanguinem viderit, non computamus ejus ſanguinem purum, quia non peperit natum, ſed menſtrui ſanguis erit, vel ſanguinis fluxus, ſecundum tempus viſionis ipſius, ſicuti in codice de Menſtruis exponitur. Jus vero illius quoque referimus inter patres immunditiei ex decreto Sapientum, ſicuti fecimus in patribus immunditiei ex Lege recenſitis, nempe, quando cubitum immundum pro una numeramus, & cubitum gentilis, cubitum ſeminiflui mortui, cubitum menſtruæ

præpoſteræ, cubitum illius quæ maculam vidit præpoſtere, maculam puerperæ quatuordecim dierum, & cubitum illius quæ non inquiſivit in tempore menſtrui enumeramus. Idem quoque faciemus de equitatione, ſaliva, & urina, ſicuti in præcedenti numero fecimus, nam immunditiei ſpecies una eſt, & quaſi individua; ſed pater immunditiei eſt cubitus ex decreto Sapientum. Si quis cum immunda rem habuerit, ex decreto Sapientum etiam pater eſt, vel ſi cum gentili rem habuerit, vel ſi rem habuerit cum fœmina quæ maculam vidit, vel cum puerpera quatuordecim dierum.

In immunditie ex idololatria contracta quatuor patres continentur, immundities autem in genere eſt ex decreto Sapientum conſtituta. Sed in Gemara titulo de Sabbato dicitur, immundities ex idololatria contracta ex decreto Sapientum ſtatuta eſt, quod colligitur ex eo quod Jacobus dixit Gen. 35, 2. Primus vero ex iſtis quatuor patribus eſt ipſa idololatria, nempe quod ipſa idololatria polluit ut reptile, quatenus illa polluat hominem & vaſa tactu, & vaſa teſtacea aëre, at non onere; dummodo in ipſa ſit olivæ quantitas, ſicuti exponitur in tractatu de Cultu peregrino capite tertio. Si vero res adorata non eam quantitatem habuerit, tum illa non polluit. Si quis ſumpſerit alicujus corporis idololatrici fragmentum, licet id magnum ſit, non polluit, quia idololatria non polluit in membris; ſed totum idololatricum polluit, ſi id olivæ quantitatem habuerit. Secundus pater eſt cultus idololatricus, e quo olivæ quantitas polluit, uti reptilis immundities; & quamvis aliquid contractum fuerit, idque olivæ quantitatem habuerit, polluit tamen hominem & vaſa tactu; hæc eſt illa gravior conditio in miniſteriis idololatricis, uti Miſna dicit capite ſecundo codicis de Cultu Peregrino. Quando doctores dixerunt lapides, ligna, & pulverem polluere, uti ſerpens, id collegerunt ex eo quod Scriptum eſt Deut. 7, 26. Cæterum in Toſaphta dicitur titulo de Seminifluis, ſi quis caput ſuum & ipſius mediam partem introduxerit in domum idololatricam, immundus eſt, & vas teſtaceum quod media ex parte in domum idololatricam intromiſſum eſt, immundum eſt, ſcamna & ſedilia quæ maxima ex parte in domum idololatricam intromiſſa ſunt, immunda ſunt; horum ſenſus eſt quod hicce homo aut vaſa, ſi domum idololatricam intraverint, ſimilia erunt tactui reptilis. Tertius pater eſt oblatio idololatrica, at jam diximus in principio codicis de Profanis quod oblatio idololatrica, ſive id quod oblatum eſt inter manus ipſius; polluat tactu, & onere cadaveris, ſicuti exponitur in codice de Cultu Peregrino. Jam expoſitum eſt in codice de Cultu Peregrino quod vinum libaminis polluat, ſicuti oblatio idololatrica; iſque eſt quartus idololatriæ pater, & hoc collegerunt ex eo quod dicitur Deut. 32, 38. Dixerunt doctores noſtri tria eſſe vina idololatrica, ut, vinum idololatriæ libatum, polluit immunditie gravi in quantite olivæ, gravis vero immundities polluit hominem & vaſa, & hæc eſt immundities quæ ubique vocatur gravis. Quicquid autem duntaxat edulia & liquores polluit, id levis immundities vocatur. Cæterum quod hic dicitur vinum libaminis eſſe immunditiei patrem, id intelligendum eſt de iſto vino quod libatum eſt idololatriæ, & hoc polluit ut cadaver; at vinum ſimplex idololatricum polluit immunditie levi, ſicuti ibidem dictum eſt, nam id liquoribus immundis ſimile eſt.

In immunditie cadaveris duo continentur patres ex decreto Sapientum, quorum unus eſt mactatio idololatræ, quæ eſt cadaver quod polluit onere, etſi non ſit oblatio idololatrica; ſed id non erit uſui prohibitum ut oblatio idololatrica, ſicuti expoſitum eſt in Gemara titulo de Profanis; dixerunt, gentiles intra terram Iſraëliticam non ſunt idololatræ, ſed patrum ipſorum ritus ſequuntur, idcirco ex eo quod a gentili mactatum eſt, commodum percipere licet. Secundus pater eſt cadaver avis mundæ duntaxat, nempe, cadaveri tam mundæ quam immundæ avis non clare in Lege tributa eſt immundities, idcirco ipſum inter hoſce patres numeramus ex decreto Sapientum. Interim tamen certum eſt cadaveris immunditiem eſſe ex inſtitutione Legis, licet non clare expreſſa ſit, & hoc colligimus ex eo quod homo ejus gratia teneatur excidio, quia Sanctuarium intravit, ſicuti dicitur Levit. 22, 8. Quemadmodum exponitur in tractatu de Puritatibus.

Cadaver itaque hominem & vaſa polluit, eo quem tibi dicam modo, ipſum totum non polluit tactu ex decreto Sapientum, ſed in quantitate olivæ in gula, quando de ipſo inglutiverit olivæ quantitatem, & ea quantitas adhuc fuerit in gula ipſius, polluitur, & veſtes polluit ſuas, ut is qui patrem immunditiei tetigerit. Pariter & ipſum polluit reliqua vaſa reſpectu tactus dum illa inglutiunt, ſicuti exponitur in fine codicis de Seminifluis. In Siphra dicitur, ſi quid de avis puræ cadavere inglutiverit, dixerunt, iſtud vas polluere reliqua vaſa uti veſtes polluunt, unde colligere potuiſſemus quaſi id ipſum polluat hominem & vas teſtaceum, ſed ne ita ſe res habeat, dicit *veſtis*,

ergo

ergo veſtem polluit, & non hominem, nec vaſa teſtacea; dicendum itaque eſt quod ſi quis de avis mundæ cadavere comederit, & unam manum impoſuerit furno, alteram vero ſocio ipſius, ambo puri ſunt; ita ſe habet jus illius quod inglutit, & hoc modo recenſetur *immunditiei pater*. Sed in caſu tangendi ſimile erit cibis immundis duntaxat, dummodo de ipſo comedendo quis cogitaverit, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de Puritatibus; neque tactu quicquam polluit niſi cibi immundi immundities, quam deinceps exponam. Quando igitur olivæ quantitatem in cibis attigerit, cibi iſti erunt ſecundus immunditiei gradus, & non primus.

Cæterum jam expoſitum eſt in Gemara ad codicem de Sacrificiis, quod R. Meyr dicit ipſum immundum eſſe, etſi enim non inglutiverit cibos ab eo tempore quo eos manu ſua acceperit, & inglutire cogitavit, tamen ſe res habet perinde ac ſi inglutiviſſet eos, nam id cui oblatio deeſt, id non eſt ſimile ei cui deeſt opus; idcirco non erit immunditiei pater, *niſi* donec cibus ſit quem *tetigerit primus immunditiei gradus, quia is non polluit immunditie patris tactu, ſed inglutione.* Porro in loco ſuperius citato dicitur, cadaver avis mundæ ſecundum ſententiam R. Meyri includitne primum & ſecundum immunditiei gradum, vel ſecus? *reſp. ſecundum omnes & ſecundum R.* Meyr quoque, quando hominem polluit tactu, cadaver avis mundæ comprehendit primum & ſecundum immunditiei gradum. Horum hic eſt ſenſus, res quæ hominem tactu polluit, quando *ipſa tetigerit aliam*, eam reddit primum gradum, & quando primus tetigerit aliam, ea fiet ſecundus gradus, hoc fundamentum memoriæ mandandum eſt.

Hinc tibi conſtabit quod omnes immunditiei patres ſecundum Sapientum inſtituta, eo quo diximus modo, ſint viginti novem, ut, os in quantitate grani hordeacei, ſanguis conculcationis, terra gentilium, Bethaperas, tentorium quod ſupra ſanguinem conculcationis factum eſt, homo qui iſtis pollutus eſt, vaſa quæ illa tetigerunt, vaſa quæ iſtis polluta ſunt, homo qui vaſa tetigit, & vaſa quæ hominem tetigerunt, & vaſa quæ tetigerunt vaſa iſtis polluta, gentilis, menſtrua præpoſtera, ea quæ maculam præpoſtere vidit, ea quæ tempore menſtrui non inquiſivit præpoſtere, puerpera quæ membrum aliquod peperit, ejus cubitus, equitatio, ſaliva, urina, & immunditiei ſanguis ex decreto Sapientum; qui cum immunda rem habuit, ſeminifluus, gentilis, idololatra, cultus idololatricus, mactatio gentilis, & cadaver avis mundæ; his abſolvimus patrum immunditiei computum; hæc itaque phraſeologia qua dicitur quædam res immunda *pater immunditiei*, intelligenda eſt de qualibet immunditierum ſpecie, e quibus aliæ ſunt ex decretis Sapientum, aliæ vero ex Lege.

Scias etiam quicquid aliquo immunditierum patre pollutum fuerit, ſive ſit homo, ſive vaſa, ſive cibi, ſive liquores, vocari *primum in immunditie*, & eum qui hunc attigerit, vocari *ſecundum*, qui vero hunc, eum vocari *tertium*, & qui hunc attigerit, vocari *quartum*, atque hic immunditierum graduum ultimus eſt. Cæterum ſecundo capite codicis de Puritatibus dicitur, primus e profano eſt immundus, & polluit, ſecundus eſt reprobus, ſed non polluit. Primus & ſecundus ex oblatione prima ſunt immundi & polluunt, tertius vero eſt reprobus, at non polluit. Primus, ſecundus, & tertius in ſanctis ſunt immundi, & polluunt, quartus eſt reprobus, ſed non polluit. Hinc tibi conſtat quartum eſſe immunditiei gradum ultimum; & quicquid de ipſo dicitur reprobum eſſe, id eſt, non polluere aliam rem. Primum quoque vocant *filium immunditiei*, & ſecundum, *filium filii immunditiei*. Omnem vero qui non eſt pater immunditiei Miſna vocat *filium immunditiei*, ſive primus, ſive ſecundus ſit immunditiei gradus. Porro res nota eſt quod ſicuti dicitur, hic eſt pater immunditiei ex Lege, iſte vero eſt pater immunditiei ex decreto Sapientum, ita quoque dici, hic eſt filius immunditiei ex Lege, iſte vero filius, immunditiei ex decreto Sapientum.

Fundamentum præterea hoc ſcitu neceſſarium eſt, id quod in Toſaphta dicitur titulo de Puritatibus, nempe, ſicuti primus facit ſecundum, & ſecundus tertium, ita etiam dubius primus facit dubium ſecundum, & dubius ſecundus tertium facit. Inſuper multa traduntur ex decreto Sapientum, ſed ea non ſunt patres; Sapientum vero hypotheſis eſt qua conſtituerunt immunditiei filium, ſicuti dicunt, diſcipuli Schamai atque Hillelis immunditiem decreverunt de manibus, eaſque ſemper ſecundum immunditiei gradum conſtituerunt, uti exponitur in tractatu de Manibus. Sic etiam de homine qui primum vel ſecundum cibum comederit, vel liquores immundos biberit, & reliqua quæ in fine codicis de Seminifluis referuntur, quod is ſit ſecundus immunditiei gradus. Pariter cibi immundi ex decreto Sapientum polluunt alios cibos, nam ex Lege cibi non polluunt cibum, ſicuti Lex dicit Levit. 11, 37. & 38. ubi dicitur טמא הוא *iſtud immundum eſt*, iſtud ergo ſemen eſt immundum, ſed idipſum aliud non reddit immundum. Cæterum

rum in liquorum immunditie diſſentiunt doctores, nonnulli enim Sapientum dicunt immunditiem ciborum conſtitutam eſſe e Sapientum decreto, nonnulli vero dicunt quod ipſorum immundities & receptio immunditiei ſit ex Lege; ſed quod liquores polluunt vaſa, ita ut vas fiat ſecundus immunditiei gradus; id obtinet ex decreto Sapientum ſecundum omnium ſententiam. Ego vero hujuſce controverſiæ rationem exponam capite quarto codicis de Puritatibus, & in fine codicis de Seminifluis. In Gemara codicis de Menſtruis dicitur, ex Lege cibus non polluit vas, nec liquor vas polluit. Sapientes vero liquoris ſeminiflui & menſtrui gratia decreverunt, de liquoribus ad immunditiem diſpoſitis decreverunt Sapientes, de cibis ad immunditiem recipiendam non diſpoſitis non decreverunt Sapientes; hinc tibi conſtabit quod multæ ſint res quæ ex decreto Sapientum ſunt immunditiei filii, etſi pater ipſius ex Lege ſit, ut, ſi ſerpens attigerit panem, panis iſte primus immunditiei gradus eſt ex Lege, ſecundum id quod expoſuimus, & ſi hicce panis, exempli gratia, tetigerit alium panem, iſte panis fit ſecundus ex decreto Sapientum, nam ex Lege cibus non polluit cibum. Sic etiam ſi homo comederit huncce panem immundum, erit ſecundus ex decreto Sapientum; hæc tu mediteris volo.

Jus vero quod omnes immunditierum patres comprehendit, hoc eſt, quatenus illi polluunt hominem & vaſa, nullus vero immunditiei filius polluit hominem, vel vaſa, ſed cibos & liquores tantum. Gemara ad codicem de Damnis primum dicit, quod pater hominem polluit, & vaſa, & filius polluit cibos & liquores, ſed non hominem, nec vaſa. Cæterum convenientius eſſet ut pater pollueret cibos & liquores, liquores vero immundi polluunt duntaxat vaſa, non hominem, etſi immunditiei filius ſint. In codice de Vacca Ruſa comburenda dicitur, quod omnis immunditiei filius non polluat vaſa, ſed liquores. Sed hæc eſt ſententia quæ viciſſim commutatur, nempe, quod omnis pater immunditiei polluit hominem & veſtimenta, quicquid autem hominem & vaſa polluit, id pater immunditiei eſt. Hoc eſt fundamentum omnium maximum, & propterea in primis obſervandum, quia ſecundum ipſum exponuntur omnes immunditierum ſpecies. Sed jam ſatis clare expoſitum eſt quod omnis immunditiei filius non polluit vaſa, liquore excepto qui vaſa polluit. Pariter neque ex Lege non polluit vaſa, neque unquam erit tertius immunditiei gradus niſi ex decreto Sapientum, quando enim pater polluerit vaſa, vel hominem, hoc vas vel homo erit primus gradus, atque hic primus polluit cibos & liquores duntaxat, uti diximus, & cibus quoque ex Lege erit ſecundus; at vero hic cibus non polluit alium cibum, neque eum conſtituit tertium immunditiei gradum, niſi ex decreto Sapientum tantum. Sed hoc ea conditione intelligendum eſt ſi ſit oblatio prima, & non profanum quid, quia in profano ſecundus tantum locum habet, ſicuti diximus capite quinto tituli Sota; hinc tibi conſtat quod primus & ſecundus gradus ſint ex Lege, & ex decreto Sapientum. Tertius vero & quartus ſemper ex decreto Sapientum ſunt; idcirco dixerunt, venire debet generatio quæ panem tertium faciat purum, quia ei non eſt fundamentum in Lege. Cæterum ſub filio immunditiei ex decreto Sapientum continetur etiam caro delicata ſicuti exponitur in Additamentis ad codicem de Menſtruis, nam carnem delicatam ſemper tertium immunditiei gradum conſtituerunt, etſi nullatenus polluta ſit. Ibi porro dicitur, decreverunt de illa ut polluat tactu, & quod habenda ſit ut *cadaver quod onere polluit*; & *in fine iſtius conſtitutionis dixerunt*, quod caro delicata ſit pura pro oblatione prima, id eſt, quod ea non polluatur, ſed polluat duntaxat rem ſanctam; atque ita ſe habet jus tertii gradus immunditiei, uti diximus.

At vero in liquorum immunditie magnum continetur fundamentum, quod hic neceſſario proferendum eſt, nempe quod liquores immunditiem recipientes, ſunt ſeptem tantum, qui cibos ad immunditiem recipiendam diſponunt, cujuſmodi ſunt aqua, ros, oleum, vinum, mel apum tantum, lac, & ſanguis. Reliqui vero liquores præter hos ſunt vinum e malogranatis expreſſum, liquor piri, melonis, cucurbitarum, mel cannarum, oleum nucis, & ſimiles liquores mellis. Sed nequaquam recipiunt immunditiem, ne quidem ex decreto Sapientum, ſicuti dicit Miſna capite undecimo codicis de Oblationibus primis, & nos ibidem expoſuimus. Quando autem unus ex iſtis patribus immunditiei pollutus fuerit, liquor iſte erit primus immunditiei gradus, & non ſecundus, etſi filio immunditiei pollutus ſit. Pariter ſi iſte liquor tetigerit alium liquorem, hic ſecundus etiam erit primus gradus, exempli gratia, ſi quis tetigerit ſerpentem, is abſque dubio eſt immunditiei gradus, & ſi iſte homo tetigerit oleum, polluit ipſum; & ſi oleum tetigerit mel apum, polluit ipſum, etſi hoc oleum cum ipſo non mixtum ſit, & ſi hocce mel tetigerit aquam, ipſam polluit, atque hoc modo oleum, mel, & aqua, quodque ſeorſim erit pri-

mus immunditiei gradus. Et eodem modo caſus conſequitur uſque ad mille liquores, ut ii ſemper ſint primi in immunditie, exempli gratia, ſi oleum pollutum ſit melle, & mel alio oleo, ſecundum oleum lacte, & lac alio melle, & hoc modo in indefinitum, eodem ſenſu ſe res habet. In Additamentis titulo *de die lotus* dixerunt, perinde eſt ſive liquor pollutus ſit patre immunditiei, ſive liquor pollutus ſit filio immunditiei, primus ſemper polluit alium, & alius alium, etſi centum ſint, liquore illius qui de die lotus eſt excepto, nam iſti reprobi ſunt, at non polluunt alios; ſed nos jam diximus quod res quæ aliam non polluit, vocetur reproba. Cæterum in codice de eo qui de die lotus eſt mihi exponendum eſt quod is qui de die lotus eſt, ſit homo pollutus qui aquis ſe abluit ante ſolis occaſum, is vero ipſo die quo occaſum ſolis expectabat ut purus eſſet, eſt ſecundus immunditiei gradus, & ſi is cibum oblationis primæ attigerit, infecit eum, nam fit tertius immunditiei gradus, at tertius in oblatione prima eſt reprobus, uti diximus. Pariter ſi is qui de die lotus eſt, tetigerit liquorem oblationis primæ, infecit iſtum liquorem, fietque tertius immunditiei gradus, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Paſchate, ubi dixerunt, *oleum quod infectum eſt per eum qui de die lotus eſt.* Profanus autem liquor non polluit eum qui iſto die lotus eſt, quia tertius gradus in profanis cenſetur purus. In codice de eo qui de die lotus eſt ita dicitur, ſi olla liquoribus plena tetigerit eum qui de die lotus eſt, & liquores iſti ad oblationem primam pertineant, liquores reprobi ſunt, ſed olla manet pura; ſin autem profani ſint liquores, omnes manent puri. In Additamentis ad codicem de eo qui de die lotus eſt, dixerunt, qui de die lotus eſt non polluit liquorem profanum, & reprobos reddit eos qui oblationem primam comedunt. Porro ibidem dicitur, ſi mactra de die lota ſit, ſubigant in ipſa maſſam & de ipſa placentam ſeparent, quia ea tertius eſt gradus, at tertius in profanis purus eſt. Sed hoc jus duntaxat de eo qui de die lotus eſt, intelligi debet, is enim liquorem oblationis primæ facit in tertium gradum, quia is proprie non eſt ſecundus, quia jam purus extitit, idcirco liquorem oblationis primæ reddit reprobum. In Additamentis ad codicem de Puritatibus dicitur, ſicuti is qui de die lotus eſt liquorem oblationis primæ reprobum reddit pro iis qui oblationem primam edunt, ita quoque liquorem ſanctum reddit reprobum pro iis qui ſancta comedunt, ibidem quoque dicitur, qui de die lotus eſt ab immunditie gravi, & qui de die lotus eſt ab immunditie levi, eodem gaudent jure. Et ſi quis ſeminifluus vel ſeminiflua, vel alia immunditie affectus, lotus ſit de die, ſimilis eſt ei qui de die lotus eſt ab immunditie reptilis; ita ſe habet jus טבול יום ſive *illius qui de die lotus eſt.*

Secundus vero immunditiei gradus eſt proprie ſi liquores tetigerit, & eos fecerit primum immunditiei gradum, & hoc eſt quod in tractatu de Vacca Rufa comburenda dicitur, quicquid oblationem primam inficit, id etiam liquores inficit, atque ex iis primum gradum conſtituit, excepto eo qui de die lotus eſt, nam cum is oblationem primam reddit reprobam, non conſtituit eos primum immunditiei gradum, uti expoſuimus. In Gemara titulo de Paſchate dicitur, liquores qui polluti ſunt, quare dicuntur de patre immunditiei, cum ii etiam primus ſint gradus, licet in primo & in ſecundo ſint? reſp. ſi hic ſecundus immunditiei gradus ſit ſecundus in profano, liquor iſte ſit liquor profanus, *ipſe erit primus*, ſicuti expoſitum eſt ſecundo capite codicis de Puritatibus. Quando dicitur, ſecundus gradus in profanis polluit liquorem profanum, & reprobum reddit pro iis qui oblationem primam comedunt; tertius vero oblationis primæ gradus immundus polluit liquorem ſanctum. Et hoc ita ſe habet quia tertius gradus duntaxat in oblatione prima obtinet, uti ſuperius dictum eſt. Sed jam expoſitum eſt quod tertius gradus in oblatione prima reprobus ſit, ſed non polluat, idcirco is nec liquorem oblationis primæ polluit, ſed tertius in ſanctis immundus eſt, & polluit; idcirco ſi tertius oblationis primæ tetigerit liquorem ſanctum, polluit ipſum, attamen liquor iſte non eſt quartus gradus, ſed infectus duntaxat; verum potius primus erit immunditiei gradus, ſicuti ibidem expoſitum eſt.

Hinc tibi conſtabit de immunditie liquorum, quod immunditiei pater, primus, & ſecundus, liquores faciant gradum primum, etſi profanus ſit liquor. Tertius immunditiei gradus in oblatione prima, vel in ſanctis eſt, ſi liquor ſanctus ipſum tetigerit, pollutus eſt, & primus factus eſt gradus. Tertius vero non polluit liquorem oblationis primæ, & quanto magis non polluit liquorem profanum. Quartus gradus in ſanctis non inficit liquorem ſanctum, & quanto magis non polluit alios. Cæterum is qui de die lotus eſt, duntaxat oblationis primæ liquorem conſtituit tertium immunditiei gradum; & pariter liquorem ſanctum inficit, ut fiat quartus immunditiei gradus, etenim nunquam liquorem in tertio & quarto gradu reperies, niſi hiſce duntaxat modis; & mihi videtur quod is cui

expiatio peccati deeſt, etiam id præſtet, is enim ſancta reproba reddit tactu, ut is qui de die lotus eſt, ſicuti expoſuimus in tractatu de Paſchate. Jam tibi expoſui quod cibus immundus polluat cibum alium ex decreto Sapientum; pariter cibi immundi polluunt liquores eoſque conſtituunt immunditiei principium uti expoſuimus. Per *principium* & per *primum* hic eadem res intelligitur, ſed hic gradus potius *principium* vocatur, quia primi gradus jus habet, etſi proprie non ſit primus immunditiei gradus. Qui vero *primus* vocatur, is primus vocatur in relatione ad patrem in computo immunditierum, perinde ac ſi dixiſſent hoſce liquores polluere immunditie prima, etſi is non ſit primus in relatione ad patrem.

Pariter liquores immundi polluunt cibos, etſi liquores polluti fuerint in gradu ſecundo, & poſtea tetigerint cibum, tum hic cibus eſt ſecundus immunditiei gradus, quia liquores ſunt principium. Sed in Additamentis ad codicem de eo qui de die lotus eſt, dicitur quod cibi polluant liquores ad eos conſtituendos principium, & liquores immundi polluunt cibos, ad eos conſtituendos ſecundum gradum. Liquores immundi etiam polluunt vaſa omnia, dummodo liquores iſti propter ſerpentem polluti fuerint, nempe, ſi immundities conjuncta fuerit, ut, ſi pater, vel primus, vel ſecundus ipſum polluerint, uti diximus, non quod vas pollutum ſit manibus immundis, nam immundæ manus polluunt liquores, ſicuti expoſitum eſt in aliquot locis codicis de Seminifluis, de eo qui de die lotus, & de manibus lavandis. Et hoc eſt quod in Gemara dicunt, quod liquores polluti ſunt propter ſerpentem, quando dicunt iſtos liquores immundos non polluere eum manibus immundis, quæ ſemper ſunt gradus ſecundus, ſicuti ſuis locis exponitur.

Verum in Talmude Jeruſolymitano titulo de Feſtis Solennibus dicitur, res clara eſt liquorem non pollui manibus ad polluendum vaſa. Sed liquores ob manus polluti polluunt pro cibo oblationis primæ duntaxat, atque hi cibi erunt ſecundus immunditiei gradus, ſicuti exponitur in fine codicis de Seminifluis. In Additamentis ad codicem de Vacca Rufa jam expoſitum eſt quod liquores cibis immundis polluti, & liquores polluti vaſis, etſi liquores iſti vaſorum partibus exterioribus polluti fuerint, ſint principium immunditiei, & quod alia vaſa polluant. Hæc probe tenenda ſunt. Sed cibi immundi non polluunt ullo modo, ſicuti jam diximus. In Gemara codicis de Paſchate dicitur, cibus non polluit vaſa, nec vaſa denuo alia polluunt vaſa. In Additamentis ad codicem de eo qui de die lotus eſt, dicitur, conditio gravior obtinet in liquoribus quia liquores polluunt vaſa teſtacea propter aërem, quod non ita fit in cibis. Sed cibi immundi & liquores immundi non polluunt hominem, quando tetigerit eos, niſi manibus duntaxat eos tetigerit, tum enim manus erunt immundæ. Si cibos vel liquores immundos tetigerit digitis ſuis ſimul, illæ etiam ſimul pollutæ ſunt, ſi vero una manu eos tetigerit, una duntaxat polluta cenſetur, ſicuti expoſitum eſt in codice de Feſtis Solennibus, & in codicibus de Vacca Rufa & manibus lavandis. Sin homo quiſpiam tetigerit cibos immundos in quantitate dimidii Peras, vel liquores immundos in menſura quartarii imbiberit, tum illius corpus polluitur, perinde ac ſi ſecundus eſſet immunditiei gradus, & ſi id oblationem primam tetigerit, eam reddidit reprobam. Sed notum eſt ex iis quæ diximus, quod fluxus ſeminiflui, ſaliva, & ſeminis emiſſio, & urina, omnes ſunt immunditierum patres, & ſub his quoque liquores immundi comprehenduntur, quia proles ſunt aquæ, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis Machſirin. Et hunc Gemara vocavit *liquorem ſeminiflui*, & pari modo omnis immundities vocatur liquor immundus iſtiuſmodi hominis; nam ſi quis mortuo pollutus ſit, vocatur liquor ejus qui pollutus eſt mortuo, ſi fuerit e leproſo, vocatur liquor leproſi; ſi ex eo qui de die lotus eſt, vocatur liquor illius qui de die lotus eſt. Si ſanguis menſtrui, vel ſanguis mortui ſit, patres immunditiei ſunt, & liquores cenſentur, quia ſanguis eſt unus e ſeptem liquoribus. Seminifluus autem & ſeminiflua reliquique immunditierum patres, ſi attigerint liquores, iſti liquores erunt primus immunditiei gradus, & non pater, ſed *principium* immunditiei vocantur, ſicuti verba notant in Beraita, nempe, ſive ſit liquor patre immunditie pollutus, ſive filio immunditiei, is vocatur *liquor*. Hinc tibi conſtabit eſſe differentiam aliquam inter liquorem ſeminiflui, & eum qui tetigerit liquores. Hoc autem eſt id quod Miſna dicit capite ſecundo codicis de eo qui de die lotus eſt, omnes immundi tam leves quam graves, ſi liquores ex ipſis prodierint, ſimiles ſunt liquoribus qui tetigerunt ipſos, qui omnes ſunt principium immunditiei, liquore excepto qui pater immunditiei eſt, nonnulli enim liquores ex ipſo prodeuntes, ſcil. ſaliva, urina, & ſeminis emiſſio, non ſunt ut liquores quos ille tetigerit, quia is pater eſt, & qui tetigerit eos, is principium eſt. Cæterum quod Miſna dicit, tam leves quam graves immundi ſunt, ita intelligas, etſi comederit quis cibos immundos, biberitque immundos potus,

pollu-

pollutus eſt immunditie levi, quia immundities cibi & potuum vocatur immundities levis, ſicuti expoſuimus, liquores qui ex ipſo prodierunt, & quos ipſe tetigerit, ii omnes ſunt principium. Verum quod in Additamentis dicitur eſſe conditionem graviorem in aquis quæ non eſt in liquoribus, nam aquæ fiunt pater immunditiei ad hominem & veſtes polluendum, quod non ita fit in liquoribus; hæc non intelligenda ſunt quaſi in liquoribus non reperiatur immunditiei pater, ſed in aquis tantum, quia ſanguis etiam pater immunditiei eſt; ſed ſenſus eſt, quod non ſunt liquores qui puri ſunt, quibus poſtea alia res innovatur quæ ipſos reddat immunditiei patrem, niſi aquæ duntaxat, quando ſunt aquæ expiatoriæ, idcirco dicitur quod aquæ fiunt immunditiei pater. Cibi vero immundi non fiunt unquam immunditiei patres, nam ſi eos pater attigerit, vocantur primus gradus. Sed in Additamentis ad codicem de eo qui de die lotus eſt, dicitur obtinere conditionem graviorem in liquidis, quæ non obtinet in cibis, quia liquores fiunt immunditiei pater ad hominem & veſtes polluendum, & ad vaſa ablutoria exterius polluenda, teſtacea vero vaſa per aërem; at hoc non ita fit in cibis. Cæterum jam diximus quod vas teſtaceum nunquam erit immunditiei pater, quia vaſa quæ patres ſunt, ea ſunt quæ mortuo polluta ſunt, vel cubitu, vel ſeſſu, vel equitatione, vel lepra; at vas teſtaceum ad cubitum ineptum eſt, ſicuti in codice de Seminifluis expoſitum eſt; neque id convenit juri de immunditie mortui, ut reliqua vaſa, ſicuti diximus.

Hic jam proferendum eſt id quod in codice de Vaſis dicitur, quod vas teſtaceum non polluitur niſi a patre immunditiei, liquores vero ſunt filii immunditiei omni tempore. Præterea dixerunt, quicquid hominem polluit, id etiam vas teſtaceum polluit, & quicquid non polluit hominem, id nec vaſa polluit teſtacea, etſi hominem non polluant tactu; ſed potu polluunt, ex decreto Sapientum, uti diximus. Dixerunt doctores, non eſt immundities in vaſe teſtaceo, niſi reſpectu aëris ipſius, & acceſſus ſeminiflui; neque polluit niſi cibos, liquores, & manus, quia ſemper eſt immunditiei filius. Verum filius ſemper polluit cibos, & liquores, non hominem nec vaſa. Ex iis quæ diximus, jam conſtat quod immundi liquores jam ſunt immunditiei patres, & primi in immunditie, atque in iis etiam contineri quicquam e gradu tertio & quarto, qui eſt liquor qui eum qui de die lotus eſt, tetigit tantum ſicuti expoſuimus, & in liquoribus nunquam obtinet gradus ſecundus, quia pater, primus, & ſecundus eos conſtituunt impuritatis initium. Neque tertius polluit liquores ullo modo niſi liquor ſanctus ſit, tum hic liquor etiam ſanctitatis principium erit. In Additamentis ad codicem de Puritatibus dicitur, nullus eſt liquor qui tertium immundum tetigerit, niſi in ſanctis duntaxat. Quando autem liquor ſanctus pollutus eſt, principium ſanctitatis eſt, idcirco dicitur in Additamentis, liquores polluunt duos, & primum gradum in ſanctis reprobum reddunt, quia is primus eſt, & ſecundus erit quando cibum tetigerit, ſecundus polluit tertium, & tertius reprobum reddit quartum, juxta id quod expoſuimus, nempe quod primus, ſecundus, & tertius gradus in ſanctis immundus eſt, & polluit; quartus vero reprobus eſt, ſed non polluit. Hinc omnis liquor immundus eſt pater immunditiei, vel primus gradus, liquor enim illius qui de die lotus eſt, non dicitur immundus, ſed reprobus, ita enim ubique in Miſna vocatur, quando infectus eſt per eum qui de die lotus eſt; at non dicitur quod pollutus ſit. Exponetur etiam quod liquores non ſunt ſecundus immunditiei gradus, & quamvis ſecundus eſſent gradus reſpectu patris, ipſe tamen eſt principium ſecundum jus.

Hæc prolixius tractare volui ob id quod in Gemara titulo de Sacrificiis adfertur ſuper eo quod Miſna dicit, *e verbis illius colligimus &c.* ubi ſermo fit de carne quæ liquoribus polluta eſt, qui polluti ſunt ob reptile; nonnulla exemplaria dicunt, qui polluti ſunt liquoribus ſecundis reſpectu immunditiei. Cæterum aliqui ſuper eo quod in Gemara dicitur, ſcripſerunt, propter reptile, nempe quod liquores ob reptile facti ſunt ſecundus immunditiei gradus; ſed hæc male explicata ſunt, ſicuti expoſuimus, qui vero id dixit, is cogitabat quod in immundis liquoribus numeretur ſecundus tertiuſque gradus, ſicuti in cibis; ſed res aliter ſe habet, nam liquores propter reptile polluti ſemper ſunt principium. At vero requirebatur ut diceretur quod polluti ſunt propter reptile, non quod liquores ſint immundi, quia iſte caſus comprehendit immunditiei patrem, & liquores ob manus pollutos, ſicuti diximus. Præterea Gemara ſtatuit quod hi liquores non ſunt pater ob reptile, nec ob manus, ſed quod ſecundi ſunt. Sed fieri non potuit quin doceret ſenſum in iſto loco, niſi ei magna fundamenta eſſent quæ præcedunt. Hinc tibi conſtabit quod liquores non ſunt ſecundus immunditiei gradus, ſed in cibis immundis continetur primus, ſecundus, tertius, & quartus immunditiei gradus, ſed in iis non continetur pater, ſicuti diximus.

Verumenimvero teſtaceum vas erit primus &

& ſecundus immunditiei gradus, nempe ſi immundis liquoribus id pollutum fuerit, ſicuti diximus. Reliqua vero vaſa, nempe veſtes & vaſa ablutoria, jam patres immunditiei ſunt, & primus gradus, atque ſecundus, ſi nimirum liquoribus immundis duntaxat polluta ſunt, nam omnis immunditiei filius non polluit vaſa, niſi liquor duntaxat, uti dictum eſt, ſed non omnis liquor vaſa polluit, niſi is cui pater conjunctus eſt; neque in ullo vaſe reperitur tertius nec quartus gradus. Porro quoque tibi in primis eſt neceſſarium ut ſcias quod vaſa immunda, & ea quæ polluta ſunt liquoribus, polluant cibos, ut cibi ſint tertii in immunditie, atque inepti ad oblationem primam tantum, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Seminifluis. Homo autem erit pater immunditiei, & primus gradus, ſed nunquam ſecundus, neque ex Lege, neque ex decreto Sapientum in immunditie e tactu contracta. Nam nullus filius immunditiei hominem polluit, nec liquores immundi polluunt hominem, ſi tetigerit eos, uti diximus; ſed is ſecundus erit immunditiei gradus quando comederit cibos immundos, vel potus immundos biberit, & porro ſicuti in fine codicis de Seminifluis dicitur; atque hoc modo ſe res habet ſecundum inſtituta Sapientum, ſicuti expoſitum eſt in Gemara titulo de Sabbato, & in fine codicis de Seminifluis. Quod autem hominem recenſemus ſecundum immunditiei gradum, id non intelligendum eſt in caſu quo oblationem primam inficiat, donec in lavacro ſe abluerit, nam quando ſe abluerit, non amplius occaſu ſolis indiget, quia hæc eſt levis immundities ex decreto Sapientum. In Siphra dicitur, quod ſi quis comederit cibos immundos, vel potus immundos biberit, non pollutus ſit immunditie quæ dependet ab occaſu ſolis. Pariter ſi vaſa polluta fuerint liquoribus, qui principium ſunt, quando aquâ lavacri purificata fuerint, illa non ſubjecta ſunt ſolis occaſui. In Siphra dicitur, vaſa liquoribus polluta aſcendunt ex immunditie ſua iſtius diei, quæ eſt immundities ex decreto Sapientum, ſicuti expoſuimus.

Atque hæc eſt omnium fundamentorum ſumma, quam hic adferre volui ad viam præparandam pro iis quæ in hoc libro exponenda erunt, ne quis aberret, nempe, in primis neceſſarium eſt ut diligens, promptuſque ſis in impuritatibus & puritatibus cognoſcendis, & in iis quæ in hoc libro pertractantur; itaque memoriæ mandato omnia quæ in prologo noſtro & ad primum caput codicis de Vaſis dicuntur, ut ea tibi nullo negotio incidant, & ne memoria te unquam fallat. Nam ea legiſſe aliquoties non juvabit, niſi tam prompta ſint in ore tuo ut ſectio *Audi Iſraël* &c. & tum demum bene cognoveris atque memineris eorum quæ in hoc libro dicuntur, quia res ſunt per ſe difficillimæ, & quæ maxima continent dubia. Videbis enim quod omnium maximi doctores Miſnici in his ſuas habeant difficultates, quanto magis ii qui ſcientia ipſis inferiores ſunt. Videbis enim quod R. Eleazar Azariæ filius dixerit R. Akibæ, quare tu loqueris allegorica, abrumpito ſermonem tuum, & confer te ad codicem de Plagis, & de Tentoriis; hæc in Bereſchit Rabba occurrunt. Ita invenimus quoque de Sapientibus Gemaricis, quod ii ſuas difficultates moverint de capitibus quibuſdam, quemadmodum R. Jochanan de capite decimo codicis de Menſtruo difficultatem movit, & de capite ſecundo codicis de Puritatibus, in quo capite ſermo fit de primo, ſecundo, tertio, & quarto gradu impuritatis, ſicuti ordo eſt in cibis & liquoribus profanis, in oblatione prima, & in ſanctis. Inſuper quoque de codice Ocazin dubia moverunt. In Gemara codice de Sabbato dicitur, quando Sapientes noſtri intrabant vineam in Jafne, dixerunt, tempus veniet quo Iſraëlitæ aliquos Legis caſus obliviſcentur, ſicuti dicitur Amoſ. 8, 11. *Ecce dies venient, dicit Dominus, quo ego famem in terram mittam, non famem ad panem, neque ſitim ad aquam, ſed ad verba Domini audienda.* Et ibid. verſu 8. dicitur, *Et dimovebunt ſe a mari uſque ad mare, & a ſeptentrione ad orientem concurſabunt ad verbum Domini quærendum, ſed non invenient.* At vero quando dicit, *concurſabunt ad verbum Domini quærendum*, tempus venire debet quo mulier capiat panem oblationis primæ, eumque ad Synedria & Scholas deferat, ut ſciat an is ſit primus an vero ſecundus immunditiei gradus. Ibique expoſitum eſt in caſu dubii, nempe, quod ſi in concavo furni inveniatur reptile, id autem non attigerit panem, nec furni corpus, tum abſque dubio pollutus eſt furnus & quicquid in ipſo continetur, ſicuti dicitur Levit. 11, 33. *quicquid in ipſo eſt, id polluitur.* Sed hinc dubium moverunt an panis ſit primus immunditiei gradus, quia reptile eum polluit, tangendo concavum furni, quo cum furno ſe res habet perinde ac ſi immunditie plenus eſſet; vel ſi reptile eum polluerit furnum, tum furnus polluit panem tactu, & panis erit ſecundus immunditiei gradus, & de hoc caſu diſſentiunt, & reſpondetur quod Lex Iſraëlitis lata oblivioni tradetur. Scias autem quod ob graviſſima peccata noſtra, ſi te aliquando contuleris ad Synedria, vel ad Synagogas, invenies quod homines noſtri omnes hoſce

caſus

caſus ignorant, licet ii in aliquot Legis locis occurrant, & in Miſna quoque, ubi tamen multo ſunt clariores. Ne vero tantopere mireris rem ita ſe habere in hocce captivitatis tempore, & horum caſuum cognitionem fere nullam eſſe, nam conſtat quod ſtante Templo ſecundo & Prophetis inter populum Iſraëliticum viventibus varia exorta ſint dubia de puritate & impuritate, atque de tertio & quarto impuritatis gradu. De ſacerdotibus in Templo miniſtrantibus, qui in primis munditiei atque immunditiei jura obſervare tenebantur, quia maxima pars legum de hiſce caſibus Templum, ejuſdemque res ſanctas ſpectat, ſcriptum eſt Hagai 2, 11. *Ita dicit Dominus, conſule jam ſacerdotes de Lege, dicendo, ſi quis carnem ſanctam deferat in ala veſtis ſuæ, & panem attingat ala veſtis ipſius, vel coctile, vel vinum, vel oleum, vel omnem cibum, an id conſecratum erit? reſpondebunt ſacerdotes, dicendo, non: dixit porro Haggai, ſi quis immundus anima tetigerit iſta omnia, an pollutus ſit? reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt, pollutus eſt.*

Cæterum Sapientes in Gemara de harum quæſtionum ſenſu diſſentiunt, & ex iis aliqui dixerunt ſacerdotes erraſſe, quando ipſos conſuluerunt de quarto immunditiei in ſanctis gradu, pronunciando eum purum, cum is tamen infectus ſit, uti diximus. Id autem quod reſponſum eſt de caſu quo quis mortuo pollutus eſt, id recte ſe habet, quia ſi quis mortuo pollutus eſt, illius quartus gradus in ſanctis ſit immundus, nempe quod is quidem ſit infectus, attamen non polluat. Porro dixerunt, periti erant in iis qui mortuo polluti erant, judicandis, ſed non in iis qui reptilibus erant polluti, ii enim putabant quod quartus in reptilibus gradus in ſanctis erat purus. Alii vero dixerunt ſacerdotes non erraſſe, quia prima quæſtio de quinto fuit gradu in rebus ſanctis, & ſacerdotes eum purum dixerunt; ſecunda fuit de quarto in ſanctis, & eum dixerunt immundum; atque iſta reſponſio in ambabus quæſtionibus veriſſima eſt. Ego itaque ea tibi exponam, eaque huc attuli, quia caſum comprehendunt profundiſſimum, idcirco in ſecundum ſermonem a nobis antea jam factum tibi exponam totam rem. Dico igitur id quod ſcriptum eſt in loco ſuperius allegato, *ſi quis carnem ſanctam detulerit*, intelligendum eſſe de carne reptilium in ſenſu puritatis. Sic etiam quando dicitur *an conſecrata erit?* ſenſus eſt ac ſi dixiſſet, an non polluta erit? ſicuti Hebræi dicere ſolent *ſanctum* id quod ſeparatum eſt ab una re, & alteri valde annexum ac dedicatum; eo ſenſu dicitur Jeſ. 65, 5. *Ne tangas me, nam ſanctior ſum te*; & Deut. 22, 9. *Ne plenitudo ſanctificetur.* Si quis aliquod reptile ſumpſerit in veſtimenti ala, veſtis eſt primus immunditiei gradus; & ſi hujuſce veſtis ala tetigerit carnem, caro iſta eſt ſecundus immunditiei gradus; ſi poſtea caro iſta tetigerit coctile, coctile eſt gradus tertius, & ſi tum conſuluerit Sapientes de hocce coctili, coctile eſt gradus tertius; ſi hoc coctile tetigerit vinum, oleum, & cibum, quodnam eſt hujuſce cibi jus, vel hujuſce vini, vel olei, an omnia polluta ſunt, necne? ſed non dubium eſt quin vinum, oleum, & cibus fiant quartus gradus immunditiei, attamen vinum & oleum fiunt principium, & cibus eſt reprobus, licet non polluat: tota autem maſſa eſt immunda. Illi vero ad hæc reſponderunt, nequaquam, idcirco errarunt, ita enim Raſ ſentit, & dicit ſacerdotes hac in quæſtione erraſſe. Porro ab iis quæſivit & dixit, ſi ejus qui mortuo pollutus eſt, ala veſtis tetigerit panem, & panis tetigerit coctile, & coctile vinum tetigerit, & oleum atque cibum, quodnam erit hujuſce vini, olei, & cibi jus? reſponderunt, immunda ſint, & hoc veriſſime dictum eſt. Samuel vero dixit, ſacerdotes non erraſſe, is enim putat id quod Haggai ſcripſit de quæſtione prima, *& ala veſtis ipſius tetigerit*, non eſſe intelligendum quaſi veſtis ipſius ala tetigiſſet panem, ſed quod cibus tetigit alam veſtis, & poſtea hic cibus panem, & panis denuo coctile; & hoc eſt quod in Gemara dicunt, forſan ſcriptum eſt, *& ſi tetigerit ala veſtis ipſius?* Non, ſed ſcriptum eſt, *ſi ala veſtis ipſius tetigerit*, itaque ſermo eſt de eo quod ope alæ tetigit; nam quando dicitur, *& ſi tetigerit alâ*, non intelligitur homo qui tetigit reptile alâ veſtis ipſius, ſed potius res quæ iſtam alam tetigit; Haggai vero quæſivit de quinto gradu in immunditie rei ſanctæ, quia ala primus eſt gradus, cibus qui ipſam tetigit, ſecundus, panis qui cibum tetigit, eſt tertius, coctile quod panem tetigit, eſt quartus, & reprobum eſt, ſed non polluit, uti diximus. Si vero hoc coctile tetigerit vinum, oleum, & cibum, tum omnia erunt munda; nec liquor, quod vinum eſt & oleum, neque cibus polluitur, quia ſingula quintum conficiunt gradum, quintus autem gradus immunditiei in ſanctis cenſetur mundus; Sapientes igitur reſponderunt Haggæo quintum gradum non eſſe immundum. Præterea ipſe quæſivit, ſi illius qui mortuo pollutus eſt, ala veſtis hoc ordine tetigerit, quodnam erit jus vini, olei, & cibi? reſponderunt, immundus ſit iſte; & hoc bene ab ipſis reſponſum eſt, nam tum quartus eſt gradus, vinum autem

autem & oleum ſunt principium, quia liquor ſanctus tetigit tertium gradum; cibus vero reprobus eſt, quia is quartus eſt gradus, uti diximus.

Hujuſce autem rei hæc eſt ratio, quod ſaliva illius qui mortuo pollutus eſt, ſit primus gradus, ſed ala veſtis ipſius eſt immunditiei pater, ſicuti expoſuimus, ſi is qui mortuo pollutus eſt, tetigerit veſtes, aut vaſa ablutoria, conſtituit ea immunditiei patrem, & ala veſtis illius qui mortuo pollutus eſt, erit pater immunditiei, & quod eam tetigerit, id primus erit, ſicuti dixit Samuel, panis vero ſecundus, coctile tertius, & quod liquorem ſanctum tetigerit, & cibos ſanctos, erit tertius gradus, atque omnia erunt immunda, & hoc eſt quod Gemara dicit, Samuel dixit, *neque hac neque iſta in parte ſacerdotes errarunt*; ſenſus illius quod dixit, *neque hac in parte ſacerdotes errarunt*, eſt quod Haggæus ipſos conſuluiſſet de quarto in ſanctis gradu, & ipſi reſponderunt, quod is ſit immundus; ſenſus illius quod dixit, *neque iſta in parte errarunt ſacerdotes*, eſt, quod Haggæus ipſos de quinto in ſanctis conſuluit, & ii reſponderunt eum eſſe purum. Rabbina vero tertiam dixit ſententiam, & affirmavit eos in utraque reſponſione ipſorum erraſſe, cum prima reſponſione ſe res habet ſicuti dixit Raf, nempe, quod ala veſtis panem tetigit; cum prima, quod immunditiem e mortuo contractam non intellexerint ſacerdotes, itaque hic quartus, illic vero tertius eſt immunditiei gradus. Horum verborum hic eſt ſenſus, quando Rabbina dixit, per id quod ſacerdotes dixerunt, *immundus eſt*, intelligas, quod vinum, oleum, & cibus ſit immundus, uti dixerunt, errarunt in gradibus immunditiei, ii enim putarunt id quod coctile tetigerit eſſe quartum gradum, tam pro eo qui mortuo quam pro eo qui reptili pollutus fuerit; ſed quod quartus gradus in reptilis immunditie ſit purus in ſanctis, & quod quartus in illo qui mortuo pollutus, ſit immundus. Hinc conſtat eos in utraque reſponſione erraſſe, nam quartus ex reptili reprobus eſt in ſanctis, ſicuti quartus illius qui mortuo pollutus eſt. Hæc eſt controverſia quæ inter Sapientes fuit Gemaricos. Raf dicit quod ſacerdotes in prima reſponſione errarunt, ſed in ſecunda vera dixerunt. Samuel dicit quod in utraque reſponſione ſtatuerunt uti convenit. Hinc tibi conſtabit quod res in ſe difficillima ſit, etiam in ipſis temporibus priſcis. Conſideres itaque id quod Sapientes dixerunt fore aliquando ut Lex inter Iſraëlitas oblivioni traderetur, nempe in iis quæ puritatem & impuritatem ſpectant. Pariter id quod Deus Prophetæ præcepit, dicendo, *conſule jam ſacerdotes de Lege*, ubi in genere ſermo fit, intelligendum eſt de puritatibus & impuritatibus, in quibus recte dignoſcendis maxima pars Legis poſita eſt. Hæc vero omnia mihi dicenda erant, ne cogitares harum rerum ſermonem ſimilem eſſe ei qui de Tabernaculis, de ramis ſalicum, vel de jurejurando cuſtodum, vel de jurejurando judicum, & te primo intuitu ſtatim rem acu tetigiſſe. Scias ergo iſta fundamenta a me tibi propoſita maximi eſſe momenti, neque eorum ullum eſſe fundamentum quod non magno ſtudio aſſequendum ſit; ego vero ea omnia hinc inde ex Gemaræ angulis conquiſivi, ut & e Beraitot atque Toſaphtot, donec ex iis huncce prologum compoſuerim, qui inſtar clavis eſſe poteſt ad omnia quæ in hoc libro occurrunt, referanda, & ad aliquos locos Gemaricos exponendos, nam omnis conſtitutio de mundo & immundo, de primo & ſecundo impuritatis gradu, vel ipſis maximis doctoribus explicatu difficilis eſt, & quanto magis diſcipulis ipſorum; & ſi quis eos legat, inveniet ipſos prolixiſſimos in hac materia tractanda, ſed parum doctos, quia non intelligunt ea fundamenta quibus varii caſus innituntur. Quod vero nos propoſuimus, id abſolutiſſimum eſt, atque digniſſimum ut in memoria habeatur, uti diximus. Neque unquam quiſquam aſſequetur hujus materiæ commoda niſi qui die nocteque iſtis conſtitutionibus operam dederit quæ adferuntur in principio codicis de Sabbato, de Paſchate, de Feſtis Solennibus, de Sacrificiis, & de Profanis, & ſimilibus, ſi vero huncce legerit prologum, aſſequetur omne quod ei innititur. Hæc autem monuimus ut lector Miſnicus prius ſe conferret ad prologum, ejuſdemque materiam memoriæ mandaret, antequam ad reliqua ſe conferret. Tum etiam, ut ego non cogerer fundamenta rerum ſæpiſſime repetere, ſed ea duntaxat obiter indicare, quandoquidem hicce liber ſatis prolixus eſt, & ipſius caſus aliquoties repetendi, ut omnia rite intelligantur.

סדר טהרות

מסכת כלים

פרק א אבות הטומאות השרץ ושכבת זרע וטמא מת והמצורע בימי ספרו ומי חטאת שאין בהם כדי הזיה הרי אלו מטמאין אדם וכלים במגע וכלי חרש באויר ואינם מטמאין במשא :

R. OB. DE BARTENORA.

אבות הטומאות *Patres impuritatum*, octo ſunt reptilia quæ patres immunditiei ſunt, quorum mentio facta eſt Levit. 11, 21. Hi ergo patres immunditiei polluunt hominem & vaſa quæ ipſos attigerint dum mortui ſunt; horum vero polluendi poteſtas determinata eſt in quantitate lentis, nam ita limacis quantitas in principio formationis ipſius determinata eſt in quantitate lentis. Sed membris non impoſita eſt menſura qua polluunt, idcirco licet in membris reptilis quantitas minor ſit lente, tamen polluit, ſed duntaxat quando humet ſerpens, & non quando areſcit, ſicuti dicitur Levit. 11, 32. וכל אשר יפול עליו מהם במותם ſint ergo humida dum polluunt ſicuti in momento mortis.

ושכבת זרע *Et ſemen concubitus*, duntaxat ſemen concubitus Iſraëlitæ, & adulti viri, ſed gentilis ſemen concubitus non polluit, ne quidem ex inſtitutis Sapientum, nam ſemen gentilis purum eſt omnino; nec adoleſcentuli ſemen concubitus polluit, quia Levit. 22, 4. dicitur איש אשר תצא ממנו שכבת זרע *viri* ergo ſemen polluit & non minorennis, qui novem habet annos & unum diem, quia ipſius coitus non habetur verus coitus, & menſura illius eſt in quantulacunque copia illius quod conſpicitur, licet in quantitate grani ſinapi, & in quantitate lentis ſi quis tetigerit, ſed hoc duntaxat intelligendum eſt quando ſemen humidum eſt, tum enim id polluit, idcirco Lex dicit שכבת זרע *ſemen concubitus*, id eſt dum id aptum eſt ad ſemen producendum. Cæterum quia doctor Miſnicus non recenſet eum qui ſemen emiſit inter hoſce patres immunditiei, diſcas inde quod primus ſit immunditiei gradus duntaxat. At vero docet in fine codicis de Seminifluis, quod is qui ſemen emiſit ſit ſimilis ei qui tetigerit reptile, qui omnino eſt primus immunditiei gradus; *pollutus mortuo* eſt homo qui mortuo pollutus eſt. Sed vaſa quæ mortuum tetigerint habenda ſunt ut ipſe mortuus, & qui ea tetigerit, is factus eſt immunditiei pater. Vaſa autem quæ tetigerint hominem mortuo pollutum, vel hominem qui vaſa tetigerit, & ea tetigerint mortuum, ſunt patres immunditiei & polluunt immunditie ſeptem dierum, ut ipſe homo, quemadmodum expoſitum eſt capite primo codicis de Tentoriis. Sed vaſa teſtacea, cibi & potus, quæ tetigerint mortuum, non fiunt immunditiei patres. Sed Iſraëlita duntaxat fit immunditiei pater quando is mortuum tetigerit; gentilis vero & abortus qui excidit poſt octo dies non recipiunt immunditiem, ſi tetigerint mortuum. Leproſus autem in diebus computi ipſius, eſt leproſus indubitata aliqua plaga lepræ affectus, & מצורע מוחלט vocatur; hic ſi ſanatus fuerit, & adductis avibus, hyſſopo, & coccino, purificatus, & poſtea tonſus, ſeptemque dies extra tentorium ipſius conſederit, octavo die offerat oblationes ipſius; ſeptem vero priores dies vocantur ימי ספרו *dies computationis ipſius*, & in iſtis polluere poteſt hominem; nam in Lege Levit. 14. mentio fit lotionis veſtium ipſius in diebus dum is leproſus certus eſt; & pariter ibidem lotionis veſtium ipſius mentio fit in diebus computationis ipſius, ſicuti ergo in uno loco polluit hominem, ita & in altero.

ומי חטאת שאין בהם כדי הזיה *Et aquæ expiatoriæ in quibus non eſt quantum ſufficit ad ſpargendum*, tum iſtæ polluunt tactu, at ſi in illis fuerit quantum ſufficit ad ſparſionem, etiam onere polluunt, ad hominem & vaſa polluenda, uti ſcriptum eſt Num. 19, 21. Doctores vero noſtri docent purum eſſe eum qui ſparſit; Legem vero duntaxat menſuram velle ſtatuere ei qui portat, nempe ut ſit quantitas aquæ ſufficiens ad ſpargendum. Etenim Lex dividit inter aquas & aquas, ſcil. inter aquas in quibus eſt quantum ſufficit ad ſpar-

Tractatus de Vaſis.

CAput 1. Patres impuritatum ſunt reptile, ſemen concubitus, mortuo pollutus & leproſus in diebus numerationis ipſius, & aquæ expiatoriæ, in quibus non eſt quantum ſufficit ad ſpargendum, hæc omnia polluunt hominem & vaſa tactu, & vaſa teſtacea aëre, ſed non onere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Menſura in qua reptile polluit, determinata eſt in quantitate lentis; ſemen concubitus quod attinet, ejus polluendi conditio quoque in lentis quantitate determinata eſt, ſi quis ipſum tetigerit, ſive homo ſit, ſive vas aliquod. Cæterum is e quo ſemen prodierit, polluitur in quantulacunque menſura, & non intereſt inter immunditiem quæ ex ipſo exierit, & inter illius rei immunditiem quam tetigerit, quia iſtæ omnes primus ſunt immunditiei gradus. Cæterum jam in hujuſce libri præfatione præmiſimus, quod in immunditie mortui varia ſunt diſcrimina, ego vero explicaturus ſum demonſtrationes omnium earum rerum quas in codice de Tentoriis præmiſi; hujuſce igitur juris ſumma ſit quod omne id quod ob immunditiem aliquam veſpertinam pollutum fuerit, vocetur ראשון *primus*, nempe immunditiei gradus; & ex ipſo numeratur ſecundus, tertius, &c. quicquid autem polluerit ipſum, id eſt pollutus mortuo, qui hic indigitatur. Leproſi autem jus poſtulat, ut poſtquam is a lepra ſanatus fuerit, purificetur ligno cedrino, hyſſopo, coccino duplici, & duabus avibus, ſicuti Lex definivit, his peractis ipſe in civitatem aſcendet & per ſeptem dies extra tentorium ipſius morabitur, ſicuti dicitur Levit. 14, 8. *Et ſedebit extra tentorium ipſius ſeptem dies*, & in hiſce ſeptem diebus is vocatur מצורע, *leproſus*, dum eos enumerat. Porro quod ſparſionem aquæ expiatoriæ attinet, ſicuti ipſa traditur in Toſaphta, requiritur juſta aſperſionis copia qua extremitates culmorum immergantur; ſi vero aliter aſperſerit, omnes polluunt ſi quis tetigerit eos, uti Lex dicit de reptili Levit. 11, 31. *quiſquis tetigerit ea, is immundus erit uſque ad veſperam.* Et de ſemine concubitus dicit Levit. 15, 18. *Si cum muliere vir concubuerit ſemine concubitus, lavabuntur aqua, & immundi erunt uſque ad veſperam.* Et de eo qui tetigerit immunditiem mortui dicit Lex Num. 19, 22. *Et anima quæ tetigerit, immunda erit uſque ad veſperam.* Porro Lex de leproſo dicit poſt dies enumerationis, *& lavabit veſtes ipſius, carnemque ipſius abluet.* Ex hiſce omnibus conſtat leproſum veſtes polluere tactu intra dies enumerationis ipſius. Verum quod ipſe homines polluat, id docemus per argumentum e ſimilibus vocibus deſumptum, nempe, eo quod de leproſo juxta impletionem dierum lepræ abſolutæ extat, antequam inceperit enumerare ſeptem puritatis dies, Levit. 14, 8. *Et lavabit veſtimenta ipſius is qui purificandus eſt.* Ad hæc in Gemara dicitur, Lex meminit lotionis veſtis dum Nazyræus abſolutus declaratur, & poſtea quoque dum leproſus verſatur in ſeptem diebus puritatis enumerandis: ſed quænam eſt iſta veſtium ablutio dum is omnino leproſus eſt? reſp. quod polluat hominem tactu, nempe ante hanc lotionem in diebus lepræ ipſius, quando polluit hominem tactu, ſicuti Lex dicit, *immundus vocabitur.* Sic etiam lotio veſtium in diebus computationis memorata polluit hominem. De aquis expiatoriis dicit Lex, Num. 19, 21. *Et qui tetigerit aquas menſtruæ, is immundus erit uſque ad veſperam.* Ratio eſt quia in iis non eſt quantum ſufficit ad ſparſionem, ſi enim ſit tantum, jus earum poſtulat ut polluant onere, ſicuti in ſequenti Miſna exponitur. Scias autem quod immundities tactus conjungat res immundas cum re quæ ipſas polluit abſque ulla re intermedia. Quicquid autem dicitur de hac re quod ipſa polluat hominem tactu, id intelligendum eſt quando ipſa tetigerit corporis humani ſuperficiem; nec intereſt quicquam ſive hanc rem immundam tetigerit manu ipſius, vel pede ipſius, vel alia aliqua parte pellis corporis ipſius. Pariter ſi linguam ipſius tetigerit, polluit ipſum. Verum ſi quis lentis quantitatem ſumpſerit

ſpargendum, quæ polluunt hominem ad polluendum veſtes, & inter aquas in quibus non eſt quantum ſufficit ad ſpargendum, polluentes hominem ad polluendos cibos & potus, & non ad veſtes polluendas.

וכלי חרש באויר *Et vas teſtaceum aëre*, quando id infectum fuerit immunditie in aëre, ſive id alia vaſa attigerit necne, tum pollutum eſt. Si vero immunditties exterius attigerit vas, ipſum hoc tactu non infectum eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum e quo aliquid inciderit in medium illius, immundum eſt factum*; ſed non pollutum eſt quando a poſteriori parte ei aliquid immundi acciderit.

ואינם מטמאין במשא *Sed illa non polluunt onere*, nam omnes hi impuritatis patres tales e Lege eſſe cenſentur, quia ſcriptum eſt, *qui tetigerit*, & non, qui portaverit.

ſerit e reptili, eamque in guttur hominis immiſerit qui eandem inglutiverit, tum non pollutus eſt, quia tactus non accidit prius, ſi non pertigerit ad membra aperta; hæc bene intelligas volo. וכלי חרש באויר *Et vas teſtaceum aere*, quia vas teſtaceum duntaxat non polluit tactu, ſed quando immundities pervenit intra medium vaſis, ſive immundities tetigerit ſive non tetigerit, exempli gratia, ſi quis ſumpſerit reptile idque in orificium ollæ immiſerit, ipſum vero non attigerit ollam poſtquam eductum fuiſſet inde, hæcce tamen olla polluta eſt, etſi reptilis immundities non attigerit eam. Si vero reptile ſuper olla poſuerit, non polluta eſt olla, Lex enim dicit, *& omne vas teſtaceum in quod inciderit, id immundum eſt.* Traditione vero vox בתוכו *in medium illius* exponitur, quod vas interius, & non exterius pollui poſſit. *Neque polluunt onere*, quia in hiſce parant, nam de ipſis dicitur, qui tetigerit, & non, qui tulerit.

ב למעלה מהם נבלה ומי חטאת שיש כדי הזיה שהם מטמאין את האדם במשא לטמא בגדים במגע (ס"א) וחשוכי בגדים במגע :

2. His ſuperius eſt cadaver, & aquæ expiatoriæ in quibus eſt quantum ad ſparſionem ſufficit, polluunt hominem onere, ut is denuo polluat veſtes tactu, & ſubtractas veſte tactu.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמאין את האדם במשא *Polluunt hominem onere*, quando quis aliquam rem immundam elevaverit, ſive manibus ipſius, ſive ſocius quiſpiam eam in humeros elevaverit, licet ipſe non tetigerit immunditiem. Vel ſi immundities funiculo alligata fuerit, & is immunditiem elevaverit ope funiculi, quia gravitas rei immundæ attigit ipſum, idcirco homo pollutus eſt immunditie oneris, ut veſtes denuo polluat ſuas, vel omnes veſtes & vaſa quæ ipſe tetigerit, vaſis teſtaceis exceptis; ſed reliqua vaſa tantum, dum in ipſo adhuc reſidet immundities; at ſi illa ab ipſo jam ſeparata fuerit, non amplius polluit vaſa tactu, quoniam ſi quis immunditiem portet & ea receſſerit ab ipſo, primus tantum ſit immunditiei gradus; vaſa autem a patre immunditiei tantum recipiunt immunditiem; imo eo momento quo is immunditiem portat, non polluit hominem, nec vas teſtaceum, ſed reliqua duntaxat vaſa; homo enim tantum onere ferendo polluitur, & non vaſa, nec cibi, nec potus; ſi enim multa ſint vaſa ſibi invicem impoſita, & cadaver, vel aquæ menſtruæ in vaſe ſupremo, vaſa inferiora non polluta ſunt onere, quando cadaver nondum tetigerint, vel aquas menſtruæ. Pariter nec edulia, nec potus polluunt immunditie oneris, nam de immunditie oneris ſcriptum eſt לכם *vobis*, quaſi Lex dixiſſet, vobis hæc immunda ſunt onere, ſed non polluunt vaſa, nec potus onere ferendo. Et ſicuti cadaver polluit onere, ita etiam בהיסט *motione* polluit, quia היסט eſt ſpecies משא *portationis*, ut, ſi lignum aliquod poſitum ſit in ſummitate arboris, vel in ſummitate parietis, & cadaver ſit in una extremitate ligni, atque non nemo advenerit qui ſecundam ligni extremitatem commoveat, quia prima extremitas in qua cadaver eſt, inclinata ſit & commota ope iſtius commotionis, idcirco pollutus eſt immunditie היסט *motionis*, quia ſe res habet perinde ac ſi geſtaſſet.

וחשוכי בגדים במגע *Et ſubtractas veſte tactu*, per חשוכי בגדים intelliguntur veſtes immunditiei ſubtractæ, & in his tactus obtinet abſque portatione, qui enim attigerit cadaver vel menſtruæ aquas, eaſque non portaverit, non polluit, ne quidem veſtes indutas, quia Lex dicit Levit. 11, 36. *qui attigerit cadaver ipſorum, is immundus erit uſque ad veſperam*, ſed illic non fit mentio lotionis veſtium. Pariter de aquis menſtruæ ſcriptum eſt Num. 19, 22. *Et anima quæ attigerit, ad veſperam erit immunda.* Verbum חשוכי a חשך notat idem quod מנע *ſubtraxit*, ita Gen. 22, 12. dicitur חשכת את בנך:

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus vocis למעלה eſt יותר עליון *ſuperius*, nempe quod ea quæ in hac Miſna memorantur, ſuperant ea quæ in ſuperiori memorantur reſpectu immunditiei, quia hæc polluunt immunditie antecedentium, & hocce addunt additamentum, idcirco dicit auctor, למעלה מהם *ſuperius illis*, nempe in reliqua capitis materia. Jam requiritur ut immunditiem onere contractam explicem, quicquid igitur dicitur מטמא במשא *polluit portatione*, ejus ſenſus eſt quod ſi homo elevaverit pondus rei impuræ, pollutus ſit, etſi is ipſum corpus non tetigerit quod pollutum erat; quamvis enim inter hominem & rem pollutam mille cubiti interſint in medio corporis illius qui tetigit gravitatem, tum homo pollutus eſt. Neque quicquam intereſt ſive is rem immundam capiti impoſuerit, vel manu apprehenderit, ſive illa alicui corporis parti impoſita ſit ſuperius; pariter ſi rem immundam ſuſpenderit a filo, eamque elevaverit a terra ope iſtius fili, hæc actio quoque משא *portatio* vocatur, quia onus illius jam elevavit. Sic etiam היסט eſt ſpecies geſtationis, qua is rem immundam dimovit, ejuſdemque pondus elevavit. Sed huic ſimile eſt נסיה *inclinatio*, qua lignum aliquod ſummitate parietis paratum eſt, & immundities eſt in extremitate tigni, ſi quis ergo ſecundæ extremitati innixus fuerit, & elevaverit iſtam extremitatem in qua immundities eſt, pollutus eſt inclinatione ligni iſtius. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt, quod cadaver polluat בהיסט *motione*; ſed non polluit onere & geſtatione, ſi ſit oneris ſpecies. Scias autem nihil polluere onere ferendo niſi hominem tantum. In Siphra autem dicitur, vaſa polluunt, ſed non cibos neque potus polluunt onere, neque vaſa, exempli gratia, ſi quis centum ſumpſerit vaſa, eaque manu ſua depoſuerit, unum imponendo alteri, & ſupremo vaſi olivæ quantitatem de cadavere, tum homo iſte in cujus poteſtate vaſa ſunt, jam pollutus eſt dum cadaver geſtat, & is factus eſt primus immunditiei gradus; ſic etiam vas ei impoſitum, pollutum eſt, quia id ipſum tetigit. Reliqua vero vaſa munda ſunt, & nullatenus polluuntur onere cadaveris. Cæterum jam perfecte expoſuimus quid ſit immundities oneris, & illius ſenſus a nobis abſolutus eſt. Quando auctor dicit quod cadaver polluat onere ad veſtes polluendas, ſenſus eſt ejus qui iſta tranſtulerit, veſtes eſſe pollutas, ita dicente Lege. Cæterum de cadavere Deus dixit, *& qui portaverit cadaver ipſorum, is lavabit veſtes ſuas*, quæ Traditione exponuntur, eum qui ſparſerit aquas menſtruæ, non pollutum eſſe, ſed manſiſſe purum, nam ſi ipſe purificat immundum, quomodo immundus eſſe poſſet. Et ex eo quod Num. 19. dicitur, *& qui ſpargit aquas menſtruæ, is lavet veſtes ſuas*, conſequitur quod ipſe non polluitur onere, niſi donec ſit menſura ſparſionis, dummodo portaverit in aliquam neceſſitatem; at ſi portaverit aquas ad ſpargendum menſtruam, & ſparſerit, uti meminimus, tum mundus manſit. In Toſaphta dicitur, ſi mundus aſperſerit ſuper immundo, mundus eſt is qui aſperſit, & is ſuper quo aſperſit, & unus atque alter dicere poteſt, purificavi & purificavi ipſum, ſi enim unus non ſparſiſſet, immundus fuiſſet is qui ſparſit, quia aquas pro menſtrua ſpargendas portavit, menſtrua vero abſoluta, is qui ſparſit & qui ſuper ipſum ſparſerunt, mundi ſunt; qui vero illos tetigerit, nempe is qui citra neceſſitatem attigerit.

rit. Scias autem quando Lex dicit, *& abluet veſtes ipſius*, non eſſe intentionem illius quaſi veſtes polluiſſet is qui eas duntaxat induit, ſed ipſum polluere omnem veſtem quam ipſi induerint, vel non induerint; & ſic etiam comparatum eſt cum vaſis reliquis. Verum Siphra dicit, quod is polluat reliqua vaſa ut veſtes, vaſe teſtaceo excepto, quod ab immunditiei patre duntaxat polluitur, ſicuti ſuperius dictum eſt. Et hoc eſt quod diximus ipſum polluere veſtes & vaſa, ſi iſta attigerit, quia is patri immunditiei conjunctus eſt, qui polluit iſta; & tum hæc vaſa erunt primus gradus immunditiei, & non ſecundus, quia ipſe non polluit tactu ſuo duntaxat, ſed ob tactum ipſius quod ab immunditie ſua ſe non ſeparavit; ſed quando ſeparaverit ſe, tum illa polluunt, perinde ac ſi cadaver a ſe projeciſſet, ex quo is fit primus immunditiei gradus, ſive proles immunditiei, ſed non polluet veſtes, quando eas attigerit, ſicuti in principio expoſuimus. Quando autem e cadavere quicquam traduxerit, & id vaſa attigerit tum ea primum immunditiei gradum comprehendunt. Sic etiam ſe res habet cum aquis expiatoriis, quantum ad ſparſionem ſufficit comprehendentibus. חשוכי בגדים ſunt ii qui veſtibus deſtituti ſunt; & hoſce polluunt ea quæ in Miſna memorata ſunt, homo enim poſtquam attigerit cadaver, pollutus eſt, at non polluit veſtes, ne quidem eo momento quo attingit, ita enim dicit Lex, *qui cadaver illius attigerit, is uſque ad veſperam immundus erit*, ſed is non judicabitur tactu veſtis immundæ. Hinc tibi jam conſtat cadaver polluere eum qui id loco moverit, & eundem poſtea veſtes polluere, reliquaque vaſa, vaſe teſtaceo excepto dum id portatur, uti dicit Lex, *& qui portaverit cadaver illius, is lavet veſtes ſuas*; qui vero cadavere pollutus fuerit præter geſtationem, ejus corpus pollutum eſt duntaxat, ſed veſtes ei indutæ non pollutæ ſunt, dum eas tangit; ita quoque ſe res habet cum aquis pro menſtruis ſpargendis, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, cadaver diſtinctum eſt a tactu ex onere.

ג למעלה מהן בועל נדה שהוא מטמא משכב תחתון כעליון למעלה מהן זובו של זב ורוקו ושכבת זרעו ומימי רגליו ודם הנדה שהן מטמאין במגע ובמשא למעלה מהן מרכב שהוא מטמא תחת אבן מסמא למעלה מן המרכב משכב ששוה מגע למשאו למעלה מן המשכב הזב שהזב עושה משכב ואין משכב עושה משכב :

3. His ſuperior eſt is qui cum menſtrua rem habuit, quippe polluit ſtratum inferius ut ſuperius. Hoc ſuperior eſt fluxus ſeminiflui, ejuſdemque ſputum & concubitus ſemen, urina ipſius, & ſanguis menſtruæ, quod omnia onere & tactu polluunt. Hiſce ſuperius eſt ephippium quod vel ſub lapide polluit pavimentali. Hoc ſuperius eſt cubile, nam illius tactus ſimilis eſt oneri illius. Hoc ſuperior eſt ſeminifluus, is enim facit cubile, at cubile denuo non facit cubile.

R. OB. DE BARTENORA.

בועל נדה *Qui rem habuerit cum menſtrua*, de ipſo ſcriptum eſt Levit. 15, 24. *Et menſtrua illius erit ſuper ipſo*; hinc conſtat quod ipſe polluat cubili & ſedili, ſicuti menſtrua: poſtea Lex dicit, *& omne cubile in quo cubaverit, immundum eſt*, ſed non erat neceſſum hæc dixiſſe, niſi ut exponeret illa verba, *ſit menſtrua illius ſuper ipſo*, perinde ac ſi dixiſſet Deus, id quod tibi dixi, *menſtrua ipſius ſit ſuper ipſo*, eo duntaxat ſedulo tibi dixi quod is ſit immunditiei pater ut menſtrua, nempe, ſicuti menſtrua polluit hominem & vaſa teſtacea, ita ipſa quoque hominem & vaſa polluit; ſed ad cubile & ſedile polluendum, dicit Lex, *omne cubile in quo cubaverit immundum ſit*, ipſum ergo cubile immundum eſt, ſed non homo, nec vaſa, ut cubile menſtruæ, quod hominem & vaſa polluit; ſed primum immunditiei juri ſubjicitur, quo cibum & potum duntaxat polluit.

משכב תחתון כעליון *Cubile inferius ut ſuperius*, quaſi dixiſſet, cubile inferius illius qui cum menſtrua rem habet ſimile eſt cubanti ſuper ſupremo ſeminiflui ſtrato, ut, ſi decem ſint ſtrata ſibi invicem impoſita, & omnia ſuper ſeminifluo, ſive ſeminifluus illa tetigerit necne, immunda ſunt, & illa polluunt cibos & potus, at non hominem nec vaſa. Præterea quoque ſtrata illius qui cum menſtrua rem habet, polluunt cibos & potus, ſed non hominem nec vaſa; nam ſi vel decem ſint ſtrata ſub ſeminiflua, ſibi invicem impoſita, & unum ex hiſce immundis attigerit ſuperius ſtratum, reliqua omnia ei ſuppoſita ſunt polluta, & polluunt hominem & vaſa.

למעלה מהן זובו של זב וכו׳ *His ſuperior eſt fluxus ſeminiflui &c.* quia hæ impuritates polluunt in quantulacunque quantitate, tactu, & onere; qui vero cum menſtrua rem habuerit, is non prius polluit quam totum portaverit, idcirco tradit auctor, *his ſuperior eſt*, quaſi dixiſſet, hæ gravioris ſunt impuritatis quam is *qui* cum menſtrua rem habuerit, eo quod iſtæ in quantulacunque polluunt quantitate, at non ita is qui cum menſtrua rem habuit, qui tactu & onere polluit, & ſic tactus & onus eorum æqualis eſt, quia tam tactu quam onere hominem polluunt, qui denuo veſtes & vaſa polluit, præter hominem & vaſa teſtacea.

מרכב *Equitatio*, intellige apprehenſionem ſive anſam ephippii, nam ipſum ephippium cui homo inſidet, immundum eſt ob ſeſſionem, & apprehenſio illius etiam immunda eſt ob equitationem, quæ polluit ſub אבן מסמא qui eſt lapis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De eo qui cum menſtrua rem habuerit, dicit Lex Levit. 15, 24. *Si vir iſte concubuerit, & menſtrua illius ſuper ipſo fuerit, immundus ſit ſeptem dies*; quando dicit, *& menſtrua illius fuerit ſuper ipſo*, inde colligas ipſum cubitu & ſeſſione pollutum eſſe, quemadmodum ipſa menſtrua polluta eſt. Sed quod in loco ſupra citato poſtea dicitur, *& omne cubile in quo cubaverit, pollutum eſt*, id Traditione exponitur quaſi huic juri conditio quædam addita eſſet, perinde ac ſi Lex dixiſſet, id quod tibi dixi, *& menſtrua illius ſit ſuper ipſo*, id ita intelligendum eſt ut corpus viri aſſimiletur corpori mulieris, nempe ut id ſit immunditiei pater, qui tactu & onere polluit, ut menſtrua hominem & vaſa teſtacea polluit, ſicuti dixerunt in Siphra, ſicuti ipſa polluit hominem & vaſa teſtacea, ita etiam ipſe polluit hominem & vaſa teſtacea. Sed ipſe non erit pater immunditiei ut cubile ipſius, verum cubile illius erit proles, ut vas quod ea tetigerit, idcirco Lex dixit, *immundus ſit*, ſenſus eſt eum ſeorſim eſſe pollutum, ſed eum non polluere hominem, nec vaſa, ſicuti cubile ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruæ, & puerperæ; ſed cibum potumque duntaxat polluit, ſicuti omnis immunditiei proles. At vero auctor Siphræ dicit, Lex ipſum eximit ab immunditie graviori, ad hominem & vaſa polluenda, & ſubjicit ipſum immunditiei leviori, ad cibos & potus polluendos. Porro tibi conſtabit e codice de Seminifluis de vaſis quæ ſeminifluus tetigit, ſi ſcil. corpus eorum non attigerit, ſed interſtitium aliquod interfuerit, illa vaſis ſimilia eſſe quæ tetigerunt ſeminifluum; & caput immunditiei ſunt, polluens cibos & potus. Poſtquam vero meminerit Lex cubilis, non cogitabis quod hic immundus tetigit cubile, hoc enim fieri nequit; nam ſi mille ſint veſtes ſibi invicem impoſitæ, vel mille tegumenta ſibi invicem impoſita, & iis inſederit immundus, tum omnes hæ veſtes vocantur משכב *cubile* reſpectu pollutionis, & nihil intereſt inter veſtes corpori contiguas, & inter inſtrumenta terræ contigua; quod autem inter ipſa intereſt, id omne eſt immundities cubilis, hæc memoriæ mandato. Jam vero ex iis quæ dicta ſunt tibi conſtabit quod cubile illius qui cum menſtrua rem habuit, cibos & potus duntaxat polluat, ſicuti polluit id quod ſuper ſeminifluo poſitum eſt, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *polluit cubile inferius ut ſuperius*, quaſi dixiſſet, quod inferius cubile illius qui cum menſtrua rem habuit, erit ut ſuperius ſeminiflui. Scias autem quod non interſit quicquam

pis magnus & gravis, ſicuti ſcriptum eſt Dan. 6, 18. Si ergo lapis magnus impoſitus ſit apprehenſioni equitationis, eamque apprehenderit ſeminifluus, licet gravitas ſeminiflui non cognoſcatur in equitatione, tamen apprehenſio quæ ſub lapide eſt, polluta eſt ob equitationem.

למעלה מן המרכב משכב *Cubatio ſuperior eſt equitatione*, nam in lapide magno polluit tam cubatio quam equitatio. Præterea cubationis impuritas major eſt, quia tactus illius ſimilis eſt oneri ad hominem & vaſa polluenda, de tactu extat Lex Levit. 15, 5. *Qui tetigerit cubile illius, is lavabit veſtes ſuas*, & ſic de onere illius; nam poſtquam Lex meminiſſet juris de tactu cubilis, & juris de equitatione, dicit Levit. 15, 10. *Et qui tulerit ea, is veſtes ſuas lavet.* Hinc conſtat quod in negotio pollutionis in cubili tam reſpectu tactus quam oneris fieri poſſet pollutio veſtium, ſed in equitationis negotio Lex diſtinguit inter tactum & onus, quia ſcriptum eſt Levit. 15, 9. *Et omne ſedile in quo ſederit ſeminifluus, immundum ſit*; ſed non ſcriptum eſt an veſtes ſuas lavet.

ואין משכב עושה משכב *Sed cubile non facit cubile*, nam Lex dicit, *& omne cubile cui incubaverit ſeminifluus, immundum erit*; ergo ſeminifluus efficit pollutionem cubilis, ſed cubile non efficit alius cubilis pollutionem; idcirco, ſi cubile ſeminiflui tetigerit vaſa, ea duntaxat primus ſunt immunditiei gradus, hinc apparet ſeminifluum gravioris eſſe impuritatis quam cubile.

inter coitum ſolitum & inſolitum reſpectu immunditiei; dixerunt autem illa verba Legis שכב ישכב *cubando cubaverit*, includere duas cubationes, & illa etiam includere eum qui pudenda muliebria retexerit, eſſe ut eum qui coitum perfecerit. Præterea etiam requiritur ut hic qui cum fœmina rem habuerit, ſit novem annorum & unius diei ſaltem, vel plurium annorum. Dicit vero Deus de ſeminifluo, *fluxus ipſius immundus eſt*, hinc demonſtratur quod ipſa res fluida ſit immunda: & porro dicit, *& hæc ſit immundities ipſius in fluxu ipſius*, ubi Traditio docet vocem ואת *& hæc* includere ſemen concubitus; at urinam non poſſe includi ob ſplendorem fluxus. Sed ſputi illius meminit Lex Levit. 15, 8. dicendo, *quando conſpuerit ſeminifluus immundum &c.* & de menſtrua dicit Levit. 15, 33. *Et languida in menſtrua ſua*, at expoſitio vocis דוה *languidæ* eſt כמיה, nempe, quod illa immunda ſit ut corpus ipſius, quod omnino polluit tactu & onere, & in quantulacunque copia, & hæc eſt illa gravior conditio quæ ei addita eſt; & propterea auctor poſt eum qui cum menſtrua rem habuerit, dicit, למעלה מהן *his ſuperior* &c. Si vero ſit is qui cum menſtrua rem habuerit, etiam tactu & onere polluit ut ipſa menſtrua, & in quantulacunque copia. Cæterum in Gemara ad codicem de Menſtrua dicitur, *fluxus illius immundus eſt*, Lex enim ſtatuit eum qui mortuo pollutus eſt, polluere tactu & onere, & ſic reliquiæ ipſius in fluxu comprehenduntur; neque intereſt quicquam inter eum qui tangit & eum qui portat, nempe quod is veſtes polluat, dum eas tangit & fert, ſicuti in fine codicis de Menſtrua exponitur. Porro dicit auctor, *his ſuperius eſt ſedile*, per מרכב intelligas omne id quod ad ſedendum & equitandum idoneum eſt, ut ſedile, ephippium, & edulia, atque id genus alia, quando ſeminiflui gravitas ipſum tetigerit, licet interſtitium aliquod ſit inter corpus ſeminiflui & ſedile ope lapidis, tamen ſedile polluitur, & fit ſedile ſeminiflui. Cæterum אבן מסמא *lapis inſtar pavimenti*, exponitur ex eo quod dicitur Dan. 6, 18. ושומת על פום גובא At vero jam expoſuimus quod ſeminifluus, ſeminiflua, menſtrua, & puerpera hac in parte ſimiles ſint, ſcil. quod omnes faciant immunditiem ſedili & cubili. Sputum vero & urina ipſorum immunda ſunt; per משכב intelligi debet omne id quod ad ſedendum aptum eſt, cui ſi inſederit ſeminifluus, vel unus ex iis qui memorati ſunt, pollutum eſt; & hoc cubile etiam pater immunditiei fiet, licet lapis dividat inter ſeminifluum & cubile. Lex vero dicit cubile & ſedile polluere hominem & veſtes, idcirco ea dicit de cubili, *& vir qui tetigerit cubile illius, lavet veſtes ſuas*; & porro de ſedili dicit, *& omne ſedile in quo ſederit ſeminifluus, immundum ſit*, & quidquid tetigerit id quod ſub ipſo eſt, id immundum erit uſque ad veſperam. Sed nos non judicamus ſecundum id quod tetigerit ſedile in immunditie veſtium. Poſtquam vero Lex dixiſſet de eo qui ſedile tetigit, quod is veſtes polluat, & de eo qui tetigit ſedile, quod is ſeorſim immundus ſit, & non polluat veſtes, jam dicit, *& qui tulerit ea, is lavet veſtes ſuas.* Cæterum jus ferentis, equitantis, & ſedentis requirit, iſ[illegible] polluere veſtes dum quis fert. Hinc tibi liquet quod equitatus differat in tactu & onere, quia is qui eum attigerit, non polluit veſtes, qui vero portaverit, is polluit veſtes, ut cadaver polluit, & aquæ expiatoriæ, quemadmodum expoſitum eſt. Sed משכב *cubile* in tactu & onere non differt, quia is qui attigerit iſtud & tulerit, polluit veſtes; dicit autem Deus, *omne cubile cui incubaverit ſeminifluus, immundum eſto.* Cæterum in Siphra dicitur, ſeminifluus facit cubile, at cubile non facit cubile; quando autem cubile ſeminiflui tetigerit inſtrumentum aliquod, tum iſtud inſtrumentum fit primus immunditiei gradus, & nihil intereſt inter inſtrumentum quod cubile ſeminiflui tetigerit, atque id quod cubile tulit, & tetigit, eo quod jam expoſui nihil eſſe quod onere ferendo polluat præter hominem.

ד למעלה מן הזב זבה שהיא מטמאה את בועלה למעלה מן זבה מצורע שהוא מטמא בביאה למעלה מן המצורע עצם כשעורה שהוא מטמא טומאת שבעה חמור מכולם המת שהוא מטמא באהל מה שאין כולם מטמאין :

4. Seminiflua ſuperior eſt ſeminifluo, quia ipſa polluit eum qui cum ipſa rem habuit. Leproſus ſuperior eſt ſeminiflua, quia is polluit ingreſſu. Os in menſura grani hordeacei ſuperius eſt leproſo, quia id polluit immunditie ſeptem dierum. Omnium vero graviſſimus eſt mortuus qui in tentorio polluit, in quo nulla alia polluunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיא מטמאה את בועלה *Quia ipſa polluit eum qui cum ipſa rem habuit*, nempe, afficit ipſum immunditie ſeptem dierum, quam Lex de menſtra definivit Levit. 15, 24. *Et menſtrua illius ſit in ipſo, ſeptemque diebus immundus ſit.* Porro de menſtrua quoque ſcriptum eſt Levit. 15, 25. *Secundum dies menſtruæ illius ipſa erit immunda*; nos autem per illa verba *erit immunda* includimus eum qui cum menſtrua rem habuit; & quia dicitur היא *ipſa*, inde elicimus ipſam polluere eum qui cum ipſa rem habuit, at ſeminifluum non polluere eam cum qua rem habuit, immunditie ſeptem dierum, ſed immunditie quæ tactu & onere ferendo contrahitur.

למעלה מן הזבה מצורע *Leproſus ſuperior eſt ſeminiflua*, nam leproſus conficit immunditiem cubitu & ſeſſu, ut ipſa menſtrua, & is gravior eſt quam ipſa, quia leproſus polluit ingreſſu, nempe quando is domum aliquam intraverit, omne

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſeminifluæ & menſtruæ jus idem ſit in caſu immunditiei, quando autem quis cum ſeminiflua rem habuerit, tum is ſeptem diebus immundus eſt, uti ſuperius oſtenſum eſt ex eo quod Lex dicit, *& menſtrua illius erit ſuper ipſo.* Sed quando ſeminifluus cum uxore rem habuerit, tum ipſa non erit pater immunditiei, ſed primus duntaxat gradus, perinde ac ſi manu tetigiſſet. Sic etiam is qui cum ſeminiflua rem habuit, non erit pater immunditiei; ita exponitur in Siphra. Sed is qui cum ipſa rem habuerit, ſimilis eſt ei qui patrem tetigit duntaxat. Cæterum capite decimo tertio codicis de Plagis exponetur, quod ſi leproſus domum aliquam intraverit, immundum ſit omne id quod in in ipſa continetur, etſi leproſus nihil attigerit, hoc enim eſt id quod Deus dicit, Levit. 13, 46. מחוץ למחנה מושבו Sed Traditio eſt quod habitatio illius ſit immunda; & hic eſt ſenſus

omne id quod in ipſa continetur immundum eſt, imo etiam fructus quos non attigit, ſicuti Lex dicit Levit. 13, 46. *Extra caſtra ſit habitatio illius*, unde conſtat quod habitatio illius immunda ſit. Hinc dixerunt, quod ſi leproſus conſederit ſub arbore, & tranſierit mundus quiſpiam, pollutus ſit ille mundus; ſi vero mundus ſub arbore conſederit, & leproſus tranſierit, non pollutus eſt mundus. Sic etiam ſe res habet ſi lapis lepra affectus ſit, vel veſtis, nempe ſi leproſus ſit in diebus lepræ abſolutæ; at in diebus numerationis, id eſt poſt tonſuram & avium adductionem non polluit ingreſſu, nec cubitu nec ſeſſu polluit.

למעלה מן המצורע עצם כשעורה *Os in quantitate grani hordeacei ſuperius eſt leproſo*, quia iſtud polluit ſeptem dierum immunditie, ſicuti ſcriptum eſt Num. 31, 24. *Et lavabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo, & purificabitis.* Omnes ergo impuritates quibus vos polluitis ope mortui, non diutius durabunt quam ſeptem diebus. Et quamvis leproſi immunditie ſit gravior immunditie oſſis in menſura grani hordeacei, quia leproſus polluit omne id quod in tentorio continetur, quum is id ipſum intraverit, at os in menſura grani hordeacei non polluit in tentorio; nihilominus tamen in hocce gradu os in menſura grani hordeacei gravioris impuritatis eſt, quia id polluit immunditie ſeptem dierum; & ſic omnes voces למעלה *ſuperius* quas auctor poſuit, non de omnibus rebus dixit, nam gravior conditio eſt in ſecunda quam in prima duobus prioribus, nam plurimæ ſunt inter illas quarum gravior conditio eſt in prima, quæ non eſt in ſecunda, ſed in iſto gradu quem auctor enumerat duntaxat, loquitur, quod ſecunda ſit gravior.

חמור מכולם מת *Omnium vero graviſſimus eſt mortuus*, ſed aliquæ res ſunt gravioris immunditiei quam mortuus, quia ſeminifluus & ſeminiflua efficiunt immunditiem cubilis & ſedilis, & polluunt lapide pavimentali מסמא dicto, at mortuus non efficit immunditiem cubilis & ſedilis, nec lapide pavimentali polluit. Nihilominus tamen in hocce gradu mortuus eſt gravioris immunditiei quam reliqua omnia, quia is in tentorio polluit; & quamvis leproſus polluat ingreſſu, tamen ipſius immundities non eſt ut immundities tentorii, nam ſi is manum intulerit in domum lepra affectam, mundus eſt, imo etſi ipſe totus introiverit excepto naſo, mundus eſt, quia introitus qui fit ex parte, non eſt introitus; interſtitium enim liberat ab immunditie in domo ubi leproſus eſt, ſicuti in codice de Tentoriis dictum eſt, ſi introiverit leproſus in eccleſiam, tum pro ipſo faciunt interſtitium aliquod decem palmos altum, leproſus ingreditur primus & egreditur ultimus; & id genus alia tradit de mortuo, qui in tentorio polluit. Præterea quoque differentia eſt inter leproſum ſedentem & leproſum tranſeuntem, quemadmodum expoſuimus ſuperius, quæ differentia non eſt in mortuo.

ſus quoque de ingreſſu illius, quando dicit, *atque hoc eſt jus leproſi in diebus impletionis ipſius tantum*, nempe in diebus lepræ, & non in diebus enumerationis illius. Præterea ſi lapis qui tetigit lepram, & veſtis quæ tacta eſt, in domum introducti fuerint, pollutum eſt omne id quod in domo eſt, ſicuti exponetur decimo tertio capite codicis de Plagis. Quod autem Miſna dicit de leproſo quod ipſius immundities gravior ſit immunditie ſeminifluæ, inde colligas ipſam polluere onere ferendo, & cubilis immunditiem efficere ut ſeminifluum & ſeminifluam. At vero Siphri dicit, leproſus in diebus numerationis ipſius non polluit cubitu nec ſeſſu, nec congreſſu polluit; at in diebus impletionis polluit cubitu, ſeſſu, & congreſſu. Porro dicit, quando Deus de leproſo abſoluto dicit poſtquam a lepra ſanatus fuerit, *& abluet veſtes ſuas is qui purificandus eſt*, quid opus eſt ut nos hæc doceret, an vult nos docere quod veſtes polluant tactu, nonne, ſi in diebus numerationis ipſius ubi non polluit congreſſu, polluet veſtes tactu in diebus impletionis, & quum is polluit congreſſu, nonne fas eſt ut is veſtes polluat tactu? ſi ita ſe res habeat, quare dicitur, *& is qui purificandus eſt, lavabit veſtes ſuas*? ne polluat cubitu & ſeſſu. Quando igitur legeris de משכב ומושב *cubitu & ſeſſu*, ne putes quod inter cubitum & ſeſſum quid interſit in caſu immunditiei, ſicuti inter מרכב ומשכב, ſicuti jam expoſuimus; ſed jus in cubitu & ſeſſu idem eſt, verum in ſimilitudine & in menſura variat, nam nomen illius qui diſponit ad cubitum, & nomen illius qui ad ſeſſum diſponit duntaxat, & non ad cubitum. Sed in Siphra dicitur, quod משכב proprie dicatur de שכיבה, & מושב de ישיבה: & ſic neque מרכב polluit præterquam id quod ad שכיבה *cubitum* idoneum eſt. Ego vero hæc omnia exponam in fine hujuſce codicis. Cæterum de עצם כשעורה *de oſſe in menſura grani hordeacei*, colligimus ex eo quod dicitur Num. 19. 18. *Et omnis qui tetigerit os aut gladio perfoſſum.* Et hoc amplius exponetur in principio codicis de Tentoriis; ſed non meminit iſtius hoc in loco de patribus immunditiei per modum tangendi ſecundum computum noſtrum. Sed horum graduum in patribus immunditiei meminit partim, idcirco nulla vaccæ rufæ mentio facta eſt, nec hirci emiſſarii, nec hircorum qui comburebantur, quia in illis non continetur tactus nec onus, ſed acceptione duntaxat, ſicuti exponetur ſuo loco; verum hæc res non habet convenientiam cum iſtis patribus, nec ordinem in ipſorum gradibus.

ה עשר טומאות פורשות מן האדם מחוסר כפורים אסור בקדש ומותר בתרומה ובמעשר חזר להיות טבול יום אסור בקדש ובתרומה ומותר במעשר חזר להיות בעל קרי אסור בשלשתן חזר להיות בועל נדה מטמא משכב תחתון כעליון חזר להיות זב שראה שתי ראיות מטמא משכב ומושב וצריך ביאת מים חיים ופטור מן הקרבן ראה שלש חייב בקרבן חזר להיות מצורע מוסגר מטמא בביאה ופטור מן הפריעה ומן הפריכה ומן התגלחת ומן הצפרים ואם היה מוחלט חייב בכולן פירש ממנו אבר שאין עליו בשר כראוי מטמא במגע ובמשא ואינו מטמא באהל ואם יש עליו בשר כראוי מטמא במגע ובמשא ובאהל שיעור בשר כראוי כדי להעלות ארוכה רבי יהודה אומר אם יש במקום אחד כדי להקיפו בחוט ערב יש בו להעלות ארוכה:

5. Decem impuritates ex homine proveniunt, ut, deſtitutus expiatione interdictus eſt ſanctis, ſed ei de oblatione prima & decimis edere licet; ſi is denuo factus ſit de die lotus, interdictus eſt ſanctis, & oblationi primæ, ſed decimæ ei licitæ ſunt. Si rurſus ſemen emiſerit, hiſce tribus interdictus eſt. Si denuo cum menſtrua rem habuerit, ſtratum inferius polluit ut ſuperius. Si is denuo ſeminifluus factus ſit qui fluxum ſuum bis viderit, cubili & ſedili polluit, & aquæ fluentes requiruntur; ſed immunis eſt ab oblatione. Si viderit ter fluxum ſuum, debet oblationem; ſi poſtea denuo leproſus occluſus factus fuerit, polluit introitu, & liber eſt a coma alenda & diſciſſione veſtium, tonſura, & avium adductione; ſi vero ſit leproſus abſolutus, tenetur ad hæc omnia. Si ab ipſo ſeparatum ſit membrum in quo non eſt caro prout oportet, polluit tactu, & onere, ſed non in tentorio; ſi vero carnem habet prout decet, polluit tactu, & onere, & in tentorio. Menſura carnis quæ convenit, quanta eſt? quanta ſanari poſſit. R. Jehuda dicit, ſi in uno ſit loco tantum, ut filo circumdari poſſit ſubtegminis; tum ſanari poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עשר טומאות פורשות מן האדם *Decem impuritates provenientes ab homine*, decem ſunt gradus quorum unus ſuperior eſt altero reſpectu immunditiei, & ab homine ſeparati. מחוסר כפורים *deſtitutus expiatione*, ſicuti eſt leproſus abſolutus, & ſeminifluus qui fluxum ſuum bis viderit, ſeminiflua, & puerpera, quæ ablutæ ſunt & ſolis occaſum habuerunt, quibus omnibus interdictum eſt comedere de ſanctis, donec adduxerint expiationem ſuam, tum oblationem primam licet comedere.

חזר להיות טבול יום *Si denuo factus fuerit is qui die lotus eſt*, eſt is qui immundus eſt, & ſe quidem lavit, ſed occaſum ſolis nondum habuit, cui interdictum eſt de oblatione prima & ſanctis comedere, & ſi is tetigerit de illis, infecit ea. חזר להיות בעל קרי *Si denuo ſemen emiſerit*, ſi ex ipſo prodierit ſemen concubitus, & ſe non laverit.

חזר להיות בועל נדה *Si denuo cum menſtrua rem habuerit*, ſed non tradit auctor, ſi denuo mortuo pollutus factus fuerit, cujus immundities gravior eſt immunditie illius qui ſemen emiſit, quia is qui mortuo pollutus eſt, ſit pater immunditiei, cum is qui ſemen emiſit, duntaxat primus ſit immunditiei gradus. At vero potius tradit de eo qui cum menſtrua rem habuerit, qui gravioris eſt immunditiei, quam is qui mortuo pollutus eſt, quia is ſtratum inferius polluit ut ſuperius, quia hæ decem impuritates ab homine proveniunt; hæc vero eſt tactus immunditiei.

משכב התחתון כעליון *Cubile inferius ut ſuperius*, ſtratum inferius illius qui cum menſtrua rem habuit eſt ſicut ſuperius ſeminiflui, nam ſicuti ſuperius ſtratum ſeminiflui polluit ad polluendum cibos & potus, ſed non hominem nec vaſa, ita etiam inferius ſtratum illius qui rem habuit cum menſtrua, polluit hominem, cibum & potum, ſed non hominem nec vaſa.

שראה שתי ראיות *Quando duas viderit viſiones*, tum polluit cubili & ſedili; requirebatur ut auctor enumeraret ſeptem dies mundos, nam ita traditur capite primo codicis de Libro Eſteris, inter ſeminifluum qui duas viſiones viderit & inter eum qui tres viderit, non intereſſe quicquam niſi reſpectu oblationis.

וצריך ביאת מים חיים *Et requiruntur aquæ vivæ*, ſicuti Lex dicit de ſeminifluo Levit. 15, 13. *Et lavabit carnem ſuam in aquis vivis.* Sed in reliquis omnibus qui polluunt, ſufficit lotio in lavacro. חייב קרבן *debet oblationem*, quæ definita eſt in ſectione ubi de ſeminifluo, quando autem non adduxerit oblationem, tum is adhuc deſtituitur expiatione.

מורע מוסגר *Leproſus incluſus*, quem ſacerdos ſeptem incluſit diebus, ut animadvertat an ſigna immunditiei prodierint. מטמא בביאה *polluit ingreſſu*, ſi is domum aliquam intraverit, pollutum eſt omne id quod in ipſa continetur.

ופטור מן הפריעה ומן הפרימה *Sed liber eſt a coma alenda, & diſciſſione veſtis*, quia Lex de ipſo non dixit, Levit. 13, 45. *Et veſtes ipſius diſciſſæ erunt*, & caput ipſius denudatum, niſi de leproſo abſoluto duntaxat. *A tonſura & ab avibus*, nam leproſus abſolutus adducat aves poſtquam ſanatus fuerit, & tondeat omnes ipſius pilos; ſed occluſus Nazaræus id non facit.

שאין עליו כשר כראוי *Quando non habet carnem quantum oportet*, uti in fine exponit, quantum ſanari poteſt. *Polluit tactu & onere*, ſed non in tentorio, nam de tactu ſcriptum eſt Num. 19, 18. *Et omnis qui tetigerit os*, nempe, ſive tanta ſit caro ſicuti convenit, ſive non tanta ſit caro ſicuti convenit. De immunditie tentorii dicitur Num. 19, 18. *aut os hominis, vel ſepulchrum*; at per *os hominis* intelligitur ejuſmodi os quod carnem & nervos habet.

אבר יש במקום אחד כדי להקיפו בחוט ערב *Si in uno loco tantum ſit quantum ad filo ſubtegminis circumdandum ſatis eſt*, ſi enim carnem circa membrum abſciderit in fila, craſſitiem fili ſubtegminis conficientia, quæ duplo craſſiora ſunt filis ſtaminis, & ſi in illis ſit quantum ſufficit ad membrum circumdandum, ſatis notum eſt quod in tali quantitate carnis ſanari poteſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor eſſe impuritatum gradus ab homine provenientes ſecundum ordinem, graviori quidem ſenſu quam priori, incipit autem numero leviori, nempe de eo qui expiatione deſtitutus eſt. Cæterum capite ſecundo codicis de Excidio dixerunt quatuor eſſe genera eorum qui expiatione deſtituti ſunt, cujuſmodi ſunt, ſeminifluus, ſeminiflua, puerpera, & leproſus; Lex vero de ſingulis iſtis immundis dicit, quod oblationem offerre debent, perfecta ipſorum purificatione, ſicuti illic expoſuimus. Quando autem ex ipſis quiſpiam ſe laverit, & ſol occiderit, vocatur מחוסר כפורים *deſtitutus expiatione*, donec adduxerit oblationem ſuam, & ei non licet de ſanctis comedere, niſi donec oblationem ſuam adduxerit.

טבול יום *Die lotus*, eſt is qui in lavacro lotus eſt antequam ſol occidiſſet, de ipſo dicit Deus Levit. 14, 9. *carnem abluet & ad veſperam uſque immundus erit.* Toto autem hocce die ei non licet de oblatione prima comedere, ſed is polluit ipſam & eandem conſtituit primum impuritatis gradum, quando attigerit ipſam; ſicuti in principio expoſuimus, & in fine codicis de Seminifluis exponetur.

בעל קרי Eſt is qui vidit ſemen concubitus antequam purificatus eſſet, & is primus eſt immunditiei gradus, ſicuti nos diximus ubi de fundamentis agebamus; ipſe ergo decimas polluit, eaſque ſecundum immunditiei gradum conſtituit, ut profana; *atque huic tria interdicta ſunt*, ſcil. res ſancta, oblatio prima, & decimæ, uti ſtatim exponetur. Cæterum jam præmiſimus ſenſum illius quod dicitur, *polluit cubile inferius ut ſuperius.*

שתי ראיות *Duæ viſiones*, quando ex ipſo bis prodierit ſemen concubitus, & per שלשה *tres* denotantur quod ter prodierit ſemen concubitus, & hoc eſt quod intendit quando dicit, ſemen fluxionis ſeminiflui. Cæterum nobis fundamentum eſt quod non interſit quicquam inter ſeminifluum qui bis, & inter eum qui ter fluxum viderit, niſi reſpectu oblationis; ſed hæc omnia jam expoſita ſunt in codice de Seminifluis. Poſtquam vero laverit ſe aquis fontanis is qui bis vidit ſeminis effluxum, perfecta eſt purificatio illius; qui vero ter viderit ſeminis fluxum, is poſt lotionem manet deſtitutus expiatione, donec oblationem ſuam obtulerit. Seminifluus autem a cæteris immundis diſtinctus eſt, quia is non purificatur aquis lavacri, ſed fontanis neceſſario.

וצריך ביאת מים חיים *Et aquæ fluentes requiruntur*, in hoc imitatur Legis phraſin Levit. 15, 13. *Et lavabit ſe in aquis viventibus*, id eſt, fluentibus, ſed jam expoſuimus quod Nazyræi מוסגר ומוחלט *occluſus & abſolutus*, in caſu immunditiei ſimiles ſint; ſi vero domum intraverit aliquam, pollutum eſt omne id quod in ipſo continetur; & hic eſt ſenſus illius quod dictum eſt de ingreſſu. Sed in diebus occluſionis ipſius non requiritur ut veſtes ipſius diſcindantur, & caput denudetur; at dum is leproſus eſt abſolutus, hæc facere tenetur. Poſtquam vero is occluſione exemptus eſt & purificatus, non tenetur tondere omnes pilos, nec duas aves offerre, neque reliqua opera peragere; ſed poſtea quam is purificatus fuerit a lepra abſoluta, tenetur, ſicuti Lex præſcribit. Cæterum Traditione illa verba, *& omnis qui tetigit os*, Num. 19, 18. etiam de membro cui non tantum eſt caro quantum ad ſanationem ſatis eſt, exponenda ſunt: & ex eo quod Num. 19, 18. dicitur, *vel confoſſum gladio, vel mortuum, vel os hominis, vel ſepulchrum*, includitur membrum quod tantum carnis habet quantum ſufficit ad ſanationem, quod nimirum tum fiat pollutio tactu, onere, & in tentorio, ſicuti ipſe polluit homo, ſed hæc eſt differentia inter id quod dicitur, *os*, & inter id quod dicitur, *os hominis*, nam quando Lex dicit, *os hominis*, intendit quod hocce os ſimile ſit homini, in quo eſt caro, nervi, & oſſa. Sed omnia hæcce jura & demonſtrationes jam expoſita ſunt in principio codicis de Tentoriis. Cæterum quando auctor dicit, *tantum carnis quantum ſatis eſt ad ſanationem*, duplicat ſenſum dicendo poſtea, *ſi tantum ſit carnis quantum ſufficit ad ſanationem efficiendam*, quaſi dixiſſet quod caro ſanata ſit circum hocce membrum, idque contexerit. Quando autem circum hocce membrum fuerit caro diſciſſa ab homine, quia forſan ab ipſo plane deſumi poterat caro membri, ſi homini manſiſſet affixum, tum hocce membrum polluit onere, tactu, & in tentorio, ut mortuus. Sed R. Jehuda dicit, licet

circum-

circum membrum remanſerit caro in quantitate denſitatis fili ſubtegminis, fieri poteſt ut deſumantur; ſed filum ſubtegminis craſſius eſt filo ſtaminis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Sed in omni membro ſecundum temperamentum & naturam carnis conſpicitur id quod e medicina probatur, & quemadmodum auctor nobis in hoc caſu manifeſtavit. Nam poſtquam diximus quod leproſus polluat ingreſſu, & mortuus polluat in tentorio, non putabis quod leproſi & mortui jus in hoc caſu æquale ſit, quando enim mortuus introductus eſt in tentorium, is polluit omne id quod in ipſo eſt; ſed cum leproſo ita non comparatum eſt, quia immundities tentorii tria comprehendit; nempe quod omne id quod eſt cum mortuo ſub uno tentorio, polluat. Sic etiam ſi homo aut vaſa ſuper mortuum tentorium aliquod fecerint, polluit id quod tentorium fecit. Pariter, ſi ipſe mortuus tantum tentorium fecerit ſuper homine & vaſis, polluit ea, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de Tentoriis; ita autem jus eſt omnium quæ in tentorio polluunt; ſed cum leproſo aliter comparatum eſt, nihilominus tamen polluit id quod ex ipſo ſub uno tentorio attigerit, dummodo leproſus ſtet ſub hoc tentorio, donec conſederit, ſicuti tertio decimo capite de Plagis expoſitum eſt. Verum ſi leproſus ſub tentorio tantum tranſierit, humida polluuntur illic exiſtentia; hinc tibi jam conſtabit de differentia quæ eſt inter id quod introitu polluit, & inter id quod in tentorio polluit.

ו. עשר קדושות הן ארץ ישראל מקודשת מכל הארצות ומה היא קדושתה שמביאים ממנה העומר והבכורים ושתי הלחם מה שאין מביאין כן מכל הארצות :

6. Hæ decem ſunt ſanctitates, terra Iſraëlis omnibus terris ſanctior eſt. Sed quænam iſta eſt ſanctitas? quod ex ipſa adducunt manipulum, primitiva, & duos panes, quæ e reliquis terris non offerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

עשר קדושות הן *Decem ſanctitates hæ ſunt*, quia auctor ſuperius locutus eſt de impuritatum gradibus variantibus, idcirco hic etiam de ſanctitatis diverſis loquitur gradibus. Quia ex ipſa *adducunt manipulum*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 23, 10. *Et metetis meſſem & manipulum meſſis adducetis*, meſſis ergo dividit inter unam atque alteram terram. Porro de primitivis dicit Lex Deut. 26, 2. *Et accipietis e primitiis omnes terræ fructus, quos adducetis e terra veſtra.* De duobus panibus ſcriptum eſt Levii. 27, 17. *Ex habitaculis veſtris adducetis panem.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem auctor dicere incepit de impuritatum gradibus, qui ſunt leviores hiſce, & finit gravioribus, id jam quoque loquitur de gradibus locorum reſpectu puritatis, qui etiam remotione immunditiei circumdati ſunt. Incipit autem gradu inferiori, & vulgariori; Deus vero dixit de manipulo Levit. 23, 10. *Et demetis meſſem, manipulumque adducetis.* Et de duobus panibus dicit Levit. 23, 17. *Ex habitationibus veſtris adducetis panem agitationis.* De primitivis dixit, *& accipietis e primitiis omnem fructum terræ, quem adducetis e terra veſtra.*

ז עיירות המוקפות חומה מקודשות ממנה שמשלחין מתוכן את המצורעים ומסבבין לתוכן מת עד שירצו יצא אין מחזירין אותו :

7. Urbes muro cinctæ ſunt ſanctiores ipſa, quia ex ipſis demittunt leproſos, & mortuum in ipſis transferunt quo voluerint. Si cadaver exierit, non reducunt ipſum.

R. OB. DE BARTENORA.

עיירות המוקפות חומה *Urbes muro cinctæ*, inde a tempore Joſuæ filii Nun, nam de leproſo ſcriptum eſt Levit. 13, 46. *Extra caſtra erit habitatio illius*, extra caſtra Iſraëlis. Poſtquam vero Joſua ſubegiſſet terram ſanctam, civitates quæ tunc temporis muro cinctæ erant, inter caſtra Iſraëlis recenſebantur, ad leproſos illinc dimittendos; ſed intra iſtas mortuum circumdare licebat urbanis ex uno loco in alterum, uſque ad locum quo primores urbis ſepelire voluerunt. Si vero mortuus ex urbe eductus fuiſſet, non reducebant ipſum ut intra urbem ſepeliretur, licet primores urbis ita voluiſſent, nam quia immundities ex urbe exiiſſet, denuo ipſam non introducunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De leproſo dixit Deus Levit. 13, 46. *Sedet, extra caſtra erit habitatio illius*, idcirco ex omni urbe exeat leproſus, nempe, donec viri iſtius urbis in genere conſenſerint, vel ſeptem fuerint urbis primores, uti expoſuimus in codice de Libro Eſteris; ſi enim ipſum ſepelire voluerint in loco provinciæ, id facere poſſunt; poſtquam vero mortuus ex urbe eductus fuerit, non licet ipſum denuo introducere & ſepelire illic, etſi omnes incolæ annuerint, quia impuritates ex urbe remotas poſtea non licet denuo in ipſam introducere.

ח לפנים מן החומה מקודש מהם שאוכלים שם קדשים קלים ומעשר שני הר הבית מקודש ממנו שאין זבים וזבות נדות ויולדות נכנסים לשם החיל מקודש ממנו שאין עכו״ם וטמא מת נכנסים לשם עזרת נשים מקודשת ממנו שאין טבול יום נכנס לשם ואין חייבים עליה חטא עזרת ישראל מקודשת ממנה שאין מחוסר כפורים נכנס לשם וחייבין עליה חטאת עזרת הכהנים מקודשת ממנה שאין ישראל נכנסים לשם אלא בשעת צרכיהם לסמיכה ולשחיטה ולתנופה :

8. Locus intra muros ſanctior eſt iis in quibus comedunt ſancta levia, & decimas ſecundas. Mons Templi ſanctior eſt iſto, quia in ipſum non aſcendunt ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruæ, nec puerperæ. Antemurale ſanctior eſt iſto, quia nec gentilis pollutus mortuo in ipſum intrat. Atrium mulierum ſanctius eſt iſto, quia ipſum non intrat is qui de die lotus eſt, nec ob illius tranſgreſſionem quiſquam ſacrificio expiatorio tenetur. Atrium Iſraëlitarum ſanctius eſt iſto, quia ipſum non intrat qui expiatione deſtituitur, ſed ob illius tranſgreſſionem eſt obligatio ad ſacrificium expiatorium. Atrium ſacerdotum ſanctius eſt iſto, quia ipſum non intrant Iſraëlitæ, niſi in tempore neceſſitatis, ſcil. ad manus imponendum, mactandum, & agitandum.

R. OB. DE BARTENORA.

לפנים מן החומה *Intra muros*, ſcil. muros Jeruſolymæ, intra

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit לפנים מן החומה *intra muros*, intelligit

tra quos ſancta levia comeduntur, & decimæ ſecundæ, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 12, 6. *Si veneritis illuc, adducetis illuc*, & Deut. 12, 17. *Non poteritis comedere in portis veſtris.* Cæterum mons Templi erat quingentorum cubitorum undiquaque, & in ipſo ædificatum erat Sanctuarium, atque exinde caſtra Levitarum incipiunt; & menſura pertingebat uſque ad portam Nicanoris, & a porta Nicanoris & interius erant caſtra divinæ majeſtatis; a monte Templi & exterius uſque ad muros Jeruſolymæ erant caſtra Iſraëlitarum, in quæ non intrabant ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruæ, nec puerperæ, ſicuti ſcriptum Deut. 5, 2. *Et dimiſerunt illinc omnem leproſum, omnem ſeminifluum, & omnem immundum anima*, hinc quis putaſſet quod hi tres in unum exire debent locum, ſed Lex de leproſo dicit, *ſolus ſedebit*; igitur is non dimittitur ad locum iſtum ad quem ſeminifluus & mortuo pollutus mittuntur. Et ſicuti leproſi immundities gravior eſt, ita dimiſſio illius quoque gravior eſt, uti ſcriptum eſt Levit. 13, 46. מחוץ למחנה מושבו *extra caſtra erit habitatio illius*; idcirco extra Jeruſolymam mittitur, ſeminifluus, ſeminiflua, menſtrua, & puerpera, quorum immundities gravior eſt immunditie mortui, quia iſti efficiunt immunditiem cubilis & ſedilis, & polluunt immunditie lapidis מסמא *pavimentali*, quod non ita ſe habet in eo qui mortuo pollutus eſt, cujus dimiſſio major eſt dimiſſione aliorum; hinc conſtat quod miſſio extra Jeruſolymam fiat reſpectu miſſionis extra caſtra Iſraëlis. Seminiflui autem, ſeminifluæ, menſtruæ, & puerperæ e monte Templi emittebantur, ubi erant caſtra Levitarum, ſed Jeruſolymæ commorari poterant. Qui vero mortuo pollutus eſt, imo ipſe mortuus, in Monte Templi commorari poterat, ſed a porta Nicanoris removebatur, & a loco interiori, ubi caſtra divinæ majeſtatis erant. Cæterum antemurale intra Templi montem erat paries aliquis decem palmos altus, & iſte vocatur סורג, & intra ipſum eſt ſpatium antemuralis decem cubitorum.

שאין גוים וטמא מת נכנסים לשם *Quia gentiles, & mortuo polluti non intrant eo*, licet Sapientes decreverint gentiles habendos eſſe ut ſeminifluos omni modo, tamen reſpectu dimiſſionis extra caſtra non decreverunt de ipſis, niſi de iis qui polluti ſunt mortuo; at vero cum auctor jam tradit quod ii qui mortuo polluti ſunt non intrent antemurale & interius, id eſt ex decretis Sapientum, nam ex Lege etiam in atrium mulierum intrare poſſunt, quod hæc ſpatia comprehendunt Levitarum caſtra uſque ad caſtra Iſraëlis, ubi eſt porta Nicanoris; atrii vero mulierum & interius intra antemurale fuit longitudo centum & triginta quinque cubitorum in longum & latum.

שאין טבול יום נכנס לשם *Quia die lotus non intrat eo*, Joſaphat & illius judicii domus decreverunt de eo qui die lotus eſt ne intraret in atrium mulierum, ſicuti ſcriptum eſt 2 Chron. 20, 5. *Et conſtitit Joſaphat in cœtu Jehudæ coram atrium novum*; ſed in Gemara quæritur quod per *atrium novum* intelligatur id in quo aliquid innovatum fuit reſpectu illius qui die lotus eſt, quod is non intrabit caſtra Levitarum, non quod nequaquam introibit in Levitarum caſtra, niſi reſpectu atrii mulierum duntaxat. Et hoc de eo qui die lotus eſt, decreverunt, & non de eo qui expiatione caret, quia is qui die lotus eſt, prohibitus ſit de oblatione prima comedere, de qua tamen comedere poteſt is qui expiatione caret; cujus vero immundities gravior eſt, illius quoque longinquior eſt dimiſſio. Cæterum atrium Iſraëlitarum inter atrium mulierum erat centum & triginta quinque cubitorum, in latitudine undecim. Sic etiam atrium ſacerdotum erat centum & triginta quinque cubitorum, in latitudine undecim, & extremitates aſſerum dividebant inter atrium Iſraëlitarum & atrium mulierum, quo pervenire non licebat ei qui expiatione carebat. Propterea fas erat ut Miſna traderet quod purus illuc pervenire non poſſit, niſi donec ſe laverit, & quod immundi qui illuc ſe contulerunt ex errore, ut manus imponant capiti ſacrificii ipſorum, tenentur ſacrificio pro peccato; ſed hoc nemini licet præter dominos ſacrificii, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 3, 8. *Et imponet manum ſuam*, ergo non imponet legati manum. Mactatio autem rite peragi poteſt per eum qui non eſt ſacerdos, quamvis enim ſacerdotes & ii qui non ſunt ſacerdotes in a-

trio

ligit muros Jeruſolymæ; de primogenitis quæ ſunt levia ſancta, dicit Lex Deut. 15, 20. *Coram Domino Deo tuo comedes ea quotannis, in loco quem Dominus Deus tuus elegerit.* Et de decimis dicit ſecundis, Deut. 14, 26. *Et dabis argentum pro omni eo quod anima tua deſideraverit, in jumento, in grege, in vino*, mero, & in *omni eo quod deſideraverit anima tua, & comedes illic.* Scias autem quod Iſraëlitæ in deſerto diviſi erant in tres ordines qui ſunt quatuor caſtra, ut, caſtra Levitarum in quibus oracula divina audiebantur circum Tabernaculum poſita; & caſtra in quibus divina reſidebat majeſtas, nempe atrium tentorii conventus & quod in ipſo continetur, ſimileſque gradus erant a porta Jeruſolymæ uſque ad montem Templi, ubi erant caſtra Iſraëlis, & a janua montis Templi uſque ad januam atrii, ſive portam Nicanoris erant caſtra Levitarum; & ab oſtio atrii atque interius erant caſtra divinæ majeſtatis, ſive vela quæ in deſerto erant. Jam exponendus erit locus in quo dicitur Deuter. 5, 2. *Et dimiſerunt e caſtris omnem leproſum atque omnem qui anima pollutus eſt.* Hinc putare nonnemo potuiſſet quaſi iſti tres, ſcil. leproſus, ſeminifluus, & pollutus anima in unum locum ablegandi forent, niſi Lex de leproſis dixiſſet, *ſeorſim habitabit.* Et ſicuti de leproſo invenimus quod ipſius immundities gravior eſt immunditie ſeminiflui, quia is polluit introitu, ſicuti ſuperius jam expoſuimus, propterea leproſo deſtinatus eſt locus, & is longius ablegandus eſt quam reliqui immundi, inde nobis conſtat quod quo quis magis ſit immundus, eo longius ſit ablegandus, & hoc eſt quod auctor Miſnicus dicit, *inde audio quod omnes tres ad unum locum ablegantur*, nempe, quod leproſus habitet ſolus, *extra caſtra ſit habitatio illius*, ſed requirebatur ut leproſus ſub generali regula includeretur, jam vero eximitur, hinc vult docere, ſicuti leproſi immundities gravior eſt, ita & miſſionem illius longinquiorem eſſe quam reliquorum immundorum, quia emiſſio ſemper ſequitur immunditiei gradum, idcirco leproſus extra tria caſtra ablegandus eſt, & extra Jeruſolymam ire debet. Seminifluus autem, ſeminiflua, puerpera, & menſtrua extra duo caſtra exeant e monte Templi; ſed qui mortuo pollutus eſt, is extra caſtra divinæ majeſtatis ablegandus eſt, nempe intra montem Templi, quia immundities mortui non polluit lapide pavimentali, quod tamen ſeminifluus, ſeminiflua, menſtrua, & puerpera faciunt, ſicuti in Toſaphta expoſitum eſt; & non tantum is qui mortuo pollutus eſt, ſed & ipſe mortuus, ex eo enim quod Moſes ſecum ſumpſit oſſa Joſephi in caſtris Levitarum, ſimilitudine quadam colligitur quod is qui mortuo pollutus eſt, intrare poſſit antemurale atrii mulierum, quia omnia ſe habent ſecundum caſtra Iſraëlitarum, ſicuti præfati ſumus. In Toſaphta jam expoſitum eſt quod antemurale & atrium mulierum in Sanctuario excellentiorem habeant gradum; immundi vero qui in ipſum intrarunt, liberi ſunt a culpa, neque is qui die lotus, etſi is non habuerit occaſum ſolis, exeat ex antemurali, ſicuti is qui mortuo pollutus eſt, exire debet, quia is qui die lotus eſt & occaſum ſolis non habuit, jam in tribus rebus purificatus eſt. Sapientes vero dicunt, qui die lotus eſt etſi occaſum ſolis non habuerit, non eſt immundus, & ipſe prohiberi debet ab atrio mulierum, at non is qui expiatione deſtitutus, quia is qui die lotus eſt & occaſum ſolis non habuerit, comedere non poſſit de oblatione prima, qui vero deſtituitur expiatione, is comedet, uti præfati ſumus. Et hæc omnia ita ſe habent ob fundamentum ſupra memoratum, nempe, cujus immundities gravior eſt, illius etiam dimiſſio longinquior eſt. Ratio autem quod illius gratia tenentur ſacrificio pro peccato, eſt, quod ſimulac immundus intraverit atrium Iſraëlitarum & quod poſtea ſequitur, idque errore fecerit, tenetur ſacrificio pro peccato, ſicuti expoſitum eſt id codice de Jurejurando. Cæterum jam diximus in codice de Sacrificiis quod mactatio rite peragi poſſit per eum qui non eſt ſacerdos, idcirco Iſraëlita intrare poteſt ſacerdotum atrium, ibique mactare ſacrificium. Sed in Toſaphta dicitur, ſi leproſi intraverint muros urbis, quadraginta luant plagas; ſeminiflui, ſeminifluæ, puerperæ, & menſtruæ ſi intraverint montem Templi, luant octoginta. Dixerunt autem per *murum* intelligi muros Jeruſolymæ; quicunque hic ſit murus civitatis in terra Iſraëlis, etſi ex ipſa eduxerimus leproſum, tamen

non

trio Iſraëlis mactaverint, nihilominus tamen non prohibuerunt Iſraëlitas ne in atrium ſacerdotum intrarent ut mactarent oblationem & agitarent, nam ſacerdos manum ſuam ſupponit dominorum ſacrificii manui, & ſic agitat.

non luet quadraginta plagas, ſi intraverit. Mihi vero hujuſce *Beraitæ* ſenſus eſſe videtur, quod leproſus qui intraverit montem Templi, & ſeminifluus qui antemurale intraverit, luant octoginta, & hoc eſt quod docuimus ex fundamentis.

ט בין האולם ולמזבח מקודש ממנה שאין בעלי מומין ופרוע ראש נכנסים לשם ההיכל מקודש ממנו שאין נכנס לשם שלא רחוץ ידים ורגלים קדשי הקדשים מקודש מהם שאין נכנס לשם אלא כהן גדול ביום הכפורים בשעת העבודה אמר רבי יוסי בחמשה דברים בין האולם ולמזבח שוה להיכל שאין בעלי מומין ופרועי ראש ושתויי יין ושלא רחוץ ידים ורגלים נכנסין לשם ופורשין מבין האולם ולמזבח בשעת הקטרה:

9. Inter Ulam & altare ſanctior eſt locus atrio ſacerdotum, quia ii qui vitio affecti ſunt, & qui capite denudati ſunt, ingrediuntur eo. Templum ſanctius eſt ipſo, quia eo non ingreditur qui manus non laverit, nec pedes. Sanctum ſanctorum ſanctius eſt ipſo, quia eo non intrat niſi pontifex maximus die expiationis dum miniſterium peragitur. Dixit R. Joſe, in quinque rebus locus inter Ulam & altare ſimilis eſt Templo, quia nec vitiati, nec capite denudati, nec vino ebrii, nec *ii qui* nec manus nec pedes laverint, intrant eo; arcebantur autem a loco inter Ulam & altare dum ſuffitus incendebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

בין האולם ולמזבח מקודש ממנו *Locus inter Ulam & altare eſt ſanctior eo*, quia eo pervenire nequeunt vitiati, nec capite denudati. Cæterum in Gemara codice de Oblationibus capite ſecundo, indigitatur quod omnes hi ſanctitatis gradus quos tradit Toſaphta, ut, ſi quis atrium ſacerdotum intraverit extra neceſſitatem, & capite denudati, & vitiati ſi intraverint inter Ulam & altare, ſint gradus a Sapientibus traditi; ita enim ego a magiſtris meis accepi. Sed Maimonides putat quod omnes ſint ex inſtituto Legis vitiati, quia Levit. 21, 17. dicitur, *omnis vir in quo vitium eſt, non offeret, nec ii qui capite denudati ſunt.* Nam de Aharone ejuſque filiis dicit Lex Levit. 10, 6. *capita veſtra non denudabitis.* Licet enim Toſaphta adjuvet ſententiam Maimonidis, tamen magiſtrorum noſtrorum Traditio mihi fundamento eſt. Quod autem doctor primus non computavit ebrios vino, & eos qui nec manus nec pedes laverunt apud eos qui vitiati ſunt, & capite denudati, ſicuti computavit R. Joſe in fine, ratio eſt quod ii qui vitiati ſunt, & qui denudati ſunt capitibus, ſint reprobi reſpectu corporum ipſorum, idcirco dimiſſio ipſorum longinquior eſt. Sed qui vino ebrii ſunt, at nec manus nec pedes laverunt, reprobi ſunt ob aliam rem, idcirco dimiſſionem eorum non adeo aggravavit.

אלא כהן גדול ביום הכפורים *Niſi pontifex maximus die Expiationis*, quemadmodum ſcriptum eſt Levit. 16, 2. *Ne veniat omni tempore in Sanctuarium* &c. Porro dicit Miſna, *in tempore miniſterii*, quater enim intrabat Sanctuarium, primo ad ſuffitum adolendum, ſecundo ut ſanguinem juvenci ſpargeret, tertio ut ſanguinem hirci ſpargeret, quarto ut acerram & thuribulum educeret, ſi vero quis intraſſet, morte dignus erat.

ופורשים בין האולם ולמזבח בשעת הקטרה *Et arcebantur a loco inter Ulam & altare dum ſuffitus incendebatur*, ſive eo tempore quo ſuffitum adolebant in altari aureo, quod erat in Templo, ſive eo tempore quo pontifex maximus adolebat ſuffitum in loco intimo, totus populus arcebatur a loco inter Ulam & altare; nam non requiritur ut dicamus, quod e Templo arcebantur. Cæterum doctor primus diſſentit a R. Joſe, & putat quod eo tempore quo ſuffitus adolebatur in Templo, populus arcebatur a ſpatio quod eſt inter porticum Ulam & altare, ſed eo tempore quando ſuffitus in loco intimo incendebatur, populus a Templo duntaxat arcebatur, & non a loco inter Ulam & altare; decisio eſt ſecundum doctorem primum. Traduntur autem in Miſna decem Sanctitates, cum tamen undecim ſint; ſed excellentiores doctores docuerunt, terram Iſraëlis eximi a numero ſanctitatum, quia in reliquis ſanctitatibus continetur gloria loci, utpote cui aliquid de immunditie detrahitur, vel in quem aliquibus hominibus intrare non licet, at hæc ſanctitas non convenit terræ Iſraëlis. Cæterum primitivorum adductio, duorumque panum appoſitio, ut & panis facierum, non comprehenduntur ſub hac ſanctitate; alii vero exponunt quod doctor primus qui decem *computavit* ſanctitates, ſit R. Joſes, *quia is putat quod locus inter porticum* Ulam & *altare ſit æqualis* Templo in quinque rebus, idcirco juxta ipſum decem gradus duntaxat ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de iis qui in Sanctuario verſantur Levit. 10, 6. *capita veſtra ne denudetis*, & Levit. 21, 21. *omnis vir in quo vitium eſt, non offeret.* Et de iis qui tentorium conventus intraturi ſunt, dicit, Exod. 30, 20. *lavabunt aquis, ne moriantur*, Doctor primus putat quod admonitio de introitu in Templum duntaxat intelligenda ſit, & non de lotione manuum & pedum. R. Joſe putat quod inter Ulam & altare non licet intrare ei qui nec manus nec pedes laverit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. Et quamvis Toſaphta ſermonem ſuum jam retulerit ad Sapientes, & priorem ſermonem ad R. Meyrum; tamen quinque res inter Ulam & altare æquales ſtatuit pro Templo; inter adolitionem quotidiani ſuffitus in Templo totus populus prohibebatur a Templo, & loco inter Ulam & altare. Cæterum die jejunii expiationis duobus temporibus pontifex maximus adolebat ſuffitum in ſancto ſanctorum, & populus duntaxat a Templo prohibebatur. At vero ſecundum ſententiam R. Joſis ſanctitas Templi & loci inter Ulam & altare æqualis erat hac in parte, ut decem eſſent ſanctitates, ſicuti prius memoratum eſt. Lex vero etiam de eo qui ebrius intraverit Templum dicit Levit. 10, 9. *vinum & merum non bibet.* Pariter illa monet de pontifice ſummo ipſum non intraturum ſanctum ſanctorum niſi magno die Expiationis, dicendo, Levit. 16, 2. *Ne veniat omni tempore in Sanctuarium.* Die vero jejunii & expiatorio quater intrabat, prima vice ut ſuffitum adoleret in ſancto ſanctorum, ſicuti expoſuimus in tractatu Joma; ſecunda vice intrabat cum ſanguine juvenci, tertia vice cum ſanguine hirci, quarta vice intrabat ut acerram educeret & thuribulum ex ſancto ſanctorum. In Toſaphta dicitur, pontifex eo ingreditur quotannis ad miniſterium diei Expiationis peragendum, quater uno die, ſi vero quinta vice ingreſſus fuiſſet, morte dignus erat. Cæterum in codice Middot expoſitum eſt, quod ſuper Templo erat cœnaculum, & in Toſaphta dicitur, quod non intrant niſi duo ut notum fiat, quænam ſit neceſſitas, nempe, quid neceſſarium ſit pro ſancto ſanctorum reſpectu cœnaculi &c.

פרק ב כלי עץ וכלי עור וכלי עצם וכלי זכוכית פשוטיהם טהורים ומקבליהן טמאים נשברו טהרו חזר ועשה מהם כלים מקבלין טומאה מיכן ולהבא כלי

Caput 2. Vaſorum ligneorum, *coriaceorum*, oſſeorum, & vitreorum extenſiones mundæ ſunt, eorum vero receptacula immunda ſunt. *Si illa* confracta fuerint, munda ſunt. Si quis denuo ex ipſis fecerit vaſa recipientia immunditiem abhinc & deinceps,

כלי חרס וכלי נתר טומאתן שוה מיטמאין ומטמאין באויר ומיטמאים מאחוריהן ואינן מיטמאין מגביהן ושבירתן היא טהרתן:

R. OB. DE BARTENORA.

כלי עץ וכלי עור וכו׳ *Vaſorum ligneorum*, *coriaceorum &c.* Scriptum eſt Num. 31. 20. *Et omnis veſtis*, *& omne inſtrumentum coriaceum*, *& omne opus caprarum*, *& omne inſtrumentum ligneum expiabitis.* Sed nos per illa verba, *& omne opus caprarum* includimus id quod provenit ex capris, cornibus, & unguibus; oſſeum vero inſtrumentum comparatur cum coriaceo, & coriaceum cum Sacco. Sed Levit. cap. 10. inſtrumentum coriaceum comparatur cum ſacco, idcirco exterior extenſio eorum munda eſt, reqhirimus enim ſimilitudinem ſacci qui portatur plenus & vacuus; atque vas teſtaceum, etſi exterior extenſio ejus munda ſit, tamen cum hiſce auctor tradere noluit, quia omnia iſta vaſa ſunt munda quando ipſa non habent receptacula, etſi medium aliquod habeant, ut dolium ligneum quod non habet fundum, quodque apertum eſt ab utraque ora, id mundum eſt. Sed vas teſtaceum immundum eſt, quia Deus negotium immunditiei tribuit mediæ illius parti, ſi id habeat medium, etſi non habeat receptaculum; exteriores vero extenſiones mundæ ſunt ex Lege, licet Sapientes immunditiem decreverint de vaſis ligneis flaccidis, & de pelle, ac oſſibus, ſicuti in Gemara tituli Bava Batra oſtenditur. Sed neque ex Lege illa munda ſunt, niſi immunditie mortui polluta ſint, vel immunditie reptilis; at vero de iis quæ polluta ſunt immunditie cubilis & ſedilis, ſi illa apta ſint ad cubandum & ſedendum in ipſis, & de vaſis vitreis decreverunt Sapientes immunditiem, quia initium conſtructionis ipſorum factum eſt in profanis ut vas teſtaceum; ſed & graviores conditiones quam vaſis teſtacei non recipiunt immunditiem exterius, ſed vitrea vaſa polluuntur exterius, quia medium ipſorum eſt conſpicuum veluti exterior pars.

ובשוטיהן של כלי זכוכית טהורים *Et exteriora vaſis vitrei munda ſunt*, etiam ex decreto Sapientum, nam Sapientes diſcrimen aliquod ſtatuerunt ne ob immunditiem eorum combureretur oblatio prima & ſancta. *Immunditiem recipiunt abhinc & deinceps*, ſed iſta non redeant ad priſtinam immunditiem ipſorum, quia Sapientes non decreverunt quicquam, ſi ex ipſis fecerit vaſa, quod redeant ad priorem immunditiem ſuam, niſi duntaxat de vaſe vitreo. כלי נתר notat vas terreum quo effodiunt alumen.

מיטמאין ומטמאין באויר *Polluuntur & polluunt aëre*, ſi immundities vaſis pendeat in aëre, vas pollutum eſt, ſi denuo edulia in aëre pendeant, tum ea polluunt edulia alia, etſi non tetigerint, quia Lex dicit Levit. 11, 33. *quicquid eſt in illius medio*, *id immundum eſt*, licet vel granis ſinapi plenum ſit, quod vaſis latera non tangit.

ומטמאין מאחוריהן *Et polluunt a poſteriori parte*, ſi quis exterius vaſculum aliquod excavaverit in baſi ſua, ſicuti poculis argenteis facere ſolent; aliquando autem ejuſmodi poculum circa os inflectunt, & receptaculo illius utuntur quod a poſteriori eſt parte, ſi immundities tetigerit iſtud receptaculum, vas teſtaceum eſt pollutum. Quoniam vero auctor hæc non tradidit in una ſerie, ſcil. polluuntur, & polluunt aëre, & a poſteriori parte, colligas inde quod poſteriora vaſis ab aëre non polluuntur, quia Miſna non curavit medium vaſis a poſteriori parte ut medium aliquod abſolutum ſecundum Legem, ut id polluatur aëre illius; ipſum verum polluitur ſi immundities tetigerit excavationem a poſteriori parte. ואין מיטמאין מגביהן *Sed non polluuntur ſuperius*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum ſi quid ex illis ceciderit in medium ipſius*, ergo interius polluit, & non exterius. Reliqua vero vaſa præter vas teſtaceum & vitreum, non polluuntur ab aëre ipſorum, niſi donec immundities ipſum vas tetigerit; quando autem immundities tetigerit vas ſive interius ſive exterius, immundum eſt, & hoc eſt quod capite primo codicis de Profanis exponitur, quod purum eſt in vaſe teſtaceo, id impurum eſt in omnibus vaſis, & contra.

inceps, vaſis teſtacei & ex nitro facti immundities æqualis eſt reſpectu pollutionis, & ipſa polluuntur & polluunt aëre, & polluuntur a poſteriori parte, ſed non polluuntur ſuperius; fragmenta vero eorum pura ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias Legis aliquot loca de genere vaſorum loqui reſpectu immunditiei, uti in præfatione oſtendimus, ſed nonnulla ex iſtis locis intelligenda ſunt de immunditie mortui, nonnulla vero de reptilis immunditie & ſeminiflui, & de plagis lepræ, ſeminiſque concubitus immunditie, atque unum docet ex altero multis modis, ſecundum tredecim explicandi modos quibus Legem explicare ſolemus. Sed tum jam noſti ſcopum noſtrum de expoſitione noſtra breviſſima, ut & de prolixiori materiæ extenſione in diverſos caſus; ego vero ex omnibus iſtis late diffuſis clariſſimum quodque & utiliſſimum recolligam, poſtquam vero tibi ex Lege clariſſimas quaſdam demonſtrationes depromſero de impuritatibus vaſorum, non amplius hærebis incertus de quacunque immunditiei ſpecie ſermo fiat in Lege, ſive de immunditie mortui, ſive ſeminiflui, aliiſve immunditiebus, quia Gemara jam unum docuit ex altero per ſimilitudinem vocum. Dixit Deus Levit. 11, 32. *Ex omni vaſe ligneo*, *aut veſte*, *aut pelle*, *aut ſacco*; at vero de vaſe ligneo nos docet, ex eo quod dicitur Num. 31, 20. *Et omne opus caprarum*, ad includendum id quod e capris provenit, licet id vel ex cornibus, vel ex unguibus proveniat reliquorum pecorum; ſed animalium caſus unde liquet? ex eo quod Lex dicit *opus*, includitur ergo omne id quo vaſa confici poſſunt, ut oſſa, ungues, & cornua. Et quando Lex dicit, *opus caprarum*, excipit id quod ex oſſibus avium fieri ſolet, vel piſcium, ut vaſa, quod ipſa non recipiunt immunditiem, niſi id quod ex animalibus fit duntaxat. Cæterum vaſa vitrea recipiunt immunditiem ex decreto Sapientum, & aſſimilantur vaſi teſtaceo, illa quoque e pulvere fieri ſolent ut teſtacea; Sapientes vero ſtatuerunt ipſa polluta facta eſſe licet exterius patrem immunditiei tetigerint, ut vas teſtaceum; at hoc in caſu non obtinet vaſis teſtacei jus, ſicuti expoſitum, ipſum inferius tantum pollui. Sed quia in vitreo vaſe conſpicitur id quod in ipſo continetur, perinde ac ſi id eſſet in ſuperficie illius, immunditiem illius exterius in ſuperficie contractam fere ſimilem habuerunt ei quæ e tactu interno contrahitur, & hic eſt ſenſus illius quod dixit auctor, quia interior pars ſimilis eſt exteriori.

פשוטיהם טהורים *Extenſiones eorum mundæ ſunt*, extenſiones quia non habent curvaturas, nec ſcutellas. ומקבליהם טמאים *& receptacula ipſorum immunda ſunt*, quæ habent ſcutellas & curvaturas, ita ut res fluida in ipſis retineatur, & non extendatur. Ex hac regula collegerunt demonſtrationem, quod extenſiones mundæ ſint, eo quod Lex dicit Levit. 11, 32. *Ex omni inſtrumento ligneo*, *aut veſte*, *aut pelle*, *aut ſacco*; & quemadmodum ſaccus habet receptaculum, ita etiam omne id quod receptaculum habet, hic includendum eſt. Cæterum jam diximus quod ſaccus factus ſit e pilis, unde fit inſtrumentum ad aliquas res portandas. Vitreum vero vaſculum ſimile eſt teſtaceo, ſicuti diximus; neque vas teſtaceum eſt immundum niſi donec in ipſo ſit receptaculum; ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 33. *& omne vas teſtaceum in cujus medium inciderit &c.* oportet ergo ut id aliquod medium habeat. Scias autem quod per extenſiones vaſorum hic intelligantur inſtrumenta flaccida, ut ſedilia, tabulæ, & pelles, atque id genus alia, quæ omnia polluuntur ſecundum Legem cubitu & ſeſſu ſeminiflui, quamvis iſta non habeant receptacula, quandoquidem idonea ſunt ad cubitum & ſeſſum, uti in hoc codice exponetur. Sed in reptili, & in mortuo cæteriſque immunditiei patribus non polluuntur, ſed receptacula ipſorum. Lignea vero inſtrumenta, pelles, & oſſa polluuntur in iſta parte ubi flaccida ſunt, etiam in reliquis immunditiebus; & hoc ita ſe habet ex conſtitutione Sapientum. Sed in Gemara Bava Batra dicitur, vaſa lignea flaccida reſpectu immunditiei ſtatuta ſunt ex decreto Sapientum; hic vero dixerunt de vaſe ligneo, extenſiones illius

ושבירתן היא טהרתן *Et confractio eorum eſt eorundem purificatio*, ſic etiam in omnium vaſorum confractione conſiſtit purificatio ipſorum, niſi quod vaſis teſtacei & vitrei confractio duntaxat ipſa purificat, quia iſta nulla lotione purificari poſſunt præterquam confractione duntaxat.

flaccidæ ſunt mundæ; e Lege autem elicitur quod inter vas oſſeum & pelliceum nihil interſit, quæ hypotheſis ſemper in memoria tenenda eſt. Quando autem dicit confractionem eſſe purificationem, ejus ſenſus eſt, quod poſtquam vas pollutum fuerit e quatuor hiſce ſpeciebus, & poſt immunditiem illius confractum fuerit, purificatum eſt, & fragmentum illius purum eſt; ſi vero quis hoc fragmentum ſumpſerit & inde vas aliquod confecerit, tum hoc vas novum eſt mundum. Sed impoſterum id polluitur, ſi id aliquis immunditiei pater tetigerit, ſicuti de aëre ipſius præmiſimus, & hic iſtius dicti ſenſus eſt, *recipiunt immunditiem abhinc & in poſterum.* Ubi vero hoc dixerunt, id non intelligendum eſt de eo qui idololatriam abnegavit, quænam ſit foſſa aluminis. Per כלי נתר *vas nitreum* intelligitur vas conflatum, ſive lapis tenuiſſimus in conſpectu, quod citiſſime in aqua conflatur, & in ipſo lavantur veſtes & pili, & hoc ſenſu Sapientes ipſum recenſuerunt inter ea quæ purificant, idcirco dixerunt, nitrum, ſmegma, Kimonia, & Afleg; ſed ejuſmodi vaſa conſtruuntur apud nos in extremis oris Arabiæ; ſed eorum conſtructio valde difficilis eſt, quia maſſa ſubigitur, & exinde fit vaſculum aliquod e quo bibunt aquas, ſecundum formam quæ e teſta fieri ſolet. Sed ejuſmodi inſtrumentum non fert ignem, ſicuti teſtaceum, quando enim quis ipſum circa ignem conſtituerit, frangitur, & perit. Si vero ad ipſum non pervenerit calor, talis eſt conditio, ut quicquid tetigerit vaſculum, id diſſolvat, & liquefaciat. Iſta autem vaſa indigent potibus aquarum, quia potus in ipſo dulcis eſt, odorque gratus, in uſum ægrotantium & ſtomacho laborantium; ſed hoc vas coqui nequit, niſi ab eo qui admodum acutus eſt in opere doñec id deglabratum fuerit, ſicut ipſa eſt maſſa, quando tetigerit quid coctile, quod non liquefaciunt aquæ. Sed ita facere non poſſumus niſi laganum tenuiſſimum ſit, cujus craſſities fere reſpondet folio, ſi ſcil. craſſities eſſet talis qualem requireret ignis interius ad ignem comminuendum, & ſecundum hocce opus inter nos faciunt vas, ſed facies ipſius admodum rubra eſt; hoc vero inſtrumentum conficitur ut ex ipſo bibant aquas, & eſſentia horum vaſorum non durat in igni, forſan quia non mutant faciem ſuam, ſed inſtrumenti facies ſive cocti ſive non cocti omnino eſt eadem. Cæterum quis cogitare poſſet quaſi hoc terreum eſſet vas, quod immunditiem non recipit, idcirco nos docet id eſſe teſtaceum vas, ex eo quod materia ipſius conſtet e cœno, idque ad ignem torrefactum eſſe, etſi diminutum fuerit. Dicunt in Siphra, Lex dicit, *& omne vas teſtaceum*, ad includendum vitrea vaſa. Ego vero in his enucleandis prolixus fui, nam quotquot hac de re verba exponere aggreſſi ſunt, quantum mihi conſtat, כלי נתר expoſuerunt de alumine. Sed ego miratus ſum iſtam expoſitionem, quia nec intelligentiæ nec Traditioni convenit, nam quomodo inſtrumentum aliquod ex alumine confici poſſet? itaque puto eum qui ita expoſuerit, nunquam vidiſſe אלום *alumen*. Si vero dixerimus ipſum effodiſſe in aluminis arteria lapidem magnum ex quo inſtrumentum confecerit, tum non procedent ea quæ de ipſo diximus reſpectu receptaculi ipſius; & ſi hoc ita ſit, tum illud immunditiem recipere nequiret, quia terreum *eſt inſtrumentum* cujuſmodi immunditiem non recipit, ſicuti expoſitum eſt. Requiritur autem ut ſcias quod *omnia lutea* ſunt ut *maſſa* טפל, אלאנגבר, אלטין, אלכרמינו, & אלמגשיות & id genus alia טינים luta, ſi ex ipſis inſtrumenta *ſint facta*, & igne haud aduſta ſint, tum illa habenda ſunt inſtrumenta terrea quæ non recipiunt immunditiem; *poſtquam* vero aduſta fuerint, etſi non prius ignem portaverint quam lateres cocti fuerint, ut vaſa teſtacea, tum ſimilia ſunt teſtaceis, & ejuſmodi vas כלי נתר vocatur. Jam revertar ad ſcopum deciſionis Miſnicæ, qua dicitur quod illa polluuntur & alia denuo polluunt aëre ipſorum, ſi ſcil. iſta ſint vaſa teſtacea, tum polluunt ea aëre ipſorum duntaxat, ſicuti Deus dixit Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum in cujus medium inciderit &c.* interius ergo polluit, & non exterius. Et alio in loco dicitur, *interius polluit*, at non exterius. Hinc tibi jam expoſui quod idem ſit ſenſus quando dicitur מאחורי *poſterius*, vel מגבו *ſuperius* ſive *exterius*. At vero cum aliis vaſculis aliter comparatum eſt, poſtquam enim immunditiès tetigerit aërem ipſorum, etſi non tetigerit ipſum corpus, pura manent; ſed poſtquam immunditiès ſuperius attigerit, tum vas pollutum eſt; ita enim in principio codicis de Profanis dicitur, quod mundum eſt in vaſe teſtaceo, id immundum eſt in omni vaſe, & contra. Præterea nos quoque jam expoſuimus quod vas teſtaceum non ſit immunditiei pater, ſed ſemper proles, niſi quod id cibos & potus polluat. Quod autem dicitur vas teſtaceum polluere præter aërem ipſius, ejus ſenſus eſt, quod ſi cibi mundi pervenerint ad aërem vaſis teſtacei mundi, polluti ſint; licet iſti non tetigerint vas ipſum. Ego vero tibi ea perfectius expoſiturus ſum in hoc ipſo codice, & in Gemara tituli de Paſchate jam dixerunt, polluitur ab omni cibo, cibus polluitur aëre vaſis teſtacei, ſed non omnia vaſa polluuntur aëre vaſis teſtacei; amplius Miſna dixit, *polluunt a poſteriori parte*, nam vas teſtaceum apud *alia vaſa* polluit cibos & potus exterius quando iſta ſunt immunda, & ſi cibi & potus mundi tetigerint poſteriora vaſis immundi, tum polluti ſunt cibi & potus. *Nec polluunt exterius*, ſcil. peculiari immunditie, ut, ſi reptile tetigerit vas teſtaceum exterius, non pollutum eſt. Cæterum jam expoſuimus quod vaſis teſtacei immunditiès ſingulari modo æſtimetur ex aëre, & non ex ſuperficie ipſius, immunditiès ipſius aëre polluit, & ſuperficie illius. Notes autem quod aliquando poſteriora vaſis vocentur אחורי aliquando autem גב vocentur, ne dubium incideret inter immunditiem qua vas aliam rem polluit & immunditiem qua ipſum polluitur; nam auctor Miſnicus diſtinctis hæc tradidit vocibus ad varios ſenſus adducendos dum vas immunditiem adfert alii, idcirco dixit מאחוריהן *a poſteriori parte*, ut nobis inde fundamentum proveniat quod poſteriora vaſorum polluant cibos & potus. Verum de peculiari vaſorum immunditie tradit, מגביהן *ab exteriori ipſorum parte*, ut inde hypotheſis nobis oriatur, quod vas teſtaceum non polluat exterius; quæ fundamenta tibi fideliter memoriæ mandanda ſunt, quia iſta aliquando etiam duplicantur. Tandem dicit Miſna, *& eorum confractio eſt ipſorum purificatio*, quod vas teſtaceum poſtquam id pollutum fuerit, non poſſit purificari in lavacro, ſed maneat in immunditie ſua donec confractum fuerit, ſicuti Lex dicit, *& ipſum frangetis.* Sic etiam ſe res habet cum vaſe vitreo, nam inter teſtaceum, tam Medicum quam Tyrium nihil intereſt, ſed omnia vocantur vaſa teſtacea in ſenſu immunditiei.

ב הדקין שבכלי חרס וקרקרותיהן ודפנותיהן יושבין שלא מוסמכין שיעורן מכדי סיכת קטן ועד לוג מלוג ועד סאה ברביעית מסאה ועד סאתים בחצי לוג מסאתים ועד שלש ועד חמש סאין בלוג דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר אני איני נותן בהן מדה אלא הדקין שבכלי חרס וקרקרותיהן ודפנותיהן יושבין שלא מוסמכין שיעורן מכדי סיכת קטן ועד קדירות הדקות

2. Tenuiſſimorum teſtaceorum vaſorum fundis & lateribus ita collocatis ne ſuffulciantur, menſura ſtatuitur in quantitate unctionis parvæ, uſque ad Logum; e Logo, uſque ad Satum in quartario; e Sato uſque ad duo Sata in dimidio Logi; e duobus Satis, uſque ad quinque Sata in Logo, ita R. Iſmael. R. Akiba dicit, ego iſtis non ſtatuo menſuram niſi tenuiſſimis vaſis teſtaceis, eorumque fundis & lateribus ſic collocatis ne ſuffulciantur, & menſura eorum minor eſt quantitate unctionis parvæ, & uſque ad ollas tenuiſſimas, & ab iis uſque ad dolia

הדקות מהקדירות הדקות ועד הביות לודיות ברביעית מלודיות ועד לחמיות בחצי לוג מלחמיות ועד הצבים גדולים בלוג רבי יוחנן בן זכאי אומר הצבים גדולים שיעורן בשני לוגין הפכים הגליליים והחביונות שיעור קרקרותיהן כל שהן ואין להם דפנות :

Ludia in quartario ; e Ludiis , uſque ad Bethlehemitica , in dimidio Logi ; e Bethlehemiticis , uſque ad urceos magnos in Logo. Rabban Jochanan filius Zachæi dicit , urceorum magnorum menſura ſit in duobus Logis. Lenticularum Galilæarum , doliorumque fundi quantulæcunque ſunt menſuræ , ſed latera non habent.

R. OB. DE BARTENORA.

שבכלי חרס הדקין *Tenuiſſima vaſa teſtacea* , vaſa teſtacea minora & tenuia, ſive ipſa non recipiant præter quam copiam unctionis parvæ, ſive confracta ſint ita uti fundus duntaxat remanſerit. קרקרותיהן *fundi ipſorum* , puta eam partem quæ terræ contigua eſt : vel ſi remanſerint latera ipſorum, atque iſta ſola in terra collocari potuerint abſque fulcimento, tum adhuc vaſa cenſenda ſunt ; ſi vero oleum comprehendant in quantitate unctionis parvæ ; qua nempe digitus minimus parvuli diurni ungi poteſt, tum immunda ſunt, ita exponitur in codice de Sabbato , unctio parva , membrum parvum minorennis diurni. עד לוג *uſque ad Logum*, menſura hæc eſt unctionis parvæ pro fragmentis vaſis , quæ ab initio duntaxat Logum habebat , nam ſi ab initio plus habuiſſet, tum nos requirimus majorem menſuram pro fragmentis, quam pro unctione parva. מלוג ועד סאה *e Logo & uſque ad Satum* , ſi vas ab initio plus quam Logum contineret, uſque ad Satum, menſura fragmentorum illius ſit in Logi quartario , & plus quam Satum uſque ad duo Sata , menſura fragmentorum ſit dimidium Logi ; & ſic de reliquis. אני איני נותן בהן מדה *ego vero illis non tribuo menſuram* , ſecundum magnitudinem & parvitatem vaſis , ſed ſecundom loca in quibus ea componere ſolent, & ſecundum vaſis figuram. אלא הדקין שבכלי חרס *ſed tenuiſſimis vaſis teſtaceis* , quibus non eſt forma ollæ, quæ minima ſunt vaſa, tum menſura ipſorum ſit copia unctionis parvæ ; poſtquam vero parva facta fuerint , tum menſura ipſorum ſit in quartario. חביות לודיות *urcei Ludii* , qui facti ſunt in Lud. לחמיות *Bethlehemitici* , qui in Bethlehem facti ſunt , & majores ſunt iis qui in Lud facti ſunt. חצבים גדולים *urcei magni* , ſunt maximi cadi. הפכין הגלילין *Lenticulæ Galilææ* , ſunt eæ quæ in terra Galilææ factæ ſunt. חביונות ſunt dolia exigua , & minima inter teſtacea. ואין להם דפנות *quæ non habent latera* , margines enim duntaxat polluuntur ſi in illis remanſerit copia unctionis exiguæ , ſed ipſa latera ſunt munda ; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Deus Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum &c.* ad hæc in Siphra dicitur quod ita Lex dicat ad fragmenta vaſis teſtacei includenda, nempe, quod ſi vas teſtaceum aliquod confractum fuerit & ex ipſo quædam fragmenta remanſerint receptaculum habentia, tum fragmenta iſta polluunt ut vas exiguum. Cæterum conſtitutio Miſnica nobis definit quanta ſit menſura illius quod remanſit , dicitque vaſa teſtacea minima, ſi ipſa contineant copiam unctionis parvuli, uſque dum continuerint Logum , magna vero , ſi recipiant Logum uſque dum receperint Satum olei, poſtquam confracta fuerint, & e teſtis ipſorum menſura remanſerit in marginibus fundi vel laterum ; poſtquam enim in terra collocata fuerint fragmenta abſque ullo fulcimento circa latera, vel cum fulcimento, eaque quartarium receperint, quæ eſt maxima pars Logi, tum hæc fragmenta immunditiem recipere poſſunt, & hic eſt ſenſus illius quod Miſna dicit , *ſi fundi & latera ipſorum abſque fulcimento in terra collocata fuerint.* Hinc ſi ipſum vas ſecundum magnitudinem ſuam quam ab initio habuit , comprehendat Satum uſque ad duo Sata , reliqua fragmenta teſtacea dimidium Logi continentia, polluta ſunt. Si vero vas pro magnitudine ſua contineat duo Sata uſque ad quinque, reliquiæ ipſius pollutæ ſunt in menſura integri Logi. Cæterum jam aliquoties expoſuimus quod Satum comprehendat ſex Cabos, & Cabus quatuor Logos, & Logus quatuor quartarios ; quartarii vero menſura duorum eſt digitorum mediorum in longitudine, & unius digiti in latitudine & altitudine duorum digitorum , & ſeptem decimarum digiti. Digitus vero quo menſurari ſolent, eſt digitus pollex ; & ſic expoſuimus menſuram quæ comprehendit viginti ſeptem drachmas aquæ Ægyptias præter propter. At vero non requiritur ut denuo has menſuras commemorem, ſicuti iſtæ in hocce codice aliquoties repetuntur ; revertar ergo ad perfectiorem Miſnæ expoſitionem , cujus conſtitutio ad R. Iſmaëlem pertinet. Sed R. Akiba putat vaſa non æſtimanda eſſe ſecundum id quod continent, ſive id Satum ſit, ſive duo Sata. Nos vero ea æſtimamus ſecundum ſimilitudines deſignatas. Cæterum ſententia R. Akibæ clara eſt iſtis quos diximus modis, & in hac conſtitutione Miſnica nihil reſtat declarandum, niſi nomina quædam duntaxat, cujuſmodi ſunt *ollæ exiguæ*, *dolia Ludia*, ſive in Lud conſtructa, quæ regio terræ Iſraëliticæ pars eſt ; *Bethlehemitica* , quæ in Bethlehem conſtructa ſunt. חצבים גדולים *urcei magni* , qui majores ſunt quam plerumque fieri ſolet, ſicuti ii cadi qui Hiſpali veniunt temporibus noſtris. פכין *Lenticulæ* , intellige collectionem lenticulæ olei. Et eæ *Galilææ* cognominantur regione Galilææ ſuperioris & inferioris in quibus locis ea conſtrui ſolebant. חביונות ſunt dolia parva. Porro dicit auctor Miſnicus , *menſuram fundorum ipſorum eſſe quantulamcunque* , quia margines ipſorum acutæ ſunt , ſicuti margines quorundam vaſorum vitreorum ; & quando e vaſe confracto remanſerit fragmenti menſura quæ recipere quicquam poteſt , ipſa eſt immunda, quia figura vaſis exigui remanſit quaſi ab initio ita facti. Sed latera non recipiunt immunditiem, ſcil. reliquiæ e lateribus, quia latera non habent fundum, ut cadi & ollæ ; ſed latera ipſorum plana ſunt & æqualia in modum tabulæ extenſæ , ſecundum hanc figuram ; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ג הטהורין שבכלי חרס טבלה שאין (ס"א) לה לזבין ומחתה פרוצה ואבוב של קלאין וסילונות אף על פי כפופין אף על פי מקבלין וכבכב שעשאו לסל הפת וטפי שהתקינו לענבים וחבית של שייטין וחבית דפונה בשולי המחץ והמטה והכסא והספסל והשלחן והספינה והמנורה של חרס הרי אלו טהורים זה הכלל כל שאין לו תוך בכלי חרס אין לו אחוריים :

3. Pura hæc ſunt in vaſe teſtaceo, tabula cui non eſt cinctura, acerra aperta, ſartago toſtarum ſpicarum, & fiſtulæ, licet incurvata ſint, & recipere poſſint ; vas ad tegendum caniſtrum panis confectum, gutturnium pro uvis tegendis conſtructum, dolium natantium, & dolia abſconſa in fundo vaſis, lectus, ſedile, ſella, & menſa, navis, & lucerna teſtacea , hæc omnia ſunt munda. Hæc generalis ſit regula , cui non eſt medium in vaſe teſtaceo, ei nec poſteriora ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הטהורים שבכלי חרס *Munda in vaſe teſtaceo* , planæ partes

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de vaſe teſtaceo Levit. 11, 33. אשר יפול מהם חרש

tes vaſorum teſtaceorum mundæ ſunt, quia ſcriptum eſt Levitic. 11. אשר יפול מהם אל תוכו Ergo id cui non eſt medium aliquod, id mundum eſt, ſin contra immundum eſt. *Tabula cui non eſt cinctura*, eſt tabula lævis abſque margine undiquaque. ומחתה פרוצה & *acerra aperta*, qua prunas ex igne capiunt, cui non ſunt latera. אבוב של קלאים *ſartago toſtarum ſpicarum*, eſt vas teſtaceum in quo torrent legumina ſuper ignem, & planum abſque receptaculo, perforatum vero inſtar cribri in fundo ut ignis penetret: קלאים eſt idem quod igne toſtum eſt. וסילונות & *canales*, licet iſtæ ab utroque latere incurvatæ ſint, & receptaculum non receperit lapides. כבכב eſt vas aliquod quo caniſtra panis contegunt; nonnulli legunt כפכף, quia id ſuper caniſtrum incurvant, & quamvis ei ſit receptaculum aliquod, tamen mundum eſt, teſtaceum enim vas mundum inverſum eſt, licet receptaculum habeat, ſi quis eo uſus fuerit. טפי notat vas teſtaceum cui receptaculum eſt, & quod immunditiem recipit, ita enim innuitur ex ſequenti capite; & hoc mundum eſt quia de uvis paraverunt, mutationemque aliquam inſtituit auctor illius, unde conſtat quod ad uvas contegendas hoc inſtrumentum conſtructum ſit, & non ad recipiendum aliquid. חבית של שייטין *dolium natantium*, notat formam dolii perforati, quod occluſum eſt, & quod non habet foramen, ne aqua ſubmergatur, & huic innituntur, ut artem natandi addiſcant, etſi ei ſit receptaculum, tamen ad recipiendum non factum eſt; quicquid autem ad recipiendum non eſt factum, etſi receptaculum habuerit, tamen non recipit immunditiem. חבית דפוני בשולי המחץ *dolium lateribus inſtructum in fundo vaſis*, מחץ notat vas magnum teſtaceum, in cujus fundo aliquid factum eſt inſtar vaſis, cui homo imponit manum quando מחץ elevare voluerit. Et quia hocce vas non factum eſt ad recipiendum, idcirco non recipit immunditiem: דפונה eſt idem quod טמונה *abſconſum*. Cæterum lectus, ſedile, & ſella non facta ſunt ad recipiendum; & quamvis navis facta ſit ad recipiendum, etſi teſtacea ſit, munda eſt. Sed in codice de Sabbato dicitur, ſcriptum eſt Prov. 30, 19. דרך אניה בלב ים At vero notum eſt quod navis non ſit in mari; locus igitur vult dicere, quod ſicuti mare mundum eſt, ita & navis munda eſt. כל שאין לו תוך בכלי חרס אין לו אחוריים *cui in vaſe teſtaceo non eſt medium, ei nec poſteriora ſunt*; Sapientes de potu immundo decreverunt quod ipſe polluat vas, etſi potus non [illegible]tus ſit niſi ob reptile, unde iſte primus immunditiei gradus factus eſt, tamen is vas polluit ex inſtituto ſcribarum; ſi vero potus tetigerit vaſis poſteriora, poſteriora polluta ſunt, at non interius ſpatium. Jam vero nos docet Miſna, quod immunditiès partium poſteriorum non obtinet niſi in vaſe teſtaceo, cui aliquod medium eſt; ſed cui non eſt medium, id nec immunditiei a poſteriori parte obnoxium eſt, & ſi id potus immundos tetigerit a poſteriori parte, tamen poſterior vaſis pars non polluta eſt.

חרס אל תוכו יטמא hinc Traditione ita exponimus, vas cui eſt תוך *medium*, id immundum eſt, ſin minus, mundum eſt, nempe quod iſtud non recipiat immunditiem. Eſt autem fundamentum aliquod quo omne vas quod ad recipiendum non eſt conſtructum, mundum ſit, etſi id quidem recipere poſſit; hinc omne id quod de vaſis teſtaceis memoratur, & immunditiem non recipit, intelligas quando ei non eſt receptaculum, vel ſi ei ſit receptaculum, attamen non ad recipiendum factum. Reſtat expoſitio vocum טבלא *tabulæ*, cui non eſt ליזבו *cinctura*, & tabulæ planæ cui non eſt margo altus in ſuperficie, & hic margo dicitur ליזבו in lingua Miſnica: מחתה פרוצה notat acerram abſque margine. אבוב של קלאין notat vas in quo fabæ & ariſtæ torrentur, & id genus alia grana craſſiora; idque in fundo perforatum eſt, uti cribrum, ſicuti expoſuimus in codice de Muneribus, ut ignis per iſta foramina ingrediatur, idcirco hoc inſtrumentum non recipit immunditiem, quia non habet medium aliquod. סילון *canalis*, eſt inſtrumentum teſtaceum longum, cui non eſt fundus, & unum alteri adjungitur, donec aquæ ex uno loco in alterum fluant, hoc enim modo omnes canales fieri ſolent. Porro dicit Miſna, *etſi non curvatæ ſint*, in hac forma, ita ut aliquantulum aquæ remanere poſſit in fundo ipſius; vel ſi habeat receptaculum aliquod, in hac forma; quæ canales non polluunt, quia non factæ ſunt ad recipiendum, quandoquidem excavatorum horum calamorum ſcopus eſt, ut aqua per iſtos permeet, non ut colligantur & in ipſis conſiſtant. כבכב eſt idem quod כפכף, eſtque inſtrumentum teſtaceum quo contegunt caniſtrum panis, quodque non eſt confectum eſt ad recipiendum. טפי eſt nomen defectivum, & plene ſcribitur טפיח eſtque vas teſtaceum acutum in fundo, & nomen illius in Arabicis divulgatum eſt voce קאדס; porro dicit auctor quod cum hocce vas ab initio factum fuerit ad ei imponendum uvas, ut frigidæ manerent per id tempus quo de arboribus colliguntur, hoc modo plerumque mundum eſſe ſolent ejuſmodi vas, quia non facta ſunt ad recipiendum. חבית של שייטין *dolium natantium*, *contectum*, nam ii qui natant conficere ſolent dolium, idque colligare ope veſtimenti tenuiſſimi, vel pellis, atque ſuper aquas extendi, ſed cum id hoc modo factum ſit, vas non cenſetur ad recipiendum conſtructum eſſe. חבית דפוני בשולי המחץ *dolium abſconſum in fundo vaſis*, מחץ notat vas teſtaceum magnum, quod apud Ægyptios vocatur אל מהגיר, apud Arabes vero קצריה, habetque extremitatem in forma anſæ, & per שולי ipſius intelliguntur extremitates ipſius. Dolium vero hoc eſt perforatum in hacce extremitate ad iſti foramini manus imponendum dum מחץ elevatur, hoc autem vas non polluit, quia ad recipiendum non factum eſt. Notum vero eſt quod שלחן, כפסל, כסא, & מנורה omnia non habent aliquod medium. Quare vero navis teſtacea munda ſit, ejus ratio jam allata eſt in codice de Sabbato, & quæritur in Miſna, quare navis munda eſt? ex eo quod dicitur Prov. 30, 19. דרך אניה בלב ים *ſicuti navis in medio maris*. In Gemara exponitur, etiam vas teſtaceum eſſe mundum ut mare, nempe ſicuti mare eſt mundum, ita etiam vas mundum eſt, licet teſtaceum ſit. Porro dicitur, *cui non eſt medium, ei nec poſterior pars eſt*, ejus ſenſus eſt quod poſteriora vaſis non polluunt potus, ſicuti meminimus de eo cui non eſt medium. Quod autem potus immundi ſint, poſtquam vaſis poſteriora tetigerint, & polluant poſteriora vaſis duntaxat, id ego explicaturus ſum capite viceſimo quinto hujuſce codicis. Nonnemo autem cogitare poſſet, quod cum ſecundum hocce jus non requiratur de immunditie ut ſit aliquod medium in vaſe, cum vaſa teſtacea plana polluantur immundis potibus hocce duntaxat modo, idcirco dicit auctor quod ita non ſit ſenſus, verum id ab omni parte mundum eſſe.

ד פנס שיש בו בית קבול שמן טמא ושאין בו טהור מגופת היוצרין שהוא פותח בה טהורה ושהוא גומר בה טמאה משפך של בעלי בתים טהור ושל רוכלין טמא מפני שהוא של מדה דברי רבי יהודה בן בתירא רבי עקיבא אומר מפני שהוא מטהו על צדו ומריח בו ללוקח׃

4. Laterna quæ receptaculum olei habet, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Operculum figuli quo ipſe incipit, mundum eſt, quo vero perficit, id immundum eſt. Infundibulum patrum familias eſt mundum, aromatariorum vero immundum eſt, quia id menſuræ inſervit, ita R. Jehuda filius Beteræ. R. Akiba dicit, quia ipſum in latus inclinat, atque ipſo pro emtore odorem excitat.

R. OB. DE BARTENORA.

פנס *Laterna*, habet formam עששית חרס *lucernæ teſtaceæ*, in cujus lateribus foramina ſunt, e quibus lumen prodit foras, huic

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent conficere vaſa teſtacea inſtar lucernæ, ut per ipſam candela ingredi poſſit, & ea contecta ſunt ut ne ventus candelam

huic inditur candela, ne vento extinguatur. *Cui non eſt receptaculum olei*, etſi habeat receptaculum lucernæ, mundum eſt, quia receptaculum candelæ non habet medium aliquod, ſed candela ei impoſita eſt.

מגופת היוצרים *Operculum figulorum*, habet formam lapidum teſtaceorum, nam figuli in ipſo conſtruunt vaſa. שהוא פותח בה *quod ipſe aperit*, intellige מגופה *operculum*, quod figulus immittit in cœnum, & manu ſua conficit formam vaſis, quod mundum eſt, quia circumquaque non habet marginem, neque medium aliquod intus.

ושהוא גומר בה *Et quando is perficit ipſum*, nam operculum, poſtquam vas in ipſo conſtituit, forma illius jam perfecta, habet aliquod medium, idcirco immundum eſt; magiſtri vero mei expoſuerunt מגופה notare vaſculum aliquod figulorum, & alia arcta, alia vero lata habere oſtiola, idcirco quando Miſna dicit, *quod is aperit*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, quod figulus dilataturus ſit oſtiolum illius, idque tum mundum eſſe, quia opus illius nondum perfectum eſt, & ſimile rudi alicui maſſæ teſtaceæ, *quam perficit*, quando eam immittit in oſtiolum anguſtum, tum immundum eſt operculum מגופה. Cæterum R. Meyr tradit, quando vaſa teſtacea immunditiem recipiunt? ex quo opus eorum perfectum eſt; at non ſecundum Sapientes, qui dicunt, poſtquam in fornace conflata ſunt; ſenſus vero expoſitionis primæ mihi fundamentalis eſt. משפך *infundibulum*, eſt vas aliquod quod ori dolii vel urcei indunt quando vino vel oleo aromatico id explere volunt, eſtque hoc parvum & confectum ad oleum in lenticulas parvas infundendum, & id comprehendit unum vel duos Logos; aromatarius vero digitum ſuum ei ſupponit e regione foraminis, menſuratque ope iſtius oleum, digito vero remoto oleum deſcendit in vas emtoris, idque idcirco ad recipiendum factum eſſe cenſetur, & immunditiem recipere. R. Akiba dicit, quia ipſum in latus inclinat, etſi id non adhibeatur in rebus menſurandis, tamen infundibulum aromatariorum ſemper polluit, quia is in latus id ipſum inclinare ſolet ad recipiendum quicquam, & ut emtor odoret, atque hoc modo ad recipiendum factum eſſe videtur; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

delam extinguat; in lateribus vero habent foramina, ut per ipſa lux prodeat foras, hunc in modum ſi quod inſtrumentum ſit confectum, vocatur פנס *Φανὸς laterna.* מגופת היוצרים notat lateres figulorum, radix vocis occurrit nobis Nehem. 7, 3. uti dicitur יגיפו הדלתות Atque iſti ſunt teſtacei, & in ipſis alia conficiuntur vaſa. Sed apud figulos pleroſque ejuſmodi lateres אלגפן & אלצארי dicuntur, atque id genus alia vaſa magna, quæ manu conſtruuntur. His autem inditur cœnum in principio, & inde conficiunt vaſa, quæ non habent marginem, idcirco hi lateres mundi ſunt. Poſtquam vero in ipſis paratur vas, & aliud ipſi ſimile e cœno confectum fuerit, tum huic vaſi labrum eſt, & idcirco immundum eſt. Senſus illius quod Miſna dicit, שהוא פותח בה *quia ipſe eam aperit*, eſt quod is cœnum aperit manu donec id lateris formam acceperit. משפך Arabice dicitur אלקמע, & forma illius nota eſt, apud eos qui ſuaveolentia vendunt, quique ea utuntur in aquis roſaceis parandis, cæteriſque ſuaveolentibus. ומריח בו ללוקח *atque ipſo pro emtore odores ventilat*, pro eo qui hæc aromata emit ab ipſo, relinquitque aliquid ad latus infundibuli ad odorandum illud; jam igitur denuo hoc vas receptionis eſſe putatur, idcirco immundum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ה כסוי כדי יין וכדי שמן וכסוי חביות נירות (נ"א והנירות) טהורין ואם התקינן לתשמיש טמאים כסוי הלפס בזמן שהוא נקוב ויש לו חדוד טהור אם אינו נקוב ואין לו חדוד טמא מפני שהיא מסננת לתוכו את הירק רבי אליעזר בר צדוק אומר מפני שהיא הופכת עליו את הרונקי (נ"א רומקי) :

5. Opercula cadorum vino vel oleo implendorum, vel doliorum Nejarinorum, munda ſunt; ſi vero ad miniſterium facta ſint, impura ſunt. Operculum lebetis perforati & acuminati, eſt purum, ſi vero nec perforatum, nec acuminatum ſit, impurum eſt, quia olus condit in medio ipſius. R. Eliezer filius Zadoci dicit, quia olus Roneki in ipſum convertit.

R. OB. DE BARTENORA.

כסוי כדי יין וכוי *Operculum cadorum vini &c.* ſi igitur quis operculo vaſis teſtaceo utatur, id ipſi mundum eſto, quia lex inſtrumentis adſcribit aliquod medium, at hoc medium non habet. חביות נירות *dolia Nejarina*, hæc dolia denominantur a loco ipſorum, ad includendum parva vaſa, quia ejuſmodi doliorum anſæ habebant receptaculum aliquod; nonnulli tradunt והנירות, quaſi dixiſſet Nejarina quibus tegunt ora amphorarum. לפס idem eſt quod אלפס, eſtque ſartagó magna, in qua carnem coquunt & olus, quam contegere ſolent operculo teſtaceo, quando enim perforata eſt ſartago, inepta eſt ut in ipſa quicquam coquatur; & quamvis non ſit perforata, & ei ſit acumen, tamen conſiſtere nequit in terra propter hocce acumen. Cæterum quando non eſt perforata, ſi nec acumen habeat, immunda eſt, quia apta eſt ut convertatur; in ipſam denique ignem immittunt, ut aqua ex oleribus exprimatur. רונקי *Roneki*, ita vocantur olera poſtquam cocta ſunt, & ſibi invicem adhærent unumque ex omnibus fit corpus, eſt autem vox Græca.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חביות נירות *Dolia Nejarina*, quæ ita denominantur a loco in quo conficiuntur. *Operculum lebetis*, hoc exterius ſimile eſt fiſtulæ e calamo confectæ; anſa vero illius perforata eſt, ut in operculo ſit foramen ut per ipſum fumus intus reconditum penetret olus ut aquæ effluant. רונקי *Roneki*, eſt nomen Græcum, denotatque olus elixum quando una illius extremitas adhæret alteri. Porro dicit Miſna, quod ſi hoc operculum non ſit acuminatum, ita ut ipſum per ſe in terra conſiſtere poſſit, idque non ſit perforatum, tum ei imponunt olus ut exſiccetur, ſive id crudum ſive coctum fuerit, idcirco immundum cenſetur.

ו גסטרא שנמצא בכבשן עד שלא נגמרה מלאכתה טהורה משנגמרה מלאכתה טמאה טיטרוס (ס"א) רבי אליעזר בר צדוק מטהר ורבי יוסי מטמא מפני שהוא כמוציא פרוטות :

6. Teſta in fornace inventa, ante ipſius opus perfectum, munda eſt, poſt opus ipſius perfectum immunda eſt. Titarus ſecundum R. Eliezer filium Zadoci mundus eſt, at ſecundum R. Joſe immundus, quia liquor in forma numulorum effluit.

R. OB. DE BARTENORA.

גסטרא notat fragmentum vaſis teſtacei, & id quod in duo diviſum eſt, quia vocabulum e duobus compoſitum ſcil. גיסי חרי *fragmenta duo*; porro dicit auctor Miſnicus, *in fornace inventa*, ſi non conſtiterit an vas confractum ſit antequam conflatum ſit in fornace, nam dum opus ipſius perficiebatur, non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גסטרא notat vas teſtaceum cui non eſt anſa, nec receptaculum, ſed id alii vaſi quaſi inſidet, nam vaſa magna aqua plena ei imponi ſolent ad guttulas recipiendas, ita expoſuimus in codice de Sabbato. Per כבשן hic intelligitur ejuſmodi fornax in quo lateres & vaſa teſtacea coquunt.

טיטרוס

non ſubjectum erat ritibus vaſis, tum deinceps non polluitur nomine גסטרא, an vero poſtea confractum fuerit, & tum polluatur. Sed quomodo rem elucidant? conſiderant an fragmenta ſint æqualia, & medium rubrum, unde conſtat quod opus ipſius perfectum ſit, & quod poſtea id confractum ſit, quamobrem polluitur, quia ad receptionem factum eſt, nam moris erat גסטרא ſupponere doliis ad potus ex ipſo ſtillantes recipiendos. טיטרום notat vas aliquod inferius foraminibus minutis plenum, inſtar foraminis acus, ſuperius vero id habet foramen unicum inſtar coli, in qua mulieres nent; quando autem id aquis explent, & tum nonnemo digitum immittit foramini ſuperius, ne ventus intret, & ne una gutta e minutis foraminibus inferius exeat, manu autem remota exeunt aquæ. R. Eleazar Zadoci filius hocce vas mundum pronunciat, quia id perforatum eſt ita ut potum recipiat. R. Joſe pollutum dicit, quia ſic miniſterii illius conſuetudo erat, & receptaculum habebat, quia aquæ in ipſo ope digiti immiſſi conſiſtebant, ſi vero digitus non eſſet immiſſus, aquæ effluebant duntaxat in modum numulorum, id eſt, minutiſſimis guttis, idcirco vaſis ratio reſpectu foraminis non habetur ita ut potus colligat, unde id mundum fieret; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

טיטרום Eſt vas teſtaceum quod concavum habet latum, & orificium longum & anguſtum admodum, in concavo ipſius ſunt multa foramina, vaſe autem aqua impleto, digitum nonnemo immittit in orificium anguſtum, ut ne aër intret in vas, neque aquæ foras prodeant, digito vero ex orificio ſublato, aquæ e fundo vaſis prodeunt, & hinc apud nos ita hocce vas denominatur. Tandem dicit Miſna, *quia id quaſi numulos producit*, ſenſus eſt, quando aquæ ex hiſce prodeunt foraminibus, non cito prodeunt, ſed paulatim & minutim in forma aſſarii magni, & tum hocce vas receptaculum habere cenſetur, quia ad hoc factum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ז הטמאין שבכלי חרס טבלה שיש לה לזביז ומחתה שלמה וטבלא שהיא מלאה קערות נטמאה (ס"א) אחת מהן בשרץ לא נטמאו כלם אם יש לה לזביז עודף נטמאה אחת מהם נטמאו כלן וכן בית תבלין של חרס וקלמרין המתואמות ובית תבלין של עץ שנטמא אחד במשקה לא נטמא חברו רבי יוחנן בן נורי אומר חולקין את עוביו המשמש לטמא טמא המשמש לטהור טהור אם יש לו לזביז עודף נטמא אחד מהם נטמא חבירו :

7. Munda in vaſe teſtaceo hæc ſunt, tabula cui eſt cinctura, thuribulum integrum, tabula quæ plena eſt ſcutellis, ſi autem alterutrum ex ipſis pollutum ſit reptili, non tamen omnia polluta ſunt. Si ei ſit cinctura ſuperflua, & unum ex iſtis pollutum ſit, omnia polluta ſunt. Sic etiam ſi e teſta in qua coquitur, vel e calamario gemellato, vel e ligno in quo coquitur, unum pollutum ſit potu, alterum tamen non eſt pollutum. R. Jochanan filius Nuri dicit, dividunt craſſitiem ejus, ſi quis eo utatur pro re immunda, immundum eſt, ſi pro re munda, munda eſt. Si ei ſit cinctura ſuperflua, & unum pollutum ſit, etiam alterum eſt pollutum.

R. OB. DE BARTENORA.

Tabula quæ habet cincturam & thuribulum integrum quod latera habet, immunda ſunt ſi habeant aliquod receptaculum, ſed e tertia Miſna ubi dicitur, hæc munda in vaſe teſtaceo, intelligere potuiſſemus quod ea quæ hic memorantur, immunda ſint, ſed modus tradendi idem eſt qui traditus eſt capite tertio codicis de Profanis, ita enim præſtat.

וטבלא של חרס שהיא מלאה קערות *Et tabula teſtacea quæ plena eſt ſcutellis*, quæ ſcutellæ tabulæ contiguæ ſunt; *ſi vero ei ſit cinctura redundans*, nempe, ſi labrum tabulæ circumquaque redundet, & ſurſum aſcendat altius quam ora ſcutellarum.

נטמאת אחת מהן נטמאו כולן *Si unum eorum pollutum ſit, omnia polluta ſunt*, poſtquam enim reptile intraverit os ſcutellæ, jam intravit aërem cincturæ undiquaque redundantis, totaque tabula polluta eſt, quia vas teſtaceum polluitur aëre ipſius, tabula ergo tota polluta omnes ſcutellæ pollutæ cenſentur, quia ad ſubſtantiam tabulæ pertinent. בית תבלין כלי חרס eſt vas aliquod teſtaceum quod in multas quadraturas diſtinctum eſt, quibus ſingulis ſingula indita ſunt coctilia, ne inter ſe commiſceantur.

קלמרים המתואמות *Calamaria gemellata*, notat inſtrumentum cui atramentum & calamum imponere ſolent, cujuſmodi inſtrumento indiget ſcriba, idque etiam in multas quadraturas diſtinctum eſſe ſolet gemellatas, ſicuti jam aliquot ejuſmodi inſtrumenta expoſuimus, & barbare vocantur calamaria.

בית תבלין של עץ *Vas ligneum coctilium*, hoc quoque in aliquot quadraturas diſtributum eſt, ſed non habet cincturam redundantem. *Si unum pollutum ſit potu*, nam Sapientes de potibus reſpectu reptilium decreverunt, quod vaſa polluant, propter potus ſeminiflui & ſeminifluæ, qui vaſa polluunt ex Lege; ſed quando unum potu pollutum eſt, non ſimul alterum eſt pollutum, nam ſi vel vaſis alicujus poſteriora polluta ſunt potu, tamen medium ipſius non eſt pollutum. Propterea ſi unum vas ex hiſce potibus pollutum ſit, & latus vaſis polluti ſit ab exteriori parte proximi, tamen non pollutum eſt iſtud proximum. Sed cum immunditie repti-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קערות Scutellæ iſtæ pertinent ad ſubſtantiam tabulæ, & omnes unum ſunt corpus, hujuſmodi multæ in Ægypto conficiuntur; quodlibet autem inſtrumentum iſtis, quando reptile tetigerit aërem ipſius, ſeorſim pollutum eſt, & vaſa ei adhærentia remanent munda; ſi vero habuerit hæc tabula manubrium omnibus vaſibus in ipſo contentis altius, tum poſtquam reptile unum ex iſtis parvis vaſis attigerit, jam attigit aërem hujuſce manubrii, & tabula polluta eſt quando immundities illius aërem tetigerit. קערות *ſcutellæ* vero omnes quarum hic fit mentio, ad ſubſtantiam tabulæ pertinent, & בית תבלין ſub genere ipſius polluitur.

בית תבלין של חרס Ita vocatur vas teſtaceum quod dum conficitur, in multas quadraturas dividitur, ut iis multa indantur coctilia, ne commiſceantur.

קלמרין המתואמות *Calamaria biſida*, notat inſtrumentum in medio diviſum. Dicit vero auctor Miſnicus illius & tabulæ quæ ſcutellas habet jus idem eſſe, ſi enim habuerit manubrium vaſorum naturam continens, & diviſum fuerit id quod in ipſo continetur, tum omnia cenſentur eſſe unum vas. Si vero id non habuerit manubrium comprehenſivum, tum omne vas omniſque portio ſeorſim conſideranda eſt, licet omnia ſint contigua. Præterea dicit auctor jus æquale eſſe ſeorſim de vaſe ligneo in quo res coquuntur, quando una pars polluta fuerit potibus immundis, non polluta parte altera, niſi illic ſit manubrium comprehendens omnia, præterquam ſi haſce quadraturas omnes conſtitueris unum vas illas comprehendens, uno autem ex iſtis vaſis polluto, omnia polluta ſunt. Dicit autem R. Jochanan filius Nuri quod vaſis lignei coctilibus repleti, quando id non habet manubrium, & unum genus coctilium pollutum fuerit potibus immundis, craſſities diviſionis in duo dimidia diviſa cenſeatur, & mundum eſſe quidquid de mundo ad ſe attraxerit, & immundum eſſe quicquid de immundo attraxerit. Reſtat autem ut exponam quo ſenſu de vaſe ligneo coctilibus repleto ſanciverit immunditiem e potibus contractam, & quare non dixerit unum ex ipſis pollutum eſſe ut reptile, ſicuti dixit de vaſe teſtaceo; ſed requiritur ut hic memor ſis fundamen-

reptilis ex Lege aliter ſe res habet, quicquid enim vas ligneum attigerit, ſive intus ſive extra, omnia polluta ſunt, & ſi unum ex iſtis pollutum fuerit, etiam proximum ipſius pollutum eſt, quia immundities ipſum tetigit exterius; ſed in vaſe teſtaceo, quia id non recipit immunditiem reptilis, ſi unum pollutum fuerit, non tamen alterum pollutum eſt, quia medium unius factum eſt exterius alterius, at teſtaceum vas non polluitur exterius, ſed ligneum duntaxat in immunditie reptilis, ſed in immunditie potuum non pollutum eſt unum ſi pollutum eſt alterum.

חולקין את עוביו *Dividunt craſſitiem illius*, latus craſſum & latum inter duas quadraturas nos conſideramus eſſe dimidium pro una atque altera quadratura in immunditie potuum ex inſtituto Sapientum; dimidium vero craſſitiei parietis in latere mundæ quadraturæ eſt mundum; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

damentorum præcedentium, diximus enim in præfatione noſtra quod vas teſtaceum polluatur aëre, & non a poſteriori parte, & quod reliqua vaſa polluantur tactu immundo, tam exterius quam interius. Quando autem non habuerint manubrium ſive labrum redundans, & reptile acceſſerit ad aliquod coctile, tum id ipſum eſt pollutum duntaxat, & non id quod ad ſe attraxerit, quia immundities exterius attigit, at vas teſtaceum exterius non polluitur; ſi vero id ligneum fuerit vas, omnia coctilia polluta ſunt, quia vas ligneum pollutum eſt poſtquam immundities aliqua id attigerit, ſive intra ſive extra tetigerit. Sed in principio jam expoſuimus quod immundi potus ex inſtituto Sapientum polluant vaſa omnia. Pariter quoque expoſuimus quod ſi vas aliquod immundis potibus ſit pollutum interius, totum ſit pollutum, idcirco ſi aliquod vas ligneum coctilibus repletum habeat manubrium redundans, & ambo unum duntaxat vas eſſe videantur, potuſque immundi medium intraverint, totum eſt pollutum; ſi vero illic non ſit manubrium quoddam altum, quo omnis pars ſeorſim cenſetur eſſe vas, & potus immundi tetigerint aliquam partem, hocce concavum ligneum coctilibus repletum, eſt pollutum, ſed non concavum huic proximum, quia potus immundi ipſum tetigere exterius, idcirco non totum eſt pollutum. Sin autem ipſum reptile attigerit concavum quod coctilibus repletum eſt, proximum totum pollutum eſt. Cæterum jam tibi expoſui quod jus reptilis in vaſe teſtaceo ſit idem cum jure potuum immundorum & vaſis lignei, ſimiliumque; hæc probe explicata ſunt.

ה הלפיד טמא ובית שקעו של נר מטמא באויר המסרק של צרצור רבי (ס״א) אליעזר מטהר וחכמים מטמאים:

8. Lampas immunda eſt, & receptaculum lucernæ polluitur aëre. Inciſionem vaſis R. Eleazar immundam pronunciat, Sapientes vero mundam.

R. OB. DE BARTENORA.

לפיד *Lampas*, habet ſcutellas teſtaceas acuminatas inferius, ſuperius vero ei infigunt acumen aliquod in forma capitis cinaræ, & huic ſcutellæ indunt fragmenta quædam veſtis & oleum, quibus convolutis incendunt lampadem, & ſurſum elevant, ut ea e longinquo luceat; & quia lampas acuminata eſt, & conſiſtere nequit ſeorſim, nonnemo cogitare poſſet quaſi ea non pollueretur, idcirco nos docet Miſna, quod cum locus in quo conſtituitur, ſit diſpoſitus & deſtinatus ut conſtituatur in ſummitate cinaræ, lampas polluatur.

בית שוקעו של נר *Receptaculum lucernæ* eſt vas teſtaceum cui lampas inſidet & demiſſa eſt, quæ polluit aëre, quia intus cenſetur aëre pollui poſſe, licet non tota lampas, ſed illius pars aliqua ex ipſo deſideat. מסרק צרצור *inciſionem vaſis*, notat vas teſtaceum cujus orificio faciunt aliquod inſtrumentum in forma cribri & retis, quum vero ex hoc vaſculo quicquam expromere voluerit, e multis locis aquam effundit; e plurimis autem vaſculis bibere ſolent, nam in terra Iſmaëlitica ita parari ſolent; circum vero ipſum eſt aliquod inſtrumentum implexum dentibus ſuis prominens inſtar dentium מסרק *ſtrigilis*, & hoc in ornatum aliquem parare ſolent; ſi vero reptile pendeat in aëre, tum Sapientes & R. Eliezer diſſentiunt de iſtis dentibus, an iſtæ inciſiones teſtacei vaſis medium aliquod cenſeri queant necne; & deciſio eſt ſecundum Sapientes in eo quod medium vaſculi cenſendum ſit, & inciſiones iſtæ polluant vas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפיד *Lampas*, quæ ignem habet ardentem, eſtque teſtaceum vas ſimile calamo quod in ſummitate ſua habet exiguas auriculas, quæ ei adhærent, & dum paratur ei imponunt ſegmentum veſtis in אלקטרן, vel in oleo inſidet ardenti; porro etiam e teſta parari ſolet vas in quo ſunt excavationes cui imponunt lucernam, ut in ipſo colligatur omne id quod ex oleo effluxerit, ex orificio lucernæ; & circa candelabri caput corroboratur, ne æs perdatur oleo, & hocce vaſculum vocatur בית שוקעו של נר *domus in qua lucerna ſubſidet.* Conficiunt itaque inſtrumentum aliquod teſtaceum in medio contectum in forma nidi, & hoc modo ſe habent plurima vaſa apud nos e quibus bibunt; eſt autem genus poculorum quod צרצור vocatur, ſicuti in codice de Aquæ receptaculis expoſitum eſt, & hoc circum poculum conſtruere ſolent ſupra iſtud implexum opus quod dentibus veluti ſtrigilis plenum eſt, & idcirco id מסרק הצרצור vocatur. Et ſic etiam inciſiones circa collum malogranati vocantur מסרק של רמון ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis Okezin. Hoc itaque artificium non polluitur quia ei non eſt medium aliquod teſtacei vaſis, quandoquidem id undiquaque redundanti quadam circumferentia clauſum eſt; Sapientes vero id ipſum immundum pronunciant, quia unum artificium impoſitum eſt alteri; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ג שיעור כלי חרס ליטהר העשוי לאוכלין שיעורו בזיתים העשוי למשקין שיעורו במשקין העשוי לכך ולכך מטילין אותו לחומרו בזיתים:

Caput 3. Menſura vaſis teſtacei pro cibis facti reſpectu purificationis ſtatuitur ut quantitas olivarum, ſi id pro potu factum ſit, menſura ipſius ſtatuatur in potu. Si vero utroque modo aliquod conſtruxerint, ſubjiciunt id gravioribus conditionibus in olivis.

R. OB. DE BARTENORA.

שיעור כלי חרס ליטהר *Menſura vaſis teſtacei ut purificetur*, perinde ac ſi dixiſſet quod vas teſtaceum poſt iſtam purificationem non amplius recipiat immunditiem, etſi immundum eſſet, tamen id ipſum mundum cenſeri quaſi confractum fuiſſet totum, quia tunc ad nullam rem utile eſt, nec medii illius ratio habetur, licet id vel caricis, vel nucibus deſtinatum eſſet, foramen tamen in quantitate olivæ mundum eſt, quando vas poſtea non deſtinatum fuerit ad malogranata recipienda, & id genus alia. Si vero id poſtea deſtinatum fuerit ad malogranata recipienda, immundum eſt, donec habuerit foramen per quod malogranatum tranſire poſſit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Menſura pro foramine vaſis teſtacei, ne id polluatur quando id non habet medium aliquod, ab auctore jam exponitur. Senſus vero illius quod dicit, *ſubjiciunt id gravioribus conditionibus in olivis*, eſt quod de tali vaſe judicandum ſit in graviorem modum, quatenus nempe id ipſum denuo immunditiem recipere nequeat, etſi id perforatum ſit foramine quo potum recipere poteſt, donec per foramen exire poſſit olivæ, tum enim non recipit immunditiem.

poſſit, tum denuo non recipit immunditiem. שיעורו במשקין *menſura illius eſt in potibus*, quando vas imponitur potibus, tum potus iſti tranſeunt per iſtud foramen in vaſis concavum, & hoc foramen majus eſt quam ut potus per ipſum tranſeant. לכך ולכן *utroque modo*, ut, ſi olla ſit in qua coquunt carnem, etſi ei non imponatur cibus abſque potu, olla non apta eſt pro potibus, quia foramen eſt per quod potus intrat; quamvis ita ſe res habeat, tamen graviorem ſequimur conditionem, & olla non prius munda eſt quam ſi ita perforata ſit ut per foramen illius olivæ tranſire poſſint.

ב חבית שיעורה (ס"א) בגרוגרות דברי רבי שמעון רבי יהודה אומר באגוזים רבי מאיר אומר בזיתים הלפס והקדירה שיעורן בזיתים הפך והטפי שיעורן בשמן והצרצור שיעורו במים רבי שמעון אומר שלשתן בזרעונים נר שיעורו בשמן רבי אליעזר אומר בפרוטה קטנה נר שניטל פיו טהור ושל אדמה שהוסק פיו בפתילה טהור :

2. Dolii menſura ſtatuta eſt in caricis, ita R. Simeon. R. Jehuda dicit, in nucibus. R. Meyr dicit in olivis. Lebetis & ollæ menſura ſtatuta eſt in olivis; lenticulæ vero & gutturnii menſura in oleo. Bombylii menſura in aquis; R. Simeon dicit, trium menſura in Seminibus. Lucernæ menſura eſt in oleo, R. Eliezer dicit, in numulo exiguo. Si lucernæ orificium ademptum ſit, mundum eſt, ſi terreum ſit cujus orificium ellychnio accenſum, etiam mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שיעורה בגרוגרות *Dolii menſura in caricis ſtatuitur*, moris enim erat caricas in dolia reponere. *R. Meyr dicit, in olivis*, nempe ſecundum ſimplicem Miſnam ſuperiorem, quando autem præcedit ſimplex Miſna, & ſequitur controverſia, tum deciſio non eſt ſecundum Miſnam ſimplicem. *Lebetis & ollæ menſura eſt in olivis*, ad aggravandum, ſicuti ſuperius expoſitum eſt.

פך וטפי *Lenticula & gutturnium*, ſunt vaſa in quibus oleum condunt, niſi quod טפי habeat orificium anguſtiſſimum, quia liquores duntaxat guttatim ex ipſo ſtillant. Quod autem טפי ſuperiori capite mundum diximus, id intelligas quando ope illius caniſtrum uvarum contegendum eſt, ſicuti ſuperius expoſuimus. *De oleo*, quod potus olei colligit, cujus menſura non eſt æqualis menſuræ aquæ minuti olei, vas enim quod aquam continet vel vinum, non comprehendit oleum.

צרצור Eſt vaſculum quod confectum eſt ad aquas ex ipſo bibendas, circa cujus orificium eſt opus aliquod implexum inſtar retis, ne quid inepti in ipſum ingrediatur, & potus diſtillent. שלשתן *trium*, lenticulæ ſcil. gutturnii, & bombylii menſura ſit in foramine per quod ſemina egredi poſſunt, ut fabæ & id genus alia, putat enim R. Simeon quod pro ſeminis uſu hæc tria quoque conficiuntur perinde ac id quod utroque modo factum eſt, de quo in ſuperiori Miſna, quodque graviori conditioni ſubjiciendum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. נר שיעורו בשמן *lucernæ menſura eſt in oleo*, quando colligit potus olei, quia lucerna ſimpliciter pro oleo facta eſſe cenſetur. *R. Simeon dicit, in numulo exiguo*, is enim putat quod ipſa facta ſit ut ei indantur numuli, & propterea aggravandum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Si lucernæ ablatum ſit orificium*, tum lucerna intercidit a jure ſuo, lapidea vero lucerna non recipit immunditiem, quando illa in fornace non cocta eſt, etſi orificium lucernæ accenſum ſit ope ellychnii ardentis, hujuſce tamen rei nulla ratio habetur quaſi in fornace cocta fuiſſet, idcirco munda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Gutturnium & lenticula ambo ſunt vaſa olei, ſed טפי *gutturnium* eſt vas quod anguſtiſſimum habet orificium, ex quo oleum guttatim duntaxat diſtillat, & propterea טפי vocatur a טף *gutta*. Porro dicit R. Simeon, *trium menſura ſit in ſeminibus*, ſenſus eſt, quod ſi gutturnium, lenticula, & bombylius perforata ſunt foramine e quo ſemen aliquod egredi poſſit, tum illa non recipiunt immunditiem. Per פי הנר *os lucernæ* intelligas additamentum aliquod e lucerna prodiens quod ellychnium apprehendit. Quando autem lucerna conſtructa & e luto, & non cocta eſt, non polluitur, ſicuti exponetur poſtea, quod ſcil. vas terreum non recipit immunditiem poſtquam coctum eſt. Orificium lucernæ in ellychnio, & in teſta non recipit immunditiem, quia lucerna non cocta eſt ſub illius genere; deciſio non eſt ſecundum R. Elieзer, ſed ſecundum R. Jehudam.

ג חבית שניקבה ועשאה בזפת ונשברה אם יש במקום הזפת מחזיק רביעית טמאה מפני שלא בטל שם כלי מעליה חרס שניקב ועשאו בזפת אף על פי מחזיק רביעית טהור מפני שבטל שם כלי מעליו :

3. Si dolium perforatum pice obductum, & poſtea fractum ſit, tum ſi locus pice obductus comprehendat quartarium, immundum eſt, quia a nomine vaſis non eximitur. Si teſta confracta & pice obducta ſit, licet quartarium comprehendat, munda eſt, quia nomen vaſis amittit.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שניקבה *Dolium quod perforatum eſt*, ita ut per foramen illius oliva tranſire poſſit, mundum eſt, poſtquam vero id pice obduxerit, ab iſto tempore & deinceps immunditiem recipit. ונשברה חזרה *ſi id poſtea confractum fuerit*, in multa fragmenta, ſi tum fragmentum iſtud quod pice obductum eſt, comprehendat Logi quartarium, & conſiſtere poſſit abſque fulcimento, immundum eſt. Si vero dolium comprehenderit Logum uſque ad Satum, tum concludimus ſicuti expoſitum eſt ſuperiori capite, a Logo uſque ad Satum in quartario; etſi occluſio non juvet quicquam in foramine quod poſt confractionem accidit, nam ego dicerem, hanc occluſionem factam eſſe antequam nomen vaſis ablatum ſit, dolium enim fractum adhuc nomen vaſis retinet, etſi mundum ſit. Sed teſta a vaſe diſtincta amiſit nomen vaſis, etiamſi id non perforatum ſit, quia occluſio in foramine nihil juvat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt capite ſecundo quod tegumentum vaſis teſtacei immundum ſit, quando tegumentum a vaſe percipit quartarium; jam dicit Miſna quod poſtquam dolium ſit perforatum, & foramen abſconſum ei pice obducta, dolium iſtud adhuc ſit perforatum, ſi teſtæ ipſius pars recipere poſſit quartarium, & ea abſque fulcimento conſiſtere poſſit, tum ipſa polluta eſt, licet hæc teſta quæ foramen habet, ſit occluſa pice, quia foramen ſub ipſo comprehendebatur, nomen dolii ei competebat, etiam poſt foramen. Cæterum hæc teſta eſt fragmentum vaſis, & fragmentum dolii, licet perforatum eſſet; ſed teſta dolii, quando perforata eſt, poſt confractionem illius, etſi foraminis os obſtruxerit, tamen non pollutum ſit, quia poſtquam perforata eſt teſta, amiſit nomen vaſis.

ד חבית שנתרועעה וטפלה בגללים אף על פי שהוא

4. Dolium ſi ruptum ſit & poſtea id ipſum ſter-

core

שהוא נוטל את הגללים והחרסים נופלים טמאה
מפני שלא בטל שם כלי מעליה נשברה ודבק ממנה
חרסית או שהביא חרסית ממקום אחר וטפלן בגללים
אף על פי שהוא נוטל הגללים והחרסין עומדים
טהורה מפני שבטל שם כלי מעליה היה בה חרס
מחזיק רביעית כולה מטמא במגע וכנגדו מטמא
באויר :

core conjunctum fuerit, etſi quis abſtulerit ſtercus & teſtæ deciderint, immundum eſt, quia non amiſit nomen vaſis. Si confractum ſit, & ei adhæreat lutum, vel quis lutum adduxerit aliunde, conjunxeritque ſtercore, etſi is abſtulerit ſtercus manente luto, tamen iſtud vas mundum eſt, quia nomen vaſis perierit. Si in eo ſit teſta comprehendens quartarium, tum id totum polluitur tactu, teſta autem polluitur aëre.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שנתרועעה *Dolium quod ruptum eſt*, ut paries ruptus cujus lutum non cecidit, attamen eo uſque ruptus, ut ſi quid eum auferat, & in ipſo dimidium caricæ reliquum ſit, omnino confringeretur, & tum eſt mundus, ſicuti ſuperius hocce capite diximus. וטפלה *& conjunxerit*, ſi obleverit ſuperficiem fimo, ne decidat lutum. נשברה *ſi confractum fuerit*, ſi lutum ceciderit, & fragmenta adhæſerint glutino ſcribarum; vel ſi quis lutum aliunde adduxerit, atque obleverit, & poſtea fimo conjunxerit cum ipſo, tum mundum eſt. Ita vero ſe jus habet ſi quis ope luti iſtam conjunctionem fecerit, cum poſtea in fornace non conflata ſit teſta iſta quartarium continens, ſicuti eſt teſta quæ venit e dolio comprehendens Logum uſque ad Satum, quia menſura ratione immunditiei recipiendæ ſtatuta eſt in quartario, ſicuti ſuperius expoſitum eſt. *Omnia polluuntur tactu*, quia omnibus fragmentis teſtæ anſam adſcribunt, & polluuntur propter anſam. וכנגדו *Et reſpectu illius*, quartarii ſcil. polluitur duntaxat aëre, quia anſa non habet aërem ſive concavum vaſis teſtacei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבית שנתרועעה *Dolium quod confractum eſt*, cujus lutum diffiſſum eſt, attamen nondum cecidit nec diſruptum eſt, ſenſus phraſeologiæ וטפלה בגללים *& conjunxerit ope fimi*, eſt, quod id lævigaverit fimo jumenti; verbum טפל eſt Hebraicum idque occurrit Jobi 14, 17. ותטפול על עוני *& aſſuis ad iniquitatem meam*; quaſi dixiſſet, apprehendiſti eam, & lævigaſti, ut conſiſtat, quæ improprie intelligenda ſunt. Cæterum non requiritur ut ſenſum duplicemus in toto hocce codice; quandoquidem enim auctor locutus eſt de vaſe immundo, utique intendit id ipſum recipere immunditiem, & poſtquam dixit id eſſe mundum, intendit id ipſum non recipere poſſe immunditiem. Pariter, cum a nobis res jam expoſita ſit, non eſt ut expoſitionem amplius duplicemus ne ſermo plus juſto protrahatur. Præterea quoque jam expoſitum eſt quod hocce dolium recollectum, cujus partem pronunciavit mundam, quando teſta illius comprehendit quartarium, totum polluatur tactu, nempe, ſi id tetigerit reptile interius, omnino pollutum eſt reſpectu cohæſionis & unionis. Sed hoc etiam aëre polluitur, ſicuti vas teſtaceum polluitur, at hoc de teſtaceo utre duntaxat expoſitum eſt, qui quartarium tantum comprehendit, qui ſi ipſum interius tetigerit ſerpens, pollutus eſt, etſi reptile eum non tetigerit ſecundum ritum immundi vaſis teſtacei, quia ſeorſim vas eſſe cenſetur, ſicuti capite ſecundo oſtendimus.

ה הטופל כלי חרס הבריא רבי מאיר ורבי שמעון
מטמאים וחכמים אומרים הטופל את הבריא טהור
ואת הרעוע טמא וכן בחידוק (ס"א בהידוק)
הקרויה :

5. Si quis vas teſtaceum conſuerit dum id adhuc integrum eſt, R. Meyr & R. Simeon id immundum pronunciant. Sapientes dicunt, ſi quis conſuerit integrum, mundum eſt, ſi vero confractum, immundum eſt; & ſic etiam ſi fruſtum cucurbitæ ſiccæ conſuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי חרש הבריא *Vas teſtaceum integrum*, quod non confractum eſt nec fiſſuras habet. מטמאין *immunda pronunciant*, ſi vas pollutum ſit aëre, cibi & potus qui juncturam tetigerunt, etiam polluti ſunt, eo quod junctura ad ipſum vaſis corpus pertinere cenſetur. *Si integrum conjunxerit, id mundum eſt*, nam vas confractum duntaxat ejuſmodi junctura indiget, quia juncturæ ratio habetur in vaſe, ita ut cibi qui ipſam tetigerint, polluti ſint, quando vas immundum eſt, at integri vaſis junctura ad vas non pertinere conſetur; deciſio eſt ſecundum Sapientes. חדוק קרויה *fruſtum cucurbitæ ſiccæ*, ſicuti R. Meyr & R. Simeon diſſentiunt de junctura vaſis integri, ita quoque diſſentiunt de ſegmento cucurbitæ ſiccæ, illa enim aliquando arida & excavata eſſe ſolet ut ope illius aquam haurire poſſint, ipſam undiquaque cingere ſolent orbiculo ligni, vel ferri, ne frangatur ſi id lapide elevetur; nam R. Meyr & R. Simeon immundam pronunciant juncturam integri vaſis, idcirco ſegmentum cucurbitæ quoque, licet cucurbita adhuc integra ſit; Sapientes vero dicunt, ſi cucurbita ſit integra, & non indigeat hocce orbiculo, tum iſte orbiculus non cenſetur illius eſſe corpus, & propterea ſi cucurbita polluta ſit, orbiculum non eſſe pollutum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בריא *Sanum*, eſt idem quod חזק & שלם *robuſtum & integrum*; dicit autem R. Meyr & R. Simeon quod poſtquam hocce vas pollutum ſit immunditie in aërem incidente, tum omne id quod tetigerit hanc juncturam ex cibo & potu, pollutum eſt, quia hæcce junctura ad vas pertinere cenſetur perinde ac ſi ipſa ex ſe proveniſſet, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *immundum pronunciant*. Sapientes vero dicunt utique hocce jus requirere ut vas conſuatur quod jam fiſſum erat, & hac junctura opus habebat. קרויה notat vas aliquod teſtaceum quo aquas bibunt e fontibus, cujuſmodi apud nos facere ſolent ænea & terrea vaſa. חידוק eſt idem quod הדוק denotatque id quod condenſatum eſt. Dicit vero Miſna hanc eſſe controverſiam ſingularem, ſi quis hocce vas colligaverit pelle, vel charta, ſimilibuſque materiis. Putat enim R. Meyr quod ſi polluta ſit cucurbita ſicca, ejus gratia quoque polluta ſit hæc colligatio, licet ea adhuc integra ſit, ſi colligatio iſta facta ſit eo quod fiſſa eſt cucurbita, tum colligatio iſta ſeorſim debet ſpectari; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו יבלת שטופלין בה את הפטסין הנוגע בה טמא
מגופת חבית אינה חבור הנוגע בטפולו של תנור
טמא :

6. Si quid verrucam quo conſuunt πίθα, tetigerit, immundum eſt, operculum dolii non eſt conjunctio quædam. Quod tetigerit id quo fornax collita eſt, id immundum eſt.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

יבלית Eſt ſpecies herbæ quæ vocatur יבלא, qua cados oblinere ſolent ne vinum ex iis ebulliat dum commoventur. פיטסין ſunt cadi magni, quemadmodum בעלי פיטסין *cadi magni*, quæ occurrunt in tractatu de Diebus feſti intermediis.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

יבלית Notat herbam humidiſſimam. פיטס πίθος eſt vas quod ſimile eſt ſtomacho magno, cui aquam indunt in navibus, & ope hujuſce herbæ vas פיטס oblinunt exterius, ne aquæ deſtillent exterius. Dicit itaque auctor, ſi vas non indigeat ut ita oblinatur, tum eam rem qua oblinitur, comprehendi ſub genere vaſis. Porro dicit quod dolii operculum, etſi id undiquaque oblitum ſit luto, non ſit conjunctio quædam, nec dolium & operculum illius aliud cenſeantur vas, quia operculum adhæret luto, & idcirco polluto uno non pollutum eſſe alterum, quando id tetigerint potus immundi, ſicuti in prologo hujuſce libri præmiſimus. Tandem dicit quod vinculum iſtud quo teſta fornacis colligata eſt, pertineat ad fornacem, & propterea quando fornax polluta eſt dum immundities tetigerit aërem, tum cibi potuſque qui vinculum iſtud tetigerunt, immundi ſunt.

ז מיחם שטפלו בחומר ובחרסית הנוגע בחומר טמא ובחרסית טהור קומקום שניקב ועשאו בזפת רבי יוסי מטהר שאינו יכול לקבל את החמין כצונן וכן היה אומר בכלי זפת כלי נחושה שזפתן טהורין ואם ליין טמאין :

7. Si calefactorium aliquod cœmento lutoque oblitum ſit, quod tetigerit cœmentum, immundum eſt, quod lutum, mundum eſt. Si cucuma aliquod perforatum ſit pice obductum, R. Joſe mundum pronunciat, quia id tam calidas quam frigidas aquas continere nequit; & ſic is dicere ſolebat de vaſis pice obductis, vaſa ænea ſi pice obducta ſint, munda ſunt; ſi pro vino facta ſint, immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מיחם *Calefactorium*, vas in quo aquas calefaciunt. חומר notat lutum craſſum. חרסית notat lutum tenue; nonnulli exponunt de teſta contuſa. *Quod tetigerit cœmentum, immundum eſt*, quia cœmentum iſtud calefactorio adhæret, & cum ipſo indureſcit, & idcirco ad ipſum pertinere cenſetur, & polluitur polluto calefactorio, cibique iſti qui cœmentum tetigerunt, immundi ſunt. *Si vero lutum tenue tetigerit, mundum eſt*, quia חרסית non adhæret calefactorio ſed decidit, & idcirco ad corpus illius non pertinet.

קומקום *Cucuma*, eſt vas quod majus eſt calefactorio, & barbare *cucuma* dicitur. *Quia calidas recipere nequit*, pix enim liqueſcit aquis calidis, & quamvis ipſa recipere poſſit frigidas aquas, tamen non cenſetur ſingulare aliquod vas eſſe, & idcirco mundum eſt. *Et ſic ille dicere ſolebat*, nempe de vaſe pice obducto, vaſa ex ipſa pice contecta, munda ſunt, quia calida recipere nequeunt, ut frigida; magiſtri vero mei כלי זפת exponunt de vaſis pice obductis. Porro auctor dicit quomodo? vas æneum pice obductum eſt mundum, ſi vaſa ſint immunda, & homo, vel cibi, vel potus tetigerint picem, tum ii mundi ſunt, quia pix non eſt conjunctio vaſis ænei, neque ad corpus illius pertinere cenſetur. *Si pro vino*, ſi vas pice obductum ſit ab initio ut ei vinum indatur, & non ut calida ei imponantur, tum immunda ſunt, quia tunc pice opus habet vas, & pix ei inſervit pro conjunctione quadam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מיחם *Calefactorium*, eſt vas quod confectum eſt ad aquas in ipſo calefaciendas. חומר *cœmentum* notat lutum craſſum ſicuti dicitur Gen. 11, 3. והחמר היתה להם לחומר At vero חרסית notat lutum tenue inſtar teſtæ, calefactorio autem cœno craſſo oblito, utriuſque conjunctio facta eſt, idcirco calefactorio polluto, is qui cœnum craſſum tetigerit, pollutus eſt. Si vero luto tenui oblitum ſit, tum iſtud lutum non cenſetur calefactorio conjunctum, nec ſub genere ipſius comprehenſum. קומקום idem quod קמקם *cucuma*; notum vero eſt quod pix in aquas calidas effundi ſoleat, & idcirco dicit auctor, quod ea calida recipere nequeat, licet ipſa aquas frigidas recipiat, quæ in ipſa remanent & non tranſeunt. Sic etiam de vaſis pice obductis in ſpecie dicit, quod illa non polluunt, quia nullam rem recipiunt calidam. *Vaſa ænea ſi pice obducta ſint, munda ſunt*, putat itaque quod ſi hocce vas pollutum fuerit, & quis picem qua oblitum eſt, tetigerit, mundus ſit, quia pix non comprehenditur ſub genere iſtius vaſis, niſi intenderit quis huic vaſi imponere vinum, tum enim pix omnino neceſſaria eſt, & idcirco immundus eſt qui tetigerit picem. Cæterum auctor hic nihil tradit de cibo nec de potu, quia vas æneum jam eſt pater immunditiei, hinc is qui picem tetigerit, eſt pollutus, licet homo ſit, & non vas aliquod, ſicuti expoſitum eſt ab initio.

ח חבית שניקבה ועשאה בזפת יתר מצרכה הנוגע בצרכה טמא יתר מצרכה טהור זפת שנטפה על החבית הנוגע בה טהור משפך של עץ ושל חרס שפקקו בזפת רבי אליעזר בן עזריה מטמא רבי עקיבא מטמא בשל עץ ומטהר בשל חרס רבי יוסי מטהר בשניהם :

8. Si dolium aliquod diffiſſum pluſquam neceſſe pice obductum fuerit, & tetigerit quantum neceſſum eſt, immundum eſt, ſi plus quam neceſſe eſt tetigerit, mundum eſt. Quod picem ſuper dolio ſtillatam tetigerit, mundum eſt. Infundibulum ligneum teſtaceumque pice obturatum, R. Eleazar filius Azariæ immundum pronunciat. R. Akiba immundum pronunciat ligneum, teſtaceum vero mundum, R. Joſe utrumque pronunciat mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

יותר מצרכה *Plus quam neceſſe eſt*, nempe reſpectu foraminis obturandi, & id quod plus eſt quam requiritur præter foramen, non cenſetur conjunctio, quia id non neceſſarium ad dolium. Maimonides illud *plus quam neceſſe eſt*, exponit hoc ſenſu, ſi quis ultra neceſſitatem obturationem condenſaverit, ita ut quicquam adimi poſſit, obturatione integra manente, etſi omnia facta ſint reſpectu foraminis. *Pix quæ ſtillavit ſuper dolium*, quod non eſt perforatum. *Si tetigerit*, nempe guttam picis, mundum eſt, licet dolium ſit immundum, quia pix non eſt conjunctio dolii, quoniam dolium ipſo non indiget. שפקקו בזפת *quæ pice obturaverit*, ſi os

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יותר מצרכה *Plus quam neceſſe erat*, nempe, quando quis picem craſſius circum foramen obduxerit quam neceſſum erat, ita ut foramen remanſerit obturatum poſtquam magna copia remota fuiſſet, & comprehenderit aquas quæ in vaſe erant. Quando dicit, *quod tetigerit*, intelligit cibos & potus. *Si pice obturaverit ea*, ſi orificiorum extremitates obturaverit pice in infundibulo, ita ut nihil exire poſſit, & id fiat in vas receptionis; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

os foraminis infundibuli pice obturaverit, quod factum eſt ut ope illius vinum in dolia infundatur. *R. Eleazar immundum pronunciat*, is enim obturationis rationem habet tam in ligneo quam in teſtaceo vaſe. *R. Akiba immundum pronunciat in ligneis*, quia pix eſt ſpecies ligni, cum ea e ligno exeat, & teſtacea munda dicit, quæ alius ſunt ſpeciei, idcirco hac in parte pix non eſt conjunctio. Neque obturatio oris infundibuli ſimilis obturationi foraminis dolii, quæ conjunctio cenſetur, quia foramen in ore infundibuli a figulo ab initio factum, ſit læve, & pix ab ipſo decorticata, & ei non annexa. Sed dolium quod perforatum eſt poſtquam in fornace coctum eſt, perforari nequit ut fiat læve & æquale, neque pix ab eo decorticatur. Neque foraminis in ore infundibuli obturatio tandem removeri ſolet, quando quis vinum in dolia effundere velit, idcirco obturationis in infundibulo ligneo duntaxat ratio habetur, quia ejuſdem ſunt ſpeciei; ſed obturatio dolii perforati tandem removeri non ſolet. *R. Joſe mundum pronunciat*, utrumque mundum pronunciat, nam obturatio orificii infundibuli non cenſetur obturatio, perinde ac ſi non obturatum eſſet neque receptaculum haberet; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

פרק ד החרס שאינו יכול לעמוד מפני אזנו או שהיה בו חדוד והחדוד מכריעו טהור ניטלה האוזן נשבר החדוד טהור רבי יהודה מטמא חבית שנפחתה והיא מקבלת על דפנותיה או שנחלקה כמין שתי עריבות רבי יהודה מטהר וחכמים מטמאים׃

Caput 4. Teſta quæ ob anſam ſuam ſtare nequit, vel quæ acumen habet quod eam deprimit, munda eſt; ſi anſam abſtulerit, & acumen fractum fuerit, munda eſt; R. Jehuda immundam dicit. Si dolium diminutum ſit, attamen id recipiat in lateribus ſuis, vel ſi id diviſum veluti in duas mactras, R. Jehuda eas mundas dicit, Sapientes immundas.

R. OB. DE BARTENORA.

חרס שאינו יכול לעמוד *Teſta quæ ſtare nequit*, ut, ſi teſta aliqua ab urceo vel olla divulſa ſit, in loco ubi auricula eſt, ita ut abſque fulcro quodam ſtare nequeat, ob gravitatem auriculæ quæ ipſam deprimit teſtam; vel quia acumen aliquod eſt in fundo, ita ut abſque fulcro quieſcere nequeat.

ניטלה האזן טהור *Si adempta ſit auricula, munda eſt*, nam quia vas teſtaceum unum momentum mundum fuit, poſtea nunquam polluitur. *R. Jehuda immundam pronunciat*, is enim non habet hanc opinionem.

או שנחלקה לארכה כמין שני עריבות *Vel ſi diviſum ſit in forma duarum mactrarum*, ita ut inferius conſiſtere nequeat dolium, niſi in lateribus ſive parietibus ſuis. *R. Jehuda eas mundas dicit*, nam cum Miſna ſuperius tradidit quod ſi vaſis teſtacei abſque fulcro confidentis fundus immundus ſit, & non parietes ſive latera ipſius, requiratur ut fragmentum vaſis conſideat in fundo ſuo, eo modo quo conſidet dum integrum eſt. *Sapientes immundas dicunt*, quia ii putant vaſa eſſe confecta ut ſedeant ſive quieſcant in lateribus ſuis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שאינו יכול לעמוד *Quæ ſtare nequit*, quæ in æquabilitate ſubſiſtere nequit ob motionem ipſius, quia anſa ab una parte gravitatem aliquam adfert, eamque in latus inclinat. Pariter ſi teſta habeat acumen aliquod in fundo prominens, ita ut ipſa impediatur hoc acumine ut ſtare nequeat in æqualitate, ſed in unum latus ſe inclinet ob acumen iſtud, munda eſt. מכריעו *ſi ipſum depreſſerit*, ſi dolium in latus flexerit. שנפחתה *quod diminutum eſt*, cui aliquid ademptum eſt, ita ut quando id in ſede ipſius poſitum ſit, in ſe nihil recipere poſſit ex eo quod ipſi ademptum eſt, ſed quando in latus inclinatum eſt, tum fieri poteſt ut iſte margo ſive acumen poſſit recipere. Pariter ſi illa diffiſſa ſit & in longitudine ſua diviſa, ita ut duo ſint parietes, tum quodque dimidium, ſi in fundo conſiſtere poſſint, non recipit quicquam; at ſi in fundo lateris quod eſt altitudo dolii, poſitum ſit, fieri poteſt ut quid recipiat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב חבית שנתרועעה ואינה יכולה להטלטל בחצי קב גרוגרות טהורה גיסטרא שנתרועעה ואינה מקבלת משקין אף על פי שהיא מקבלת אוכלין טהורה (ס"א) שאין שירין לשירין׃

2. Dolium confractum quod dimoveri nequit, cum dimidii Cabi e carica quantitate, mundum eſt. Teſta confracta quæ non recipit potus, etſi illa recipiat cibos, munda eſt, quia reliquiæ non habent reliquias.

R. OB. DE BARTENORA.

ואינה יכולה להטלטל בחצי קב גרוגרת *Quod cum dimidio Cabi e carica ferri nequit*, quia hocce vaſis fragmentum jam confractum eſt, & caricæ aggravant, omnino confringitur, quando dimovetur, idcirco quantitas illius ſtatuitur in dimidio Cabi, quia iſta quantitas determinata eſt in unam menſam pro uno homine, nam Cabus e caricis eſt portio in duas menſas, ſicuti colligitur ex fine codicis de Angulo, ubi dicitur, non minus pauperi in area erogant quam Cabum e Caricis; omne vero vaſculum quod ferre nequit menſuram pro una menſa, ſimile eſt fragmento. גיסטרא notat vas teſtaceum in duo diviſum fragmenta. שאין שירין לשירין *quia reliquiæ non habent reliquias*, hoc ſenſu, vaſi integro parcunt, & ob fiſſuræ fragmentum id non projicitur, idcirco reliquias vaſis, id eſt alia fragmenta vaſis adducunt, & fiſſuræ ſupponunt. Sed fragmentum vaſis quamprimum confractum eſt, ita ut potus exeat, projicitur, quia non dicimus, adduc fragmentum vaſis alterius ut id ſupponatur fragmento hujuſce vaſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גיסטרא Eſt fragmentum vaſis ſive teſta quam ſupponunt vaſis ad recipiendum guttas deſtillantes, & quando aliquid e vaſis ſtillaverit, negotium eorum intercidit, & hoc eſt quod in Gemara dicitur, quia non dicunt, adfer teſtam ad teſtam, & hoc ſenſu dicit Miſna, reliquiæ non habent reliquias. Hæc גיסטרא *teſta*, quando ea integra eſt in forma ſua, eſt reſiduum aliquod vaſis, quia vaſi fiſſo detracta eſt, fit reſiduum de reſiduo, at tu jam noſti quod reſiduum rei ſit reſiduum quod ad ipſam pertinet.

ג איזו היא גיסטרא כל שניטלו אזניה היו בה חדודים יוצאין כל המקבל עמה בזיתים מטמא במגע וכנגדו מטמא באויר וכל שאינו מקבל עמה בזיתים מטמא במגע ואין כנגדו מטמא באויר היתה מוטה על צדה כמין קתדרה כל המקבל עמה בזיתים מטמא במגע וכנגדו

3. Quidnam eſt גיסטרא? quod non habet anſas; ſi ex ipſo prodeant acumina, tum omne quod ope illius receperit in olivis, polluitur tactu, & quod e regione illius eſt, polluitur aëre. Quicquid vero non recipit cum ipſo in olivis, id polluitur tactu, at e regione non polluitur aëre. Si id in latus inclinatum ſit in forma cathedræ, tum id omne quod cum ipſo recipit in olivis, polluitur tactu, & quod e regione

וכנגדו מטמא באויר וכל שאינו מקבל עמה בזיתים מטמא במגע ואין כנגדו מטמא באויר שולי קורפיות ושולי קוסים הצדוניים אף על פי שאינם יכולין לישב שלא מסומכין טמאין שלכך נעשו מתחילתן :

gione eſt, polluitur aëre; quicquid autem cum ipſo non recipit in olivis, id polluitur tactu, & quod e regione eſt, non polluitur aëre. Vaſa Curphæa & phialæ Sidoniæ etſi in fundo ſuo ſtare nequeant abſque fulcimento, immunda ſunt, quia ab initio ita facta ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנטלו אזניה *Cujus anſæ ademptæ ſunt*, ejuſmodi cenſetur eſſe גיסטרא, licet vas integrum ſit, quia id non habet anſas quibus deportari poteſt ab uno loco in alium; ſi vero confractum fuerit, menſura foraminis ſtatuitur ſi ea tanta ſit ut potus exire poſſit.

היו בה חדודים *Si in ipſo ſint acuminationes*, e ſimplici teſta confracta egrediuntur acuminationes, ſicuti ſunt acuminationes teſtæ. *Quicquid cum ipſo recipit in olivis*, ſi oliva exire nequeat inter unam atque alteram acuminationem, medium illius cenſetur ac ſi eſſet גיסטרא ipſa, & polluit, etiam aëre; ſed onere polluitur ratione anſæ.

היתה מוטה על צדה *Si in latus ipſius inclinatum fuerit*, ſi id in duo ſegmenta diviſum fuerit in forma mactræ, & non ſubſiſtere poſſit niſi in parietibus ſuis, quia acuminationes habet. *Quicquid cum ipſo recipit in olivis*, ſicuti id polluitur quando in fundo ſubſiſtit, ita quoque polluitur quando in latere ipſius ſubſiſtit. Miſna ſimplex eſt ſecundum Sapientes ſuperius, dicentes dolium in duo ſegmenta in forma mactræ diviſum, pollutum eſſe. קתררא eſt ſedile mulierum in curru vectarum.

קורפיות *Curphæa*, quæ vaſa ita vocantur a nomine loci in quo facta ſunt, & hæc acuminata ſunt, idcirco abſque fulcimento ſubſiſtere nequeunt. קוסים quemadmodum dicitur Num. 4,7. קשות הנסך Et in codice de Synedriis dicitur, qui furatus eſt הקסוא, eſtque aliquod vas miniſterii ſacri, & קוסין ſunt funda acuminata, & quando in iis coquunt, imponunt ea vaſi ferreo, quod barbare vocant *tripodi*; quum vero id deponunt, fulciunt ipſum pulvere fornacis. הצידונים *Zidoniæ*, in Zidone factæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שנטלו אזניה *Cujus anſæ ablatæ ſunt*, ſi dolium aliquod amiſerit caput ſuum & anſas, fundo duntaxat relicto, tum id dicitur גיסטרא, & alii vaſi ſupponitur; ſi vero extra latera גיסטרא promineant extremitates quædam foraminis, in hac forma, atque hæ extremitates tam latæ fuerint ut olivas recipere poſſint, quando iſtæ huic גיסטרא imponuntur, & ſerpens hoc גיסטרא tetigerit interius, tum acumen illius pollutum eſt, quando ſerpens fuerit in aëre גיסטרא, & acumen fuerit e regione aëris, ſicuti e figura conſtabit, tum acuminatio iſta una cum גיסטרא polluta eſt in aëre. קתדרה notat formam ſedilis cui fœminæ more ſuo in viis inſident, & id apud nos vocatur עמאריה; poſtquam vero ſimilitudo גיסטרא hoc modo expoſita ſit, dicetur quod jus in acuminibus hiſce idem ſit, ſive גיסטרא in latus inclinatum ſit, ſive in fundo conſiſtat. קורפיות notat vas aliquod veluti humi ſedens, quod ſuper fundo ipſius ferri nequit.

קוסים הצדוניים *Phyalæ Zidoneæ*, quæ Zidoni propriæ erant, earumque fragmenta. Per שארית *reliquias* intelligendæ ſunt extremitates acuminum, etſi iſtæ in terra conſiſtere nequeant, ut comprehendant id quod ipſis imponitur, ſed effundantur, tamen immunditiem recipiunt, quia omnia vaſa ab initio ea intentione facta ſunt, quod nunquam recipiant potus niſi ſuffulciantur. Conditio vero iſta ſupra de fragmentis vaſis tradita capite ſecundo, quod nempe ſubſiſtant abſque fulcimento, intelligenda eſt de vaſis ab initio ea intentione factis ut abſque fulcimento ſubſiſtant, & requiritur ut ita ſe habeant fragmenta eorum, & tum immunditiem recipere poſſunt.

ד כלי חרש שיש לו שלש שפות הפנימית עודפת הכל טהור החיצונה עודפת הכל טמא האמצעית עודפת ממנה ולפנים טמא ממנה ולחוץ טהור היו שוות רבי יהודה אומר חולקין האמצעית וחכמים אומרים הכל טהור כלי חרש מאימתי מקבלין טומאה משיצרפו בכבשן והוא גמר מלאכתן :

4. Si vas teſtaceum tres habeat margines, & interior redundet, omnia munda ſunt; ſi exterior redundet, omnia immunda ſunt; ſi media redundet intro, immundum eſt, ſi foras, mundum eſt. Si æquales ſint, R. Jehuda dicit, dividant medium. Sapientes dicunt, omnia munda ſunt. Quando vaſa teſtacea immunditiem accipiunt? ex quo in fornace conflata ſunt, & hæc eſt perfectio operis eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

שפיות *Labia*, id eſt margines vel anſæ, quæ ſunt circum os, & porro aliquod concavum inter unum atque alterum marginem. הפנימית עודפת *Si interior redundat*, tum omnia munda ſunt, nempe omne id quod extra iſtam eſt marginem, id cenſetur eſſe exterior pars vaſis, at vas teſtaceum non polluitur exterius, quicquid autem in ipſo continetur, id immundum eſt.

החיצונה עודפת *Exterior redundet*, tum omnia immunda ſunt, quia id quod extra eum eſt, id ut exterior pars vaſis eſt, quod vero interius eſt, id medium eſſe cenſetur. Sic etiam ſi medius margo altus ſit exterius, cenſetur eſſe pars exterior, ſi interius, cenſetur eſſe medium, vas enim impletur uſque ad altitudinem ſuam.

היו שוות *Si æquales ſint*, ita ut ne unus quidem margo redundet altero. *Sapientes dicunt, omnia munda ſunt*, margo cujus immundities incidit in aërem ſive in concavum duntaxat, immundus eſt, omnia vero reliqua ſunt munda, & ita deciditur. משיצרפו בכבשן *ex quo conflata ſunt in fornace*, ſed ante conflationem illa ſunt vaſa terrea, quæ non polluuntur. Et ſi perfecerit opus eorum, etiamſi id factum fuerit poſt conflationem in furno, tamen corrigenda ſunt, polienda,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod voces שפות, זר, לזביז, & דופן, in hoc codice ejuſdem ſunt ſenſus; at vero ſunt anſæ altæ per vaſis ſuperficiem, ſcil. cyathi, & hæc nomina inter ſe commutantur in principio formæ vaſis, ſicuti invenies marginem vaſis quadrati dicier לזביז, rotundi vero inſtar ſtomachi dici שפה, & id genus alia nomina, ut דופן *latus*, atque ora parva ſuperius anguſta. Cæterum jam noſti quod vas teſtaceum ab aëre, id eſt intus polluitur, & non extra. Quando autem margo interior altior fuerit juxta hanc figuram, & eum tetigerit reptile aliquod, tum pollutum eſt omne id quod in vaſe continetur; quicquid autem foris eſt in duobus marginibus, id omne mundum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *omnia munda ſunt*, id eſt omne id quod extra marginem eſt. Si vero margo exterior altior ſit juxta hanc figuram, tum poſtquam reptile tetigerit aërem vaſis, pollutum eſt, & quicquid inter margines eſt, omnes ſc. cibi & potus. Sin autem medius redundet margo, & reptile tetigerit illius aërem, pollutum eſt id quod in vaſe continetur, & non id quod extra ipſum eſt. Porro dixerunt, *ex quo in fornace conflata ſunt*, nempe ex quo coquuntur, & quando illa amiſerunt jus luti. Sed ante coctionem ipſorum, ea ſunt vaſa ter-

da, lævíganda, & æquanda in marginibus ſuis, etſi in fornace conflata ſint, putat tamen opus eorum perfectum eſſe, & ipſa pollui. terrea, quæ non recipiunt immunditiem, ſicuti exponetur. Tandem Miſna dicit, *& ſi is opus eorum perfecerit*, nam in reliquis vaſis res ſunt operis eorum perfectio, & non prius polluuntur quam hi caſus completi fuerint, ſecundum id quod in vaſis metallinis fieri ſolet, dum lævigantur, & poliuntur. At vero vas teſtaceum recipit immunditiem ex quo coctum eſt, & tum perficitur opus iſtius, quamvis poſtea hæc vaſa purgent ope teſtæ, & margines exæquent inſtrumento, additítiis rebus ope inſtrumento ferreo remotis, quicquid cum ipſo recipitur de luto dum coquitur, id diminutioni aſſimulatur; hæc itaque omnia non cohibeantur ne immunditiem recipiant, quia opus jam perfectum eſt in coctione duntaxat. Quicquid autem poſt hoc additamentum fecerit, id non opus habet ipſo; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, qui dixit, *dividunt medium*, ſed quicquid pollutum eſt aëre illius, id immundum eſt, reliquum vero mundum.

פרק ה תנור תחלתו ארבעה ושירו ארבעה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים במה דברים אומרים בגדול אבל בקטן תחלתו כל שהוא ושירו ברובו משתגמר מלאכתו איזהו גמר מלאכתו משיסיקנו כדי לאפות בו סופגנין רבי יהודה אומר משיסיק את החדש כדי לאפות בישן סופגנין :

Caput 5. Principium fornacis eſt quatuor palmorum & reſidua illius quatuor, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, de quo dicta ſunt hæc verba? de magno, ſed parvi principium poteſt eſſe quantulumcunque, & reſidua ipſius maxima ipſius pars, ex quo opus illius perfectum eſt. Sed quodnam eſt operis illius perfectio? ex quo ipſum accenderit ad coquendum in ipſo placentas. R. Jehuda dicit, ex quo accenderit novum ad coquendum in veteri lagana.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שתחלתו ארבעה *Fornacis initium factum eſt in quatuor palmis*, & ſimpliciter fornax habenda eſt in forma ollæ magnæ confecta, cui non eſt fundus, ipſam conjungunt luto ſuper terra; cæterum pavimentum fundi notat imum fornacis, etſi iſta fornax per ſe non habeat receptaculum, tamen immunda eſſe cenſetur, quia Lex medio tribuit immunditiem, at hujuſmodi fornax habet medium aliquod. *Cujus initium quatuor eſt palmorum*, altitudo fornacis non minor eſſe debet quam quatuor palmorum; *& reſidua illius*, ſi fornax ſit magna, & polluta, poſtea vero confracta fuerit, non eſt munda niſi donec in fragmentis illius non ſint quatuor palmi. Quando dicta ſunt hæc verba? quando initium & additamenta quatuor habent palmos in fornace magna, quæ tam ad panes quam ad alias res coquendas conſtructa eſt, ut in fornacibus fieri ſolet. Sed in parva quæ conſtructa eſt ut cum ipſa ludant pueri, principium poteſt eſſe quatulumcunque, & non ſtricte quantulumcunque, quia in ipſa quæ minor eſt palmo, non obtinet caſus immunditiei. ושירו ברובו *Et reſidua illius in maxima illius parte*, in Gemara capute nono codicis de Profanis objicitur contra hanc Miſnam, hoc ſenſu, quæ minor eſt palmo, ad quid ea valet? & reſpondetur, quod dicitur, & reſiduum illius in maxima illius parte, id magnam reſpicit, & non parvam; & regeritur, de magna dicitur, *& reſidua illius quatuor palmorum*, nam doctor tradit, de quo dicta ſunt hæc verba? de magna, unde conſtat quod Sapientes non repugnant doctori primo de fornaci magna; ſed reſpondet ad hancce objectionem, utique in fornace ſunt ſeptem palmi, quomodo ergo novem eſſe poſſunt, quaſi dixiſſet, ſi ſit fornax palmorum ſeptem, tum reſidua illius ſunt ut maxima illius pars, etſi non ſint quatuor palmi, fornax tamen non minor eſt quatuor palmis, & quia ab initio cenſetur eſſe aliquod vas, e reſiduis illius commodum percipiunt, etiamſi non valde apta ſint. Sed in fornace ſeptem palmorum, quia maxima illius pars eſt menſura, polluitur in reſiduis quatuor palmorum ſicuti in initio illius. משתגמר מלאכתו *ex quo opus illius abſolutum eſt*, hoc ad fornacis principium pertinet, quaſi dixiſſet, ex quo polluitur fornax? ex quo opus illius perfectum eſt. משיסיקו *ex quo accenderit ipſam*, etiamſi reliquis vaſis teſtaceis ſufficiat conflatio in fornace, fornax tamen ipſa quæ luto conglutinari debet ut condenſetur, & calorem contineat, nondum plane abſoluta eſt niſi donec accenderint ipſam. Tamen non requiritur multum ignis ad panem in ipſa coquendum, ſed ad lagana coquenda, quæ tenuia depſuntur inſtar ſpongiæ, & idcirco exigua accenſione coqui poſſunt. *Ex quo accenderit novam, ad coquendum in veteri fornaci*, ad coquendum in nova lagana requiritur plus ignis quam in veteri; ſi vero novus furnus exiguo igne accenſus fuerit, quo igni vetus accendi potuiſſet ad lagana in ipſo coquenda, tum hæc eſt operis illius perfectio; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes fornaces & furni, omneſque foci ſive in terra ſive in ſuperficie illius, tam ad coquendum panem, quam ad reliqua coquenda, immunditiem recipiunt; Lex vero dicit Levit. 11, 35. תנור וכירים טמאים הם Et jus eorum ſimile eſt juri de immunditie vaſis teſtacei, ſicuti exponitur. Dicit R. Meyr, poſtquam quatuor palmorum ſpatium de fornace ædificatum fuerit, id immunditiem recipere poteſt; & ſic etiam fornax integra, poſtquam depravata fuerit remanentibus quatuor palmis, immunditiem recipit. Sapientes vero dicunt fornax parva recipit ex quo ipſa quantulumcunque ædificata eſt. Gemara autem exponit id quod dicitur, omne quod palmi ſpatium habet, intelligendum ſit, poſtquam de fornace palmi ſpatium ædificatum ſit, ipſumque tum immunditiem recipere poſſe. Pariter, ſi fornax parva depravata ſit, & maxima ipſius pars remota ſit, ſcil. maxima pars altitudinis, immunditiem recipit; ſi vero dimidium duntaxat remanſerit, & in inferiori parte, non recipit immunditiem. Porro eadem Gemara de duobus dixit caſibus, ex quo opus illius abſolutum eſt, nempe quando R. Meyr dixit, ex quo de fornace quatuor palmi ædificati ſunt; & ita dicunt Sapientes, ſi palmus de parva, & quatuor palmi de magna ædificati fuerint, & ea conditione quod opus perfectum ſit; expoſitio autem illius quod dicitur, & ſi opus illius perfectum ſit, hæc eſt, accendetur ſcil. fornax donec in fundo ipſius ſit tantum caloris quantum ſatis eſt ad coquendum in ipſa. סופגנין *lagana*, ſunt panes tenues, qui ita vocantur eo quod ſpongiæ סופג ſimiles ſunt, quia coctio eorum acceleratur ad depſionem levandam. Notum vero eſt quod fornax nova in qua nihil coctum eſt, multum accendi debeat; donec ea veteris calorem accipiat. Sed fornax quæ ſæpius accenſa eſt, exiguo igne calefieri poteſt, quo mediante lagana coquantur. Dicit R. Jehuda, ex quo fornax accenſa eſt nova cum ipſa ignis quantitate, ut ſi vetus eſſet fornax, fieri poſſet ut in ipſa coquerentur lagana, opus illius jam perfectum eſt, & immunditiem recipere poteſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב כירה תחלתה שלש ושיריה שלש משתגמר מלאכתה איזהו גמר מלאכתה משיסיקנה כדי לבשל עליה

2. Furni principium trium, & reſidua etiam trium palmorum eſt ex quo opus illius abſolutum eſt. Sed quando opus illius abſolutum eſt? ex quo accende-

עלירה ביצה קלה שבביצים טרופה ונתונה באלפס הכופח עשאו לאפייה שעורו כתנור עשאו לבשול שיעורו ככירה האבן היוצא מן התנור טפח ומן הכירה שלש אצבעות היבור היוצא מן הכופח עשאו לאפייה שיעורו כתנור עשאו לבשול שעורו ככירה אמר רבי יהודה לא אמרו טפח אלא בין התנור ולכותל היו שני תנורין סמוכין זה לזה נותן לזה טפח ולזה טבח והשאר טהור :

cenderit quis eum ut ovum leviſſimum in ipſo coqui poſſit, ſi confractum ſit & ſartagini cupæ inditum: ſi Copach fecerit ad coquendum, menſura illius ſimilis eſt menſuræ fornacis; ſi ad elixandum fecerit ipſum, menſura illius ſimilis eſt menſuræ furni. Si lapis exeat e fornace, eſt menſura palmi, ſi e furno, menſura trium digitorum. Vinculum Copach egrediens ſi factum ſit ad coquendum, ejus menſura eſt ut fornacis; ſi ad elixandum ſit factum, ejus menſura eſt ut furni. Dicit R. Jehuda, non dixere palmum niſi inter fornacem & parietem ſint duo furni ſibi invicem vicini, tum utrique cedit palmus, reliquum vero immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כירה Notat locum in quo duæ ollæ diſpoſitæ ſunt, aliquando autem ei imponunt ollas ad coquendum in iſto furnulo, aliquando vero ſuper ipſo ponunt. תחלתה שלשה *principium illius trium eſt*, altitudo non debet eſſe minor tribus digitis. *Ex quo illius opus abſolutum eſt*, quaſi dixiſſet, quando principium illius polluitur? ex quo opus illius abſolutum eſt. ביצה קלה *ovum leve*, eſt ovum gallinæ, ſed quare id vocatur ovum leve? quia id leve eſt reſpectu coctionis, id eſt quia id celerrime coquitur. טרופה *ruptum*, quando ovum in ſcutella fractum eſt, & ſartagini inditum jam calefactæ, quæ tum coctionem accelerat. כופח *Cophach*, notat diſpoſitionem unius ollæ, & calor illius major eſt quam כירה *furni*, & aliquando in hoc furnulo panem coquunt. *Menſura illius eſt ſimilis menſuræ fornacis*, ad lagana coquenda, & menſura illius quoque ut menſura furnuli ad coquendum in ipſo ovum leve. *Lapis egrediens &c.* ſolebant enim lapidem conjungere cum fornace, qui ex ipſo prominebat exterius, & habebat aliquod manubrium, & fornaci ſimilis erat; fornace autem polluta etiam iſte lapis pollutus eſt, & panis qui eum tetigerit, quia is fornacis manubrium eſt. Dixit vero Deus, *fornax & furnuli frangentur, immundi ſunt, & immundi erunt vobis*, ubi per לכם *vobis*, includitur omnium eorum uſus, & manubria quoque quibus indiget vas. *R. Jehuda dicit, non dixere palmum*, nam ſi in fornace plus ſit quam palmi, & plus quam trium digitorum ſpatium in furnulis, id non cenſetur eſſe conjunctio, ſed quando lapis inter fornacem eſt, & inter parietem, quia impedit ita ut fornacem cum parietem jungere nequeant, & domum impellat. Propterea ſi plus quam palmus ſit, auferendus eſt; ſi vero ad latus domus poſitus ſit quantumvis magnus ſit lapis, is tamen anſa eſt pro fornace; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Reliquum vero immundum eſt*, nam traditur in Torat Cohanim, forſan hic ultra menſuram aliquid addendum eſt? non, Lex dicit, *immundi erunt vobis*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כירה Notat focum qui extructus eſt ad coquendum in eo coctilia, eſtque locus duarum ollarum, ſicuti expoſuimus in codice de Sabbato. כופח *Copach* eſt locus unius ollæ duntaxat, & ferme fornacis ſimilitudinem habet, atque hæc ſtructura deſtinata coctilibus coquendis, olla vero ei ſuperius impoſita eſt, & ignis ei inferius ſuppoſitus, ſicuti in modum furnuli; ipſam itaque accendunt, & coquunt in ipſa.

כירה Eſt idem quod תנור *fornax*, quando Miſna dicit *tres* hic requiri, ſubintellige tres digitos in altitudine. *Ovi* autem *leviſſimi* quod cito coquitur in hac ſtructura, expoſitio adfertur in Gemara, quod ſcil. id ſit ovum gallinæ. טרופה ונתונה באלפס *ſi id ruptum ſit & ſartagini inditum*, atque ſi oleo delinitum ſit quod in ſartagine injectum; cujuſmodi coctile celerius coquitur; requiritur autem ut ſartago jam æquabili igni accenſa ſit, & non tantum quod illius gratia non accenſa ſit. Cæterum Deus dixit Levit. 11, 35. תנור וכירים טמאים הם וטמאים יהיו לכם Hinc Traditio exponit, לכם *vobis*, id eſt in omnibus neceſſitatibus veſtris, ad includendum vaſorum anſas, hinc dixerunt, lapis ex fornace egrediens, eſt palmi unius, qui vero e furnulo, trium digitorum conjunctio eſt; hujuſce vero dicti ſcopus eſt, quod quicquid paratum fuerit in auxilium vel miniſterium hujuſce vaſis, id immundum erit immunditie ipſius vaſis; at non dubium eſt quin palmus e fornace egrediens, ſi defecerit, fornax debilitetur, & illius ignis refrigefiat, ita ut fornax indigeat iſto lapide, & idcirco lapis polluitur immunditie fornacis, & fornace polluta etiam palmus ei adhærens polluitur. Quicquid vero huic ſtructuræ additur, id mundum eſt; & quicquid in Lege occurrit ex hoc codice de Menſuris quibus polluuntur dum vas polluitur, ex eo quod ei adhæret, ſive fornax ſit, ſive aliud quid ſupra memoratum, id ſubjicitur fundamento quod tibi jam memoravi, ſcil. Legem per לכם *vobis*, includere omnimodum fornacis uſum, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג עטרת כירה טהורה טירת התנור בזמן שהיא גבוה ארבעה טפחים מטמאה במגע ובאויר פחותה מכאן טהורה אם חברה לו אפילו על שלשה אבנים טמאה בית הפך ובית התבלין ובירת הנר שבכירה מטמאין במגע ואינן מטמאין באויר דברי רבי מאיר (נ"א שמעון) רבי ישמעאל (ס"א) מטהר :

3. Corona furni munda eſt, concavum fornacis quatuor palmos altum polluit tactu, & aëre, ſin minus ſit, mundum eſt. Si quis id conjunxerit, licet ſuper tribus lapidibus, immundum eſt. Domus lenticulæ, & domus coctilium, domuſque lucernæ in furno, polluuntur tactu, at non aëre; R. Iſmaël mundum ſtatuit.

R. OB. DE BARTENORA.

עטרת כירה *Corona furni*, eſt ſtructura rotunda circum caput furni ad calorem ignis conſervandum, & ipſa munda eſt, furno enim polluto corona non eſt polluta, quia corona non cenſetur eſſe conjunctio pro furno.

טירת התנור *Concavum furni*, eſt atrium furni, videſis Gen. 25, 16. eſtque locus coram fornace pariete ſeptus, cui panem imponunt, quando ipſum e fornace deſumpſerint. *Quando id quatuor palmos altum eſt*, ſecundum menſuram altitudinis fornacis, cujus principium quatuor eſt palmorum. *Licet ſuper tribus lapidibus*, quia hæc non eſt conjunctio firma,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עטרת הכירה *Corona furni*, eſt ædificium aliquod circum furni ſummitatem, ut ei imponatur olla, ne ullus ignis calor evolet; & hoc vocatur *furni corona*, quia ipſum undiquaque ambit ut corona caput. Furno autem polluto non polluta eſt hæc ſtructura ei addita ſuperius; ſpatium aliquod coram fornace paratur parietibus clauſum, cui imponitur panis dum is e fornace educitur, & hoc ſpatium טירת התנור *pālatium fornacis* vocatur, vide Gen. 25, 16. Porro dicit Miſna, *polluit tactu & aëre*, nempe, quando fornax polluta eſt, ſive reptile ipſam interius tetigerit, ſive aërem illius abſque

ma, ſed furnus tribus lapidibus tantum impoſitus eſt, quicquid autem fornaci adhæret, id demum conjunctio habetur.

בית הפך *Domus lenticulæ*, eſt locus ad latera furni cui lenticulam olei indunt ut calefiat. בית התבלין *domus coctilium*, eſt locus cui coctilia imponunt. *Domus lucernæ*, locus cui lucernam imponunt. *Polluuntur tactu*, ſi reptile aliquod medium furni attigerit, hæc loca polluuntur immunditie furni; contra, ſi unus ex iſtis locis pollutus ſit tactu reptilis, furnus pollutus eſt cum ipſis, quia ad furnum pertinent, idcirco res eadem ſunt reſpectu immunditiei tactu contractæ. *Sed non polluuntur aëre*, ſi reptile pendeat in aëre furni, & ipſum tamen non tetigerit, etſi immundus ſit, quia vas teſtaceum polluit aëre, hæc tamen munda ſunt, quia ipſis non eſt vinculum conjunctionis, niſi reſpectu contactus duntaxat, quia ex Lege iſtis rebus cum furno nulla eſt conjunctio. Sapientes tamen de iis immunditiem decreverunt, ſtatueruntque furnum non pollui aëris immunditie, ne in ipſo oblationem primam & ſancta comburerent. *R. Simeon mundum ſtatuit*, etiam tactu omnem immunditie non affectum dicit is mundum, quia unum quodque ſpatium eſt ſingulare vas aliquod; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

que ullo fornacis contactu, tum hocce palatium eſt pollutum, quia id ipſum ad fornacis uſum ſpectat, ejuſdemque portio eſt. Si vero fornax minor ſit quatuor palmis in altitudine, non polluta eſt, quia inepta eſt ad panem recipiendum; conjuncto autem palatio cum fornace, inde conſtat ipſum factum eſſe in uſum, & poſſeſſorem velle ipſum conjungere cum fornace, idcirco palatium polluitur fornacis immunditie, in quantulacunque quantitate conjunctio facta fuerit, ut, ſi tres lapides diſpoſuerit in latere fornacis, ipſumque iſtis lapidibus impoſuerit. Cæterum in lateribus furni conſtrui ſolet ſpatium aliquod cui imponitur lenticula olei, quod vocatur *domus lenticulæ*; & locus cui coctilia imponuntur, vocatur בית התבלין *domus coctilium*; locus vero cui lucerna imponitur, vocatur בית הנר *domus lucernæ*. Furno autem polluto tactu reptilis interius, omnia hæcce loca polluta ſunt, quia cum furno juncta ſunt. Polluto autem furno duntaxat aëre, quando reptile tetigit aërem, tum furnus quidem pollutus eſt, ſed hæc loca non polluta ſunt. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt quod R. Meyr ſtatuat hæc interſtitia ad furnum pertinere, quia horum locorum immunditiés ſit ex inſtitutione Sapientum, qui eos cum furno junctos eſſe ſtatuerunt. Sed non licet oblationem primam in iſtis locis comburere, nam ſi illa ad ſubſtantiam furni pertinerent ex Lege, pollueretur oblatio immunditie furni, tam tactu quam aëre; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

ד תנור שהוסק מאחוריו או שהוסק שלא לדעתו או שהוסק בבית האומן טמא מעשה שנפלה דליקה בתנורי כפר סגנה ובא מעשה ליבנה וטימאן רבן גמליאל :

4. Si fornax a poſteriori parte, vel abſque intentione, vel in domo opificis, accenſa ſit, immunda eſt. Contigit aliquando ut incendium inciderit in fornaces pagi Signæ, & caſus ad Jaſnenſes delatus ſit, Rabban Gamaliel vero eas pronunciarit immundas.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שהוסק מאחוריו *Fornax quæ a poſteriori parte accenſa eſt*, fornax enim immunditiem non recipit, niſi donec quis ipſam accenderit; ſi vero interius non accenderit ipſam, ſed exterius, cenſetur extenſa, vel ſi præter intentionem, vel in domo opificis acceuſa ſit, antequam opus illius perfectum ſit, tum immunda eſt ſecundum noſtrum exemplar; at ſecundum alia exemplaria munda eſt, ſed hic eſt error.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam præmiſimus fornacem non pollui niſi donec accenſa ſit, atque hoc eſt operis ipſius perfectio; & dixerunt quoque quod cum exterius accenſa ſit, vel abſque intentione, vel ſi ab opifice accenſa ſit, qui ipſam fecit, etſi non incenderit ipſam ad coquendum in ipſa, tamen immunda eſt, quia accenſa eſt quocunque id factum ſit modo; & ipſa operis adductio docet, quod ſi abſque intentione accenſa ſit, immunda ſit; & hæc veriſſima ſunt.

ה מוסף התנור של בעלי בתים טהור ושל נחתומין טמא מפני שהוא סומך עליו את השפוך רבי יוחנן הסנדלר אומר מפני שהוא אופה בו כשהוא נדחק כיוצא בו מוסף היורה של שולקי זיתים טמא ושל צבעים טהור :

5. Additamentum fornacis ad patremfamilias pertinentis mundum eſt, ſi ad piſtorem, immundum eſt, quia is veru ei imponit. R. Jochanan Sandalarius dicit, quia is in ipſo coquit in tempore neceſſitatis. Ita quoque additamentum ollæ in qua olivæ elixantur, immundum eſt, infectorum vero mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מוסף התנור *Additamentum fornacis*, eſt adjunctorium aliquod fornaci ſuperius additum, ad calorem illius conſervandum. *Quia veru ei imponit*, veru quod carni inditur ut ea aſſetur in additamento, idcirco id ad fornacem pertinere cenſetur; Lex vero de fornacibus dicit Levit. 11, 8. *Immunda erunt vobis*, vobis, id eſt in omnibus neceſſitatibus veſtris vaſa immunda erunt, uti ſuperius docuimus. *Quia is in ipſo coquit*, quando neceſſitate quadam cogitur, dum multæ ei ſunt turmæ, & multi panes coquendi. R. Jochanan non ſatisfecit primi doctoris ratio, quia piſtor additamento imponit veru, putat enim requiri miniſterium additamenti, ut ipſius fornacis. מוסף יורה *additamentum ollæ*, *in qua olivæ elixant*, tinctores enim magnam habent ollam, cui luteum aliquod additamentum faciunt circum marginem, ut aquæ in ipſum aſcendant dum efferveſcunt; ſi talis olla ad eos qui olivas elixant, pertineat, immunda eſt, quia iſtud additamentum indiget vaſe ſuo, & in ipſo miniſterium peragitur. *Infectorum vero mundum eſt*, quia non fit in ipſo miniſterium, idcirco infectores non perdent ipſum, deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan Sandalarium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent fornacis margini ſuperius aliquod additamentum adjicere, quod מוסף תנור *adjunctorium fornacis* dicitur, habetque circuli figuram circum orificium fornacis, cui piſtor veru ſuum imponere ſolet, & cum ita ſit res, ſtructura iſta ad fornacis uſum pertinet. יורה eſt olla in fundo ædificata, & maxima ex parte ex ære conſtructa, & ea quoque aliquod circum ſe habet additamentum in quod aquæ ſe diffundunt dum efferveſcunt, ſic tinctores quoque facere ſolent, quando ſmegma parant, vel quando elixant, vel quando olivas coquunt, & id genus alia. Omnium vero rerum id eſt fundamentum quod tibi jam commemoravi, nempe, quia Lex dixit Levit. 11, 8. לכם *vobis*, id eſt ad omnes neceſſitates veſtras. Cæterum e R. Jochananis verbis conſequitur in additamento non contineri aliquem uſum præter impoſitionem veru, idcirco non polluitur immunditie fornacis; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan.

ו תנור שנתן בו עפר עד חציו מעפר ולמטן מטמא במגע מעפר ולמעלן מטמא באויר נתנו על פי הבור או על פי הדות ונתן שם אבן רבי יהודה אומר אם מסיק מלמטן והוא נסוק מלמעלן טמא וחכמים אומרים הואיל והוסק מכל מקום טמא :

6. Si quis fornaci impoſuerit pulverem uſque ad dimidium illius, tum ea a pulvere & inferius polluitur tactu, a pulvere vero & ſuperius polluitur aëre. Si eam orificio putei impoſuerit, vel orificio ciſternæ, ibique lapidem poſuerit, R. Jehuda dicit, ſi eam accenderit inferius, etiam ſuperius incaleſcit, & immunda eſt; Sapientes dicunt, quia omnino accenſa eſt, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מעפר ולמטן מטמא במגע *A pulvere & inferius polluitur tactu*, ſi reptile aliquod tetigerit fornacem intus, ſupra arenam, tum polluta eſt ea pars quæ infra arenam eſt; & ſi in aëre pendeat reptile, & fornacis parietes non tetigerit intus, polluta eſt duntaxat ea pars quæ ſupra arenam eſt, in terra. דות ſimilis eſt בור effoſſioni in ſuperficie terræ, in qua ponitur lapis inter puteum & inter parietes fornacis, ad corroborandum fornacem, ne ea incidat in puteum; ſi inferius hanc accenderit, in puteo, tum fornax deſubter calefit & calor vergit ſurſum verſus fundum, & tum immunda eſt; at ſi non accenſa ſit ope ignis inferius in puteo, munda eſt. Cæterum controverſia R. Jehudæ & Sapientum duntaxat eſt de accenſione prima, quæ eſt perfectio operis illius, & mediante iſtius accenſionis immunditiem recipere poteſt. R. Jehuda putat requiri ut fornax adhæreat terræ dum prima vice accenditur, quia Lex dicit, *fornax & furnuli frangentur*, at fractio locum non habet, niſi ea terræ contigua ſit, nam iis quæ moventur convenit vox שבירה *confractio*, & non נתיצה *deſtructio*; idcirco ſi fornax accenſa ſit per fundum in medio putei, cenſetur perinde ac ſi puteo contigua eſſet, & ei applicari poteſt נתיצה *deſtructio*. Si vero ea non accenſa ſit e puteo, tum quaſi deſtructa eſt fornax, idcirco deſtructio non invenit locum. Sapientes vero dicunt, quandoquidem accenſa eſt fornax, nihilominus tamen immunda eſt, nam Lex dixit, *immundi erunt vobis*, quod omnimode intelligendum eſt. Et quamvis quis eam accenderit quando pendebat a collo cameli, tamen hæc vera accenſio eſt, & ita opus illius perfectum. Omnes vero concedunt de accenſione ſecunda poſt operis illius conſummationem, eam pollui etſi a collo cameli dependeat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעפר ולמטה מטמא במגע *A pulvere & inferius ea polluit tactu*; nempe, quando reptile tetigerit fornacem intus ſupra pulverem, tum ab ipſo polluta eſt pars quæ latet in pulvere; at ſi pars ſuperior aëre polluta ſit, tum non eſt polluta ea pars quæ latet in pulvere. בור notat maceriem in terra effoſſam; ſed דות notat eam quæ in ſuperficie terræ effoſſa eſt, *ciſterna*. Porro dicit Miſna, & poſuerit ibi lapidem, ſcil. in orificio putei, in quo lapis eſt, qui fornacis fundus eſt. Dicit R. Jehuda, quando in puteo ſive in ciſterna arſerit ignis ſub lapide, & quis fornacem accenderit ſupra lapidem, tum fornax polluitur quia ea terræ adhæret, hæc enim una eſt e conditionibus fornacis, atque tum immunditiem recipit apud ipſum. Quando autem Lex dicit, *fornax & furnuli confringentur*, intelligit ejuſmodi ſtructuram quæ deſtrui poteſt, eamque eſſe immundam, quæ vero deſtrui nequit, eam eſſe mundam. Sapientes hoc eliciunt ex alio caſu, dicuntque quando dicitur in Lege, *immundi erunt vobis*, omnia comprehendi, & idcirco ipſam eſſe immundam, quocunque modo accenſa fuerit, quamvis fornax non adhæreat terræ. Cæterum jam expoſuimus in Gemara ad titulum de Sabbato, hanc eſſe controverſiam de accenſione prima qua mediante polluitur, quia hæc operis conſummatio eſt; & hoc eſt quod R. Jehuda dixit, inter ipſam & terram eſſe debere aliquam conglutinationem in hacce accenſione. Sed cum ipſa prima vice accenſa ſit, & opus illius conſummatum, & poſtea non habuerit agglutinationem, tum de ipſa nulla controverſia, an polluatur; & hoc eſt quod de ſecunda accenſione dicunt, etſi a collo cameli dependeat. Sapientes vero dicunt, etiamſi prima accenſio facta ſit, & ea dependeat a collo cameli, tamen opus illius jam eſſe conſummatum; etſi terræ non ſit contigua, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *quocunque modo accenſa fuerit*; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ז תנור שנטמא כיצד מטהרין אותו חולקו לשלשה וגורר את הטפלה עד שיהא בארץ רבי מאיר אומר אינו צריך לגרור את הטפלה ולא עד שיהא בארץ אלא ממעטו מבפנים ארבעה טפחים רבי שמעון אומר וצריך להסיעו חלקו לשנים אחד גדול ואחד קטן הגדול טמא והקטן טהור חלקו לשלשה אחד גדול כשנים הגדול טמא ושנים הקטנים טהורין :

7. Fornax quæ polluta eſt, quomodo purificatur? dividunt eam in tres partes, & adjunctorium illius abradunt, uſque ad terram. R. Meyr dicit, non requiritur abraſio adjunctorii, nec uſque ad terram, dummodo id quatuor palmos intus diminuatur. R. Simeon dicit, oportet ut dimoveantur partes. Si in duas partes eam diviſerit, magnam & parvam, tum magna eſt immunda, parva autem munda; ſi in tres, & una æquipolleat duabus, magna eſt munda, & duæ reliquæ immundæ.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שנטמא *Fornax quæ polluta eſt*, eſt fornax in modum ollæ magnæ confecta, quæ non habet fundum, ſed transfertur ex uno loco in alterum, ipſa autem a quopiam in terra fixa, luto ei exterius adhærente, impedit ne calor conſervetur, & adjunctorium illius טפלה vocatur, & ipſo mediante fit conjunctio fornacis. *Quomodo purificant eam?* quaſi dixiſſet, quanta eſſe debet confractio illius ut purificetur? ipſa fornax in tria fragmenta dividenda eſt intus, nam ſi in duo, tum majus eſt pollutum, quia maxima pars eſt. וגורר את הטפלה *& abradit adjunctorium illius*, quod fornaci adhæret & illius conjunctio eſt. *Donec in terra ſit*, nempe donec in terram ceciderit; vel hoc reſpicit diviſionem, nam non ſufficit diviſio niſi donec fragmenta ad terram pertigerint. *Et non, ſi ad terram pervenerint*, vel prope terram; ſed

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 11, 35. *Fornax & furnuli deſtruentur, immundi ſint vobis*; ad hæc ita in Siphri, ſi integri ſint, immundi ſunt, ſi diffiſſi, mundi ſunt; & de modo findendi dicit, quod fornax in longitudine ſua debeat diffundi, donec in tria fragmenta diffiſſa ſit, donec lutum ei additum defricatum ſit, uſque dum tria iſta fragmenta quaſi in terra poſita ſint, & non ſit aliqua ſtructura terræ adhærens. Sed R. Meyr dicit, quod hoc non requiratur, quia relinqui debet minus quam quatuor palmi ex eo quod in terra deciderit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *diminuat illud*; & hocce diſcrimen e medio fornacis fieri debet, idcirco dicit, *intus*. Porro diffidet ipſam ab hæc abraſione, & videbit quod reſidua illius ſunt quatuor palmorum ſecundum R. Meyr. Dixit R. Simeon, quia Deus dixit, *deſtruetur*, id fieri

ſed fornax intus eo uſque diminuenda eſt donec non amplius quatuor palmi remanſerint, quæ principium conficiendæ fornacis efficiunt; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. צריך להסיעו *requiritur ut partes ſejungantur*, etſi diviſerint ipſam, tamen munda non eſt niſi donec partes a ſe invicem diſcretæ ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Maxima eſt immunda*, quia hæc maximam fornacis partem continet.

fieri nequit quin fornax removeatur e terra, etiamſi id fiat poſt diffiſſionem & defricationem luti; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr, nec ſecundum R. Simeon.

ח התכו חוליות לרחבו פחות מארבעה טפחים טהור מרחו בטיט מקבל טומאה משיסיקנו כדי לאפות סופגנין הרחיק ממנו את הטפלה ונתן חול או צרור בינתיים בזה אמרו הנדה והטהורה אופות בו והוא טהור :

8. Si quis vertebras diffiderit in latitudine intra quatuor palmorum menſuram, munda eſt. Si obleverit ipſam luto, immunditiem recipit. Ex quo accenſa eſt ad coquenda in ipſa lagana, & adjunctorium ab ipſa removerit, arena vel lapillis interpoſitis, de ipſa dicunt, menſtrua & munda coquunt in ipſa, & ipſa munda eſt

R. OB. DE BARTENORA.

התכו חוליות לרחבו *Si articulos diffiderit in latitudine*, perinde ac ſi quis calamum ſcindat. *Intra quatuor palmorum menſuram*; ſi in vertebra minus ſit quam palmi quatuor e fornace magna, atque illic non ſit aliqua pars maxima, tum munda eſt fornax; at ſi quatuor ſint palmi, immunda eſt, etſi diminutio ſit. מרחו בטיט *Si ipſam obleverit luto*, tum accenſio requiritur ſicuti fornax nova. *Si ab ipſa removerit adjunctorium*, luti ſcil. adjunctorium non conjunxit cum fornace, ſed ab ipſa removit, inter adjunctorium & fornacem arena aut lapillis interpoſitis, quibus mediantibus calor conſervatur, & in fornace coqui poteſt. *Menſtrua & munda in ipſa coquunt*, quia adjunctorium non cenſetur fornacis conjunctio eſſe, quia ab ipſa elongatum eſt. *Et ipſa eſt munda*, ita ut non recipiat immunditiem. idcirco menſtrua & pura mulier in ipſa coquere poſſunt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לרחבו *In latitudine ipſius*, ſi fornacem in ſingulos articulos fecerit, & cujuſlibet articuli altitudo fuerit minor quatuor palmis, tum omnes articuli mundi ſunt, etſi unius atque alterius extremitates ſibi invicem impoſuerit donec fornacis figura perfecta fuerit, ſicuti ea eſt poſtquam luto oblita eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi obleverit eam luto*, & tum ſe res habet perinde ac ſi fornax ab initio facta eſſet, quo ſenſu pollui poteſt. At vero ſi accenderit ipſam ut operis illius perfectio fiat, uti præmiſimus, tum hancce vertebram imponat, poſtquam ſtructuram rotundam fecerit circum fornacem, ab ipſa longe ſeparatam, arena & lapillis inter fornacem & ſtructuram poſitis, donec fornax corroborata ſit, & in ipſa coqui poſſit; & quamvis ſeparatio quædam ſit, hæc tamen figura nunquam polluitur, & quia non habet lutum ei adhærens, partes illius ſeparatæ ſunt, & munda eſt.

ט תנור שבא מחותך מבית האומן ועשה בו למודין ונותן עליו והוא טהור נטמא וסילק את למודיו טהור החזירן לו טהור מרחו בטיט מקבל טומאה ואינו צריך להסיקו שכבר הוסק :

9. Si fornax diffiſſa domo opificis venerit, & ei aſſeres fecerit, & ei imponantur, munda ſit. Si pollutus fuerit, & aſſeres ei ablati fuerint, munda eſt, ſi redditi fuerint, munda eſt. Si luto eam obleverit, immunditiem recipit, at non accendenda eſt, quia jam accenſa eſt.

R. OB. DE BARTENORA

תנור שבא מחותך *Si fornax venerit diffiſſa*, ſi opifex eam fecerit in multos aſſeres, ut ope clavorum compingantur, atque hi ſunt faſciculi, quos barbare dixerunt *Ziraclas*, ſicuti nos facere ſolemus dolia in quæ vina reponunt; hos vero faſciculos doctor Miſnicus vocat לימודים. Porro dicit Miſna, *& ei impoſuerit, munda eſt*, polluitur autem poſtquam ei faſciculos impoſuerint, & fornax munda ſit ab initio, quia aſſeres illius ſunt meri aſſeres, adjunctorium vero denuo non recipit immunditiem ope aſſerum qui fornacem conjungunt. *Si removerit aſſeres illius*, & aſſeres ſeparati fuerint, non obtinet deſtructio major quam hæc, & fornax munda eſt, etſi aſſeres ſecunda vice reſtituerit, tamen denuo non recipit immunditiem fornax, quia aſſeres ei non adferunt immunditiem, niſi prima vice duntaxat, quando ea diſſoluta venit domo opificis. מרחו בטיט *Si luto eam obleverit*, fornacem, quam aſſeres ei non adferunt immunditiem, tamen immunda eſt, quia luto oblita eſt, & non requiritur ut accendatur ut reliquæ fornaces, quæ non recipiunt immunditiem, niſi donec quis accenderit eas, quia hæc fornax jam accenſa eſt dum venerit prima vice diffiſſa domo opificis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לימודין *Aſſeres*, ſunt ligamenta & res quæ aggravant, parteſque conjungunt in extremitatibus ſuis, donec in fornace coqui poſſit; porro dicit Miſna quod poſtquam hæc fornacis ligamenta poſita ſunt, ipſa munda ſit, licet poſtea polluatur, & ligamenta quorum partes illa conjungunt, diſpoſita fiunt ad immunditiem recipiendam. Ligamentis vero remotis, partes diſſolvuntur, & tum munda erit abſque dubio, hæc enim a conjunctorio ipſius diſſoluta eſt ſecunda vice, ſi vero ei reddiderit ligamenta illius, fornax remanet in ſenſu munditiei, & non habet locum ſtructuræ. Et ſicuti non dicitur quod ea redeat ad immunditiem ſuam, quando quis collegerit partes ipſius, ſic etiam ea non recipit immunditiem ex eo quod Miſna dicit, *ſi non obleverit eam luto*, & tum vocatur fornax integra, & in futurum polluitur; ſed non requiritur accenſio ad perfectionem operis, quia ea jam incenſa eſt & colligata. Cæterum jam expoſitum eſt quod in loco ſtructuræ ligamenta non juvant, præter unam vicem primam duntaxat, quando nempe e domo opificis venerit; & hic eſt ſcopus hujus Miſnæ.

י התכו חוליות ונתן חול בין חוליא לחוליא רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאים זה תנורו של עכנאי יורות הערביין שהוא חופר בארץ וטח בטיט אם יכול הטיח לעמוד בפני עצמו טמא ואם לאו טהור וזה תנורו של בן דינאי :

R. OB.

10. Si eam diffiderit in articulos & inter quemque articulum arenam poſuerit, R. Eliezer eam mundam pronunciat, Sapientes vero immundam pronunciant. Hæc eſt fornax tortuoſa, ollas Arabum quando quis in terra effodit, & luto oblinit, ſi oblitio per ſe ſtare poſſit, immunda eſt, ſin minus, munda eſt, atque hæc eſt fornax Ben Dinai.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

חתכו חוליות *Si eam diffiderit in articulos*, ſi fornacem in latitudine ſua in articulos aliquot diſciderit, & unum articulum ſuper altero reliquerit, & inter quemlibet arenam poſuerit, atque luto obleverit, adjunctorio confecto in forma illius quod circa fornacem fieri ſolet. רבי אליעזר מטהר *R. Eliezer mundam dicit*, quia enim inter fiſſuras arena interjacet, perinde eſt ac ſi fracta eſſet. וחכמים מטמאין *Sapientes vero immundam pronunciant*, quia adjunctorium omnia compingit, & fiſſuras conjungit, licet inter quemlibet articulum ſit arena. וזהו תנורו של עכנאי *hæc eſt fornax ſerpentis*, ita ea vocatur quod ipſam quaſi in modum ſerpentis tortuoſi circumdederunt multæ quæſtiones juridicæ, idcirco Sapientes eam immundam dicunt; עכנה enim notat ſerpentem qui ſe contorquet ut caudam ſuam ori indat ſuo; & hoc modo R. Eliezer & Sapientes reſponſionibus ſuis & demonſtrationibus ſe torſerunt propter hanc fornacem; ſed quia unicus R. Eliezer ſe oppoſuerat multis, tandem controverſia deciſa eſt ſecundum ſententiam multorum. Et poſtea omnes puritates quas R. Eliezer puras declaraverat, combuſſerunt, quæ actio laudata eſt, quia unus ſe oppoſuerat multis. יורות *ollæ Arabicæ*, quæ factæ ſunt ad coquendum in iis panem. של בן דינאי *Ben Dinai*, magiſtri noſtri exponunt hunc eſſe virum quendam qui ejuſmodi faciebat fornaces, ego vero audivi ita vocari fornacem quod multa judicia de ipſa judicata erant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתן חול בין חוליא לחוליא *Si arenam poſuerit inter quemlibet articulum*, ſi prius fornacis articulum fecerit, & circumquaque arenam poſuerit, atque ſecundum articulum huic arenæ impoſuerit, at vero non removerit hanc niſi donec figuram fornacis fecerit. Altitudo vero adhuc oblini debet exterius, donec perfecerit eam. R. Eliezer dixit quod arena dividit inter articulos fornacis, quando ea omnino confracta eſt, idcirco munda eſt. Sapientes vero dicunt lutum quod tetigit omnes articulos exterius, jam conjunxiſſe fornacem, & ipſam perfeciſſe. Cæterum inter R. Eliezerem & Sapientes magna orta eſt controverſia uſque adeo ut Rabban Gamaliel & ſenatus ipſius combuſſerit in hodiernum diem omnia immunda quæ R. Eliezer munda declaravit, idcirco vocatur תנור של עכנאי *fornax ſerpentis*, nam עכנאי vocatur *ſerpens magnus*. Porro dixerunt quod hancce fornacem circumdederunt reſponſiones juridicæ tortuoſæ inſtar ſerpentis. Pariter multa adferuntur de ollis Arabum, quæ effoſſæ ſunt in terra, quibus coquere poſſunt. Extirerunt autem nonnulli doctores qui contra hocce jus deciderunt, idcirco hujus fornacis figura vocatur, תנור של בית דינאי *fornax Ben Dinai*, id eſt judicis, quaſi is hujus viri judicio obnoxius ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

יא תנור של אבן ושל מתכת טהור וטמא משום כלי מתכות ניקב נפגם נסרק עשה לו טפלה או (ס"א) מוסף של טיט טמא כמה יהא בנקב כדי שיצא בו האור וכן בכירה כירה של אבן ושל מתכת טהורה וטמאה משום כלי מתכות ניקבה נפגמה נסרקה עשה לה פטפוטין טמאה מרחה בטיט בין מבפנים בין מבחוץ טהורה רבי יהודה אומר מבפנים טמאה ומבחוץ טהורה :

11. Fornax lapidea & metallina immunda eſt, & immundas ob vas metallinum. Si perforata ſit, diminuta, vel fiſſa, & conjunctorium aliquod ei factum ſit luto additum, immunda eſt. Sed quantum eſſe debet foramen? ut ignis per ipſum tranſeat; & ſic cum furnulo ſe res habet, nam furnulus lapideus & metallinus mundus eſt, ſed immundus ob vas metallinum, ſi is perforatus, diminutus, vel fiſſus ſit, & quis ei fecerit tripodem, immundus eſt. Si luto eum obleverit, ſive intus ſive extra, mundus eſt. R. Jehuda dicit, intus immundus eſt, extra autem mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

של אבן ושל מתכת טהור *Lapidea & metallina munda eſt*, lapidea omnino munda eſt, metallina vero munda eſt ex jure vaſis teſtacei, quod non polluitur aëre, ſed mundum fit in lavacro; ſed fornax metallina ex jure vaſis metallini immunditiem recipit exterius, & fit immunditiei pater. Si vero fornax terræ ſit contigua, tum ea non polluitur, quicquid enim terræ contiguum eſt, id pro terra cenſendum eſt, fornace & furnulis exceptis, de quibus dicitur Levit. 11, 35. תנור וכירים יותץ id ergo deſtruetur cui נתיצה *deſtructio* convenit. *Perforata*, *diminuta*, *& diffiſſa*, ſi quis adjunctorium fecerit e calce ad foramen claudendum, vel diminutionem, vel fiſſuram; vel ſi circum orificium aliquod additamentum luteum fecerit, immunda eſt fornax ſecundum jus fornacis teſtaceæ. Sic etiam ſe res habet cum furnulo ejuſdemque foramine, ut ignis per ipſum tranſire poſſit, ſecundum menſuram fornacis, ſi fecerit ei tripodem, tum hic non tradit auctor, ſi fecerit ei adjunctorium aliquod, quia furnulo non faciunt adjunctorium, ſi is perforatus ſit aut diminutus, ſicuti fornaci facere ſolent; quando enim perforatus eſt furnus aut diminutus in loco in quo conſiſtit, tum foramini ſolent facere tripodem, qui furnuli pedes notat, & barbare Trephid dicitur, furnulus enim conſidet ſuper iſtos tripodes. מרחה בטיט טהורה *ſi luto eum obleverit, mundus eſt*, quia oblitio luti nihil prodeſt niſi in fornace in qua coquunt panem intus, ſed non in furno, quia in ipſo proprie non coquunt neque elixant, ſed ei quidem imponunt, vel ſuper olla; deciſio uon eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 11, 35. *Fornax & furnuli* יותץ *deſtruantur*, ergo ii quibus deſtructio convenit, immundi ſunt; at ſi ſit lapideus vel metallinus, tum non polluitur ex eo quod is fornax ſit, ſecundum omnium conſenſum. Et hic eſt ſenſus quem Sapientes collegerunt ex eo quod Lex dicit יותץ *deſtruetur*. Sed is immundus eſt, ſi metallinus ſit, ob jus de vaſe metallino, ut immundities illius eſſet ſecundum jus immunditiei vaſis metallini, ſcil. quod is non polluatur aëre, ſed exterius, ut fiat pater immunditiei, ſi quantitas mortui ipſum tetigerit, ſecundum id quod in Toſaphta expoſitum eſt, dicunt enim de fornace metallina, ſi quantitas olivæ e cadavere alicujus exterius tetigerit ipſam, tota fornax polluit gradus duos, & inficit unum, eo quod immunditiei pater facta eſt, quia primus & ſecundus immundi ſunt, & oblationem primam polluunt. Tertius vero infectus eſt, ſecundum fundamenta in principio codicis expoſita; quoties autem in hoc codice legeris, *polluit duos, & inficit unum*, ſcopus eſt de oblatione prima; animum ad hæc attende, ego revertar ad hujuſce Miſnæ expoſitionem; idcirco ſi hæc fornax eſſet metallina & in terra extructa, nequaquam polluta eſſet, quia vaſa in terra extructa ſunt munda, fornace & furnulis exceptis, quos expoſuit Lex. Sed præter hæc fundamentum eſt nobis, quicquid terræ contiguum eſt, id eſt ut ipſa terra, hoc eſt quando auctor dicit, *munda eſt, ſed immundi ſunt ob vas metallinum.* Si vero lapidea ſit, nullatenus polluta eſt, quia vaſa lapidea nullatenus polluunt, ſicuti poſtea exponetur. Si vero perforata, diminuta, aut diffiſſa ſit, & huncce locum quis luto obleverit, vel obleverit exterius, vel addiderit altitudini marginem e luto, & ſuperius, hoc eſt id quod auctor vocavit מוסף *additamentum*; atque ita is omnia fornacis jura admittit. Porro dicit Miſna, *& ſic ſe res habet cum furnulo*, perinde ac ſi dixiſſet, hoc eſt ſepimentum quod ſepivimus reſpectu foraminis, ex quo ignis ex ipſo prodit, tum ſepimentum obducit

foramini furni. פטפוטין notat extremitates aliquas e luto, quibus imponitur olla veluti vaſis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, quia oblitio omnino nihil prodeſt furnulo, quia is utique jam factus eſt ut ſuper ipſo coquatur, & non in ipſo, ſicuti ſupra memoratum eſt, nam portat quidem tripus fornacem metallinam, ſed nullum ei auxilium venit ex oblitione; enimvero oblitio fornacis metallinæ & lapideæ eſt conjunctorium, e quo nihil commodi ei accedit, quia intus coquunt panem; hæc vero oblitio calorem conſervat, & aëris frigus propellit a fornace.

פרק ו העושה שלשה פטפוטים בארץ וחברן בטיט להיות שופת עליהן את הקדרה טמאה קבע שלשה מסמרין בארץ להיות שופת עליהן הקדרה אף על פי שעשה בראשו מקום שתהא הקדרה יושבת טהורה העושה שתי אבנים כירה וחברם בטיט טמאה רבי יהודה מטהר עד שיעשה שלישית או עד שיסמוך לכותל אחת בטיט ואחת שלא בטיט טהורה :

Caput 6. Si quis tres fecerit tripodes in terra, eoſque luto conglutinaverit ut olla ſuper iis diſponatur, furnus immundus eſt. Si tres clavos infixerit in terra ut ſuper iis olla diſponatur, licet ſuperius locum fecerit cui olla inſideat, mundus eſt. Si quis duos lapides fecerit furnulo, eoſque luto conglutinaverit, immundus eſt; R. Jehuda ipſum mundum pronunciat quum tertia pars demum facta eſt; vel donec parieti innitatur, unus luto, & non alter, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

Si quis fecerit tres פטפוטין *tripodes* in terra conſtitutos, eoſque ſuperius conjunxerit luto in forma inſtrumenti terrei, quod Tripud vocant: vel ſi tres clavos infixerit humo, tum munda eſt iſta ſtructura, quia vas metallinum terræ contiguum cenſetur ut ipſa terra, & non accipit immunditiem. *Et eos luto conjunxerit, immundus eſt*, ut in furnulo teſtaceo, quia capita tripodi tribuunt jus teſtæ donec tertia pars conſtructa ſit ſecundum tripodis formam, vel donec parieti innitatur, qui paries ſuffulcit ollam, ab uno latere in luto, tum unum latus conjungit alterum luto in ſuperiori parte, & alterum abſque luto, quia tertia pars non conjungit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam tres clavi ferrei terræ infixi ſunt, non amplius polluitur, quemadmodum non polluitur furnulus metallinus, ſecundum illud quod memoravimus fundamentum. Pariter ſicuti lapis eſt abſque luto, ita nec pollutus eſt, quia lapides non polluuntur; deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Jehudæ.

ב האבן שהיה שופת עליה ועל התנור עליה ועל הכירה עליה ועל הכופח טמאה עליה ועל האבן עליה ועל הסלע עליה ועל הכותל טהורה וזו היתה כירת הנזירים שבירושלם שכנגד הסלע כירת הטבחים בזמן שהוא נותן אבן בצד אבן נטמאה אחת מהם לא נטמאו כלן :

2. Si ſuper lapide diſpoſitus ſit, & ſuper fornace, ſuper ipſa & ſuper furnulo, & ſuper cupa, immundus eſt. Si ſuper ipſo & ſuper lapide, vel ſuper ipſo, & ſuper petra, vel ſuper ipſo & ſuper pariete, mundus eſt. Hic autem furnulus erat Nazyræorum Jeruſolymis, nam reſpectu petræ furnuli laniorum, quando lapidem ponebat ad latus lapidis, & unus pollutus fuerat, non polluti ſunt omnes.

R. OB. DE BARTENORA.

אבן שהיה שופת עליה ועל התנור *Lapis ſuper quo diſponebat, & ſuper fornace*, qui lapis conjunctus erat luto. *Super ipſo & ſuper lapide*, nempe, unus cum luto, & alter abſque luto. *Et ſuper petra*, quæ jam ſex dies in extremitatibus ſuis conjuncta fuit, munda eſt, quia Lex dicit *deſtruetur, immundi erunt vobis* Levit. 11, 35. ſi itaque deſtrui poſſit, etiam immundities ei competit, cui vero non competit deſtructio, ei non immundities competit; hinc dixerunt, *lapis ſuper quo ponebat & ſuper fornace, & ſuper furnulo, ſuper ipſo, & ſuper cupa, immundus eſt*, quia illis competit deſtructio. Super ipſo & ſuper lapide, ſuper ipſo & ſuper petra, ſuper ipſo & ſuper pariete, mundus eſt, quia illis non competit deſtructio. *Furnulus Nazyræorum*, in quo ſacrificia pacifica coquebantur, quæ ſacerdos a Nazyræis accipiebat, & coquebat. *Laniorum furnulus*, qui cuilibet homini venditur, & hæc fornax multos lapides habet unum poſt alterum, quibus multas imponunt ollas, ita ut duabus ollis impoſitus ſit unus lapis, uno autem polluto lapide, reliqui non polluti ſunt, ſicuti gemella calamaria, ut ſuperius memoratum eſt capite ſecundo, ſcil. in quibus polluto uno membro non polluitur alterum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit עליה ועל האבן *ſuper ipſo & ſuper lapide*, reſpicit duos lapides abſque luto, & iis non polluuntur, quia lapides mundi ſunt. Porro dicit quod lapis Nazyræorum erat ex iſtis formis, quæ memoratæ ſunt *e regione petræ*, nempe, lapis e regione petræ, iſto enim in monte Nazyræi coquebant ſuper iis pacifica ſua ſacrificia, ibique capillos ſuos comburebant in atrio Nazyræorum, quod erat in atrio mulierum, ſicuti expoſitum eſt in codice de Menſuris Templi. Porro dicit Miſna, *uno polluto non polluti ſunt reliqui*, dummodo lapides omnes luto obliti ſint, ſicuti ab initio capitis expoſitum eſt, ſed abſque iſtac oblitione lapides non polluti ſunt.

ג שלש אבנים שעשאן שתי כירים נטמאת אחת מהן מן החצונה האמצעית המשמשת את הטמאה טמאה המשמשת את הטהורה טהורה ניטלה הטהורה הוחלטה האמצעית לטמאה ניטלה הטמאה הוחלטה האמצעית לטהרה נטמאו שתים החיצונות אם היתה האמצעית גדולה נותן לזו כדי שפיתה מכאן ולזו כדי שפיתה מכאן והשאר טהור ואם היתה קטנה הכל טמא ניטלה האמצעית אם יכול לשפות עליה

3. Si quis e tribus lapidibus duos fecerit furnulos, & unus exterior pollutus fuerit; medius immundo inſerviens, immundus eſt, qui vero mundo inſervit, mundus eſt. Si ablatus ſit mundus, medius omnino immundus eſt, ſi ablatus ſit immundus, medius omnino mundus eſt. Si duo exteriores polluti fuerint, & medius fuerit magnus, huic detur quantitas diſpoſitionis ollæ ab hac parte, & illi tantundem ad illa parte, quod reſtat, id mundum eſt. Si vero parvus ſit, omnes immundi ſunt.

Si

עליה יורה גדולה טמאה החזירה טהורה מירחה בטיט מקבלת טומאה משיסיקנה כדי לבשל עליה את הביצה :

Si ablatus ſit medius, & olla magna in ipſo diſponi poſſit, immundus eſt: ſi repoſuerit, mundus eſt. Si luto eum obleverit, immunditiem recipit, ex quo accenderit eum, ad coquendum in ipſo ovum.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש אבנים שעשאן שתי כירים *Si quis e tribus lapidibus duos fecerit furnulos*, nam tum lapis medius utrique inſervit, hinc medius immunditiei inſerviens dimidia ex parte medii qui inſervit exteriori, qui immundus eſt, immundus eſt, & dimidium exteriori inſerviens, qui mundus eſt, mundum eſt, הוחלטה האמצעית לטמאה *medius omnino immunditiei expoſitus eſt*, & totus eſt immundus. *Ad diſponendum in iis*, ſuper duobus exterioribus. *Si reſtituerit medio*, mundus eſt, quia furnulus primus intercidit, perinde ac ſi deſtructus eſſet ollæ magnæ furnulus. *Immunditiem recipit ex quo accenſus eſt*, quia accenſio novi furnuli requiritur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הוחלטה *Omnino declaratus eſt*, idcirco vir qui a ſacerdote omnino leproſus declaratur, vocatur מצורע מוחלט *leproſus declaratus*, id eſt, certus & indubitatus. Cæterum omnis שפותה *diſpoſitio*, quoties illa in Miſna occurrit, originem habet Hebraicam, ita 2 Reg. 4, 38. שפות הסיר *diſpone ollam iſtam*. Porro dicit auctor Miſnicus, אם יכול לשפות עליה *ſi poterit ſuper illo diſponere*, vox עליה reſpicit כירה *furnulum* e reliquis lapidibus conſtructum. החזירה טהור *ſi repoſuerit, mundus eſt*, nam poſtquam lapis e terra extirpatus eſt, jam fractus eſt, & mundus, idcirco non polluitur quum loco ſuo reſtituitur, at ſi conjunxerit eum luto in terra, ſicuti dicit Miſna, ſi obleverit eum pice, tum polluitur impoſterum, ac ſi dixiſſet, furnulus polluitur e primo lapide, & lapide reſtituto; atqui hæc omnia jam expoſita ſunt ſecundum præcedentia fundamenta.

ד שתי אבנים שעשאן כירה ונטמאו סמך לזו אבן אחת מכאן ולזו אבן אחת מכאן חציה של זו טמאה וחציה טהורה וחציה של זו טמאה וחציה טהורה ניטלו טהורות חזרו אלו לטומאתן :

4. Si quis e duobus lapidibus fecerit furnulum, & ii polluti fuerint, & huic unus lapis appoſitus ſit ab hac parte, & illi ab illa parte, dimidium unum hujus eſt immundum ab hac parte, & alterum mundum eſt, illius vero unum dimidium immundum, & alterum mundum. Mundis ablatis, hi denuo immundi fiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Si uni lapidem appoſuerit ab hac parte, & alteri ab illa parte, unde jam tres numerantur furnuli, tum medius immundus eſt, & exteriores mundi, idcirco duos lapides medios quod attinet, utriuſque dimidium eſt mundum, quia id inſervit lapidi mundo. *Si exteriores ablati ſint*, tum mundi denuo fiunt medii, ita ut polluantur ſicuti ab initio, & omnes lapides ſunt immundi, quandoquidem hic nullus eſt qui inſervit mundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis e duobus lapidibus fecerit furnulum, hæc jam expoſita ſunt, & ita intelligenda, ſi a latere poſitus ſit unus mundus dimidia ex parte, qui protrahitur ad mundum, dimidium unum mundum eſt, & dimidium alterum, quod ad immundum fertur, immundum eſt, uti expoſitum eſt. Sic etiam cum lapide altero comparatum eſt ob mundum qui lateri ipſius inſidet; hi vero lapides omnes obliti ſunt luto, ſicuti in principio capitis dictum eſt, quando dicit, ſi unus ſit cum luto, & alter abſque luto, mundus eſt.

פרק ז הקלתות של בעלי הבתים שנפחתה פחות משלשה טפחים טמאה שהוא מסיק מלמטן וקדירה בשלה מלמעלן יתר מכאן טהורה נתן אבן או צרור טהורה מרחה בטיט מקבלת טומאה מכאן ולהבא זו היתה תשובת רבי יהודה בתנור שנתנו על פי הבור או על פי הדות :

Caput 7. Baſes patrumfamilias infra tres palmos ſi diminutæ ſint, furnus immundus eſt, quia inferius accenditur, ut olla coquat ſuperius, ſi plus diminutæ ſint, mundus eſt. Si lapidem aut lapillos impoſuerit, mundus eſt. Si luto eum obleverit, immunditiem recipit abhinc & deinceps. Hæc fuit reſponſio R. Jehudæ de fornace juxta putei orificium poſita, vel juxta orificium ollæ.

R. OB. DE BARTENORA.

קלתות של בעלי הבתים *Calathi patrumfamilias*, notat baſes furno ſuppoſitas, locus autem cui imponuntur, vocatur קלה cujus ſuperficies diminuta eſt, focus autem ſi minor ſit tribus palmis, tum furnus immunditiem recipit, ſi enim is in foco accendatur inferius, olla ſuperius furno impoſita coquit. יתר מכאן *ſi plus ſit*, ſi focus ſit profundior tribus palmis, mundus eſt, quia ab olla longe diſtat ignis in furno, ita ut ea non coquat. *Si poſuerit lapidem aut lapillum*, in foco ſcil. ne is profundior eſſet tribus palmis, tum mundus eſt, quia non cenſetur ad furni fundum pertinere. *Si obleverit* (hunc lapidem) *luto*, *immunditiem accipit abhinc & deinceps*, quia hicce lapis ad furni fundum pertinet, & diminutio non eſt profundior tribus palmis. Atque hæc eſt reſponſio R. Jehudæ, quando is ſuperius diſſentit a Sapientibus capite quinto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלתות *Calathi*, ſunt baſes rotundæ quæ ſub furnis ponuntur; dicit auctor quod ſi hæc ſtructura ſit deſtructa, & in deſtructis partibus non ſit trium palmorum quantitas, tum furnus hiſce baſibus impoſitus, pollutus eſt, quia fieri poteſt ut in altitudinis concavo accendatur ignis inferius, nempe in loco foveæ, ut olla furno ſuperius impoſita coquat. At ſi fovea ſive focus in hoc furno ſit major tribus palmis, tum mundus eſt furnus, quia focus longius diſtat ab olla quam tres palmos, idcirco furnus eſt mundus, quia focus longe diſtat ab olla, ita ut calor ignis ad ollam pertingere non poſſit, ſicuti oportebat. Præterea nec lapis poſitus eſt ſuper loco diffracto, niſi donec iſte lapis quaſi furni ſuperficies ſit, hinc furnus in puritate relinquitur, & idcirco non oblinetur luto; tum vero lapis reſtituetur ſuperficiei furni, & immunditiem recipere poteſt ex eo quod poſtea fiet, ſed non a fractura ſub lapide abſque fulcimento pertinget ad furnum; atque hæc eſt figura illius, ex qua tibi totus conſtare poteſt ſenſus. Quod autem Sapientes dixerunt huncce lapidem orificio foci impoſitum, non pertinere ad ſuperficiem furni, niſi donec luto oblitus ſit, eſt ipſorum controverſia cum R. Je-

huda, quod lapis putei orificio impoſitus, non poſſit eſſe fornacis ſuperficies, ſed terræ contiguus cenſeatur, idem eſt ſenſus; & ad hæc R. Jehuda jam reſpondit capite quinto, ſed ita non deciditur.

ב דכון שיש בו בית קבול קדירות טהור משום כירה וטמא משום כלי קיבול הצדדין שלו הנוגע בהם אינו טמא משום כירה הרחב שלו רבי מאיר מטהר ורבי יהודה מטמא וכן הכופה את הסל ועושה על גבין כירה:

2. Focus qui ollas recipere poteſt, mundus eſt ob furnum, ſed immundus ob vas receptionis. Quod tetigerit latera illius, id non polluit ob furnum. Latitudo illius ſecundum R. Meyr munda, at ſecundum Jehudam immunda. Ita etiam ſe res habet ſi quis caniſtrum contexerit, & ſuper ipſo fecerit furnum.

R. OB. DE BARTENORA.

דכון *Focus*, eſt nomen loci alicujus, ut דוך פלן videſis Berach. fol. 80. eſtque locus e furno prominens, olla autem e furno educta, huicce focum reponunt iſti prominentiæ; aliquando autem is duas aut tres ollas recipere poteſt.

טהור משום כירה *Mundus eſt nomine furni*, furno enim polluto non pollutus eſt focus iſte, neque polluit ſi terræ contiguus ſit, ſicuti furnus polluitur. הצדדים שלו *latera ipſius*, parietes foci, qui non pertinent ad furnum. הרחב שלו *latitudo ipſius*, eſt ipſe furni paries ad latus receptaculi foci; quia autem focus verſus furnum magis magiſque latior fit, idcirco רחב vocatur.

רבי מאיר מטהר *R. Meyr mundam pronunciat*, quia eam ad furnum non pertinere cenſet. *R. Jehuda immundam pronunciat*, deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. *Sic etiam ſe res habet ſi quis caniſtrum contexerit, & ſuper ipſo ædificaverit furnum*, idque prominuerit extra furnulum, caniſtrum vero polluitur nomine vaſis lignei, & ſi ſuper hoc conſtructus ſit furnus, & latitudo caniſtri promineat extra parietes furni, ollæque in iſta prominentia aſſociatæ fuerint, tum juri foci obnoxium eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conficiebant inſtrumentum aliquod teſtaceum quadratum, oblongum, cui latitudo & altitudo, idque intus perforatum erat, & ſuperficies illius ſuperne foramine rotundo perforata erat, unum coram altero, & id intus arena calida implebatur, & דכון appellabatur. Hocce autem inſtrumentum ita vocabatur, quod figuram דוכן *ſuggeſti* referebat. Cæterum diſcrimen illius quod auctor dicit id nomine furni eſſe immundum, vel nomine vaſis alicujus fixi, hoc eſt, quando id immundum eſt nomine vaſis Cabum continentis, non pollutum eſt quod in terra extructum eſt; quando autem perforatum eſt ita ut ex ipſo prodierit id quod factum eſt ad recipiendum immunditiem, non pollutum eſt, ſicuti capite tertio expoſitum eſt. Sed cum furno aliter comparatum eſt. Porro dicit Miſna, *ſic etiam ſe res habet, ſi quis caniſtrum contexerit, & ſuper ipſo conſtruxerit furnum*, ſed tu jam noſti quod caniſtrum comprehendatur ſub genere vaſorum, idcirco id polluі poteſt nomine vaſis lignei, & non nomine furni, ſi furnus indigeat ipſo. הרוחב שלו *latitudo ipſius*, intellige ſuperficiem latiorem foci, & ei annexam dum coctio fit, ſic etiam hicce focus pollutus eſt, & cibi atque potus qui ipſum attigerint exterius, & in ipſo permanſerint, tum quia is vas aliquod ſit receptionis, menſura ea quæ requiritur, perforata, mundus eſt, & non polluitur, neque judicatur ex eo quod is ſit furnus, quod polluitur id quod recte diſpoſitum eſt, quando id in ipſo coquitur, ſicuti expoſitum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג כירה שנחלקה לארכה טהורה ולרחבה טמאה כופח שנחלק בין לארכו בין לרחבו טהור חצר הכירה בזמן שהיא גבוהה שלש אצבעות מטמאה במגע ובאויר פחותה מכאן מטמאה במגע ואינה מטמאה באויר כיצד משערין אותה רבי ישמעאל אומר נותן את השפוד מלמעלן למטן וכנגדו מטמאה באויר רבי אליעזר בן יעקב אומר נטמאה הכירה נטמאת החצר נטמאת החצר לא נטמאת הכירה:

3. Si furnus in longitudine ſua diviſus ſit, mundus eſt, ſi in latitudine, immundus eſt. Cupa, ſive in longitudine ſive in latitudine ſua diviſa, munda eſt. Atrium furni tres digitos altum, polluit tactu, & aëre; ſin minus, polluit tactu, ſed non aëre. Quomodo æſtimant ipſum? R. Iſmaël dicit, veru ponat ſuperius inferius, & e regione illius polluitur aëre. R. Eliezer filius Jacobi dicit, furno polluto pollutum eſt atrium, ſed atrio polluto non pollutus eſt furnus.

R. OB. DE BARTENORA.

כירה שנחלקה לארכה טהורה *Furnus in longitudine ſua diviſus, mundus eſt*, כירה enim eſt locus cui duæ imponi poſſunt ollæ, ipſo autem in duas diviſo partes per longitudinem, duarum ollarum diſpoſitio intercidit; ſi vero per latitudinem diviſus ſit, ambarum ollarum diſpoſitio manet ſeorſim. כופח *Cupa* eſt locus cui una olla imponitur, & hujuſce loci diſpoſitio intercidit, ſive in longitudine ſive in latitudine diffiſſa ſit.

חצר הכירה *Atrium furni*, in forma ſcutellæ magnæ teſtaceæ, furnus enim in medio reſidet atrii. שלש אצבעות *tres digitos*, nam atrii parietes tres palmos alti ſunt, ſecundum menſuram ab initio, ſicuti traditum eſt ſuperius capite quinto. Sic etiam menſura altitudinis atrii furni non debet eſſe minor tribus digitis, ſi enim minor ſit, tum aër illius nullius eſt momenti; attamen ex decreto Sapientum polluitur tactu; inſuper quoque, quia hæc furno eſt pro manubrio quodam, at manubrium tactu & non aëre inficitur.

כיצד משערין אותה *Quomodo æſtimant ipſum*, quia furni altitudo ſuperat atrium, idcirco nos conſiderare debemus quanti æſtimandus ſit aër atrii. *Veru ponat ſuperius & inferius*, unam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus כירה notare furnulum cui duæ imponi poſſunt ollæ, idcirco quando is in latitudine ſua diviſus eſt, immundus eſt, quia quodlibet illius dimidium aptum eſt ut una ei imponatur olla. Sed כופח *cupa* unam duntaxat admittit, idcirco ea munda eſt quocunque modo diviſa fuerit.

חצר הכירה *Atrium furnuli*, eſt locus qui e regione foci extructus eſt, ſicut fornacis palatium, & propterea vocatur atrium furnuli. Quando auctor dicit, *polluit tactu & aëre*, ſenſus eſt, quod furnulo tactu aut aëre polluto etiam atrium furnuli pollutum ſit, & contra; ſi vero minus ſit quam tres digiti, nullum ex iis polluitur immunditie alterius, præterquam tactu. Cæterum ſi furnulus pollutus ſit aëre, atrium illius non pollutum eſt, niſi reptile tetigerit aërem furni, e regione aëris atrii. Pariter ſi atrium furnuli pollutum ſit aëre, furnus non pollutus eſt, etſi reptile fuerit e regione furnuli; & quia atrium furnuli eſt e regione furnuli, dicit, quomodo ſciamus quod unum ex iis in aëre ſit ex adverſo alterius; idcirco exponit doctor quod poſtquam linea recta exierit e ſuperiori atrio furnuli ad planitiem illius, & hoc factum fuerit ope veru, vel ſimilis rei. Præterea ſi quis æquare

unam extremitatem ponat ſuper pariete atrii, qui depreſſior eſt, & alteram extremitatem ſuper pariete furnuli, qui altior eſt; quicquid autem infra veru eſt, ſi ab illo reptile ſuſpenſum ſit, etiamſi id ſit ſupra parietes atrii, tamen ſe res habet ac ſi infra ipſum ſuſpenſum fuiſſet, nam totum hocce ſpatium cenſetur eſſe aër atrii. *Non pollutus eſt furnulus*, quia atrium ſit furni adjunctorium, at furnus non eſt adjunctorium atrii; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

re velit furnum & atrium, veru imponit planitiei furni, donec a ſuperiori divellatur, tum hæc altitudo quæ in ipſo continetur, ad aërem furni pertinet, & hoc eſt e regione aëris atrii furni; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

ד היתה מופרשת מן הכירה בזמן שהיא גבוהה שלש אצבעות מטמאה במגע ובאויר פחותה מכאן או שהיתה חלקה טהורה פטפוטי כירה שלשה של שלש אצבעות מטמאים במגע ובאויר פחות מכאן כל שכן הן טמאין ואפילו הן ארבעה (ס"א) :

4. Si atrium ſit a furnulo diviſum, dum id tres digitos ſit altum, polluitur tactu & aëre; ſi minus ſit, vel lævigatum, mundum eſt. Tripodes furnuli tres digitos alti polluuntur tactu & aëre; ſi minores ſint, eo magis ſunt polluti, licet quatuor ſint pedes.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה מופרשת *Si diviſum ſit*, (atrium a furno,) ſi opifex ab initio non ædificaverit atrium & furnum ſimul, ſed unumquodque ſeorſim. חלקה *lævigatum*, ſi omnino abſque receptaculo ſit; nam non requiritur ut dicamus, quod auctor Miſnicus tradit, *tripodes furni*, id notat baſes furni, ſive tres pedes, qui tres digitos alti ſunt, & ad furnum pertinent, polluuntque tactu & aëre ut ipſe furnus; & quanto magis ſi non confecerint tres digitos, ad furnulum pertineant; imo licet quatuor ſint pedes, tamen juri furnuli obnoxii ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חלקה *Si lævigatum ſit*, nempe ſi non habet marginem, ſed tabulæ rectæ ſimilis ſit furnus. Tripodes furnuli aliquoties expoſiti quod ii ſunt extremitates quædam prominentes, quibus imponitur olla. *Si minores ſint, eo magis polluti, licet quatuor ſint*, ſenſus eſt, quod tripodes potius tactu & aëre polluuntur, quando in ſe minus quam tres digitos comprehendunt, quia ad ipſam furni ſubſtantiam pertinent, quantumvis breves vel longi ſint, quia omnes a furno ſeparati ſunt, ſicuti ſequenti Miſna exponetur, ubi dicitur quod etiamſi quatuor ſint pedes, omnes polluantur tactu & aëre; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

ה ניטל אחד מהם מטמאים במגע ואינן מטמאים באויר דברי רבי מאיר רבי שמעון מטהר עשה שנים זה כנגד זה מטמאים במגע ובאויר דברי רבי מאיר רבי שמעון מטהר היו גבוהין משלש אצבעות משלש ולמטן מטמאים במגע ובאויר משלש ולמעלן מטמאים במגע ואינן מטמאים באויר דברי רבי מאיר רבי שמעון מטהר היו משוכים מן השפה בתוך שלש אצבעות מטמאים במגע ובאויר חוץ משלש אצבעות מטמאים במגע ואינן מטמאים באויר דברי רבי מאיר רבי שמעון מטהר :

5. Uno ex iis ſublato, polluuntur tactu, & non aëre, ita R. Meyr. R. Simeon mundos pronunciat. Si duos fecerit, unum e regione alterius, polluuntur tactu & aëre, ita R. Meyr. R. Simeon mundos pronunciat. Si altiores fuerint tribus digitis, tum a tribus & inferius polluuntur tactu, & aëre, a tribus & ſuperius polluuntur tactu & non aëre, ita R. Meyr. R. Simeon mundos pronunciat. Si protracti ſint ab ora, intra tres digitos, tactu & onere polluuntur, tribus digitis exceptis, polluuntur tactu, at non aëre, ita R. Meyr. R. Simeon mundos pronunciat.

R. OB. DE BARTENORA.

ניטל אחת מהן *Uno ex iis ſublato*, ſi tres ſint tripodes, & unus ſublatus ſit, adhuc reliqua eſt diſpoſitio pro una olla, & hæc cenſetur quaſi deſtructio quædam, & non deſtructio, idcirco tactu polluuntur tripodes, ſed non aëre. *R. Simeon mundos pronunciat*, is enim dixit, omnes furni tripodes, qui non polluuntur aëre, ii nec tactu polluuntur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. עשה שנים *Si duos fecerit*, ſi opifex ab initio duos furno tripodes fecerit. *Polluuntur tactu & aëre*, quia veluti duo ſunt lapides furnum conficientes, tum furnus eſt immundus, ſicuti expoſitum eſt ſuperius.

היו גבוהים משלש אצבעות *Si altiores fuerint tribus digitis*, ſi tripodes altiores fuerint. *R. Simeon mundos pronunciat*, iſtud nempe reſiduum ſupra tres digitos, & plus, tam tactu quam aëre, omnis enim tripus tribus digitis altior, non cenſetur eſſe furnulus.

היו משוכין מן השפה *Si protracti ſint ab ora*, ſi in forma prominentiæ alicujus facti ſint tripodes in ipſo furno, & ex iſtis prominentiis producantur tripodes, qui veluti pedes furni ſunt, jam vero comperitur tripodes exiſtere extra oram; quicquid autem ex iis continetur intra tres digitos, id ad furnum pertinere cenſetur, & tactu aëreque pollui; de eo autem quod reſtat ultra tres digitos, diſputant R. Meyr & R. Simeon, ſed in omnibus deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משוכים מן השפה *Si protracti ſint ab ora*, nempe, ſi tripodes ſint extra denſitatem oræ, hoc modo; & ſi poſt eam tres ſint digiti, tum omne id quod additum fuerit, a furno diſtinctum eſt; ſed non eſt ut haſce diſtinctiones multum moreris, quia iſtarum in præcedentibus mentio aliquoties facta eſt. Quando auctor dicit, *polluuntur tactu & aëre*, hic eſt ſenſus, furno tactu aut aëre polluto, etiam cætera ſunt polluta. Quando autem dicit, *polluuntur tactu, & non aëre*, ſenſus eſt, quod iſtis pollutis etiam furnulus ſit pollutus tactu, at non polluta ſunt furno polluto aëre. Cæterum hæc facta ſunt, quod hi tripodes ex decreto Sapientum ſint conjuncti cum furno, ne oblationes primæ & res ſanctæ in ipſo comburantur, ſecundum id quod expoſitum eſt capite quinto. Scias autem quod cum nos comparationem inſtituamus de reptili, ea quoque intelligenda ſit de reliquis immunditiei patribus, & hæc tam clara ſunt ut non opus ſit ea toties repetere; deciſio eſt ſecundum ſententiam R. Meyri.

ו כיצד משערים אותן רבן שמעון בן גמליאל אומר נותן את הכנה ביניהם מן הכנה ולהוין טהור מן הכנה ולפנים ומקום הכנה טמא :

6. Quomodo æſtimant ea? R. Simeon filius Gamalielis dicit, ſi ponat inter pedes ſtylobatem, tum a ſtylobate & exterius tripus mundus eſt, ſed a ſtylobate & interius, & a loco ſtylobatis, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד משערין אותן *Quomodo æſtimant eos?* quia tripodes longe diſtant a ſe invicem, tum nos ſcire non poſſumus reptili inter eos invento, an id ſit inter tres digitos oræ, & tum immundus ſit, an vero extra tres digitos, & mundus ſit, ſecundum R. Meyr. At vero ſecundum R. Simeon tam tactu quam aëre pollutus eſt, idcirco is menſurat tripodem huncce trium digitorum ab ora furni; & ſic etiam ſecundum pedes menſurat, & cubitum ponit quo libros lineant ab uno ad alterum, & hæc ſtructura vocatur כנה: ſed a linea & interius immundus eſt, id eſt, locus ſtylobatis, a linea vero & exterius mundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dicit auctor quomodo hi tripodes conſiderandi ſint, donec ſciamus an reptile ad trium digitorum quantitatem acceſſerit in ora furni, ut ei conjungatur, ſicuti diximus, an vero inter ſtylobatis, tum inter oram furni erit magnum intervallum, ita ut non polluatur iis, nec furnus polluat ea aëre, ſecundum R. Meyr; an vero omnino mundus ſit, juxta ſententiam R. Simeonis; idcirco dicit poſtquam baſin ſumpſerimus furnuli, abſque dubio præter latitudinem furni remanebit menſura trium digitorum, & baſin dilataverimus ſuper furno ſupra tripodes, & ſi baſis ſupra tripodes pervenerit & ſuperficies illius altitudinis tetigerit ſuperficiem altitudinis tripodum in una ſerie, vel tripodes fuerint in baſi, ad furnum pertinere cenſentur, & polluuntur polluto furno, quocunque id fiat modo. Si vero baſis tetigerit id quod inter tripodes eſt, & tripodes fuerint extra eam, tum illi non polluuntur polluto furnulo, niſi tactu pollutus ſit furnus, ſecundum mentem R. Meyri; כנה autem baſis vocatur, eſtque Hebraica vox, ita Exod. 30, 28. את הכיור ואת הכנה.

פרק ח תנור שחצצו בנסרים או ביריעות נמצא שרץ במקום אחד הכל טמא כוורת פחותה ופקוקה בקש ומשולשלת לאויר התנור השרץ בתוכה התנור טמא השרץ בתנור אוכלין שבתוכה טמאין ורבי אליעזר מטהר אמר רבי אליעזר אם הצילה במת החמור לא תציל בכלי חרס הקל אמרו לו אם הצילה במת החמור שכן חולקים אהלים תציל בכלי חרס הקל שאין חולקין כלי חרס:

Caput 8. Si fornacem in aſſeres diviſerit, vel in cortinas, & reptile uno in loco inventum ſit, omnia ſunt immunda. Si alvearium ſit diminutum & quis id obſtruxerit ſtramine, idque concatenatum ſit in aëre fornacis, & reptile ſit in ipſo, fornax immunda eſt. Si reptile ſit in fornace, cibi in ipſa contenti ſunt immundi. R. Eliezer mundos pronunciat. Dixit R. Eleazar, ſi liberaverit ope mortui aſini, nonne liberet ope vaſis teſtacei, quod leve eſt? dixerunt ei, ſi liberabit ope mortui aſini, quia tentoria ita dividunt, an ideo quoque liberabit ope teſtacei vaſis, quod leve eſt, quia vas teſtaceum non dividunt.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שחצצו *Si fornacem quis diviſerit*, ſi in medio fecerit aliquod diſcrimen, eamque diviſerit ſuperius ab ora illius. *Omnia immunda ſunt*, etiam cibi in ſecunda domuncula interſtitii. כוורת פחותה ופקוקה *alvearium diminutum, & obſtructum*, ſtramine, dicit vero diminutum, quia id non eſt aliquod vas, ſi enim perfectum eſſet, cibos in ipſo contentos liberaſſet ab immunditie, nam vel ipſum vas quod abluendum eſt, liberat; at vero cum id non ſit vas, modo aliquod interſtitium eſt. Porro quando dicit, *obſtructum ſtramine*, id incluſive intelligi debet, licet enim diminutio illius eſt ſtramine obſtructum eſt, tamen non vas, neque cibos in ipſo contentos liberat ab immunditie.

ומשולשלת לאויר *Et concatenatum aëri*, nempe quod in concavo ſuſpenſum eſt. *Dicit R. Eliezar, ſi liberaverit ope mortui aſini &c.* nam alvearium diminutum & ſtramine obturatum diſcriminat pro immunditie in tentorio mortui, licet illius immundities gravis ſit, ad hominem & vaſa polluenda immunditie ſeptem dierum, nonne etiam liberabit ab immunditie vas teſtaceum, cujus levior eſt immundities, quia hæc duntaxat cibos potuſque polluit.

שכן חולקים אהלים *Quia ſic dividunt tentoria*, ſolent enim tentoria dividi ope alicujus interſtitii, idcirco alvearium aliquod interſtitium eſſe cenſetur, & in tentorio mortui ab immunditia vindicat.

שאין חולקים כלי חרס *Quia non dividunt vas teſtaceum*, quandoquidem non ſit moris vas teſtaceum dividere ope interſtitii alicujus. Aliter, hypotheſis eſt quod ita dividunt tentoria, ut interſtitium in tentoriis alicujus ſit commodi, nam in codice de Tentoriis capite decimo ſexto dicitur, ſi domus diviſa ſit in aſſeres, vel in cortinas, immundities eſt in domo, & inſtrumenta quæ in interſtitio ſunt, munda ſunt, ſed diviſio interſtitii nihil prodeſt in vaſe teſtaceo, de fornace enim hic tradimus; ſi fornax diviſa ſit in aſſeres vel in cortinas, & reptile in uno loco inventum fuerit, omnia ſunt immunda; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוורת פחותה *Alvearium diminutum*, cui aliquid deeſt remanente quodam foramine in forma feneſtræ, quod ſtramine obſtruxerit, tum id non amplius eſt vas integrum, quia obſtructio iſta mediante ſtramine, non cenſetur obturatio; idcirco non eſt res ſeparata a fornace, ſed pro mero aëre habenda eſt. Ego vero expoſiturus ſum capite nono, quod alvearium ſecundum hancce formam, dividat reſpectu immunditiei. Cæterum R. Eliezer dicit, ſi liberaverit ope mortui aſini, qui polluit omne id quod in tentorio eſt, nonne immundities ſeptem dierum liberabit in vaſe teſtaceo cujus levior eſt immundities, ut polluatur omne id quod in ipſo continetur e cibo & potu duntaxat, quia immunditie levi tantum inficit vas teſtaceum? ſicuti aliquoties expoſuimus. Reſponderunt ei quod in tentorio mortui liberat, id non fit ex eo quod vas ſit, ſed quod hic locus ſit licitus, & interſtitium aliquod, hoc enim modo dividunt tentoria, quaſi dixiſſet quod tentoria dividantur reſpectu immunditiei mortui, & quod domicilia vel tentoria diviſa ſint iſto interſtitio, ita ut una parte polluta, exiſtente in ipſa mortuo, non polluta ſit altera. Cum vaſe teſtaceo aliter ſe res habet, illius enim parte una polluta tactu reptilis, altera pars atque totum vas polluitur, quia vas dividi non ſolet, ſicuti ab initio Miſnæ dicitur, ſi fornax in aſſeres vel cortinas diviſa ſit, & in uno loco inveniatur reptile, omnia loca immunda ſunt. Sed de immunditie mortui dictum eſt decimo ſexto capite de Tentoriis, ſi domus in aſſeres diviſa ſit, vel in cortinas, ſive a lateribus ſive a tignis, immunda eſt, inſtrumenta vero quæ in ruptura exiſtunt, munda ſunt; idcirco alvearium liberat in caſu mortui, quia id inſtar alicujus interſtitii eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ב היתה שלימה וכן הקופה וכן החמת השרץ בתוכה התנור טהור השרץ בתנור אוכלין שבתוכה טהורין ניקבו העשוי לאוכלין שעורן בזיתים העשוי למשקין

2. Si id integrum ſit, & ſic etiam cupa, & uter, atque in ipſo ſit reptile, fornax munda eſt; ſi reptile ſit in fornace, cibi in ipſo contenti ſunt mundi. Si perforaverint id quod factum eſt pro cibis,

למשקין שעורן במשקים העשוי לכך ולכך מטילים
אותו לחומרו בכונש משקה :

bis, menſura ſit ut olivarum, ſi factum ſit pro potu, menſura ſit ut potus; ſi pro utroque, graviorem conditionem ponunt, ac ſi potus colligat.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה שלימה *Si integrum ſit*, nempe alvearium. *Fornax eſt munda*, quia Levit. 11, 33. dicitur כל אשר יפול מהם אל תוכו ergo ſi quid in medium illius inciderit, illa immunda eſt, at non ſi in medium medii illius; & de orificio ſupra fornacem hic ſermo fit, nam ſi id penitus in fornacem deſideat, medio illius conjunctum cenſetur. Cibi vero in ipſo contenti ſunt immundi, ſicuti Lex dicit, *quicquid ex iis ceciderit in medium illius*, ſed non ſi in medium medii illius inciderit. *Si perforata ſint*, tum foramen iſtud ea liberat ab immunditie ipſorum, & porro jus vaſis incidit in ipſa; ſed non diſtinguunt inter fornacem & id quod in iis eſt; ſed quantum ſit foramen quod purificat ea ab immunditie eorum? Quod factum eſt pro cibis, illius menſura tanta ſit ut per eam olivæ poſſint tranſire.

העשוי לכך ולכך *Quod hoc & illo modo factum eſt*, pro cibis & potu ei conditionem graviorem imponunt, & ſi foramen habeat menſuram potuum, quæ minor eſt menſura pro cibis facta, porro non liberat ob immunditiem. בכונס משקה *dum colligit potus*, quando vas a latere foraminis aquarum immiſerit, aquæ ingrediuntur in vas; & hoc foramen eſt magis quam ſi potus recipiat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando vas in aëre fornacis fuerit, & ſerpens in ipſo vaſe, tum fornax non polluta eſt hocce polluto vaſe. Si vero reptile ſit in fornace, non polluuntur hæc vaſa immunditie fornacis; Deus eum dixit Levit. 11, 33. אשר יפול מהם אל תוכו Quæ ita Traditione exponuntur, quando in medium vaſis aliquid inciderit, tum immundum erit, at non ſi in medium medii illius. Et clarum eſt quod hæc omnia ſub conditione aliqua intelligenda ſint, nempe ſi orificium vaſis exierit e medio fornacis. At vero ſi reptile ſit in vaſe, & hocce vas habeat orificium apertum in aëre ſive concavo fornacis, tum pollutum eſt omne id quod in fornace continetur, quia reptile illius aërem tetigit. Si vero vas cujus orificium eſt exterius ab orificio fornacis ſit perforatum foramine aliquo, vas erit mundum, & hoc eſt quod nos oſtendimus, capite tertio ab initio. Hinc itaque liquet vas jam depravatum eſſe, & non ſeparatum eſſe id in quo aliquid eſt e fornace, idcirco ſi in ipſo ſit reptile, fornax polluta eſt, & quicquid in ipſa continetur e cibis & potibus. Si in fornace ſit reptile, etiam omne id quod in hoc vaſe eſt de cibo & potu, pollutum eſt. Cæterum in principio capitis tertii dictum eſt, imponunt ei conditionem graviorem in olivis, idcirco hic dicit; *imponimus ei conditiones graviores dum ingreditur potus*, & hoc ſatis clarum eſt, quia conditio gravior in eo ſita eſt quod dicitur, & ſi in ipſo non ſit foramen, niſi in loco ubi ingreditur potus, tum pollutum eſt id quod in ipſo eſt polluta fornace. Pariter fornax polluta eſt tactu reptilis quod tetigerit hoc vas; licet autem exiguum ſit foramen perforatum, *ita ut* potus ingredi poſſit, tamen hic eſt conditior gravior, quia dicitur, immundum *ſit*, idcirco donec magnum ſit foramen perforatum, & olivæ egredi per ipſum poſſint, non recipit immunditiem. Senſus illius quod dicitur כונס משקה hic eſt, ponitur vas ſuper aquis ab ea parte qua perforatum eſt, quæ tum *ingrediuntur per iſtud foramen*, atque hoc foramen per quod ingreditur potus, majus eſt eo per quod egreditur.

ג סרידה שהיא נתונה על פי התנור ושוקעת לתוכו
ואין לה גפיים השרץ בתוכה התנור טמא השרץ
בתנור אוכלין שבתוכה טמאים שאין מצילין מיד
כלי חרס אלא כלים חבית שהיא מליאה משקין
טהורין ונתונה למטה מנחושתו של תנור השרץ
בתנור החבית והמשקים טהורין היתה כפויה ופיה
לאויר התנור השרץ בתנור משקה טופח שבשולי
החבית טהור :

3. Operculum orificio fornacis ſi ſit impoſitum, & interius depreſſum, ſi ei non ſint margines, at reptile ſit in ipſo, fornax immunda eſt. Si reptile ſit in fornace, cibi in ipſa contenti ſunt immundi, quia non eripiunt ipſam e poteſtate vaſis teſtacei, niſi vaſa. Si dolium ſit plenum potibus mundis, idque poſitum ſit infra æs fornacis, & reptile ſit in fornace, tum dolium & potus mundi ſunt. Si id contectum ſit, & orificium aëri fornacis oppoſitum, & reptile in fornace, tum potus humectans qui in margine dolii eſt, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

סרידא Habet formam mactræ parvæ, qua piſtor utitur ut in ipſa depſat, ſed ei non eſt receptaculum aliquod. Maimonides vero exponit, quod ſit tabula teſtacea perforata in forma operis reticulati, ſicuti in Targum ad locum Exod. 38, 4. סרדא עובד Cæterum גפיים notat margines & oras. *Quia non liberant e poteſtate vaſis teſtacei*, ne id polluatur aëre vaſis teſtacei, ſed vas duntaxat atque, cum ei non ſunt anſæ, nec vas eſſe cenſetur.

נחושתו של תנור *Æs fornacis*, ſunt ſcutellæ & inferiora illius, & id genus alia, ſicuti Ezech. 16, 36. השפך נחושתך Dolium vero & potus munda ſunt, quia in aërem illius non venerunt, nam inferius conſtituta ſunt quam fornacis fundus, etiamſi enim aër fornacis adhæreat aëri dolii, & licet dolium ſit apertum, & ex orificio fornacis aliquid intraverit in illius orificium, vinum tamen non pollutum eſt quia aër vaſis teſtacei non polluit ſuperius neque inferius, ſed in medio.

היתה כפויה *Si contectum ſit*, nempe dolium in orificio ſuo, idque orificio fornacis impoſitum ſit, in quo reptile eſt, & in margine dolii ſit vini humor qui humectat adeo, ut porro poſſit humectare; tum iſte vini humor non pollutus eſt ob aërem fornacis qui dolium intravit, quia vini humor non fuit in fornace.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סרידה Notat rem perplexam in Targum, idcirco illa verba Exod. 38, 4. מעשה רשת transfert per סרידה עובד. Cæterum גפיים notat anſas anguſtas cui non ſunt receptacula, quia vas rotundum eſt, & hæc forma illud facit in vas. Quando autem id non habuerit hanc formam, tum non eſt vas, idcirco id quod in ipſo continetur, non diſtinguit ab aëre fornacis, quia interius deprimitur, & idcirco non eſt vas; ratio autem exponitur eo quod dicitur, *non liberant e poteſtate vaſis teſtacei, niſi vaſa*, ſecundum id quod in Miſna traditum eſt ſuperiori. Cæterum expoſitio phraſeologiæ נחושתו של תנור *æs fornacis*, notat ſcutellas illius, uti dicitur Ezech. 16, 36. השפך נחושתך Porro dicit auctor quod ſi effoſſio ſit in fundo fornacis, & dolium plenum ſit potibus in hac effoſſione, quia orificium dolii non eſt in medio aëris ſive concavi fornacis, ſed infra ipſam, tum neque dolium neque potus immundi ſunt ob aëris fornacis conjunctionem cum aëre dolii; licet enim aër fornacis ſit immundus tactu reptilis quod in ipſo eſt, tamen totius rei hæc ſumma ſit, quod polluit omne id quod tetigerit ſubſtantiam fornacis, & non id quod e regione aëris illius eſt, neque id quod ex adverſo aëri oppoſitum eſt, non infra neque ſupra, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *& id contectum ſit, & orificium ipſius ſit verſus fornacem*, nempe, quando dolium contectum eſt verſus fornacem ita ut orificium dolii uniatur orificio fornacis, atque adeo dolium conjungatur aëri fornacis ſupe-

ſuperius. Contra vero ſe res habet in quiete prima quando reptile adhuc erat in fornace, tum enim fornacis aër jam pollutus erat abſque dubio, ſed dolii aër non pollutus eſt, etſi enim is conjunctus ſit illi; tamen non polluitur aëre fornacis, idcirco dicitur quod potus in fundo dolii exiſtens, ſit mundus, & hoc eſt quod notat dictio משקה טופח *potus humectans*, quaſi dixiſſet, aquarum congregationes quæ in ipſo ſunt ad manum humectandam, & hoc eſt extremum iſtud quod in fundo dolii remanere poteſt e potibus, dolio circa orificium contecto.

ד קדירה שהיא נתונה בתנור השרץ בתנור הקדירה טהורה שאין כלי חרס מטמא כלים היה בה משקה טופח נטמא וטמאה הרי זה אומר מטמאיך לא טימאוני ואתה טמאתני:

4. Si olla ſit fornaci impoſita, & reptile in fornace, olla munda eſt, quia vas teſtaceum non polluit vaſa. Si in ipſa ſit potus humectans, is polluitur & olla, & hoc eſt quod dicitur, quæ polluerunt te, non polluerunt me, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA.

הקדירה טהורה *Olla munda eſt*, quando nempe reptile non viderit ollæ aërem, dum in fornacem incidebat. *Pollutus eſt potus*, qui denuo polluit ollam, ſecundum jus omnium potuum immundorum vaſa polluentium. מטמאיך לא טמאוני *polluentes te, non polluerunt me*, ita olla loquitur ad potus, aër vaſis teſtacei a quo cepiſti immunditiem, non polluit me, quia vas teſtaceum non polluitur aëre vaſis teſtacei, tu vero pollueres me, quia olla polluta eſt propter potus immundos?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod cum reptile tetigerit aërem vaſis teſtacei, pollutum ſit omne id quod in ipſo continetur e potibus & cibis tantum. Et quamvis ea non tetigerit reptile, cujus rei mentio jam facta, tamen non polluit ipſum in aëre vaſis teſtacei, & hoc eſt quod Deus jubet Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum in cujus medium inciderit ex iis*, ergo omne id quod e cibis inciderit in medium illius, immundum eſt; ſed in immunditie nulla res conjungitur, præterquam cibi & potus. Dicitur autem in Torat Cohanin, forſan vaſa quoque polluunt aëre vaſis teſtacei? Lex dicit, *ab omni cibo quem comederis*, cibi ergo & potus aëre vaſis teſtacei polluunt, quodcunque illud ſit vaſorum genus. Cæterum in principio hujuſce codicis jam expoſuimus quod potus immundi polluunt vaſa poſtquam iſti medium eorum tetigerint; hiſce ergo fundamentis bene intellectis, intelliges quoque hujuſce Miſnæ ſenſum.

ה תרנגול שבלע את השרץ ונפל לאויר התנור טהור ואם מת טמא השרץ שנמצא בתנור הפת שבתוכו שניה שהתנור תחלה:

5. Si gallinaceus inglutiverit reptile, atque in aërem inciderit, fornax munda eſt. Si vero obierit, immunda eſt. Si ſerpens in fornace inventus fuerit, tum panis in ipſa exiſtens, eſt ſecundus immunditiei gradus, quia fornax eſt principium.

R. OB. DE BARTENORA.

ונפל לאויר התנור טהור *Et inciderit in aërem, fornax munda eſt*, quando gallinaceus vivit, nam immunditiès abſorpta non polluit. *Si obierit, immunda eſt*, ſi gallinaceus non expectaverit donec digeſſerit ab eo tempore quo reptile inglutivit donec obierit. Tempus vero iſtud quo ſtomachus avium excoquere poteſt id quod inglutivit, eſt 24 horarum. *Panis qui in ipſo exiſtit, eſt ſecundus*, nam nos de fornace non ſtatuimus perinde ac ſi eſſet plena immunditiei, quod perinde ac ſi reptile tetigerit panem. Sed fornax eſt principium immunditiei, quia reptile eſt pater immunditiei, & in ipſam incidit, & fornacem conſtituit primum immunditiei gradum, & is denuo polluit panem, qui ſit ſecundus immunditiei gradus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando gallinaceus eſt in vivis, reptile quod in corpore illius exiſtit, non polluit, verum mortuo reptili in corpore gallinacei, & hocce reptile abſque mora tetigerit aërem fornacis. Cæterum in Siphri dicunt, quia ſcriptum eſt Levit. 11, 33. *Quando ex iis quid inciderit in medium illius*, idcirco quædam ſunt reptilia quæ polluunt, quædam vero quæ non polluunt, excepto gallinaceo qui reptile inglutivit, & in fornacis aërem incidit, tum munda eſt; ſi vero reptile obierit, immunda. Atque ex his tibi jam conſtabit quod Miſna primum immunditiei gradum vocet תחלה *principium*, quia reptile ſit pater immunditiei, fornax autem primus gradus, panis ei adhærens ſecundus. Sed hæc in principio prologi noſtri jam expoſuimus, quia nonnemo cogitare potuiſſet quaſi panis eſſet primus.

ו בית שאור מוקף צמיד פתיל ונתון לתוך התנור השאור ושרץ בתוכו והקרץ בינתים התנור טמא והשאור טהור ואם היה כזית מן המת התנור והבית טמא והשאור טהור. אם יש שם פותח טפח הכל טמא:

6. Domus fermenti ſi circumdata ſit operculo conjuncto, & fornaci impoſita, & in ipſa ſit fermentum & reptile, & interſtitium inter illa, fornax immunda eſt; & fermentum mundum. Si quantitas olivæ ſit e mortuo, fornax & domus ſunt immunda, fermentum vero mundum. Si illic ſit quod palmum aperiat, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שאור המוקף צמיד פתיל *Domus fermenti ſi circumdata ſit funiculo copulato*, de vaſe teſtaceo ſtatuimus id liberare ab immunditie aëre fornacis ſi funiculo copulato circumdatum ſit, ſicuti liberat in tentorio mortui, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 34. מכל האוכל אשר יאכל ubi כל האכל excipit præter id quod funiculo circumdatum eſt copulato, ut vas teſtaceum, & ſi id fornaci impoſitum ſit, non polluitur aëre fornacis. Sed vas quod aqua abluendum eſt ſi funiculo copulato circumdatum ſit non liberat ab immunditie cibos in ipſo contentos,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oportet ut hic fundamenta quædam præmittamus, tum intelliges hanc Miſnam, ſi ergo in domo fermenti ſit vas teſtaceum, cibi mundi ſunt, & ſi ea funiculo copulato circumdata ſit eo modo quo capite decimo hujuſce codicis expoſuimus. Si ergo hocce vas circumdatum ſit filo copulato intra vas teſtaceum aliud, reptile cenſetur attigiſſe hoc vas teſtaceum magnum; cibi enim & potus ſub filo copulato mundi ſunt, licet ii ſint in aëre ſive concavo vaſis teſtacei magni; etenim omne vas teſtaceum quod filo copulato circumdatum

tentes, ita enim exponitur in Torat Cohanim, quando Lex dicit, *omnis cibus*, includit funiculum vaſis quod aqua abluendum eſt, & fornaci impoſitum, at non liberat e poteſtate vaſis teſtacei, etſi in ipſo ſint fermentum & reptile, & inter utrumque interſtitium, ut, ſi hoc vas duo habeat receptacula, & interſtitium aliquod dividat inter unum atque alterum receptaculum, tum iſtud interſtitium vocatur קרץ, cujus radix extat Job. 33, 6. Interſtitium vero pertingit uſque ad oram illius, fermentum ab uno latere, & reptile ab altero. קרץ notat interſtitium inter duas pluresve res; & filum copulatum undique circumdat vas, hinc fit ut fermentum & reptile ambo circumdata ſint filo copulato. Fornax autem polluit ob reptile quod intra filum copulatum eſt, quia id liberat munda in ipſo contenta ne polluantur, ne immunditiem contrahant, ſed non liberat ab immunditie quæ in ipſo eſt, ne ea polluat res alias. Fermentum vero mundum eſt, id enim filo copulato circumdatum eſt ſeorſim. Si vero illic ſit aperiens palmus, ſcil. ſi interſtitium quod inter fermentum & inter olivæ quantitatem de mortuo eſt, in menſura palmi diſruptum ſit, omnia immunda ſunt, nam unus palmus per quadrum immunditiem introducit.

datum eſt, jam liberat omne id quo in ipſo eſt, ne polluatur aëre vaſis teſtacei ipſum comprehendentis. Et hoc eſt quod dicitur in Torat Cohanim, forſan id quod filo copulato circumdatum eſt & fornaci impoſitum, immundum ſit? reſp. Lex dicit Levit. 11, 34. מכל האכל *ab omni cibo*, & non, omnis cibus, hinc exceptio elicitur pro filo copulato quo vas teſtaceum circumdatum eſt, & fornaci impoſitum. Ibidem quoque expoſuimus, quod cum vas quod in aquam immergendum eſt, circumdatum ſit filo copulato, & fornaci impoſitum, & in vaſe iſto filo copulato circumdato ſint cibi & potus, tum cibi & potus iſti immundi ſunt, idcirco dicitur, *omnis cibus*. Si domus fermenti circumdata ſit filo copulato in vaſe quod aqua abluendum eſt, & fornaci impoſitum eſt, tum non liberat a poteſtate vaſis teſtacei ope fili copulati, ſed id liberat in tentorio mortui. Cæterum notum eſt quod vas aqua abluendum, non liberet in tentorio mortui ope fili copulati, quemadmodum capite decimo hujus codicis expoſuimus. Hoc & ſequens fundamentum memoriæ mandes volo, quando enim vas teſtaceum aliquod filo conjuncto circumdatum ſit, & in ipſo ſit quantitas olivæ de mortuo, vel lentis quantitas de reptili, & hocce vas circumdatum intraverit aërem vaſis teſtacei in domo aliqua, tum id immundum eſt ut reptile; mortuo autem nihil prodeſt filum conjunctum, quantulumcunque ſit, ſed jus immunditiei ſub filo conjuncto, vel extra ipſum idem eſt. Liberat autem filum conjunctum id quod tetigerit ipſum de re munda, donec id non unice pollutum ſit. Cæterum in Toſaphta codice de Vaſis dicitur, filum conjunctum & tentoria liberant munda ne polluantur, ſed immunda non liberant, ne magis polluantur; porro ibidem dicitur quod filum conjunctum non ſit pro immunditia. Cæterum obſervandum quoque tibi eſt fundamentum hoc tertium, quod nempe domus fermenti, ſi non ſit diviſa ab initio confectionis ſuæ in duas partes e teſta, & fermentum uni parti impoſuerint, alteri vero farinam aut ſal, tum interſtitium inter partes vocatur קרץ, cujus radicem videſis Job. 33, 6. ubi Jobus dicit קרצתי גם אני perinde ac dixiſſet, ſeparatus ſum & exciſus. Porro dicit Miſna quod ſi fermentum ſit in alterutra parte, & reptile in altera, interſtitiumque inter fermentum & reptile dividat, & hoc eſt quod intendit quando dicit, והקרץ בינתים *& interſtitium inter utrumque*. Inſuper ſi vas undiquaque circumdatum ſit filo conjuncto, & in fornace poſitum, fornax jam polluta eſt tactu reptilis *quod in ipſa eſt*, ſecundum ea quæ a nobis ſunt expoſita fundamenta, fermentum vero mundum eſt, *quia id poſitum eſt ſub filo conjuncto*. Hoc vero ipſorum jus in ſpecie eſt, ſi quantitas olivæ e mortuo ſit in loco reptilis ſub filo conjuncto, fornax & domus in qua fornax eſt, immundæ ſunt, ita ut pollui poſſint tactu quantitatis olivæ e mortuo intra domum. Et quamvis is ſit ſub filo conjuncto, ſicuti nos expoſuimus capite octavo codicis de Tentoriis, fermentum tamen eſt mundum ſub filo conjuncto, quia filum conjunctum quoque liberat in immunditie mortui, uti exponetur. Si vero inter partem in qua eſt olivæ quantitas e mortuo, & inter fermentum palmus ſit in longitudine & latitudine aperiens, tum fermentum quoque immundum eſt, quia fundamentum immunditiei in mortuo poſitum eſt in palmo in longum & latum, quemadmodum id jam expoſuimus, & amplius exponemus in codice de Tentoriis.

ז השרץ שנמצא בעין של תנור בעין של כירה בעין של קופה מן השפה הפנימית ולחוץ טהור ואם היה באויר אפילו כזית מן המת טהור ואם יש שם פותח טפח הכל טמא׃

7. Si reptile inventum ſit in fornacis foramine, vel in foramine furni, vel in foramine cupæ a margine interiori & exterius, mundus eſt. Si vero id ſit in concavo, etſi vel olivæ quantitas ſit e mortuo, mundus eſt; ſi ſit aperiens palmum, omnia immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בעין של תנור *In foramine fornacis*, hoc foramen habet formam oculi, quod in fornace faciunt ad furnum excipiendum, pane vero in fornacem introducto id clauditur, ne calor exeat ex ipſa, ſed illius medium non cenſetur ut medium fornacis, ſi in aëre ſit, in loco aperto, quia ſub tentorio ne quidem olivæ erat quantitas e mortuo, quæ foramini illius indita erat, fornax eſt munda, quia immunditties in ipſam non intravit, cum in foramine non ſit apertura palmi; ſi vero in ipſo ſit apertura palmi, quia craſſities marginis foraminis exterioris prominet, & tentorium facit ſuper olivæ quantitatem e mortuo, in palmi menſura in longum & latum, tum tentorium & fornax immunda ſunt, quia palmus in longum & latum e tentorio introducit immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In planitie fornacis ſolent aliquod foramen perforare, ſic etiam in cupa, & furnulo, ab ea parte quæ terram reſpicit, unde ea aërem colligit, per quod lignum immittunt, fornace autem obſignata, hoc foramen quoque obſtruitur, ne quid caloris exeat. Cæterum hocce foramen aliquando obſtruitur, aliquando non, & idcirco vocatur עין *oculus*, ſicuti enim oculus interdum clauditur, interdum vero aperitur, ita quoque hoc foramen. Cæterum dubium non eſt quin ipſa fornacis ſubſtantia aliquam habeat craſſitiem; idcirco dicit auctor quod cum hoc reptile ſit ſub craſſitie parietis fornacis, vel furnuli, fornax ſit munda quando hoc reptile non eſt in aëre fornacis, ſed in aëre hujuſce foraminis duntaxat. Si vero in craſſitie ſpondæ fornacis ſit reptile, in ſtructura menſuræ palmi in longum & latum, atque olivæ quantitas e mortuo ſub hocce palmo in longum latumque, nempe in oculo ſive foramine fornacis, tum iſtud foramen jam pollutum eſt; & ſic etiam ſe res habet cum fornace in genere quia palmus in longum & latum immunditiem introducit, quia tentorium quoddam eſſe cenſetur, ſicuti in codice de Tentoriis expoſitum eſt, ſi olivæ quantitas e mortuo ſit ſub tentorio in quo mortuus quiſpiam jacet, & hocce tentorium ſit apertum verſus aërem fornacis, fornax polluta eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, omnia munda ſunt, atque hoc eſt ſpeciale jus de fornace & furnulo.

ח נמצא מקום הנחת העצים רבי יהודה אומר מן השפה

8. Si reptile inventum ſit in loco ubi ligna ponuntur,

השפה החיצונה ולפנים טמא וחכמים אומרים מן השפה הפנימית ולחוץ טהור רבי יוסי אומר מכנגד שפיתת הקדירה ולפנים טמא מכנגד שפיתת הקדירה ולחוץ טהור נמצא מקום ישיבת הבלן מקום ישיבת הצבע מקום ישיבת של שולקי זיתים טהור אין טמא אלא מן הסתימה ולפנים :

tur, R. Jehuda dicit, a margine exteriori & interius, immunda eſt fornax. Sapientes dicunt, a margine interiori & exterius munda eſt. R. Joſe dicit, e regione diſpoſitionis ollæ & interius immunda eſt; ſed e regione diſpoſitionis ollæ & exterius munda eſt. Si id inventum ſit in loco ubi balneator ſedet, vel in loco ubi tinctor, vel ubi conſident ii qui olivas elixant, munda eſt, & non immunda eſt niſi ab obturatione & interius.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצא במקום הנחת העצים *Si inventum ſit in loco ubi ligna ponuntur*, ſi ſcil. reptile inventum ſit in foco ubi deponunt ligna & ignem in furno, nempe in foco, illinc enim lignum projiciunt e margine foci, tum ab exteriori margine & intus eſt immundus, nam denſitas parietum furni cenſetur ut intus ac ſi intra furnulum ſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. מכנגד שפיתת הקדירה *e regione diſpoſitionis ollæ*, a loco ubi incipit aërem furni obſtruere. מקום ישיבת הבלן *locus in quo ſedet balneator*, eſt locus ubi ſedet is qui aquas calefacit pro balneo. *Non eſt immundus niſi ab obturatione & interius*; ab ollæ obturatione quæ in ipſo poſita eſt, & aquas continet, vel ubi tinctor eſt vel ubi olivas elixant. Sed in Toſaphta indicatur quod ea pars quæ eſt ab obturatione, & interius, ſit duntaxat immunda; quæ vero in hac Miſna dicuntur, ea intelligenda ſunt quando reptile pendet in aëre & non attigerit; ſed in immunditie tactus, etiam ab occluſione & exterius polluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sermo hujus Miſnæ ſit de furno, dicit itaque, ſi reptile inventum ſit in loco ubi ligna ponuntur, eſtque locus ex quo ignem projiciunt e planitie foci, e margine exteriori in medium furni, tum is immundus eſt. Cæterum R. Jehuda de jure craſſitiei furni ſtatuit ut de jure medii illius, Sapientes dicunt, a margine interiori & exterius eſt mundus, eo quod illi de craſſitie furni ſentiunt ut de parte exteriori. ישיבת הבלן *ſeſſio balneatoris*, eſt locus in quo ſedet is qui calefacit aquas pro balneo.

ט בור (נ"א כור) שיש בו בית שפיתה טמא ושל עושי זכוכית אם יש בו בית שפיתה טמא כבשן של סידין ושל זגגין ושל יוצרים טהורה פורנה אם יש לה ליזבז טמאה רבי יהודה אומר אם יש לה אסטגיות רבן גמליאל אומר אם יש לה שפיות :

9. Si in puteo ſit locus diſpoſitionis, immundus eſt; & vitriarii puteus ſi in ipſo ſit locus diſpoſitionis, immundus eſt. Fornax cæmenti, & vitri, & figuli mundus eſt. Si furnus habeat oram, immundus eſt. R. Jehuda dicit, ſi is habeat vincula. Rabban Gamaliel dicit, ſi habeat ora.

R. OB. DE BARTENORA.

בור שיש בו בית שפיתה טמא *Si in puteo ſit domus diſpoſitionis, immundus eſt*, intellige foveam aliquam in terra effoſſam & luto oblitam, quæ ex ſe ſubſiſtere poteſt, ſicuti fuit fornax Ben Dinai, de qua ſuperius dictum eſt capite quinto. Nonnulli pro בור legunt כּור, quod denotat inſtrumentum aliquod in quo aurum, argentum, atque alia fuſilia vaſa fundunt, de quo Deut. 4, 20. Mihi vero videtur quod ſit fornax fabri ærarii. פורנה notat fornacem magnam teſtaceam, qui in latere habet oſtiolum ſuum in forma quæ apud nos ſolita eſt; & ejuſmodi fornax munda eſt, quia ipſius uſus eſt una cum fundo. ליזבז notat oram craſſam. אסטגיות notat foramina cujuſmodi in fornacibus faciunt. שפיות notat oras minutas; deciſio eſt ſecundum doctorem primum. Magiſtri vero mei expoſuerunt quod ליזבז, אסטגיות, & שפיות ſint ejuſdem ſenſus, & non differant niſi in eo quod unuſquodque docebat ſecundum linguæ genium quem audiverat a magiſtro ſuo, diſcipulus enim magiſtri ſui loquendi formulas ſequi ſolet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בור Notat locum qui factus eſt vaſa fuſilia in ipſo fundenda, ut aurum, argentum, & ſtannum, atque id genus alia, eſtque hæc vox Hebraica, ita dicitur Deut. 4, 20. מכור הברזל Cæterum פורנה notat furnum teſtaceum. אסטגיות *vincula*, ſunt foramina in forma furni extructa. שפיות notat oras parvas; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque ſecundum Rabban Gamalielem.

י מגע טמא מת שהיו אוכלין ומשקין לתוך פיו הכניס ראשו לאויר התנור טהור טמאהו וטהור שהיה אוכלין ומשקין לתוך פיו והכניס ראשו לאויר התנור טמא נטמאו היה אוכל דבילה בידים מסואבות הכניס ידו לתוך פיו ליטול את הצרור רבי מאיר מטמא רבי יהודה מטהר רבי יוסי אומר אם הפך טמא אם לא הפך טהור היה פונדיון לתוך פיו רבי יוסי אומר אם לצמאו טמא :

10. Si quis tetigerit eum qui mortuo pollutus eſt, dum cibi potuſque ſunt in orificio illius, ſi caput ſuum introduxerit in aërem fornacis mundum, ipſum pronunciarunt immundum. Mundus dum cibi & potus erant in ore ipſius, ſi introduxerit caput ſuum in aërem fornacis immundæ, tum polluti ſunt. Si palathas haberet in manibus inquinatis eaſque comederit, & manum ſuam introduxerit in orificium illius ad lapillos tollendos, R. Meyr immundam eam pronunciat, ſed R. Jehuda mundam. R. Joſe dicit, ſi eam converterit, immunda eſt. Sin minus, munda eſt. Si pondiolum in ore ſuo habeat, R. Joſe dicit, ad reſtinguendam ſitim, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מגע טמא מת *Tactus eo qui pollutus eſt mortuo*, ſi homo tetigerit eum qui mortuo pollutus eſt, ſit is primus immunditiei

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam præfatus ſum in principio hujuſce libri quod nulla immunditiei proles polluat vas, ſed potus polluitur potibus immun-

tiei gradus, qui enim mortuo pollutus eſt, is immunditiei pater eſt, & qui ipſum attigerit, eum facit primum; potus vero qui ſunt in ore ipſius fornacem polluunt, quando concavum illius intraverint, quamvis ipſe homo non polluat fornacem, quia vaſa non recipiunt immunditiem niſi a patre immunditiei, & hoc eſt quod alicubi dicitur, *polluentes te non polluunt me*, *tu vero polluis me*, ſicuti traditum eſt in codice de Vacca Rufa, quod Sapientes de potibus decreverunt, quod polluant vaſa, propter potum ſeminiflui & ſeminifluæ, ſicuti dictum eſt in tractatu de Sabbato. Cibi vero iſti quorum hic mentio facta eſt, fruſtra allegantur, cibus enim non polluit vas, ſed potus duntaxat vaſa polluunt; ſed oris obturatio non liberat ab immunditie, quia operculum copulatum non liberat ab immunditie quæ intus eſt in ore quo minus aliæ res polluantur, uti ſuperius traditum eſt, his exceptis traditur in Toſaphta de vaſis, quod omnia liberant ab immunditie vaſis teſtacei, licet vaſa ſtercorea ſint vel terrea, homine excepto, idcirco ſi homo mundus ſit & in orificio illius ſint cibi & potus, & quis caput ſuum intulerit in aërem, ſive concavum fornacis immundæ, polluti ſunt, quia homo non liberat ope operculi copulati e poteſtate vaſis teſtacei.

ידים מסואבות *Manus inquinatæ*, ſunt manus quæ in immunditie ſecundus ſunt gradus, quæque oblationem primam polluunt.

הכניס ידו לתוך פיו *Si manum intulerit in orificium illius*, ad omnes lapillos removendos qui in orificio ſunt. R. Meyr palatham pronunciat immundam, eo quod manus inquinatæ polluunt ſputum, ut principium immunditiei fiant, quia liquor eſt, & ſputum polluit palatham quia primus gradus facit ſecundum in profanis. *R. Jehuda mundam pronunciat*, is enim putat quod cum ſputum non exierit ex ore illius, non cenſetur eſſe liquor. R. Joſe immundam pronunciat, quando palatha ab hoc in iſtud latus converſa fuerit in medio oris, nam ſi ſputum eſt ablatum, tum purificat abſque converſione, quando enim nondum remotum eſt ſputum, non id liquor eſſe cenſetur; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

immundis; auctor vero dicit, *polluentes te non polluunt me*, *tu vero polluis me*, hoc ego exponam Deo volente capite octavo codicis de Vacca Rufa. Cæterum tibi jam conſtat eum qui mortuo pollutus eſt, eſſe immunditiei patrem; qui vero inter homines tetigerit eum qui mortuo pollutus eſt, is vocatur מגע טמא מת *tactus illius qui mortuo pollutus eſt*, eſtque immunditiei proles; ſed is non polluit vas, nec genera vaſorum, quando tetigerit ipſa. At vero potus polluit, & hi potus vaſa polluunt, ſicuti fundamentis quibuſdam oſtendimus; inſuper capite ſecundo hujuſce codicis expoſuimus, quod vas teſtaceum aëre ſuo polluatur duntaxat, & tactu aëris illius pollui cibos & potus; ſi vero non tetigerit illos, & potus fuerint in ore illius qui primus immunditiei gradus eſt, & primus iſte introduxerit caput in fornacis concavum, polluerunt ipſam tactu potus qui ſunt ore ipſius, qui ſunt potus immundi in orificio fornacis. Cæterum clauſio oris non liberat ab immunditie, etſi enim immundities ſit ſub operculo copulato, & aërem fornacis tetigerit, tamen polluerunt ipſam, ſicuti expoſitum eſt hocce capite. Sic etiam ſi fornax polluta ſit, & nonnemo mundus caput introduxerit in aërem illius, & in ore ipſius fuerint cibi & potus mundi, tum polluti ſunt tactu aëris vaſis teſtacei immundi; nam licet in ore ſint, tamen hoc nobis non inſervit pro operculo copulato, ut id ab immunditie liberaret. Sed in Toſaphta codice de Vaſis dixerunt, omnia liberant a poteſtate vaſis teſtacei, licet ſtercorea ſint vaſa, vel terrea, homine excepto; at quomodo? mundus, quando in ore illius ſunt cibi & potus, & is caput ſuum intulerit in aërem fornacis, pollutus eſt. Porro ſcias id quod dictum eſt capite primo, *cibi & potus*, ejus ſenſus non eſt perinde ac ſi diceretur, cibi aut potus, quia potus & cibi non polluunt vaſa, ſicuti ab initio hujuſce codicis expoſuimus. Sed auctor principium Miſhnæ tradit ob illius finem, quia enim capite ſecundo tradiderat, *cibi & potus*, idcirco hic tradere voluit, *cibi aut potus*, quia vas immundum polluit cibos & potus, uti præmiſimus. Cæterum in principio libri quoque præfati ſumus quod manus pollutæ polluant potus, & hi potus denuo polluunt cibos oblationis primæ, qui non erant polluti, & hi polluuntur aliis potibus fluidis præter ſeptem liquores & eorum generationes. Sed ſputum craſſum & tenue ſunt generationes aquæ; ſed ego iſta omnia exponam in codice Machſhirin, ibique explicabimus quod ſi liquores immundi correcti ſimul polluti fuerint, eorum correctio fieri debeat volente fructuum poſſeſſore; at ſi cibi præter intentionem abluti fuerint, tum non diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, & ſecundum omnia iſta fundamenta dixit, quod ſi ſit cibus ficuum oblationis primæ omnino, & manum ſuam inclinaverit ad lapidem ab illis removendum, tum ſputum quod in ore ærarii præfecti eſt, jam pollutum eſt manibus inquinatis in manducatione, & palatha oblationis primæ polluta eſt hoc ſputo; hæc eſt ſententia R. Meyri. Sed R. Jehuda dicit, quandoquidem non fuit intentio ipſius ut tangat ſputum, ſed ut lapis removeatur tantum, idcirco palatha non polluta eſt, quia illa quaſi præter voluntatem correcta eſt. R. Joſe dicit, ſi is digitum ſuum inverterit in os ſuum, tum ſputum jam pollutum eſt, & palatha quoque polluta. Si vero id tantum fecerit ut plumbum removeret, tum palatha eſt munda. Pariter ſi in ore ipſius eſſet pondiolum ſive dimidium drachmæ, & manum ſuam traxerit ut id eruat, atque in ore ipſius quoque fuerint cibi & potus oblationis primæ, is vero pondiolum removere voluerit, tum cibus hocce ſputo jam pollutus eſt, & palatha quoque, quia cum intentione ſputum multiplicavit, eo quod homines drachmam in os immittunt ad ſitim extinguendam, & ad ſputum augendum; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

יא האשה שנטף חלב מדדיה ונפל לאויר התנור טמא שהמשקה מטמא לרצון ושלא לרצון היתה גורפתו והכתה הקוץ ויצא ממנה דם או שנכוה ונתנה אצבעה לתוך פיה נטמא:

11. Si e muliere alicujus mammis ſtillaverit lac, idque in concavum fornacis inciderit, immunda eſt, quia liquor polluit neceſſario, & pro re nata. Si inter everrendum ſpina percutiatur, & ſanguis prodierit, vel ſi ea aduſta ſit, & digitum ſuum in os immiſerit, polluta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה שנטף חלב מדדיה *Si e mulieris alicujus mammis deſtillaverit lac*, dum ipſa immunda erat, lac vero illius e mammis ſtillans erat ut potus ſive liquor, qui mulierem tetigerit, & factus eſt principium immunditiei, quia potus neceſſario polluit. Quamvis autem lac muliere nolente e mammis ſtillaverit, nihilominus tamen fornax polluta eſt, quia reſpectu rectæ diſpoſitionis ſeminis duntaxat requirimus, ut liquor in ipſam decidat proprietario volente, ſed hoc non ita in potibus polluendis.

היתה גורפתו *Si dum everrebat eam*, dum illa fornacem immundam everrebat, educendo cinerem, & tum ſpina quædam ipſam pupugiſſet, ita ut ſanguis e vulnere prodierit, tum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in principio libri de ratione illius qui de die quidem lotus eſt, ſed occaſum ſolis nondum habuit, & de reliquis immundis, potus ex ipſis provenientes eſſe ut potus quos tetigit is qui de die lotus eſt ſed occaſum ſolis nondum habuit. Expoſuimus etiam quod potus immundi polluant vaſa; & in principio codicis Machſhirin explicuimus quod immundi potus polluant neceſſario, hoc ſenſu, non requiritur ut tangat rem quæ de induſtria ipſum polluat, ſicuti id quod rite diſpoſitum eſt, idcirco ſi mulier ſit menſtrua vel ſeminiflua, ſimilive immunditie affecta, & lac e mammis illius ſtillaverit in fornacem, etſi hoc præter intentionem factum ſit, fornax tamen polluit ſi tetigerit potus immundos qui

tum ſanguis iſte liquor eſſe cenſetur. *Et illa impoſuerit digitum ori ſuo*, ſicuti ſolent ii quorum manus percuſſa eſt, imponere digitum ori ipſorum. טמא *immunda eſt*, ita legimus, fornax nempe polluta eſt ſputo & ſanguine.

qui in ipſa ſunt. Præterea contra ſe res habet, nempe ſi fornax ſit immunda & mulier immunda, & dum mulier ipſam everrebat, digitus ipſius vulneretur, tum ſimulac ſanguis prodierit, ſanguis iſte jam pollutus eſt, & potus immundi qui tum erant in concavo fornacis immundæ, quum ſanguis prodibat, polluuntur immunditie potuum immundorum, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *polluta eſt*, ſcil. quod ipſa polluat oblationem primam quæ in ore ipſius erat. Pariter ſi manus ipſius percuſſa ſit, eo quod manus ipſius pollutæ erant in concavo fornacis, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Manibus, & ſi manus ipſius eſſent inquinatæ, dum digitum in os immittebat, ſputum illius pollutum eſt, & potus quoque immundi, polluuntque abſque tactu invito facto; & hic ſcopus eſt auctoris quando dicit, *polluta eſt*, quandoquidem homo totus non ſolet potus immundos tangere, ſicuti in prologo hujuſce libri expoſuimus, & amplius impoſterum exponemus.

פרק ט מחט או טבעת שנמצאו בנחושתו של תנור נראין אבל לא יוצאים אם אופה את הבצק והוא נוגע בהן טמא באיזה בצק אמרו בבצק הבינוני נמצאו בטפילת התנור מוקף צמיד פתיל אם בטמא טמאין ואם בטהור טהורין נמצאו במגופת החבית מצדיה טמאים מכנגד פיה טהורים נראין בתוכה אבל לא לאוירה טהורין שוקעים בתוכה ותחתיהם כקליפת השום טהורין :

Caput 9. Si acus vel annulus in pavimento fornacis inventus ſit, & conſpectus, at non emineat dum coquit maſſam, & is tangat alterutrum, immunda eſt. Sed de qua maſſa ſermo fit? de mediocri. Si in fornacis adjunctorio iſtæ res inventæ ſint, eæque operculo conjuncto cinctæ ſint, tum eæ immundæ ſunt in immunda, mundæ vero in munda. Si in lorica dolii a lateribus ipſius inventæ ſint, immundæ ſunt, ſi e regione orificii illius, mundæ ſunt. Si in ipſo conſpiciantur, & non in concavo illius, ſunt mundæ, ſi in medio demiſſæ ſint & ſub illis ſit ut cortex allii, mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מחט או טבעת *Acus ſartoria vel annulus*, qui immundi ſunt. שנמצאו בנחושתו של תנור *qui inventi ſunt in pavimento fornacis*, quia id fornaci adhæret. *Si in fornace conſpiciantur*, at non egrediantur per fornacis foramen, ut, ſi abſorpta ſit acus in craſſitie pavimenti, & conſpiciatur in concavo fornacis, ſed non promineat in medio illius.

אם אופה הוא את הבצק *Si is coquat maſſam*, ſi dum panis adhærebat intus fornaci, maſſa tetigiſſet acum vel annulum, tum ea cenſetur eſſe fornacis concavum, & polluta eſt ab acu vel annulo, ſin minus, munda eſt, nam Lex meminit תוך *medii*, at hic non eſt medium, ſi nempe hæ res a pavimento abſorptæ ſint, antequam eas conjunxerit fornax, nam ſi per fornacis orificium eas introduxerit quis, & in ipſius aërem ſive concavum intraverint, fornax polluta eſt. *De maſſa mediocri*, cujus ſubactio non adeo tenuis eſt ut ea diffluat in fiſſuras, nec dura quæ non adhæret.

בטפילת התנור *In adjunctorio fornacis*, quod luteum eſt & circum fornacem ſtrui ſolet ad ipſam condenſandam, ut calor illius corroboretur. מוקף צמיד פתיל *idque operculo conjuncto circumdatum ſit*, & in tentorio mortui poſitum. *Si in immunda*, ſi fornax ſit immunda, acus & annulus ſunt immundi, quia in adjunctorio ipſius reperti ſunt. *In munda mundi ſunt*, quia enim fornax filo conjuncto circumdata eſt, & hoc pacto liberatur ab immunditie, idcirco quoque cum ipſa reliquæ res liberantur, quia eæ coincidunt reſpectu adjunctorii.

נמצאו במגופה *Si reperti ſunt in lorica*, nempe dolii lutei, ſolebant enim ei operculum aliquod facere ſupra orificium. מצדיה *a lateribus illius*, nempe dolii, tum polluti ſunt acus & annulus, quia latera dolii non indigent luto.

מכנגד פיה *E regione orificii illius*, ſi acus & annulus inventi ſint e regione orificii dolii, mundi ſunt, dum modo ſint in medio luti loricæ, & non intrent concavum dolii, quamvis enim ii conſpiciantur intus, tamen quia concavum nondum intrarunt, mundi ſunt. *Si demerſi ſint intus, & ſubter iis ſit quaſi cortex allii*, ſi inter acum & annulum & inter concavum dolii ſit interſtitium tenue inſtar corticis allii, & ii abſorpti ſint in lorica, & nihil ex iis intraverit in concavum dolii, mundi ſunt quia intercidunt ratione loricæ. At ſi iſtæ res ingreſſæ ſint medium dolii, immundæ ſunt, quia operculum conjunctum non liberat ab immunditie in tentorio mortui, niſi vas teſtaceum, & cibos potuſque, cujuſmodi res in lavacris non purificantur. Sed inſtrumenta fuſilia, quia iſta purificari poſſunt in lavacro, filum conjunctum non liberat ab immunditie, idcirco ſi ea concavum dolii intrave-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando acus ſartoria vel annulus pollutus eſt mortuo, qui eſt e patribus immunditierum, ſicuti præmiſimus, tum is polluere poteſt vas teſtaceum. Porro ſi hic annulus vel acus inventus ſit in fundo fornacis, & iſtæ res conſpiciantur, nec elatæ ſint in concavo fornacis, ſi enim promineant & ſuper fornacis ſuperficie ſurſum elevatæ ſint, polluerunt ipſam, & ſi conſpectæ ſint poſtquam hoc loco in fornace adhæſerint maſſæ, quia maſſa hæc non tenuis erat ut in loca depreſſiora profluere poſſet, nec dura ut fornaci adhærere poſſet, ſed procul a fornace exiſtens, & ſi hæc acus vel annulus tactus ſit maſſa, fornax polluta eſt tactu acus immundæ, ſi in ipſa ſit id quod mortuo pollutum eſt. Porro aliud jus ſubjungit auctor, nempe ſi acus vel annulus mundus ſit, & in ipſo adjunctorio fornacis exiſtat, quod ipſam conjungit cum fundo fornacis, luto autem ſupra & infra exiſtente, dum fornax filo conjuncto circumdata eſt, & in tentorio mortui poſita, tum fornax omnino polluta eſt, & ſimul acus aut annulus qui in ipſa eſt. Si vero fornax ſit pura, non polluta eſt, ſed hocce filum conjunctum ipſam a pollutione liberat, ſi ea ſe haberet uti convenit. Annulus quoque & acus mundi ſunt, & non polluuntur in tentorio mortui, qui eſt in ipſo ædificio, atque hocce ædificium omnino mundum eſt, quia filo conjuncto undique cinctum eſt. Pariter ſi dolium ſit in tentorio mortui, & os illius luto clauſum ſit, quod filo conjuncto circumdatum eſt, ſicuti exponetur, & ſi acus ſit munda, vel annulus exiſtat in hoc luto quo os dolii obſtructum erat, atque is protractus ſit verſus latera dolii, immundi ſunt, quia latera dolii non requirunt lutum, ut, ſi quis acum depoſuerit in fundo dolii, & luto conglutinaverit, polluta eſt, ſicuti expoſitum eſt, ſi vero acus protracta ſit verſus os dolii, munda eſt, dummodo illa ſit in ipſo luto. At vero ſi ea conſpiciatur in ſuperficie operculi, & in concavo dolii ſit ex quo medium dolii protrahatur, oportet ut ea promineat in ſuperficie operculi, donec ea ſit in concavo dolii. At vero ſi foramen ſit in medio dolii, e tactu concavi, tum illa acus immunda eſt, nempe, ſi acus vel annulus non habeat operculum luteum, tum uterque dividere poteſt inter ſe & dolii concavum, quamvis lutum ſit omnium tenuiſſimum inſtar allii corticis. Ratio autem quod acus & annulus immundi ſunt, quum ii in ipſum demerſi fuerint, eſt quia in medio dolii erant, & dolium filo conjuncto circumdatum. Ego vero id exponam capite ſequenti, nam vaſa filo conjuncto circumdata in tentorio mortui, non liberant ab immunditie vaſa quæ in ipſo ſunt, ſed omnia quæ in ipſo continentur, immunda ſunt de vaſis, teſtaceo vaſe excepto. Sed horum rationem jam expo-

traverint, quia non intercidunt ratione loricæ, non liberantur ope fili conjuncti; ita mihi hæc Miſna videtur exponenda. Magiſtri vero mei ita eam non expoſuerunt, nec expoſitionem ipſorum novi ut ei inſiſtere poſſim, idcirco eam non exſcripſi.

expoſuimus in tractatu de Teſtificationibus, & amplius exponentur capite ſequenti in hocce codice.

ב חבית שהיא מליאה משקין טהורין ומניקת בתוכה מוקפת צמיד פתיל ונתונה באהל המת בית שמאי אומרים החבית והמשקין טהורין ומניקת טמאה ובית הלל אומרים אף מניקת טהורה חזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי :

2. Si dolium aliquod potibus immundis plenum ſit, & in ipſo fiſtula quædam, idque operculo conjuncto cinctum ſit, & in tentorio mortui poſitum, Schola Schammai dicit, dolium & potus eſſe munda, fiſtulam vero mundam. Schola Hillelis dicit, fiſtula quoque munda eſt, poſtea Schola Hillelis docuit ſecundum Scholam Schammai.

R. OB. DE BARTENORA.

ומניקת בתוכה *Et fiſtula in medio illius*, in forma calami excavati, e metallo vel materia fuſili confecti, cujus una extremitas imponitur foramini dolii, alterius vero extremitatis orificium exſugunt, & ita omnes potus vaſis per iſtam fiſtulam exprimuntur. Dolium & potus munda ſunt, ſed fiſtula immunda, ſi dolium ſit teſtaceum, & fiſtula illius metallina, idcirco dolium & potus in lavacro purificari nequeunt, ſi ergo quis ea purificare velit, & illa ad plebejum pertineant, tum iis non utetur is qui חבר id eſt vir doctus eſt, & de caſibus munditiei & immunditiei probatus eſt, quoniam חברים ſeparati ſunt a tactu ipſorum, quamvis præter hoc omnes cibi plebejorum immundi ſint, idcirco Sapientes hac in parte nihil decreverunt. Liberantur tamen ab immunditie ope fili conjuncti; ſed fiſtula metallina, cujuſmodi in lavacro purificari poteſt, tum ſi purificata ſit, חבר ea utetur, nam is a plebejo eam mutuo petet, eamque aquis immerget & abluet, atque poſt occaſum ſolis expectabit, & ſi ea tum uſus fuerit, ſecundum communem ſententiam in ipſa non continetur præter tactum immundum, ſi is non cognoviſſet ipſam in tentorio mortui fuiſſe, & idcirco tertia & ſeptima aſperſione indigere. Et quamvis ea fuiſſet in vaſe teſtaceo operculo conjuncto circumdato, tamen filum iſtud conjunctum vaſis plebeji non liberat ab immunditie apud חבר, omnia enim plebejorum vaſa apud חבר *ſunt in ſuſpicione immunditiei*; nec vas immundum ab immunditie ſua liberatur ope operculi conjuncti, quia vas teſtaceum mundum duntaxat liberat. Si vero Sapientes decreviſſent nullum vas teſtaceum plebeji liberari ope fili conjuncti, tum plebeji ab ipſis vaſa recipere nollent, quia illi putant quod explorati ſunt & quod vaſa in puritate conſervant, idcirco de vaſe teſtaceo, cibo, & potu, qui non purificantur in lavacro, quando iſta contineantur intra filum conjunctum circum vas plebeji, dicunt ea eſſe munda & pollui poſſe, quia vaſa eorum ſunt in ſuſpicione munditiei; nec ſuſpicandum eſt quemquam חבר iis unquam uſurum eſſe, quia iſta apud חברים ſunt in ſuſpicione immunditiei, ita ut nunquam purificari poſſint. Sed de vaſis fuſilibus, de quibus timendum eſt ne חבר ea mutuo petat a plebejo, eaque in aquam immergat, & poſtea utatur abſque tertia & ſeptima aſperſione, idcirco Sapientes omnia uni juri ſubjecerunt, dixeruntque vas teſtaceum non eripi ab immunditie ope fili conjuncti. *Schola Hillelis dicit, etiam fiſtula eſt munda*, antequam rationem Scholæ Schammai audiviſſet, neſciverat enim quare cibi & qui ſunt in medio fili conjuncti, mundi ſint. Fuſilia autem vaſa ſunt immunda, poſtquam vero rationem Scholæ Schammai audiviſſet, ſecuta eſt ſententiam Scholæ Schammai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מניקת *Fiſtula*, eſt idem quod מציצה *exſuctio*, hoc ſenſu, foramen aliquod perforant in latere vaſis, in quod unam fiſtulæ extremitatem introducunt & os illius ab altera extremitate fortiter exſugunt, & aquæ extrahuntur quæ in dolio ſunt; ſive hocce vaſculum e calamo, vel teſta, vel vitro confectum ſit.

ג השרץ שנמצא למטה מנחושתו של תנור טהור שאני אומר חי נפל ועכשיו מת מחט או טבעת שנמצאו למטה מנחושתו של תנור טהור שאני אומר שם היו עד שלא בא התנור נמצאו באפר מקלה טמא שאין לו במה יתלה :

3. Si reptile aliquod ſit inventum inferius in pavimento fornacis, munda eſt, ego enim dico, vivum decidit, ſed jam mortuum eſt. Si acus ſartoria vel annulus inventus ſit in pavimento fornacis, munda eſt, ego enim dico eos fuiſſe illic antequam fornax acceſſerit. Si inventi ſint in cinere combuſtionis, immunda eſt, quia nihil eſt cui rem attribuamus.

R. OB. DE BARTENORA.

למטה מנחושתו של תנור *Inferius in pavimento fornacis*, intellige pavimentum ubi fornacem in forma ollæ magnæ conſtituunt, & hocce pavimentum eſt נחושתו fornacis. חי נפל *vivum incidit*, nam ſi mortuum incidiſſet, fornax polluta eſſet aëre, quando reptile incidiſſet per orificium fornacis. Quod autem non attribuamus cauſam ſuſpicioni alicui, qua ſuſpicamur reptile forſan illic fuiſſe antequam ibidem fornax conſtitueretur, ratio eſt, quod reptile aliquando humidum eſſe ſolet, & modo mortuum eſſe, fornax autem diutius illic conſtituta eſſe ſolet, jam vero dici nequit quod reptile ante fornacem venit, nam ſi hoc verum eſſet, reptile jam in cinerem redactum fuiſſet ope caloris fornacis. Cauſam itaque attribuimus quod reptile vivens incidit; ſolent autem reptilia in terra perfodere foramina in quibus ſe abſcondant, idcirco inferius in pavimento inveniri poſſunt. *Nam ego dico ea illic fuiſſe antequam fornax illic poſita eſſet*, & idcirco reptile antea non vidit aërem fornacis. אפר מקלה *cinis combuſtionis*, eſt cinis qui igne combuſtus eſt, & hoc fiebat ſuperius in concavo fornacis, & quia nos plerumque dicimus עפר idcirco hic auctor tradit אפר; & quia hic de cinere combuſtionis ſermo eſt, idcirco dicit מקלה, a radice קלה incendere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חי נפל ועכשיו מת *Vivum incidit, & jam mortuum eſt*, poſtquam reptile inferius ad pavimentum fornacis pervenit, non eſt amplius in aëre fornacis. Sed jam tibi conſtat quod fornaces & foci aëre polluantur, quia iſta & vaſa teſtacea omnino conveniunt, eo quod luto conſtant cocto; ſi vero hicce annulus vel acus polluta ſit mortuo in terra, & fornax poſtea huic loco imponatur, fornax munda eſt, nam forſan non tetigit aërem illius. Si vero annulus immundus vel acus inventus ſit in cinere qui e foco exiit, tum abſque dubio fornax polluta eſt, eo quod aliter nullo modo fieri poteſt quin hicce annulus vel acus aërem fornacis tetigerit, & ea polluta ſit, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit שאין לו במה יתלה *quia ei nihil eſt cui cauſam attribuamus.*

ד ספוג שבלע משקין טמאין ונגוב מבחוץ ונפל לאויר התנור טמא שסוף משקה לצאת וכן התיכה של לפת ושל גמי רבי שמעון מטהר בשני אלו :

4. Si ſpongia potus immundos abſorpſerit, & exterius abſterſa ſit atque in aërem fornacis inciderit, immunda eſt, quia potus tandem exire ſolet. Sic etiam lebetis fragmentum & junci. R. Simeon utrumque mundum pronunciat.

R. OB. DE BARTENORA.

ונפל לאויר התנור *Et inciderit in aërem fornacis*, tum immunda eſt, quia potus immundi polluunt vaſa. Et quamvis potus abſorbeantur a ſpongia, tamen remanſiſſe videntur, quia ſpongia confecta eſt ut liquor eam ingrediatur, & ex ipſa exprimatur. Sic etiam cum ſegmento lebetis & junci comparatum eſt uti cum ſpongia, quia ope junci probant vinum, & præterea is quoque factus eſt ut liquores in ipſum ingrediantur & egrediantur, ſicuti in ſpongia fit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ספוג denotare ſpongiam; ſic etiam quod potus immundi polluant vaſa, & vaſa teſtacea tactu aëris; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה חרסין שנשתמש בהן משקין טמאין ונפלו לאויר התנור והוסק התנור טמא שסוף משקה לצאת וכן בגפת חדשה אבל בישנה טהור ואם ידוע שיוצא ממנה משקין אפילו לאחר שלש שנים נטמא :

5. Si vaſorum teſtaceorum potus immundi inciderint in aërem fornacis, eoque accenſa ſit, immunda eſt, quia potus tandem exit. Sic etiam ſe res habet cum ſcoria nova; ſed vetus eſt munda. Si vero notum ſit quod potus exeant ex ipſa, licet poſt biennium, tamen immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חרסין שנשתמש בהן משקין טמאין *Vaſa teſtacea quibus potus immundi imponi ſolent*, ſicuti exempli gratia eſt matula in qua ſeminiflui vel ſeminifluæ urina aſſervatur, quæ nunc confracta eſt, ſi igitur teſtæ abſorpſerint urinam, hic ſermo fit, iſtis ter in aquam demiſſis, ita ut nullus in ipſis reſtet potus immundus, ſi enim teſtas non immerſerit, fornax eſt immunda, ob potus lateribus adhærentes, perinde ac ſi præſentes eſſent. *Quia potus tandem egredi ſolet*, quaſi diceret quod potus ſolent exire ope excandeſcentium teſtarum. Et quandoquidem hæ teſtæ erant in fornace dum incendebatur, potus egrediebantur ex illis, & fornacem polluerunt aëre illius. גפת notat ſcoriam olivarum poſtquam oleum ex iis expreſſum eſt. Et hæc *nova* vocatur quamdiu nondum duodecim annos tetigit; *vetus* autem dicitur quæ duodecim eſt menſium, nam poſt id tempus omnis liquor ex ipſis jam exit. גפת notat ſcoriam olivarum poſtquam oleum inde expreſſum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גפת Notat ſcoriam olivarum poſtquam oleum inde expreſſum eſt; porro ſenſus totus explanatus eſt.

ו הגפת והזגין שנעשו בטהרה והלכו עליהם טמאים ואחר כך יצאו מהן משקין טהורין שמתחילתן נעשו בטהרה כוש שבלע את הצינורא מלמר שבלע את הדרבן לבינה שבלעה את הטבעת והן טהורים נכנסו לאהל המת נטמאו הסיטן הזב נטמאו נפלו לאויר התנור טהור טמאוהו נגע בהן ככר של תרומה טהור :

6. Scoria & cortices in puritate parati, ſi immundi homines iverint ſuper ipſis, & poſtea liquores exierint, mundi ſunt, quia ab initio in munditie parati ſunt. Si colus inglutiverit verticillum, vel ſtimulus abſorpſerit aculeum, vel later abſorpſerit annulum, mundi ſunt, ſi vero tentorium mortui intraverint, immundi ſunt. Si portaverit eos ſeminifluus, polluti ſunt. Si inciderint in aërem fornacis mundum, tum polluerunt ipſum, ſi tetigerit ea panis oblationis primæ, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והלכו עליהן *Et iverint ſuper illis*, immundi homines. טהורין *mundi ſunt*, quia non polluti ſunt calcatione, quoniam nomen immunditiei ſuper illis nunquam vocatum eſt. כוש notat colum quo mulieres nere ſolent, cujus in extremitate eſt ferrum aliquod contortum, quod צינורא vocatur; aliquando quoque ferrum ab una extremitate ligni ad alteram pertingit.

מלמר *Stimulus*, habet formam baculi alicujus longi, in capite vero ipſius eſt clavus ferreus tenuis, & ope illius vaccam ducunt ad ſulcos inter arandum, idcirco vocatur מלמד הבקר *erudiens jumentum*, clavus autem qui in capite illius eſt, דרבן *aculeus* vocatur, quemadmodum verba Sapientum Eccleſ. 12, 11. vocantur דרבונות *aculei*. *Et later qui abſorpſerit annulum*, hoc ſenſu, ſi annulum in luto lateris infixerit, & is conflatus fuerit cum iſto luto in fornace.

נכנסו לאהל המת *Si intraverint in tentorium mortui*, ſi illi abſorpti ſint & abſconſi in colo, vel in ſtimulo, vel in latere. *Polluti ſunt*, quia in tentorio mortui nihil liberat ab immunditie, nec e poteſtate vaſis teſtacei, ſed quicquid concavum habet; hæc vero res non fit de oſſe inſtar grani hordeacei, quod cortici involutum eſt.

הסיטן הזב *Si portaverit eos ſeminifluus*, etſi eos non tetigerit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וזגין Notat collectionem corticum uvarum. כוש eſt idem quod פלך *colus*, qui ferreus eſt in extremitatibus ipſius, & vocatur צינורא *verticillum*. Senſus vero illius quod dicitur, *ſi inglutiverit*, hic eſt, quatenus ferrum quod in extremitatibus eſt, per totum colum ſe diffundit, & ipſo mediante ſuperius colligatur lignum. מלמד notat lignum aliquod in extremitate ſua habens clavum ferreum, quo vomerem purificant inter arandum, ob pulverem qui ei adhæret, idcirco vocatur מלמד הבקר *erudiens jumentum*, quia jumentum ope illius ducitur in viam rectam, eamque non egreditur; ferrum vero illius quod in extremitate eſt, vocatur דרבן *aculeus*, cum quo Sapientum verba comparantur Eccl. 12, 11. Porro dicit auctor, *& ſi later abſorpſerit annulum*, hoc modo, ſi annulus tetigerit lutum, & in ipſo coctus fuerit. Præterea dicit quod hæc vaſa ſive inſtrumenta, etſi in ligno abſconſa ſint, vel in luto, uti memoravimus, in tentorio mortui polluantur, ſi munda fuerint, & vas teſtaceum quoque polluitur ſi aërem tentorii tetigerit; reliquæ vero res ſunt immundæ, & polluuntur quoque concuſſione ſeminiflui, ſicuti in codice de Seminifluis expoſitum eſt, quod omnes in quas ſeminifluus inclinavit, etſi non tetigerit eas, tamen eas polluit. Tandem dicit auctor quod cum panis oblationis

primæ

rit, ſed incurvaverit, tamen immundi ſunt, quia ſeminifluus portando polluit, etſi res operculo conjuncto circumdata ſit, & eo magis hic, ubi panis oblationis tetigerit eos, qui abſorpti ſunt, is ſit mundus panis etſi oblatio prima ſit, & ſecundus immunditiei gradus in oblatione prima polluit. Quamvis enim ferrum a ligno abſorptum, ſit immunditiei pater, tamen non dicimus, lignum quod ferrum tegit, primum factum eſſe vel ſecundum, & quod hinc panis jam tertius immunditiei gradus factus eſt, & infectus; ſed fornacem polluunt. Et quamvis hæ res abſorbeantur, eo quod fornax polluitur aëre illius, licet immundities non tetigerit ipſam, cum immundities abſorpta ſit ab ipſius immunditie, ſicuti ſuperius expoſitum eſt

primæ tetigerit hæcce oſſa, vel vaſa in quibus ſunt vaſa immunda, non polluta ſit, quia oblatio prima non polluitur ſi eam tetigerit, niſi ſit ejuſmodi res quæ illud os polluerit ope oſſis. Et quando auctor addit de oblatione prima, intendit oblationem primam prout eſſe debeat, eamque non eſſe immundam licet panis oblationis primæ ſit, qui polluitur ſecundo immunditiei gradu, quia nos hocce lignum quod ferro immundo circumdatum eſt, non deprimamus a gradu primo immunditiei, neque a ſecundo gradu, quoniam unumquodque ex hiſce inſtrumentis ferreis ſit immunditiei pater, & illa omnia in ligno abſconſa ſint, ſicuti poſuimus. Attamen fornacem polluunt, ut ea polluat aëre, licet immundities abſconſa ſit, ſicuti expoſitum eſt capite antecedenti.

ז סרידה שהיא נתונה על פי התנור מוקף צמיד פתיל נסרק מן התנור לסרידה שעורו מלא פי מרדע שלא נכנס רבי יהודה אומר נכנס נסדקה סרידה שעורו מלא פי מרדע נכנס רבי יהודה אומר שלא נכנס היה עגול אין רואין אותו ארוך אלא שעורו במלא פי מרדע נכנס :

7. Si operculum ori fornacis impoſitum ſit, qui filo conjuncto cinctus eſt, & a fornace ad operculum fiſſura ſit, menſura illius eſt plenitudo oris ſtimuli, qui eam nequit intrare. R. Jehuda dicit, intret. Operculi diſrupti menſura eſt ut plenitudo oris ſtimuli intrantis. R. Jehuda dicit, non intrantis. Si rotundum ſit, non conſiderant ipſum ut longum, ſed illius menſura eſt ut plenitudo ſtimuli ingredientis.

R. OB. DE BARTENORA

סרידה Habet formam mactræ parvæ qua utuntur piſtores, & hæc recta eſt ac plana, idcirco non recipit immunditiem. *Quod ori fornacis impoſitum eſt*, & luto oblitum, ut filo conjuncto circumdetur, ne fornax in tentorio mortui polluatur. *Si fiſſura ſit a fornace ad operculum*, ſi nempe pars oblita fiſſa ſit.

מלא פי מרדע שלא נכנס *Plenitudo oris ſtimuli non intrantis*, מרדע notat ſtimulum jumenti, in cujus circuitu eſt menſura palmi, in craſſitie vero tertia pars palmi, nam tota craſſities palmum continet, hinc in circuitu illius tres erunt palmi. Fiſſuræ autem menſura quando pars oblita fiſſa eſt, ſecundum Sapientes eſt plenitudo oris ſtimuli, accurate; & quamvis foramen non ſit tam magnum ut os ſtimuli omnino id ingrediatur, tamen quia fiſſura æqualis eſt plenitudini oris ſtimuli, hic non eſt filum conjunctum, & ſecundum R. Jehudam ſemper ſit filum conjunctum, donec fiſſura tam magna ſit ut os ſtimuli poſſit per eam ingredi. *Si ipſum operculum ſit fiſſum*, ſecundum Sapientes hoc confirmatur ex quo oblitio fiſſa ſit. At ſecundum R. Jehudam, quando oblitio fiſſa eſt ex quo operculum ipſum fiſſum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נסרק מן התנור לסרידה *Si diſruptum ſit a fornace ad operculum*, ſi de ſubſtantia fornacis ſuperius aliquid diſruptum ſit uſque ad opus implexum quod circum os illius eſt. Ne vero cogites quod dum de סרידה ſermo ſit, id ſit rete aliquod implexum, ſed quod id potius ſit tabula quædam recta teſtacea & perforata. Jam vero tibi exponam quod *plenitudo oris ſtimuli* ſit unius palmi; מרדע *ſtimulus*, eſt baculus qui etiam מלמד vocatur, & hicce baculus in una extremitate aculeum habet acuminatum, & דרבן vocatur, in altera vero extremitate quoque habet aculeum in forma lancis, & חרחור vocatur. Senſus vero illius quod dicitur, *non ingreditur*, eſt, quod ſtimulus adhæret foramini ob æqualitatem ſpatii, quia foramen ſtimuli craſſitiem non capit; ſed contra ſtimulus ingreditur, quia foramen majus eſt ipſo, ex eo quod ſtimulus ingreditur per hancce fiſſuram; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ח תנור שניקב מעינו שעורו מלא כוש נכנס ויוצא דולק רבי יהודה אומר שלא דולק ניקב מצדו שעורו במלא כוש נכנס ויוצא שלא דולק רבי יהודה אומר דולק רבי שמעון אומר מן האמצע נכנס וכן הצד אינו נכנס וכן היה אומר במגופת החבית שניקבה שעורו מלא מיצא שנייה של שיפון מן האמצע נכנס מן הצד אינו נכנס וכן היה אומר בחצבים גדולים שנקבו שערן מלא מיצא שנייה של קנה מן האמצע נכנס מן הצד אינו נכנס במה דברים אמורים בזמן שנעשו ליין אבל אם נעשו לשאר משקין אפילו כל שהוא טמאין במה דברים אמורים בזמן שלא נעשו בידי אדם אבל אם נעשו בידי אדם אפילו כל שהוא טמאים ניקבו העשוי לאוכלים שערן בזיתים העשוי למשקים שערן במשקים העשוי לכך ולכך מטילים אותו לחומרו בצמיד פתיל ובכונס משקה :

8. Si fornax in foramine ſuo perforata ſit, menſura illius eſt plenitudo coli ingredientis, exeuntis, & ardentis. R. Jehuda dicit, ſi non ardeat. Si perforata ſit in latere ipſius, menſura ipſius eſt inſtar plenitudinis coli intrantis & exeuntis quando non ardet. R. Jehuda dicit, ſi ardet. R. Simeon dicit, ſi a medio ingrediatur, ſed a latere non ingrediatur, & ſic quoque dicere ſolebat de operculo dolii confracto, menſura illius eſt plenitudo expreſſionis ſecundæ ſecalis; ſi e medio ingrediatur, a latere non ingreditur. Et ita dicebat de urceis magnis perforatis, menſura ipſorum ſit plenitudo expreſſionis ſecundæ calami; e medio intrat, a latere non intrat. De quo dicta ſunt hæc verba? quum illi pro vino confecti ſunt. At vero ſi pro aliis potibus confecti ſint, quantulicunque ſint, immundi ſunt. De quo dicta ſunt hæc verba? quando opera humana non confecti ſunt, ſin contra, quantulicunque ſint, immundi ſunt. Si perforatio facta ſit, illius quod pro cibis confectum eſt, menſura ſtatuitur in olivis, ſi pro potibus, menſura ſtatuitur in potibus; ſi utroque modo dolia confecta ſint, graviori conditioni ſubjiciuntur reſpectu fili conjuncti, & intrantis potus.

R. OB. DE BARTENORA.

שנקב מעינו *Cujus oculus perforatus eſt*, intellige foramen fornacis per quod fumus exit. *Et ſi foramen illius luto obleverit*, & ita occluſerit, & poſtea in loco oblito foramen ſit factum. Ingreditur & egreditur ardendo, quia foramen eſt magnum, ita ut colus libere ingredi & egredi poſſit. *Si perforatio facta ſit a latere*, a latere foraminis. *Sic etiam dicere ſolebat de operculo dolii*, ita nempe R. Simeon dicere ſolebat in iſtis omnibus. Quoniam eorum jus a medio proficiſcitur, ſed non proficiſcitur a latere; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

מלא מיצה שנייה של שיפון *Plenitudo ſecundæ expreſſionis e ſecali*, puta plenitudinem ligationis ſecundæ in calamis; & meminit *ſecalis*, quia ſecundum ſecale tenuius eſt primo, & ſecundum craſſius tertio, quia calami inferius craſſi ſunt, & ſuperius acutiores. *Pro reliquis potibus*, cujuſmodi ſunt oleum, mel, & lac. *Quantulicunque ſint*, *immundi ſunt*, licet foramen quantulumcunque ſit, tamen non liberant ope fili contigui, idcirco immundi ſunt. *Quæ non facta ſunt ope humana*, quæ dolia de induſtria non perforata ſunt, ſed ſponte.

נקבו העשוי לאוכלין שעורן בזיתים *Si perforaverint id quod factum eſt pro cibis, eorum menſura definita ſit in olivis*, jam loquitur de caſu quo ipſum vas perforatum eſt, & tum omnis menſura eadem eſt cum ſuperioribus, quando occluſio januæ comminuta eſt. *Menſura eorum eſt in olivis definita*, ſi tantum ſit diminutum ut oliva poſſit exire, oblini debet; ſin minus, non debet oblini. Cæterum in Gemara codice de Sabbato ſtatuitur quod vas magnum eo uſque perforatum ut malogranatum exire poſſit, & vas parvum maxima ex parte perforatum non juvet oblitio nec obſtructio. Nec filum contiguum ab immunditie eripit, quia deſinit eſſe vas; ſi vero obleverit vas parvum, tum illud inſtar ciborum eſt quos luto ſubegit, quoſque lutum non eripit ab immunditie. *Menſura eorum definita eſt in potibus*, in ingrediente potu. העשוי לכך ולכך *quod hoc vel illo modo factum*, nempe tam pro cibis quam pro potibus, tum graviores ei imponunt conditiones. **Si perforaverit in ingredienti potu*, tum filum contiguum non liberat ab immunditie, niſi donec obleverit.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Hæ menſuræ dictæ ſunt quatenus filum conjunctum non juvat, quo hæcce fornax circumdata eſt, vel dolium, vel urceus magnus; & ſi foramen minus ſit hiſce menſuris, tamen non excipitur ut liberetur res quæ filo contiguo cincta eſt. Sed jam expoſuimus ſenſum illius quod dicitur, *ingreditur & non ingreditur*. Porro dicit auctor, *ſi opera humana facta ſint*, vel *quantulacunque ſint*, nempe, ſi cibi vel potus venerint in urceos magnos filo conjuncto cinctos, *in quibus eſt foramen quantulumcunque, tum iſti in tentorio mortui ſunt immundi, & filum contiguum ipſis nihil prodeſt, eo quod perforati ſunt foramine per quod potus *tranſire poſſunt; poſtea vero redit ad vaſa, dicitque, quod cum illa perforata ſint, & filo contiguo cincta, tum id quod factum eſt in cibos recipiendos, quando perforatio tanta eſt ut oliva per eam tranſire poſſit, pollutum eſt omne id quod in ipſis continetur. Et quamvis id circumdatum ſit, & confectum pro potibus recipiendis, quando per foramen tranſire poſſunt potus, & ſi ad cibos potuſque recipiendos factum ſit, tamen id conditionibus gravioribus reſpectu fili contigui ſubjiciunt, & ſpatii per quod potus ingredi poteſt, hoc ſenſu, ſi vas eo uſque perforatum ſit ut potus ingredi poſſit iſtud foramen, immundum eſt, & ſi filo contiguo circumdatum ſit, tamen non liberatur ab immunditie omne id quod in ipſo continetur. Atque hæc non deſtruunt fundamentum quod in Gemara adducitur ad titulum de Sabbato, nempe, quod vas teſtaceum liberet ab immunditie ope fili contigui, donec maxima illius pars diminuta ſit, nam hic non eſt hujuſce ſermonis ſcopus, nec ex ipſo intelligi poteſt, quod ſi vas teſtaceum filo contiguo cinctum, cum id non maxima ex parte diminutum ſit, non pollutum ſit omne id quod in ipſo eſt; ſed illius hic potius eſt ſcopus, quod ſi vas non maxima ex parte diminutum ſit, minima tamen pars adhuc circumdata ſit, & os vaſis filo contiguo quoque circumdatum ſit, quod ab immunditie liberat omne id quod in vaſe continetur. Et quamvis id non ſit vas reſpectu immunditiei, nec immunditiem recipiat, nihilominus tamen id vas eſſe cenſemus eo quod liberat id quod in ipſo continetur. Cæterum ſi maxima ex parte diminutum ſit vas, non amplius eſt vas, nec liberat id quod in ipſo continetur, imo quamvis locus diminutus ſit filo contiguo circumdatus; hæc intelligas volo, quia de ipſis ſubtiliter inquirendum eſt, ut quæſtio manifeſta fiat. Cæterum per מיצה שנייה *expreſſionem ſecundam*, intellige nodum ſecundum. Verum שיפון eſt *ſecale*, quod barbare *fœna* dicitur, eſtque hordei ſpecies, uti aliquoties expoſuimus; ſenſus igitur eſt quod calamus ſpicæ hordei ſylveſtris שיפון vocatur & שיפה, quod calamos minutos & humidos notat, & ſic expreſſio calami eſt calami nodus ſive ligatio. Et quando auctor dicit שנייה *ſecundam*, id hoc ſenſu intelligas, quod calamus e quacunque is ſit frumenti ſpecie, ſit ligamentum, radix autem calami craſſior eſt, ſed ea pars quæ a terra remotior eſt, tenuior eſt; initium vero ligamenti calami quod terræ vicinum eſt, habet exiguam craſſitiem; cæterum ligamentum ſecundum quod ipſo eſt ſuperius, tenuius eſt ipſo. Dixit autem quod in ligamento ſecundo menſura ſtatuatur, at R. Simeon dicit, in omnibus fornacibus, doliis, & urceis a medio ingreditur, ſed non a latere; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Jehudam. Cæterum id quod dicitur, de oculo fornacis perforato, intelligas quod oculus ſive foramen illius ſit luto obturatum & ſub luto perforatum.*

פרק י׳ אלו כלים מצילין בצמיד פתיל כלי גללים כלי אבנים כלי אדמה כלי חרס וכלי נתר עצמות הדג ועורו עצמות חיה שבים ועורה וכלי עץ הטהורים מצילים בין מפיהם בין מצדיהן בין יושבים על שוליהן בין מוטין על צדיהן היו כפוים על פיהן מצילים כל שתחתיהן עד התהום רבי אליעזר מטמא על הכל מצילין חוץ מכלי חרס שאינו מציל אלא על האוכלים ועל המשקים ועל כלי חרס:

Caput 10. Hæc vaſa liberant ope fili conjuncti, vaſa ſtercorea, lapidea, terrea, teſtacea, nitrea, oſſa piſcis, & illius pellis, oſſa animalis maritimi, & illius pellis, & vaſa lignea munda eripiunt, tam ab ore quam a lateribus ipſorum, ſive in fundis ipſorum conſideant, ſive in latera ipſorum inclinentur. Si contecta ſint circum orificia ipſorum, liberant quicquid ſub ipſis eſt uſque ad terminum. R. Eliezer immunda pronunciat. Omnia vero liberant, vaſe teſtaceo excepto, quod non liberat niſi cibos, potus, & vaſa teſtacea.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי גללים *Vaſa ſtercorea*, hæc e jumenti excrementis conficiebantur. *Vaſa lapidea & terrea*, iſta liberant, quia nulla ex ipſis immunditiem recipiunt, nec e Lege, nec e Sapientum præſcripto, propterea ope fili contigui ab immunditie liberant. Licet enim omne vas apertum de vaſe teſtaceo intelligat Scriptura, nihilominus tamen in vaſis immundities

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per כלי גללים intelligenda ſunt vaſa marmorea, videſis Ezr. 5, 9. Sed hic ſermo intercidit, quia hæc comprehenduntur ſub vaſis lapideis, ſic etiam ſardonyx & ſapphyrus, omneſque lapides; idcirco כלי גללים ſunt vaſa quæ conficiuntur e jumenti excrementis & pulvere, multi vero apud nos ea faciunt in Arabia. Cæterum capite ſecundo jam expoſitum

dities antecedit apertionem, id eſt, ſi vas teſtaceum quod polluat aëre liberent, eo magis reliqua vaſa liberant ab immunditie, quia Lex dicit, *& omnia*. *Et oſſa piſcis* ſi quis fecerit, ſi quis vaſa confecerit ex iis creaturis quæ in mari vivunt, tum iſta ab immunditie liberant, quia non recipiunt immunditiem, ſicuti traditum eſt inferius capite decimo ſeptimo, omnia quæ ſunt in mari, ſunt munda, & omnia vaſa quæ fiunt ex oſſibus avium, ſunt munda, quia Lex dicit Num. 31, 20. וכל מעשה עזים *& omne opus caprarum*; exceptis avibus. *Lignea vaſa ſunt munda*, cujuſmodi ſunt vaſa magna quæ menſuras habent, & quadraginta continent in liquidis, quæ duo Cori ſunt in aridis, quia non recipiunt immunditiem, quia nos requirimus ſimilitudinem ſacci, quem plenum & vacuum portat; ſed quia iſta vaſa adeo magna ſunt, idcirco non tranſportantur plena, ſed ope fili contigui liberant ab immunditie. *Ab ore ipſorum*, quia filum contiguum in ore ipſorum eſt. *A lateribus ipſorum*, ſi in lateribus ipſorum perforata ſint & filum contiguum illa cinxerit. *R. Eliezer illa immunda pronunciat*, nam is putat quod operculum non liberat, quamvis illa inferius circa terram oblita ſint, quia Num. 19, 15. ſcriptum eſt צמיד פתיל עליו *ſi filum contiguum ſit circum ipſum*, & non ſcriptum eſt, & filum contiguum ſuper ipſo; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. על הכל מצילים *omnia liberant*, omnia iſta vaſa in Miſna memorata liberant id quod in ipſis continetur, ſive in ipſis ſint vaſa fuſilia, ſive teſtacea, ſive veſtes, ſive potus, ſive cibi. *Vaſe teſtaceo excepto*, quia cibos tantum & potus liberant, & teſtaceum vas quod in ipſis eſt, cujuſmodi res in lavacro non purificantur, cujus rei ratio jam data eſt capite ſuperiori; ſed hæc Miſna poſtea dicit quod Schola Hillelis docuit ſecundum ſententiam Scholæ Schamai.

tum eſt, quod vitrei & teſtacei vaſis jus ſit idem; quum igitur hic dicit auctor, *& omne vas teſtaceum*, includit vaſa vitrea. Præterea ibidem quoque expoſuimus quod hæc vaſa e piſcium oſſibus confecta non polluuntur, quia Num. 31, 20. ſcriptum eſt מעשה עזים ſicuti ergo opus caprarum non polluitur, ita nec pellis piſcium; & quod porro ſcriptum eſt ibidem, או בגד או עור *aut veſtis aut pellis*, id ita Traditione enucleatur, ſicuti veſtis provenit ex eo quod in terra crevit, ita quoque pellis ex eo quod in terra crevit. Sed vaſa ſtercorea, & vaſa terrea, ſecundum Legem non ſubjiciuntur immunditiei. Ego vero hoc in caſu tibi exponam id quod dicitur, ea non recipere immunditiem, nec e præſcripto Legis, nec e decreto Sapientum, nam hæc ſunt ejuſmodi vaſa quæ ope fili contigui liberant id quod in ipſis continetur, ſed hæc omnia ſunt vaſa quæ nullo modo polluta ſunt; & ſic etiam vas teſtaceum, atque id quod in forma ipſis ſimile eſt, nempe vas vitreum. Rationem vero dixit Deus de tentorio mortui, Num. 19, 15. *Et omne vas apertum circum quod non eſt filum contiguum, immundum eſt.* Inde conſtat quod ſi hoc vas circumdatum ſit filo contiguo, id liberet ab immunditie omne id quod in ipſo continetur. Iſta autem quæ Num. 19, 15. dicuntur, *ſi filum contiguum ſit circum ipſum, mundum eſt*, traditione exponuntur de vaſe teſtaceo duntaxat. At vero quando dicitur in Miſna de vaſe quod immunditiem recipit per oſtiolum ſive foramen illius, id de vaſe teſtaceo non eſt intelligendum. Sed jam expoſuimus quod vitreum vas eidem juri ſit obnoxium reſpectu immunditiei, & ab aëre illius alia polluuntur. Expoſuimus etiam quod vitreum & teſtaceum vas liberant ab immunditie. Porro nos auctor docet de reliquis vaſis in hacce Miſna enumeratis, per argumentum a minori ad majus, perinde ac ſi dixiſſet, hic duntaxat res eſt cum vaſis teſtaceis, quid rei mihi eſt cum vaſis ſtercoreis, lapideis, & teſtaceis, nam ſi fas ſit ut vas teſtaceum ad recipiendum immunditiem factum, liberet ope fili contigui in tentorio mortui, nonne eo magis vaſa ſtercorea, lapidea, & terrea, quæ non facta ſunt ad immunditiem recipiendam, liberent ope fili contigui? Cæterum neceſſe eſt ut ſcias id quod dicitur iſta vaſa liberare ab immunditie ope fili contigui in tentorio mortui, eodem ſenſu intelligendum eſſe de liberatione ab immunditie reptilis, ſicuti expoſuimus capite octavo, & hic eſt ſenſus illius quod dixerunt, *immundum eſt iſtud*; nam Lex non dicit הוא *iſtud*, niſi ut iſtud ſe ipſum liberet ope fili contigui in tentorio mortui, & pariter ſeipſum quoque liberet ope fili contigui in tentorio in quo reptile aliquod jacet; nimirum in concavo vaſis teſtacei, uti capite octavo expoſuimus. Cæterum quando auctor dicit, quod teſtacea vaſa munda ſint, id intelligas de planis extenſiſque vaſis, quæ ex Lege non recipiunt immunditiem, vel de vaſis ligneis magnis quadraginta Sata continentibus in liquidis, quæ non recipiunt immunditiem ut vaſa receptaculum habentia, ſicuti expoſitum eſt capite nono in hoc codice. Sed fieri poteſt ut vas ligneum planum liberet, ſi nempe quis abſterſerit tabulam planam ligneam, eamque alicui ex iis quæ memoravimus vaſis, impoſuerit, & ſi ei inſuper filum contiguum impoſitum ſit, tum liberat omne id quod in ipſo continetur. Quando auctor dicit, *ſive a lateribus ipſorum ſive ab ore ipſorum*, perinde eſt ſive operculum ſit ab ore vaſis duntaxat, ſive a latere duntaxat, ut, ſi oſtiolum ſit a latere, ſive hocce vas conſideat in fundo ſuo, ſive in latus inclinet, omnia perinde ſe habent. Si vero unum ex iſtis vaſis circa os contectum ſit in tentorio mortui, tum id liberat omne id quod ſub ipſo continetur, ut, ſi unum quaſi tentorium alteri ſit impoſitum, & exterius tentorium ſit pollutum, tum non pollutum eſt id quod in tentorio interiori continetur. Sed id apud nos fieri nequit in vaſe teſtaceo, nam ſi vas teſtaceum circa os ſuum occluſum ſit, non liberat id quod ſub ipſo eſt, quia id circa oſtiolum ſuum pollutum eſt, & quamvis id plebejus luto conglutinaverit, ſimilive materia, tamen non liberat, quia hic non eſt tentorium, nec filum contiguum. Siphra autem hoc ordine legit, ſi dolium circa os ſuum ſit occluſum, & a lateribus ſuis oblitum luto, immundum eſt, quia Lex dicit, Num. 19, 15. צמיד פתיל עליו & non dicit, filum contiguum ſuper ipſo; & hoc ita ſe habet e Siphra, ubi porro, de immunditie vaſis teſtacei ſermo fit in Lege, ſed per vas teſtaceum quoque includitur tentorium, nam teſtaceum tentorium eſt pollutum, at non liberat id quod ſub ipſo continetur, ſicuti alia liberant tentoria, ſicuti expoſitum eſt in codice de Tentoriis, & in Additamentis ad codicem de Vaſis, de oſſibus piſcium, & id genus aliis, ſi illa palmum contineant in longum & latum, tum liberant ope operculi, quia tentorium liberat ope operculi ſive tegumenti alicujus omne id quod ei ſuppoſitum eſt, & non pollutum eſt ſicuti exponetur impoſterum. Sed dicit auctor, *omnia liberant vaſe teſtaceo excepto*, nempe, quod omnia hæc vaſa quæ facta ſunt ex ſpeciebus memoratis, liberent omne id quod ea tetigerit, quia tentorium tegumento ſuo liberat omne id quod ea intus tetigerit ſub filo contiguo de vaſis fuſilibus; & aqua abluendis, ut & veſtes, cibos, potus, & vaſa teſtacea, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *omnia*, vaſe teſtaceo excepto duntaxat, quod non liberat ope fili contigui, præterquam id quod in ipſo eſt de cibis & potibus, & vas teſtaceum duntaxat, & id quod in ipſo continetur de reliquis vaſis & veſtibus; pollutum eſt, licet non ſit ſub filo contiguo; hujuſce rei ratio eſt in eo quod tibi dicam fundamento, nempe quod vas teſtaceum non efficiat aliquod interſtitium, & ſi quis acceperit unum vas teſtaceum, & in ipſo poſuerit cibos, eoſque filo contiguo circumdederit, & poſtea vas in tentorio mortui poſuerit, tum hæc vaſa polluta ſunt, & vas iſtud unicum non liberat ea ab immunditie, quia id immundum eſt. Præterea quoque nobis fundamentum eſt quod vaſa, veſtes, cibi, & potus plebeji ſint in ſuſpicione immunditiei, ego vero hoc explicaturus ſum in codice de Puritatibus. Jam tibi expoſitum eſt ex iſtis fundamentis, quod vas teſtaceum ope fili contigui non liberet ab immunditie, idcirco mortuo immundum eſt quod in ipſo continetur; niſi dixerimus plebejo, teſtaceum vas tuum non liberat, quia vaſa tua immunda ſunt, cæteroquin liberabit quicquid in ipſo continetur, idcirco nemo a plebejo ejuſmodi res accipiet, quia is cenſetur ſeorſim purus, & ſibi cavet ab immunditie, licet is non cognoſceret puritatem, nec jus illius, ſecundum jus æquaret, & nobiſcum. Dicimus autem de vaſe teſtaceo quod illud duntaxat cibos, & vas teſtaceum liberat, nam poſtquam apud plebejum cibi, potus, & vas teſtaceum, jam liberavit cogitatione ipſius ope filii contigui, ſed hoc non liberat, nos enim non dicimus, veniet diſcipulus Sapiens & inquirat apud plebejum de cibis, potibus, & vaſe teſtaceo quia vaſa ſunt immunda apud plebejum, & in lavacro non purificantur. De reli-

reliquis autem vaſis diſcipulus Sapiens inquiret apud plebejum, & ſi quis iis uti voluerit in negotio ſacro, vel in oblatione prima, in lavacro ipſa purificet, & poſt ſolis occaſum purificata erunt, & ipſis uti licet, perinde ac ſi diſcipulus ſapiens a plebejo petat vas fuſile, vel id quod aqua abluendum eſt, vel veſtes, atque plebejus mutuo dederit, tum id mundum eſt ab omni immunditie, & ita ei dicet, fieri poteſt ut hæc vaſa jam venerint ad plebejum cui ea ſunt ut vas teſtaceum ſub filo contiguo in tentorio mortui, quod jam pollutum eſt immunditie mortui; verum nobis hypotheſis quod vas teſtaceum plebeji non dividat, & quod filum contiguum apud plebejum liberet, idcirco dicimus, mundum eſt. Atque hoc jus obtinet in hac veſte, vel vaſis iſtis quibus ablutis, uſurpari poſſunt in rebus ſacris poſt ſolis occaſum, dummodo cogitaverit huic vaſi non ineſſe immunditiem præter tactum plebeji, licet id ipſum immunditie cadaveris pollutum eſſet, & triplici aſperſione indigeat, item & ſeptupla. Et propter hancce cogitationem nos dicimus, quod vaſa teſtacea ſeorſim immunda facta tactu plebeji non liberent ope fili contigui, præter potus, cibos, & vas teſtaceum, quæ a plebejo non quærenda ſunt, quia ipſis nulla eſt purificatio in balneo. Nos vero hoc in caſu inter omnes homines æquale jus ſtatuimus ob rationem jam dictam. Et ſicuti hæc ratio obtineat in omnibus, tamen non defuit mutui petitio in vaſis vel veſte apud plebejos. Sed quando dixerit plebejus vas non eſſe cadavere pollutum, ei credamus, quia non dicimus, forſan cum filo contiguo vaſis teſtacei fuit in tentorio mortui. Nos enim jam permiſſum pronunciavimus jus iſtud quod vas teſtaceum non liberet quicquam præter cibos, potus, & vas teſtaceum. Cæterum neceſſe eſt ut ſcias quod plebejum non habeamus ſuſpectum in eo quod falſo judicaremus de ipſo reſpectu impuritatis, & ut nos conjiceremus quod obveniat rei immundities, cum tamen ſit munda. Sed nos hic judicamus modo exceptionis, quod is erraverit, & de re immunda cogitaverit eam eſſe mundam, & propterea non cavebit ſe ab impuritatibus, quia controverſiarum ignarus eſt, prout eæ traduntur in codice de Puritatibus. Sed bene obſerves volo ea quæ in hac Miſna occurrunt, quia ipſa dubiis plena eſt, & procul a vero ſenſu. Hæc vero tibi jam præmiſi fundamenta in codice de Teſtificationibus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ב במה מקיפים בסיד ובגיפסים (ס"א) בזפת ובשעוה בטיט ובצואה בחוכר וכהרסית ובכל דבר המתמרח אין מקיפין לא בבעץ ולא בעופרת מפני שהוא פתיל ואינו צמיד אין מקיפין לא ברבילה שמינה ולא בבצק שנילוש במי פירות שלא יביאנו לידי פסול ואם הקיף הציל :

2. Quo obturant? calce, gypſo, pice, cera, luto, excrementis, bitumine, & luto tenui, & omni re qua linitio fit. Non obturant ſtanno, nec plumbo, quia id פתיל eſt, & non צמיד. Non obturant palatha pingui, neque maſſa ſubacta in aquis fructuum, ne adducat ipſum in reprobationem, ſi vero circumdederit, liberavit.

R. OB. DE BARTENORA.

במה מקיפין *Quo occludunt?* quod obturant orificium vaſis, vel operculum conglutinant cum orificio, ita ut filum contiguum quoddam eſſe cenſeatur. גפסים *gypſus* eſt ſpecies calcis ſed albior calce, qui comburitur in fornace ut calx. חרסית notat contuſas teſtas quas in aquam conjiciunt. בעץ eſt idem quod בדיל *ſtannum*, hoc enim ſenſu occurrit in Targum Hieroſolymitano Num. 31, 22.

שהוא פתיל ואינו צמיד Senſus eſt quod hoc quidem ſit operculum, ſed non conjunctum nec conglutinatum quid ſupra orificium. *Neque palatha pingui, nec maſſa ſubacta in aquis fructuum*, iis non obturant, licet ea liberent ab immunditie, quia non diſpoſita ſunt ad recipiendam immunditiem. Et quamvis ita ſe res habeat, tamen de induſtria iis non obturant ne ad immunditiem recipiendam diſponantur dum inciderint potus, at vero nulla res immunda liberare poteſt, ואם הקיף מציל *ſi vero obturaverit, liberavit*, ſed ſi aquæ ſuper iis non venerint, vel unus e ſeptem liquoribus, tum liberant ab immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקיפין *Circumdant*, ſenſus eſt, quod orificium vaſis obſtruunt, vel operculum cum vaſe conglutinant hiſce rebus mediantibus. גבסת *gypſu*, notat idem quod סניף. Cæterum צואה notat excrementa e ſpeciebus ſordium. חמר notat lutum conglutinans. חרסית notat contuſionem teſtæ poſtquam maſſa ſubacta eſt: ובכל דבר המתמרח *& omni re oblinante*, puta omne id quod manu oblinit & expanditur ſupra locum qui oblini debet in vaſis, ſicuti ſunt bituminis ſpecies, & ceræ, & earum rerum quæ manducantur, poſtquam aqua ſubactæ ſunt. בעץ eſt idem quod בדיל *ſtannum*. Porro dicit quod inde fiat פתיל, ſed non צמיד פתיל quod operculum confirmat ſuper vaſe, idque conjungit, ſed non fundo agglutinat. Poſtea dicit quod palatha pingui, & maſſa ſubacta in aquis fructuum non obſtruant, etſi non recipiant immunditiem, quia non eſt ſtatus diſpoſitionis ad immunditiem, ſi vero una ex ſeptem ſpeciebus liquorum ad immunditiem diſponantur, tum hocce filum contiguum eſt pollutum, & omne id quod in vaſe continetur, quia res munda non dividit, uti diximus. Propterea moniti ſumus de cohæſione quæ fit ope cibi, licet ii non polluantur, ſed forſan diſponantur, & hic cibus polluatur. Ita ſe omnia habent ſecundum Miſnam primam, qua dictum eſt prohibitum eſſe profanis in terra Iſraëlis eſſe in cauſa immunditiei. Sed Miſna poſterior veriſſima nititur hypotheſi, nempe quod liceat profanis eſſe in cauſa immunditiei in terra Iſraëlis ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Cultu Peregrino, idcirco fas eſt obturare ope palathæ pinguis, & maſſa nondum ad immunditiem recipiendam diſpoſita, & id genus aliis cibis.

ג מגופת החבית המחולחלת ואינה נשמטת רבי יהודה אומר מצלת וחכמים אומרים אינה מצלת היה בית אצבע שלה שוקע בתוכה השרץ בתוכה החבית טמאה השרץ בחבית אוכלים שבתוכה טמאים :

3. Operculum dolii debilitatum ſed nondum ſeparatum, ſecundum R. Jehudam liberat, at non ſecundum Sapientes. Si digiti quantitas illius ſubſideat, & in ipſo reptile ſit, dolium eſt immundum. Si reptile ſit in dolio, cibi in ipſo contenti ſunt immundi.

R. OB. DE BARTENORA.

המתחולחלת *Quod commotum & conquaſſatum eſt*, videſis Eſth. 4, 4. Cæterum R. Jehuda dicit, liberat, is enim fili contigui rationem habet, quandoquidem nondum operculum exiit. Sapientes dicunt, non liberat, nam cum operculum conquaſſatum ſit, non amplius eſt filum contiguum; deciſio eſt ſecundum Sapientes. היה בית אצבע שוקע בתוכה *Si illius quantitas digiti ſubſideat in medio illius*, ſi nempe quantitas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחולחלת ואינה נשמטת *Remiſſum quidem, ſed nondum ſeparatum plane*, ſcil. ab orificio, porro ſe auctor confert ad jus aliud, dicitque quod cum ſit ſpatium aliquod per quod digiti quantitatem e luto introducere poſſit, quod circa orificium dolii eſt, & בית אצבע *domus digiti* vocatur, operculum illius ope elevari poſſit. Si vero hic locus ſit admodum profundus, & dolii concavum attingat, tum is dolio contiguus

tiras digiti de operculo ſubſideat in medio dolii, reptile quod in operculo eſt, cenſetur perinde ac ſi in dolio eſſet; per digiti quantitatem intelligas ſpatium operculi per quod homo digitum ſuum immittere poteſt. *Cibi qui in ipſo ſunt*, in ſpatio digiti profundum petente in dolium. *Immundi ſunt*, nam operculum dolii ſimile eſt ipſi dolio.

tiguus eſſe cenſetur, ſicuti memoravit auctor; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ד הכדור והפקעת של גמי שנתנן על פי החבית אם מירח מן הצדדין לא הציל עד שימרח מלמעלן ומלמטן וכן במטלת של בגד היתה של נייר או של עור וקשורה במשיחה אם מירח מן הצדדין הציל :

4. Globus & involucrum ex junco quod ori vaſis imponitur, ſi a lateribus obleverit, non liberat, niſi donec ſuperius obleverit, & inferius. Pariter ſi ſegmentum panni, & papyri vel pellis ſegmentum colligatum ſit cum unctione, idque a lateribus oblitum ſit, liberat.

R. OB. DE BARTENORA.

כרור *Globus*, barbare פלוטא dicitur. פקעת של גמי *involucrum e junco confectum*, junci enim humidi compinguntur e quibus globulus aliquis fit in forma glomeris & ſtaminis. *Niſi donec inferius obleverit*, infra globum vel infra involucrum, & ſuperius tantum quantum ſufficit ad totum vas contegendum, quia id perforatum eſt. וכן במטלית של בגר *Et ita ſe res habet cum ſegmento panni*, quia omnia hæc perforata ſunt, idcirco non liberant ab immunditie niſi donec in iis non ſit menſura qua immunditiem recipere poſſunt. וקשרה במשיחה *& colligaverit cum unctione*, tenui filo, eo modo quo utrem contegere ſolent panno, aut papyro, nam colligant ipſum, & colligatio præterea a lateribus oblini debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדור *Pila luſoria*, notum eſt quid ſit. פקיעת notat caniſtrum e juncis conſtructum, quod כלקא dicitur, idcirco non liberat ab immunditie niſi donec globus & involucrum cum ora dolii re quadam oblitum ſit, idque veſte contectum ſit. Pariter ſe res habet ſi os vaſis contectum ſit veſtimento quodam vel pelle, quod fieri poteſt licet totum panni ſegmentum non oblinatur, ſed orificium vaſis contegatur papyro humida vel pelle; ſed marginis ligatio non obtinenda eſt, præterquam ad latera vaſorum undiquaque; hæc omnia ſatis clara ſunt.

ה חבית שנתקלפה והזפת שלה עומדת וכן קבוסים של מוריים שגפתן עם השפה רבי יהודה אומר אינם מצילין וחכמים אומרים מצילין :

5. Dolium decorticatum cujus tamen pix ſtabilis eſt, & ſic urcei muriæ ſi calce ſint obducti ſub margine, R. Jehuda dicit, non liberant, Sapientes dicunt, liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שנתקלפה *Dolium quod decorticatum eſt*; ſi dolium interius pice obductum ſit, & teſta ei exterius adempta ſit, pix vero intus conſiſtat e regione teſtæ. קבוסים ſunt קנקנים *canthari*, teſtacei in quos reponunt muriam, שגפתן *quæ gypſo quis obduxerit*, quæ quis contexerit ſpecie quadam calcis quam גפסים vocant, de qua ſuperius dictum eſt, quod ea contegant. עץ שפה *cum ſuperficie*, infra marginem vaſis, etenim filum contiguum exiſtit interius, margo autem exterius conſpicuus eſt. *R. Jehuda dicit, non liberant*, quia Lex dicit, *filum contiguum circum ipſum*, & non, filum contiguum intra ipſum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קבוסים Notat vaſa in forma cupæ, idcirco etiam קבוצים vocantur, quia a lateribus ſuis colligant ut pix. Porro ſermonem facit auctor de vaſe teſtaceo decorticato, & muria ſuperius abſciſſa, pice relicta in forma illius quod a dolio receſſit, uſque adeo ut hinc quaſi duo provenerint dolia, ſuperficies e teſta, ſuperior autem pars e pice, vaſe ſuperius pice obducto, & operculo cum extremitatibus dolii conjuncto, quod e pice conſtat, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *quos pice obduxerit ſub margine.* Dicit R. Jehuda, quandoquidem hoc non eſt teſtæ dolii impoſitum, & pix inter utrumque conſiſtit, non liberant. Sapientes vero dicunt, ſi dolium cum operculo pice conglutinatum fuerit, liberant; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו חבית שניקבה וסתמוה שמרים הצילוה פקקה בזמורה עד שימרח מן הצדדים היו (ס"א) שתים עד שימרח מן הצדדין ובין זמורה לחברתה נסר שהוא נתון על פי התנור אם מירח מן הצדדים הציל היו שנים עד שימרח מן הצדדים ובין נסר לחבירו עשאן בסינין או בשוגמין אינו צריך למרח מן האמצע :

6. Si dolium perforatum ſit obturatum fæcibus, tum eæ iſtud liberant. Si illud occluſerit palmite, tum liberant donec a lateribus obleverit; ſi duo ſint palmites, liberant donec obleverit a lateribus, & inter palmitem atque ſocium ipſius. Aſſer fornacis orificio impoſitus, ſi a lateribus obleverit, liberat. Si duo fuerint donec a lateribus obleverit, & inter aſſerem ſociumque ipſius fecerit ea, & is conjunxerit aſſeres cum corticibus rubi, vel corticibus ligni, non requiritur ut in medio oblinat.

R. OB. DE BARTENORA.

וסתמוה *Et occluſerint iſtud*, tum iſta occluſio ope fæcium ſecundum Sapientes liberat ab immunditie, quia filum contiguum interius eſt. *Donec obleverit*, circum palmitem ad latera, ſed ſuper ipſum palmitem non requiritur ut oblinatur. נסר notat aſſeres. בסינים *corticibus rubi*, ſi inter quemlibet aſſerem poſuerit tenues rubi cortices; vel שוגמין ſive cortices ligni inter quemlibet aſſerem, ad eos ſimul conjungendos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פקקה בזמורה *Si palmite illud occluſerit*, poſtquam id palmite occluſiſſet, requirebatur ut pice, vel alia quapiam re oblineret circum palmitem cum ipſo dolio. Si vero foramen occluſiſſet duobus palmitibus, requirebatur ut pice obduceret foramen iſtud, & inter ambos palmites. Notum vero eſt quod נסר ſit tabula ſive aſſer e vaſe expanſo ſive plano, & idcirco liberat ab immunditie, uti ab initio capitis expoſuimus. סינים *cortices rubi*, hoc ſenſu, ſi in duobus ligni ſegmentis perforaverit duo foramina ſibi oppoſita, & ſumpſerit lignum tenue & parvum, & unam extremitatem immiſerit

ſerit in hocce lignum, alteram vero extremitatem in lignum alterum, percuſſeritque id malleo, donec ambo ligna ſibi invicem occurrerint, & in unum lignum facta fuerint, tum apud nos hæc ſtructura vocatur אלפגן, & hoc ſenſu auct ordicit עשאן *ſi fecerit ea.* Cæterum שנמין alium habet ſenſum, hoc ſenſu, ſi conjunxerit duo ligna donec unita fuerint, tum non amplius quid requiritur quod ipſa uniat.

ז תנור ישן בתוך החדש וסרידה על פי הישן ניטל הישן וסרידה נופלת הכל טמא ואם לאו הכל טהור חדש בתוך הישן וסרידה על פי הישן אם אין בין חדש לסרידה פותח טפח כל שבחדש טהור:

7. Si fornax vetus poſita ſit intra novam & operculum ori veteris impoſitum ſit, ablata vero ſit vetus & operculum deciderit, omnia immunda ſunt, ſin minus, omnia munda ſunt. Si nova ſit poſita intra veterem, & operculum ori veteris impoſitum, & ſi inter novam & operculum non ſit apertura palmi, omnia quæ in nova continentur, munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור ישן *Fornax vetus*, quæ accenſa eſt ad coquendum in ipſa טופנגים *lagana*, nam hæc eſt operis perfectio, ita ut vas cenſeatur immunditiem poſſe recipere. חדש *nova*, quæ non accenſa eſt, nec immunditiem recipit. וסרידה על פי הישן *& operculum ori veteris impoſitum*, quod non luto oblitum eſt, nec filum habet contiguum. *Si vetus ablata ſit, & operculum deciderit*, ita ut operculum non ſuffulciatur ore novæ fornacis, omnia immunda ſunt, quia vetus quæ operculum habet, cenſetur eſſe vas & non liberat ab immunditie, niſi ope fili contigui, at hic non eſt filum contiguum; nova autem quæ non eſt vas ligneum, diviſiſſet pro immunditie, propter tentorium, ſi operculum ei innitatur, quicquid enim liberat ratione cibi, id non indiget filo contiguo. Quando autem non innititur operculum, tum hic non eſt tentorium aliquod, idcirco omnia immunda ſunt. Si inter novam & operculum ſit apertura palmi, at ea non alta palmum, tegumentum quod ſuper veteri eſt pro orificio fornacis novæ, cenſetur tegumentum quod ſuper veteri eſt, quaſi id eſſet in orificio novæ, hinc nova ſit tentorium, & dividit pro immunditie, quicquid vero ſub ipſa eſt, id mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponetur capite duodecimo codicis de Tentoriis quod fornax nova fiat tentorium ob immunditiem; ſed fornacis veteris jus ſe habet ſicuti jus de reliquis vaſis, quæ immunditiem inducunt, & non dividunt, ſicuti ibid. exponitur; & porro eodem in loco dicitur quod tentorium liberat omne id quod ſub ipſo eſt, & quod filo contiguo non opus ſit, quia id ope operculi liberat; de hiſce fundamentis hic dicitur, quod cum fornax vetus impoſita ſit fornaci novæ, ſi סריד ſive operculum fornacis innitatur veteri, omnia immunda ſunt, quia fornax vetus eſt vas, & non liberat ab immunditie id quod in ipſa eſt, ope ipſius operculi duntaxat. Cæterum ſi filum contiguum ſuffulciatur operculo novæ fornacis, tum id pro nova erit tentorium, & liberabit omne id quod ſub ipſa eſt. Si vero contra ſe res habeat, ſcil. ſi nova poſita ſit in veteri, & vetus habeat operculum, tum in ipſa erit tegumentum, & inter novam ſit tentorium quod altum eſt palmum, & tegumentum cenſetur ſuper nova eſſe, idcirco id quod in nova eſt, mundum eſt ope hujuſce tegumenti, & hoc abſque filo contiguo, ſicuti exponetur.

ח לפסין זו בתוך זו ושפתותיהן שוות השרץ בעליונה או בתחתונה היא טמאה וכלן טהורות היו בכונס משקה השרץ בעליונה כלן טמאות בתחתונה היא טמאה וכלן טהורות השרץ בעליונה ותחתונה עודפת היא והתחתונה טמאה בעליונה והתחתונה עודפת כל שיש בה משקה טופח טמאה:

8. Si unus lebes alteri impoſitus ſit, & margines æquales fuerint, & reptile in ſuperiori vel inferiori, immundus eſt, ſed alii omnes mundi. Si in ipſo ſint foramina per quæ potus tranſire poſſit, & reptile in ſuperiori, alii omnes immundi ſunt, ſi in inferiori, ipſe immundus eſt, alii vero omnes mundi ſunt. Si reptile ſit in ſuperiori, & inferior redundaverit, ipſe & inferior immundus eſt; ſi in ſuperiori, & inferior redundaverit, omne id in quo eſt potus ſtillans, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לפסין Eſt idem quod אלפסין *lebes*, eſtque e doliis magnis ferreis, in quibus coquere ſolent. Margines eorum æquales ſunt, quia unus margo non eſt altior altero. *Superior*, hæc eſt interior, exterior enim eſt ſcil. iſta. *Iſte eſt immundus*, ſi reptile ſit in ſuperiori, cibi in inferiori ſunt mundi, nam Lex dixit, *quicquid inciderit in medium illius*, & non, in medium medii illius, ſed reptile in ſuperiori eſt medium medii illius, quia infimum eſt. Si vero ſerpens ſit in inferiori, cibi in ſuperiori non polluti ſunt, Lex enim dixit, *quicquid in medio illius eſt*, & non, quicquid in medio medii illius eſt. היו בכונס משקה *ſi in eo ſint foramina per quæ potus extat*, perinde ac ſi dixiſſet, ſi foramina fuerint per quæ tranſeat potus. השרץ בעליונה *ſi reptile ſit in ſuperiori*, tum interior totus eſt immundus, quia reptile conſiderant quaſi id eſſet in ſingulis, quoniam foramina ſunt per quæ tranſire poſſunt potus. *In inferiori*, qui exterior eſt, & idcirco immundus eſt (lebetes vero omnes mundi ſunt, quia fundum non penetrat immunditiеs,) nihilominus tamen ſi cibi & potus ſint in interiori lebete, polluti ſunt, quandoquidem foramen non oblitum eſt, ſicuti capite octavo oſtenſum eſt. Et ratio eſt quod foramen in quantitate munditiei illius cenſeatur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superius jam expoſuimus de vaſe teſtaceo quod Lex dicit אל תוכו *in medium illius*, & non, in medium medii illius, idcirco, ſi unum vas ſit impoſitum alteri, & reptile in ſuperiori vaſe, tum vas planum non pollutum eſt. Pariter de immunditie vaſis teſtacei dicit, *omne id quod in medio illius, pollutum eſt*, ubi dicit, in medio ipſius, & non in medio medii ipſius. Quando autem reptile inciderit in planum, non pollutum eſt id quod inciderit in vas ſuperius, quando nempe omnium vaſorum margines fuerint æquales, vel ſi vaſis ſuperioris margo altior fuerit quam inferioris; & ſi omnes hi lebetes, qui ſuper inferiori ſunt, perforati ſint ita ut exire poſſit potus, tum denuo non recipiunt immunditiem, ſecundum id quod præmiſſum eſt; hinc illa non recipiunt id quod in ipſis continetur, ſicuti expoſitum eſt capite octavo. Si vero reptile eſſet in ſuperiori, perinde ſe res habet ac ſi id tetigiſſet cujuſlibet aërem, quia omnes lebetes medii ſunt perforati ut exire poſſit potus, & pollutum eſt quicquid in unoquoque tenetur de cibis potibuſque, ad inferiorem operiendum. Hæc vero omnia ſunt clara, ob foramen, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *omnia immunda ſunt*, ubi alluditur ad immunditiem quæ in medio ipſorum eſt.

tur At

tur ut aër exterioris, cibi vero & potus ab aëre teſtacei vaſis polluuntur, ſed homo & vaſa non polluuntur ab aëre vaſis teſtacei.

השרץ בעליונה *Reptile in ſuperiori*, jam ſermo eſt de lebete integro. *Ipſe & inferior immundus eſt*, quia ſe res habet ac ſi reptile jaceret in inferiori lebete quia margo redundat; medius vero mundus eſt, quia vas non polluitur aëre vaſis teſtacei.

כלי שיש בו משקה טופח *Omne id in quo potus humidus eſt*, tum pollutus eſt potus humidus qui in medio vaſe eſt, & polluitur ab aëre vaſis teſtacei; & hic potus denuo polluit vaſa, nam decreverunt Sapientes de potu quod is polluat vas, propter liquorem ſeminiflui & ſeminifluæ. Cæterum fas fuiſſet ut auctor hæcce nova de potu ſtillante docuiſſet ab initio, quando reptile eſſet in ſuperiori, & lebetis inferioris margo redundat, potus vero ſtillans in medio vaſe eſt.

At vero ſi reptile ſit in inferiori, tum non pollutum eſt id quod ſuperius eſt, ſi reptile non tetigerit aërem illius, & margo inferior non fuerit altior, pollutum eſt quicquid in ipſo de cibis potibuſque continetur, ſed quicquid in vaſis hiſce ſuperioribus continetur, id mundum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ipſe immundus eſt*, *ſed omnia immunda ſunt*. Præterea ſe confert ad aliam propoſitionem, dicitque, ſi in ſuperiori fuerit reptile, & inferior redundaverit, ſuperior pollutus eſt abſque dubio tactu reptilis. Pariter inferior pollutus eſt, dum margo altior eſt; ſed de reptili reſpectu aëris res jam expoſita eſt. Reliqua autem vaſa quæ inter ſuperiorem & inferiorem ſunt, in marginibus ſuis auctor comparavit cum margine ſuperioris vaſis, quod totum eſt mundum, licet hoc poſitum ſit in inferiori, & interius jam pollutum ſit, & hoc eſt fundamentum quod expoſui capite octavo, nempe, quod vas teſtaceum non polluat alia vaſa ope aëris. Si vero inter ſuperius atque inferius in uno ex hiſce vaſis ſit potus humidus qui manum humectet, ſi ipſum tetigerit, tum hocce vas immundum eſt, juxta fundamentum quod expoſitum eſt capite octavo, ſi nempe de induſtria pollutum fuerit aëre inferioris liquore redundantis, quod jam pollutum eſt; & hoc ita eſt quod potus polluat vas in quo is eſt, ſicuti expoſuimus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, in ſuperiori, & ſuperior redundaverit, omne id in quo eſt potus humectans, immundum eſt.

פרק יא כלי מתכות פשוטיהן ומקבליהן טמאין נשברו טהרו חזר ועשה מהן כלים חזרו לטומאתן הישנה רבן שמעון בן גמליאל אומר לא לכל טומאה אלא לטומאת הנפש׃

Caput 11. Vaſorum fuſilium planities & receptacula immunda ſunt; ſi confracta ſint, munda ſunt. Si vero ex iis poſtea confecta ſint vaſa, denuo immunditiem priſtinam recipiunt. Sed ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis non ratione omnis immunditiei, ſed immunditiei animæ.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי מתכות פשוטיהן ומקבליהן טמאין *Vaſa fuſilia in planitiebus ſuis & receptaculis immunda ſunt*, nam ea non ſimilia ſunt ſacco, idcirco redeunt ad immunditiem ipſorum priorem, decreveruntque Sapientes de vaſis fuſilibus, quæ prius fuſa ſunt & poſtea in nova vaſa confecta, quod ea redeant ad priſtinam impuritatem, ne dicant, confractio vaſorum eſt eorundem purificatio, & ablutio etiam eſt eorundem purificatio, ſicuti ergo confractio non opus habet occaſu ſolis, quia vaſis eodem die utuntur quo polluta ſunt, ſi ea quis confregerit & poſtea nova ex iis confecerit, nec ablutio eorum indiget ſolis occaſu, ne quis oblationem primam & ſancta paret in vaſe quod nondum ſolis occaſum habuit.

לא לכל טומאה אלא לטומאת הנפש *Non pro immunditie eſt*, *ſed pro immunditie animæ*, Rabban Simeon filius Gamalielis putat quod ratio ob quam de vaſis fuſilibus decreverunt, quod ea redeant ad immunditiem ſuam priſtinam, hæc ſit, ne lex de aquis expiatoriis e vaſis oblivioni traderetur, nemo enim ſeptem dies expectabit, ſed ſtatim ea confringet, & poſtea nova conficiet, idcirco de immunditie mortui duntaxat decreverunt Sapientes, quod ea ſparſiones tertii & ſeptimi diei requirat; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem auctor locutus eſt de omnibus vaſorum teſtaceorum ſimiliumque juribus in capitibus decem quæ præceſſerunt, jam incipit de jure vaſorum fuſilium; & quia Deus locutus eſt de omni re quæ uſu venit, idcirco auctor nos inſtruit de omnibus vaſis tam planis, quam receptaculis, propterea immunda ſunt plana, uti ſunt cultri, veru, & id genus alia. Poſtquam vero illa redierint ad immunditiem ipſorum poſtquam confracta ſunt, & deinceps fuſa & nova ex iis confecta, tum non purificantur in lavacro; atque hæc ſunt decreta Sapientum, ne forſan vas pollueretur vaſe fuſili ſive metallino, & poſtea aliquod vas novum inde conficeretur eodem die, tale autem abſque dubio mundum eſt, quia vaſe deſtructo immundities ſublata eſt, & tum uterentur ea de cauſa iſto vaſe in oblatione prima & in ſanctis, & hoc licitum eſt; & ne poſtea quis cogitaret, diceretque confractionem vaſis ipſum purificare, & lotionem quoque, nobis enim videtur quod poſtquam vas confractum eſt & inde aliud denuo confectum, id ſit mundum hoc ipſo die. Pariter ſi vas in loco puro ſit purgatum hoc ipſo die quo pollutum eſt, & quis uſus fuerit ipſo ad oblationem primam & ſancta, is vero neſciverit vas occaſum ſolis requirere, eſt ut immundum poſtquam id purificatum eſt in lavacro, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ne forſan dicant, lotio diurna probatur. R. Simeon filius Gamalielis de his non timet, præterquam in vaſis immunditie cadaveris pollutis, quod ea tertio & ſeptimo die aſpergi debent; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

ב כל כלי מתכות שיש לו שם בפני עצמו טמא חוץ מן הדלת ומן הנגר ומן המנעול והפותה שתחת הציר והציר והקורה והצינור שנעשו לקרקע׃

2. Omne vas fuſile cui nomen ſingulare eſt, immundum eſt, janua, clavo, peſſulo, ſeraque exceptis; ut & clave quæ ſub cardine eſt, cardine ipſo, tigno, & dimidio foci in fundo extructi.

R. OB. DE BARTENORA.

שיש לו שם בפני עצמו *Quod nomen habet ſingulare*, quod nomine ſuo jam inſignitum eſt. *Immundum eſt*, ſive ei ſit receptaculum, ſive non. נגר eſt idem quod יתד *clavus* ferreus, cujus extremitas una infixa eſt terræ, altera vero januæ a poſteriori parte; habet is quoque formam columnæ, quia januam claudit & obſerat ab una extremitate ad alteram. מנעול ita vocatur omne id quo januam occludunt, hæc vox occurrit Cant. 5, 5. ubi dicitur על כפות המנעל Cæterum פותח habet

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיש לו שם בפני עצמו *Quod nomen habet ſingulare*, ita ut id ipſum vocetur a nomine aliquo peculiari, tum pollutum eſt. Quidquid autem conficitur e vaſis metallinis, ſive id altam oram habeat, ſive habeat ſuperficiem planam, immunditiem recipit, ſicuti exponimus præter ea quæ hic memorata ſunt, ſi hæc vaſa metallina facta ſint, non polluuntur dum terræ contigua ſunt. נגר notat columnam ſive clavum quo porta ab una parte ad alteram obſeratur. מנעל notat

habet formam poculi exigui ferrei, quam terræ inſigunt, & januæ clavis circumagitur cum ipſa, ut facile aperiatur & claudatur; & vox פותח occurrit 1 Reg. 7, 3. ubi dicitur והפותות לדלתות הבירת Cæterum vox צינור barbare canalis dicitur. *Qui extructi ſunt in fundo*, ad utendum fundo, quicquid autem fundo adhæret, id ut ipſum fundum eſſe cenſetur, & non recipit immunditiem.

notat id quo occludere ſolent, & poſti contiguum ſecundum mutationem formæ illius, eſtque idem cum נעל, & Hebraica vox eſt, ita Cant. 5, 5: dicitur על כפות המנעל Cæterum פותח habet formam poculi ferrei, quod terræ infigi ſolet, & ei imponitur cardo: ציר notat cardinem portæ quæ circumit ipſum פותח, & ferreus eſſe ſolet in provinciis, & portæ maximæ infigitur, hæc autem vox occurrit 1 Reg. 7, 50. צינור barbare dicitur canalis. Fundamentum vero illius quod dicitur, omne id quod terræ affixum eſt, id terræ ſimile eſt; ita intelligas, poſtquam ſtructura ſolo adhæſerit, tum illa non amplius immunditiem recipit, licet ei aliquid impoſitum ſit, & hæc eſt intentio hujuſce conſtitutionis Miſnicæ.

ג העושה כלים מן העשת ומן החררה ומן הסובב של גלגל ומן הטסין ומן הצפויין מכני כלים ומאוגני כלים מאוזני כלים מן השהולת ומן הגרודות טהורין רבי יוחנן בן נורי אומר אף מן הקצוצות משברי כלים מן הגרוטים ומסמרות שידוע שנעשו מכלים טמאים מן המסמרות בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין:

3. Si quis vaſa confecerit e bractea, vel e placenta, vel ex eo quod circulum circumit, e laminis, ex operculis, e baſibus vaſorum, ex anſis vaſorum, e marginibus vaſorum, e reliquiis, e caricis, munda ſunt. R. Jochanan filius Nuri dicit, etiam e partibus, e fragmentis vaſorum, e ſcrutis, vel e clavis, quando conſtat ea facta eſſe e vaſis, immunda ſunt. Schola Schamai immunda pronunciat ea quæ facta ſunt e clavis, at Schola Hillelis munda.

R. OB. DE BARTENORA.

עשת Notat ſegmentum ferri quando id educitur e venis mineralibus. חררה notat orbiculum e ferro fuſum, ex quo facere ſolent formam placentæ. סובב של גלגל *circuitus orbiculi*, puta rotam ligneam plauſtri, circum quam faciunt laminam ferream, ne ipſa confringatur lapidibus, nec petris. טסין *laminæ*, nam Targum ad illa verba את פחי הזהב Exod. 39, 3. יח טסי דדהבא vertit. כני כלים *ſtylobatæ vaſorum*, baſes vaſorum. אוגני כלים ſunt anſæ vaſorum quibus vaſa apprehendunt. שחולות notat reliquias vaſis poſtquam id confectum eſt; in Targum ad Exod. 2, 20. משיתיהו *eduxi ipſum* vertitur per שחלתירה, & hoc ſenſu dicitur in Gemara Berachot fol. 8. col. 1. כמשחל בניתא מחלבא *ut is qui extrahit pilum ex lacte.* גרודות ſunt ramenta vaſorum poſtquam confecta ſunt, videſis radicem apud Jobum 2, 8. Et hæc munda ſunt quia de iſtis omnibus non ſuſpicamur ea forſan e vaſe mundo proveniſſe, & propterea rediiſſe ad priſtinam immunditiem poſtquam ex ipſis vas aliquod confectum eſt, quia hæc omnia non videntur unquam immunditiem poſſe recipere, quandoquidem vaſis fuſilis typi ſunt, at vaſorum fuſilium typi non accipiunt immunditiem; in Toſaphta enim exponitur quod vaſa fuſilia munda ſint. Et per vaſorum fuſilium typos intelliguntur ejuſmodi qui confricandi ſunt, poliendi, purificandi, & complanandi malleo, deſtituti margine aut anſa, puri ſunt. אף מן הקצוצות *etiam e ſegmentis*, ſi quis vas in ſegmenta ſecuerit, tum vaſa quæ ex iſtis ſegmentis facta ſunt, non redeunt ad priſtinam ſuam immunditiem; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri. גרוטאות notat vaſa ob nimia miniſteria confracta, e quibus ſegmenta exigua facta ſunt, quæ poſtquam contrita ſunt, vocantur גרוטות & hæc omnium minutiſſima ſegmenta ſunt. ומן המסמרות *atque e clavis*, quando conſtat eas e vaſis factas eſſe, etſi non conſtiterit an ex vaſis mundis provenerint, an vero ex immundis. *Immunda ſunt*, nempe vaſa ex hiſce rebus confecta, quia timendum eſt ne forſan ex immundis vaſis provenerint, & ad immunditiem priſtinam redierint. *E clavis*, in genere, quia nobis non conſtat an e vaſis facta ſint, an vero e bracteis. *Schola Schamai immunda pronunciat*, nam illa timet ne hæc ab illo polluantur. *Schola Hillelis munda pronunciat*, quia ipſa hac in parte non timet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Traditur in Toſaphta quod vaſorum fuſilium formæ ſint mundæ, cujuſmodi ſunt eæ quæ fricari, planari, deglabrari, purificari, & percuti debent malleo, deſtitutæ anſa & margine mundæ ſunt; ego vero tibi explicabo horum vaſorum naturam & conditionem, ſed antequam hanc Miſnam exponam, hoc fundamentum memoriæ mandandum eſt, nempe quod ſi quis vas aliquod paraverit e fuſilibus, ſive iſtud vas habeat receptaculum, ut ollæ, vel planum ſit, ut cultri & verua, tum ejuſmodi vas non polluitur, niſi donec id omnino confectum ſit, ſin autem aliquid infectum remanſerit, tum locum habet id quod dicitur, quod fricari debet, vel ſi defecerit remotio corticis, quando vas frangitur inter fricandum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ad poliendum; vel ſi deficiat abraſio quemadmodum vaſa fuſilia deglabrare ſolent poſt fricationem, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur ad deglabrandum; vel ſi deficiat limatio, ſicuti in ferro facere ſolent poſt deglabrationem, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur ad purificandum; vel ſi deſit percuſſio quo percuti debet, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ad percutiendum malleo. Vel ſi vas hiſce modis confecerit, & hoc vas confectum fuerit ex eo quod pro margine vel anſa neceſſarium erat, attamen hæc vaſi nondum addita fuerint, tum id nondum pollutum eſt. אוגן eſt idem quod ענק *torques* circum vas fuſile, ſicuti ſunt vaſa quæ קומקמין *cucumæ* dicuntur. אוזן eſt *anſa*. Secundum hocce fundamentum dictum eſt in hac Miſna, quod ſi quis vaſa paraverit ex hiſce rebus quas expoſuimus, & quorum nomina recenſuimus, tum illa non recipiunt immunditiem, quia vaſorum fuſilium typi ſunt, qui nondum perfecti ſunt nec parati, עשת *bractea*, notat ſegmentum ferri, quod e venis mineralibus educitur, & ex ipſo paratur ferrum antequam purificetur, funditur enim aliquoties, & ita purificatur, donec ſeparata ſint rudera quæ ei adhærent e vena minerali, ſicuti conſtat opificibus. Pariter reliqua mineralia poſtqua e vena terræ provenerint, confuſa eſſe ſolent, ſed poſtquam fuſa & purgata ſunt, forma eorum pulchrius ſe habet. Qui vero e ſegmentis eorum vas aliquod confecerit, antequam iſta ſegmenta ſecunda vice fuſa fuerint, vas autem purgaverit, tum id non immundum eſt, quia ei aliquid deeſt reſpectu raſionis, glabrationis, & expoſitionis. Sed id fieri non poteſt in hocce, quia maſſa quædam e pluvia & pulvere ei adhæret. Sic etiam ferrum & æs fundi ſolent, & magnæ orbitæ inde fieri in forma panis, quæ חררה *placenta* dicuntur, ſicuti expoſitum eſt in codice de Sabbato. הסובב של גלגל *circuitus rotæ*, & rota quæ machinam circumdat, tales enim machinæ e ligno fiebant, & exterius ſuper illis conficiebatur tabula ænea. טסים ſunt tabulæ tenues, Targum enim illa verba פחי זהב Exod. 39, 3. interpretatur per טסי דדהבא. Cæterum per צפויין intelligas opercula vaſorum, nam vaſa oblinere ſolebant tabulis aureis & argenteis, aliiſque. מכני כלים ſunt ſtylobathæ vaſorum, quibus vaſa imponuntur. אוגני כלים ſunt margines vaſorum. אזני ſunt anſæ. שחולת notat addititium quid vaſis & ſuperfluum, & ſegmenta addititia quibus opifices vaſa lævigant; ita vox שחול dicitur de primogenito vitioſo, quod femur habet luxatum & de loco ſuo extractum. גרודת notat ramentum; ſed hic non eſt ſcopus quaſi hoc ramentum vel hæc ſegmenta fundi debeant, ut nova ex iis vaſa fiant, quia immunditiem recipiunt abſque dubio; ſed ſcopus eſt quod hæc ſegmenta & tabulæ donec ex iis facta ſit figura vaſis, non

reci-

recipiant immunditiem, ob rationem quam memoravimus. Porro dixit R. Jochanan filius Nuri, quod ſi quis vas aliquod deſtruxerit, & inde aliud confecerit ex iſtis ſegmentis, non recipiat immunditiem, & hoc eſt quod dicit, *nec e ſegmentis*, ſed ita non deciditur. Præterea dixit Miſna, quod ſi quis confecerit vas e fragmentis vel e ramentis &c. nempe e fragmentis quæ e vaſis remanſerint, ſive quæ ex vaſe poſt conſummationem temporis remanſerint, donec id omnino deſtructum ſit, & maxima ex parte rubiginem contraxerit. Vel ſi quis confecerit vas e clavis qui e vaſis facti ſunt, nam ſi e vaſis confecti ſint clavi, cenſeantur quaſi e fragmentis vaſorum eſſent, idcirco vas quod ex hiſce tribus rebus confectum eſt, immunditiem recipit, ſi quis vaſa confecerit e clavis, & non vere conſtiterit; at ſi hi clavi facti ſint e vaſis, tum ſe jus habet ſicuti cum eo qui parat vas e fragmentis vaſis, & immunditiem recipit; vel ſi hi clavi facti ſint e lamina vel bractea, & hocce vas ſimile ſit typis vaſis fuſilis, tum de ejuſmodi controverſiam agitant Schola Schamai & Schola Hillelis. Cæterum in Toſaphta dicitur, R. Eliezer filius R. Joſis dicit Schamæanos & Hillelæos non diſſentire de clavis, quando conſtat eos e vaſis confectos eſſe, quod ii immundi ſint, nec de clavis non confectis e vaſis, quod ii mundi ſint; de qua re igitur diſſentiunt? in genere tantum, nam Schamæani impurum pronunciant, Hillelæi vero purum. Cæterum de vaſe e clavis confecto jam dictum eſt, ſi exempli gratia ſubula, aut veru, vel ejuſmodi quid factum ſit, ſecundum id quod in longitudine vel craſſitie clavi eſſe poteſt.

ד ברזל טמא שבללו עם ברזל טהור אם רוב מן הטמא טמא ואם רוב מן הטהור טהור מחצה למחצה טמא וכן מן החלמא ומן הגללים קלוסטרא טמאה ומצופה טהורה הפין והפורנה טמאין והקלוסטרא רבי יהושע אומר שומטה מפתח זה ותולה בחברו בשבת רבי טרפון אומר הרי היא לו ככל הכלים ומטלטלת בחצר:

4. Si ferrum immundum mixtum ſit cum mundo, vel maxima pars immundi, tum id ſit immundum, ſi vero maxima pars mundi, mundum eſt; ſi utriuſque dimidia pars, immundum ſit. Sic etiam ſe res habet ſi luto adhærenti & ſtercore factum ſit vas. Repagulum eſt immundum, contectum vero mundum eſt. Peſſulus & foramen ipſius munda ſunt, & repagulum. R. Joſua dicit ſi clavem extraxerit, & appenderit eam ſocio ſuo die Sabbati, R. Tarphon dicit, hæc ad ipſum pertinet ut reliqua vaſa, & dimovetur in atrio.

R. OB. DE BARTENORA.

ברזל טמא *Ferrum immundum*, quod provenit e fragmentis vaſorum. שבללו *quod quis miſcuit*, ſi utramque maſſam conflaverit, & ex ipſa unum vas paraverit. *Ferrum eſt mundum*, quod e bractea & lamina provenit. *Si maxima pars ſit de immundo, immundum eſt*, idque redit ad priſtinam ſuam immunditiem. אלמא notat lutum cohærens inſtar vitelli ovi. ומן הגללים *& e lapidibus ſtercoreis*, ſi lutum ſit mixtum cum ſtercore jumenti, & quis ex iſta mixtura confecerit vaſa, eaque in fornace conflaverit, tum ſi maxima pars ſit de אלמא *luto adhærente*, immunditiem recipiunt ſecundum jus vaſis teſtacei; ſi vero maxima pars ſit de ſtercore, munda ſunt, quia vaſa ſtercorea non recipiunt immunditiem. קלוסטרא notat obicem januæ, nempe clavum quo januam occludunt, uti ſuperius expoſitum eſt, in parte illius ſuperiori confecta forma mali, & hæc proprie dicebatur גלוסטרא, & ſi e ferro immundo confecta eſſet, ad priſtinam redibat immunditiem, quia ea apta erat ad contundendum ipſa allium in mortario. ומצופה טהורה *contectum vero eſt mundum*, ſi id confectum ſit e ferro mundo, & contectum re quadam fuſili immunda, tum id mundum eſt, quia nos ſequimur materiæ illius præcipuæ conditionem, & non operculi ipſius, quod e materia fuſili immunda conſtat. הפין והפורנה *peſſulus & foramen ipſius*, intellige dentes clavi infixos, nam פין ingreditur per פורנה *ſeram*. Porro dicit Miſna, *ſi quis extraxerit clavem, & alii appenderit*, ope retractionis duntaxat, quia hæc eſt dimotio e latere, at non omnimoda dimotio. Sed R. Tarphon permittit, licet dimotio omnimoda ſit, quia ita moris eſt, forſan enim doctor Miſnicus nos vult docere quod קלוסטרא ſit immundus, ſicuti ab initio docuit; ſed ita non ſentiunt omnes, verum hæc eſt controverſia inter R. Joſuam & inter R. Tarphon, nam ſecundum R. Joſuam peſſulus mundus eſt, quia hic non cenſetur eſſe inſtrumentum ratione quietis Sabbaticæ, idcirco nec inſtrumentum eſſe ratione immunditiei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod ferrum immundum non purificet fuſio, idcirco ſi commixtum ſit ferrum mundum & immundum in fuſione, & ex iſta mixtura vas aliquod confectum ſit, & maxima pars ſit e vaſe immundo, tum iſtud vas immundum eſt, quia ſtercorea vaſa non polluuntur. חלמא notat lutum adhærens in forma vitelli ovi, & idcirco ita vocatur, & convenit cum voce Hebraica חלמות de qua videſis Jobi 6, 6. Poſtquam ergo lutum commixtum eſt cum lapide ſtercoreo tum ex iſta mixtura ſit vas coctum, eſtque id mixtum cum vaſe teſtaceo, at vas teſtaceum atque ſtercoreum. קלוסטרא notat inſtrumentum durum in forma malogranati cum collo oblongo, hæc itaque ſit figura illius. Extremitas vero illius impoſita eſt duobus annulis infixis duabus portis, annulo in hac porta & in altera, & juxta collectionem duarum portarum unus annulus impoſitus ſit alteri, & repagulum inter utramque, & hoc modo clauditur porta. Si vero repagulum ſit confectum ex aliqua harum rerum fuſilium, tum id immunditiem recipit, quia id illic ſubſiſtit ſeorſim. Si vero id ipſum confectum ſit ex ligno & contectum ferro, vel alia re fuſili, tum mundum eſt, eo quod vas ligneum poſtquam eſt contectum vaſe fuſili, non recipit immunditiem, etſi receptaculum habeat, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Feſtis ſolennibus, ſicuti Sapientes dicunt, quod altare aureum & æneum non recipiunt immunditiem, quia contecta ſunt; hujuſce rei fundamentum ſitum eſt in eo quod dicitur, omne vas ligneum quo opus aliquod factum eſt. Et dixerunt in Siphri, forſan includenda opercula vaſorum? Lex dicit בהם ad excipiendum opercula vaſorum; ſenſus eſt quod hocce vas ſeorſim non aſſecutum eſt iſta nomina, ſed in medio operculo quod ſuper ipſo eſt. Sed polluitur a vaſis quibus opus aliquod factum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod in codice ſupra memorato dicitur, quod vaſa ceſſant a prima conſtitutione poſtquam contecta ſunt; hoc fundamentum per totum huncce codicem obſervandum eſt. פין notat dentes qui foramini peſſuli infixi ſunt, quod proprie deſtinatum eſt peſſulo ingredienti. טלטול hæc vox jam expoſita eſt in codice de Sabbato capite decimo ſeptimo.

ה עקרב של פרומביא טמאה ולחיים טהורים רבי אליעזר מטמא בלחיים וחכמים אומרים אין טמא אלא עקרב ובשעת חבורן הכל טמא:

5. Lupatum freni immundum eſt, maxillæ vero mundæ ſunt. R. Eliezer dicit, munda eſt in periſcelide. Sapientes dicunt, lupatum tantum immundum eſt; dum vero conjunctio ſit, omnia ſunt immunda.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

עקרב של פרומביא *Lupatum freni*, intellige מתג *frenum*, & רסן quæ voces idem notant quod פרומביא; ſed ferrum quod os beſtiæ ingreditur, vocatur עקרב, quia ſcorpionis formam habet. לחיים *Periſcelides*, hæ adjunctæ ſunt lupato, in figura duarum bractearum, ab unoquoque latere una bractea ad periſcelides beſtiæ in ornatum. Hæc vero ornamenta ſunt munda, quando ſeorſim exiſtunt, quia beſtiæ ſive equi ornamenta ſunt, at beſtiarum ornamenta non recipiunt immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ferrum quod ſimile eſt caniſtro circumdanti os beſtiæ, vocatur פרומביא, opifices vero noſtri ejuſmodi frenum apud nos אלומם vocant. Cæterum עקרב vocatur extremitas ferri quod os beſtiæ ingreditur, & gingivam beſtiæ quatit; ei vero eſt extremitas quædam quæ עקרב *ſcorpio* dicitur apud opifices. Cæterum לחיים notat periſcelides e ferro factas, & ſi hæ extendantur ſuper maxillas beſtiæ, hæc generalis regula eſt, quando omnia conjuncta ſunt, tum רסן dicitur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו פיקה של מתכת רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין ומצופה טהורה הכוש והאימה והמקל וסימפוניה והליל של מתכת טמאים ומצופים טהורים סימפוניה אם יש בה בית קבול כנפים בין כך ובין כך טמאה:

6. Uva e re fuſili confecta ſecundum R. Akiba immunda eſt, at munda ſecundum Sapientes; operta autem munda eſt. Fuſus & colus, bacillus, ſymphonia, & tibia fuſilis, immunda ſunt; contecta vero munda. Si ſymphonia habeat receptaculum alarum, quocunque id ſit modo, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פיקה *Uva*, habet formam pilæ luſoriæ parvæ in medio perforatæ, mulieres enim capiti coli imponunt id quod netum eſt, ut id deprimatur. R. Akiba immundam pronunciat ejuſmodi uvam, eo quod ſit inſtrumentum cui nomen ſingulare eſt, quod immundum eſt, ſicuti traditum eſt in principio capitis. Sapientes vero mundam pronunciant, quia ei non ſit nomen ſingulare, ſed nomen concretum, uti dicitur פיקה של כוס *uva poculi*, vel uva rei iſtius qua quis utitur; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Et contecta*, ſi illa ſit lignea, quæ vero re quadam fuſili tecta eſt, ea immunda eſt. *Munda ſunt*, quia præcipuam materiam ſequimur, & non eam qua contecta ſunt inſtrumenta, quæ ſi e re fuſili conſtat, tum immunda ſunt inſtrumenta. כוש eſt idem quod פלך *fuſus*, in quo mulieris nent. מקל *bacillus*, e re fuſili confectus, immundus eſt, quia homines ope illius beſtias regere ſolent, idcirco id inſtrumentum eſſe cenſetur quod in uſum hominum factum eſt. סומפוניא *Symphonia*, eſt ſpecies inſtrumentorum muſicorum, ſicuti ſcriptum eſt apud Dan. 3, 5. פסנתרין וסומפוניא. Tibia quoque eſt ex inſtrumentis muſicis, eaque perforata eſt, & ſonus illius procul audiri poteſt. מצופים טהורים *contecta autem munda ſunt*, ſi e ligno conſtent, & ære obducta ſint, immunda ſunt. *Mundum eſt*, quia principalis materiæ conditionem ſequimur, quæ lignea eſt, & tum receptaculi nulla ratio habetur, etſi perforatum ſit, quia eum in finem non factum eſt. *Si ei ſit receptaculum inſtar duarum alarum*, inſtrumenta enim tenuia & parva imponere ſolent ſymphoniæ, ad melodiam promovendam. Si vero locus factus ſit pro receptaculo harum alarum, tum id receptaculum eſſe cenſetur. *Quocunque id factum ſit modo*, ſive obducta ſit ſymphonia, ſive non obducta ſit, immunda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פיקה *Uva* habet formam dimidiæ pilæ luſoriæ perforatæ, cui in ſummitate quaſi poculum aliquod faciunt, quo deprimitur id quod netum eſt, & filum prolongatur, atque hoc apud Ægyptios vocatur מכובר. Sapientes vero dicunt ei ſeorſim non eſſe aliquod nomen, idcirco quamvis quis dixerit פיקה, tamen neſcit quid ita vocet, quia hocce nomen cadit in omne baculum rotundum, vel prope rotundum, uſque adeo ut dicant, *uva poculi*, in concreto, non polluitur. Si vero confecta ſit e ligno, munda eſt ſecundum omnium ſententiam, ſecundum hypotheſin ſupra dictam. כוש eſt *fuſus*. אימה eſt inſtrumentum cui linum adjungitur, vel goſſypium juxta id quod netum eſt, nomen vero illius notum eſt apud nos, & barbare *piluda* dicitur. Symphonia autem ſive inſtrumentum muſicum & tibia duas habent inſtrumentorum muſicorum figuras, & inter utrumque eſt receptaculum, cui inſtrumenta imponuntur in forma alæ, ad melodiam promovendam. Si vero in hocce inſtrumento melodiæ ligneo ſint quæ facta ſunt ut aliorum eis imponantur extremitates, tum eſt receptaculum aliquod, & propterea immundum eſt hocce inſtrumentum, etſi contectum ſit, & propter iſtud receptaculum quod non contectum eſt, quia iſta loca contegi nequeunt, quoniam contectio eſt extra inſtrumentum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ז קרן עגולה טמאה ופשוטה טהורה אם היתה מצופית שלה של מתכת טמאה הקב (ס״א הקו) שלה רבי טרפון מטמא וחכמים מטהרין ובשעת חבורן הכל טמא כיוצא בו קני מנורה טהורים הפרח והבסיס טמאין ובשעת חבורן הכל טמא:

7. Cornu rotundum eſt immundum, rectum vero mundum. Si orificium illius ſit metallinum, immundum eſt. Extremitas illius ſecundum R. Tarphon immunda eſt, at ſecundum Sapientes munda. Dum conjunguntur, omnia ſunt immunda; contra vero calami candelabri ſunt mundi, ſed flos illius & baſis immundi ſunt; dum conjunguntur, omnia immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

קרן עגולה ופשוטה *Cornu rotundum & rectum*, puta חצוצרות *tubas* e cornibus beſtiarum confectas, & inciſuris plenas; ſed una erat rotunda, & altera recta, & conjunctio capitum rotundæ tubæ erat difficilior, & majori artificio opus habebat quam rectæ tubæ capitum conjunctio, idcirco dixerunt, qui reficit cornu rotundum in Sabbato, is tenetur ſacrificio pro peccato, quod non ita eſt, ſi quis rectum refecerit. קרן עגולה טמאה *cornu rotundum eſt immundum*, quia receptaculum habet; ſed cornu rectum eſt mundum, quia ei non eſt receptaculum; cornua vero ſubjecta ſunt juri vaſis oſſei, & inter illa ſunt quorum recta extenſio munda eſt, ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per קרן *cornu* intelligas tubas, & non proprie cornu beſtiæ. Nam tubarum duæ erant figuræ, quarum una vocabatur קרן עגולה *cornu rotundum*, altera vero קרן פשוטה *cornu rectum*, ſed ambo articulos habebant multaſque inciſuras. Sed cornu rotundi inſitio difficilior eſt, & nemo aptior eſt ad hoc faciendum niſi ipſe opifex, idcirco dicitur, qui die Sabbati reducit cornu rotundum, is tenetur ſacrificio pro peccato. Cæterum extremitas tubæ quæ protrahitur ſecundum os illius qui buccinat, vocatur מצופית שלה. Altera vero extremitas lata vocatur הקב שלה. Cæterum jam ſatis notum eſt quod hocce cornu partim e ligno confectum ſit,

ut in vaſis ligneis. מצופית eſt locus cui os imponunt, eſtque illius anguſtior locus, videſis codice Avot עומדים צפופים. Atque id immundum eſt, quia id vas metallinum eſſe cenſetur, & quamvis id rectum ſit, tamen immunditiem recipit. הקני שלה ita vocatur illius latus dilatatum, & quamvis id e metallo ſive materia fuſili confectum ſit, R. Tarphon immundum dicit, Sapientes vero mundum; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Calami candelabri ſunt mundi*, quia non habent ſpeciale nomen. Supra vero expoſitum eſt Miſnâ ſecunda, quod ſi alicui ſit nomen ſpeciale, id immundum ſit. פרח *flos*, notat locum cui lucerna imponitur.

ſit, partim vero ex re fuſili, idcirco dicit auctor, ſi ipſius orificium ſit confectum e re fuſili. Notum vero eſt quod multæ מנורות conficiantur ex articulis, & hoc eſt quod Sapientes dicunt, *candelabrum articulorum*. Hi vero articuli quando conjuncti ſunt, ex iis fiunt calami candelabri, & ii hic vocantur calami candelabri, qui non polluuntur quando ſeparati ſunt, candelabrum demum eſt quando calami omnes conjuncti ſunt, uti ſupra dictum eſt, atque hic orbiculus qui circum ipſum habet lucernas; & baſis eſt ſedes cui pedes impoſiti ſunt, Targum enim vocem כנו vertit per בסיסיה omnes autem pedes ſimul conficiunt candelabrum. בסיס *baſis*, notat pedes candelabri, quibus illud inſidet.

ח קסדא טמאה ולחיים טהורין אם יש בהן בית קיבול מים טמאים כל כלי המלחמה טמאים הכידון והניכון והמגפיים והשריון טמאים כל תכשיטי נשים טמאים עיר של זהב קטליות נזמים וטבעות וטבעת (ס"א) בין שיש לה חותם בין שאין לה חותם ונזמי האף קטלה שחוליות שלה של מתכות וחוט של פשתן או של צמר נפסק החוט החוליות טמאות שכל אחת ואחת כלי בפני עצמה חוט של מתכות וחוליות של אבנים טובות ומרגליות ושל זכוכית נשתברו החוליות והחוט בפני עצמו קיים טמא שירי קטלה כמלא צואר קטנה רבי אליעזר אומר אפילו טבעת אחת טמאה שכן תולין בצואר:

8. Caſſida eſt immunda; * periſcelides mundæ, ſi in iis ſit receptaculum aquarum, immundæ ſunt. Omnia inſtrumenta bellica ſunt immunda; lancea, & ipſius cuſpis, ſcuta, lorica, immunda ſunt. Omnia ornamenta muliebria ſunt immunda; civitas aurea, fibula, inaures, annuli, & annulus ſive obſignet, ſive non. Sic etiam annuli narium, catena, elevationes ipſius e metallo confectæ, filum e lino vel lana confectum, ſi hocce filum abſciſſum ſit, articuli immundi ſunt, quia unuſquiſque ſeorſim inſtrumentum ſpeciale cenſetur. Filum metallinum, & articuli gemmarum, & margaritæ, & vitrei, ſi confracti ſint articuli, & filum ſeorſim exiſtat, immundum eſt. Reſidua catenæ ut ſunt plenitudo colli exigui. R. Eliezer dicit, licet unus annulus ſit, immunda ſunt, quia ita appendunt collo.

R. OB. DE BARTENORA.

קסדא *Caſſida*, hæc ænea erat, & militum capitibus imponebatur. לחיים ſunt laminæ ferreæ quas maxillis imponebant. *Si habeant receptaculum aquarum*, quia ex iis bibere ſolent aquas in tempore belli. כידון notat lanceam brevem, quam principes & reges in manu tenent. ניכון eſt idem quod קינון eſtque ferrum aliquod intra lanceam. מגפיים notat domunculas ferreas quibus crura imponunt milites. תכשיטי נשים *ornamenta muliebria*, etſi non in opus, ſed in ornatum facta ſint, tamen ea comprehendit Scriptura ſub iſto dicto Deut. 31, 23. Per *civitatem auream* intelligas formam boleti quam mulieres capiti imponebant, & hæc facta erat ſecundum figuram urbis Jeruſolymæ. קטליות ſunt fila aurea quæ circum collum ponebant, & quia mulieres ope eorum colla conſtringunt ut carnoſæ videantur, idcirco קטליות vocantur. נזמים *monilia*, nonnulla naſo, alia vero auribus imponebantur. וחוט של פשתן & *filum e lino confectum*, intellige monilia perforata e quibus filum aliquod complent. החוליות טמאות *monilia immunda ſunt*, quia unumquodque monile ſeorſim aliquod vas operarium eſſe cenſetur. של אבנים *e lapidibus*, e margaritis, lapidibuſque perforatis, e quibus filum aliquod complent. *Immundum eſt*, filum nempe, quia e metallo ſive re fuſili conſtat. כמלא צואר קטנה *ut plenitudo colli parvi*, intellige quantitatem colli filiæ minorennis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קסידא Eſt idem quod כובע *galea*, ex ferro confecta, quam milites capiti imponunt præliaturi. לחיים notat laminas ferreas quibus contegunt pectus. כידון eſt lancea parva quam reges plerumque manu tenent; & ניקון dicitur אלקנדר eſtque contrarium illius quod dicitur 1 Sam. 2, 16. habet enim formam קן ד״ז, quod eſt ferrum lanceam ingrediens. מגפיים notat clavem ferream qua pedes contegunt, ne ſagittis lædantur. שריון notum eſt quid ſit. תכשיטי נשים *ornamenta mulierum*, ſunt monilia muliebria, horum quædam duntaxat auctor e. g. adduxiſſe videtur, ut inſtrumenta bellica. Per עיר של זהב *civitatem auream*; intelligas coronam quandam in forma Jeruſolymæ, quam capiti imponebant, idcirco *urbs* dicebatur. קטלאות ſunt fila aurea quæ collo appendebantur, & in Sacris occurrunt ſub voce רביד Solebant autem monilia geſtare perforata in forma grani; & hæc ope fili colligata collo appendebantur, & ejuſmodi monile vocabatur מחנק *torques*. Sumebant etiam grana carbunculi, & ſmaragdi, eaque ope fili aurei vel argentei conjungebant in ſeriem quandam, & exinde catenulas faciebant circum collum; & hujuſmodi ornamenta omnia vocabantur קטלאות. Cæterum נזמים *monilium* duo erant genera, hoc imponebant auri, ſicuti in hodiernum uſque diem facere ſolent, illud vero naribus imponebant circa extremitatem, idque ex ſapphiro plerumque vel e ſmaragdo conſtabat, ſimilibuſque lapidibus pretioſis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ט נזם שהוא עשוי כקדירה מלמטן וכעדשה מלמעלן ונפרק כקדירה טמא משום כלי קיבול וכעדשה טמא בפני עצמו צינורא טהורה העשוי כמין אשכול ונפרק טהור:

9. Si monile factum ſit ſecundum formam ollæ inferius, lentis vero ſuperius, & ea diſrupta ut olla, tum id immundum eſt ratione vaſis quod receptaculum habet; quod lenti ſimile eſt, id immundum eſt ſeorſim, acumen mundum eſt. Quod factum eſt ſecundum ſpeciem botri, atque diſruptum eſt, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כקדרה מלמטה *Ut olla inferius*, quæ inferius lata eſt, & receptaculum habet. כעדשה מלמעלה *ut lens ſuperius*, circa acumen monilis ſuperius, ſive id habeat grana aurea, ſive argen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כקדרה מלמטה *Ut olla inferius*, quod ædificium habet perforatum, ut olla, in capite vero illius eſt granum unum quod concuſſum eſt & lenti ſimile eſt; quando autem lens ſepa-

argentea, facta in figura lentis. ונפרק *Et diſrupta ſit*, ſi lens diviſa ſit ab olla; tum olla eſt immunda, quia receptaculum habet, non autem quod ea ſit ex ornamentis mulierum, quia inepta eſt ad ornamentum. והערשה טמאה *& lens immunda ſit*, quia ipſa nomen habet ſingulare. צינורא ita dicitur acumen monilis quod foramen auris ingreditur, vel naſi foramen; & quia hocce acumen factum eſt in figura מזלג *fuſcinæ*, propterea Targum ad Exod. 38, 3. eam vertit per צינורא. Et iſtud mundum eſt, quia non habet nomen ſingulare. העשוי כמין אשכול *quod factum eſt in forma botri*, ſi id diviſum ſit, mundum eſt, quia omne granum non habet ſpeciale nomen, hoc autem ad miniſterium eſt ineptum, quando diviſum eſt.

ſeparatur ab olla, olla erit vas quod habet receptaculum, abſque ullo dubio, & tum iſtud monile dubium eſt ratione vaſis, & non ratione ornamenti mulicbris. Et quantitas lentis quoque immunda erit, quia ei nomen eſt ſingulare. צינורה notat acumen ſive extremitatem calami monilis quod foramen auris ingreditur, vel naſi; quia autem hæc extremitas eſt contorta, idcirco eam vocant צינורא *fiſtulam* ſive *fuſcinulam*; ita Targum ad Exod. 38, 5. vocem כזלגותיו vertit per צנוריתיה. Porro dicit auctor העשוי כמו אשכול *quod factum eſt in forma botri*, nempe, ſi grana aurea ſint collecta in figura botri, hiſce vero diviſis granis, non polluta ſunt, quia tum non ſunt ornamenta muliebria, neque unumquodque granum ſeorſim nomen habet, neque receptaculum eſt ut pollutum eſſet, quia nullum vas metallinum polluitur, niſi iis quas ſupra diximus conditionibus.

פרק יב טבעת אדם טמאה טבעת בהמה וכלים ושאר כל הטבעות טהורות קורת החצין טמאה ושל אסירין טהורה הקולר טמאה שלשלת שיש בה בית נעילה טמאה העשויה לכפיתה טהורה שלשלת של סיטונות טמאה של בעלי בתים טהורה אמר רבי יוסי אימתי בזמן שהוא מפתח אחת אבל אם היו שנים או שקשר חלזון בראשה טמאה :

Caput. 12. Hominum annuli mundi ſunt; beſtiarum vero annulus, inſtrumenta, reliquique annuli mundi ſunt. Trabs pro ſagitta eſt immunda, pro vinctis autem munda. Collare immundum. Catena cui eſt clauſuræ ſpatium, immunda eſt; ſi facta ſit pro vinculo, munda eſt. Catena ſitonum immunda eſt, patrumfamilias munda eſt. Dixit R. Joſe, quando? quando una eſt clavis, at quando duæ ſunt, vel ſi limacem ligaverit ſuperius, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA

טבעת אדם *Annulus hominis*, quem digito apponere ſolent; ſed is qui ad cingulum contrahendum, vel ad colligandum factus eſt, mundus eſt; & hic dicitur annulus inſtrumentorum; ratio eſt, quia Scriptura ejuſmodi annulos non comprehendit ſub immunditie, at vero ornamenta hominum, ſed non ornamenta beſtiarum, nec inſtrumenta. קורת החצים *trabs ſagittarum*, nonnulli pro חצים dicunt eſſe אשפה *pharetram*, quia ſagittæ in pharetra ponuntur; alii vero tradunt מטרה לחץ id eſt, ſcopus quem intendunt. ושל אסירין *& vinctorum*, ſolebant figuram in trabe facere, & per eam introducere pedem hominis (& lignum oblongum ſuper eo ponebant) ita ut egredi nequeat. Scriptura hanc ſtructuram vocat סד ita enim dicitur Job. 13, 27. ותשם בסד רגלי Cæterum trabs vinctorum & ſagittarum hic memorata, eſt metallina, & non lignea. קולר *collare*, hoc eorum qui vincti ſunt, collis appendunt, hoc ſenſu vox occurrit in Targum ad Eccleſ. 10, 7. Et quia hoc collare ita factum eſt ut vinctus id ubique ſecum ferre poſſit, idcirco id magis cenſetur eſſe inſtrumentum operatorium quam trabs vinctorum, quæ non movetur loco, idcirco collare eſt immundum. שיש בה בית נעילה *quod domum clauſuræ habet*, nam pro catena aliqua domuncula deſtinata erat, quam clave occludebant, idcirco hæc clavis cenſetur eſſe aliquod כלי *inſtrumentum.* כפיתה notat catenas quibus vinciunt ſimiam, & canes parvulos & hæ factæ ſunt in ornatum, idcirco ornamenta beſtiarum eſſe cenſentur, & non polluunt. סיטונות ſunt negotiatores magni, qui cum menſura magna vendunt, & ii habent clavem quam infigunt ſuperiori menſuræ parti, ſive ea Satum comprehendat, ſive modium; alteri vero extremitati imponunt annulum qui dividat, vel trabi, & clave occludunt, ne quis menſuram furetur. ושל בעלי בתים טהורה *& patrumfamilias, munda eſt*, quia catena iſta ſimpliciter facta eſt in ornatum inſtrumenti. *Quando una clavis eſt*, ex uno articulo, nam homines non ſolent unam facere catenam ex uno articulo, idcirco talis non cenſetur eſſe inſtrumentum aliquod. *Vel ſi limacem colligaverit in capite ipſius*, nempe in figura limacis qui eſt ſpecies piſcis marini, qui ad purpura tingenda adhibetur; vel ſi colligaverit caput ipſius quod e ferro confectum eſt, & tum limax iſte catenam facit in inſtrumentum aliquod.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טבעת אדם *Annulus hominis*, qui in ornamentum hominis factus eſt, uti nonnulli annulos ferre ſolent. Cæterum figura catenarum pedis, & torquis aureæ, eſt ea quam reges appendunt collis ſuis, & annuli beſtiarum, ſunt ii qui in uſum beſtiarum facti ſunt, reges enim annulos aureos & argenteos collis pedibuſque equorum appendunt. Pariter quoque ad anſam vaſorum facere ſolent annulos in modum ornamenti muliebris, & talis angulus vocatur טבעת הכלים *annulus inſtrumentorum*; hic autem annulus non polluitur, dum ſeparatus eſt. קורת החצים *trabs ſagittæ*, intellige lignum per quod ſagittam introducunt, ita erat figura ipſius apud eos quum extremitas ferri ei adhæſiſſet; propterea illius hic mentio facta eſt. ושל אסירין *& vinctorum*, quæ pedibus vinctorum alligabatur. קולר *collare*, eſt jugum aliquod ligneum, quod collo in carcere vinctorum appendunt, ad eos conſtringendos; præterea etiam ope illius colligari ſolent ligamenta lignea, ut res collecta confirmetur. ושל סיטונות *& Sitonum*, ſunt ii qui panem & farinam vendunt, quique claves habent quibus tabernas occludunt; & hic eſt modus claudendi. Sed eæ quæ ad patresfamilias pertinent, non factæ ſunt in uſum claudendi, ſed ſimiles ſunt clavibus quæ factæ ſunt in ornamentum portarum, idcirco non recipiunt immunditiem. Cæterum R. Joſe dicit, ſi in ambabus extremitatibus duo exeant additamenta, in ſimilitudine clavis, ac ſi clauderent etiam in hac ſpecie vel ac ſi clauderent in hac clave. חלזון *limax*, intellige ſimilitudinem reptilis e ferro confecti, quo fores claudunt, & hoc eſt reptile aquaticum quod חלזון vocatur; cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב קנה מאונים של סרוקות טמא מפני (ס"א) אונקליות ושל בעלי בתים אם יש בו אונקליות טמא אונקלין של כתפין טהורה ושל רוכלים טמאה רבי יהודה אומר של רוכלים שלפניו טמאה ושל אחריו

2. Calamus lancium pectinatarum immundus eſt ob uncinos, & patrumfamilias immundus eſt, ſi in ipſo ſint uncini. Si uncini humerorum, mundus eſt, ſed aromatariorum, immundus eſt. R. Jehuda dicit, aromatariorum qui coram ipſo eſt, immundus eſt, qui vero poſt ipſum eſt, mundus eſt. Uncinus lecti

אחריו טהורה אונקלי דרגש טמאה ושל נקליטין טהורה של שידה טמאה ושל אקון טהורה של שלחן טמאה ושל מנורת העץ טהור זה הכלל כל המחובר לטמא טמא והמחובר לטהור טהור וכלן אחת אחת בפני עצמן טהורות :

ſti immundus eſt, ſed poſtium mundus eſt. Capſæ immundus eſt, ſed arcæ venatorum mundus eſt. Menſæ immundus eſt, candelabri lignei mundus eſt. Hæc generalis regula eſt, quicquid contiguum eſt ad polluendum, id immundum eſt, & quicquid contiguum eſt ad purificandum, id mundum eſt. Omnes vero ſeorſim mundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

קנה מאזנים של סרוקות *Calamus lancium pectinatorum*, qui lanam & linum pectinant. Et vendunt numero librarum, & quando ponderare volunt, ſumunt baculum aliquem ligneum & longum, a cujus capite veluti annulus aliquis dependet; uncini autem ferrei dependent ab extremitate illius inferiori ut catena, facti in modum annuli, ſed capita ipſorum incurvata ſunt ſuperius. Præterea hic baculus alium habet annulum, qui per totum procedit baculum, ſed ex ipſo nequit exire, in forma bracteæ ferreæ, vel æneæ craſſæ, & huic annulo gravitas quædam adhæret, idcirco ſi quis ſaccum lanæ, vel neti libret, uncinum infigere debet ſacco, & apprehendit annulum qui e regione illius eſt ſuperius, eumque elevat in aërem; annulum vero in quo bractea ferrea pendet, dilatat quem is apprehendit, calamumque deprimit donec is ſit æqualis, & in neutram partem propendeat. Et ſecundum dilatationem annuli in quo bractea ferrea eſt, conſtat de computu ponderis cujuſlibet libræ; atque hoc inſtrumentum in Scripturis vocatur פלס *bilanx*, videſis Jeſ. 40, 12. Porro dicit auctor, ושל בעלי בתים *Et patrumfamilias*, calamo patrumfamilias non ſolebant imponere uncinos, quia illi movebant eos, & ſacco infigebant, ad ipſum elevandum, ſed abſque uncinis conſtringebant ipſum funiculo, & calamo appendebant. Nos legimus אונקליות & non אנקיות. Cæterum per אונקלין של כותפין *uncinos humerorum*, intelligas lignum aliquod longum in forma vectis, quam portator humeris imponit, duoque ſacci ei vecti appenduntur, unus anterius, alter vero poſterius, cum duobus uncinis ferreis qui vecti infixi ſunt ab utraque parte. של רוכלים *aromatariorum* ſunt ii qui grati odoris aromata vendunt. טמאה *immundus eſt*, quia receptaculum habet. *Qui coram ipſo eſt, immundus eſt*, quia is utitur illo. *Qui vero poſt ipſum eſt, is mundus eſt*, quia non utitur illo, niſi ut caveat ne onus a poſteriori parte decidat; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. דרגש *ſtratum*, notat lectulum pelliceum, cujus oris appendunt corrigias undiquaque; ſed in longitudine lecti reperiuntur uncini ferrei, & quum illum quis inclinare velit, tum in uncinis iſtis corrigias convolvunt. נקליטי notat duos poſtes in medio parietis lecti, unus a ſuperiori parte ubi caput hominis jacet, & alter ab inferiori parte ubi pedes exporriguntur; & hi ſunt bifidi, idcirco ab uno ad alterum ponitur calamus, & Syndon ſuper eos extenditur. Aliquando autem poſtes non ſunt bifidi, ſed in forma duorum uncinorum poſiti ſunt in extremitatibus נקליטין *poſtium*, denotatur per אונקלי. Cæterum שידה notat exiguam arcam. אקון notat arcam quam venatores faciunt ad capiendum in ea piſces. *Quicquid contiguum eſt immundo*, ſi uncinus contiguus ſit inſtrumento quod immunditiem recipit, immundus eſt. *Quicquid contiguum eſt mundo*, ut, ſi id contiguum ſit candelabro ligneo, quod mundum eſt, hoc ipſum contiguum quoque mundum eſt. *Quilibet ſeorſim mundus eſt*, quilibet uncinus ab inſtrumento diſtinctus eſt mundus, quia unuſquiſque non habet nomen ſingulare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סרוקות Sunt ii qui lanam pectinant & linum, & iſte calamus conſtabat e ligno & ferro; pondera vero ab extremitate illius dependent, idcirco id mundum fit, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, *propter uncinos*, nempe ob calami uncinos. Sed nos hoc jam expoſuimus in codice de Sacrificio Jugi. Humeri vero uncinum habent magnum, & is habet firmitatem ligneam, & ſic ope iſtius firmitatis manibus confirmant, & extremitas uncini eſt in linea recta quæ eſt in humeris eorum, ne onus decidat. Per כותפים hic intelligas eos qui onus ferunt in humeris, & ſic etiam circumforanei, quique ſunt aromatarii qui ad urbes ferunt aromata ſua; ii uncinos habent in hac figura, qua ipſis opem aliquam adferunt, dum onera ſua transferunt. דרגש notat lectulum, & uncinos quoque habet appenſos juxta cœnaculum, & ita in columnis lecti ſunt uncini, qui vocantur נקליטי המטה *poſtes lecti*, ſicuti in Siphri expoſitum eſt. שידה notat capſam: אקון notat arcam venatorum, figura illius apud nos eſt notiſſima, eſtque arca lignea a qua uncini dependent ut piſcis eam intrare poſſit, & non egredi rurſus. Cæterum jam expoſuimus quod candelabrum ligneum ſit mundum, quia id non habet receptaculum; & præterea jam allata eſt hæc regula generalis pro hoc caſu, nempe, quod omnis uncinus comprehendatur ſub inſtrumentis quæ immunditiem recipere poſſunt, idcirco hicce uncinus quoque pollui poteſt immunditie hujuſce inſtrumenti. Omnis vero uncinus qui in inſtrumento eſt quod non recipit immunditiem, non polluitur, quia is pars iſtius inſtrumenti eſſe cenſetur; uncinus enim mundus erat, dum is nondum cum iſto inſtrumento conjunctus erat, & ideo non recipit immunditiem ob rationem jam dictam capite undecimo, quia is ſub alia re comprehenditur & non habet nomen ſpeciale, idcirco vaſis alicujus pars eſſe cenſetur, & non integrum vas, hæc intelligas volo; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג כסוי טני של מתכת של בעלי בתים רבן גמליאל מטמא וחכמים מטהרין ושל רופאים טמא הדלת שבמגדל של בעלי בתים טהורה ושל רופאים טמאה היתוכין טמאים והפרכין טהורין עקרב בית הבד טמא ואונקלי שבכותלים טהורה :

3. Operculum vaſis metallini ad patresfamilias pertinens ſecundum Rabban Gamaliel immundum eſt, ſed mundum ſecundum Sapientes. Quod ad medicos pertinet, id immundum eſt. Janua armarii ad patresfamilias pertinens, munda eſt, ad medicos, immunda eſt. Cochlearia immunda ſunt; fragmenta munda ſunt. Scorpio torcularis immundus eſt, & uncinus in parietibus mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

טני *Eſt vas metallinum*, quod tres capit cabos, & derivatur a טנא *caniſtro*, cui primitiæ imponendæ erant, teſtante Moſe Deut. 26, 4. Hoc porro vaſe utuntur patresfamilias ad veteramenta, vaſorumque metallinorum fragmenta in ipſo condenda; & hoc ſecundum Rabban Gamaliel immundum eſt, quia putat operculum cenſeri vas aliquod eſſe, quia receptaculum habet. Sapientes vero mundum pronunciant, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טני Notat vas quod dimidium Satum continet, & plerumque e ferro vel ære confectum eſt, habetque operculum metallinum; & hocce vaſe patresfamilias quoque utuntur ad veteramenta in ipſo recondenda, & medici ipſo utuntur ad unguenta in ipſo recondenda. Operculo vero ipſius utuntur medici ad aromata ipſi imponenda, idcirco id ſecundum omnium ſententiam immunditiem recipit. Per מגדל tur-

quia ſtatuunt quod operculum non ſit vas; deciſiò eſt ſecundum Sapientes. ושל רופאים טמא *medicorum vero vas immundum eſt*, ita ſentiunt omnes, quia medici in ipſo condunt aromata. מגדל notat repoſitorium aliquod ligneum, barbare armarium, Arabice vero אלמנסר. Et hocce medicorum repoſitorium eſt immundum, quia emplaſtra ei imponunt, & cultros tonſorios ei appendunt. יתוכין notat forcipes quibus apprehendunt ollam candentem, in qua conflavit argentum ad id ipſum in aliud vas evacuandum. פריכין *fragmenta*, in Toſaphta dicitur, quod hæc fragmenta furno infixa ſint, ſed magiſtri mei hoc non expoſuerunt mihi. עקרב בית הבד *ſcorpio torcularis*, eſt ferrum aliquod contortum in forma ſcorpionis, & hoc tigno torcularis infixum eſt, quo olivas calcant. *Et uncinus in parietibus mundus eſt*, intellige uncinos ferreos parieti infixos ad vaſa illis appendenda; & iſti ſunt mundi, quia iis non utuntur niſi cum fundo.

turrim intelligas promptuarium, quod Arabice אלמנסאם dicitur. יתוכין *cochlearia*, quibus ollas ferreas apprehendunt, ne manus urant. פרכין notat ſegmenta ferrea quæ foco infixa ſunt ad flammam conſervandam. Et in Toſaphta dicitur quod ſunt cochlearia, tabernarius enim iis evacuat ollam, & ſegmenta ferrea infiguntur furnulo, ibidemque dicitur, quare janua turris medicorum immunda eſt? quia ei emplaſtra imponunt, cultroſque tonſorios ei appendunt. עקרב בית הבד *ſcorpio torcularis*, notat lignum quo calcant olivas in cujus foramine eſt figura ſcorpionis, idcirco ita vocatur. אונקלי שבכותלים *uncini in parietibus*, intellige aſſeres parietibus infixos, ad vaſa pulchra iis appendenda; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamaliel. Neceſſarium vero erat, ut hic ſermo brevis diceretur, quare res de clave præmittenda ſit, & quid ad hunc ſcopum collimet, nempe, quod omne id quod ex hoc codice occurrit, ſit jus de vaſe metallino, de quo Miſna dicit, immundum eſt; & hoc ſatis clarum eſt, quia vaſa metallina, tam plana quam receptaculum habentia ſunt immunda. Quando autem legeris ea munda eſſe, hoc ſub tribus conditionibus intelligas, quando nempe hæc res conſtat materia informi vaſis metallini, de quo actum eſt capite undecimo ſuperius. Vel ſi non habeat ſpeciale nomen ſeorſim, ſicuti dictum eſt, quicquid habet nomen aliquod ſpeciale, id immundum eſt, & id quod contiguum eſt, ſicuti dixit auctor, uncinus qui in parietibus eſt, vel operculum vaſis alicujus, non immundum eſt, niſi vas eſſet, tum enim cognitio illius nobis non eſt neceſſaria. Hæc autem eſt cognitionis amplificatio, vel prædicatum aliquod de vaſe immunditiem non recipiente, uti dixit; omne quod mundo adhæret, id mundum eſt; & hoc clariſſimum eſt, nam cum res conſtet e metallo, non cadit in ipſam jus vaſis, ſed munda eſt. Propterea poſt hocce fundamentum hæc ſufficiunt abſque expoſitione vocis. Jam aſſequutus fueris ſenſus e quibus tibi conſtabit quid mundum, quidve immundum ſit ſecundum vaſis conditionem.

ד מסמר הגרע טמא ושל אבן השעות טהור רבי צדוק מטמא מסמר הגרדי טמא וארון של גרוסות רבי צדוק מטמא וחכמים מטהרין היתה עגלה שלו של מתכת טמאה:

4. Scalpellum venæſectionis immundum eſt, clavus horologii vero mundus eſt; at ſecundum R. Zadoc id immundum eſt. Clavus textoris, immundus eſt, & arca contritarum ſecundum R. Zadoc immunda eſt, at munda ſecundum Sapientes. Si plauſtrum ſit metallinum, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מסמר הגרע *Clavus venæſectionis*, ſcalpellum ſive ſcalprum quo venam ſecant, & hoc inſtrumentum ita vocatur quod ſanguinem diminuit. Alii vero id exponunt de clavo fabrorum ferrariorum, qui clavum infigunt incudi, quando ſegmentum ferri candentis ab igne ſumunt, idque in plures partes ſecant, tum in clavo deponunt, & ſecuri percutiunt donec id diminuatur. אבן השעות *lapis horarum*, eſt horologium, quod multas habet lineas & ſigna quibus horæ indicantur, & ei clavi infixi ſunt quibus temporis indicium fit. מסמר הגרדים *clavus textorum*, eſt hic clavus longus quem textor introducit in exiguam extremitatem, & eo modo conjungit netum cum calamo. ארון של גרוסות *arca contritarum*, ſcil. fabarum, qui enim fabas molunt in molis ſuis, ii habent quaſi aliquam arcam ligneam. רבי צדוק מטמא *R. Zadoc immundam pronunciat*, iſtam ſcil. arcam, quia ea juri vaſis ſubjecta eſt. Sapientes vero mundam pronunciant, quia eſt vas ligneum pro quiete factum, & non pro motu. R. Zadoc putat quod aliquando eam dimoveant reparationis ergo; deciſio non eſt ſecundum R. Zadoc. היתה עגלה *ſi plauſtrum ſit*, nam arca cui metallum impoſitum eſt, immunda eſt, quia in miniſterium facta eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסמר הגרע Notat ſcalpellum venæſectionis. אבן השעות *lapis horarum*, eſt horologium aliquod terræ infixum, cui lineæ aliquot rectæ inſignitæ ſunt, per quas horæ indicantur, eſtque rotundum. Cæterum in centro hujuſce circuli clavus conſtitutus eſt juxta angulos, verſus omne id quod adhæret æqualitati umbræ hujuſce clavi ad unam ex iſtis lineis; unde conſtat quot horæ de die tranſierint. Nomen vero hujuſce inſtrumenti ſatis notum apud aſtronomos, & Arabice dicitur אלבלאטה. Cæterum מסמר הגרדים *clavus textorum*, eſt clavus ſive ſagitta textorum, habetque figuram neti ferrei oblongi & quadrati, quod in tenuem intrat calamum, & huic calamo conjungitur netum. ארון של גרוסות *arca contritarum*, ſcil. fabarum, ſolebant enim implere arcam e fabis freſſis quas commolebant, & poſtea vendebant, & hæ גרוסות vocabantur; de hac autem arca opere nondum abſoluto dubium erat apud doctores, & diſſentiunt an arca ſubjiciatur juri vaſis, necne; ſi vero ſubter ipſo ſit, tum polluta eſt; deciſio eſt ſecundum R. Zadocum.

ה מסמר שהתקינו להיות פותח ונועל בו טמא העשוי לשמירה טהור מסמר שהתקינו להיות פותח בו את החבית רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין עד שיצרפנו מסמר של שלחני טהור ורבי צדוק מטמא שלשה דברים רבי צדוק מטמא וחכמים מטהרין מסמר של שלחני וארון של גרוסות ומסמר של אבן השעות רבי צדוק מטמא וחכמים מטהרים:

5. Clavus quem paraverint ut ipſo aperirent & clauderent, immundus eſt. Qui factus eſt ad cuſtodiam, is mundus eſt. Clavus de quo inſtituerunt, ut ipſo domus aperiretur, ſecundum R. Akibam immundus eſt, at ſecundum Sapientes mundus eſt, donec quis eum conflaverit. Clavus numularii mundus eſt, at ſecundum R. Zadoc immundus eſt. Tria R. Zadoc immunda pronunciavit, quæ Sapientes munda, nempe clavum numularii, arcam contritarum fabarum, & clavum lapidis horarum quæ ſecundum R. Zadoc immunda ſunt, at ſecundum Sapientes munda.

R. OB. DE BARTENORA.

שהתקינו *Quem paraverint*, quando caput illius interferunt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העשוי לשמירה *Qui factus eſt ut cuſtodiatur*, ſi clavus relictus

ſerunt, vel acuerunt, ut ipſo aperire & claudere poſſint. העשוי לשמירה *qui factus eſt in cuſtodiam*, in ſignum aliquod, ad videndum an intraverit homo, necne, nam ſi non inveniſſet eum, ſicuti depoſuiſſet, certo conſtat quod nonnemo intravit. עד שיצרפנו *donec conflaſſet eum*, igne, in hanc neceſſitatem; deciſio eſt ſecundum Sapientes. מסמר השולחני *clavus numularii*, eſt clavus qui infixus eſt columnæ quæ coram numulario eſt, ad numulos tabernæ continendos; ſi vero remotis numulis illic clavus relictus ſit, tum is ſecundum Sapientes mundus eſt, quia cum fundo uſui eſt.

ctus ſit in ſignum aliquod, ut, ſi quis eum fecerit in porta, vel alio in loco ubi voluerit, ſi vero quis ipſum invenerit e loco ſuo remotum, tum conſtat quod jam nonnemo domum intravit, vel iſtum locum e quo remotus eſt clavus. עד שיצרפנו *donec conflaverit*; donec ſecuri percuſſerit ipſum, atque univerit, donec figuram terebræ acceperit. Verbum צרף proprie convenit iis qui metallis fundendis operam dant. Numularii vero utuntur clavis in ciſtis ipſorum claudendis, & aperiendis; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו ארבעה דברים רבן גמליאל מטמא וחכמים מטהרים כסוי טני של מתכת של בעלי בתים ותלוי המגרדות וגולמי כלי מתכות וטבלה שנחלקה לשנים ומודים חכמים לרבן גמליאל בטבלא שנחלקה לשנים אחד גדול ואחד קטן שהגדול טמא והקטן טהור :

6. Quatuor Rabban Gamaliel immunda pronunciat, quæ Sapientes munda, ſicuti ſunt, operculum vaſis metallini patrumfamilias, ſuſpenſum ſcalpro, materia rudis vaſis metallini, & tabula bipartita. Concedunt autem Sapientes Rabban Gamalieli de tabula bipartita, tam magna quam parva, quod magna ſit immunda, & parva munda.

R. OB. DE BARTENORA.

ותלוי המגרדות *Et ſuſpenſa ſcalpra*, ſolent enim in lavacris ſuſpendere ſcalpra metallina, ut quiſquis intraverit, ſumere poſſit ſcalprum metallinum & eo pedes & crura ſua ſcalpere. גולמי כלי מתכת notat vaſa rudia quæ abradi & lævigari debent, & ſecuri percuti, atque ejuſmodi quæ anſa carent aut margine, quæ ſecundum ſapientes munda ſunt donec opus eorum perfectum fuerit. *Tabula bipartita*, tabula teſtacea quæ oram habet, & facta eſt e duabus partibus æqualibus, ita ut una non major ſit altera, de ejuſmodi diſſentiunt Sapientes & Rabban Gamaliel; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגרדות Notat ſcalpra metallina quibus homines in lavacris ſcalpunt, quæ illic ſuſpenduntur, quiſquis enim balneum intraverit, is ſumit ſcalprum, & eo pedes & crura ſua ſcalpit. וגולמי כלי מתכות *& materia rudis vaſis metallini*, hæc jam perfectiſſime expoſuimus capite ſuperiori. *Tabula bipartita*, eſt tabula teſtacea quæ tæniam habet, ſicuti ſuperius jam expoſitum eſt.

ז דינר שנפסל והתקינו לתלותו בצואר קטנה טמא וכן סלע שנפסלה והתקינה להיות שוקל בה טמאה עד כמה תפסל ויהא רשאי לקימה עד שני דינרין פחות מכאן יקוץ :

7. Si reprobus factus ſit denarius, & quis eum paraverit ut collo appendatur parvuli, immundus eſt. Pariter, ſi Sela reproba facta ſit & eam paraverit ut cum ea librent, immunda eſt. Sed quo uſque ea reproba eſt ut liceat ipſam conſervare? donec duos denarios valeat, ſin minus, diſſecetur.

R. OB. DE BARTENORA.

דינר שנפסל *Denarius qui reprobus factus eſt*, quem reprobavit regnum, vel provincia quædam, vel cui pondus deeſt. והתקינו *& paraverit quis ipſum*, perforaverit, ut eum collo appenderet filii vel filiæ ſuæ. סלע valet denarios quatuor. *Et paraverit eam*, ut ope illius argentum vel aurum libret; nam ſi res adhæſiva ſit, ut caro, vel vinum, ſicuti expoſitum eſt capite quinto codicis ultimi de Damnis, tum non faciunt perpendiculum metallinum, ad rem adhæſivam eo librandam. עד שני דינרין *donec ea duos valeat denarios*, ſive unum ſiclum, qui eſt dimidium Selæ. פחות מכאן יקוץ *ſin minus*, *ſecetur*, ne homines e ſignis quibuſdam colligant eum eſſe ſiclum; & ſic etiam ſi plus valeat quam ſiclum, etiam diſſecabitur, ne homines eum pro Sela recipiant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בצואר קטנה *Ad collum parvuli*, more ſatis ſolito quo numulos & genus alia collo appendere ſolent puellarum. סלע valet denarios quatuor; שקל *ſiclus* vero dimidium Selæ, ſive duos denarios, ſi vero e Sela minus quam duo remanſerint denarii, tum non licet eam relinquere in iſta figura, ſed diſſecari debet, ne homines in ipſa errent, & ipſam pro ſiclo recipiant, cum tamen non valeat ſiclum, tum jus poſtulat quemadmodum tibi dicam, ſi ſit locus in quo denario & numulo utantur, & ei deficiat ſexta pars, tum ipſum diſcindere debet; multo magis non utetur eo, neque eo decipiet gentiles; quod autem nonnulli ſtatuerint quod hæc deceptio licita ſit cum gentilibus, hic eſt error & ſententia falſiſſima; dicit enim Deus de jure acquiſitionis, ſi quis ſeipſum vendat idololatriæ cultui, vel ipſi idololatriæ, ſicuti dicitur Levit. 25, 3. *Et rationes inibit cum creatore ſuo*; dixerunt doctores noſtri, forſan cum ipſo aſtute aget? nequaquam, Lex dicit, & וחשב id eſt accurate cum gentili rationes inibit. Senſus vocis יגלום eſt aſtute agere. Porro dixerunt, ſi ita Lex de gentili loquatur qui ſub poteſtate Iſraëlitarum eſt, quanto magis cum eo qui non eſt ſub poteſtate Iſraëlitarum, & ſi Lex conditiones graviores impoſuerit de furto gentilis, quanto magis de furto Iſraëlitæ. Pariter, nec mendacium nec deceptio licita eſt, nec cæteræ ſpecies impoſturæ vel violentiæ, vel fraudis in gentes. Dixerunt Sapientes felicis memoriæ quod prohibitum ſit creaturarum ſcientiam furari, licet gentilis ſcientia ſit; & multo magis vetitum eſt id agere per quod in profanationem nominis Dei quis poſſet incidere, quia hoc peccatum eſt maximum, & hoc efficit malam hominis diſpoſitionem. Et haſce omnes ſcientias expoſuit ipſe Deus benedictus in Lege ſua, iiſque maledixit, quemadmodum dicitur Deut. 22, 5. Sed extra ſcopum ſatis divagatus ſum, ſed jam ad hujuſce codicis intentionem revertar.

ח האולר והקולמוס והמטולטלית והמשקולות והכורים והכן והכנה טמאין וכל גולמי כלי עץ טמאים חוץ משל אשכרוע רבי יהודה אומר אף (נ״א ל״ג) גרופות של זית טהורה עד שתשלק :

8. Scalpellum, calamus ſcriptorius, ſegmentum plumbeo-ferreum, perpendiculum, vas ferreum, & æquatorium immunda ſunt; & omnia vaſa lignea rudia immunda ſunt, ulmo excepta. R. Jehuda dicit, etiam ramus oleagineus mundus eſt donec elixatus fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אולר *Scalpellum*, habet formam cultri metallini, & ipſo acuunt calamos ſcriptorios. Cæterum calamus parari ſolebat ex ære, ferro, vel argento. מטולטלת eſt ferrum & plumbum quod adhæret amuſſi, quodque opifices in manu capiunt, ne paries contortus ædificetur. משקלת eſt idem quod ליטרא *libra*, & dimidium libræ. כורין notat vas ferreum cui olivas imponunt in lacum ipſius, in quo eas calcant. כן & כנא notat æquatorium ſecundum quo libros lineant, ita vocem exponit Arug. גולמי כלי עץ *maſſæ vaſis lignei*, ſunt vaſa nondum plane perfecta, ut, ſi deſint anſæ, vel margo, vel baſis cui vas innititur; & vaſa quoque lævigari debent & æquari, at vero antea vocantur גולמים *materia informis*. אשכרוע *ulmus*, eſt ſpecies Cedri, Targum vocem תאשור Jeſ. 14, 19. vertit per אשכרועין Cæterum vaſa informia e ligno facta, ſunt munda, quia cortex eorum denſa eſt & dura, idcirco non prius cenſentur eſſe vaſa, quam cortex remota ſit, & opus omnino abſolutum. At vero Toſaphta legit, חוץ משל פירשע *excepto ligno cedri*, quia deſtituta ſunt elixatione, ſed פירשע notat arbores cedrinas, & vaſa ex hac materia facta, non omnino perfecta cenſentur, ſed adhuc elixanda ſunt, illa enim in ignem immittuntur & ſic elixantur, & tum non amplius timendum eſt ne fiſſuras contrahant. גרופות של זית *rami oleaginei*, oleagineus ramus גרופית dicitur, ſicuti ficus ramus יחור vocatur; ſi vero quis vas aliquod confecerit e גרופית, tum id גולם vas inde eſſe cenſetur, & non recipit immunditiem priuſquam elixatum eſt; nam ſolent illa tam diu in igne continere donec elixata retrahantur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

אולר Notat cultrum parvum quo calamos ſcriptorios acuunt. Quando hic mentio fit קולמוס *calami*, intellige calamum metallinum; plurimi vero calamos ex ferro & plumbo faciunt. מטולטלת & מיטקלת duæ ſunt ſpecies lancium mediocrium, & hæ conſtant ex ferro aut plumbo, ſed ſæpius e plumbo, & perforatæ ſunt; ab initio autem eſt funiculus, ſecundum quem ædificia & columnas conſtruunt. כירין notat vas ferreum, in cujus lacum immittunt olivas ut illic calcentur. כן notat מסטרא æquatorium quo lineas æquant. Quid autem ſit גולמי כלי עץ id notum eſt; & in Toſaphta dixerunt id notare omne id quod abradi, fricari, poliri, purificari, & complanari, & thynno illini debet, deſtitutum baſi, anſa, & margine, immundum eſt. Sed horum verborum expoſitionem jam dedimus capite præcedenti; præterquam quod hic addatur לטוח בטונס *ad inungendum tunno*, quaſi dixiſſet, id quodam ferro מחלוקת dicto lævigandum eſſe, quo plerumque lignum ſolet lævigari, & hoc tignum ita vocatur a piſce quodam tunno, quia illius figuram habet. Per אונן intelligas vaſis collum. אשכרוע eſt idem quod בקס *buxus*, quod אלשמר vocant, eſtque ſpecies cedri; idcirco Targum vocem תאשור vertit per אשכרועים De hac ſpecie dixerunt quod hæc ſpecies non polluat vaſa, niſi donec abraſa & polita fuerint, quia antea ob multam corticem ejuſmodi vas ligneum ad opera ineptum eſt. גרופית של זית *ramus oleagineus*, intellige vaſa e radicibus olearum facta, quæ multa pinguedine abundant, & non diſpoſita ut iis uti poſſint, antequam ad ignem elixata ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק יג הסייף והסכין והפגיון והרומח מגל יד ומגל קציר והשחור וזוג של ספרים שנחלקו הרי אלו טמאין רבי יוסי אומר הסמוך ליד טמא והסמוך לראש טהור מספרת שנחלקה לשנים רבי יהודה מטמא וחכמים מטהרין :

Caput 13. Enſis, culter, pugio, lancea, falx manualis, falx meſſoria, forficula, forfex tonſorum, quæ diviſa ſunt, immunda ſunt. R. Joſe dicit, quod proximum eſt manui, immundum eſt; quod vero capiti proximum eſt, id mundum eſt. Culter tonſoris bipartitus ſecundum R. Jehudam eſt immundus, ſecundum Sapientes mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

פגיון *Pugio*, eſt culter magnus cui duo ſunt ora. מגל של יד *falx manualis*, eſt falx lævis quæ facta eſt ad oſſa frangenda & ad ligna findenda. מגל קציר *falx meſſoria*, quæ plena eſt inciſionibus & ſciſſuris. שחור notat cultros exiguos quibus radunt, & ii ita vocantur, quia capillos detondent, ita dicitur capite quinto codicis de Diebus Feſtis intermediis. Qui vero legunt משחילין, illi non perverſe tradunt; alii vero tradunt שחור & vertunt per novaculam. הזוג של ספרים *forfex tonſorum*, hujuſmodi genns forficum majus eſt, quam id quod שחור vocatur. שנחלקו *quæ diviſa ſunt*, quæ in varios articulos diviſa ſunt; ſic etiam novaculæ ſunt quarum anſa non contigua eſt, ſed diſtincta a novacula. *Quod manui proximum eſt*, id magis ad opus ſpectare videtur, quod vero capiti proximum eſt, de eo timendum eſt ne manum ſcindat; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. מספורת שנחלקה *forfex diviſa*, in varios articulos, intellige forcipes mulierum quando diviſæ ſunt, tum quiſque articulus ſcindere videtur. Secundum Sapientes munda eſt, quum confracta eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פגיון *Enſis*, eſt culter magnus qui falci parvæ ſimilis eſt, quo negotiatores & ſcribæ utuntur. מגל יד *falx manualis*, eſt falx parva quæ paratur in neceſſitatem. שחור forfex parva eſt. זוג של ספרים *forfex tonſorum*, eorum qui venas ſecant, eſtque circulus magnus extremitatis orbicularis; & forfice ferrea capillos detondent, qualiſcunque ſit figura illius, hæc ita ex opere ipſius nomine tonſionis תספורת vocatur, nam Targum vocem גלח vertit per ספר deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, neque ſecundum R. Jehudam.

ב קוליגריפון שניטלה כפה טמאה מפני שינה נטלה שינה טמאה מפני כפה מכחול שניטל הכף טמא מפני הזכר ניטל הזכר טמא מפני הכף מכתב שנטל הכותב טמא מפני המוחק ניטל המוחק טמא מפני הכותב זומאלסטרא שניטלה כפה טמאה מפני המזלג ניטלה המזלג טמאה מפני כפה וכן השן של מעדר שעור כלן כדי לעשות מלאכתן :

2. Pala furni cujus everriculum ablatum eſt, polluta cenſetur ob dentes illius, ſi dentes ablatæ ſint, immunda eſt ob everriculum illius. Auriſcalpium cujus everriculum ablatum eſt, mundum eſt ob membrum, ſi membrum ablatum eſt, tum immundum eſt ob everriculum. Scriptorius ſtylus cujus acumen ablatum eſt, id immundus eſt ob hoſtorium, ſi hoſtorium ablatum ſit, immundus eſt ob acumen ejus. Rudicula cujus everriculum eſt ablatum, immunda eſt ob fuſcinam, ſi ablata ſit fuſcina, immunda eſt ob everriculum ejus. Sic etiam ſe res habet cum dente ſarculi; omnium vero menſura eſt ut opus eorum perficiatur.

R. OB. DE BARTENORA.

קוליגריפון Notat inſtrumentum quod ab una extremitate habet figuram dentium, quod pani infigunt vel carni, & ita e furno educunt; altera vero extremitate prunas everrunt & cinerem.

ניטלה כפרה *Si everriculum illius ablatum ſit*, intellige latus quod in modum כף *acerræ* factum eſt, quo pulverem everrunt; & hoc immundum eſt ob extremitatem alteram in qua dentes ſunt ad ſervitium apti. מכחול *auriſcalpium*, una extremitas acuta eſt in modum membri virilis, ad oculum eo pingendum; altera vero extremitas lata eſt ad aurem ea abſtergendam.

מכתב *Stylus ſcriptorius*, una extremitas acuta erat ut acus ad conſcribendum ea ſuper tabella cera obducta; altera extremitas denſa eſt & lævis ad ea expungendum ſcripturam in cera expreſſam, & ad tabulam lævigandam, ut ei denuo inſcribi poſſet. וזמאליסטרא *rudicula*, illius una extremitas ſimilis erat everriculo, & facta ad excrementa removenda ex olla, altera vero extremitas habebat formam fuſcinæ ad carnem ea educendam.

וכן השן של מערר *Et ſic ſe res habet cum dente ſarculi*, una illius extremitate terram effodiunt, altera vero conjungunt vaſa aratoria. שעור כולן כדי לעשות מלאכתן *menſura omnium eſt ut ea ſit apta ad opera ipſorum facienda*, ſi una extremitas ablata ſit, nam requiritur ut in extremitate altera remaneat quantitas anſæ, ut apta ſit ad opus ipſius perficiendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קוליגריפון *Pala furni*, eſt vas ferreum & oblongum, extremitas illius una ſimilis eſt circulo expanſo, qua cinerem e fornace removent & furnulo; altera vero extremitas habet dentes ferreos tenues qui infiguntur ei quod ſuper igne eſt, & poſtea educunt carnem aut panem, & extremitas illa quæ expanſa eſt, vocatur circulus everriculi. Dentes vero ſunt in extremitate altera. Cæterum מכחול cujus hic fit mentio, eſt e ſpeciebus metallinis, ejuſque extremitas una circularis eſt ad fundendum veluti in teſta, altera vero extremitas habet parvum everriculum ad auriſcalpium educendum, vel ad collum purificandum. Extremitas vero illa circularis vocatur זכר *membrum virile*. Per מכתב intelligas ſtylum ſcriptorium e metallo confectum, illius una extremitate ſcribunt, & כותב vocatur, altera vero lata & acuta eſt, & ſimilis cultro, eaque delent id quod delendum eſt, מוחק *hoſtorium* vocatur. וזמאליסטרא *ſpatha*, eſt inſtrumentum ferreum quo carnem aſſant, illius una extremitas quæ acerram habet extenſam, ſimilis eſt reti, in qua caro ponitur, vel avis, & eam imponunt paullum ab igne, donec aſſetur id quod in ipſa eſt, & hæc extremitas vocatur כף Cæterum altera extremitas tres habet ferreos calamos minutos, quibus caro infigitur, & ita aſſatur ſuper igne, atque extremitas vocatur מזלג *fuſcina*. Cæterum dens aratorius duas habet extremitates, quarum una terram arant, altera vero inſtrumenta aratoria conjungunt; hæc & id genus alia ſimilia ſunt dentibus quibus conjungunt; una vero extremitate vel dente deficiente, & altera relicta, tum illa quæ reliqua eſt, immunditiem recipere poteſt, uti convenit miniſterio illius; & fieri poteſt ut ea peragatur aliquod opus, licet viciſſim, ſicuti memorata eſt iſta ſimilitudo quæ eſt inter כף & מזלג in longitudine calami duorum cubitorum, fuſcina autem cum maxima parte calami ſublata, donec כף e calamo ei adjuncto in quantitate cubiti relictum ſit, tum iſtud כף non recipit immunditiem, quia nemo calamum iſtum brevem prehendere poteſt, quin manus ipſius urat ob brevitatem illius; & hoc modo de hac re comparationem inſtituere poteris.

ג חרחור שנפגם טמא עד שינטל רובו נשבר מקופו טהור קורדום שניטל עושפו טמא מפני בית בקועו ניטל בית בקועו טמא מפני עושפו נשבר מקופו טהור :

3. Ligo ruptus immundus eſt donec pars illius maxima ſublata ſit. Si foramen ipſius fractum ſit, mundus eſt. Securis cujus oculus ablatus eſt, immunda eſt, ob aciem ipſius; ſi acies ablata ſit, immunda eſt ob oculum ipſius; ſi foramen illius fractum ſit, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חרחור *Ligo*, eſt inſtrumentum quod factum eſt in forma palæ, qua terram effodiunt, & ipſius ferrum valde acutum eſt ad radices ea findendas, ne impediant aratrum. שניטל רובו *cujus maxima pars ſublata eſt*, maxima pars ferri aut acies ipſius. מקוף notat foramen per quod traducunt capulum, hoc ſenſu vox occurrit Berach. fol. 55. col. 2. בקופא דמחטא *per foramen acus*. Et hoc mundum eſt, quia non amplius valet ad opus, quia manubrium per id introire nequit. קורדום eſt ſecuris quæ ab utraque parte acuta eſt, quarum una pars lata eſt & ipſa utuntur opifices, & עשפו vocatur, hoc ſenſu vox occurrit 1 Sam. 13, 20. altera vero pars vocatur בית בקוע *domus fiſſionis*, quia ab iſta parte patresfamilias ligna findunt. Cæterum in Gemara ad codicem Beza pars lata vocatur נקבות, anguſta vero dicitur כרות.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרחור *Ligo*, cadit vox in omnem ſpeciem calamorum, extremitas vero ligonis perforata eſt, per quam extremitas calami ingreditur & ea vocatur רובו *maxima pars illius*. קורדום *ſecuris*, qua findunt, ea vero duas habet extremitates quarum una eſt lata, qua opifices utuntur, & ea vocatur עשף, nam Targum vocem מחרישתו vertit per עשפיה vide 1 Sam. 13, 20. בית בקוע *domus fiſſionis*, ita vocatur extremitas quæ inclinat ad circulum, & qua arborem ſive lignum findunt, & ea pars vocatur *domus fiſſionis*, & lignum per quod ſecuris tranſiit, vocatur מקוף *foramen*.

ד מגריפה שניטלה כפה טמאה מפני שהיא בקורנס דברי רבי מאיר וחכמים מטהרין מגרה שניטלו שיניה (ס"א) אחת מבינתיים טהורה נשתייר בה מלא הסיט במקום אחד טמא המעצר ואזמל והמפסלת והמקדח שנפגמו טמאים ניטל חיסומן טהורין וכלם שנחלקו לשנים טמאים חוץ מן המקדח והרוקני בפני עצמה טהורה :

4. Cochlear cujus everriculum ablatum eſt, immundum eſt, quia inſtar mallei eſt, ita R. Meyr, Sapientes illud dicunt mundum. Si dentes ſerræ ablati ſint, remanente uno e mediis, munda eſt; ſi in uno loco remanſerit plenitudo ſpithamæ; immunda eſt. Aſcia, ſcalprum, dolabra, & terebra quæ rupturas habent, immunda ſunt, ſi acies ablata ſit, munda ſunt. Omnia vero quæ ſunt bipartita, ea immunda ſunt, terebra excepta; ſed runcina ſeorſim immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מגריפה *Cochlear*, ad everrendos cineres e furnulo & fornace,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגריפה *Cochlear*, eſt inſtrumentum quo decocta in olla com-

nace, everriculo autem remoto reliqua manet anſa, quæ facta eſt in figura mallei fabri ferrarii; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. מגירה *ſerra*, in ſacris literis משור dicitur. *Una e mediis munda eſt*, ſi inter duos dentes medius ſemper ablatus ſit, non amplius ea ſerrandum eſt, idcirco munda eſt ſerra, quia non valet ad miniſterium.

נשתייר בה מן השינים *Si e dentibus reliquum ſit*, ſi quantitas ſpithamæ reliqua ſit in uno loco. *Immunda eſt*, ſcil. ſerra, ope enim iſtius ſpithamæ integræ, apta eſt ad ſerrandum; cæterum plenitudinis ſpithamæ quantitas eſt iſtud ſpatium quouſque quis medium digitum ab indice extendere poſſit. מעצד notat inſtrumentum quo aſſeres diſſecant, barbare dolabra.

אזמאל Idem eſt quod תער *novacula* parva, quo infantes circumcidant, & Targum חרבות צורים vertit per אזמלין חריפין videſis Joſ. 5, 2. מפסלת eſt ferrum acuminatum ſegmento ligni infixum, quod ſuper aſſeres ducunt, & ita eos lævigant, radicem habet פסל *exſculpere*, videſis Exod. 34, 1. מקדח eſt inſtrumentum quo perforant aſſeres.

ניטל חוסמן *Si acies eorum ablata ſit*, nam gladii, cultri, ſecuris, & ſerræ acumini imponunt ſegmentum aliquod ex optimo ferro, & ita ora accipiunt acuta quibus bene ſcindi poteſt, & ejuſmodi acies vocatur חוסמן. Cæterum רוקני notat lignum cui dolabra ſive planula infixa eſt. Sublato autem ferro quod exſculpit & lævigat, & ligno abſque ferro remanente, mundum eſt.

commovent inter coquendum, & vocatur רחת *vannus* vel *pala* qua opifices lutum diſponunt, & idcirco מגריפה dicitur per modum ſimilitudinis & ſic innotuit ſatis figura hujus רחת, everriculo vero illius remoto reliqua eſt anſa illius, quæ ſecuri ſimilis eſt, & ita ſentit R. Meyr, quia ſimilis eſt ſecuri. Serra autem trahi ſolet ſuper aſſeres, poſtquam vero inter dentes intermedius ablatus eſt, depravata eſt ſerra, & ipſa nequaquam valet ad ſerrandum. Si vero id quod de dentibus remanſerit, ſit integræ ſpithamæ quantitas in uno loco, tum ea in genere polluta eſt, quia ipſa mediante lignum ſerrabunt in hac quantitate. Sed jam dictum eſt quod plenitudo ſpithamæ conficiat quatuor palmos cum pollice. Sed e vetuſtiſſimis doctoribus liquet quod latitudo ſpithamæ ſit ab extremitate pollicis ad extremitatem indicis, quando quis illum euſque extendit quouſque poſſit, ita meus pater mihi expoſuit. Hæc vero differentia eſt inter eos dum dicunt, plenitudo ſpithamæ, & dum dicunt, latitudo ſpithamæ, ſicuti expoſitum eſt capite decimo tertio; deciſio eſt ſecundum R. Meyr. מעצד eſt vas ferreum quod ligno impoſitum eſt, illius figura ſatis nota eſt apud opifices, & barbare dicitur aſcia. איזמל eſt ferrum aliquod apud opifices uſitatum ultra cubitum longum, habetque extremitatem expanſam, in latitudine acutum eſt; ut duo digiti in duabus manibus ſimul, & illius ope ſerrant id quod ſerrare volunt. Targum ad Joſ. 5, 2. voces חרבות צורים vertit per אזמלין חריפין Cæterum מפסלין idem eſt quod מחלקין *lævigantes*, figura nota eſt, nempe ferrum eſt ſimiles cultro quod ligno infigunt, ſed id ex ipſo non egreditur niſi donec totum lignum penetraverit, exigua quantitate excepta, & illius ope ligna lævigari ſolent. מקדח eſt nomen mallei. Expoſitio verbi פגם eſt בקע *findere*, & in hiſce inſtrumentis fiſſuræ eſſe dicuntur, quia ipſorum extremitas ſimilis eſt cultro; porro hæc vaſa & id genus alia ex inſtrumentis ferreis, majora continentur ſub genere vaſorum ferreorum; extremitas autem hujuſce inſtrumenti qua fundunt, perforant, aut lævigant, e ferro conſtat, & barbare aſcia vocatur; & hoc optimum eſt ferrum in opere, eſtque durius quam reliquum ferrum poſtquam paratum fuerit, & id apud Sapientes piæ memoriæ vocatur פרולא הנדואה *ferrum Indiarum*, & hocce opus barbare fabri ferrarii vocarunt Cubſai, quaſi dixeris cohæſionem duarum ferri ſpecierum. Iſta vero extremitas qua conjungunt metallum, acutior eſt, & ipſam in aqua exacuunt, uti notum eſt apud opifices, & hæc cohæſio vocatur חיסום, quandoquidem illa eſt ſuper aciem inſtrumenti ipſam continentis, & cohibentis ne redeat, & findat; radicem vocis חיסום noveris ex eo quod Deut. 25, 4. dicitur לא תחסום שור בדישו Memoriæ mandes hoc vocabulum, ne ipſum denuo exponere debeamus. Porro dicit auctor, *ſi acies ipſius ablata ſit*, intellige extremitatem remotam quæ ex optimo ferro confecta eſt. רוקני hujus vocis ſenſum non aſſecuti ſumus, ſed connexio ſenſus fert eam notare inſtrumentum apud fabros ferrarios uſitatum & cum alio compoſitum, & tum eſt inſtrumentum, ſeorſim vero ei non eſt nomen, idcirco mundum eſt.

ה מחט שניטל חרירה או עוקצה טהורה אם התקינה למיתוח טמאה של סקיין שניטל חרירה טמאה מפני שהוא כותב בה ניטל עוקצה טהורה של מיתוח בין כך ובין כך טמאה מחט שהעלתה חלודה אם מעכבת את התפירה טהורה ואם לאו טמאה צינורא שפשטה טהורה כפפה חזרה לטומאתה׃

5. Acus cujus foramen aut acies ſublata eſt, munda eſt; ſi ea parata ſit pro expanſione, immunda eſt. Saccariorum acus immunda eſt foramine illius ſublato, quia ipſa *ſcribunt*; ſi acies illius ſublata ſit, munda eſt; ſi pro extenſione facta ſit, hoc vel illo modo, immunda. Acus quæ rubiginem contraxit, ſi impediat ſuturam, munda eſt. Sin minus, immunda eſt. Fuſcina extenſa munda eſt, ſi incurvata; redit ad immunditiem ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

חרירה Eſt idem quod חורה *foramen* per quod filum traducunt. עוקצה notat aciem acus quam veſti infigunt quando ipſam conſuunt, ita alibi dicitur, per עוקצי תאנים ubi intelliguntur ficuum acumina. אם התקינה למתוח *ſi paraverit eam ad extendendum*, textores enim ſolent ſumere acum fractam, eamque oræ veſtis imponere ut oræ illius extendantur. מחט של סקאים *acus ſaccariorum*, eſt acus magna qua ſuunt ſaccos e pilis hircinis confectos, & id genus alias veſtes denſas. שהוא כותב בה *quia is conſcribit ea*, in tabella cera obducta. של מתוח *extenſionis*, ſi paraverit eam ut ope illius extendat oras pannorum, uti textores facere ſolent.

בין כך ובין כך טמאה *Hoc vel illo modo facta, immunda eſt*, quandoquidem acus iſta idonea eſt ad extenſionem abſque foramine & acie. אם מעכבת את התפירה *ſi impediat ſuturam*, ita ut nemo ea ſuere poſſit ob contractam religionem; aliqui tradunt quod ſi rubigo conſpicua ſit, veſtem ſcindit, & hoc eſſe id quod auctor dicit, *ſuturam impedit*, *& munda eſt*, ita enim expoſitum eſt capite quinto codicis de Sabbato. צינורא *fuſcina*, eſt parva & curva fuſcina ſupe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרירה Notat extremitatem foraminis per quod filum traducunt, עוקצה notat aciem qua veſtes perforant, & עוקץ etiam omnis rei extremitatem acutam & tenuem. מחט של סקאין *acus ſaccariorum*, eſt acus magna qua veſtes conſuunt denſas, & e pilis hircorum confectas, & ſimili materia. Quando autem veſtes in oris ſuis figurabant, dum texebantur, acu conjungebant fila ſtaminis, quemadmodum textor colligere ſolet fila lini ſuper calamo tenui, ut hæc acus eo facilius introducatur in fila texturæ; ſed hæc eſt res nota quæ non requirit expoſitionem, & hæcce acus vocatur אלמיתון, ad fila complicanda, ita in Gemara dicitur, לכתא ומיתנא *funis & funiculus*, unde innuitur res quæ filo conjungitur ope hujus acus. Si vero ablatum ſit foramen aut acies, immunda eſt acus, quia ipſa non opus habet foramine nec acie. קנה דק *calamus tenuis*, eſt ferrum aliquod ſuper quo colligunt fila, idcirco dicit auctor, *ſi paraverit eam ad extenſionem*, *immunda eſt*, nempe in funiculum. Porro dicit, מפני שהוא כותב בה *quia ea ſcribit*, nempe, quia acu iſta pingit figuras. *Si rubiginem contraxerit*, ita ut filum non amplius traducere potuerint per foramen illius, ut con- ſuant.

ſuperius, ſolent enim ope illius carnem ſuper prunas vertere; & ſunt etiam fuſcinulæ quibus fila conſuunt & quibus abſtergunt lucernas, at ſi æquales ſint ut acus cujus foramen & acies ſublata ſunt, tum ſunt mundæ.

ſuant. צינורא *fuſcina*, nota eſt vox, & ea eſt curva in hac figura, curvitate vero expanſa donec foramen & acumen receperit, tum munda eſt, quia tum ad nullam rem apta reddi poteſt.

ו עץ המשמש את המתכת טמא והמתכת המשמשת את העץ טהורה כיצד פותחת של עץ והפין שלה של מתכת אפילו אחת טמאה פותחת של מתכת והפין שלה של עץ טהורה טבעת של מתכת וחותם שלה של אלמוג טמאה טבעת של אלמוג וחותם שלה של מתכת טהורה השן שבטס שבפותחת ושבמפתח טמאה בפני עצמה :

6. Lignum metallo inſerviens eſt immundum, metallum vero inſerviens ligno eſt mundum. Quomodo? ſi clavis lignea ſit & illius peſſulus metallinus, etſi unicus ſit, immunda eſt: ſi clavis ſit metallina, & peſſulus illius ligneus, munda eſt. Si annulus ſit metallinus, & ſigillum illius e corallio, immundus eſt; ſi annulus conſtat e corallio, & ſigillum illius e metallo, mundus eſt. Dens in bractea, vel in ſera vel in clave, immundus eſt ſeorſim.

R. OB. DE BARTENORA.

פין *Peſſulus*, notat dentes clavis qua januam aperiunt, figura illius ſatis nota eſt in Ægypto, & tota Iſraëlis terra. אפילו אחת טמאה *licet unicus ſit, immunda eſt*, etſi dentes ſeorſim abſque clave mundi ſint, tamen immundi ſunt ſi dentes ei infixi ſint; nihilominus tamen dentes rem principalem eſſe cenſent, & clavem minus principalem. אלמוג notat corallium barbare, idque provenit e maris abyſſo, & tenuiſſimum eſt antequam aëre condenſatum eſt, & in ipſo ſigilla exſculpunt; in ſacris literis dicitur עצי אלמוגים vide ſis 1 Reg. 10, 11, 12. השן שבטס *dens qui in bractea eſt*, hic non eſt ſimilis denti clavis, dens enim ſeorſim in uſu eſt, & non ita peſſulus, idcirco is ſeorſim immundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פין *Peſſulus*, notat dentes clavis, qua januam aperiunt, illius figura nota eſt. אלמוג notat *corallium*, & id e fundo maris provenit, de quo nemo dubitabit niſi is qui id nunquam e mari produci viderit, idque tenuiſſimum eſt antequam aëre concretum ſit, poſtea vero idipſum inſtar lapidis dureſcit; præciditur autem e lignis tyinis. שן שבטס *dens qui eſt in bractea*, eſt dens qui in tabula eſt ſive ſegmento ligni, cujuſmodi apud nos multi ſunt, quia hicce dens ſeparatus eſt, & idcirco inſtrumentum aliquod ſingulare eſſe cenſetur, ſi e metallo conſtet.

ז הכרומין האשקלונין שנשברו והאונקלי שלהן קיימת הרי אלו טמאין המעבר והמזרה והמגוב וכן מסרק של ראש שניטלה אחת משיניהן ועשאן של מתכת הרי אלו טמאין ועל כולן אמר רבי יהושע דבר חדוש (ס"א חדש) חדשו סופרים ואין לי מה אשיב :

7. Harpagones Aſcalonii fracti & eorum uncini firmi immundi ſunt. Vannus & ventilabrum, pala, & pecten capitis, ſi unus e dentibus eorum ſublatus ſit, & quis illa fecerit e metallo, tum munda ſunt. De omnibus dixit R. Joſua, Scribæ aliquid novi protulerunt, ſed non habeo quod regeram.

R. OB. DE BARTENORA.

הכרומים *Harpagones*, notat lignum magnum & oblongum, & ex ipſo hinc inde proveniunt uncini, & iſtis uncinis appendere ſolent amphoras aquæ, ut in aëre frigeſiant. Maimonides exponit eſſe formam זיר *coronæ* circum quam uncini ſunt, & illius ope educunt vaſa quæ in puteum deciderunt. *Aſcalonii* vero dicuntur harpagones qui in Aſcalon facti ſunt. מעבר מזרה ומגוב hæc omnia inſtrumenta ſunt quibus proventum a ſtramine purificant, eumque ex uno loco in alium transferunt. מעבר hoc dentes habet, & volæ humanæ ſimile eſt, & ipſo ſtramen ex uno loco in alium transferunt. Cæterum ope מזרה purificant triticum in area, idcirco מזרה vocatur a זרה ventilare, & hocce inſtrumentum plures habet dentes quam מעבר. Cæterum מגוב plures habet dentes quam מזרה & ipſo mediante proventum purificant, poſtquam is מזרה ventilatus fuerit. דבר חדשו סופרים *rem novam innovarunt Scribæ*, æquum fuiſſet ut hæc inſtrumenta eſſent munda, quia ſimplicia vaſa lignea ſunt, & ob unum dentem metallinum immunditíes non requieſcit in ipſis; ſed non habeo quod reſpondeam quare ita locutus eſt auctor.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרומין Idem notat quod אונקליות *uncini*, & iis educunt vaſa quando in foveam inciderint, figura illorum nota eſt, eſt enim circularis in modum catenæ e ferro confectæ, multi vero uncini appenſi ſunt orbiculo circulari, quorum unuſquiſque cubitum longus eſt, & in fine unius cujuſque catenæ eſt uncinus. *Aſcalonii* vero dicuntur ab Aſcalon. Cæterum מעבר מזרה ומגוב ſunt tres ſpecies inſtrumentorum quibus utuntur in area in figura manus humanæ, quibus purificant triticum & hordea a ſtramine, & eorum nomina inter ſe commutantur ſecundum varietatem formæ, nonnulla vero ſunt quæ multos habent dentes, & iis purificant triticum in fine operis; ſunt etiam nonnulla quæ paucos habent dentes, & non plures quam tres dentes tantum, & iſtis triticum purgant perfectiſſime a ſtramine denſo, & hoc plerumque fit ope מעבר. Cæterum מזרה plures habet dentes, & præterea plures habet מגוב. Quid autem ſit מסרק id notum eſt; ſed non habeo quod reſpondeam ad hunc ſermonem Miſnicum, ut eum ſimpliciter intelligam, ſed is mihi dubius eſt.

ח מסרק של פשתן שניטלו שיניו ונשתייר בו שתים טמא ואחת טהור וכולם אחת אחת (ס"א) בפני עצמן טמאות ושל צמר שניטלו שיניו אחת מבינתיים טהור נשתייר בו שלש במקום אחד טמא היתה החיצונה אחת מהן טהור ניטלו ממנו שתים ועשאן למלקטת טמאות אחת והתקינה לנר או למתוח טמאה :

8. Pecten lini cujus dentes ſublati ſunt duobus relictis, immundus eſt, ſi uno*, mundus eſt*; omnes vero ſeorſim relicti ſunt immundi. Lanæ pecten ablato uno e mediis dentibus, mundus eſt, tribus vero in uno loco relictis, immundus eſt. Si unus ex exterioribus ablatus ſit, mundus eſt, ſi duo ablati ſint & fecerit ex eis forfices, immundi ſunt; ſi unus ablatus ſit, & eum paraverit pro lucerna, aut pro extenſione, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מסרק של פשתן *Pecten lini*, hic multos habet dentes in forma acuum longarum ligno infixarum, & in iſto ligno pectinant lina, ſi tum duo dentes in ipſo relicto ſint, immundus eſt pecten, ſi duo duntaxat dentes reliqui fuerint, pecten immundus eſt, quia jam valent ad opus, unuſquiſque dens ſeorſim immundus eſt, poſtquam a pectine ablatus eſt, quia aptus eſt ut eo conſcribatur in tabula cera obducta. ושל צמר *& lanæ*, & pecten ad lanam pectinandam. אחת מבינתים *unus e mediis*, ſi medius ablatus ſit e tribus contiguis, porro non valet pecten. היתה החיצונה אחת מהן טהור *ſi exterior unus ſit ex iis, mundus eſt*, exterior pectinis dens latus eſt, & ineptus ad pectinandum ſecundum formam exterioris dentis qui in pectine eſt quo caput pectinant, idcirco ſi exterior unus ſit e tribus reliquis, pecten eſt mundus, quia iſte dens ad pectinandum ineptus eſt, quoniam duo duntaxat hic ſunt dentes. ועשאן למלקטת *& fecerit ex iis forfices*, ad pilos in ipſo colligendos. והתקינה לנר *& paraverit pro lucerna*, ad ellychnium educendum, & ad lucernam inſtaurandam. ולמתוח *& ad extendendum*, nam ita nos legimus, nempe ad extendendum per ipſum oram veſtis, modo textorum, qui acus extendunt per oram veſtis ut illius oræ extendantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסרק של פשתן *Pecten lini*, eſt ferreus pecten, & figura illius nota eſt apud homines omnes, materia autem plerumque conſtat ex acubus ferreis infixis ligno, nempe ſingulis acubus. מסרק הצמר *pecten lanæ*, hic etiam ſimilis eſt alteri. Cæterum quando dicit auctor, היתה החיצונה אחת מהן *ſi exterior unus eſſet ex iis*, hoc ſenſu, hi pectines in capitibus ſuis habent acus magnas prout denſi ſunt, & hæ acus recenſentur inter dentes pectinis. Porro dicit quod poſtquam hi tres dentes relicti ſunt e dentibus pectinis, in hoc exteriori dente ſive tertio contineatur pecten, & quod is mundus ſit, quia pectinatio non amplius ei convenit. ועשאן למלקטת *& fecerit ex iis forfices*, ſi in eo collegerit pilos e corpore, & eos pro lucerna paraverit, ad ellychnium educendum, & ad lucernam reparandam. Vocem למתוח jam expoſuimus in præcedentibus.

פרק יד כלי מתכות כמה הוא שיעורן הדלי כדי למלאות בו קומקום כדי ליחם בו מיחם כדי לקבל סלעים הלפס (נ״א הלבס) כדי לקבל קיתונות קיתונות כדי לקבל פרוטות מדות יין ביין ומדות שמן בשמן רבי אליעזר אומר כלן בפרוטות רבי עקיבא אומר המחוסר חטיפה (ס״א הגפה) טמא והמחוסר לטישה טהור׃

Caput 14. Quanta eſt vaſorum metallinorum menſura? ſitulæ ſi in ipſam impleri poſſit. Cucumæ, ſi in ipſa calefieri poſſit (aqua.) Calefactorii, ſi in ipſo Selæ recipi poſſint. Lebetis, ſi in ipſo recipi poſſit poculum. Poculi, ut in ipſo recipi poſſint numuli. Menſuræ vini in vino, & menſuræ olei in oleo ſtatutæ ſunt, R. Eliezer dicit, omnes in numulis. *R. Akiba dicit, cui abraſio deeſt, id immundum eſt, cui vero expolitio deeſt, id mundum eſt.*

R. OB. DE BARTENORA.

כלי מתכות *Vaſorum fuſilium*, quæ fracta ſunt. כמה הוא שעורן *quanta eſt menſura eorum*? quanta eſt menſura fracturæ quæ de vaſis reliqua eſt, quæ vocatur עושה מעין מלאכתו *faciens conſuetudinem operis ipſius*, ut vaſa cenſeantur in caſu immunditiei. מיחם *calefactorium*, in quo aquas calefaciunt, & hoc majus eſt quam *cucuma*. Porro dicit, *ad recipiendum in ipſo Selas*, valet omnis Sela quatuor denarios. לבס *lebes*, alii legunt לפס, eſtque hoc ipſum vas æneum magnum, in quo aquas calefaciunt. Et huic vaſi imponunt קיתונות *urceos*, ſunt vaſcula quæ in lebete purificantur. כלן פרוטות *omnes in numulis*, hoc ſenſu, omnia vaſa æſtimantur an fragmenta eorum numulos recipere poſſint; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. המחוסר הגפה (חטיפה) טמא *Cui deeſt abraſio, id immundum eſt*, R. Akiba loquitur de principio confectionis vaſorum, dicitque vaſa tegumento deſtituta eſſe immunda, nam vocantur jam perfecta ab opere ipſorum; radix vocis גפה extat Nehem. 7, 3. Et aliquoties in Miſna dicitur שיפתח ויגיף ותיגנב id eſt, *aperiat, occludat & abſtergat*, licet non acquiſiverit illud. Nam in codice de decimis ſecundis dicitur quod iſta vaſa conteguntur tænia. Quæ autem vaſa non abraſa ſunt, ea munda ſunt, quia rudis maſſa vaſis metallini eſſe cenſentur, quæ non recipiunt immunditiem; radicem vocis לטישה videſis Gen. 4, 22.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דלי *Situla*, notum eſt quid ſit. מיחם *calefactorium*, vas in quo aquam calefacere ſolent, idque majus eſt cucuma. לפס *lebes*, eſt vas magnum quod aquis impleri ſolet, quæ in ipſo calefiunt; & huic lebeti קיתונות imponuntur, quæ ſunt vaſcula quæ in lebethe purificari & abſtergi ſolent. Quando autem in principio auctor quærit quanta ſit menſura? id intelligas de menſura vaſorum poſtquam fracta ſunt, tum illud vas immundum eſt, ut reliquiæ exequantur miniſterium vaſis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. Porro dixit R. Akiba, nam vas metallinum eſt ſicut ignis, idcirco nihil deeſt in miniſterio ipſius, niſi politio & ſplendor tantum, tum id immundum eſt. Si vero ei deficiat abraſio & expolitio, tum immundum eſt, quia duntaxat maſſa rudis eſt.

ב מקל שעשה בראשו מסמר כמין הזיינא טמא סימרו טמא רבי שמעון אומר עד שיעשה בו שלשה סדרים וכולן שעשאן לנוי טהורין עשה בראשו מניקרת וכן בדלת טהורה היתה כלי וחברה לו טמאה מאימתי היא טהרתה בית שמאי אומרים משיחבל בית הלל אומרים משיחבר׃

2. Si baculus in ſummitate ſuam habeat clavum in forma ferri rotundi, immundus eſt, illius clavus ferreus immundus eſt. R. Simeon dicit, donec in ipſo tres ordines facti ſint; omnia vero ſi in ornatum facta ſint, munda ſunt. Si in ſummitate illius facta ſit fiſtula, & ſic etiam in janua, munda eſt. Si quis habeat vas idque conjunxerit, immundum eſt. At quando id mundum fit? Schola Schammai dicit, quum perdiderit ipſum; Schola Hillelis dicit, quum conjunxerit.

R. OB. DE BARTENORA.

הזיינא *Clava ferrea*, ſolebant enim in ſummitatibus baculorum facere mali ferrei figuram, quæ vocabatur הזיינא Omnes vero aulici regis in hodierum uſque diem in Ægypto

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent in ſummitate baculorum aliquod rotundum ſegmentum ferreum facere, quod ſimile eſt malogranato, & id הזיינא vocatur, illius forma ſatis nota eſt in Ægypto, & voca-

gypto portare ſolent ejuſmodi baculos, qui Arabice vocantur אלרמום Cæterum aliquando baculis infigunt clavos ut iis vehementer percutiant, & tum tres clavorum ordines iis infigunt, tumque inſtrumentum aliquod eſſe cenſetur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. שעשאן לנוי *Si eos confecerit in ornatum*, ut ſi exiguos clavos quis in baculo depingi curaverit ad baculum pulchriorem reddendum, tum mundus eſt, quia ſi metallum inſerviat ligno, ſicuti ſuperius traditum eſt, mundum eſt. Verum ſi ad percutiendum quis fecerit baculum, tum lignum inſervit metallo, & idcirco baculus immundus eſt. מניקה *fiſtulam*, in forma שפופרת calami metallini cavi, cui baculum introducit. וכן בדלת *ſic etiam in janua*, ſub janua, ne terra illam conſumat. היתה כלי *ſi ſit inſtrumentum*, ſi hæc fiſtula ſit inſtrumentum ſeorſim, eamque nonnemo cum baculo conjunxerit, & illa poſt iſtam conjunctionem adhuc ſit ad miniſterium vaſis vel inſtrumenti alicujus. טמאה *immunda eſt*, immunditiem recipit, & immunda eſt ſicut antea erat. מאימתי היא טהרתה *quando munda ſit?* ac ſi dixiſſet, fiſtula polluta quando purificatur & ab immunditie liberatur? reſp. *ex quo deſtructa eſt*, ex quo deformata eſt. *Ex quo conjunxerit*, cum janua, vel cum baculo, ſi ei claves infixerit, ne amplius inſerviat inſtrumento alicui, tum nomen vaſis jam deſiit, & exiit a poteſtate immunditiei.

vocatur אלרמום Pariter clavos infigere ſolebant baculorum ſummitatibus, ut percuſſio eorum eo fortior eſſet. Dicit auctor R. Simeon quod hujuſmodi baculus ſit mundus, & quod iſte non contineatur ſub genere vaſis metallini niſi donec in ſummitate tres clavorum ordines conjunxerint, & hoc in ornatum. Cæterum plerumque ejuſmodi clavi ferrei depingere ſolent in baculis pulchritudinis ergo, ſed tales baculi non ſunt immundi juxta fundamentum ſuperius datum, nempe, metallum quod inſerviit ligno, id mundum eſt; nam in iſtis clavis quibus percutiunt, lignum inſervit metallo. Cæterum מניקת אבוב *exſugens fiſtula*, & id genus alia tanquam clavos ferreos vel metallinos infigunt feneſtris & portis in ornatum, & tum metallum quoque inſervit ligno. Et ſi iſtud אבוב ſit inſtrumentum ſeorſim & non inſerviat oſtii ornatui, ſed vas aliquod ad vinum eo hauriendum, & ſic porro, poſtquam id antea jam baculo inſerviiſſet, tum hæcce fiſtula immunditiem recipit ſicut antea, quia inſtrumentum aliud eſt quod ſub alio venit jure. Porro dicit auctor quod ſi hæc fiſtula ſit inſtrumentum vel vas aliquod, idque immundum ſit, quando id ipſum purificatur? Schola Schammai reſpondet, ex quo deturpatum eſt, nempe, ſi quis ſecuri id percuſſerit donec illius forma deſtructa ſit. Schola Hillelis dicit, ex quo conjuncta eſt clavis in porta vel in baculo, & fiſtula corpori ligni immerſa eſt, & plane cum ipſo unita ornatus ergo, tum jam pura facta eſt. Cæterum in Toſaphta dicitur, ſi immunda ſit fiſtula & quis eam poſuerit ſub janua, tum immunda eſt donec purificata fuerit. Sed quando purificata eſt? Schola Schammai dicit, ex quo deſtructa eſt, Schola Hillelis dicit, ex quo conjuncta eſt; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ג הקנטר של בנאי והדקור של חרש הרי אלו טמאין יתדות אוהלים ויתדות המשוחות טמאות שלשלת של משוחות טמאה העשויה לעצים טהורה שלשלת דלי גדול ארבעה טפחים ושל קטן עשרה חמור של נפחין טמא מגירה שעשה שיניה בתוך החור טמאה עשאה מלמטן למעלן טהורה וכל הכסויין טהורין חוץ משל מיחם :

3. Κέντρον architectorum, & paxillus fabri ferrarii immunda ſunt. Clavi tentoriorum & clavi extenſi immundi ſunt. Catena arithmeticorum immunda eſt, quæ vero pro lignis facta eſt, ea munda eſt. Catena ſitulæ magnæ quatuor palmorum, & parvæ decem palmorum, & aſinus fabri ferrarii, immunda ſunt. Serra cujus dentes facti ſunt intra foramen, immunda eſt, ſi deorſum ſurſum eos fecerit, munda eſt. Omnia opercula ſunt munda, calefactorii operculo excepto.

R. OB. DE BARTENORA.

קנטר *κέντρον*, eſt virga ferrea qua opifices utuntur ut ſecundum ipſam parietes extruant. דקור idem eſt ac יתד *paxillus*, ſicuti legitur primo capite de Diebus Feſtis intermediis. Expoſuimus quoque vocem יחפור בדקר capite primo codicis de Diebus Feſti intermediis. חרש idem eſt qui נגר *opifex*. יתדות אוהלים *clavi tentoriorum*, infigunt terræ clavos ferreos, & ope eorum tentoria extendunt & colligant; ſed hæc actio non putatur aliquid commodi percipere e terra, cum clavus potius rei mobili ſive tentorio inſerviat.

יתרות המשוחות *Clavi extenſi*, metientes fundum ad illum dividendum, infigunt humo clavos, funiculo colligant, & metiuntur. שלשלת של משוחות טמא *catena extenſorum immunda eſt*, quia jn menſura iniquitas obtinet, interdum enim funis pro uno magis quam pro altero extenditur, idcirco catena quadam metiri ſolent.

העשויה לעצים *Quæ facta eſt pro lignis*, ad colligandum ope illius faſciculum lignorum, vel ad ligna metienda, in aliquibus enim locis ligna vendere ſolent ſecundum menſuram funiculi; catena vero huic rei deſtinata, eſt munda, quia ea conſideratur ut metallum quod ligno inſervit. *Quatuor palmorum*, ſi plus ſit, non cenſetur eſſe anſa.

חמור של נפחים *Aſinus fabrorum ferrariorum*, eſt lignum aliquod cui fabrorum ſufflator inſidet, idcirco aſinus vocatur; ita magiſtri mei mihi expoſuerunt. Aliis vero in locis inveni quod ſit ferrum aliquod in forma aſini; opifex autem uni inſidet extremitati, & alteram percutit extremitatem; ita enim faciunt quando magna inſtrumenta percutere volunt, quorum oræ ſunt altæ magnæque. מגירה eſt idem quod מסר *ſerra*, qua aſſeres ſerrant, quæ polluta eſt, & quando quis in foramine januæ fecerit dentes, ipſa non exiit e poteſtate immunditiei, ſed adhuc immunda eſt ſicuti antea

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנטר *κέντρον*, Arabice vocatur אליתלרה: cæterum דקור vocatur אלמנקאר, & fabri id vocarunt אלמרובע, eſtque calamus ferreus, & quadratus in longitudine ſua, ut cubitus, habetque anſam quandam ligneam, & hocce inſtrumento ligna excidunt; & hujuſmodi multa magna & parva inſtrumenta apud opifices reperiuntur. משוחות *extenſi*, ſunt ההנבטין funes quibus metiuntur terram, & hi habent catenas quibus metiuntur, quia funis æſtate brevior fit, & hyeme longior. Præterea quoque clavi infiguntur terræ quando deficit hæc menſura, etſi catena pro ligno facta ſit, nempe, ſi catena ad ligna colliganda facta ſit, tum ipſa eſt munda, quia non habet nomen aliquod ſingulare, ſed alii nomini adjuncta eſt. Cæterum ſitulæ magnæ catena quatuor eſt palmorum, nempe, e quatuor palmis aliquid eſt quod ad manum protrahitur, & hæc immunda eſt, quia ad uſum vaſis neceſſaria eſt, ſed non requiritur pro ſitulis minor menſura quam hæc. חמור של נפחים *aſinus fabrorum*, eſt ferrum aliquod in forma aſini, quod ligno inditum eſt, & opifex conſidet in caput unius, & percutit caput alterius. Sed percutiunt ſuper ipſo vas æneum quod magnam habet oram & altam, & hocce inſtrumentum אלקרב dicitur. Cæterum מגירה notat idem quod מסור *ſerra*. Porro dicit auctor שעשה שיניה בתוך החור *quando dentes illius fecit in medio foraminis*, ſenſus hic eſt, ſi dentes impoſuerit foraminibus, non quod dentes ad ferrum pertineant. Senſus illius quod dicit, *deorſum ſurſum*, eſt, quod dentes contrario modo diminuerit quibus ſerrant, fieri enim nequit ut ullo modo hac ſerra ſerret; & hoc fieri nequit niſi ſerra admodum exigua, quæ anſam habet ligneam quam manu apprehendunt, & ope illius ſerrant, ut ſerra opificum qui pectinant, atque hoc inſtrumentum vocant מגיר. Cæterum fabrorum ferrariorum ſerra eſt magna ſerra,

tea erat, donec eam januæ infixerit clavo; ita in Toſaphta res declaratur.

עשאה מלמטן למעלן *Si eam deorſum ſurſum fecerit*, ſi viciſſitudinem aliquam fecerit in foramine januæ, munda eſt, & ei non infixerit clavum. כל הכסויין טהורין *omnia opercula munda ſunt*, quia nullorum vaſorum opercula nomina habent ſeorſim, calefactorii operculo excepto, ſimiliumque, quæ ſingularia habent nomina, & ſeorſim uſurpantur, ut operculum vaſis טני medicorum, quod immundum eſt omnium conſenſu, quia in eo recondunt aromata.

& מכר etiam dicitur, ſicuti expoſuimus in codice de Sabbato; idcirco contra de ipſa non dicitur, ſi comminuerit dentes ipſius, & hoc notum eſt e forma ipſius. כל הכסויין טהורין *omnia opercula ſunt munda*, metallina ſcil. opercula ob priorem rationem, quia non habent peculiaria nomina, calefactorii operculo excepto, quia id erat operculum aliquod ſingulare, ut operculum vaſis טני apud medicos, ſicuti expoſuimus ſuperius.

ד הטמאין שבעגלה העול של מתכת והקטרב והכנפים המקבלות את הרצועות הברזל שתחת צוארי בהמה הסומך והמחגר והתמחויות והענבל והצינורת ומסמר המחבר (ס"א) את כולן :

4. Immunda in plauſtro ſunt, jugum metallinum, lorum, & extremitates quæ recipiunt lora, ferrum quod ſub collo beſtiæ eſt, conjunctorium, cingulum, ſcutellæ, ropalum, fiſtula, & clavus qui conjungit omnia.

R. OB. DE BARTENORA.

העול של מתכת *Jugum e materia fuſili confectum*, eſt immundum, quia vaſa e materia fuſili confecta ſimpliciter immunditiem recipiunt. קטרב notat duo ligna ab utraque parte temonis, quæ perforata ſunt, & in iſta foramina introducunt lignum aliquod, quod קטרב vocatur, quod colligatur ne a jumento diſrumpatur. Maimonides vero exponit quod קטרב ſit lignum quod ſuper duo colla beſtiarum protrahitur, jugo interpoſito. כנפים notat duas extremitates קטרב, nam כנף notat extremitatem ſive oram veſtium, ita Num. 15, 35. dicitur על כנפי בגדיהם *ſuper veſtium extremitates*, hæ vero erant ferreæ.

מקבלות הרצועות *Recipientes lora*, nempe, ſi extremitates קטרב factæ ſint ad recipiendum in iis lora, immundæ ſunt quia inſtrumenta eſſe cenſentur; at vero ſi in ornatum factæ ſint, mundæ ſunt, quia aſſimilantur metallo ligno inſervienti.

הברזל שתחת צוארי הבהמה *Ferrum quod collis animantium ſupponitur*, etenim ferrum aliquod collis animantium alligabant, ne ſuffocarentur funiculo quo קטרב colligabant. הסומך *conjunctorium*, in medio temonis eſt forma annuli magni, & per eum ingreditur caput aratri, ſive potius caput plauſtri, iſque annulus סומך vocatur. מחגר *cingulum*, eſt funiculus quem bovis collo alligant; nonnulla exemplaria pro מחגר tradunt מסמר *clavus*, quem extremitati temonis imponunt, ne plauſtrum ob longitudinem temonis contorqueatur. תמחויות notat ſpeciem ſcutellarum parvarum in temone. ענבל *ropalum*, eſt ferrum aliquod in jugo pulſans. צינורא eſt uncinus quem oneri in plauſtro infigunt, ne cadat. ומסמר המחבר את כולן *& clavus qui conjungit omnia*, ac ſi diceret, omnis clavus qui ad capita conjungenda factus eſt in plauſtro, exceptis clavis in ornatum duntaxat factis, cujuſmodi ſunt immundi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Figura עגלה *plauſtri* in quo lapides ſimileſque materias vehunt, notiſſima eſt. Lignum vero ſive ferrum quod inter utraque animantia eſt, quo plauſtrum trahunt, vocatur עול *temo*, idque plauſtro contiguum eſt, & ſi idipſum e materia fuſili conſtet, immundum eſt, quia inſtrumenta e materia fuſili conſtantia ſunt immunda. Si vero ligneum ſit contectum, mundum eſt, quia inſtrumenta contecta non recipiunt immunditiem, ſicuti expoſitum eſt. קטרב eſt lignum quod ſuper colla duarum beſtiarum protrahitur, temone interpoſito, in hac forma; ſed in extremitate hujus קטרב duæ ſunt extremitates ferreæ, quæ כנפים alæ vocantur, כנף enim in lingua Hebræa notat *extremitatem*, nam כנפי הבגד *alæ veſtis*, id eſt, *extremitates veſtis*. Si vero hæ extremitates factæ ſint ut per eas introducantur lora, & colligentur ſuper capita animantium, tum immunditiem recipiunt, & inſtrumenta eſſe cenſentur. Si vero in ornatum factæ ſint iſtæ extremitates, tum mundæ ſunt, quia cenſentur eſſe metallinum quid ligno inſerviens. *Ferrum quod collis animantium ſuppoſitum eſt*, hoc eſt ferrum aliquod circum collum ligatum, ne animantia funiculo quo קטרב ligatur, ſtrangulentur. Sed plumbum quod circa latera colli ponitur, mundum eſſe cenſetur, quia id ornatus ergo duntaxat factum eſt. סומך idem eſt quod יתד *clavus* ferreus extremitati plauſtri infixus, ex eo quod caudæ animantium jungendæ ſunt ad plauſtrum eo conjungendum. המחגר *conjunctorium* eſt hoc etiam clavus aliquis ferreus in fine temonis, ne plauſtrum contorqueatur ob longitudinem. המחויות ſunt loca ſcutellarum quibus imponunt lapides, & id genus alia. ענבל idem eſt quod זג *jugum*. צנורא eſt uncinus quem infigunt oneri plauſtro impoſito, ne decidat. מסמר המחבר את כולן *clavus qui conjungit omnia*, intellige omnem clavum qui plauſtri partes conjungit, talis clavus immundus eſt, & reliqui clavi in plauſtro qui non facti ſunt ad partes conjungendas, ſed ornatus ergo, iſti ſunt mundi.

ה הטהורין שבעגלה העול המצופה וכנפים העשויות לנוי ושפופרות המשמיעות את הקול והאבר שבצד צוארי בהמה הסובב של גלגל הטסים והצפויים ושאר כל המסמרות טהורין סנדלי בהמה של מתכות טמאין של שעם טהורים הסייף מאימתי מקבל טומאה משישופנו והסכין משישחיזנה :

5. Hæc munda fiunt in plauſtro, jugum contectum, extremitates in ornatum factæ, fiſtulæ ſonum edentes, membrum quod ad latus collorum animantium eſt, quod rotam circumit, laminæ, tegumenta, reliquique clavi, munda ſunt. Calcei animantium metallini immundi ſunt, ſi e ſubere facti ſint, mundi ſunt. Gladius quando immunditiem admittit? ex quo ipſum lævigarunt; culter ex quo acutus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

העול המצופה *Jugum contectum*, nempe ferro; *mundum eſt*, quia conſtat e materia fuſili inſervienti ligno. ושפופרת *& fiſtula*, habet enim hocce inſtrumentum calami excavati formam, quod e materia fuſili conficere ſolebant, ad ſonum aliquem edendum. אבר *membrum*, intellige ſegmentum plumbi quod collis beſtiarum in ornatum apponebant. סובב של גלגל *circuitus rotæ*, circum rotam plauſtri faciunt laminam, ne rota petris confringatur. טסין notat tabulas exiguas, ſive lami-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סובב של גלגל *Circuitus rotæ*, eſt ferrum aliquod rotam circumdans. טסין notat laminas tenues & contegentes. צפוין notat idem quod חופוין *tegumenta*, nonnullis enim in locis tegumentis illis ornatus ergo contegunt. Cæterum omnium harum rerum fundamentum jam expoſitum eſt. שעם eſt ſuber vel juncus. משישופנו *ex quo ipſum lævigarunt*, ex quo poſt expoſitionem gladium contuderint, uti moris eſt in gladiis faciendis; hoc ſenſu verbum שוף occurrit in Targum. משישחיזנה

laminas, nam פחי זהב Targum vertit per טסי דדהבא Exod. 39, 3. סנדלי בהמה של מתכת *ſandalia animantium e materia fuſili*, immunda ſunt, quia ita facta ſunt ut milites & heroës ex ipſis bibere poſſint tempore belli. שעם eſt ſpecies junci. הסייף מאימתי מקבל טומאה *gladius quando immunditiem accipit?* de gladio qui rubiginem contraxit, loquitur auctor, qui mundus eſt, & de ipſo quærit quando iſte immunditiem recipiat? & reſp. משישופנו *ex quo ipſum lævigavit*, nam conflatores & fabri ferrarii habent inſtrumentum aliquod in ſacris literis פצירהפים dictum, quod Targum vertit per שופינא *lima*, & ea lævigant vaſa quæ rubiginem contraxerunt, ad eam removendam. משיחיננה *ex quo acuerunt ipſum*, ad rubiginem ope lapidis משחות removendam. משישחיזנה *ex quo ipſum acuerint*, nam lapis ad quem culter lævigatur, משחות vocatur.

ו כיסוי טני של מתכת שעשה בו מראה רבי יהודה מטהר וחכמים מטמאים מראה שנשברה אם אינה מראה את רוב הפנים טהורה:

6. Tegumentum vaſis metallini, in quo ſpeculi facies facta eſt, ſecundum R. Jehudam mundum eſt, at ſecundum Sapientes immundum. Si ſpeculum confractum ſit, & ſi iſtud ſpeculum non repræſentet maximam faciei partem, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כסוי טני של מתכת *Tegumentum vaſis metallini*, ſi id pertineat ad patresfamilias, mundum eſt ſecundum Sapientes hac in parte diſſentientes, nam capite duodecimo, ſi poliverint & acuerint, & ex ipſo confecerint ſpeculum, R. Jehuda *mundum pronunciat*, quia is putat quod ſpeculum non factum ſit in ſupellectilem. Sapientes ſtatuunt immundum eſſe ſpeculum, quia id aliquid ſupellectilis eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam præmiſimus quod tegumentum patrumfamilias non ſit immundum, & ſi quis id poliverit donec in ſpeculum redierit, tum idipſum immundum eſt, quia tum vas aliquod eſt ſeorſim; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ז כלי מתכות מיטמאין ומיטהרין שבורין דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר אינן מיטהרין אלא שלמין כיצד הזה עליהן נשברו בו ביום התיקן וחזר והזה עליהן שנית בו ביום הרי אלו טהורין דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר אין הזיה פחות משלישי ושביעי:

7. Vaſa metallina immunda fiunt, ſi fracta ſint, munda fiunt, ita R. Eliezer. R. Joſua dicit, non purificantur, niſi integra ſint. Quomodo? ſi conſperſa ſint & eodem die fracta; vel ſi diſcuſſa ſint, & denuo ſecundo conſperſa ſint eodem die, tum munda ſunt; ita R. Eliezer. Sed R. Joſua ſtatuit, tertiam ſparſionem ſaltem tertio & ſeptimo die fieri debere.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי מתכות מטמאין וכו׳ *Vaſa metallina immunda fiunt &c.* ſi vaſa fuſilia mortuo polluta fuerint, & poſtea confracta, atque ex illis fragmentis denuo eodem die facta fuerint alia vaſa, tum iſta ad priſtinam redeunt immunditiem, quia aſperſa ſunt dum adhuc integra erant, at ipſis confractis non debeamus expectare diei tertii & ſeptimi ſparſionem. At ſi uno die bis conſperſerit, ſemel ante confractionem, & ſemel poſt eam, ſtatim purificata ſunt; nam R. Eliezer ſtatuit juxta Rabban Simeon fil. Gamalielis, id quod ſuperius dictum eſt capite undecimo, vas denuo confectum redire ad priſtinam immunditiem, duntaxat intelligendum eſſe de vaſis immunditie cadaveris pollutis. Hujuſce vero decreti ratio eſt propterea quod aquis expiatoriis aliquod ſepimentum debeat concedi, ſicuti expoſitum eſt ſuperius. Idcirco duarum ſparſionum tantum hic habetur ratio, attamen dum vaſa adhuc fracta ſunt, non requirunt conſperſionem, quia fragmentis non convenit conſperſio. Requirimus etiam quod confractio dividat inter unam atque alteram conſperſionem, quia aliquot dierum intervallum eſt inter tertiam & ſeptimam ſparſionem. Sed noluerunt aggravare in eo quod priſtina redeat immundities, quæ e conſtitutione Sapientum eſt; verum allevarunt quod conſperſio hac in parte prodeſſet, etſi duæ aſperſiones factæ ſint uno die. R. Joſua dicit, tertia & ſeptima ſparſio ſaltem fieri debet, quia hoc ita ſecundum Legem ſancitum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Satis conſtat quod ſermo fiat de immunditie mortui, & præmiſimus etiam quod vaſa metallina ad immunditiem ipſorum redeant priſtinam; & de his loquitur R. Eliezer, quando dicit, *ſi conſperſerit ea, & ipſa eodem die confracta fuerint*, nempe, die tertio ab immunditie ipſorum. R. Joſua dicit, triplicem & ſeptemplicem ſparſionem ſaltem requiri, nempe, ſi vas confractum ſit, tum ſuper iſtud fragmentum ter vel ſepties ſpargi debet, & tum purificatum eſt; & ſi ex iſto fragmento poſtea denuo aliquod vas confecerit, tum idipſum mundum eſt. At vero ſi quis ſparſionem quam ſparſit dum hoc vas adhuc erat integrum, conjunxerit cum ſparſione quæ facta eſt poſt fractionem illius, tum hæc non eſt conjunctio, licet ſparſio ſecunda ſit in ſeptima; ſed tres & ſeptem ſparſiones ſuper vaſe vel ſuper metallis requiruntur; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, tertia & ſeptupla conſperſio ſaltem requiritur; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

ח מפתח של ארכובה שנשבר מתוך ארכובתו טהור רבי יהודה מטמא מפני שהוא פותח בו מבפנים ושל גם שנשבר מתוך גומו טהור היו בו חפין ונקבין טמא ניטלו חפין טמא מפני נקבים נסתתמו נקבים טמא מפני חפין ניטלו חפין ונסתתמו נקבים או שנפרצו זה לתוך זה טהור מסננת של חרדל שנפרצו בה שלשה נקבים מלמטן זה לתוך זה טהורה והפרכס של מתכות טמאה:

8. Si clavis genu ſimilis confracta ſit in genu ipſius, munda eſt; at ſecundum R. Jehudam immunda, quia ope illius aperit interius. Quæ vero Gamma ſimilis eſt, & fracta in fovea ipſius, munda eſt. Si in ipſa ſint dentes perforati, immunda eſt; dentibus vero ablatis immunda eſt ob foramina; obturatis foraminibus, immunda eſt ob dentes; dentibus ablatis foraminibus obturatis, vel uno in alterum perrupto, munda eſt. Colum Sinapi repletum, quando tria foramina perrupta ſunt interius, unum e regione alterius, mundum eſt. Aqualiculus metallinus immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מפתח של ארכובה *Clavis inſtar genu*, eſt clavis quæ inſtar genu complicatur cum crure, quæque in figura Nun inverſæ facta eſt, illius formæ ſunt plurimæ claves in terra Iſmaëlitica. רבי יהודה מטמא *R. Jehuda eam immundam pronunciat*, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. ושל גם *& inſtar Gammæ*, in figura literæ Græcæ Gamma dictæ, quæ eſt inſtar Nun Hebraicæ inverſæ. היו בו חפין *ſi in ipſa ſint dentes*, quando hæcce clavis in corpore ſuo fracta eſt, tum in ipſa remanent dentes, aut foramina; nam חפין notat שנים *dentes*; נקבין *foramina*, ſunt ea in quæ dentes peſſuli ingrediuntur, aliquando enim ſunt dentes in foramina ſeræ introëuntia & aperientes; aliquando autem in clave ſunt dentes, qui in foramina ſeræ introëunt, & aperiunt. או שפרצו זה לתוך זה *aut ſi diſrupti ſint, unus in altero*, quando dentes non ſublati ſunt, nec foramina obturata, ſed quum diſrupti ſunt, ſicuti ſi dentes contorti ſint, & foramina dilatata, atque unum tetigerit alterum. מסנגת של חרדל *colum ſinapi*, in figura cribri e materia fuſili confecti, cui ſinapi inditur & percolatur, cortice adhærente. מלמטן *inferius*, in fundo coli quando tria in ipſo diſrupta ſunt foramina, atque adeo in unum facta fuerint iſta tria foramina, tum non amplius in ipſo fit percolatio. אפרכס *aqualiculus*, eſt inſtrumentum quod molæ formam habet, ſuperius latum at inferius anguſte deſinens, cui triticum imponi ſolet, quod paulatim in molam educitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפתח של ארכובה *Clavis inſtar genu*, quæ quaſi genu aliquod habet. ושל גם *& ea quæ eſt inſtar literæ Gamma*, eſt clavis quæ literæ Gimel formam habet, & ita plurimæ claves eſſe ſolent. Cæterum quando Miſna dicit מתוך ארכובתו ומתוך גומו *in genu ipſius & in fovea ipſius*, intelligit additamentum quod in clave eſt. At vero jam expoſuimus quod חפין notet dentes clavis. Pariter in clavis extremitatibus ſunt foramina quæ opertionis ſeræ ſunt cauſæ; quando ſunt in ſera extremitates prominentes, iſtæ ingrediuntur in hæcce foramina, & tum janua aperitur. מסנגת של חרדל *colum ſinapi repletum*, quod e materia fuſili conſtat. Porro dicit Miſna quod cum tria foramina perrupta ſint in fundo coli, & ipſorum una extremitas alteri alligata, colum eſt depravatum, quia id nequaquam percolat, idcirco mundum eſt. אפרכס *aqualiculus*, eſt vas lotionis, & plerumque e cera confectum, latus illius ſuperius latum eſt, & quicquid in ipſum ingreditur, illius lateris figura ſimilis eſt acumini אצטונה, & in latitudinem conjiciunt triticum; extremitas vero ejus anguſta eſt ſuper ligno molæ, & ex ipſa decidit triticum juxta commolitionem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק טו כלי עץ כלי עור כלי עצם כלי זכוכית פשוטיהן טהורין ומקבליהן טמאין נשברו טהרו חזר ועשה מהן כלים מקבלין טומאה מכאן ולהבא השידה והתבה והמגדל כוורת הקש וכוורת הקנים ובור ספינה אלכסנדרית שיש להם שולים והן מחזיקין ארבעים סאה בלח שהם כורים ביבש הרי אלו טהורין ושאר כל הכלים בין מקבלין בין שאינן מקבלין טמאים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר דרדור עגלה וקוסטות המלכים ועריבת העבדנין ובור ספינה קטנה והארון אף על פי שמקבלין טמאין שאינן עשוין ליטלטל אלא במה שבתוכן ושאר כל הכלים המקבלין טהורים ושאינן מקבלים טמאים אין בין דברי רבי מאיר לדברי רבי יהודה אלא עריבת בעל הבית:

Caput 15. Vas ligneum, coriaceum, oſſeum, & vitreum, munda ſunt, ſi plana ſint, immunda vero ſi receptacula habeant; ſi confracta ſint, munda ſunt; ſi poſtea denuo ex ipſis facta ſint vaſa, immunditiem recipiunt abhinc & deinceps. Arca, capſa, turris, alveare ſtramineum, alveare calamorum, puteus navis Alexandrinæ, quibus ſunt fundi, & quæ comprehendunt quadraginta Sata in humidis, quæ in aridis ſunt Cori, hæc munda ſunt; reliqua vero omnia vaſa, ſive recipiant ſive non recipiant, immunda ſunt, ita R. Meyr. Sed R. Jehuda dicit, cupa plauſtrina, ſextarius regum, mactra coriariorum, puteus exiguæ navis, & arca, etſi recipiant, immunda ſunt, quia non facta ſunt ut dimoveantur, niſi ea quæ intra ipſa continentur; & reliqua vaſa omnia recipientia munda ſunt, quæ vero non ſunt recipientia, ea immunda ſunt. Inter verba R. Meyri & R. Jehudæ, nil intereſt niſi reſpectu mactræ patrisfamilias.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי עץ *Vas ligneum*, hæc Miſna jam expoſita eſt ſuperius capite ſecundo; hic vero auctor eandem rem tradit ob vas ligneum & coriaceum, quæ in hocce capite exponenda erant. שידה habet figuram ארון *arcæ*. תבה intellige ciſtam nummulariorum. מגדל *turris*, intellige reconditorium aliquod ligneum, barbare armarium, quod Arabicè אלמנסר vocatur. כוורת הקש *alveare ſtramineum*, id pro vaſe ligneo habetur quia id confectum eſt e caudis ſpicarum duris. ובור ספינה אלכסנדרית *& fovea navis Alexandrinæ*, navis magna qua e terra in mare deſcendunt, vocatur navis Alexandrina, quia a terra Iſraëlis in terram Alexandrinam, magnis duntaxat navibus vehuntur; & propterea quod aquæ maris ſalſæ ſunt, & ad bibendum ineptæ, idcirco quaſi puteum aliquod ligneum facere ſolent in navibus magnis, quem aqua dulci & ad bibendum apta implent.

שיש להם שולים *Quæ fundos habent*, quæ inferius non acuta ſunt, ſed lata, & in terra reſidentia. כורים *cori* qui ſexaginta continent Sata. ביבש *in aridis*, ut in proventu, leguminibus, & fructibus. טהורין *munda ſunt*, quia vas ligneum & coriaceum aſſimulantur ſacco, qui transfertur ſive plenus ſit, ſive vacuus; hoc vero non transfertur plenum, quia majus eſt quam oportet, ſi vero id plenum transferatur,

con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce ſermonis expoſitionem jam præmiſimus in principio capitis ſecundi. שדה & תבה ſunt arcæ ligneæ, at per תבה hic intelligitur arca numulariorum. מגדל *turris*, puta promptuarium. כוורת הקש *alveare ſtramineum*, eſt caniſtrum e ſtramine vel ſalice, vel e palmitibus confectum. Scopus vero horum eſt quod hæc inſtrumenta facta ſunt ex eo quod e terra progerminavit, idque ſit ſpecies inſtrumenti lignei, & hoc in lingua Arabica vocatur כוראלנהר habetque formam caniſtrorum. Cæterum in navibus magnis foveam aliquam ligneam faciunt quam aqua implent, ut ii qui in navi ſunt, ex ea bibant, & vocatur *puteus navis*; & ejuſmodi puteus eſſe ſolet in navibus Alexandrinis, naves enim quibus e terra Iſraëlis vehuntur Alexandriam, ſunt magnæ, & eæ mare ſalſum petunt, atque hæ longe differunt a parvis navibus quæ circa oram maris navigant in terra Iſraëlitica ex una urbe in alteram. דרדור עגלה *vas plauſtrinum*, eſt urceus ligneus in figura tigilli, & is apponitur plauſtro inferius ut ex uno loco in alterum deferatur dum aqua plenus eſt.

קוסטות המלכים *Sextarius regum*, habet formam mactræ magnæ & e ligno conficitur, comprehenditque exigua aliquot conclavia in quæ diverſa cibi potuſque genera reconduntur, cujuſmodi vas reges ſecum ferunt in curru.

עריבת

confringetur. *Sive recipiant immunditiem*, *ſive non recipiant*, ſive plus quam quadraginta recipiant Sata, ſive minus recipiant.

רדיר עגלה, *Vas plauſtri*, intellige dolium ligneum rotundum, quod factum eſt in forma tabularum quæ in terra Romana confici ſolent; & quamvis hocce vas magnum ſit, tamen quia rotundum eſt, id plenum dimoveri poteſt, & vacuum. Putat enim hicce doctor tranſlationem quæ fit ope boum, eſſe veram tranſlationem.

וקסטות המלכים *Et ſextarius regum*, habet hæc menſura figuram turris ligneæ, & plena eſt exiguis capſis, quibus indunt ſpecies ciborum; liquidorum autem vaſa & reges ſecum ferunt in curru quo vehuntur.

עריבת העבדנים. *Mactra coriariorum*, eſt mactra lignea in qua coriarii pelles ſuas macerant; & quamvis hæ mactræ quadraginta Sata recipiant, vel plus, immundæ ſunt, ſicuti expoſitum eſt, quod non transferunt niſi id quod in ipſo continetur, quando illa plena transferri ſolent.

עריבת בעל הבית *Mactra patris familias*, ea ſecundum R. Meyr immunda eſt; quod autem eam dixerit mundam, intelligas quod hæ duntaxat mundæ ſint, reliquæ vero immundæ, ſecundum R. Jehudam mundæ ſunt. Etenim R. Jehuda putat quod immundæ ſint, nempe, quod hæ duntaxat immundæ ſunt, reliquæ vero mundæ; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

עריבת העבדנים *Macta coriariorum*, eſt mactra lignea qua pelles complanant, Deus vero de immunditie vaſorum dixit Exod. 35, 22. *Ex omni vaſe ligneo*, *aut veſte*, *aut ſacco*; at per ſaccum intelligitur אלמשח qui textus eſt e pilis, unde ephippia faciunt, quod conficitur e lana. Cæterum Traditio exponit quod de vaſe ligneo nihil polluitur niſi id quod dimoveri poſſit, eſtque ſacci plenitudo ſive quantitas. Porro dixerunt, quemadmodum ſaccus dimovetur dum is plenus eſt, ſic etiam ſpina rotunda, & ſextarius regum includuntur, quæ etiam dimoventur dum plena ſunt; excipiuntur autem arca, capſa, & turris ſive reconditorium, quæ non dimoventur. Propter hoc fundamentum dixerunt quod vaſa e ligno facta & quadraginta Sata continentia in aridis, nempe, ſi res fluida de aridis contineat quadraginta Sata, ut legumina & ſemina, quia iſta condenſantur ſuper ore vaſis, & tertia ex parte augentur. Puteus triginta comprehendens Sata, non immundus eſt, etſi vacuus ſit & nihil in ipſo inveniatur, ſecundum id quod meminimus, ſi conditionem inierit de corporis illius magnitudine, ut ſi id fulcrum habeat in fundamento confectionis ipſius, conſtituatur in terra, donec id ipſum non amplius commoveri poſſit, & hæc eſt mens illius quod auctor dixit, ſi illa habeant שולים id eſt, *extremitates*. Sed R. Meyr dicit id quod Sapientes conſtituere de vaſis, nempe, ſi vas aliquod quadraginta contineat Sata de liquidis, quod tum id mundum ſit, intelligendum ſit ſi fragmenta contineant menſuram cubiti undiquaque, in altitudine trium cubitorum, quia hocce fragmentum quadraginta contineat Sata præter id quod in ipſis videtur quantum contineant. Reliqua autem vaſa ſive quadraginta contineant Sata, vel plus, tum illa immunda ſunt, & hic eſt ſenſus illius quod hoc in loco dicitur, *ſive recipiant*, *ſive non recipiant*, nempe, quando vaſa recipiunt quadraginta Sata, vel plus, tamen ipſa aſſimilantur vaſis quæ non contineant quadraginta Sata, & omnia immunda cenſeantur. Et hoc eſt quod in Siphra dicitur, quicquid Sapientes recenſuerunt inter munda, id mundum eſt, & reliqua immunda ſunt. Cæterum R. Jehuda recenſuit vaſa quæ Sapientes immunda dixere, licet illa plus quam quadraginta contineant Sata, quia illi convenerunt de vaſis quod illa dum conficiebantur, plena dimoveri poſſent, ſi fieri poſſet ut commoverentur, vel ſi anſam aliquam haberent ut trahi poſſent, vel ſi conſiſterent in curru aliquo, ſimilibuſque modis. Porro dicitur quod reliqua vaſa omnia præter hæc, ſi quadraginta contineant Sata, & plus, non ſunt immunda; quicquid vero redundat ultra quadraginta Sata, id immundum eſt, & hoc eſt quod hic dicitur, & reliqua omnia vaſa recipientia ſunt munda; quæ non ſunt recipientia, ea immunda ſunt. Atque hoc non obſcure innuitur in Siphra, quando dicitur, quæ Sapientes inter immunda recenſuerunt, ea ſunt immunda, reliqua vero munda. Non itaque controverſia eſt inter R. Meyr & R. Jehudam in omni eo quod de vaſis memoravimus, excepta mactra patrumfamilias, quando illa quadraginta Sata in liquidis continet, etenim Sapientes eam non recenſuerunt inter vaſa immunda, etſi non recipiant nonaginta Sata, ut ſpina rotunda, & ſextarius regum; neque inter vaſa quæ non ſunt immunda, licet quadraginta Sata contineant, ut arca, capſa, & turris, ſicuti memoravimus. Et hoc eſt ſecundum ſententiam R. Meyri, dicentis, omnia quæ Sapientes inter munda recenſuerunt, ea munda ſunt, reliqua vero immunda; vides ergo quod mactra patriſfamilias immunda ſit, licet quadraginta contineat Sata in aridis, quoniam ea non recenſita eſt inter vaſa munda. At vero ſecundum ſententiam R. Jehudæ, dicentis, quicquid Sapientes inter immunda recenſuere, id immundum eſt, quod reſtat, id immundum eſt, mactra non eſt immunda quando ea non comprehendit quadraginta Sata in liquidis, quia ipſa non recenſita eſt inter vaſa immunda, etiamſi quadraginta comprehendant Sata; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ב ארובות של נחתומים טמאות ושל בעלי בתים טהורות סרקן או כרכמן טמאות דף של נחתומים שקבעו בכותל רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאין סרוד של נחתומין טמא ושל בעלי בתים טהור גיפפו מארבע רוחותיו טמא נפרץ מרוח אחת טהור רבי שמעון אומר אם התקינו להיות קורץ עליו טמא וכן המערוך טמא :

2. Mactræ piſtorum immundæ ſunt, ſed patrumfamilias mundæ. Si illas minio pinxerit vel croco, immundæ ſunt. Tabulæ piſtorum quas parieti infixerunt ſecundum R. Eliezer mundæ ſunt, at immundæ ſecundum Sapientes. Exigua piſtorum mactra eſt immunda, munda vero ea quæ ad patremfamilias pertinet. Si eam tænia cinxerit ad quatuor plagas ipſius, immunda eſt; ſi ipſa ab una plaga diſrupta ſit, munda eſt. R. Simeon dicit, ſi eam paraverit ut ſuper ipſa diſcindat, immunda eſt, ſic etiam tabula diſponens eſt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

ארובות של נחתומים *Mactra piſtorum*, ſunt tabulæ ſive aſſeres in quibus piſtores diſponunt panem; nonnulla exemplaria tradunt עריבות *mactræ.* טמאות *immundæ ſunt*, quia formam inſtrumenti habent, licet vaſa lignea ſimplicia immunda ſint ex decreto Scribarum.

של בעלי בתים טהורים *Patrumfamilias mundæ ſunt*, quia illæ non habent formam vaſis. סרקן *Si minio eas expolíverit*, סרק idem eſt quod ששר *indicum in Sacris*, videſis Jerem. 22, 14. Arabice dicitur זנגפר & barbare minium. כרכמן id eſt, ſi croco eas coloraverit.

דף של נחתומים *Exigua piſtorum mactra*, e materia fuſili, nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארובות של נחתומים Notat piſtorum tabulas in quibus diſponunt maſſam quam depſuerunt, & iſtæ tabulæ formam inſtrumentorum habebant; ſed piſtorum tabulæ non habebant formam inſtrumenti, idcirco non immundæ ſunt, niſi quis eas coloraverit, adornaverit, & unxerit minio, aut croco, tum enim inſtrumenti formam habent, & immundæ cenſentur quia ſimplicia inſtrumenta lignea ſunt munda, ſicuti expoſitum eſt: attamen immunda ſunt ex decreto Sapientum.

דף של נחתומים *Mactra piſtorum exigua*, eſt tabula exigua in qua diſcindunt maſſam. Cæterum in Gemara dixerunt

nam ſi tabula lignea eſſet inſtrumentum ligneum! ſimplex, non reciperet immunditiem, etſi ex decreto Sapientum ſit immundum; ſi vero parieti infixæ ſint iſtæ mactræ, omnium conſenſu mundæ ſunt. *R. Eliezer eas dicit mundas*, ſed deciſio non eſt ſecundum ipſum. פרור idem eſt quod פרורא parva mactra, & hæc vox aliquoties expoſita eſt, ipſa uti ſolent piſtores, videſis Targum ad Exod. 31, 10.

גיפפו *Si tænia circumdederit*, ſi circum mactram fecerint aliquam clauſuram, נפף enim idem notat quod חבק. *Si paraverit eam, ut ſuper ipſa diſcindat*, ſcil. ad maſſam diſcindendam; ita Job. 33, 6. טמא *immunda eſt*, nam R. Simeon putat eam eſſe immundam ob exiguam mactram piſtorum, quia in ipſa diſcendunt maſſam, & ſegmenta inde movent in fornacem. Et ſic etiam ejuſmodi mactræ patrumfamilias immundæ ſunt ſi ad diſcindendum in ipſis panem factæ ſint, & inde eum removendum in fornacem; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

runt de tabula ænea controverſiam, quod nempe inſtrumenta metallina immunditiem recipiant, ſicuti expoſitum eſt. At vero tabula lignea, licet ipſa ex decreto Sapientum recipiat immunditiem, ſicuti de pariete conſtituerunt, tamen munda eſt omnium conſenſu. פרור eſt inſtrumentum ligneum quo piſtores utuntur dum depſunt, ad manus abluendas, & ex ipſo oblinunt ſuperficiem tabulæ, & hoc ſenſu Targum illa verba בגדי השרד Exod. 31, 10. & 39, 41. interpretatur per בגדי שימושא Cæterum ſenſus verbi גיפפו eſt quod mactram clauſura quadam circumdedit, Targum enim verbum דבק transfert per נפף, eſtque coagulatio quædam ſeminis circa collum. קורץ *diſcindat*, maſſam ſcil. מערוך dicitur tabula in qua diſpoſitus panis in duplici ſerie eſt confectus; at figura horum inſtrumentorum nota eſt. Cæterum congruum eſſet ut auctor dixiſſet quod extremitates illorum quædam immundæ ſint, quædam vero mundæ; ſed tu ſummam juris conſequeris, nempe, quod omne inſtrumentum ligneum quod formam inſtrumenti habet, ſi id ſimplex & planum ſit, non recipiat immunditiem ex Lege; metallina vero inſtrumenta ſive plana ſint ſive receptacula habentia, immunda ſunt ex Lege. Pariter vas ligneum planum in ſenſu cubationis & ſeſſionis duntaxat immundum eſt ex Lege, ſi id tetigerit ſeminifluus, ſicuti expoſitum eſt in aliquot locis hujuſce codicis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon.

ג ים נפה של סילתין טמא ושל בעלי בתים טהור רבי יהודה אומר אף של גודלת טמא מושב מפני שהבנות יושבות בתוכו וגודלות:

3. Mare cribri in quo farinam cribrant, immundum eſt, at patrumfamilias mundum eſt. R. Jehuda dicit, etiam id quod ad plicatricem pertinet, immundum eſt ſeſſione, quia filiolæ in ipſo ſedent, & nutriuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

ים נפה *Mare cribri*, intellige cortinam textam e pilis ad farinam puram educendam e furfure; & quia circum farinam eſt anguſtia aliqua tabulæ altæ, idcirco vocatur ים *mare*, eodem fere modo quo mare undiquaque comprehenditur a continenti. של סילתים *farinæ*, eorum qui farinam purificant. גודלת ita dicitur mulier quæ fœminarum capillos plicat. *Quia filiolæ ſive puellæ ſedent in ipſo*, illæ ſedent in mari cribri dum crines earum complicantur, ut recipiantur capilli qui de capitibus ipſarum deciderunt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent aliquod ſepimentum conficere ligneum & quadratum ad farinam ventilandam, idque ים נפה *mare cribri* vocatur, nam נפה idem eſt quod כברה cribrum, & ים notat omne inſtrumentum, aut effoſſionem, aut ædificium quod factum eſt ad colligendum, vel notat omne id quod liquidum eſt; idcirco hic etiam ים dicitur id in quo colligitur farina dum partes illius comminuuntur. Sed non eſt dubium quin figura illius quo patresfamilias utuntur, munda ſit. ושל גודלת *& plicatricis*, puta mulieris quæ capillos plicare ſolet, ea autem habere ſolet aliquod lignum cui puellas imponit dum capillos corrigit & plicat, ut recipiat capillos qui inter plicandum decidunt. Cæterum ſenſus illius quod Miſna dicit, *immundum eſt ſeſſu*, intelligendus eſt quod id immundum ſit quando in ipſo conſederit ſeminifluus; etenim hæc ſtructura apta eſt ut in ipſa conſideant filiolæ; conſtat autem plerumque e capillis contextis aut ſalicibus; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ד כל התלוים טמאים חוץ מתלוי נפה וכברה של בעל הבית דברי רבי מאיר וחכמים אומרים כלם טהורין חוץ מתלוי נפה של סלתים ותלוי כברת גרנות ותלוי מגל יד ותלוי מקל הבלשין מפני שהן מסייעין בשעת המלאכה זה הכלל העשוי לסייע בשעת מלאכה טמא העשוי לתלוי טהור:

4. Omnia ſuſpenſoria ſunt immunda, cribri ſuſpenſorio excepto, & cribri patrisfamilias, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, omnia munda ſunt, excepto ſuſpenſorio cribri purificantium farinas, & ſuſpenſorio cribri arearum, & ſuſpenſorio falcis meſſoriæ, & ſuſpenſorio virgæ exploratorum, quia iſta opem ferunt inter operandum. Hæc enim regula generalis eſt, quicquid factum eſt ad opem ferendam inter operandum, id immundum eſt, quod ad ſuſpendendum, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA

כל התלוין *Omnia ſuſpenſoria*, quæ facta ſunt ut inſtrumenta iis appendantur; *immunda ſunt*, quia cum inſtrumentis conjunguntur. כברת גרנות *cribrum arearum*, quod factum eſt ad excutiendum triticum & ad glebas recipiendas; cribrum vero imponitur duobus lignis & ita cribrant, quando autem defoſſi ſunt ii qui cribrant, manum introducunt in ſuſpenſorium, & cribrant, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *quia opem ferunt inter operandum.* מקל הבלשין *virga exploratorum*, eſt baculus quo explorant an aliquid in inſtrumentis remanſerit quod regi in tributum ſolvi debeat, Targum enim verbum חפש exponit per בלש. Porro dicit, שהם מסייעין בשעת המלאכה *quæ adjuvant inter operandum*, nam cribrantes manum immittunt in ſuſpenſorium quando vaſe uti vult, idcirco opem ferunt operi; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כברה Eſt idem quod קרבל *cribrum*, habetque majora foramina quam נפה. Cæterum מקל הבלשין *virga exploratorum*, eſt virga qua explorant, Targum enim verbum חפש vertit per בלש. Nam ope hujus virgæ inquirebant an quid tritici remanſiſſet in ſtramine propter decimationem regis. *Quia iſta inter operandum opem ferunt*, quia is introducit manum ſuam in hocce ſuſpenſorium, & inſtrumentum comprehendit, atque hoc modo opus adjuvat in hoc ſervitio; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה רחת של גרוסות טמאה של אוצרות טהורה של גיתות טמאה של גרנורת טהורה זה הכלל העשוי לקבלה טמא לכנוס טהור :

5. Vannus in qua proventus frangitur, immunda eſt, promptuarii autem vannus eſt munda: torcularium immunda eſt; arearum munda: hæc generalis regula eſt, quod ad recipiendum factum eſt, id immundum eſt, quod ad introducendum, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רחת *Ventilabrum*, in quo ventilant proventum & legumina, Arabice dicitur אלרחה, & barbare *pala*. של הגרוסות in qua fabæ freſſæ commoluntur, & id immundum eſt, quia id receptaculum habet, & factum eſt ut in molam introducatur. ושל אוצרות & *promptuarii*, quod factum eſt ad triticum a lateribus colligendum ab utraque parte, & ad purgandum id quod promptuario adhæret. ושל גיתות *torcularium*; ad uvas immaturas corticeſque extra torcular projiciendas. *Ad colligendum*, ea quæ diſperſa ſunt, ſed non ad recipiendum in ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רחת Idem eſt quod מזרה *vannus*, Arabice אלראחה dicitur, barbare pala. Vannus גרוסות eſt vannus qua fabas ventilant a corticibus earum quando commolitæ ſunt. *Vannus promptuarii* eſt ea qua triticum colligitur a lateribus, & purificatur donec id in promptuarium redeat. Cæterum jam expoſitum eſt fundamentum quod omne inſtrumentum quod ad receptionem factum eſt, ſit immundum, quod ad introductionem, non ad colligendum in ipſum, mundum eſt.

ו נבלי השירה טמאים ונבלי בני לוי טהורין כל המשקין טמאים ומשקה בית מטבחיא טהורים כל הספרים מטמאין את הידים חוץ מספר העזרה המרכוף טהור הכטנון והנקטמון והאירוס הרי אלו טמאים רבי יהודה אומר האירוס טמא מושב מפני שהאלירת יושבת עליו מצורת החולדה טמאה ושל העכברים טהורה :

6. Nablia cantici immunda ſunt, Leviticorum vero munda. Omnes potus immundi ſunt, ſed potus domus mactationis mundus eſt. Omnes libri polluunt manus, excepto Ezræ libro. Marcuph mundum eſt, at cithara ventriculoſa, Niktemon, tympanum, immunda ſunt. R. Jehuda dicit, tympanum immundum polluitur ſeſſione, quia lamentatrix ſedet in ipſo. Rete muſtelæ immundum eſt, muris vero mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

נבלי השירה *Nablia cantici*, ſunt nablia in quibus cantabant. *Immunda ſunt*, nablia enim & citharæ excavata ſunt ad latus chordarum ut vox modulaminis audiatur, ſolent enim modulatores numulos conjicere in illa ab aliis hominibus accepta, qui auditum venerunt, idcirco tam plena quam vacua transferuntur iſta inſtrumenta. *Nablia Levitarum*, ſunt nablia in quibus Levitæ in ſuggeſtu cantabant. *Munda ſunt*, quia hæc non facta ſunt ut in ipſa conjiciantur numuli, vel ut quid recipiant. כל המשקים טמאין *omnes potus immundi ſunt*, omnes ſeptem liquores ſive potus, cujuſmodi ſunt aqua, vinum, oleum, mel, adeps, ſanguis, ros, qui omnes immunditiem recipiunt & ſemina diſponunt ad immunditiem recipiendam. משקה בית מטבחיא *potus domus mactationis*, nempe aqua & ſanguis quæ in atrio ſunt ubi pecora mactantur, munda ſunt, quia non recipiunt immunditiem, nec cibos diſponunt ad immunditiem recipiendam. כל הספרים מטמאין את הידים *omnes libri polluunt manus*, quia cibi oblationis primæ ab initio reconditi erant juxta librum Legis, nam de utroque in Lege exprimitur lotio manuum, quandoquidem libri depravantur a muribus qui juxta cibos inveniuntur, hinc decretum eſt omnes libros ſacros inficere oblationem primam tactu. Inſuper quoque decretum eſt manus quæ libros tetigerunt habendas eſſe pro ſecundo immunditiei gradu, & inficere oblationem primam. חוץ מספר העזרה *libro Ezræ excepto*, intellige librum Legis in quo pontifex maximus legebat in atrio mulierum die Expiationis, nam nobis non eſt in ſuſpicione impuritatis quod cibi oblationis primæ circa ipſum ponantur ob ipſius honorem. מרכוף eſt equus ligneus, quem faciunt ludi magiſtri ut ei inſideant & ludant. כטנון eſt magnum aliquod inſtrumentum muſicum, & hoc ita vocatur quia id ventri applicat is qui ludit, barbare *cithara*. נקטמון eſt etiam ſpecies inſtrumenti muſici, habetque pedis lignei formam, quo utuntur ii qui uno pede mutilati ſunt. אירוס habet formam cribri, & illius latera ſunt rotunda, ſuper os ipſius extendunt tenuem aliquam pellem, & in ipſo percutiunt virga, atque hoc modo producitur ſonus tintinnabuli, barbare Tamburo. טמא מושב *immundum eſt ſeſſione*, ſi in ipſo conſederit feminifluus, feminiflua, menſtruata, vel puerpera, tum id factum eſt pater immunditiei, ad hominem & veſtes polluendas, nam eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נבלי השירה *Nablia cantici*, intellige inſtrumenta muſicalia & modulatoria. Leviticorum nablia hic dicuntur ea quibus Levitæ cantabant quotidie in Templo, ſicuti conſtat e codice de Sacrificio Jugi. Cæterum quando auctor dicit, *omnes potus mundi ſunt*, intelligit omnes ſeptem liquores immunditiem recipientes, ſicuti ab initio expoſuimus, exceptis liquoribus qui inveniuntur in domo mactationis in atrio, ſuntque aquæ, & quatuor qui illic non recipiunt immunditiem; ſic etiam non diſponunt ad immunditiem recipiendam, quando dicitur, potus domus mactationis, nonne æquum eſt ut iſti ſint puri, ſed quod non diſponunt ad immunditiem recipiendam? reſpondet autem quod potus domus mactationis contineat conſtitutionem ore traditam. Cæterum jam id expoſuimus in fine codicis de Teſtificationibus. Ratio autem quare libri polluant manus, eſt, ne oblationem primam apud ſe deponant homines, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Sacrificiis. Sed non obligarunt in hoc decreto de libro Ezræ, quia is ob honorem ipſius ſatis inſignitus eſt, ita ut non ponant juxta eum oblationem primam. מרכוף notat equum ligneum, cui inſident ii qui ludunt, cujuſmodi ludus notus eſt apud barbaros. כטנון *cithara ventriculoſa*, eſt inſtrumentum muſicum quod cithara vocatur, & iſto nomine vocatur quia is qui in ipſo percutit, innititur ventri ipſius. הנקטמון notat pedem ligneum, quem faciunt ad ope illius incedendum; ſed hic indicatur lignum aliquod muſicum cujus figura eſt nota, & idcirco nomen accepit ab homine qui pede mutilatus eſt. אירוס *tympanum*, rotundum, quod ſimile eſt גרבל in quo ab uno latere percutiunt manu, & nomen illius notum eſt apud nos ex forma vocaturque טנבורין, & cum hocce inſtrumento apud mortuos lamentationes agitant, cujuſmodi apud nos multa ſunt, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, מפני שהאלית יושבת עליו *quia Elit in ipſo conſidet*, per אלית intelligas הספרנית *lamentatrix*, ſicuti dicitur Joël 1, 8. אלי הבתולה חגורת שק Lamentatrix ergo ei inſidet tympano inter lamentandum. Porro dicitur, *rete ad muſtelas capiendas immundum eſt, ſed ad mures capiendos, mundum eſt*, quia retis figura pro muribus jam perfecta eſt, ſed expoſui tibi omnes ſenſus de omnibus inſtrumentis ligneis, vel metallinis tam immundis quam mundis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehu-

inſtrumentum quod ſeſſioni deſtinatum eſt. אליה idem eſt quod מקוננת *lamentatrix*, quæ huic inſtrumento inſidet & lamentatur, quia lugent mortuos cum inſtrumentis muſicis, ita enim moris eſt in Turcia; radicem vocis אלי videſis Joëlis 1, 8. Deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Rete pro muſtelis capiendis, eſt immundum*, quod inſtrumenti formam habet, quod non habet rete pro muribus capiendis.

dam, quia hocce inſtrumentum non factum eſt ut ei quiſquam inſideat.

פרק יו כל כלי עץ שנחלק לשנים טהור חוץ משלחן הכפול והתמחוי המזנון והאפיפורים של בעל הבית רבי יהודה אומר אף המגס וקוד הבבלי כיוצא בהן כלי עץ מאימתי מקבלים טומאה המטה והעריסה משישופם בעור הדג גמר שלא לשוף טמאה רבי מאיר אומר המטה משיסרג בה שלשה בתים :

Caput 16. Omne inſtrumentum bipartitum eſt mundum, excepta menſa duplicata, ſcutella alimenti, ſcabello patrumfamilias. R. Jehuda dicit, etiam μαγὶς, & paropſis Babylonica, & id genus alia. Inſtrumenta lignea quando immunditiem accipiunt? lectus & ſponda poſtquam in pelle piſcis abraſa ſunt, & perfecta abſque politione, immunda ſunt. R. Meyr dicit, lectus poſtquam in ipſo tria ſpatia perplexa ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלחן הכפול *Menſa duplicata*, quæ in varios articulos & membra eſt diſtincta, quæ duplicantur poſtquam eam removerint ita ut quiſque articulus ſeorſim ſit inſtrumentum. תמחוי המזנון *ſcutella alimenti*, notat ſcutellam magnam quæ multas parvas in ſe comprehendit, quibus ſingulis imponi ſolet aliquod genus cibi, & quia in ipſo multa ſunt genera ciborum, idcirco hoc nomine vocatur; Targum vocem למינו *ſecundum ſpeciem ſuam* vertit per לזנוהי: Cæterum אפיפורין notat ſedile quod in articulos diſtinctum eſt. מגס eſt idem quod קערה *ſcutella* ſecundum Targum. קוד הבבלי *paropſis Babylonica*, eſt ſpecies ſcutellæ ligneæ, nam in lingua Sapientum phraſis מקדה בזויה exponitur per קערה בזויה Et quamvis omnia hæc ſint inſtrumenta, tamen quælibet pars ſeorſim habet formam inſtrumenti; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. משישופם בעור הדג *poſtquam abraſa ſunt in pelle piſcis*, ad feſtucas eorum removendas, antea enim non ſunt apta ad opus ipſorum, quia carnem incidunt; at ſi ipſis non deficiat quicquam præter nitorem abraſionis & expolitionis, nobis hypotheſis eſt quod materia informis quæ abradi & poliri debet, immunda ſit. גמר שלא לשוף *ſi perfecerit abſque abraſione*, ſi in corde ipſius concluſerit ſe illis uſurum, etſi adhuc nondum abraſerit. שלשה בתים *tria ſpatia*, ſi lectum extenderit per funiculos, ſpatium quod inter unumquemque funiculum eſt, id vocatur בית *domus*; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלחן הכפול *Menſa bipartita*, quæ diverſis conſtat articulis, & duabus partibus cum cardinibus quibus eam duplicant & extendunt, idcirco poſtquam bipartita eſt, immunda eſt, quia omnis pars fit inſtrumentum aliquod ſingulare, propterea opifices ei inniti ſolent dum paratur, & in magnam menſam ligneam conficitur, quemadmodum ea quæ in Ægypto מעחצמי dicitur; in ipſa ſolent eſſe parva ſpatia ex aſſeribus confecta in quæ varia ciborum genera recondi ſolent, & quodlibet ex iſtis ſpatiis ſive domunculis vocatur תמחוי המזנון *ſcutella alimenti*, continens multa coctilium genera; Targum vocem למינו vertit per לזנוהי: Hacce autem tabula in duas partes diviſa, in unaquaque remanet inſtrumentum integrum, idcirco quælibet pars immunditiem accipit. אפיפורין notat ſedile quod aliquot membra habet. מגס idem eſt quod קערה *ſcutella* ſecundum Targum; forma autem ipſius cui inſidet, eſt ſcutella parva; hac autem ſcutella diviſa, partes illius dimidiatæ ſunt inſtrumenta ſeorſim, idcirco ipſa immunditiem recipiunt. קוד הבבלי *paropſis Babylonica*, eſt ſcutella quædam lignea; Salomo vero de hac dixit, hæc fuit portio mea de omni labore meo magno; Rabh & Samuel diſputant, unus dixit, per מקלו *baculum ipſius* indigitatur baculus cujus ope incedit, alter vero dixit per קודו *ipſius paropſin* indigitari, e qua comedebat Salomo quando e regno ſuo expulſus erat, ſicuti notum eſt. משישופם id eſt, poſtquam ea quis confricaverit pelle piſcis alicujus noti quæ אלפסן vocatur, qua inſtrumenta expoliunt. *Si perfecerit abſque abraſione*, id eſt, ſi cogitaverit ſecum ſe non abraſurum, & ita concluſerit dum perficiebatur inſtrumentum, ſe iſtud non abraſurum, tum non recipit immunditiem quando perfectum eſt. Per מטה intelligas אלסריר. Sed עריסה notat אלמהר ſicuti narrabo, ſi igitur quis quatuor conſtituerit columnas ligneas, & ſuper illis expanderit trabes, funiculoſque ſuper ipſis extenderit, ſicuti plerumque apud nos facere ſolent ſedile pro molitoribus & iis qui farinam vendunt. Et de hocce מטה dicit R. Meyr, poſtquam in ipſo tria fuerint ſpatia, immundum eſt, licet textura nondum perfecta ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Meyr.

ב הסלין של עץ משיחסום ויקנב ושל תמרה אף על פי שלא קינב מבפנים טמא שכן מקיימין כלכלה משיחסום ויקנב ויגמור את התלויה בית הלגינין ובית הכוסות אף על פי שלא קינב מבפנים טמא שכן מקיימים :

2. Caniſtra lignea ſunt perfecta ex quo obturata ſunt & abſciſſa, & ea quæ e dactylo confecta ſunt etſi interius non abſciſſa ſint, immunda ſunt; ita enim confirmamus. Caniſtrum ex quo obturatum eſt, & abſciſſum, conſummatumque ſit id a quo pendet; lagenæ, & poculorum reconditoria, etſi intus abſciſſa ſint, immunda ſunt, ita enim confirmamus.

R. OB. DE BARTENORA.

הסלים של עץ *Caniſtra lignea*, quando opus eorum confectum eſt; משיחסום *ex quo obturata ſunt*, quando quis cupam aut caniſtrum abraſerit, iſta actio vocatur החסימה *obturatio*. ויקנב *& abſciderit*, poſtquam abraſionem confecerit, tum remanent feſtucæ ſive capita cruſtæ prominentia quæ abſcindenda ſunt, & hæcce actio vocatur קניבה. Cæterum *caniſtrum e dactylis* confectum eſt e ramis palmæ, ita enim confirmamus abſque abſciſſione. כלכלה eſt caniſtrum e juncis confectum, תלוי eſt funiculus a quo pendet. בית הלגינים *domus lagenarum*, eſt vas in quod reponunt lagenas ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משיחסום *Ex quo obturaverit*, poſtquam fecerit marginem quo textura tota conjungitur, & cohibetur ne depravetur & diſpergatur; hæc phraſis occurrit Deut. 25, 4. לא תחסום שור בדישו quæ eſt colligatio circa os; inſtrumenta autem & vaſa quæ polluuntur confici ſolent e juncis, aut ſtramine, ſimilique materia, ut cupæ, remanente quopiam e quo texunt inſtrumentum exterius ſuper ipſius ſuperficie intra inſtrumenta vel extra ipſum, poſtquam vero opifex perfecerit, tum iſtas extremitates diſcindit omnes ferro, atque harum extremitatum abſciſſio vocatur קניבה: quando igitur

ut cuſtodiantur. בית הכוסות *domus poculorum*, eſt vas in quod pocula reponere ſolent.

igitur auctor dicit, abſcidit, ſimilive modo, intelligit abſciſſionem ſalicum & juncorum poſt perfectionem vaſis, ſed non requiritur ut harum vocum expoſitioni denuo operam demus, idcirco ſcias quod סל, כלכלה, כוורת omnes ſub eadem veniunt figura, & ea apud nos vocatur סל, attamen commutantur viciſſitudine materiæ e qua conſtant, & magnitudine ac parvitate. של תמרה *& quod e dactylis conſtat*, nempe, ſi e ramis dactylorum id confecerit. Senſus vero illius quod dicitur, שכן מקיימין *quia ſic confirmamus*, hic eſt, quod homines ita reponere ſolent, & non ita abſcindere ex iſtis extremitatibus. בית הלגינין *domus lagenarum*, eſt baſis, quam in Ægypto vocant קנונין: ſed לגינין eſt pluralis לגין Cæterum בית הכוסות idem eſt quod בסיס הכוסות *baſis poculorum*.

ג הקנונין הקטנים והקלתות משיחסום ויקנב הקנונים הגדולים והסוגין הגדולים משיעשה שני דורים לרחב שלהם ים נפה וכברה וכף של מאזנים משיעשה דור אחד לרחב שלהן הקופה משיעשה שתי צפירות לרחב שלה והערק משיעשה בו צפירה אחת:

3. Κανȣν parvum, caniſtra contecta ſunt ex quo obturata ſunt, & abſciſſa; magna vero caniſtra & magna arca, ex quo in latitudine duo ordines facti ſunt. Mare ventilabri, cribri, & baſis lancium ex quo factus eſt ordo unus in latitudine ipſorum. Cupa ex quo duo orbes facti ſunt in latitudine, & cupa parva ex quo unus orbis in ipſa factus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הקנונין κανȣν, notat caniſtrum in quo reponunt legumina, & id conficitur e ramis palmarum. קלתות notat parva caniſtra. סוגים ſunt magna caniſtra. שני דורים *duos orbes*, poſtquam fundos cuparum texta ſunt, orbiculos texunt circum ipſas, prout cuique lubet, ut latitudo ſit in lateribus, & in altitudine, & hi orbes laterum דורים vocantur. כף של מאזנים *baſis lancium*, intellige baſin cui lances imponunt. דור אחד *unus orbis*, ex quo in humerum elevarit unum orbem. שני צפירות לרחב שלה *duos ordines*, duos circuitus. והערק *& parva cupa*, cujus ora non tam alta eſt quam קופה cupæ. משיעשה צפירה אחת *ex quo unum fecit orbem*, tum immunda eſt cupa parva; cupa autem e ſubere facta cujus longitudo ſuperat latitudinem inſtar arcæ ſutorum vocatur ערק: nam Targum illa verba עד שרוך נעל vertit per ערקת מסאנא videſis Gen. 14, 23. Quandoquidem vero vas e junco vel ſubere confectum ſubjectum eſt juri vaſorum ligneorum, idcirco auctor id ipſum tradit iſtis in locis ubi de vaſis ligneis agitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנונין Caniſtra e ſalicibus tenuibus confecta in forma ſcutellæ, e quibus homines comedere ſolent, & illa apud nos parantur in plagis occidentalibus in Alſinag. סוגין הגדולים notat cupas magnas, in quas farinam reponunt; atque hæc vaſa texuntur, nam ſumunt juncum aut ſalices, vel id quod texi poteſt, & manibus conjungunt funiculum longum donec is centum ulnas longus ſit, vel longior, & poſtea unum conjungunt cum alio, & conſuunt inde funiculum aut filum, in quacunque voluerint figura; & hæc res ubique locorum nota eſt, idcirco non opus eſt de hac pluribus agere. דורים eſt pluralis numeri a דור notatque orbem cui includunt jumentum. Porro dicit auctor quod poſtquam hæc vaſa in latitudine fundi conſuta ſint, inſuper duos orbes ei faciunt ſurſum, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, שני דורין לרחב שלהן *duo ordines in latitudine ipſorum*; ac ſi dixiſſet, ſupra orbiculos ſecundum latitudinem vaſis, ſecundum menſuram vaſis, ſi ſtatuerit ut latitudo hoc & illo modo ſe habeat. ים נפה וכברה *mare ventilabri & cribri*, jam expoſuimus id conſtare & junco & ſalicibus, quando igitur quis oram ſuperiorem elevaverit, orbiculus alter recipit immunditiem. Per בי צפירות intelliguntur duo עגולים *orbiculi*, ex orbiculis hujuſce longi, & hoc eſt quod dicit, באה הצפירה *ſi venerit orbiculus*, puta tactum circuitus dominii ad hos præfectos. ערק notat vas e ſubere confectum in forma cupæ, quod oram habet altitudinem diminuentem, eſtque vas exiguum, ejuſdemque latitudo longa ſimilis eſt arcæ calcearii, idcirco Targum vocem שרוך vertit per ערק Gen. 14, 23. Cæterum in principio libri jam expoſuimus quod vaſa e pilis confecta, vel e junco, ſimilive materia e terra proveniente, omnia comprehendantur genere vaſorum ligneorum, idcirco auctor hæc vaſorum genera meminit hoc in loco ubi de vaſis ligneis.

ד כלי עור מאימתי מקבלים טומאה התורמל משיחסום ויקנב ויעשה קיהותיו רבי יהודה אומר משיעשה את אזניו סקורטיא משיחסום ויקנב ויעשה את ציציתה רבי יהודה אומר משיעשה את טבעותיה קטבוליא משיחסום ויקנב רבי יהודה אומר משיעשה את קיהותיה הכר והכסת של עור משיחסום ויקנב רבי יהודה אומר משיתפרם וישייר בהם פחות מחמשה טפחים:

4. Vaſa coriacea quando immunditiem recipiunt? pera ex quo obturata eſt, & abſciſſa, feceritque quis corrigias ejus. R. Jehuda dicit, ex quo fecerit anſas ejus; ſcorteum, ex quo obturatum eſt & abſciſſum, & illius lamina confecta. R. Jehuda dicit, ex quo annuli illius confecti ſunt; καταβολὴ ex quo obturata eſt & abſciſſa. R. Jehuda dicit, ex quo confectæ ſunt corrigiæ illius. Pulvillus & pulvinar coriaceus ex quo obturata ſunt & abſciſſa. R. Jehuda dicit, ex quo conſuta ſunt, & minus quam quinque palmi remanſerint.

R. OB. DE BARTENORA.

תורמל *Pera*, eſt coriacea pera & magna, in quam paſtor reponit edulia, & omnes res ſuas; ita dicitur in Gemara, *neque paſtor cum pera ſua*. קיהותיו *clauſuræ illius*, idem quod מסגרותיו inſtar anſarum exiguarum circum peram, & per eas anſas introducunt funiculos peram claudentes. סקורטיא *ſcorteum*, eſt pellis quam induunt coriarii inter operandum. ציציתה *lamina illius*, in forma fimbriæ pallii, faciebant fila alarum ſive extremitatum ipſius ut ope eorum colligaretur. Maimonides vocem סקורטיא exponit de pelle in qua comedebant; ציציתה autem eſt dimidium pellis cui dimidium laminæ metallinæ imponunt in ornatum; ita in ſacris literis dicitur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תורמל *Pera*, coriacea, quam paſtores ponunt circum colla ipſorum, & in ipſa recondunt edulia; in Gemara dicitur, neque paſtor cum תרמילו *pera ſua*; ſenſus ויחסום *& obturavit*, dicitur de inſtrumentis vaſiſque coriaceis, quorum extremitates conduplicatæ ſunt, & conſutæ, donec inſtrumentum habeat oram aliquam. ויקנב *& abſciderit*, ſi abſciderit corii extremitates prominentes, quæ ſunt extremitates exiguæ pilis ſimiles. וקיהותיו *& loramenta illius*, ſunt lora quibus colligant os vaſis, ſicuti notum eſt. סקורטיא notat inſtrumentum pelliceum in quo comedunt: ציצית autem notat orbiculum pelliceum quem faciunt in medio, & cum ſcor-

citur צוף זהב pro ציץ זהב *lamina auri.* טבעותיה *annuli illius*, etenim annulum æneum aut ferreum infigebant extremitati ſcortei. קטבליא κατάβολη notat pellem qua lectum ſternunt, & Arabice vocatur נטע: Cæterum inſtrumenta coriacea plana non recipiunt immunditiem ex Lege, ſed ex inſtituto Sapientum tantum, ſicuti inſtrumenta lignea, & jus utriuſque hac in parte idem eſt, quia non recipiunt immunditiem e Lege, ſed ex inſtituto Sapientum, ſicuti reliquas immundities, exceptis iis quæ cubando & ſedendo contrahuntur, cujuſmodi Lex definivit quando coriacea inſtrumenta ad hoc deſtinata ſunt. הכר והכסת *pulvillus & pulvinar*, nam כר minus eſt quam כסת, pulvillus enim factus eſt ut ſubjiciatur pulvinari, ſed pulvinar toti corpori illius. פחות מחמשה טפחים *Minus quam tres palmi*, qui reliqui ſunt ob oſtiolum ad mollia quæque illinc introducenda, ut pulvillus & pulvinar impleatur.

ſcorteo conſuunt in ornatum, & contundunt ſicuti notum eſt, ציץ enim in Lege notat נזר *laminam.* טבעותיה *annuli ipſius*, intellige annulos æneos aut ferreos, qui ſunt in extremitate ſcortei, & recipiunt נטע, quo pellem orbicularem expandunt, ad ſaltandum in ipſo; hæc autem inſtrumenta juxta auctorem habenda ſunt ut vaſa pellicea ſimpliciter extenſa & plana & immunditiem recipiunt. Sed nos jam præmiſimus quod vaſa pellicea plana ſunt munda; hic autem duo ſunt modi conſiderandi, quorum unus eſt quod pellicea vaſa plana ſint munda ex inſtitutione Sapientum, ſicuti vaſa plana, quorum omnium idem eſt jus. Et quando in Gemara dicunt, ex inſtituto Sapientum, intelligas inſtitutum de inſtrumentis ligneis vaſiſque planis, reliquiſque cum his numeratis, quorum ſimplices expanſiones non recipiunt immunditiem ex Lege. Alii vero modi ſunt, in quibus immundities e ſeſſione vel cubatione contracta locum habet duntaxat, & non reliquæ; & hic modus fortior eſt apud me. Cæterum nonnulli interpretes jam illud פקח קוח Jeſ. 61, 1. expoſuerunt de remotione orbiculi, & duas poſuerunt voces פקח קוח easque de remotione expoſuerunt, ſcil. ut orbiculus removeretur; atque adeo duas voces inde confecerunt. Cæterum pulvillus pelliceus eſt ſedile pelliceum rotundum, & longum, ſed figura ſatis nota eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה פטיליא טמאה והסינה טהורה סגניות של עלין טהורות של נצרין טמאות חותל שהוא נותן לתוכו ונוטל מתוכו טמא ואם אינו יכול עד שיקרענו או עד שיתירנו טהור:

5. Sportula eſt immunda, cupa autem munda. Sportulæ e foliis mundæ ſunt, e ramis vero immundæ ſunt. Caniſtrum cui quid imponitur, & e quo deſumitur, immundum eſt. Si vero nequeat ſumere niſi donec id diſciderit, vel diſſolverit, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פטיליא Idem eſt quod קופה *cupa* e ſalicibus facta, in quam recondere ſolent ficus aridas. הסינה quoque eſt ſpecies cupæ e ſpinis facta cui lutum imponunt. סגניות *ſportulæ*, radix vocis occurrit Cant. 7, 3. faciunt inſtar caniſtri exigui e foliis, & ita contegunt fructus; ſed hoc pro re nata duntaxat fieri ſolet. נצרים ſunt rami dactylorum. חותל eſt vas quod e ramis dactylorum conficiunt, cui imponunt palmites humidos; ut matureſcant in eo. שהוא נותן לתוכו ונוטל מתוכו *in quod reponunt, & e quo deſumunt*, at ſi ex ipſo educere poſſit palmites, niſi id diſcindat, vel diſſolvat ramos, mundum eſt, nam ſi illud diſciderit aut diſſolverit, in fimetum conjicitur, & ſic miniſterium aliquod fit pro re nata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פטילייה Eſt vas quod קופה cupæ ſimilis eſt, & e ſalicibus conficitur, & quod fere cubitum altum eſt os habens exiguum cui ficus imponunt aridas, ſi quis eas conſervare velit aut corrigere, nomen vero illius apud nos ſatis notum eſt. הסינה eſt cupa magna ſimilis domui, & plerumque fit e ſalicibus, & impletur tritico, quando in eam colligere volunt, nam Targum illa verba נהרסו ממגורות vertit per איפחתו הוסניא videſis Joël. 1, 17. Solent enim fructus colligere humidos, ut ficus, uvaſque, & eos includere alicui vaſi quod veluti e ſalicibus calamiſque textum eſt, & hæc textura vocatur סגניה id eſt, גדר *Paries*, derivatur a סוגה, ita dicitur סוגה בשושנים Cant. 7, 3. Cæterum חותל eſt vas e ſubere vel juncis factum, cui fructus imponunt humidos dum venduntur, ne manibus contrectentur, ſicuti hoc in quo fructus humidos vendunt in Ægypto, quod אלרוכלה vocatur, radicem vocis videſis Ezech. 16, 4. ubi dicitur והחתל לא החתלת:

ו קסייה של זורי גרנות של הולכי דרכים של עושי פשתן טמאה אבל של צבעין ושל נפחין טהורה רבי יוסי אומר אף של גרוסות כיוצא בהן זה הכלל העשוי לקבלה טמא מפני הזיעה טהור:

6. Chirotheca eorum qui in area ventilant, vel viatorum, vel linum parantium, immunda eſt; colorantium vero & fabrorum ferrariorum munda eſt. R. Joſe dicit, molentium quoque his ſimilis eſt. Hæc generalis regula eſt, quod ad recipiendum factum eſt, id immundum, quod vero ob ſudorem, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

קסייה *Chirotheca*, operimentum manus. *Chirotheca eorum qui in areis ventilant, vel viatorum, vel linum parantium immunda eſt*, quia hæc chirotheca facta eſt ut illius ope bene apprehendat aliquam rem, ne excidat e manibus, vel ne ſpinis pungatur, idcirco cenſetur facta ad receptionem, etenim res ea quam ope illius apprehendit, innititur manui ipſius, eamque recipit. גרוסות *molentium*, qui fabas commolunt in molis. מפני הזיעה *ob ſudorem*, ad ſudorem hauriendum, ut caro refrigeſcat, ne ſudet, vel ne ſudor manuum inquinet id quod apprehendit. *Mundum eſt*, quia miniſterium pro re nata eſſe cenſetur, ſi ob ſudorem duntaxat factum ſit inſtrumentum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קסייה *Chirotheca*, eſt pellis quædam conſuta cui manus imponunt, habet palmæ humanæ figuram; ſi igitur quis eam induerit ne a ſpinis pungatur, vel a ligno, attamen punctus fuerit, immunda eſt. Si vero intenderit eam induere ne ſudet & perdatur id quod in manu ipſius eſt ob ſudorem, vel ne effundatur ſudor ex inſtrumento vel vaſe cui operam dat, tum non eſt immunda, quia ſimplicis inſtrumenti coriacei ſimilitudinem habet; & quamvis concavum habeat chirotheca, tamen non facta cenſetur ad receptionem.

ז המלקוט של בקר והחסום שלו והמדף של דבורים והמנפה הרי אלו טהורין כסוי של קופסא טמא

7. Sacculus jumenti & capiſtrum illius, depulſorium apum, & ventilabrum, munda ſunt. Operimentum capſæ immundum eſt; operculum καμπτρίας

טמא כסוי קמטרא טהור כסוי תבה כסוי טני והמכבש של חרש והכסת שתחת התיבה והקמרון שלה ואנגלין של ספר בית הנגר בית המנעול ובית המזוזה ותיק נבלים ותיק כנורת והאמום של גודלי מצנפות והמרכוף של זמר ורביעית של אליית וגנוגנית העני וסמוכות המטה וטפוס של תפלה ואמום של עושי סותות (ס"א סיאנורת) הרי אלו טהורים זה הכלל אמר רבי יוסי כל משמשי משמשין של אדם בשעת מלאכה ושלא בשעת מלאכה טמא וכל שאינו אלא בשעת מלאכה טהור :

τρίας mundum eſt; operimentum arcæ, operimentum vaſis Teni, prælum fabri lignarii, ſolium quod arcæ ſubjicitur & illius fornix, theca libri, domus peſſuli, domus ſeræ, domus Mezuzæ, theca nabliorum, & theca cithararum, forma aptantium pileos, equus muſicus, quartarius lamentatricis, ſaccus pauperis, fulcimina lecti, typus Phylacteriorum, forma eorum qui veſtes parant, hæc omnia ſunt munda. Hæc generalis eſt regula; dixit R. Joſe, omnia miniſtratoria ſunt miniſtratoria humana inter operandum, ſed extra operis momentum ſunt immunda; quicquid autem in momento operis tantum exiſtit, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מלקוט *Sacculus*, coriaceus ſaccus quem circa vaccæ oculos ponunt, ut illa ſe vertat & trituret. חסום *capiſtrum*, habet figuram retis exigui e funiculis confecti, quo os vaccæ obturant, ne comedat. מרף של דבורים *Propulſorium apum*, eſt vaſculum cui ignem & ſtercus jumenti imponunt, quo fumus excitatur, ut apes abigantur ab alveari, & mel recipiatur ab hominibus, radicem vocis agnoveris a נרף: Cæterum מנפח notat inſtrumentum quo in æſtate ventilant ad ventum excitandum. קופסא *capſa*, habet figuram exigui ſcrinii, cui mulier ſua imponit ornamenta, & quam ſuperius operimento quodam contegit. קמטרה notat ſcrinium in quo condunt veſtes, nam Targum vocem מלתחה per טרא vertit 2 Reg. 10, 22. מכבש *prælum*, fabri lignarii, ſecundum opus illius eſt locus aliquis in quo ſubigit & comprimit lignum contortum, donec id complanetur. קמרון *Camaræ*, eſt operimentum circum arcam, quod factum eſt in forma קובה *fornicis*. אנגלין eſt conjunctio quædam concatenata pro libro Legis, cui is includitur. בית הנגר *domus peſſuli*, eſt concatenatio coriacea cui imponunt נגר *peſſulum*, ſive clavum quem januæ imponunt a poſteriori parte. בית המנעל *domus ſeræ*; eſt concatenatio coriacea cui ſeram imponunt qua januam claudunt. בית המזוזה *domus Mezuzæ*, eſt calamus e materia fuſili, cui ſchedulam aliquam ſive membranam imponunt in qua conſcripta eſt ſectio Legis. האמום של גודלי מצנפות *forma eorum qui parant pileos*, intellige formam humani capitis circum quod pileum parant. מרכוף eſt inſtrumentum quod equi lignei formam habet, quo ludere ſolent luſores; alii tradunt eſſe lignum quod in muſicis adhibetur. רביעית של אליית *quartarius lamentatricis*, Targum illa verba ובמנענים ובמצלצלים vertit per וברביען ובמצלצלין videſis 2 Sam. 6, 5. של אליית idem eſt quod של המקוננת *lamentatricis*, videſis Joël. 1, 8. גנוגנת העני *operimentum pauperis*, eſt palliolum pauperis. סמוכות המטה ſunt trabes quibus lectus fulcitur ne cadat. טפוס של תפלין *typus Phylacteriorum*, Lege דפוס: אמום של עושין סנאורת *forma eorum qui catenas parant*, ſunt concatenationes quas ſuper typo facere ſolent; Maimonides legit של עושי סותות *eorum qui veſtes parant*, סותה enim veſtem notat, vide Gen. 49, 11. Eſt autem typus ligneus ſuper quo veſtes texunt. משמשי משמשיו של אדם *miniſtrantia miniſterio hominis*, ut tegumenta vaſorum, & concatenationes, quæ in miniſterium vaſorum facta ſunt, & hominibus miniſtrant inter operandum, & dum non operantur, quando tegumentum inſervit vaſi ad conſervandum id quod in ipſo continetur, atque hoc eſt momentum operis illius; quando autem nihil eſt in vaſe, nec contegi opus eſt, tum dicimus, extra momentum operis. Sunt autem vaſa quæ ſemper contegi ſolent, ſive vacua ſint ſive plena, etſi autem tegumentum non ſit iis contiguum, tamen id ad vaſa pertinere cenſetur, ut immunditiem poſſit recipere, quum ei non ſit annexum, quia id ſemper eſſe ſolet ſuper vaſe. Cæterum regula iſta generalis R. Joſis, ad lignea ſimplicia ſive plana aliis vaſis inſervientia referri debet, ſed vaſa receptaculi omnimode polluunt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלקוט *Pera*, eſt ſacculus pelliceus in quem colligunt ſtercus jumenti, ne pereat triticum dum trituratur. והחסום שלו *& capiſtrum illius*, eſt frænum quod circum os bovis ligant, ne is comedat de tritico, Lex enim nobis præcepit bovi trituranti os non obturandum eſſe. מרף notat inſtrumentum ſimplex, cui ignis & excrementa jumenti imponunt ad apes propulſandas, ut homines capiant mel; radix vocis eſt נרף *impulit*. מנפח Ita vocatur inſtrumentum quo ventilant, quia ignem deducit & adducit. כסוי קופסא *operimentum capſæ*, eſt tegumentum ſcrinii in quo veſtes condunt, & ſuper quod deponere ſolent aliquod operimentum. Cæterum in Gemara per כלי קופסא intelligas veſtes in ſcrinio reconditas, vel in capſa: קמטרא quoque in Andaluſia vocatur אלעתירה & in Ægypto אלקטרא; Targum enim vocem מלתחה vertit per קמטרא videſis 2 Reg. 10, 22. Cæterum מכבש של חרש *prælum fabri lignarii*, eſt inſtrumentum quo complanant ligna contorta. קמרה *camara*, notat fornicem qui ſuper ipſo eſt, ſive operimentum arcæ ſacræ, quod קובה formam habet fornicis. In Siphri dixerunt קמורות idem eſt quod קעורות. Cæterum אנגלין של ספר *ſacculus libri*, eſt typus coriaceus in forma libri Legis, circum quem veluti concatenationem quandam libri legis faciunt, quum ei coriacea quædam conjunctio facta eſt. בית הנגר *domus peſſuli*, eſt concatenatio quædam coriaria per quam introducunt ſeram qua portas claudunt. Sic etiam *domus ſeræ & domus Mezuzæ*, eſt domus lignea in forma calami per quam Mezuzam introducunt, quæ poſti januæ affigitur. תיק *theca* eſt concatenatio pro inſtrumentis muſicis, ut nabliis, & cytharis, illius figura nota eſt, ut theca libri Legis. אמום של גודלי מצנפות *forma eorum qui parant pileos*, quia pilei capitis humani formam habet, ſecundum quam parant pileos. מרכוף jam expoſuimus id eſſe equum ligneum quo ludere ſolent. רביעית של אליית *quartarius lamentatricis*, puta duo ligna quorum unumquodque longius eſt cubito, ſint ergo duo ligna in manu ludentis, qui uno percutit alterum ſecundum melodiam, figura illius nota eſt, in plagis occidentalibus vocatur אלשג, Targum vertit per במנענין וברביעית. Et auctor hoc inſtrumentum attribuit lamentatrici, quia ope illius lamentantur apud mortuos. גנוגנית העני notat tentorium opificis, derivatur vox גנוגנית ex גנן obtexit, videſis Jeſ. 31, 5. intellige umbram quam opifex circum caput ſuum facit dum in ardore ſolis operatur, tum enim apud nos circum caput facere ſolet גומא operculum juncorum: עני eſt nomen, Deo auctore qui dixit, כי עני הוא *nam pauper eſt.* סמוכות המטה *fulcimina lecti*, notum eſt quid ſint. Per טפוס *typum* intellige formam ligneam ſecundum quam faciunt Phylacteria capitis. סותות notat veſtem, videſis Gen. 49, 11. Dixerunt autem per אמום של עושי סותות *formam eorum qui veſtes conficiunt*, intelligi formam ſecundum quam texunt, illius figura eſt nota. Hæc generalis regula eſt, quicquid dixit R. Joſe, id verum eſt; ejus ſenſus eſt quod omne vas ligneum cujus neceſſitas & uſus neceſſarius eſt in propinquo, ut menſa, & tabula, atque id genus alia, vocentur משמשי אדם *miniſtrantia homini*, & quicquid vas eſt pro alio vaſe, id homo habet neceſſarium, atque hoc vas primum operatur pro ſecundo, & vocatur etiam משמשי אדם *miniſtrantia homini*, autem ex iſto vaſe quod miniſtrans homini dicitur, eo vas ſemper indiget, ita ut vas primum nunquam ſeparetur a ſecundo, & operculum capſæ, quod ab ipſo non ſepara-

tur;

tur; ſed קופסא *capſa*, tantum eſt *miniſtrans homini*, & operimentum illius eſt משמש המשמש *miniſtrans miniſtranti*, idcirco pollui poteſt, at quod ex ipſo fit, eo non opus habet niſi in momento operis, ut typi qui memorati ſunt, qui in momento operis duntaxat neceſſarii ſunt, idcirco non polluuntur. Hæc igitur eſt controverſia R. Joſis de vaſis quæ ſunt משמשי משמשין duntaxat, atque hoc veriſſimum eſt fundamentum, ſed in Siphra non expoſitum, at relicta in duabus controverſiis, nempe, quod vas miniſtret homini, & non miniſtrantibus ipſius, vel quod id miniſtret homini & miniſtrantibus miniſtrantium. Cæterum in Siphra jam expoſitum eſt, quicquid homini inſervit duntaxat, id non pollui, id eſt, nemo id conflabit cum rebus quibuſcum voluerit, quiſquis enim comederit, vel biberit, vel induerit quicquam, id miniſtrat homini, ſi vero id ſit vas, tum id non inſervit iis quæ homini miniſtrant, ſed ipſi homini, uti id quod non removetur ab ipſo, idcirco non polluitur. Si vero ſit res quæ homini inſervit, & miniſtrantibus homini, hæc eſt quæ e vaſis ligneis polluitur. Sed quod miniſtrantibus homini duntaxat deſtinatum eſt, id R. Joſe diſtinxit, ſicuti ſuperius. Et hoc colligas e ſacco qui homini miniſtrat, ſi ſederit in ipſo, vel ipſum induerit, vel ipſo contexerit ſe; ſic etiam is miniſtrat miniſtrantibus homini, qui in ipſo ea ponere ſolent quæ homini miniſtrant, atque inde conſequitur conſtitutio juris de immunditie vaſis lignei, ita enim Siphra loquitur, *de omni vaſe ligneo* dicit Lex; ſed non omne vas ligneum; at forſan etiam includi debent lignum duplicatum, lignum uncinis inſtructum, baſis ærea & candelabrum? non, Lex dicit, *ex omni vaſe ligneo*, & non, omne vas ligneum: excipitur ergo forſan menſa, tabula, & abacus? non, Lex dicit, *omne lignum*, quod omne genus ligni comprehendit. Sed quare hæc includantur, illa vero excipiantur poſtquam Lex multiplicavit exceptionem, vult nempe quod vox בו comprehendit multiplicationem & diminutionem, quocunque ſenſu hæc tribuantur multiplicationi ratione immunditiei, illa vero diminutioni ratione immunditiei; reſponſio eſt, Legem dicere שק *ſaccum*, quemadmodum ſaccus humano miniſterio deſtinatus eſt, & iis quæ homini miniſtrant, ita menſa quoque includi debet, & tabula, quæ homini miniſtrant, & iis quæ hominibus miniſtrant. Excipiatur vero סולם *lignum duplicatum*, quod homini inſervit, & non iis quæ homini miniſtrant, ut & קולב *lignum uncinis inſtructum*, candelabrum, & ſegmentum ligni quæ miniſtrant iis quæ homini miniſtrant, at non ipſi homini. נחותה eſt ſegmentum ligni quod vaſis ſuppoſitum eſt, & ſub iis veluti quieſcit, & tignum quod candelabro ſupponitur eſt ex iis quæ miniſtrant miniſtrantibus, quia ipſum candelabrum miniſtrat homini. Cæterum in Toſaphta titulo de Vaſis dicitur, R. Jehuda iis tres proprietates tribuit propter R. Akibam, ut id quod factum eſt ad miniſtrandum homini, cujuſmodi eſt סולם *lignum duplicatum*, & vaſa ut קולב *lignum uncinis inſtructum*; candelabrum vero & ſegmentum munda ſunt; quæ facta ſunt ad miniſterium hominis, & pro iis quæ homini miniſtrant, cujuſmodi tabula eſt, & menſa, & abacus, hæc immunda ſunt. Cæterum R. Joſe addidit jus & expoſuit, quod una claſſis, ſive id quod factum eſt in miniſterium vaſorum, quod in Siphra vocatur *miniſtrantia iis quæ miniſtrant homini*, & quod ex iis quædam ſunt munda, quædam vero immunda, ſicuti expoſuimus; hoc fundamentum obſerves volo & recte intelligas.

ח תיק הסייף והשכין והפיגיון תיק מספרת ומספריים והתער תיק מכחל ובית הכוחל תיק מכתב ותרונתק תיק טבלא וסקורטיא בית החיצים בית הפגושות הרי אלו טמאים תיק סמפונייא בזמן שהוא נותן מלמעלן טמא מצידו טהור תיק חלילין רבי יהודה מטהר מפני שהוא נותנו מצידו חפוי האלה הקשת והרומח הרי אלו טהורים זה הכלל העשוי לתיק טמא לחפוי טהור :

8. Theca gladii, culter, pugio, theca novaculæ, & forficis, & ſcalpelli, theca auriſcalpii, domus ſtibii, theca ſtyli ſcriptorii & armarium ſcriptorium, theca tabulæ, & ſcorteum, domus ſagittarum & telorum, hæc immunda ſunt. Theca ſymphoniæ immunda eſt quando ei aliquid ſuperius imponit, ſi a latere, munda eſt. Theca tibiarum ſecundum R. Jehudam eſt munda, quia eam ponit a latere ipſius. Operimentum fuſtis, arcus, & haſta ſunt munda. Hæc regula generalis eſt, quod factum eſt in thecam, id immundum, quod in operimentum, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פיגיון *Pugio*, eſt culter qui duo habet ora. תיק מכחל *theca ſtibii*, eſt theca ſtibii quo oculos fuco obducunt. *Domus ſtibii*, eſt inſtrumentum in quo conſervant ſtibium. מכתב eſt ſtylus æneus vel ferreus. תרונתק *armarium ſcriptorium*, compoſita vox eſt ex תרין *duo* & תיק *theca*, atque idcirco unum eſt vaſculum ſed multas habens thecas diſtinctas, nempe pro calamo, ſcalpello, & novacula, quo plerumque utuntur medici ſive chirurgi, barbare dicitur Pinarol. פגושות *tela*, ſive ſagittæ latæ, Targum igitur voces ומחי קבלו vertit per מחת פגושוהו videſis Ezech. 26, 2. סמפוניא notat inſtrumentum muſicum e materia fuſili. *A latere ipſius mundum eſt*, quicquid enim a latere introducitur, id non cenſetur נרתיק concatenatio quædam, ſed contectio duntaxat. אלה eſt ſtylus ferreus in cujus capite eſt orbiculus aliquis inſtar pilæ, per quam ingrediuntur clavi qui ſimiles ſunt amygdalis, Arabice dicitur דפוס, & barbare Maza. העשוי לחפוי *quod factum eſt ad contegendum*, nam Targum verbum כסה per חפא vertit. טהור *mundum eſt*, nam traditur, forſan vox חפוי includit inſtrumenta ſub immunditie? non, Lex dicit, *in quibus opus factum fuerit*, hinc excipiuntur operculа vaſorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תיק *Theca*, eſt concatenatio quædam. Sed jam expoſuimus quod פגיון ſit culter curvus. מספרת *novacula*, puta omne id cujus ope tondent. Quid ſit תער & מספריים, id notum eſt. בית כוחל *domus ſtibii*, puta vaſa quibus ſtibium imponunt. מכתב eſt calamus ſcriptorius e ferro æreve confectus, quem jam expoſuimus. תרונתק *armarium ſcriptorium*, hoc ſenſu, ſolent baſes quaſdam facere e pelle in unum corpus collectas, & in ipſo varia ſunt loca pro calamo, ſcalpello, & novacula, & hoc inſtrumentum nos vocare ſolemus Penaro; & vox תרונתק compoſita eſt e תרין *duo*, & תיק *theca*, ejus nomen apud nos ſatis notum eſt. בית החיצים *domus ſagittarum*, notat locum e quo ſagittæ emittuntur. בית הפגושות *domus telorum*, intellige thecam pelliceam cui latas imponunt ſagittas, Targum enim voces מחי קבלו vertit per פגשוהי videſis Ezech. 26, 9. סומפניה notat inſtrumenta muſica, quemadmodum jam expoſuimus. צפוי טהור *contectum eſt mundum*, quia omnia iſta quæ contecta ſunt cenſentur perinde ac ſi e lamina aurea, vel re quaquam fuſili operimentum conſtet. Pariter etiam multa inſtrumenta corio contegi ſolent; ſed non omnia tegumenta polluuntur ſecundum fundamentum jam dictum; nempe, forſan includenda ſunt operimenta vaſorum? non, Lex dicit in quibus opus factum fuerit, inde excipitur operimentum vaſorum.

פרק יז כל כלי בעלי בתים שיעורן ברימונים רבי אליעזר אומר כמה שהן קופות הגננים שיעורן

Caput 17. Omnium vaſorum menſura ad patresfamilias pertinentium ſtatuta eſt in malogranatis. R. Eliezer dicit, quantulacunque ſint. Cuparum

ad

שיעורן באגודות של ירק של בעלי בתים בתבן של בלנין בגבבא רבי יהושע אומר כלן (ס"א) ברמונים :

ad hortulanos pertinentium menſura ſtatuta eſt in faſciculis oleris; eorum vero qui ad patresfamilias pertinent, in ſtramine, ſi ad balneatores pertinent, in ſtramine minuto. R. Joſua dicit, omnium menſura in malogranatis.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כלי בעלי בתים שיעורן ברמונים *Omnium vaſorum ad patresfamilias pertinentium, menſura ſtatuta eſt in quantitate malogranati*, nempe, ſi foramen habeant per quod educi poteſt malogranatum; tum munda ſunt. Sed R. Eliezer dicit, במה שהן *quantulacunque ſunt*, omnium vaſorum menſura ſtatuta eſt ſi prius inepta ſint ad uſum, ut, ſi vaſa deſtinata ſint ficis, foramen eorum tantum ſit ut ficus per iſtud educi poſſit; ſi olivis deſtinata ſint, foramen eorum tantum ſit ut oliva per id educi poſſit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. קופות הגנין *cupæ hortulanorum*, ſunt cupæ quæ ad poſſeſſores hortorum pertinent, quibus olera imponi ſolent. Et earum menſura determinata eſt in foramine per quod faſciculus oleris educi poſſit, & hac in parte doctor primus concedit R. Eliezeri quod foramen eorum non tantum eſſe debeat ut per id malogranatum educi poſſit. *In ſtramine*, ut per foramen educi poſſit ſtramen. גבבא notat ſtramen minutum & ſtercore mixtum, nam Targum iſta verba לקושש קש vertit per לגבבא גילא videſis Exod. 5, 12. Per בלנים intelligas poſſeſſores balneorum qui ſtramine incendunt balnea. כולם ברמונים *omnium menſura in malogranatis*, eorum quæ ſive ad patresfamilias pertinent, ſive ad hortulanos; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיעורן ברמונים *Menſura eorum determinata ſit in menſura malogranati*, ſi eouſque perforata ſint vaſa ut malogranatum ex ipſis educi poſſit, purificari poſſunt, & non recipiunt immunditiem. Senſus vero illius quod dicit R. Eliezer, *quantulacunque ſint*, hic eſt, in re qua uſi fuerint, & poſtquam perforata eſſet, donec non amplius valeret ad hanc rem, tum vas mundum eſt, ut ſi miniſterium vaſis deſtinatum ſit ficis, menſura ipſius poſt perforationem ſtatuta eſt in quantitate foraminis per quod ficus educi poteſt; ſive miniſterium illius dicatum ſit olivis, quantitas foraminis eſt per quod oliva educi poteſt. Præterea doctor primus dixit quod cupæ hortulanorum, ſi per foramen earum educi poſſit faſciculus oleris, mundæ ſint; at vero patrumfamiliarum cupæ perforatæ, antequam ex illis ſtramen eductum fuerit, mundæ ſint; ita etiam cupæ balneatorum perforatæ, ſi e foramine educi poſſit ſtramen minutum, mundæ ſunt. גבבא notat ſtramen cum oleo mixtum, quod in balneis comburunt, idcirco Targum illa verba לקושש קש vertit per לגבבא גילא videſis Exod. 5, 12. Sed R. Joſua repugnat huic diſtinctioni ſecundæ, dicitque omnium cuparum menſuram ſtatui in quantitate malogranati, ſicuti reliquorum vaſorum menſura ad patresfamilias pertinentium; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Joſuam.

ב החמרת שעורה בפקעיות של שתי אם אינה מקבלת של שתי אף על פי שמקבלת של ערב טמאה בית קערות שאינו מקבל קערות אף על פי שמקבל את התמחויים טמא בית הרעי שאינו מקבל משקין אף על פי שמקבל את הרעי טמא רבן גמליאל מטהר מפני שאין (נ"א שהן) מקיימין אותו :

2. Utris menſura ſit in glomere ſtaminis; ſi ea non recipiat ſtamen, etſi ſubtegmen recipiat, immundus eſt. Domus ſcutellarum quæ non comprehendit ſcutellas, etſi catinos comprehendat, immunda eſt. Domus excrementi quæ non recipit urinam, licet recipiat excrementa, immunda eſt. Rabban Gamaliel eam dicit mundam, quia urinam non aſſervant.

R. OB. DE BARTENORA.

בפקעיות של שתי *In glomeribus ſtaminis*, intellige ſtaminis fila tenuiſſime neta e ſubtegmine, quemadmodum e codice de Dote capite quinto conſtat. Sed glomera ſtaminis ſunt tenuiores glomeribus ſubtegminis; פקעיות barbare dicitur Glomori, & mataſia.

אף על פי שמקבלת של שתי טמאה *Licet receptorium ſtaminis ſit immundum*, hoc ſenſu, etſi non ſit receptorium ſtaminis, ſi vero receptorium ſubtegminis; immundum eſt, cujus menſura ſtatuatur in ſpatio per quod ſubtegmen poſſit educi, quod majus eſt eo per quod ſtamen educi poſſit. Pariter, licet id quod *Tamchuin* id eſt, magnas ſcutellas recipit, immundum ſit, ac ſi dixiſſet, licet foramen ſit magnum quod non recipit ſcutellas, ſi id recipiat catinos ſive Tanchuin, qui majores ſunt קערות *ſcutellis*, tamen ordo lectionis reſpicit miniſterium illius primum, & idcirco immundum eſt.

אף על פי שמקבל את הרעי *Licet recipiat excrementa*, etſi non recipiat potus, ſi recipit excrementa, tamen immundum eſt. בית הראי idem eſt quod בית הרעי ſive vaſculum in quod evacuant excrementa, & urinam. מפני שאין מקיימין אותו *quia non aſſervant eam*, ita nos legimus; alii legunt, *quia illa aſſervant eam*, & hæc reſpiciunt verba doctoris primi, dicentis, ſi recipiat ſtamen, & catinos, & excrementa, immundum eſt, quia illa vaſa conſervant & continent ejuſmodi res; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamaliel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פקעיות של שתי *Glomera ſtaminis*, ſunt fila illius quod netum eſt, unde fit ſtamen, quod conſtat ex exiguis ligulis ſubtegminis. בית הרעי notat ciſtulam in qua minorennes opus naturæ perficiunt, nam רעי eſt idem quod צואה *excrementum*; ſenſus vocis אף על פי *licet*, eſt quod hæc vaſa recipiant menſuras magnas, & non magnas, quæ polluuntur, ſed omnia in eo quod ipſis convenit, donec ſit magnum quod non comprehendit menſuram magnam; ita igitur ſit Miſnæ ordo; utris menſura ſtatuta ſit in menſura glomeris ſubtegminis, etſi non comprehendat ſtaminis glomera, tamen immundus eſt, quia ſubtegminis glomera comprehendit. Sic etiam ſe res habet cum menſura reliqua; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamaliel.

ג הסלין של פת שעורן בככרות של פת אפיפיירות שעשה לה קנים מלמטן למעלה לחיזוק טהורה עשה לה גפים כל שהן טמאה רבי שמעון אומר אם אינה יכולה להנטל בגפיים טהורה :

3. Caniſtrorum pani deſtinatorum menſura ſit in fruſto panis. Crates quibus calami facti ſunt deorſum ſurſum, ad ipſas corroborandas, mundæ ſunt; ſi loricæ ipſis factæ ſint quantulæcunque, immundæ ſunt. Rabban Simeon dicit, ſi iſtæ non poſſint auferri per loricas, mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שיעורן בככרות של פת *Menſura eorum ſtatuta ſit in fruſtis panis*, hoc ſenſu, ſi ejuſmodi caniſtra confracta ſint, foramen eorum tantum eſſe debeat, ut per iſtud panis fruſtum educi poſſit, (& tum immunda ſunt.) אפיפיירות notat vas quod e vimine palmitibuſve contextum eſt. שעשה קנים מלמטן למעלה *quum ei calamos quis fecerit deorſum ſurſum*, ſi funda eorum diſtenderit ſufflaveritque, calamoſque deorſum ſurſum introduxerit, ad funda corroboranda. גפים *loricæ*, quæ caniſtrum undique circumdant, Targum enim vocem ויחבק vertit per וגפיף videſis Gen. 29, 13. aliter, גפים notat anſas. *Si per loricas auferri nequeant, mundæ ſunt*, nempe, ita ut ſi quis loricas ſive anſas apprehendat, vas non ſimul elevetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפיפיירות Notat vas quod e calamis contextum eſt, in quo vitium caules recondunt, ſicuti expoſitum eſt in codice de Heterogeneis, & ejuſmodi vas in Ægypto dicitur אלמבעב: ſed deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon.

ד הרמונים שאמרו שלשה אחוזין זה בזה רבן שמעון בן גמליאל אומר בנפה ובכברה כדי שיטול ויהלך ובקופה כדי שיפשיל לאחוריו ושאר כל הכלים שאינן יכולין לקבל רמונים כגון הרובע וחצי הרובע הקנונים הקטנים שעורן ברובן דברי רבי מאיר רבי שמעון אומר בזיתים נפרצו שעורן בזיתים נגממו שעורן בכמה שהן:

4. Malogranatorum, de quibus dixerunt, tria ſibi invicem adhærere, menſura ſecundum Rabban Simeonem Gamalielis filium eſt in ventilabro & cribro, ſi inter commovendum excidant. Cupæ vero, ſi a tergo ſuſpendi poſſit. Reliquorum vaſorum menſura ſit, ſi malogranata recipere nequeant, ut quartarius Cabi, & dimidium illius. Infundibulorum parvorum menſura ſit in maxima ipſorum parte, ita R. Meyr. R. Simeon dicit, in olivis. Si rupta ſint, menſura ipſorum eſt in olivis, ſi inciſa, menſura ſit quantulacunque.

R. OB. DE BARTENORA.

הרמונים שאמרו *Malogranata de quibus dixerunt*, nam in principio capitis traditum eſt quod omnium vaſorum ad patresfamilias pertinentium menſura definita ſit in malogranatis, quando nempe tria malogranata ſe invicem apprehendunt, uno exeunte verſus foramen. ובקופה כדי שיפשיל לאחוריו *& in cupa, ut ſuſpendi poſſit a tergo*, nam quia a tergo ſuſpenſa eſt, dilabi conatur. *Quando malogranata recipere nequeunt*, quæ parva ſunt. רובע *quartarius*, ſcil. quartarius Cabi. שיעורן ברובן *menſura eorum eſt in maxima ipſorum parte*, nam quia fracta eſt maxima pars, vas mundum eſt. נפרצו *rupta*, & diminuta. נגממו *inciſa*, circa oram. שיעורן בכמה שהן *menſura eorum eſt in quantulacunque quantitate*, ſi de illis remanſerit quod aliquid recipere poteſt, immunda ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Miſna quod poſtquam cupa tantum habuerit foramen ut per iſtud tria malogranata conjici poſſint, & cupa a tergo conjecta ſit, & ſuſpenſa ſit, hæc malogranata non decident ex iſto foramine; idcirco immundum eſt vas ſive cupa iſta, quia ea huc uſque eſt vas. הרובע *quartarius*, eſt menſura nota, nempe Cabi parvi quartarius. נפרצו *ſi diſrupta ſint*, ſi quid diminutum ſit ruptura. נגממו *ſi ſucciſa ſint*, ſi e lateribus quicquam ſucciſum ſit, remanente fundo poſtquam remanſerit pars aliqua recipiens; in quantulacunque quantitate, immunda ſunt vaſa; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ה הרמון שאמרו לא קטן ולא גדול אלא בינוני ולמה הוזכרו רמוני בדאן שיהו מקדשין כל שהן דברי רבי מאיר רבי יוחנן בן נורי אומר לשער בהן את הכלי רבי עקיבא אומר לכך ולכך הוזכרו לשער בהן את הכלים ושיהיו מקדשין כל שהן אמר רבי יוסי (ס"א רבי יהודה) לא הוזכרו רמוני בדאן וחצירי גבע אלא שיהיו מתעשרין ודאי בכל מקום:

5. Malogranatum de quo locuti ſunt, nec parvum, nec magnum eſt, ſed mediocre. At quare memorata ſunt malogranata Bedania? ut illa quantulacunque comburantur, ita R. Meyr. R. Jochanan filius Nuri dicit, ad æſtimandum in ipſis vaſa. R. Akiba dicit, hoc & illo ſenſu memorata ſunt, ad æſtimandum in ipſis vaſa, & ut quantulacunque comburantur. Dixit R. Joſe, malogranata Bedania non memorata ſunt, & porri Gevang, niſi ut certo decimarentur omni in loco.

R. OB. DE BARTENORA.

הרמון שאמרו *Malogranatum de quo dixerunt*, ſcil. quod vas, quod foramen habet per quod malogranatum educi poſſit, ſit mundum. ולמה הוזכרו רמוני בדאן *at quare memorata ſunt malogranata Bedan*, quia cum illis non æſtimant, ſed mediocribus malogranatis tantum.

שיהו מקדשין כל שהן *Ut ea quantulacunque comburerent*, ut ſi vel unicum eſſet malogranatum Bedanium in præputio ſuo, vel vineæ miſcella, mixtum eſſet cum mille malogranatis licitis, tamen omnia igni conſecrarentur, & uſui prohiberentur; ſed hoc non obtinet in malogranatis reliquorum locorum. בדאן Bedan eſt nomen loci.

לשער בו את הכלים *Ad æſtimandum eo vaſa*, ſecundum opinionem ipſius qua putat quod malogranatum exeat, nam vaſa æſtimamus in malogranatis Bedaniis. *Dixit R. Joſe, malogranata Bedania non memorata ſunt, &c.* at vero ſenſu ſanctitatis nihil refert ſive malogranata Bedania ſint ſive alia, non omnia igni conſecrantur, putat enim R. Jehuda conſecrari omne id quod numerari debet, videſis codice de Sacrificiis capite octavo, & in principio codicis de Diebus Feſti intermediis. *Bedan & Gevang* duo ſunt loca

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיהיו מקדשין כל שהן *Ut comburantur ea quantulacunque*, nempe ſi unum malogranatum hujuſce loci Bedanis præputiatum mixtum fuiſſet cum mille malogranatis licitis, omnia ſunt prohibita, & igni conſecrata. Sed hæc quam perfectiſſime jam expoſita ſunt in fine codicis de Arborum Præputiis. Dicit autem R. Akiba quod hujuſce malogranati mentio duplici ſenſu facta ſit ſimul, quia ope illius menſurarunt vaſa, & conſecrarunt in quantulacunque quantitate. חצירי גבע *porri Gevang*. Targum enim vocem כרתין *porri* vertit per חצירין: Cæterum Bedan & Gevang ſunt duo loca Samaritanorum. Dicit autem R. Joſe quod ſi quis ſibi ex hiſce malogranatis comparaverit, vel ex iſto genere porri, dandæ ſint decimæ dubiæ, quia revera ſunt res illibata, nec non decimæ primæ & ſecundæ poſt oblationem magnam; Samaritani enim non educunt decimas, ſicuti expoſuimus in codice de Rebus quod ad decimationem dubiis; deciſio eſt ſecundum R. Akibam, & non ſecundum R. Joſen.

loca Samaritanorum, & malogranata eorum ſatis nota erant; & porrus eorundem locorum (e malogranato & porro) & reliquorum. Samaritani autem certo non decimant id quod aliis vendunt, nam illi hæc non curant, nos tamen cœcis non debemus eſſe offendiculo, licet ipſi decimenť, idcirco Iſraëlitæ omni in loco decimant. חצירן barbare porri, videſis codice demai ſive de rebus dubiis decimandis.

ו כביצה שאמרו לא גדולה ולא קטנה אלא בינונית רבי יהודה אומר מביא גדולה שבגדולות וקטנה שבקטנות ונותן לתוך המים וחולק את המים אמר רבי יוסי וכי מי מודיעני איזוהי גדולה ואיזוהי קטנה אלא הכל (ס״א) לפי דעתו של רואה:

6. Quando dixerunt, inſtar ovi, non magnum nec parvum, ſed mediocre intelligunt. R. Jehuda dicit, adducit omnium maximum, & minimum, imponitque aquis, & eas dividit. Dixit R. Joſe, ſed quis mihi indicabit quodnam ſit magnum, quodnam vero parvum? ergo omnia æſtimanda ſunt ſecundum mentem contemplantis.

R. OB. DE BARTENORA.

כביצה שאמרו *Inſtar ovi de quo locuti ſunt*, in loco ubi locuti ſunt de immunditie cibi, quod nempe cibus non polluit ſi is non habeat ovi quantitatem. ונותן לתוך המים *& imponit aquis*, implet poculum aquis, & ei imponit ovum omnium maximum, & omnium minimum, & poſtea aquas in duas portiones dividit, & tum una portio habet quantitatem ovi.

וכי מי יודיעני *Sed quis mihi oſtendet?* quaſi diceret, ſi quis ceperit maximum ovum, forſan aliud erit ipſo majus, & pariter, ſi minimum ceperit, forſan ipſo aliud erit minus. הכל לפי דעתו של רואה *omnia ſecundum mentem illius qui contemplatur*, eo quod mens ipſius dictat quod illa ſit mediocris menſura ſecundum viſum ipſius; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod menſurandi modi per quantitatem ovi inſtituti ſint ex Lege, ſicuti dictum eſt quod ovi quantitas polluit immunditie cibi. Dixit vero auctor Miſnicus quod omne id de quo dicta eſt menſura ovi, intelligendum ſit de eo quod ovi gallinacei quantitatem habet. Cæterum id quod R. Jehuda dixit, ſtatim tibi exponam, ſi igitur quis aliquod vas impleverit quouſque fieri poſſit, donec aqua ſuper oras undique effluxerit, idque impoſuerit alii vaſi vacuo, tum inſuper ovum aliquod majus injiciendum erit, & prodibit exinde menſura corporis ovi abſque dubio, & haſce aquas colliget. Porro implebit vas aliud aquis ſecunda vice per hoc ipſum vas, vel per aliud, præter ſenſum primum, deinde in iſtud vas conjiciet ovum minus, & colliget quoque id quod effuſum eſt, ambaſque accipiet aquas, & dimidium illius quam collegit, & illius ope æſtimabit. Pariter, ſi quis duo acceperit ova, magnum ſcil. & parvum, eaque una vice conjecerit in vas aliquod, acceperitque dimidium aquæ quam effudit, idem eſt ſenſus. Dicit R. Joſe, at quomodo tu mihi demonſtrabis, quando ſumpſerit ovum majus, quod non inveniet aliud majus iſto. Sic etiam ſi acceperimus minus ovum, forſan invenietur aliud quod minus eſt iſto; ſenſus ergo referendus eſt ad æſtimationem hominis; nempe quod iſtud ovum æquale ſit, non parvum nec magnum; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ז כגרוגרת שאמרו לא גדולה ולא קטנה אלא בינונית רבי יהודה אומר הקטנה שבארץ ישראל היא הבינונית שבמדינות:

7. Quando dixerunt inſtar caricæ, non magna nec parva, ſed mediocris intelligitur. R. Jehuda dicit, maxima in terra Iſraëlis & mediocris in provinciis.

R. OB. DE BARTENORA.

כגרוגרת שאמרו *Inſtar caricæ quando dixerunt*, ad Sabbatum vicorumque ſocietates excipienda; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כגרוגרת שאמרו *Inſtar caricæ, quando dixerunt*, ad Sabbatum & ſocietates atriorum excipiendas; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ח כזית שאמרו לא גדול ולא קטן אלא בינוני זה אגורי כשעורה שאמרו לא גדולה ולא קטנה אלא בינונית זו מדברית כעדשה שאמרו לא גדולה ולא קטנה אלא בינונית זו מצרית כל המטלטלין מביאין את הטומאה בעובי המרדע לא גדול ולא קטן אלא בינוני איזה הוא בינוני כל שהקיפו טפח:

8. Quando dixerunt, inſtar olivæ, non magna nec parva, ſed mediocris, hæc eſt Eguri. Quando dixerunt inſtar hordei, non magnum nec parvum, ſed mediocre, hoc eſt ſylveſtre. Inſtar lentis, quando dixerunt, non magna neque parva, ſed mediocris, hæc eſt Ægyptiaca. Omnia mobilia inducunt immunditiem in craſſitie ſtimuli, non magni nec parvi, ſed mediocris; at quinam eſt mediocris? qui palmum circuit.

R. OB. DE BARTENORA.

כזית שאמרו *Inſtar olivæ quum dixerunt*, puta quantitatem olivæ de mortuo, vel cadavere quæ polluit, & plurimæ menſuræ in Lege definitæ ſunt in quantitate olivæ. אגורי eſt oliva ſylveſtris quæ oleum ſuum intra ſe continet. כשעורה שאמרו *inſtar hordei de quo dixerunt*, os ſecundum menſuram. כעדשה שאמרו *inſtar lentis de qua dixerunt*, reptile polluit inſtar lentis, & caro viva in eadem quantitate. *Mobilia inducunt immunditiem*, in hominem & vaſa. בעובי המרדע *in craſſitie ſtimuli*, per ſtimulum intellige baculum acuminatum quo jumentum pungunt, illius craſſities eſt digiti & tertiæ partis pollicis, ſive duo digiti minimi, etenim palmus quatuor pollices conficit, qui ſex digiti ſunt minimi, hinc fit ut illius circuitus ſit palmi; quicquid enim in latitudine pal-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod prohibitiones ciborum ſimiles ſint cadaverum diſcerptorum & ſanguinis prohibitionibus; eorum igitur comeſtio ſi facta ſit in quantitate olivæ e cadavere, vel e mortuo, immunda eſt. Plurimæ autem menſuræ ſtatutæ ſunt in quantitate olivæ, & Scriptura Sacra ſtatuit de terra Iſraëlis quod plurimæ menſuræ ſint in quantitate olivæ. Ego vero etiam exponam quod os mortui in quantitate olivæ polluat tactu & onere. Sed jam expoſuimus quod lentis quantitas polluat tactu & onere; explicuimus quoque capite decimo ſeptimo de Tentoriis, quod omnia mobilia inducunt immunditiem in craſſitie ſtimuli.

palmum habet, id in circuitu tres palmos habet. Decreverunt autem de eo quod in circuitu palmum habet propter id, quod in craſſitie palmum habet, quod is inducat immunditiem ex Lege.

ט האמה שאמרו באמה הבינונית ושתי אמות היו בשושן הבירה אחת על קרן מזרחית צפונית ואחת על קרן מזרחית דרומית שעל קרן מזרחית צפונית היתה יתירה על של משה חצי אצבע שעל קרן מזרחית דרומית היתה יתירה עליה חצי אצבע נמצאת יתירה על של משה אצבע ולמה אמרו אחת גדולה ואחת קטנה אלא שהאומנים נוטלין בקטנה ומחזירים בגדולה כדי שלא יבאו לידי (ס"א) מעילה:

9. Cubitus de quo dixerunt, eſt cubitus mediocris. Duo enim cubiti erant in Suſan palatio, unus ad plagam orientalem ſeptentrionalem, & alter ad orientalem meridionalem, nam ad plagam orientalem ſeptentrionalem erat redundantia ſupra Moſis cubitum dimidii digiti, nam ad plagam orientalem meridionalem redunduntia erat ſupra eum dimidii digiti, hinc conſtat quod redundantia digiti erat ſupra Moſis cubitum. Sed quare dictum eſt, unus magnus & alter parvus? quia opifices cum parvo opus accipiebant, & cum magno reddebant, ne inciderent in prævaricationem.

R. OB. DE BARTENORA.

האמה שאמרו *Cubitus de quo dixerunt*, in ſenſu Sabbati & termini Sabbatici commiſcendi, Tabernaculi, Templi, & heterogeneorum. באמה בינונית *de cubito mediocri*, eſt cubitus ſex palmorum, quia etiam cubitus eſt quinque palmorum, & major qui ſex palmos & digitum continet; qui vero ſex comprehendit, is mediocris eſt.

שתי אמות *Duo cubiti*, duæ menſuræ quibus menſurabant cubitos, quæque autem continebat cubitum. בשושן הבירה *In Suſan palatio*, conclave aliquod ædificatum erat ſuper porta orientali atrii, & in ipſo depictum erat *Suſan Habbira*, ut timor regis Babyloniæ reſideret in Iſraëlitis.

על של משה *Supra Moſis cubitum*, ſupra cubitum ſex palmorum. *Nam opifices accipiebant cum parvo*, etenim ærarii præfectus conditionem inibat cum opificibus de tot vel tot cubitis ædificandis ad Templum reparandum ſecundum cubitos, pro tot vel tot nummis, & illi præfecto ærarii reddebant cubito redundanti ſive majori, in quantitate digiti, ut de ſuo aliquid adderent ſupra conditionem ne diminuerentur, & prævaricatio committeretur ſi e ſacris quid commodi perciperetur, idcirco duo diverſi cubiti fuerunt in argentum & aurum, nam quando cum conflatoribus auri paciſcebantur ad tabulam aliquam quatuor & quinque cubitorum faciendam, ſecundum cubitos a Moſe inſtitutos, reddebant cum menſura dimidium digiti majori, & non cum ea quæ integrum digitum erat major, quandoquidem illuſtre opificium erat, idcirco non multum perdere poſſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמה שאמרו *Cubitus de quo dixerunt*, multæ in Lege cubitorum menſuræ memoratæ ſunt, ſicuti expoſitum eſt in codice de Sabbato, & de Miſtura Termini Sabbatici; cæterum menſuræ mediocres ſunt cubiti ſex palmorum, quiſque autem palmus quatuor eſt pollicum, atque hic eſt cubitus Moſis, ſcil. is ſecundum quem Moſes æſtimavit tabernaculum. Cæterum jam expoſuimus in codice de Menſuris Templi, quod in porta orientali e portis montis domus erat forma Suſan palatii, idcirco vocatur *porta Suſan palatii*, ut populus Iſraëliticus meminiſſet ſe in ipſa detentum eſſe, & timor regni ſuper ipſo reſideret. De hacce porta dixerunt, duo cubiti erant in Suſan palatio, & poſtquam *Iſraëlitæ* cum opifice conveniſſent, ut texerent centum cubitos, exempli gratia, pro centum denariis, vel centum cubitos ædificarent pro centum denariis, ſeque cuſtodirent a rapina, & ſolverent iis id quod pro centum cubitis exiguis ædificaſſent. Poſtquam autem ratio ſacra ab iis accepiſſet id quod fecerant, quæſiverunt ab iis centum cubitos magnos, donec e rationibus ſanctis nullum uſum percepiſſent, nec prævaricationis rei facti fuiſſent, ſecundum id quod expoſitum eſt in codice de Prævaricationibus.

י רבי מאיר אומר כל האמות היו בינונית חוץ ממזבח הזהב והקרן והסובב והיסוד רבי יהודה אומר אמת הבנין ששה טפחים ושל כלים חמשה:

10. R. Meyr dicit, omnes cubiti erant mediocres, altari aureo, cornu, circuitu, & fundamento exceptis. R. Jehuda dicit, cubitus ædificii erat ſex palmorum, vaſorum autem quinque.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האמות היו בינוניות *Omnes cubiti erant mediocres*, nempe ſex palmorum. *Altari aureo excepto*, quod in longum & latum eſſet unius cubiti. *Et cornu*, ſcil. altaris ænei, quod quatuor lapides unius cubiti habebat ad quatuor latera ſua in altitudine, & tantundem in craſſitie, atque iſte cubitus quinque palmorum. *Excepto quoque circuitu & fundamento*, altaris ænei; ſed hæc jam expoſita ſunt tertio capite codicis de Menſuris Templi. *Cubitus ædificii*, muri Templi, altariſque holocauſtici. *Cubitus vaſorum*, ut arcæ, menſæ, & altaris aurei; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus altaris menſuram quam perfectiſſime capite tertio de Menſuris Templi; deciſio eſt ſecundum R. Meyr.

יא ויש שאמרו במדה דקה מדות הלח והיבש שיעורן באיטלקי זו מדברית ויש שאמרו הכל לפי מה שהוא אדם הקומץ את המנחה והחופן את הקטורת והשותה כמלא לוגמיו ביום הכפורים וכמזון שתי סעודות לערוב מזונו לחול אבל לא לשבת דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר לשבת אבל לא לחול אלו ואלו מתכוונין להקל רבי שמעון אומר משתי

11. Nonnulli dixerunt cum menſura parva ita ſe rem habere, menſuræ in humidis & aridis ſunt in Italica menſura, & hæc in deſerto obtinuit. Alii vero dicunt, omnes ſecundum hominem. Qui munus in pugillum collegerit, & ſuffitum pugillo collegerit, & qui biberit plenitudinem buccæ die Expiationis, & veluti cibum duorum prandiorum pro mixtura termini Sabbatici ceperit, ejus cibus eſt pro die profano, at non pro Sabbato, ita R. Meyr. Sed R. Jehuda dicit pro Sabbato, & non pro profano: uterque vero intendit allevare. R. Simeon dicit, e dua-

משתי ידות לככר משלש לקב רבי יוחנן בן ברוקא אומר מככר בפונדיון מארבע סאין בסלע :

e duabus portionibus pro pane ; e tribus pro Cabo. R. Jochanan Berucæ filius dicit ; e pane pro pondiolo, e quatuor Satis pro Sela.

R. OB. DE BARTENORA.

במדה דקה *Cum menſura parva*, quæ in deſerto obtinebat, ea vocabatur מדה דקה *menſura tenuis* ſive parva, nam tres erant menſuræ, deſerti, Jeruſolymitana & Zipporitica, quæ in deſerto obtinebat, ea erat minima. מדות הלח *menſuræ in liquidis*, ſunt Hin & dimidium Hin. והיבש *& in aridis*, ſunt decima & dimidium decimæ. באיטלקי *in Italica*, ſcil. menſura, quæ etiam in Græcia obtinebat, & hæc eadem erat cum ea quæ in deſerto obtinebat tempore Moſis.

כפי מה שהוא אדם *Juxta hominem*, prout homo magnæ vel parvæ ſtaturæ eſſe ſolet. קומץ המנחה *ſi munus in pugillum collegerit*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 2, 2. וקמץ ממנו מלא קמצו Cæterum de ſuffitu die Expiationis pugillo capiendo ſcriptum eſt Levit. 16, 12. ומלא חפניו קטורת סמים דקה Porro dicit Miſna כמלא לוגמיו *ut plenitudo buccarum ipſius*, &c. ſi tantum ceperit, tum tenetur, nam ſecundum buccas illius qui bibebat, æſtimare ſolebant.

כמזון שתי סעודות לעירוב *Inſtar cibi duorum prandiorum pro mixtura termini Sabbatici*, mixtura termini Sabbatici ſaltem cibum in duo prandia requirit. מזונו לחול *cibus illius pro profano*, cibus in duo prandia profana, quia die profano minus comedere ſolent, idcirco duo prandia die profano non tanta ſunt quanta duo in Sabbato, propter dapes coctilium aromatumque recreationem. לשבת *pro die Sabbati*, at non pro die profano, nam contra duo prandia Sabbatica minora ſunt duobus prandiis profanis, nam quia die Sabbati ter inſtrui ſolet menſa, ſingulis menſis non tam multum edi poteſt.

אלו ואלו מתכוונין להקל *Uterque intendit allevari*, quiſque diminuit in pane commixtionis termini Sabbatici. משתי ידות לככר *e duabus portionibus pro pane*, duo e tribus panibus in Cabo ſufficiunt pro mixtura termini, hinc integer panis erit tertia pars Cabi, & illius duæ partes erunt panis pro mixtura Sabbatici termini.

מככר בפונדיון *E pane in pondiolo*, eſt panis qui emitur pondiolo a piſtore, quando quatuor Sata venduntur pro Sela; at quatuor Sata ſunt viginti quatuor Cabi, quodlibet enim Satum ſex Caborum eſt, Sela autem quatuor denarios valet, & denarius ſex Meas, hinc Sela viginti quatuor Meas valebit; & viginti quatuor Cabi viginti quatuor Meas valebunt, Cabus, pro omni Mea, & Mea duo pondiola; hinc panis pondiolo emtus valebit dimidium Cabi. Sed quia tabernarius vult lucrari, idcirco juxta impenſas coctionis & molitionis nequit panis pondiolo emi quando quatuor Sata venduntur pro Sela, ſed quartarius Cabi, unus autem quartarius datur pro mercede tabernarii, & pro expenſis coctionis & commolitionis, hinc panis pondiolo emtus eſt quarta pars Cabi, hoc eſt ſex ova, atque hæc eſt cibi quantitas in duo prandia, ſive panis pro termini Sabbatici mixtura; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio codicis de Muneribus quod menſuræ in liquidis etiam ſint in menſuris Hin & Logi. רביעית *quartarius*, intellige partes e Sato, ſive menſuras in aridis, & ſic etiam in Cabo, Epha, & decima, quæ ſunt menſuræ in aridis, atque iſtæ omnes Sato deſtinatæ ſunt, ſicuti expoſuimus capite ſeptimo codicis de Muneribus, ibique dicitur quod Satum deſerti ſit menſura quinque ſextariorum e Sato Jeruſolymitano; harum vero menſurarum quantitas per totam Miſnam diſperſa intelligenda eſt de Sato deſerti. Cæterum quando dicit, *& veluti cibum duorum prandiorum pro mixtura termini Sabbatici*, eſt quaſi dixiſſet, termini Sabbati mixtura non fit niſi adhibeatur tantum cibi quantum pro duobus prandiis ſufficit, ſicuti expoſitum eſt capite octavo codicis de Commixtione termini Sabbatici. Sed R. Meyr dicit quod in Sabbato quiſque plus comedere ſolet ob bellaria, quæ comeſtionem panis magis promovent. R. Jehuda dicit, quod homines in Sabbato minus comedunt ob convivium & vinum, & quod ſtomachus remittitur comeſtioque diminuitur, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *uterque vero intendit allevationem:* quia unuſquiſque intendit diminutionem mixturæ. Cæterum multis in locis jam expoſuimus quod Satum valeat quatuor Sata, Sela autem quatuor denarios, & ſex Meæ argenteæ argenteum denarium, Mea duo pondiola, pondiolum vero eſt quadrageſima octava pars in Sela. Sed quando ſumma valuerit quatuor Sata in Sela, dimidium Cabi in pondiolo erit, & ſic ex iſta menſura prodibit quod computavit R. Jochanan filius Berucæ pro duobus prandiis, nempe dimidium Cabi, ita ut Cabus requiratur pro quatuor prandiis. R. Simeon dicit, quod pro duobus prandiis requiratur bis tertia pars placentarum, hinc tres ex iis erunt pro Cabo; & ſecundum ipſius ſententiam Cabus ſufficit pro novem prandiis. Cæterum in Gemara exponitur ſententia R. Jochananis filii Berucæ, quod quatuor prandia requirant Cabum, ſed hoc intelligendum eſt de mercede piſtoris qui depſit & coquit, lignis autem ſponte inſervientibus, ei enim in mercedem cedebat dimidia pars illius quod coquebatur, quando igitur ei dediſſet quatuor prandia, iſque ea accepiſſet, tum duo ex iſtis quatuor erant pro duobus prandiis, ſecundum id quod R. Jochanan filius Berucæ ſtatuit, atque hic eſt quartarius Cabi. Sed R. Simeon qui dixit duo prandia eſſe bis novenam partem Cabi, non computavit mercedem, & duas menſuras proximas. Scias autem quod Cabus contineat viginti quatuor ova, & duo prandia, ſecundum ſententiam R. Jochananis filii Berucæ, erit menſura ſex ovorum. At vero ſecundum R. Simeon duo prandia quinque ova continebunt, & trientem; & ibidem expoſitum eſt quod deciſio ſit ſecundum R. Jochanan filium Berucæ.

יב ויש שאמרו במדה גסה מלא תרווד רקב כמלא תרווד גדול של רופאים וגריס נגעים כגריס הקלקי האוכל ביום הכפורים ככותבת הגסה כמוה וכגרעינתה ונודות יין ושמן שעורן כפיקה גדולה שלהן ומאור שלא נעשה בידי אדם שיעורו כמלא אגרוף גדול זה הוא אגרופו של בן בטיח אמר רבי יוסי ישנו כראש גדול של אדם ושנעשה בידי אדם שעורן כמלא מקדח גדול של לשכה שהוא כפונדיון האיטלקי וכסלע הנרונית וכמלא נקב שבעול :

12. Nonnulli de menſura magna ſtatuerunt plenitudinem cochlearis putredinis ut plenitudinem cochlearis magni medicorum, & frabam factam plagarum ut ſabam fractam Ciliciæ. Si quis die Expiationis comederit dactyli craſſi quantitatem, ratione ipſius, vel nuclei ipſius. Utrium vini & olei menſura eſt inſtar uvæ magnæ. Luminaris non manu hominis facti menſura eſt inſtar plenitudinis pugilli magni, ſive pugilli Ben Betiæ. Dixit R. Joſe, iſte ſit ut magnum hominis caput. Et quando manu hominis factum eſt, menſura illius eſt terebræ magnæ conclavis, quæ eſt inſtar pondioli Italici, & inſtar Selæ Neronis, vel inſtar plenitudinis foraminis jugi.

R. OB. DE BARTENORA.

מלא תרווד רקב *Plenitudo cochlearis putredinis*, plenitudo cochlearis e fragmentis mortui, poſtquam omnes vapores conſummati fuerint. *Plenitudo cochlearis magni, medicorum*, quod reliquis cochlearibus majus eſt, cujus menſura conſtat plenitudine pugilli. כגרים הקלקי *inſtar fabæ freſſæ Ciliciæ*, inſtar dimidiæ fabæ quæ venit e loco quæ Cilicia dicitur, cujus fabæ majores ſunt reliquis fabis. Cæterum menſura fabæ freſſæ Ciliciæ eſt novem lentium, trium per quadratum, locus lentis quatuor pilorum eſt, hinc locus fabæ freſſæ erit triginta ſex pilorum.

כותבת הגסה *Dactylus magnus*, qui major eſt cæteris dactylis, & menſura illius paulo major eſt ovo. כמוה וכגרעינתה *ut ipſe & nucleus ipſius*, concavum enim comprimi debet. ונודות יין ושמן *& utres vini oleique*, coriacei qui perforati ſunt in menſura foraminis quod utres plerumque habent.

כפיקה גדולה *Ut uva magna*, quam imponunt colo quando per ipſum traducunt netum. מאור *luminare*, quod formam feneſtræ habet per quod lumen in domum transmittitur. *Non factum opera humana*, ut, ſi ope aquæ id factum ſit, vel reptilium, ita ut pulvis deciderit foramenque factum fuerit. Si vero de hoc non cogitaverit reſpectu uſus, vel de luminari, tum menſura immunditiei adductæ e tentorio mortui in domum verſus foramen, eſt inſtar pugilli filii Betiæ, qui olim vir notiſſimus erat, & pugillo ornatus magno. *Quod factum eſt opera humana*, quod ab homine aliquo factum eſt ad lumen per idipſum introducendum.

סלע נרוניית *Sela Neronica*, eſt Sela quam imperator Nero excudi curavit. כמלא שבעול *inſtar plenitudinis in jugo*, intellige foramen quod eſt in jugo; porro plenitudo terebræ conclavis, pondioli Italici, Selæ Neronicæ, & plenitudo foraminis in jugo, omnes ſunt ejuſdem quantitatis menſuræ; & in nonnullis quaſdam ſciebant, quaſdam vero non ſciebant, idcirco auctor omnes enumerat ſimul.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Capite ſecundo codicis de Tentoriis exponetur quod cinis mortui, ſive id quod reſtat ex oſſibus mortui poſt annos aliquot habeat ſimilitudinem pulveris, & ex ipſo menſura cochlearis putredinis polluit in tentorio. Dicit auctor quod per hocce תרווד *cochlear* intelligatur cochlear medicorum magnum, in quod recondunt olera ut coquantur, atque hæc menſura dicitur *plenitudo cochlearis*, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo de Tentoriis. Plagæ autem omnes polluunt in quantitate גרים fabæ fractæ, ſive dimidiæ fabæ; dixerunt per fabam hic intelligendam eſſe eam quæ vocatur קיליקי *Cilicia*, eſtque menſura quadrata, quæ in longitudine ſua tria continet lentium grana, & pariter in latitudine, ſicuti expoſitum eſt capite ſexto codicis de Plagis. Sic etiam ſi quis die Expiationis comederit menſuram dactyli, exciſione tenetur, ſed auctor de hocce dactylo requirit quod is valde magnus eſſe debeat. Cæterum quando dicit, כמוה וכגרעינתה *ſicut ipſe eſt & nucleus ipſius*, intelligit carnem & corpus illius, id eſt ſuccum & nucleum; & quandoquidem inter ſubſtantiam & nucleum ipſius magna eſt diſtantia, & menſuraretur totum ſpatium, menſura erit major, atque hoc eſt quod dicitur in Talmude Jeruſolymitano, comprimi debet profana. Sed in Gemara jam expoſitum eſt quod hæc menſura ſit minor ovo. כפיקה גדולה שלהן *ſicut gurgulio magnus ipſorum*, ſicuti eſt colus magnus quo vinciunt, nam ope illius vinciunt colum in extremitate utris; poſtquam vero foramen perforatur, colus exinde dilatatur. Per מאור *luminare* intelligas foramen in pariete per quod lumen tranſit; ſi igitur nemo id fecerit ad lumen recipiendum, ſed animal aliquod id perforaverit, tum idipſum ſponte corrumpi ſinet, & ſic non efficiet aliquam immunditiem; & hoc ita eſt ſi ex hoc foramine prodierit immundities mortui in domum. Niſi ſit hæcce menſura. אגרוף notum eſt quid ſit. *Ben Betiæ* erat vir notus; & illius pugillus erat magnus. At vero ſi hoc luminare manu hominis alicujus factum ſit, & contineat plenitudinem terebræ magnæ conclavis, inducit immunditiem; ſed hoc jam expoſitum eſt capite decimo tertio codicis de Tentoriis. Cæterum jam expoſuimus quod pondiolum ſit dimidium drachmæ, & pondus illius octodecim granorum hordeaceorum, atque hoc eſt foramen quod in hacce terebra perforatum eſt, quæ erat in conclavi. *Sela Neronica*, eſt Sela ab imperatore Nerone excuſa, qui unus fuit e regibus Romanis. Porro dicit auctor quod poſtquam hocce foramen in menſura pondioli perforatum ſit, ea ſit menſura foraminis, quæ eſt menſura foraminis quod eſt in jugo. Hiſce omnibus auctor exponere voluit rem apud plebem notiſſimam. Cæterum mihi viſum fuit tibi hic tradere magnum aliquod fundamentum, quod in Additamentis ad codicem de Lavacris legitur, nempe, quod ſi de quantitate olivæ e mortuo, & de quantitate lentis e reptili dubium ſit an in iis contineatur menſura, dubium iſtud ſit immundum; quia omnis rei quæ fundamentum habet in Lege, & menſuram e conſtitutione Sapientum, dubium ſit immundum; hoc fundamentum memoriæ mandato, nam ex ipſo cognoveris quid faciendum ſit quando tibi dubium in aliqua reobortum fuerit, ſive allevare ſive aggravare volueris, & tum non errabis. At vero menſura illius conſtituta eſt e decreto ſcribarum ſecundum fundamentum quod tenemus quod omnes menſuræ a Moſe in Sinai derivatæ ſint, quicquid enim in Lege non expreſſum eſt, id e decreto ſive verbis ſcribarum inſtitutum eſſe cenſetur, licet verba ipſorum ſint conſtitutiones Moſis in Sinai, quia iſta verba מדברי סופרים innuunt quod res comprehendat ſcientiam ſcribarum, quæ explicatio & conſtitutio a Moſe in Sinai accepta eſt; dicitur quoque תקון סופרים *ſancita ſcribarum*; vel גזרות *decreta*.

יג כל שבים טהור חוץ מכלב המים מפני שהוא בורח ליבשה דברי רבי עקיבא העושה כלים מן הגדל בים וחבר להם מן הגדל בארץ אפילו חוט אפילו משיחה דבר שהוא מקבל טומאה טמא׃

13. Omnia quæ in mari ſunt, munda ſunt cane aquatico excepto, quia is in aridam avolat, ita R. Akiba. Si quis vaſa confecerit ex eo quod in mari crevit, idque conjunxerit cum eo quod in terra crevit, licet filum ſit, vel funis, quod immunditiem recipit, id immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שבים טהור *Omnia quæ in mari ſunt, munda ſunt*, omnia marina animalia; ſi quis e pelle eorum confecerit inſtrumenta vel vaſa, non recipiunt immunditiem, quia ſcriptum eſt Levit. 11, 32. או בגד או עור או שק quemadmodum ergo veſtis ſit ex eo quod e terra provenit, ita quoque pellis ſit ex eo quod e terra provenit.

חוץ מכלב המים *Excepto cane aquatico*, nam e reliquis creaturis marinis nulla avolat in aridam, quando homines eas venantur, niſi canis marinus duntaxat, idcirco is recenſetur inter pelles quæ e continenti provenerunt. Si ergo quis e pelle confecerit vas aliquod, immunditiem recipit; deciſio eſt ſecundum R. Akibam. *Licet filum ſit, vel funis*, dum-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam præmiſimus capite decimo hujuſce codicis quod ipſa reptilia marina ſive aquatilia, & pellis ipſorum, quando ex iis vaſa vel inſtrumenta confecta ſunt, non immunda ſint. Ita nec animal aquatile immundum eſt, quando obiit, licet reptile ſit ex ipſo, quia Deus immunditiem non declaravit de rebus marinis. Sed Deus dixit, Levit. 11, 32. *aut veſtis, aut pellis, aut ſaccus*, ad quæ verba Traditio exponit, quemadmodum veſtis provenit ex terra, ita etiam pellis. Sic etiam alio in loco dicitur Levit. 13, 48. *aut cum pelle, aut cum omni opere pelliceo*, ad quæ verba dixerunt vocem בעור *cum pelle* includere id quod ei conjunctum eſt, licet filum ſit vel funiculus, dummodo id conjungatur prout ple-

dummodo ambæ res ita conjungantur ut e terra ortum duxerint, tum una polluta altera quoque polluitur. plerumque conjunctio fieri ſolet ratione immunditiei, nempe, ſi conjunctio integra ſit donec duæ ſint veſtes, vel duæ pelles ex eo quod terræ adhæret, tum ope iſtius conjunctionis polluitur una res ſi polluta ſit altera, atque hic eſt ſenſus de conjunctione ratione immunditiei. Hinc dixerunt, res quæ immunditiem recipit, immunda eſt, nempe ſi ea conjuncta ſit cum alia re quæ e terra provenit. Per משיחה intelligitur margo quem producit ſartor dum veſtis ſeparatur; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

יד ויש במה שנברא ביום הראשון טומאה בשני (ס״א) אין בו טומאה בשלישי יש בו טומאה ברביעי ובחמישי אין בהם טומאה חוץ מכנף העוז וביצת נעמית המצופה אמר רבי יוחנן בן נורי מה נשתנה כנף העוז מכל הכנפים וכל (ס״א) שנברא ביום הששי טמא :

14. In nonnullis quæ primo die creata ſunt, obtinet immundities, & non in iis quæ ſecundo die creata ſunt, ſed in iis quæ tertio die creata ſunt obtinet; contra vero in iis quæ quarto & quinto die creata ſunt non obtinet immundities, excepta ala haliæti, & ovo ſtruthionis obducto. Dixit R. Jochanan filius Nuri, quid intereſt inter alam haliæti & reliquas alas? Quicquid die ſexto creatum eſt, id immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

יש במה שנברא ביום הראשון טומאה *In quibuſdam quæ primo die creata ſunt, immundities locum habet*, ac ſi dixiſſet, ſunt res quæ die primo creatæ ſunt, e quibus ſi quis vaſa confecerit, pollui poſſunt, ut terra, & ſi ex ea vas aliquod teſtaceum ſit confectum, pollui poteſt. Quæ vero ſecundo die creata ſunt, in iis non obtinet immundities, ſicuti eſt expanſum. Die autem tertio creatæ ſunt arbores, & vaſa ex iis parata immunditiem recipiunt. Quarto die lumina in expanſo ſunt, ſed in ea non cadit immundities. Quinto die creata ſunt volucria & piſces, e quibus ſi quis vaſa confecerit, ea non recipiunt immunditiem.

חוץ מכנף העוז העוזיה *Excepta haliæti ala*, intellige alam haliæti. Sapientes autem immunditiem decreverunt de vaſis ex iſta ala paratis, quia iſta commutari ſolent cum reliquis vaſis. וביצת הנעמית המצופה *& ovo ſtruthionis contecto*, nam Targum voces בת יענה filia ululæ vertit per נעמיתא ſtruthio. Sapientes vero immunditiem decreverunt de ovo ſtruthionis, quando iſtud tectum eſt, quia id abſque contectione conſiſtit; ſed de cæteris non decreverunt licet tecta ſint, quia immundities nequaquam confirmatur in eo quod non contectum eſt. כל שנברא ביום הששי טמא *quicquid ſexto die creatum eſt, id immundum eſt*, ſi quis ex animalium, pecorum, & reptilium pellibus vel oſſibus confecerit vas aliquod, immunditiem recipit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod primo die multæ res creatæ ſunt, ſicuti nonnemo dixit, decem res creatæ ſunt primo die, & ſub iis continentur aquæ quæ immunditiem recipiunt, ſicuti expoſitum eſt de immunditie potuum. Die autem ſecundo creatum eſt expanſum, die tertio terra, & germina, nonnulla autem germina immunda ſunt, nempe ea duntaxat quæ eſui conducunt, ſicuti expoſitum eſt in codice de Purificationibus; idcirco autem de iis quæ tertio die creata ſunt, immunditiem decrevit, nempe de quibuſdam quæ tertio die creata ſunt. Sed die ſecundo creata ſunt luminaria; quinto animalia aquatilia, & volucria. Cæterum tibi jam expoſui quod marina & volucria non ſunt immunda, neque vaſa vel inſtrumenta ex iis conſtructa. Sed non eſt ut difficultatem moveas de cadavere volucris mundæ, quia id novum eſt, id eſt, quia id non polluit tactu, ſicuti reliquæ impuritates, quemadmodum in principio codicis de Purificationibus expoſitum eſt. כנף העוז *ala haliæti*, eſt ala avis alicujus, quæ in Sacris dicitur העוזיה, ſi ex ipſa aliquod vas conſtructum fuerit, vel ex ovo ſtruthionis, tum vas iſtud immundum eſt quia aſſimilatur vaſi oſſeo, quod ex Lege immundum eſt, ex eo quod dicitur Num. 31, 20. וכל מעשה עזים ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo. At vero ſexto die creatus eſt homo & animalia quæ incedunt, quæ omnia pollui poſſunt, ſicuti expoſitum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanam filium Nuri.

טו העושה כלי כבול מכל מקום טמא העושה משכב ומושב מכל מקום טמא העושה כיס מעור המצה מן הנייר טמא הרימון האלון והאגוז שחקקום התינוקות למוד בהם את העפר או שהתקינום לכף מאזנים טמא (ש״ס טמאים) שיש להם מעשה ואין להם מחשבה :

15. Si quis vas receptaculi fecerit quovis licet modo, immundum eſt. Si quis lectum & ſedile fecerit quovis licet modo, immunda ſunt. Si quis marſupium fecerit e corio non parato, vel e papyro, immundum eſt. Malogranatum, alius, nux ſi ab infantulis perforata ſint, ad menſurandum in iis pulverem, vel ad parandas bilances, immunda ſunt, quia in ipſis continetur opus, & non cogitatio.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה כלי קבול מכל מקום *Si quis vas aliquod fecerit quovis licet modo*, etſi id ipſum non ſit aptum ad recipiendum, ſed ad ferendum. משכב ומושב *lectum & ſedile*, quovis etiam modo, tum pro ſeſſione parva, ut, ſi ei innitatur, vel ab ipſo pendeat. העור מצה *pellis non parata*, ita dicitur pellis quæ non farina nec galla conſperſa eſt. *Vel e papyro*, quæ ex herbis facta eſt. *Quia in ipſis continetur opus*, quia excavata ſunt a pueris. *Sed non cogitatio*, ſi cogitaverint de menſurando in illis pulvere, ac ſi excavarent ſponte, & non facerent aliquod opus, tum cogitatio puerorum non inducit immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העושה כלי קבול מכל מקום טמא *ſi quis vas aliquod fecerit, quovis etiam modo, immundum eſt*, hoc pleniſſime exponendum erit, ſi ergo quis fecerit marſupium pelliceum, ſive e pelle non ſalita, nec galla macerata, vel e panno. Vel ſi quis confecerit vas receptaculi e cortice malogranati, alii, vel nucis, ſicuti facere ſolent pueruli, qui quaſi concavum aliquod bilancium facere ſolent e corticibus nucum, aliorum, & id genus aliis. Poſtquam igitur puerulus fecerit vas receptaculi, tum id immundum eſt, quia opus aliquod peractum eſt. Cæterum ſenſus illius quod dicitur, ואין להם מחשבה *ſed iis non ineſt cogitatio*, eſt, quod vaſa iſta non facta ſunt ſecundum ordinaria opera, ut, ſi quis puerulus ex aliquo cortice fecerit vas abſque opere aliquo, tum id non eſt immundum, quia non cogitavit de ſtructura.

יו קנה מאזנים והמחוק שיש בהן בית קיבול מתכות והאסל שיש בו בית קיבול מעות וקנה של עני שיש בו בית קיבול מים ומקל שיש בו בית קיבול מזוזה ומרגליות הרי אלו טמאים ועל כלן אמר רבי יוחנן בן זכאי אוי לי אם אומר אוי לי אם לא אומר :

16. Calamus bilancium, hoſtorium, quæ habent receptaculum metallinum, & vectis qui habet receptaculum pecuniæ, & calamus pauperis qui habet receptaculum aquæ, & baculus qui habet receptaculum Mezuzæ, & margaritarum, hæc omnia immunda ſunt; atque de hiſce omnibus dixit R. Jochanan filius Zachæi, væ mihi ſi dixero, væ mihi, ſi non dixero.

R. OB. DE BARTENORA.

קנה המאזנים *Calamus bilancium*, hanc impoſtores excavabant, & in concavum illius immittebant argentum recens, quando autem librabant, calamum aliquantulum inclinabant, ut argentum vivum recederet ad latus rei librandæ, idque deprimeret.

מחוק *Hoſtorium*, quo menſuram abſtergunt quando illa accumulata erat. Si vero calamum iſtum fecerint e cucurbita, vel e ſimilibus rebus levibus, allevatur bilanx, & emtor damnum patitur. Si vero ipſum fecerint e materia fuſili, etiam aggravat & deprimit bilancem, emtorique damno eſt. Sin autem eundem confecerint ex oliva, vel nuce, vel ulmo; & impoſtores hoſtorium faciunt ex olivis, nucibuſque perforatis, idcirco ii quando vendunt, materiam aliquam fuſilem ei infundunt, ut ea deprimat lancem, quam tamen removent quando aliquid emunt.

אסל Notat vectem quem humero imponunt ad onus ferendum; ſi vero merces ſit magna, mercenarius eam imponere ſolet receptaculo vectis, & patrifamilias dicere, tu non dediſti mihi mercedem meam, & quamvis tum palpent ubique mercenarium, tamen in receptaculo iſto palpare non ſolent.

קנה של עני *Calamus pauperis*, quod aquæ receptaculum habet, ex quo bibere ſolet, quum vero ipſum rogant an quicquam guſtaverit, reſpondet, ego hodie afflictus ſum. Magiſtri autem mei receptaculum aquæ expoſuerunt de receptaculo potuum, & quum pauper laborat apud patremfamilias in torculari de oleo furatur idque in receptaculo condit.

מקל שיש בו בית קבול מזוזה ומרגליות *Baculus in quo eſt receptaculum Mezuzæ, & margaritarum*, ita faciunt ad vectigal eo furandum. *Væ mihi ſi dixero*, ne homines a me diſcant aſtutias. *Et væ mihi ſi non dixero*, ne impoſtores dicant, diſcipuli Sapientes non ſunt periti in opere manuum noſtrarum, idcirco magis imponitur. Sed quare ita dixere? quia ſcriptum eſt Hoſ. 14, 10. כי ישרים דרכי יהוה וצדיקים ילכו בם ופושעים יכשלו בם

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Homines callidi aliquem calamum excavatum imponere ſolebant bilancibus, & intra hoc concavum aliquod erat e materia fuſili confectum, ut hocce latus e bilancibus deprimeretur, itaque in latere leviori recipiebant merces, & graviori vendebant in quo erat maſſa metallina.

מחוק *Hoſtorium*, eſt inſtrumentum quo menſuram abſtergunt accumulatam, ut additamentum decidat; hoc itaque in caſu impoſturam committebant, tabulæ lancis imponendo maſſam aliquam metallinam, ut menſura aggravaretur; & magna mercium copia decideret.

אסל *Vectis*, eſt inſtrumentum quod humeris imponebatur, cui appendebatur id quod vendebant, & ſic tabernarius impoſturam committebat, faciendo in ipſo receptaculum pecuniæ, ut ei imponeret id quod furatus erat e pecunia mercium, & hoc nemini innoteſcebat. Cæterum calamus pauperis excavabatur, cui aquas imponebant quas bibebant, & pauperes dicebant aliis hominibus ſe iis uti in jejuniis, ut miſeria eorum tangerentur. Sic etiam acumini baculi imponebant receptaculum margaritarum, ut eo vectigal & id genus alia diriperent. Et quamvis hæc omnia ſint vaſcula ſimplicia lignea, quæ non recipiunt immunditiem ex Lege, ſicuti pro fundamento ſtatuimus, quia hoc receptaculum factum eſt omni modo, idcirco immunda ſunt. Dixit R. Jochanan filius Zachæi, væ mihi ſi dixero, iſta nimirum verba quibus homines a me diſcant aſtutiam; & væ mihi ſi non dixero, malevoli enim putabunt nobis doctoribus omnem deeſſe ſolertiam. Sed in Gemara jam dictum eſt Legem dixiſſe Hoſ. 14, 10. כי ישרים דרכי יהוה Sed R. Jochanan non diſtinguit poſtquam polluitur vectis, verum is rei naturam confirmat e loco citato ſicuti meminimus, ut fraus detegatur.

יז תחתית הצורפין טמאה ושל נפחין טהורה משחזת שיש בה בית קיבול שמן טמאה ושאין בה טהורה פנקס שיש בו בית קיבול שעוה טמאה ושאין בה טהורה מחצלת הקש ושפופרת הקש רבי עקיבא מטמא ורבי יוחנן בן נורי מטהר רבי שמעון אומר אף של פקועות כיוצא בהן מחצלת קנים ושל חלף טהורה שפופרת הקנה שחתכה לקבלה טהורה עד שיוציא את כל הכב״ :

17. Inſtrumentum limatorium eſt immundum, fabrorum ferrariorum eſt mundum. Cos in qua eſt receptaculum olei, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Pinax in quo eſt receptaculum ceræ, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Storea ſtraminea, & fiſtula ſtraminea ſecundum R. Akibam ſunt immundæ, ſecundum R. Jochanan filium Nuri mundæ ſunt. R. Simeon dicit, etiam ea quæ e colocynthide facta eſt. Quæ vero e calamis & juncis facta eſt, ea munda eſt. Fiſtula calami ad recipiendum diffiſſa, eſt munda, donec eduxerit omnia excrementa illius.

R. OB. DE BARTENORA.

תחתית הצורפין *Inſtrumentum limatorium*, auri argentique conflatores ſubter ſe habere ſolent aliquod vas quod תחתית dicitur, in quo auri & argenti ſcruta aſſervantur. Sed ejuſmodi vas fabrorum ferrariorum non factum eſt ut quid recipiat, vel ut in eo quis ſedeat. משחזת *cos*, lignea ad quam cultros acuunt, ei quoque aliquod receptaculum faciunt ad oleum recipiendum quo cotem ungunt.

פנקס של שעוה *Pinax cera obducta*, in qua tabernarius & numularius ſtylo ſcribebat. מחצלת הקש *ſtorea ſtraminea*, nam e ſpicarum caudis ſtoreas conficere ſolent. ושפופרת הקש & *fiſtula ferrea*, quæ excavata eſt & receptaculum habet, R. Akiba

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תחתית הצורפין Ita vocatur aliquod inſtrumentum ligneum cui annulus inſidet, quod in Arabia vocatur זברה הברזל nos vero illud vocamus תחתית: dicit ergo auctor quod hoc ſegmentum ligni in quo duo ſunt annuli, immunditiem recipiat, quia inſtrumentum ligneum recipit, nempe, ſi illic ceciderint rudera metallina, & ex iis acceperint id quod colligitur e ſcrutis auri & argenti, tum excavatio quæ in ligno eſt, receptaculo inſervit, & lignum in quo duo ſunt annuli fabrorum ferrariorum, mundum eſt, quia id non factum eſt in receptaculum. Et porro notum eſt quod id ipſum non polluatur ſecundum Sapientes, nam extremum quod pollui-

Akiba id immundum pronunciat, licet exiguum ſit receptaculum, ſuperius enim traditum eſt, ſi quis confecerit vas receptaculi quovis licet modo, tamen id immundum eſt. Diſſentiunt autem an ſit res conſiſtens necne, etenim res e ſeipſa conſiſtens duntaxat immunda eſt, & R. Akiba eam putat eſſe rem conſiſtentem; contra vero ſentit R. Jochanan filius Nuri, deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

פקיעות *Colocynthidis*, eſt ſpecies cucurbitæ ſylveſtris; alii dicunt quod ſint parvi melopepones & amari, eorum calamus excavatus eſt inſtar fiſtulæ ſtramineæ. חלף eſt herbæ ſpecies e qua juncos faciunt & ſtoreas, Arabice חלפא dicitur. *Munda eſt*, ab immunditie reptilis, ſed non ab immunditie lecti & ſedilis, polluit enim cubatione & ſeſſione ſecundum Legem, ſi ſtorea non facta ad contectionem ſit.

שפופרת הקנה שחתכה לקבלה *Fiſtula calami ad recipiendum fiſſa*, ut ei ſtibium imponatur & id genus alia. כבי׳ notat medullam albam quæ in calamo eſt, at ſi hæc non adſit, calamus non eſt immundus, etiam ex decreto ſcribarum.

polluitur ſecundum Sapientes eſt vas ligneum ſimplex, hoc autem eſt lignum in quo fabri ferrarii ſedent quod non ſubjectum eſt legi de vaſis. At vero lignum, ſi illud non conjunctum ſit cum ferro quod ei inſidet, tum in genere polluitur, juxta fundamentum quod decimo tertio capite traditum eſt, quando dicitur, lignum quod materiæ fuſili inſervit, immundum eſt. משחזת *cos*, notum eſt quid ſit, ſed hæc non eſt lignea cos, quia inſtrumenta lapidea nequaquam polluuntur, neque ferrea, quia vaſa metallina ſive fuſilia quæque ſimplicia ſint immunda; at non requiritur ut in ea ſit receptaculum aliquod. Cæterum auctor loquitur de ſegmento ligni ad quod cultros lævigant, ut acuantur, ſicuti novaculas acuere ſolent ad venæſectionem; idcirco ſi in hac cote ſit receptaculum olei, immunda eſt juxta fundamentum modo traditum. Dicitur in Gemara כתוב אפינקיסיה דפלוני id eſt, *ſcribe in pinace illius N.* quaſi dictum eſſet, in tabulis, duæ enim tabulæ compingebantur quæ פנקס *pinax* dicebantur. Si vero in alterutra tabella eſſet effoſſio quædam, ei cera imponebatur, ut ea præſto eſſet inter ſcribendum, eſt ergo vas receptaculi. מחצלת *ſtorea*, Arabice dicitur אלחציר. Cæterum שפופרת הקש *fiſtula ſtraminea*, eſt calamus ſtramineus, & vas receptaculi, licet exigua ſit; nam tibi jam expoſuimus quod vas receptaculi non habeat menſuram, ſed quod id in quantulacunque copia recipiat, & vas receptaculi dicatur. פקיעת *colocynthidis*, intellige germen aliquod cui eſt calamus perforatus. חלף id Arabice dicitur חלפא. Tandem dicit auctor כל הכבי׳ *omnia excrementa*, puta omnem medullam albam quæ in calamis eſt, quando autem quis exciderit eam, ut ſtibium, vel id genus alia imponat calamo, educit omne id quod in ipſo continetur, & tum continetur inter vaſa lignea receptoria, quæ pollui poſſunt, & denuo purificari in lavacro, ſcias itaque calamum contineri ſub genere vaſis; antequam vero ei quicquam factum ſit ex iſtis operibus, non polluitur, ne quidem e decreto Sapientum, quia non eſt vas, & hoc eſt quando dicit, *ſtorea e calamis confecta, & e colocynthide, eſt munda*, nempe, quod iſta ſit munda ab immunditie reptilis, ſeminiflui, & ſimilibus impuritatibus, quæ ſeſſu & cubitu polluunt, & quæ omnes abſque dubio e Lege polluunt, ſicuti præmiſſum eſt, ſi non fecerit illam ad corrigendum in ipſa, neque ad quieſcendum in ipſa, ſicuti expoſitum eſt in codice de Tabernaculis, tum ea omnino munda eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

פרק יח השידה בית שמאי אומרים נמדדת מבפנים בית הלל אומרים נמדדת מבחוץ מודים אלו ואלו שאין עובי הרגלים ועובי לזבזין נמדד רבי יוסי אומר מודים שעובי הרגלים ועובי לזבזין נמדד בניהום אינו נמדד רבי שמעון שזורי אומר אם היו הרגלים גבוהות טפח אין ביניהם נמדד ואם לאו ביניהם נמדד :

Caput 18. Capſa ſecundum Schammai menſuratur interius, & ſecundum Hillel exterius. Ambo autem in hoc conveniunt quod neque denſitates pedum, neque denſitates tæniarum menſurentur. R. Joſe dicit, conveniunt denſitates pedum & tæniarum menſurari, ſed non inter ſe. R. Simeon Schezuri dicit, ſi pedes alti ſint palmum, tum inter ipſos non menſuratur, ſin minus, tum menſuratur inter ipſos.

R. OB. DE BARTENORA.

השידה נמדדת בפנים *Capſa menſuratur interius*, nam capite decimo quinto hujuſce codicis expoſitum eſt quod vas ligneum quadraginta comprehendens Sata in humidis, quæ Cori ſunt in aridis, mundum ſit, hoc eſt ſi in longum latumque ſit cubitus unus, tres vero in altitudine; & tum diſſentiunt doctores quomodo menſurandum ſit, ſecundum Schammai concavum interius menſurandum eſt, & non parietum denſitates, nec fundi; at ſecundum Hillel omnia menſuranda ſunt, pedum denſitate, & tæniis exceptis, ſive margine circum extremitatem. At vero ſecundum R. Joſen etiam pedum denſitates, & tæniæ menſurantur. Sed ſecundum R. Simeon, ſi pedes non ſint palmum alti, etiam concavum inter quemlibet pedem menſurari debet; deciſio eſt ſecundum Hillel & ſententiam doctoris primi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam præmiſimus capite decimo quinto quod שידה, תיבה, & מגדל, quando illa quadraginta contineant Sata in humidis, menſura iſta non polluta ſit. Expoſuimus quoque menſuræ formam continere cubitum in longum & latum, in altitudine vero tres cubitos, cujuſmodi vas quadraginta Sata comprehendit in humidis. Dicit autem Schammai quod iſtud vas menſuretur interius, ſi vero id cubitum habeat in longum & latum, in altitudine tres cubitos, tum pollui poteſt. Sin autem fragmentorum collectanea minora hac quantitate fuerint, tum iſtud vas ſecundum Hillel immundum eſt, quia ipſum exterius menſuramus. Si ergo in ſuperficie illius exteriori contineatur cubitus in longum & latum, in altitudine tres cubiti, licet interius minus ſit quam hæc menſura, quia denſitas ligni illic deeſt, tum mundum eſt; לזבז *tænia* vero eſt in extremitate circuitus ſupra extremitates & anguſta eſt. Cæterum quando dicit, *& inter illos non menſuratur*, putat quod concavum inter pedes non ſit menſurandum, quia id non continetur ſub menſura. Dicit R. Simeon Schezuri, ſi altitudo pedum ſit minor palmo, menſurandum omne id quod inter pedes eſt, perinde ac ſi contiguum quid eſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Simeon Schezuri.

ב מוכני שלה בזמן שהיא נשמטת אינה חבור לה ואינה נמדדת עמה ואינה מצלת עמה באהל המת ואין נודרין אותה בשבת בזמן שיש בתוכה מעות ואם אינה נשמטת חבור לה ונמדדת עמה ומצלת עמה באהל המת וגוררין אותה בשבת אף על פי שיש בתוכה מעות הקמרון שלה בזמן שהוא קבוע חבור

2. Machinæ ipſius dum ipſa remiſſa eſt, non eſt conjunctio, neque menſuratur cum ipſa, neque eripit cum ipſa in tentorio mortui. Neque in Sabbato ipſam vovent quum in ipſa ſunt nummi; ſi vero non remiſſa ſit machina, ei conjunctio eſt, & menſuratur cum capſa, & cum ipſa liberat in tentorio mortui, & dimovent ipſam in Sabbato licet in ipſa ſint nummi. Camera ipſius quando fixa

חבור לה ונמדד עמה ואם אינו (ה"א) קבוע אינו חבור לה ואינו נמדד עמה כיצד מודדין אותו ראש תור רבי יהודה אומר אם אינה יכולה לעמוד בפני עצמה טהורה :

xa eſt, ei conjunctio eſt, & menſuratur cum ipſa; ſi vero non fixa ſit, non eſt ei conjunctio neque menſuratur cum ipſa. Quomodo ipſam menſurant? vertex acuminatus, R. Jehuda dicit, ſi non poſſit ſtare per ſe, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מוכני *Machina*, eſt idem quod אופן *rota*, inſtar rotarum ad currus, nam quia capſa ſuper ea elevatur, idcirco *machina* dicitur, ſicuti dicitur Exod. 35, 16. את הכיור ואת כנו Porro dicit auctor בזמן שהיא נשמטת *quando illa remiſſa eſt*, quia homines rotam removere poſſunt e curru. אינה חבור לה *non eſt ei conjunctio*, idcirco machina cenſetur eſſe inſtrumentum aliquod ſingulare, ſed שידה non eſt vas receptaculi immunditiei, quia non comprehendit quadraginta Sata, idcirco שידה *capſa* polluta non polluta eſt machina', quia nec ipſa eſt immunditiei receptaculum; at ſi immundities tetigerit machinam, polluta eſt machina, quia ipſa non cenſetur ad capſam pertinere, cum plena & vacua poſſit dimoveri, & receptaculum habeat. ואינה נמדדת עמה *nec menſuratur cum ipſa*, in computu cubiti in longum & latum in altitudine trium cubitorum, nam non cenſetur ut denſitates pedum, imo ne quidem ſecundum R. Joſen machina menſuratur cum capſa.

אינה מצלת עמה באהל המת *Non eripit cum ipſa in tentorio mortui*, ſi enim capſa ſit in ſepulchro poſita, tum ipſa ab immunditie eripit ea vaſa quæ in ipſo continentur, quia ipſa Sata continet quadraginta; ſi vero vaſa aliqua promineant e regione altitudinis machinæ ſuperius, tum machina non liberat ea ab immunditie, nam machina immunditiem recipit, & non dividit pro immunditie,

בזמן שבתוכה מעות *Quando in ipſa ſunt nummi*, quia vas ſingulare eſt, & baſis pro re prohibita; at ſi non ſit diſſoluta, licet, quia in capſa non continebatur quod vaſis fundamentum habet. קמרון *camera*, habet fornicis formam quam faciunt ſuper capſa. נמדד עמה *menſuratur cum ipſa*, ad quadraginta Sata complenda; quomodo eam menſurant? quando fixa eſt.

ראש תור *Vertex acuminatus*, in diametro, nam hæc camera non eſt e regione totius capſæ, ſed fornix e regione partis foraminis, quando igitur quis concavum illius metiri velit, tum illud conſiderant perinde ac ſi filum eſſet in diametro parietis capſæ poſitum uſque ad caput fornicis, & concavum quod inferius eſt, menſuratur. *Si ex ſe ſtare nequeat*, ſi capſa abſque camera ei infixa ſtare nequeat. *Munda eſt*, licet non recipiat quadraginta Sata; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוכני *Machina*, intellige rotas aliquas capſæ, nam cjuſmodi quid facere ſolent arcis magnis, & promptuariis, ut ex iis aliquæ rotæ protrahi poſſint & ſeparari ex arcis, quædam vero non poſſunt ſeparari, ſed certo tempore exibant, & effundebantur per egreſſum; ſi vero hicce egreſſus ſive tranſitus eſſet diſtinctus & ex arca egrederetur, tum is non polluebatur immunditie arcæ, ſi immunditiem recepiſſet, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, אינה חבור לה *ſi ei non ſit conjunctio.* Pariter nec arcæ polluuntur polluta rota ipſarum, quia diſtinctæ ſunt, & diverſa vaſa; verum ſi hæcce rota non diſtincta ſit ab arca, tum ipſa cum arca menſurari debet, & ſi inter utramque ſit cubitus in longum & latum, in altitudine trium cubitorum, tum non polluitur, quia hæcce machina diſtincta eſt ab arca. Sic etiam ipſa diſtinguit in tentorio mortui inter immunditiem & vaſa, & hoc in ſimilitudine parietis, at ipſa ſeorſim non immunda erit, neque id quod extra ipſam eſt, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *eripit*, ſicuti expoſitum eſt capite octavo codicis de Tentoriis. At vero ſi hæc rota diſtincta ſit ab arca, tum ad eam non cenſetur pertinere, in iſtis caſibus quos memoravimus. Licet vero hancce rotam dimovere in Sabbato, etſi in ipſa ſint nummi, qui transferri non poſſunt, ut hæc rota maneat in quiete; quando igitur tranſlata ſit rota, & in ipſa ſint nummi, ipſa educi nequit, ſed ex arca ſeparari debet, hinc nemo transfert nummos, niſi removerit, & elevaverit arcam cum rota, vel eam ex uno loco in alterum tranſtulerit, quia nummos jam dimovit.

קמרון Notat tegumentum fornicatum quod poſitum eſt ſuper partem arcæ, ſicut tegumentum ארגז *arcæ*. Cæterum tibi jam expoſui quod ſex plauſtra extenderint operta, etenim Targum vocem צב vertit per כר מחפיין perinde ac ſi dixiſſet quod ſuper iis tegumentum contegat. Poſtea dicit quod cum hocce tegumentum fornicatum eſſet fixum cum arca, & non ei inſitum, ſed ſeparatum, id etiam ad arcam pertinere cenſetur. Si vero in menſura ſit fornix cum concavo arcæ, unius cubiti in longum & latum in altitudine trium cubitorum, tum ipſa non immunda eſt. Porro quærit auctor quomodo hujuſce fornicis menſuram cognoſcamus? & reſpondet quod ea menſuranda ſit ſicuti menſuramus figuram triangularem & verticem acuminatum, ſicuti expoſitum eſt in codice de Hetorogeneis. Dicit itaque quod figuram triangularem menſuremus inſtar cruris in hacce fornice tantum; quod autem uniatur, id perſpicies e menſura arcæ. Mihi autem expoſitum eſt, quod illa innitantur menſuræ figuræ triangularis duntaxat, ut conjunctio fiat, figuræ autem diſſimilis ſunt, aliquando enim ſunt ſegmenta de linea rotunda; aliquando vero figuræ innovantur e lineis innovatis. Harum vero figurarum menſura valde tenuis eſt, & via illius longa; ſed hiſce omnibus non expoſita eſt menſura illius in cubito, nempe, quod iſtæ non producunt exhalationes, ſicuti notum eſt aſtronomis; & idcirco innixi ſunt menſuræ concavi acuminati, cujus ſummitas eſt medium fornicis, & cujus baſis eſt baſis tegumenti; hæc tibi conſtabunt ex iis quæ delineavimus apud aritmethicos. Cæterum R. Jehuda dicit, ſi hæc menſura, quando illa habet operculum fornicatum, dimoveri poſſit & inclinari ſeorſim, donec ea non amplius æſtimari poſſit ſeorſim, niſi diſſoluta ſit, nam tunc munda eſt, licet ea ſit parva; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג השידה והתיבה והמגדל שניטלה אחד מרגליהן אף על פי שמקבלין טהורין ושאינן (נ"א שאינן) מקבלין כדרכן רבי יוסי מטמא ונקליטי המטה וחמור וחפוי טהורים אין טמא אלא ממה ומלבן ומלבני בני לוי טהורין :

3. Capſa, arca, & armarium, quibus unus pes ablatus eſt, licet recipiant, tamen munda ſunt. Si non recipiant more ſuo, ſecundum R. Joſen immunda ſunt. Poſtes lecti, aſinus, & operimentum munda ſunt. Nihil mundum eſt præter lectum & tabulas quadratas; at Levitarum tabulæ quadratæ mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אף על פי שמקבלין *Licet recipiant*, ac ſi diceret, etiamſi non perforata ſint hæc vaſa uno pede ſublato, tamen munda ſunt quia ab initio habuerunt receptaculum, quandoquidem unus pes ablatus eſt, non amplius vaſa eſſe cenſentur, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod hæcce vaſa ſublato aliquo pede non immunda ſint, licet enim hæc capſa vel arca non ſit perforata uno pede ſublato, tamen adhuc res aliquas recipere poſſunt, quamvis corruptæ ſint. Dicit R. Joſe quod hæc vaſa ſi illa non

quia ſecundum ipſorum morem non recipiunt, ſed in latus inclinantur, & quaſi fracta reputantur. R. Joſe tamen ea pronunciat immunda, quia uno licet pede ſublato, tamen perforata ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. Sed Maimonides legit, *& ſi non recipiant more ſuo, R. Joſe ea dicit immunda*, ſed in quamcunque partem rem verteris, ita auctoris ſenſus eſt), capſa, arca, armarium atque non recipiunt quadraginta Sata quando iſta more ſolito requieſcunt, at ſi ipſa in latus inclinentur, etiam quadraginta Sata continent, & tum R. Joſe ea immunda pronunciat, quia more ſuo non recipiunt. Sapientes vero dicunt, quandoquidem recipiunt, idcirco etiam quadraginta Sata contineré cenſentur, & munda ſunt.

נקליטי Idem eſt quod עמודי *poſtes*, unus a ſuperiori lecti parte, alter vero ab inferiori parte, & deinceps ab uno poſte ad alterum exporrigitur baculus, ſuper quem ſindones expandunt, & ita fit inde tentorium aliquod. חמור *aſinus*, tabulis quadratis lecti ſubjicere ſolent lignum aliquod excavatum, cui imponuntur tabulæ quadratæ, quæ מלבן dicuntur, & hæc conſtructio ſimul dicitur חמור *aſinus*.

וחפוי *Et operimentum*, eſt tegumentum quo poſtes & lectum contegunt. *Munda ſunt*, quia in illis eſt matallum aliquod ligno inſerviens. מלבן notat tabulas excavatas quæ lecti pedibus ſupponuntur, ne humore fundi putreſcant, & iſtæ transferri ſolent una cum lecto, idcirco immundæ ſunt, eo quod lecto aſſimilantur.

non contineant quadraginta Sata dum ipſorum ſtatus non mutatur quando diſſolvuntur vel in latus inclinantur, polluuntur, ſi ipſa non recipiant quadraginta Sata ſuper ſtatu ipſorum. Sapientes vero dicunt, quamvis illa recipiant, nihilominus tamen munda ſunt, ſicuti præmiſſum eſt. נקליטי מטה *poſtes lecti*, hi duæ ſunt columnæ in ſuperiori & inferiori parte lecti, ſuper quas ſindones conjiciunt quum cubitum ire volunt, & ita quaſi aliquis fornix eſt ſuper lecto, ne inter dormiendum involent muſcæ.

חמור *Aſinus*, ita vocatur omne id cui aliæ res innituntur; hic autem notat ſegmenta ligni quæ lecto ſupponuntur ad ipſum confirmandum, & ut lectus ſuper ipſo jaceat. חפוי *operimentum*, notat tegumenta quibus exornant lectum auro & argento, & id genus alia.

מלבן Notat lignum aliquod quadratum & oblongum per totum lectum, & quod rotæ lecti inſidet, unde ſenſus colligi poſſit; huic præterea ſunt infixa foramina, per quæ intromittuntur ligna quadrata, ad ipſorum durationem in lecto confirmandam. Atque hocce ligni ſegmentum ſub nomine lecti contineri cenſetur.

מלבני בני לוי טהורין *Tabulæ quadratæ Levitarum mundæ ſunt*, intellige aſſeres longos qui duobus columnis inſident, a quibus Levitæ ſuſpendebant ſua vaſorum & inſtrumentorum genera, quorum ope muſicam exercebant quotidie; cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ומלבני בני לוי טהורין *Et tabulæ quadratæ Levitarum ſunt mundæ*, nam Levitæ Jeruſolymam aſcendere ſolebant, & ex una urbe ſe conferre in alteram, non ferentes ſecum lectos ſuos, idcirco licet tabulæ iſtæ quadratæ fundo ſub lecto infixæ ſint, quoniam tandem transferuntur, non lecto ſimiles eſſe cenſentur.

ד מלבן שנתנו על לשונות רבי מאיר ורבי יהודה מטמאין רבי יוסי ורבי שמעון מטהרין אמר רבי יוסי מה שנה זה ממלבני בני לוי שמלבני בני לוי טהורין:

4. Si tabula quadrata impoſita ſit linguis, ſecundum R. Meyr & R. Jehudam immunda eſt. At ſecundum R. Joſen & R. Simeon munda eſt. Quæſivit R. Joſe, quid intereſt inter hanc & Levitarum tabulas quadratas? quod Levitarum tabulæ quadratæ ſunt mundæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מלבן שנתנו על לשונות *Si tabula quadrata impoſita ſit linguis*, intellige aliquod ſegmentum ligni in forma linguæ cui tabula iſta impoſita eſt. *R. Meyr, & R. Jehuda eam dicunt immundam*, quia lingua iſta quoque cum lecto transfertur ſicuti tabula quadrata. R. Joſe & R. Simeon eam dicunt mundam, quia lectus iſte non omnino integer transfertur; deciſio eſt ſecundum R. Joſen & R. Simeon. שמלבני בני לוי טהורין *Nam tabulæ quadratæ Levitarum mundæ ſunt*, etiamſi pedibus lecti infixæ ſint, tamen quia tandem auferri debent, mundæ ſunt; linguæ porro iſtæ interdum quoque auferri debent a lecto, idcirco non ad ipſum lectum pertinere cenſentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponemus ad Miſnam ſequentem quænam ſit pars lecti quæ vocetur לשונות *linguæ*; ſunt autem quatuor extremitates ad quatuor lecti latera, & ſupra quadratum illius prominentes in menſura cubiti, & ulterius. Dicit vero auctor, quod ſi hæcce tabula quadrata imponatur duabus linguis e regione poſitis coram lecto, atque altitudo remaneat ſupra lectum, tum non polluitur hæc tabula dum lectus pollutus eſt, quia nihil intereſt inter hanc, & Levitarum tabulas, de quibus diximus quod mundæ ſunt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen & R. Simeon.

ה מטה שהיתה טמאה מדרס ניטלה קצרה ושתי כרעים טמאה ארוכה ושתי כרעים טהורה רבי נחמיה מטמא גדר שתי לשונות לוכסן גדר שתי כרעים (טפח על טפח מצא) לוכסן או שמעטה פחות מטפח טהורה:

5. Lectus ſi calcatione pollutus ſit, & ablata ipſius brevitas, & duo crura, immundus eſt. Si longitudo & duo crura ipſius, mundus eſt. R. Nechemia dicit immundum, ſi duas linguas obliquas exciderit, vel duo crura palmi in longum & latum exciderit obliqua, vel ſi eum minus quam palmum diminuerit, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מטה שהיתה טמאה מדרס *Lectus calcatione pollutus*, ſuper quo cubuit feminifluus, vel cui appenſus, vel innixus eſt. קצרה *brevitas*, notat iſta ligna quæ in latitudine lecti ſunt a parte cervicalium, & a parte pedum ejus. ארוכה *longitudo*, iſta ligna quæ ſunt in longitudine lecti, ſive ad dextram, ſive ad ſiniſtram, & hæc vocantur ארוכות המטה *longitudines lecti*. טהורה *mundus eſt*, nam jam non amplius lectus eſſe videtur, idcirco fragmentis inſtrumentorum ſimilis eſt, quæ munda ſunt. Sed *R. Nehemia immundum pronunciat*, deciſio tamen non eſt ſecundum R. Nehemiam. גדר idem eſt quod חתך *excidit*, ita dicitur גדו אילנא excidite arborem. Dan. 4, 11.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſuimus in principio ſermonis noſtri, quod feminifluus, feminiflua, menſtrua, puerpera, & leproſus polluant, ſicuti e Miſna audies, vel ex noſtra explicatione; per משכב הזב ergo intelligas omne id quod immunditiem efficit cubitu, nam de feminifluo hic duntaxat exempli gratia locuti ſumus; poſtea vero dicitur quod feminifluus omni modo polluat, quando is in aliqua re conſederit, vel ſuper ea ſe extenderit, vel ſuper ipſa ſteterit, vel innixus fuerit, vel ab ipſa dependerit, donec iſta veſtis ferat feminiflui gravitatem, quocunque id fiat modo, liceti nter hanc veſtem & feminifluum aliæ intercedant veſtium ſpecies. Jam vero neceſſaria ſunt ea quæ in principio hujuſce codicis expoſui-

שתי לשונות לוכסן *Duas linguas obliquas*, puta duo ligna quæ in forma linguæ facta ſunt, quibus imponuntur tabulæ quadratæ lecti, has ſi quis obliqua exciderit, unam in angulo orientali meridionali & alteram in angulo occidentali ſeptentrionali, tum lectus eſt mundus, quia non amplius lectus eſſe videtur. Sic etiam ſi duo exciderit crura, in quantitate palmi quaquaverſum ex obliquo, a crure autem in angulo orientali meridionali exciderit palmum, & tantundem a crure quod eſt in angulo ſeptentrionali, tum fragmentum aliquod eſſe cenſetur. *Vel ſi diminuerit*, minus quam palmum, ſi pedes exciderit, at non palmum ex eo quod terræ proximum eſt, tum non æſtimatur vas eſſe.

poſuimus, nempe quod ſeminifluus polluat ſub lapide מסמא: quando autem ſeminifluus polluerit inſtrumentum aliquod ope unius e quinque rebus, tum idipſum כלי משכב ומושב *inſtrumentum quod cubitu pollutum eſt, & ſeſſu vocatur*, nam jus immunditiei cubitu & ſeſſu contractæ idem eſt, ſicuti jam expoſitum eſt quod nihil interſit, ſive ſeminifluus rei inſederit, vel in ea cubuerit, idcirco dixerunt, licet ſederit ſuper eo quod cubitu pollutum eſt, ſive ſuper eo quod ſeſſu pollutum eſt, erit immunditiei pater e patribus immunditiei, ſecundum id quod præmiſimus. Cæterum vox מדרס *calcatio* comprehendit iſtas quinque conditiones ſive immunditiei modos, ſicuti dixerunt, *ſi ſeminifluus calcaverit ſuper eo*, ſenſus eſt, quod ſive is conſederit, ſive cubuerit, vel ſteterit, vel ſuſpenſus ſit ab eo, vocetur טמא מדרס, vel טומאת מדרס: hinc tibi conſtabit negotium de ſeminifluo & id genus aliis, quocunque res fiat modo. Ego vero hæc omnia exponam capite ſecundo codicis de Seminifluis. Cæterum in principio jam expoſuimus, quod ſedile immundum polluat hominem & veſtes, quia immunditiei pater eſt, & tunc inſtrumentum, vel vas quod tetigerit calcationem ſeminiflui, vocetur מגע מדרס *tactus calcationis*, nempe, quod illud tetigerit rem aliquam quam calcavit ſeminifluus, & tum id ipſum eſt primus immunditiei gradus abſque dubio, ſicuti expoſuimus, quod primus immunditiei gradus conſtituatur per omne id quod immunditiei patrem tetigerit; hoc fundamentum memoriæ mandes volo, ne id ſæpius repetendum ſit a nobis. Scias itaque quod lectus diſſolutus, de quo hic ſermo eſt ſicuti dicam, longior ſit quam latior, duo enim ligna conſtituta ſunt in latitudine ipſius, quorum unum protrahitur ad caput hominis in lecto cubantis, alterum vero protrahitur ad pedes, & unumquodque vocatur קצרה *brevitas*. Duo vero ligna quæ ſunt ab utraque parte, vocantur ארוכות המטה *longitudines lecti*, & quodlibet ſeorſim ארוכה vocatur. Præterea conficiuntur quatuor columnæ quadratæ, quarum cujuſlibet longitudo trium eſt palmorum; deinde ex unaquaque duas faciunt foſſas, quibus imponitur extremitas ligni brevis, & ligni longi, atque hæ ſunt quatuor columnæ quæ lectum componunt, donec is figuram quadratam acceperit; una autem columna conſtituitur quæ omnes quatuor lecti angulos confirmat. Hinc vero aliquid de hac columna remanet ſupra lectum in menſura palmi, vel plus, atque hæ columnæ vocantur לשונות *linguæ*. Deinceps ſumunt lignum aliquod quadratum ſuper longitudine lignorum, idque duabus linguis inſeritur, ſed non ſuper iis poſitum eſt, donec ſimul cohæreant in longitudine una; atque hæc ſit figura lecti; lignum vero iſtud vocatur מלבן. Præterea quatuor ſolent conficere pedes ligneos, quos quatuor lecti angulis infigunt ſub quatuor linguis, donec lectus elevetur a terra, quilibet autem pes vocatur כרע *crus*; hæc figura, & hæc nomina ſemper memoria tenenda ſunt, ne toties ea repetere debeamus quoties de lecto ſermo fit. לכסון *eſt obliqua linea*, quam jam aliquoties depinximus. Porro dicit auctor quod poſtquam lectus factus ſit immundus calcatione, ſicuti ab initio erat, ſimilitudo lecti reliqua ſit, uti erat antea. Si vero defecerit unum e lignis longis, & duo pedes qui erant ſub lecto, tum id quod reliquum eſt de lecto, mundum eſt, quia forma & ſimilitudo illius jam periit ſecundum fundamentum quod tenemus de fragmentis vaſorum, quod illa ſint munda. Tandem inferius quoque quatuor ſunt columnæ, ſicuti expoſuimus, quæ לשונות *linguæ* vocantur; quando autem duæ linguæ abſciſſæ ſunt, ſi nempe iſtæ ſint in duobus lateribus obliquis, donec lectus in articulos diſſolutus ſit, & reſtituta ſint ligna quæ brevitas & longitudo dicta ſunt, in hac forma, a latere longitudinis & brevitatis. Vel ſi duo pedes abſciſſi ſint, qui inter ſe obliqui ſunt donec minus quam palmus reſtitutum ſit, vel ſi quatuor pedes abſciſſi ſint, donec cujuſlibet altitudo minor fuerit cubitu atque lectus repoſitus in ſuperficie terræ pedibus abſciſſis, tum lectus eſt mundus, & jam mundus factus aliquo horum defectuum, figura enim jam depravata eſt, & hæc eſt confractio lecti; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam.

ו מטה שהיתה טמאה מדרס נשברה ארוכה ותקנה טמאה מדרס נשברה שנייה ותקנה טהורה מן המדרס אבל טמאה מגע מדרס לא הספיק לתקן את הראשונה עד שנשברה שנייה טהורה:

6. Si lectus ſit pollutus immunditie calcationis, ligno longo fracto & refecto, immundus eſt calcatione. Si fractum ſit ſecundum, & refectum, mundus eſt a calcatione, attamen immundus tactu calcationis. Si non ſatis refectum ſit primum, niſi donec fractum ſit ſecundum, tum mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ותקנה טמאה מדרס *Et illud refecerit, immundus eſt calcatione*, lectus adhuc in immunditie continetur, quia ſecundum adhuc integrum eſt, tamen mundus eſt, nam facies novæ acceſſerunt ab hac parte, poſtquam vero immunditiem calcationis acceperit, hæ facies ei innovatæ ſunt; ſed hoc non eſt ſecundum, quandoquidem lectus depravatus eſt, ut non amplius ſit vas. אבל טמאה מגע מדרס *verum immundus eſt tactu calcationis*, lignum longum primum, nam quando fractum eſt & denuo correctum, quia aliud longum loco hujus confracti allatum eſt, & lecto inferius conjunctum, tum immunditie calcatione pollutus eſt lectus, quia immunditiès calcationis ipſum tetigit. Quum vero ſecundum fractum fuerit, e quo immunditiès remota eſt calcationis, reliqua eſt immunditiès tactus, omnis enim lectus conjungitur primo, quod correctum eſt. עד שנשברה שניה טהורה *donec ſecundum fractum ſit, immundus eſt*, nam quia duo longa ſunt confracta, non amplius quicquam valet, nec aſſimilari poteſt ei qui in articulos diſtinctus eſt, & totus confirmatus eſt, nam illic tandem articuli illius reſtitui debent, & conjungi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit auctor אבל טמאה מגע מדרס *ſed immundus eſt tactu calcationis*, ſenſus eſt, quod lectus redierit ad formam ſuam quia calcationem tetigit, quæ primus immunditiei gradus eſt, rediit ergo in primum ſtatum poſtquam pater fuerit propter variationem; at ſi brevia, vel duo longa ligna fracta fuerint ſimul, jam purificatus eſt lectus, & omnino purus eſt.

ז כרע שהיתה טמאה מדרס וחברה למטה כלה (ס"א) טמאה מדרס פרשה היא טמאה מדרס והמטה מגע מדרס היתה טמאה טומאת שבעה וחברה

7. Si crus immundum ſit calcatione, & lecto junctum, omnino eſt immundum calcatione; ſi diſtinctum ſit, ipſum immundum eſt calcatione, & lectus eſt tactus calcationis. Si idipſum immundum ſit immunditie ſeptem dierum, & lecto junctum,

omni-

וחברה למטה כלה טמאה טומאת שבעה פרשה היא טמאה טומאת שבעה והמטה טמאה טומאת ערב היתה טמאה טומאת ערב וחברה למטה כלה טמאה טומאת ערב פרשה היא טמאה טומאת ערב והמטה טהורה וכן השן של מעדר :

omnino immundum eſt immunditie ſeptem dierum. Si diſtinctum ſit, tum ipſum immundum eſt immunditie ſeptem dierum, & lectus immundus eſt immunditie veſpertina. Si ipſum ſit immundum immunditie veſpertina & lecto junctum, omnino immundum eſt immunditie veſpertina; ſi diſtinctum ſit, ipſum eſt pollutum immunditie veſpertina, lectus vero mundus. Sic etiam ſe res habet cum dente ſarculi.

R. OB. DE BARTENORA.

כרע של מטה שהיתה טמאה מדרס *Si crus lecti immundum ſit calcatione*, nempe, quando illud ſeorſim exiſtit, & non junctum eſt lecto. כלה טמאה מדרס *omnino pollutum eſt, calcatione*, nam conjunctionis ope crus & lectus in unum corpus uniuntur. *Si immundum ſit immunditie ſeptem dierum*, ut, ſi tetigerit mortuum.

טומאת ערב *Immundities veſpertina*, ſi tetigerit id quod mortuo pollutum eſt. המטה טהורה *lectus eſt mundus*, quia is non pollutus eſt tactu cruris, cum ſit primus immunditiei gradus, homo autem & vaſa non recipiunt immunditiem niſi a patre immunditiei.

מעדר *Sarculus*, eſt inſtrumentum ligneum quod dentes habet, eo vertunt ſtramen, & dentes illius conſtant e maſſa fuſili. Et quandoquidem dentes ſunt veluti in articulos diſtincti, idcirco ſarculi jus idem eſt quod lecti jus, qui etiam in membra dividi poteſt; hic autem agitur de immunditie ſeptem dierum, quia ſarculus non polluit calcatione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Iſtud כרע ſive crus lecti, de quo hic ſermo factus eſt quod id ipſum ſit immundum calcatione, capiendum eo in caſu quando id ipſum ſeorſim pollutum eſt, quia feminifluus in ipſo calcavit; at vero ſi lectus ſit immunditie calcationis pollutus, & pes aliquis confractus, tum ipſum eſt mundum. Cæterum jam expoſuimus in principio libri, quod vaſa immerſionis, quando mortuo immunditie ſeptem dierum polluta ſunt, tum ipſa facta ſunt immunditiei pater, & polluunt hominem & vaſa טומאת ערב *immunditie veſpertina*. Si igitur quis hocce crus abſtulerit poſtquam inſertum fuiſſet, remanet immundum immunditie ſeptem dierum; & lectus immundus eſt immunditie veſpertina, quia crus tetigit quod immunditiei pater eſt. Si vero crus pollutum ſit immunditie veſpertina, ita ut ſit immunditiei proles, nempe, ſi immunditie mortui pollutum ſit, tum per conjunctionem cum lecto tota maſſa facta eſt primus immunditiei gradus, crure autem ſublato lectus eſt mundus, ſed crus eſt immunditiei proles, & non polluit vaſa, ſecundum fundamentum in principio libri traditum. *Sic etiam ſe res habet cum dente ſarculi*, ſenſus eſt, quando dens pollutus eſt & ſarculo inſertus eſt, tum illius jus idem eſt cum jure cruris, ſed non eſt immundities quæ in dente erat dum is inſertus erat ſarculo, idcirco immundus eſt ſarculus. Quando autem ab ipſo diviſus eſt dens, tum ipſe manet in immunditie iſta in qua antea fuit, ſive ea ſit levis, ſive gravis; ſarculus enim eidem juri ſubjectus eſt cui vas ſive inſtrumentum quod huncce dentem tetigit; hæc omnia clara ſunt ex iis quæ pro fundamentis poſuimus.

ח תפלה ארבעה כלים התיר קציצה הראשונה ותיקנה טמאה טמא מת וכן שניה (ס"א) וכן שלישית התיר את הרביעית טהורה מטמא מת אבל טמאה מגע טמא מת חזר לראשונה והתירה ותיקנה טמאה במגע וכן שניה התיר את השלישית טהורה שהרביעית במגע ואין מגע עושה מגע :

8. Si in Phylacteriis quatuor vaſculorum diſſoluta ſit cellula prima, eaque refecta ſit, tamen ipſa immunda manent ſi mortuum tetigerint. Sic etiam ſe res habet cum ſecunda & tertia; ſi quarta ſit diſſoluta, tum munda eſt ab eo qui mortuo pollutus, attamen immunda tactu illius qui pollutus eſt mortuo. Si prima denuo diſſoluta ſit & refecta, immunda eſt tactu, ita etiam ſecunda. Si tertia diſſoluta ſit, munda eſt, quia quarta inficit tactu, ſed tactus non facit tactum.

R. OB. DE BARTENORA.

תפלה ארבעה כלים *Phylacteria quatuor vaſculorum*, hic ſermo eſt de Phylacteriis capitis quæ mortuum tetigerunt, & quatuor habent cellulas, quælibet autem cellula קציצה dicitur. התיר קציצה *ſi diſſolverit cellulam*, ſi unam cellulam removerit, & aliam ei repoſuerit. *Immunda eſt eo quod mortuo pollutum eſt*, quia onus eas conjungit in unum corpus. וכן שניה וכן שלישית *ſic etiam ſe res habet cum ſecunda, & cum tertia*, quando quarta adhuc ſubſiſtit, quoniam reliquæ conjunctæ ſunt cum quarta; quarta autem ſublata, eaque cum alia mutata, tum immunditics mortui remota eſt; ſed in cellula tertia remanſit immundities quæ contracta eſt ex eo quod mortuo pollutum eſt, nam quartam tetigerunt dum conjunctæ erant, ipſa enim adhuc exiſtebat; quarta vero mutata, nulla omnino eſt in corpore illius immundities, nam ita res non eſt quia tetigit tertiam, tactus non conſtituit tactum ratione immunditiei, quia tres priores novæ ſunt, quæ tetigerunt id quod mortuo pollutum eſt, ſed quarta nova non recipit immunditiem. Neque immundities reſidet in quarta nova, niſi reſpectu conjunctionis cum tribus immundis tactu, idcirco ſi nonnemo tertiam ſecunda vice commutaverit, omnes cellulæ ſunt mundæ, licet in iis nullus ſit tactus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Phylacteriis capitis quatuor ſunt domunculæ ſive cellulæ, cuilibet cellulæ includitur ſectio legalis, & quælibet cellula habet receptaculum ſuum ſeorſim, vocaturque קציצה: porro dicit auctor quod Phylacteria capitis quando polluta ſunt, & pellis eorum fuerit pater immunditiei abſque dubio, atque nonnemo poſtea ſolverit cellulam primam, eamque refecerit, manet ipſa immunditiei pater, ſicuti erat antea. Pariter ſi ſecundam diſſolverit, & poſtea refecerit, tertiamque etiam diſſolverit, & poſtea refecerit, uſque dum tres cellulæ diviſæ fuerint & denuo conſutæ, remanente autem cellula quarta, tum illa adhuc eſt ſicuti antea fuit. Si vero quarta etiam exciſa ſit & poſtea correcta, ita ut quatuor cellulæ jam ſublatæ ſint, & reſtitutæ, tum pater immunditiei non amplius ſupereſt, ſed ea ſimilis eſt vaſi quod immunditiei patrem tetigit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur; ſed immunda eſt tactu illius qui pollutus eſt mortuo, quandoquidem omnis cellula polluta eſt per inſertionem ſuam in alia cellula quæ pater immunditiei fuit pro quatuor cellulis apud eam quæ inſerta erat, ut tertia, tum omnes cellulæ ſunt proles immunditiei, ſive primus gradus. Si vero poſt hanc inſertionem denuo facta ſit tactus ab eo qui mortuo pollutus eſt, ſive proles immunditiei, & cellula prima ſecunda vice exciſa ſit, tum adhuc inſerta eſt, & manet tactus ab eo qui mortuo pollutus eſt, ſicuti antea fuit, ſic etiam ſi quis

quis ſolverit ſecundam; at vero ſi tertiam ſolverit, & reſtituerit, tum non polluuntur ob quartam, quia quarta jam facta eſt proles immunditiei quæ non polluit vaſa, ſicuti pro fundamento poſuimus, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, *tactus non facit tactum*, ſcil. ratione immunditiei, ſed omnes ſunt mundæ, quia nihil immundi remanſit, & quum tres cellulæ diſtinctæ ſint, ſe res habet perinde ac ſi aliud ſit vas poſtquam tetigit quatuor cellulas, quæ nequeunt polluere.

ט מטה שנגנב חציה או אבד חציה או חלקוה אחין או שותפין טהורה החזירוה מקבלת טומאה מכאן ולהבא מטה מיטמאה חבילה ומיטהרת חבילה דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים מיטמאה אברים ומיטהרת אברים :

9. Lectus dimidia ex parte abreptus, vel qui dimidia ex parte periit, vel a fratribus ſociiſve diviſus, mundus eſt; ſi reſtituerint eum, abhinc & deinceps immunditiem recipit. Lectus polluit faſciculum, & purificat eundem, ita R. Eliezer. Sapientes dicunt, polluit membra, & purificat membra.

R. OB. DE BARTENORA.

טהורה *Mundus eſt*, licet lectus habet lignum longum quod ארוכה dicitur, & duo crura, quoniam de iis reſtituendis nulla eſt intentio, idcirco nullam utilitatem capere poteſt e loco qui unicuique idem eſt. מקבלת טומאה מכאן ולהבא *recipit immunditiem abhinc & deinceps*, ſed non contra, nam quia diviſerunt lectum, remota eſt ab ipſo immundities. מיטמאה חבילה *polluit funiculum illius*, ſi quis crus lecti ſeparaverit a ligno ארוכה & id conſtiterit cum brevi קצרה tum conjunctio eſt, crure autem polluto, breve lignum quoque pollutum eſt, nam cum omnia integra ſunt, polluto uno articulo, totus lectus pollutus eſt. Sic etiam quando crus ſeparatum eſt a ligno longo, & conſiſtit cum brevi, tum factus eſt faſciculus cum brevi, & crure polluto etiam cum ipſo pollutum eſt lignum breve. ומיטהרה חבילה *& purificatur funiculus*, nam ſi quis immerſerit crus cum brevi ligno, tum breve iſtud non dividit inter aquam & rem, cum id non dividat quando quis ipſum immerſerit dum integer eſt lectus. *Sapientes dicunt*, *polluit membra*, ſed non funiculum, crure enim polluto, lectus pollutus eſt, at non breve illius lignum, nam conjunctio non eſt ut ipſa integritas, & purificat membra, quando enim quis velit immergere, etiam ſeorſim immergit crus, & non faſciculum cum ligno brevi, nam lignum breve dividit, quia conjunctio non eſt ut ipſa integritas, nam ſi lectum integrum immerſerit, mundus eſt, etſi eum non diſſolverit; jam vero ubi crus diviſum eſt a ligno longo, non eſt colligatio cum brevi ligno, ſed ſeorſim immergi debet; deciſio eſt ſecundum Sapientes; ita ſe habet hujuſce Miſnæ expoſitio e Toſaphta, & ſecundum mentem magiſtrorum meorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקבלת טומאה מכאן ולהבא *Recipit immunditiem abhinc & deinceps*, ſecundum fundamentum quod memoravimus capite decimo quinto hujuſce codicis, quum dicitur, ſi confracta ſint, pura ſunt, & ſi ex illis vaſa confecerit, immunditiem recipiunt abhinc & deinceps. Porro dicit quod lectus polluat funiculum, qui non eſt immundus ſed cum lecto conjunctus eſt. Pariter nec ipſe mundus eſt niſi quando conjunctus fuerit lecto; ſic etiam immergunt ipſum. Secundum Sapientes polluit membra ita exponente Gemara, cujus ſenſus eſt quod ſi lignum longum & duo crura contigua ſint, vel breve lignum & duo crura, aut lignum breve, immundus ſit lectus. Si vero hæ res ſint lecti pars, quia diſpoſitio eſt ad latus loci excelſi, ſuper quibus extenditur lignum iiſque inſidet, tum dicit auctor quod poſtquam lectus ſit integer, & pollutus atque deinceps purificatus, diſciſſo fragmento, is ſit mundus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק יט המפרק את המטה להטבילה והנוגע בחבלין טהור החבל מאימתי הוא חבור למטה משיסרג בה ג' בתים הנוגע מן הקשר ולפנים טמא מן הקשר ולחוץ טהור נימי הקשר הנוגע בצרכו טמא וכמה הוא צרכו רבי יהודה אומר ג' אצבעות :

Caput 19. Si quis lectum diviſerit in articulos ut ipſum immergat, & funiculos tetigerit, mundus eſt. Quando funiculus lecti eſt conjunctio? quum tres domunculas interſecuerit. Si quis a nodo & interius tetigerit, immundus eſt, ſin a nodo & exterius, mundus eſt. Qui filum nodi tetigerit in ipſius neceſſitate, is immundus eſt; ſed quanta eſt neceſſitas illius? R. Jehuda dicit, trium digitorum.

R. OB. DE BARTENORA.

המפרק את המטה להטבילה *Si quis lectum diſſolverit in articulos ut ipſum immergat*, licet is purificatus ſit dum integer eſt, etenim aliquando adeo magnus eſt lectus, ut in lavacrum intrare nequeat, & idcirco diſſolvi debet.

והנוגע בחבלים *& qui tetigerit ligamenta*, ita nos legimus, ac ſi dixiſſet, ſive diſſolverit, ſive tetigerit funiculos, mundus eſt; hic autem ſermo eſt de lecto mortuo polluto, vel cubitu ſeminiflui, & licet in lecto non ſit lignum longum & duo crura, nihilominus tamen immergi debet, ne redeat ad immunditiem ſuam quando denuo conjunctus fuerit. Et qui ligamenta tetigerit, is mundus eſt, etenim quia in articulos diviſus eſt, ligamenta non amplius ſunt conjunctio.

החבל מאימתי הוא חבור המטה *Ex quo ligamentum eſt conjunctio lecti*? in principio quando quis lectum in aliquot membra atque tres domunculas interſecuerit, tum funiculus adhuc valde longus eſt, idcirco polluto lecto etiam funiculus eſt pollutus, & qui tetigerit funiculum, is immundus eſt, quia omnino conjunctio eſt quandoquidem tandem in domunculas implicari debet.

מן הקשר ולפנים *A nodo & interius*, ſi alium nodum ligaverit pro iſto funiculo quem interſecuit, tum funiculus iſte alius non eſt conjunctio a nodo & exterius. נימי הקשר *filum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ſuperius formam lecti, diximuſque quod ſit funiculorum contextio inter quatuor ligna ad cubandum in ipſo; dicit ergo auctor quod lectus ſit mundus ſi is abſconſus fuerit, poſtquam quis tetigerit unum ex hiſce filis contextis poſt abſconſionem, tum non polluit ipſum. Satis autem liquet hic eſſe ſermonem de immunditie mortui, vel ſeminiflui cubitu. Poſtea ſe confert ad aliam materiam, dicitque, *quando funiculus eſt conjunctio*? ac ſi dixiſſet, ex quo tempore eum lecto junctum cenſemus, ut is pollueretur immunditie ipſius? ſi vero quis tetigerit hunc funiculum, perinde eſt ac ſi tetigiſſet lectum. Præterea dicit auctor quod ſi ex eo tres domunculæ contextæ fuerint, & ulterius, tum poſtquam lectus pollutus eſt, omne id quod tetigit id quod contextum eſt de funiculo, a nodo ultimo uſque ad id quod protrahitur ad texturam, immundum eſt, & quiſquis id tetigerit a nodo & exterius, id mundum eſt, ſolent enim omnes ii qui nodum ligant, a funiculo aliquid relinquere præter nodum, ne diſſolvatur nodus, & hæc extremitas vocatur נימי הקשרים: nam נימי notat fila. Cæterum quando auctor dicit צרכו *neceſſitas illius*, intelligit menſuram qua ſi diſciſſus ſit funiculus maxima ex parte, nodus ſit brevior. Et hic ita ſe habet cum funiculo lecti, cujus craſſities

filum nodi, duos enim colligant funiculos inter ſe, & aliquantulum relinquunt de capitibus funiculorum ab utraque parte exeuntium extra nodum, & iſta fila נימי הקשרים vocantur. הנוגע בצרכו טמא *qui tetigerit neceſſitatem illius*, *is immundus eſt*; quandoquidem illam requirunt ad nodum faciendum, nam ſi ligaverit in ſummitate funiculi ſimpliciter, nodus diſſolveretur & hinc fila iſta נימין dicta confirmabunt nodum, & ei aſſimilabuntur. *R. Jehuda dicit*, trium digitorum conjunctio eſt, quia hæc menſura eſt neceſſaria, & non major.

ties erat apud eos, nempe trium digitorum; & prout funiculus craſſior eſt, eatenus etiam plus relinquendum eſt poſt nodum; verba R. Jehudæ veriſſima ſunt.

ב החבל היוצא מן המטה עד ה׳ טפחים טהור מה׳ ועד י׳ טמא מי׳ ולחוץ טהור שבו קושרין את הפסחים ומשלשלין את המטות :

2. Funiculus, ſi exeat e lecto uſque ad quinque palmos, mundus eſt; ſi a quinque ad decem, immundus eſt; ſi a decem & ultra, mundus eſt, quia ipſo ligant Paſchata, & lectos concatenant.

R. OB. DE BARTENORA.

החבל היוצא מן המטה *Funiculus qui exit e lecto*, intellige id quod reliquum eſt poſtquam lectum interſecuerit. *Uſque ad quinque palmos mundus eſt*, quia tum ad lectum non eſt neceſſarius, neque ad ipſum pertinere cenſetur anſa. *A quinque uſque ad decem immundus eſt*, quia tum valet ut ipſo ligetur Paſcha, ſolebant enim Paſcha ligare funiculo ad crura lecti, ut id eſſet paratum; videbatur etiam ac ſi quis ipſo lectum vellet concatenare, nempe, ad ipſum e cœnaculo ferendum in tectum, vel in lavacrum ut immergatur quando pollutus eſt. מעשרה ולחוץ טהור *a decem & ultra mundus eſt*, nam quod in funiculo eſt, plus quam decem palmi, id non ſimpliciter inſervit neceſſitati lecti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Uſque ad quinque palmos mundus eſt funiculus, quia is tum nulli eſt adjumento nec uſui; ſi vero longior ſit uſque ad decem, immundus eſt, quia tum opem fert ad lectum ſuſpendendum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *concatenant lectos*. Cæterum quando dicit, *quia ipſo ligant agnos Paſchales*, intelligas dum ii adhuc vivunt, lanii enim agnos ſuos domi ligant; quicquid autem decem eſt palmorum & ultra, id non eſt immundum, quia ad uſum lecti non pertinet. In Siphra dicitur, qui tetigerit cubile illius, ſed non funiculum qui exit e lecto infra quinque vel decem in cubili, & non in filis extra nodum prodeuntibus in tribus digitis.

ג מיזרן היוצא מן המטה כל שהוא (ס״א) דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר עד י׳ טפחים שירי מיזרן שבעה טפחים כדי לעשותו חבק לחמור :

3. Cingulum quod exit e lecto quantulumcunque, eſt immundum, ita R. Meyr. R. Joſe dicit, uſque ad decem palmos. Reſidua cinguli ſeptem ſunt palmorum, ad faciendum ipſum in cingulum aſini.

R. OB. DE BARTENORA.

מיזרן Eſt ſpecies אזור *cinguli*, vel אבנט *baltei* quæ contexta eſt, quæque circum lectum inflectitur ut illius articuli compingantur; aliquando autem iſtud cingulum admodum longum eſt, & extra lectum protenditur, lectus autem calcatione pollutus eſt. *In quantulacunque quantitate*, licet multi cubiti exierint extra lectum, tamen omnia ſunt immunda. *R. Joſe dicit uſque ad decem palmos*, immundus eſt, per immunditiem lecti, at a decem & ultra mundus eſt; deciſio eſt juxta R. Joſen. שירי מיזרן *reſidua cinguli*, intellige cingulum quod detritum eſt & laceratum quantum reliquum fuerit de ipſo, immundum erit.

שבעה טפחים *Septem palmorum*, nam ſi minus ſit, nullius eſt momenti, nec inſtrumentum eſſe cenſetur. חבק *cingulum*, nonnulli vocem exponunt de veſte denſa & dura quam aſinis imponunt quando is venit ex itinere propter ſudorem, ne frigeſcat poſtquam ephippium ei ablatum eſt. Alii vero exponunt quod iſtud חבק imponunt oneri aſini ne id pereat quum pluviæ deſcendunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מיזרן Idem eſt quod אזור *cingulum*, quod e lana vel lino contextum eſt, vel e pilis, & id genus aliis e quibus fit textura, ita exponitur ex additamentis codicis de Vaſis; hocce vero cingulum ſimile eſt domui quo lectum cingunt per quadratum, extremitas vero illius dependet a lecto, ut funiculus qui exit e lecto. Dicit R. Meyr, lecto polluto in quacunque immunditie, etiam polluta eſt extremitas hujuſcinguli quod exit e lecto, licet quantulæcunque ſit longitudinis. R. Joſe dicit quod ſi decem cubiti duntaxat ſint cingulo de eo quod e lecto protrahitur, polluatur immunditie lecti, & fiat ut ipſe lectus. Senſus illius quod dicitur שירי המיזרן *reſidua cinguli*, eſt, ſi cingulum detritum fuerit, & extremitas illius abſciſſa, tum quantulacunque menſura reliqua fuerit, ea cenſetur eſſe inſtrumentum, & immundum eſt. שבעה טפחים *ſeptem palmorum*, & quod minus eſt, tum non pollutum eſt. חבק notat tegumentum quod aſino imponunt ſupra ephippium, & hocce tegumentum latum eſt palmum, & longius hac menſura, in extremitate illius ſunt corrigiæ quibus onus conjungunt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ד נישא הזב על המטה ועל המיזרן מטמא שנים ופוסל אחד דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר נישא הזב על המטה ועל המיזרן י׳ טפחים מטמא שנים ופוסל אחד מי׳ ולחוץ מטמא אחד ופוסל אחד נישא על המיזרן מי׳ ולפנים טמא (נ״א טמאה) מי׳ ולחוץ טהור (נ״א טהורה) :

4. Si ſeminifluus ſe levaverit ſuper lecto & ſuper cingulo, duo polluit, & unum inficit, ita R. Meyr. Sed R. Joſe dicit, ſi ſeminifluus ſe levaverit ſuper lecto & ſuper cingulo decem palmos, duo polluit, & unum inficit; ſi a decem & amplius, polluit unum, & unum inficit. Si levaverit ſe ſuper cingulo a decem & minus, immundum eſt; ſi a decem & amplius, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נישא הזב על המטה ועל המיזרן *Si levaverit ſe ſeminifluus ſuper lecto, & ſuper cingulo*, non proprie ſuper cingulo, ſed ſuper lecto circum quem circumvolutum eſt cingulum, & e quo exit. *Polluit duo & inficit unum, ita R. Meyr*, nam R. Meyr ſequitur ſententiam qua ſuperius dixit, licet cingulum e lecto prodeat in quantulacunque menſura, & licet ea

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus in principio quod cubile ſeminiflui ſit e patribus immunditiei, omnis vero pater immunditiei polluit bis, & ſemel inficit, ſenſus vero eſt quod ſi hunc patrem tetigerit aliquid, tum id immundum eſt, & primus immunditiei gradus, quod tetigerit primum, id fit ſecundus gradus, quod tetigerit ſecundum, id fit tertius. Fundamentum

ea bona ſit conjunctio pro lecto, & duo polluat, & polluat unum ut ipſum lectum, nam omne id ſuper quo fertur ſeminifluus, id fit ſeminiflui cubile & ſedile, & pater immunditiei eſſe cenſetur, quod ipſum tetigerit, id primus fit immunditiei gradus, primus vero conſtituit ſecundum, & ſecundus tertium ad oblationem primam duntaxat inficiendam, ſed non ad polluendum, nempe ad duo polluenda, nempe primum & ſecundum; unum vero inficit, qui tertius eſt, & qui oblatione prima tantum infectus eſt.

מיזרן *Cingulum*, quando illud non diſtinctum eſt a lecto, tum immunditiei pater eſſe cenſetur, polluitque duo, & unum inficit; ſed quando id ipſum diſtinctum eſt a lecto, tum immunditiei proles duntaxat eſt, & unum polluit, unumque inficit, ſecundum jus illius qui tetigit lectum ſeminiflui. R. Joſe dicit &c. R. Joſe ſequitur ſententiam ſuam quam ſupra ſtatuit de decem palmis & non pluribus, idcirco id quod intra decem eſt, cenſetur eſſe conjunctio pro cubili, & jus illius eſt ſicuti exponit, quod polluit unum & inficit unum.

נישא על המיזרן מעשרה ולפנים טמא *Si levatus ſit ſuper cingulo a decem & inferius, tum immundum eſt*, ita legimus, ſed non legimus טמאי: hoc itaque ſenſu exponimus, ſi ſeminifluus ſe extenderit ſuper cingulo quod e lecto prodit, ſi levaverit ſe decem & minus verſus lectum, tum lectus eſt immunditiei calcationis, nam quia omnes decem habentur conjunctio pro lecto, idcirco polluto cingulo pollutus eſt lectus. Sed a decem & amplius, quia tum non eſt conjunctio pro lecto, mundus eſt lectus & non polluitur polluto cingulo; talis mihi videtur recta Miſnæ expoſitio. Magiſtri vero mei legunt טמא טהור, ſed mihi non probatur expoſitio ipſorum; neque Rambami explicatio omnibus accepta eſt. Cæterum ego evolvi librum ipſius Jad Chaſaca ad Hilchot de Vaſis capite viceſimo primo, unde liquet quod expoſitionem Miſnæ retractarit; ſed vera expoſitio eſt ea quam ego dedi.

tum enim nobis eſt quod primus & ſecundus immundi ſunt, & polluunt, tertius vero infectus eſt; ſed hæc omnia intelligenda ſunt de cibis oblationis primæ, ſicuti in principio pro fundamento ſtatuimus, & ſicuti ex Miſna percipis, *polluit duo & inficit unum*; ſcias autem quod hicce primus polluat ſecundum, & tertium inficiat. Hæc autem fundamenta jam expoſuimus in principio libri, & repetuntur in codice de Seminifluis, jam vero me denuo conferam ad expoſitionem Miſnæ; dicit itaque ועל מיזרן *& ſuper cingulo*, nempe, ſi ſeminifluus ſe levavit ſuper lecto circum quem cingulum circumvolutum eſt. Porro dicit quod extremitas hujuſce cinguli e lecto prodiens etiam ſit pater immunditiei; ut ipſe lectus, quia pars lecti eſt, licet quantulæcunque ſit menſuræ; & eſt ſententia R. Meyri. Et R. Joſe etiam hanc regulam ſequitur, dicitque quod decem palmi de eo quod e lecto protrahitur, cenſeantur ut ipſe lectus, & pars de cubili ſeminiflui quæ duo polluit & unum inficit. *A decem & ultra*, tum aſſimilatur vaſis quæ tetigerunt cubile, quod primus eſt immunditiei gradus, idcirco unum polluit, & unum inficit, ſicuti præmiſimus, & hoc ita eſt quando ſeminifluus inclinaverit in lectum, ad quem circumvolutum eſt cingulum, & tum decem erit palmorum id quod e lecto provenit, & pater immunditiei, quia hæc menſura neceſſaria eſt pro lecto. Quicquid autem ſit ultra decem palmos, id cenſetur perinde ac ſi tetigiſſet hoſce decem palmos, qui pater immunditiei ſunt. Si vero ſeminifluus ſe levaverit ſupra cingulum tantum, licet id lecto non junctum eſſet, tum ex omni eo quod ſuper eo fuerit, provenit immundities cubilis. Sic etiam ſe res habet cum undecim palmis qui protrahuntur e loco in quo ſederit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *a decem & minus immundus eſt*, ſed ultra hos decem palmos mundus eſt, quia decimus ipſe non attigit ipſum ratione immunditiei, ut polluatur omne id quod ei junctum eſt, quia illic non eſt lectus, ut decimus palmus foret pater immunditiei, quia is ad lectum neceſſarius eſt, & præter ipſum polluuntur vaſa; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ה מטה שהיתה טמאה מדרס וכרך לה מיזרן כולה טמאה מדרס פרשה היא טמאה מדרס והמיזרן מגע מדרס היתה טמאה טומאת שבעה וכרך לה מיזרן כולה טמאה טומאת ז׳ פרשה היא טמאה טומאת ז׳ והמיזרן טמא טומאת ערב היתה טמאה טומאת ערב וכרך (ס״א) לה מיזרן כלה טמאה טומאת ערב פרשה היא טמאה טומאת ערב והמיזרן טהור:

5. Lectus ſi calcatione pollutus & cingulo circumvolutus ſit, totus calcatione pollutus eſt; ſi diviſus ſit, ipſe immundus eſt immunditie calcationis, & tapetum eſt tactus calcationis. Si pollutus ſit immunditie ſeptem dierum, & tapetum circumvolutum, tum totus eſt pollutus immunditie ſeptem dierum, & tapetum pollutum eſt immunditie veſpertina. Si pollutus ſit immunditie veſpertina, & tapetum circumvolutum, totus eſt pollutus immunditie veſpertina; ſi diviſus ſit, immundus eſt immunditie veſpertina, & tapetum mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

כלה טמאה מדרס *Totus pollutus eſt calcatione*, quando autem nemo diviſit tapetum a lecto, tum id ipſum ut ipſe lectus eſſe cenſetur, quemadmodum expoſuimus. מיזרן מגע מדרס *tapetum eſt tactus calcationis*, & polluit unum atque inficit unum, quemadmodum ſe habet jus omnium eorum quæ patrem immunditiei tetigerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc ſatis clara ſunt & nituntur iis quæ præceſſerunt Miſna ſeptima capitis antecedentis, & ſi ordine legeris hujuſce Miſnæ ſermonem, invenies unum ſenſu ab hac Miſna in qua verſamur, differentem, nempe, quod hæc Miſna ſumpta ſit ab eo qui pollutus eſt immunditie ſeptem dierum e mortuo, & tapeto veſtium. Quum igitur lectus eſt pater immunditiei e mortuo, qui eſt finis patrum, non de pones veſtes, ſive tapetum quod tetigit iſtum patrem. Sed primus, ſicuti dixit, ſi diviſerit eum, immundus eſt immunditie ſeptidui, ſicuti erat, & tapetum eſt immundum immunditie veſpertina, nempe, quod id primus ſit immunditiei gradus, & non pater; hoc autem fundamentum jam expoſitum eſt ſatis prolixe in principio libri, quod ſi memineris, rem percipies.

ו מטה שכרך לה מיזרן ונגע בהן המת טמאין טומאת שבעה פרשו טמאין טומאת שבעה נגע בהן השרץ טמאין טומאת ערב פרשו טמאין טומאת ערב מטה שניטלו שתי ארוכות שלה ועשה לה חדשות ולא שינה את הנקבים נשתברו חדשות טמאה וישנות טהורה שהכל הולך אחר הישנות:

R. OB.

6. Lectus ſi cingulo opertus ſit, eaque tetigerit mortuus, polluta ſunt immunditie ſeptem dierum, ſi diviſa ſint, immunda ſunt immunditie ſeptem dierum. Si ea tetigerit ſerpens, immunda ſunt immunditie veſpertina; ſi diviſa ſint, etiam immunda ſunt immunditie veſpertina. Si lecto ablata ſint duo ligna longa, & nova refecta foraminibus immutatis, novis confractis, immundus eſt, veteribus confractis mundus eſt, quia omnia ſequi debent vetera.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

נגע בהן המת *Si illa tetigerit mortuus*, quando ſimul convoluta ſunt. *Immunda ſunt immunditie ſeptem*, hac in parte non diſſentit R. Joſe, quia de immunditie calcationis duntaxat ſermo eſt uſque ad decem palmos, cingulum immundum eſt a decem, at ſi ultra, mundum eſt. Sed reſpectu reliquarum impuritatum, licet per centum ulnas, inter omnes connexio eſt, ut, ſi cingulo opertus ſit lectus, & lectus introductus ſit in tentorium mortui, vel reptile tetigerit. Sic etiam ſi extremitas cinguli introducta ſit in tentorium mortui, vel mortuum tetigerit, lecto polluto etiam tapetum pollutum eſt, & contra, imo licet cingulum exierit e lecto centum ulnas.

פירשו טמאים טומאת שבעה *Si diviſa ſint, polluta ſunt immunditie ſeptem dierum*, & non aſſimilantur vaſis confractis, quia quodlibet eſt vas vel inſtrumentum aliquod ſeorſim, licet ratione receptionis immunditiei conſeantur eſſe vas unum, idcirco ſi immundities tetigerit unum, etiam alterum pollutum eſt.

שנטלו שתי ארוכות שלה *Duobus illius longis lignis ſublatis*, at illa non fracta fuerint ſed idonea ut in locum ſuum reponi poſſint, idcirco non purificatus eſt lectus ab immunditie ſua ablatione longorum lignorum. *Si nova confracta ſint, immundus eſt*, quia vetera confirmata ſunt, & foraminibus non mutatis, & res ſe habet perinde ac ſi in ſingulos articulos diſſolutus eſſet lectus, eoſque omnes integros; veteribus autem confractis, mundus eſt, quia vetera erant dum polluebatur lectus, & dum illa conjungebantur, lectus erat fragmentum vaſis, quia nihil valet abſque lignis longis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos hæc Miſna quod tapeta & lectus, quando conjuncta ſunt, habeant conditionem vaſis ſive inſtrumenti unius, & idcirco polluto uno etiam pollutum eſt alterum ope conjunctionis; illis vero diviſis unumquodque ſeorſim eſt immundum, ſicuti erant dum conjuncta erant. Nam ſeparatio eorum non aſſimilatur confractioni vaſis, quia quodlibet ſeorſim eſt vas, ſive reſpectu immunditiei gravioris e mortuo, ſive immunditiei reptilis. Quando dicit, *lectus cujus duo ligna longa ablata ſunt*, intelligit quod illa ablata ſint lecto jam polluto, & duobus novis iterum confectis, foraminibus immutatis, mundus eſt, ſicuti expoſitum eſt capite præcedenti, duobus enim lignis longis confractis lectus eſt mundus; & quia foramina non mutata ſunt, & nova denuo facta, lectus non pollutus eſt quaſi duo ligna ipſius longa confracta eſſent, ſed immundus relinquitur. Novis autem confractis etiam relinquitur immundus ob vetuſtatem; veteribus autem confractis, mundus eſt, quia immunditiei radix vetuſta eſt, idcirco ſi confracta ſint duo ligna longa, mundus eſt ſecundum hocce fundamentum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, omnia ſecundum vetuſtatem.

ז תיבה שפתחה מלמעלה טמאה טמא מת נפחתה מלמעלה טמאה טמא מת נפחתה מלמטה טהורה מגורות שבה טמאות ואינם חבור לה :

7. Arca quæ ſuperius aperta eſt, immunda eſt eo quod mortuo pollutum eſt; ſi diminuta ſit ſuperius, immunda eſt eo quod pollutum eſt mortuo. Si inferius diminuta ſit, munda eſt. Repoſitoria illius immunda ſunt, & ipſis non eſt conjunctio.

R. OB. DE BARTENORA.

תיבה שנפחתה מלמעלן *Arca quæ diminuta eſt ſuperius*, operculum illius pollutum eſt immunditie mortui, nam quia fundus conſervatus eſt, adhuc valet ad miniſterium, & ſtricte quidem immunditie mortui, ſed non immunditie calcationis, quia non amplius in terra conſidere poteſt. נפחתה מלמטן *ſi diminuta ſit infeirus*, in fundo, tum non amplius habet receptaculum, & idcirco omnino munda eſt. מגורות שלה notat *promptuaria ſive conclavia illius*, quæ non diminuta ſunt, ea immunda ſunt cum arca.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טמאה טמא מת *Immunda eſt eo quod pollutum eſt mortuo*, illa polluitur mortuo, licet confracta ſit apertura illius quæ de tecto illius aperta eſt, ita ut arca non amplius tectum habeat & tum immunda ſit. Fundo autem fracto, ipſa nondum immunda eſt. Per מגורות intellige exigua arcæ conclavia in quæ variæ res poſſunt reponi.

ח התורמל שנפחת כיס שבתוכו טמא ואינו חבור לו החמת שבצים שלה מקבלות עמה ונפחתו טהורות שאינם מקבלות כדרכן :

8. Si pera diminuta ſit, tum marſupium ipſius immundum eſt, & ei non conjunctio eſt. Si crumenæ teſticulorum recipiant cum ipſa & illæ diminutæ ſint, mundæ ſunt, quum non recipiunt more ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

תורמל Notat magnam crumenam coriaceam, in quam paſtores res ſuas conferunt; ipſa vero habet in ſe marſupia quædam exigua, veluti promptuaria in arca. חמת notat utrem coriaceum. שהבצים שלה מקבלות עמה *cujus teſticuli recipiunt una cum ipſa*, quando arietes excoriarunt, pellis in loco teſticulorum remanet in forma exiguæ crumenæ. *Si vero diminuta ſint, munda ſunt*, quia deſinunt eſſe receptacula.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תורמל Notat peram e pelle factam, quæ intra ſe habet marſupium aliquod pelliceum. חמת aliquando idem eſt quod נוד *urceus*; ove autem vel hirco caprarum excoriato, loca teſticulorum veluti duos urceos exiguos retinent, & hiſce urceis confractis, tamen crumena teſticulorum munda eſt, quia fieri nequit ut more ſuo recipiat, ſcil. a latere oris in quod urceus protrahitur.

ט תיבה שפתחה מצדה טמאה מדרס וטמא מת אמר רבי יוסי אימתי בזמן שאינה גבוהה עשרה טפחים או שאין לה ליזבז טפח נפחתה מלמעלן טמאה טמא מת נפחתה מלמטן רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרין מפני שבטל העקר בטלה הטפלה :

9. Arca in latere aperta, immunda eſt calcatione, & mortuo. Dicit R. Joſe, quando non decem palmos alta eſt, vel quando non habet tæniam palmi. Si diminuta ſit ſuperius, immunda eſt eo quod mortuo pollutum eſt; ſi inferius diminuta ſit, R. Meyr dicit immundam, Sapientes mundam, quia fundamento ceſſante etiam ceſſat adjunctorium.

R. OB. DE BARTENORA.

תיבה שפתחה מצדה *Arca quæ aperta eſt a latere ipſius*, ſi ea ſuperius aperta ſit, tum non polluta eſt calcatione, ſi enim ſeminifluus conſederit in ipſa, & quis uſus fuerit ea, tum ei dicunt, ſta ut faciamus opus noſtrum, at ſi a latere diſrupta ſit, ea uti poſſunt licet in ipſa conſederit ſeminifluus. *Quando non decem palmos alta eſt*, nam quando decem palmos alta eſt, tum non videtur apta eſſe ad ſeſſionem. או שאין לה לובז *aut quando non habet tæniam*, ſi enim ſit ei tænia, hæc nocet ſeſſioni. נפחתה מלמטן *ſi diminuta ſit inferius*, in fundo ipſius, tum non amplius apta eſt ad miniſterium, ſed ad ſeſſionem. מפני שבטל העקר *eo quod ceſſat fundamentum*, arca enim facta eſt ad recipiendum in fundo id quod ei imponitur, & eo ſenſu vas vocatur; quandoquidem igitur diminutus eſt fundus, ipſe & ejus latera ſuperius ceſſant, & tum nullam immunditiem recipere poteſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Dicit R. Joſe, quando arca decem palmos alta eſt, vel ſi loricam habeat circum ſe, tum illa non polluitur calcatione ſeminiflui, quia non poteſt in ipſa conſidere ſeminifluus. Cæterum jam noſti quod nihil pollui poteſt cubitu ſeminiflui, niſi id quod ad ſeſſionem aptum eſt. Porro dicit, quod cum inferius diminuta ſit arca, id eſt in fundo, illa adhuc recipere poſſit immunditiem calcationis, quia apta eſt ad ſeſſionem. Sapientes vero dicunt quod ceſſante cauſa etiam effectus ceſſet, fundus enim cauſa eſt ſive res principalis, in quo vas eſt, donec id ipſum mortuo & ſeminifluo polluatur; quando autem ceſſat res principalis, ſi reſtituerit eam ita ut non polluta ſit mortuo, relictis tabulis in latere & ſuperiori parte quæ factæ ſunt ad firmandum id quod in ipſa continetur; tum dicitur quod ea immunda ſit calcatione, ſed hoc non eſt verum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

י משפלת שנפחתה מלקבל רימונים רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרין מפני שבטל העקר בטלה הטפלה:

10. Si caniſtrum adeo fractum ſit ut malogranata recipere nequeat, R. Meyr ipſum dicit immundum, Sapientes vero mundum, quia fundamento ceſſante etiam ceſſat adjunctorium.

R. OB. DE BARTENORA.

משפלת Eſt caniſtrum magnum in quo portant fimum & ſtercus. שנפחתה מלקבל רמונים *quod adeo diminutum eſt ut malogranata recipere non poſſit*, hæc enim eſt menſura ipſius ratione purificationis quando perforatum eſt caniſtrum ita ut malogranatum educi poſſit. רבי מאיר מטמא *R. Meyr immundum declarat*, licet mundum ſit ab reliquis immunditiebus, tamen hocce caniſtrum immundum eſt calcatione, quia in ipſo quis ſedere poteſt; *Sapientes mundum dicunt*, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משפלת Notat caniſtrum in quo ſtercus deferunt in agros, illius forma notiſſima eſt, nos ipſum זנביל vocare ſolemus; ſi ergo adeo perforatum ſit ut malogranata recipere nequeat, ſicuti præmiſimus, jam purificatum eſt, nempe, quod immunditiem non recipiat. R. Meyr dicit, licet non polluatur mortuo, tamen pollui poſſit calcatione, quia ad ſeſſionem aptum eſt. Sapientes dicunt quod immunditiés calcationis ſit ſimilis fragmento hujus vaſis. At vero ſi vas integrum ſit, pollutum eſt mortuo, & ſi conſecutum fuerit immunditiem calcationis, nempe, quod ipſum etiam pollui poſſit immunditie calcationis, ceſſante autem fundamento ſive prima cauſa, diximus ipſum non pollui mortuo, nam cum non amplius ſit vas, non polluitur calcatione, idque ſtatuitur ſecundum fundamentum quod expoſitum eſt ſexto capite codicis de Menſtruis, nempe quod omne calcatione pollutum, ſit pollutum immundo quod mortuum tetigit, ſed non eſt calcatione pollutum; jam tibi expoſui quod immunditiés mortui ſit fundamentum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק כ הכרים והכסתות והשקין והמרצופין שנפחתו הרי אלו טמאין מדרס הקלוסטר ארבע קבין התורמל חמשת קבין הכריתית סאה החמת של שבעה קבין רבי יהודה אומר אף הרבצל והמזודה כל שהן הרי אלו טמאין מדרס וכולם שנפחתו טהורים מפני שבטל העקר ובטל הטפלה:

Caput 20. Pulvilli, pulvinaria, & ſacci, & marſupia quæ diminuta ſunt, immunda ſunt calcatione. Sed corbis quatuor Caborum, & pera quinque caborum, ſaccus coriaceus Sati, uter ſeptem Caborum. R. Jehuda dicit, etiam pera viatoria & viaticum quantulumcunque, immunda ſunt calcatione; omnia vero quæ diminuta ſunt, munda ſunt, quia fundamento ceſſante ceſſat etiam adjunctorium.

R. OB. DE BARTENORA.

כרים *Pulvilli*, facti ſunt e lana vel e plumis, quos homines cervicalibus ſupponere ſolent. כסתות *pulvinaria*, hæc fere ſimilia ſunt pulvillis, niſi quod majora ſunt & longiora, in quibus homo totum corpus ſuum extendere poteſt. מרצופין eſt ſpecies ſaccorum coriaceorum magnorum in quos merces reponunt in naves deferendas, atque hi ſunt immundi calcatione, quia iſti omnes etiam ſeſſioni deſtinati ſunt.

קלוסטור Eſt ſpecies caniſtri & cupæ quam ori pecoris indunt, & in ipſam immittunt pabulum, & hordeum, ut pecus de iis comedat inter incedendum. תורמל notat peram magnam coriaceam, in quam paſtores res ſuas reponunt. כריתית notat ſaccum coriaceum parvum. רבצל eſt uter parvus coriaceus cui aromata imponunt.

מזורא Eſt inſtrumentum aliquod cui viaticum imponunt, nam Targum vocem צידה vertit per צודין. Hæc autem inſtrumenta in Miſna memorata calcatione immunda ſunt, ſi quodlibet contineat menſuram decem vel plurium palmorum, polluunt calcatione, quia ſeſſione ipſorum homines fruuntur cum opere ipſorum; at ſi menſura non tanta ſit, obligatio non obtinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superius jam expoſuimus quod כרים facta ſunt e corio, & שקין e pilis. מרצופין ſunt inſtrumenta in quæ reponunt merces in provinciis, & forma eorum notiſſima eſt. Dicit porro auctor quod hæc inſtrumenta in quibus ſedent, ſint perfecta, nam ſi perforata ſint, ſe res habet perinde ac ſi ab initio facta eſſent ad duo miniſteria, ſcil. ad receptionem & ſeſſionem ſimul, idcirco ſi perforata ſint & e jure vaſis exierint, & purificata fuerint ab immunditie reptilis, tum manent in jure cubiti, & polluuntur calcatione; præterea alterius ſpeciei inſtrumentorum meminit coriaceorum ad recipiendum factorum, quibus juſtam indidit menſuram, dicitque, ſi inſtrumentum tantum concipiat, id aptum ſit ad ſeſſionem, & idcirco forſan in ipſo conſediſſe ſeminifluum, atque immunditiem calcationis contraxiſſe; at quicquid integrum eſt & recipit, præterquam ſi id diminutum ſit, non polluitur calcatione ſeminiflui. Sed rei fundamentum eſt receptio, & convenit ob magnitudinem ut ipſum ſit aptum ad ſeſſionem, idcirco calcatione pollutum eſt; ſi vero perforatum ſit, ceſſat fundamentum, & redit in eum ſtatum ut vas receptionis vocari nequeat, remotumque etiam eſt id quod conſequutum ex immunditie calcationis ſicuti antecedenti capite

נפחתו טהורין *Si diminuta ſint*, *munda ſunt*, quia omnia facta ſunt ad recipiendum, nam receptio parat iſta ut apta ſint ad ſeſſum & cubitum; ipſis vero diminutis ceſſat fundamentum quod eſt receptio, quia eo reſpectu כלי vocatur. ובטלה הטפלה *& ceſſat adjunctorium*, quia calcationis eſt immundities.

capite expoſitum eſt. Sic tibi Miſnæ ſcopum expoſuimus, ita ut *nihil* reſtet amplius niſi vocum expoſitio. קלוסטר eſt caniſtrum quod pecori appendet, cui imponunt hordea & pabulum. תורמל hac voce utitur Targum in voce ילקוט *crumena*, & paſtores ei imponere ſolent cibum ſuum, eamque collo appendunt. בריתית notat exiguum ſaccum. חמת idem eſt quod נוד *uter*. מוורה eſt inſtrumentum coriaceum cui viaticum imponere ſolent viatores, Targum enim vocem צידה vertit per ציידין Cæterum רבצל eſt etiam ſpecici ejuſdem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב חמת חלילים טהורה מן המדרס עריבת פיסונות
בית שמאי אומרים מדרס (ס"א) ובית הלל אומרים
טמא מת עריבה משני לוגים ועד תשעה קבין
שנסדקה טמאה מדרס הניחה בגשמים ונתפחה
טמאה טמא מת בקדים ונסדקה מקבלת מדרס זה
חומר בשירי כלי עץ מבתחלתן וחומר בשירי כלי
נצרים מבתחלתן שמתחילתן אינן מקבלין טומאה
עד שיתחסמו נתחסמו אף על פי שנשרו שפתותיהן
כל שהן טמאים

2. Uter foraminoſus mundus eſt a calcatione. Mactra murariorum ſecundum Scholam Schamai eſt calcatio; at ſecundum Scholam Hillelis polluta mortuo. Mactra duos Logos uſque ad novem Cabos continens, & perforata, eſt polluta calcatione; ſi eam poſuerit in pluvia, & inflata fuerit, immunda eſt polluto a mortuo. Si eam poſuerit ad ventum orientalem, & ea fiſſa fuerit, recipit calcationem. Hæc gravior conditio eſt in reliquiis vaſis lignei, quam ab initio ipſorum, & gravior conditio in reliquiis vaſis ſalicum, quam ab initio ipſorum, quia ab initio ipſorum non recipiunt immunditiem, niſi donec obturata fuerint; ſi obturata fuerint, licet deciderint, tamen margines eorum quantulicunque immundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חמת חלילין *Uter foraminibus plenus*, eſt uter inflatus vento, cujus ori tibiam imponunt, vento egrediente per foramina ſono muſico. *Mundus eſt a calcatione*, quia in ipſo nemo inſidet. עריבת פיסונות *mactra murariorum*, eſt mactra in qua ferunt lapides parvos & fragmenta terrea, ut muris ædificiorum imponantur. פיסונות idem notat quod פיסא fragmentum terræ, quod diximus in Gemara Sanhedrin de Mercurio. *Schola Schammai dicit*, *calcatio eſt*, nam is putat quod ſeſſio inſervit cum opere ipſius; Schola Hillelis dicit quod non inſervit.

שנסדקה טמאה מדרס *Quæ perforata eſt*, *ea polluta eſt calcatione*, ſi non perforata eſt, non eſt polluta calcatione, nam dicimus ei, erige te ut faciamus opus noſtrum; at ſi perforata ſit & liquores exeant, tum ad ſeſſionem duntaxat apta eſt. ſi vero illa non capiat duos Logos, vel plus quam novem Cabos, non eſt immunda calcatione, licet perforata ſit.

ונתפחה מפני הגשמים *Et inflata ob pluvias*, ſi lignum adeo inflatum fuerit ut fiſſura latuerit. טמאה טומאת מת *immunda eſt immunditie mortui*, ſicuti erat ab initio antequam fiſſa erat, quia receptaculum habebat; ſed non eſt immunda immunditie calcationis, quia ſeſſioni non eſt deſtinata, quandoquidem ea utuntur ad depſionem.

בקדים ונסדקה *In vento orientali poſita & fiſſa fuerit*, poſtquam lignum inflatum fuit, fiſſura occluſa eſt, ſi depoſuiſſet eam in vento orientali, & tum fiſſa fuiſſet. טמאה מדרס *immunda eſt calcatione*, quia denuo apta ſit ad ſeſſionem & non ad depſionem. זה חומר בשירי כלי עץ *hæc gravior conditio eſt in reſiduis vaſis ligneis*, quia initium eorum non eſt pollutum calcatione, at ſi fiſſa ſit mactra, tum immunda ſunt calcatione.

כלי נצרים *Vaſa e ſalicibus confecta*, intellige caniſtra e ſalicibus facta, & id genus aliis. עד שיתחסמו *donec obturata fuerint*, ſi marginem ſuperiorem abſolverit, licet quantulicunque margines reliqui fuerint, quum illi ceciderint, & quantulumcunque duntaxat reliquum fuerit, tum immundum eſt caniſtrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמת חלילין *Uter foraminibus plenus*, eſt uter muſicus qui non aptus eſt ad ſeſſionem, idcirco is non polluitur calcatione ſeminiflui, ſicuti pro fundamento aliquoties ſtatuimus. עריבת הפיסונות *mactra murariorum*, eſt mactra opificum in qua cæmentum depſunt; Schola Schamai dicit quod ea jam facta ſit ad recipiendum, ſed quod ad ſeſſionem diſpoſita ſit, quod ſi ita eſt, apta eſt ad ſeſſionem, idcirco polluitur calcatione ſeminiflui. Schola Hillelis dicit quod ea non ſit apta ad ſeſſionem, & ſi ita ſit, non polluitur calcatione ſeminiflui. Et quando dicit, polluta eſt immunditie mortui, ita ut hocce vas fiat operationis, & pater immunditiei mortui redeat, ſecundum id quod in principio pro fundamento poſuimus. Porro auctor pergit ad aliam differentiam, dicitque quod mactra lignea quando illa comprehendit duos Logos uſque ad novem Cabos, ſive triginta ſex Logos, & ſi poſtea perforata fuerit, tum mactra iſta non apta eſt ad depſionem, ſed contegi poteſt ut in ipſa quis ſedeat, idcirco immunda eſt calcatione. Si vero apta ſit ad ſeſſionem tantum, non polluitur mortuo, quia jam depravata eſt a jure vaſorum. Si vero reliquerit eam in aquis donec occluſum ſit foramen, ſicuti accidere ſolet aliquibus ſpeciebus in aquam immiſſis, tum denuo factum eſt vas, & pollui poteſt immunditie mortui, ſed non polluitur cubitu ſeminiflui, quia tum mactra eſt in qua depſitur, ſed mactra in qua depſitur non paratur ut in ipſa quis ſedeat, idcirco non fit cubitus; & hoc eſt quod dicunt, in Gemara dicitur, de calcatione dicitur, ſta ut faciamus opus noſtrum, ac ſi dixiſſet, quando ſeminifluus conſederit ſuper vaſe, tum id non factum eſt ad ſeſſionem, ſed ad miniſterium, donec ei dicatur, ſurge ex hac mactra ut depſamus in illa, tum illa non capiet cubitum. At vero ſi tetigerit eam corpus ſeminiflui, tum jus illius vaſorum juri ſimile eſt quæ ſeminifluus tetigit, quæ ſunt immunditiei primus gradus, & non pater; hæc memoriæ mandato, ego vero exponam fundamentum ad Miſnam ſequentem. Porro dicit auctor, ſi hæc mactra poſita ſit in loco in quo ventus orientalis flat, lignumque perierit & fiſſura aperta fuerit, tum in priſtinum ſtatum redit, ſcil. ut polluatur immunditie ſeminiflui, ſed non polluitur mortuo, uti antea meminimus; docet ergo nos hæc Miſna, quod poſtquam fiſſura occluſa ſit aquis ligno jam aperto, eam occluſam eſſe cenſeamus, & mactram denuo fieri receptoriam. Poſtquam vero probaverimus fundamentum quod memoravimus, nempe quod vaſa receptoria quando integra ſunt, & legitima facta ad id quod facta ſunt, & denuo polluta immunditie mortui, apta ſint ad cubitum, & polluantur calcatione ſeminiflui; præterea de hoc ipſo fundamento dicit, *hæc gravior conditio eſt de reſiduis vaſis ligneis quam in principio ipſorum*, & exempli gratia auctor adduxit caſus aliquos de vaſis e ſalicibus confectis, quia ab initio confectionis non recipiunt immunditiem, donec margo vaſis completus ſit, in fine autem quando margines deciderunt, licet exigua tantum menſura, tamen illi recipiunt immunditiem, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *quantulicunque ſint*; & hæc

etiam gravior conditio eſt in fine quam in principio. כלי נצרים ſunt vaſa quæ e tenuibus fiunt calamis, ut caniſtra, & id genus alia. Cæterum tibi jam expoſui capite decimo ſexto, quod caniſtra lignea, quando aliquid deficit, recipiant immunditiem, ibidemque expoſuimus quod ſenſus de defectu confectionis marginis rotundi intelligi debeat pro ratione magnitudinis vaſis.

ג מקל שעשאו בית יד לקרדום חבור לטומאה בשעת מלאכה הדיוסטר חבור לטומאה בשעת מלאכה קבעו בכלונס טמא ואינו חבור לה עשה לה דיוסטר אין טמא אלא צרכו כסא שקבעו בכלונס טמא ואינו חבור לו עשה בו כסא אין טמא אלא מקומו קבעו בקורת בית הבד טמא ואין חבור לה עשה בראשה כסא טהור מפני שאומרין לו עמוד ונעשה מלאכתנו :

3. Si e baculo facta ſit anſa pro ſecuri, eſt conjunctio pro immunditie dum opus peragitur. Bilaterum eſt conjunctio pro immunditie dum opus peragitur, ſi ipſum fixerit in vecte, immundum eſt, & non eſt ei conjunctio, ſi ei fecerit bilaterum, neceſſitas illius duntaxat immunda eſt. Si ſedile fixum ſit in vecte, immundum eſt, ſed non eſt ei conjunctio; ſi in ea fecerit ſedile, locus illius duntaxat immundus eſt; ſi ea infixerit tigno, tum domus torcularis immunda eſt, ſed ei non eſt conjunctio; ſi in capite illius fecerit ſolium, eſt mundum, quia ei dicunt, ſta ut faciamus opus noſtrum.

R. OB. DE BARTENORA.

מקל של עץ *Baculus ligneus*, prius in genere factus, ſed e quo poſtea fecit anſam pro ſecuri pro tempore, quia eum non infixerat ſecuri. חבור לטומאה *conjunctio eſt pro immunditie*, dum opus peragitur, licet enim ſimplex inſtrumentum ligneum non recipiat immunditiem, hic tamen baculus eſt anſa, & anſæ omnino juri de immunditie vaſorum ſubjectæ ſunt, vel ciborum juri, idcirco ſecuri polluta etiam anſa polluta eſt. Sic etiam ſi immundities tetigerit anſam, etiam ſecuris polluta eſt polluta anſa; ſcias autem quod hæc conjunctio ita ſe habeat inter operandum, at ſi cum ſecuri non fiat opus, tum ea non obtinet, nam extra opus homines anſam inter ligna conjicere ſolent.

דיוסטר *Bilaterum*, eſt inſtrumentum quod ab utroque latere uſui eſt, idcirco compoſita eſt vox e דיו *duo* & סטר *latus*, quæ vox in Targum extat. Denotatur ergo baculus duorum foraminum, quorum unum eſt inferius, alterum ſuperius, & præterea ei duo clavi infixi ſunt, unus ab oriente ad meridiem, & alter a ſeptentrione ad meridiem; mulieres vero cum ipſo ungunt netum quod in colo eſt, idque נפצא barbare vocant. Aliquando autem hæc anſæ fiunt e ferro & immunditiem recipiunt.

קבעו בכלונס *Si eam infixerint vecti*, ſi דיוסטר ſive baculum cum duobus clavis infixerit כלונס id eſt baculo longo & magno terræ infixo, tum bilaterum immundum eſt, ſi ipſum tetigerit immundities, quia baculus conjunctio eſt per clavos ſive inter operandum, ſive alio tempore, quandoquidem certum eſt neminem inter ligna projecturum id quod paravit; ſed vectis ipſe non eſt conjunctio, ſi enim immundities eum tetigerit, bilaterum tamen non pollutum eſt.

עשה בו הדיוסטר *Si fecerit ei bilaterum*, ſi duos clavos infixerit vecti; *tum non pollutum eſt*, e vecte nihil pollutum eſt niſi id quod clavis inſervit, ad id quod netum eſt contegendum, reliquum vero tam infra quam ſupra mundum eſt, quia vectis magnus eſt & longus. כסא *ſolium*, quod antea jam factum erat, & poſtea vecti infixum, id ipſum immundum eſt calcatione, ſed vectis non eſt conjunctio pro ſolio, ut vectis pollueretur calcatione quia ſolium pollutum eſt.

עשה בו כסא *Si in ea fecerit ſolium*, ſi ex vecte ipſo fecerit ſolium, locus illius duntaxat immundus eſt, id eſt quantum ad ſedendum ſatis eſt, quod reſtat de vecte, id mundum eſt. קבעו *ſi infixerit illud*, ſolium ſcil. domus torcularis, in qua exprimunt oleum ex olivis, ſolium eſt pollutum calcatione & tignum non conjunctio, ſed mundum. Si vero ex ipſo tigno factum ſit ſolium in ſummitate una, ſolium quoque mundum eſt, quia dicimus ei, ſta ut faciamus opus noſtrum. Cæterum in Torat Cohanim traditur hoc ſenſu, quando Lex dicit Levit. 15, 4. אשר ישב עליו יטמא forſan illius eſt mens, licet in ipſo conſederit ſuper lapide, vel ſuper tigno? non, nam lex meminit vaſis, & non lapidis, nec tigni; hæc ergo excipienda ſunt, at non vaſa teſtacea, nec e fimo facta, nec terreſtria? non, nam Lex meminit כלי *vaſis*, ejuſmodi ergo vas intelligit quod immunditiem recipere poteſt, at hæc vaſa nunquam recipiunt immunditiem;

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבור לטומאה בשעת מלאכה *Conjunctio pro immunditie dum opus peragitur*, hoc ſenſu, quando in hac ſecuri fractus eſt baculus, tum is conjunctio eſt & ſi reptile tetigerit baculum, ſecuris polluta eſt tota; ſed extra tempus operis non eſt conjunctio, & ſi reptile tetigerit baculum, ſecuris non polluta eſt, quia anſa illius non eſt niſi exigui tantum miniſterii.

דיוסטר Eſt vox compoſita ex דיו *duo* & סטר *latus*, vide Exod. 26, 26. & expoſitio חבור *conjunctionis* eſt de duorum laterum conjunctione intelligenda, ſive duorum vaſorum e ligno factorum, quæ ambo fiunt in unum dum parantur duntaxat, illis vero conjunctis, clavus longus infigi ſolet ſtamini & ſubtegmini. Cæterum in Toſaphta dicunt, clavus qui imponitur דיוסטר in operculum illius. Porro dixit, quod ſi fixerit hocce bilaterum fragmento ligni, & hoc eſt quod putat dum dicit קבעו בכלונס *ſi id perticæ infixerit*, per perticam hic intelligas ſignum magnum uti ſuperius dictum eſt in codice de Menſuris Templi, quando ibidem dicitur, perticæ cedrinæ, poſtquam igitur conjunctum eſt, tum pollutum eſt bilaterale mediante illo, quando partem aliquam tetigerit, poſtquam ligno infixæ ſunt, tum redit forma inſtrumenti alius, ſed hac in parte bilaterum non eſt conjunctio pro hoc ligno, cui id infixit, niſi donec dicatur, quando reptile tetigerit extremitatem hujuſce, bilaterum eſt pollutum, quod eſt in parte ſecunda; hoc enim lignum non polluitur, quia omnino nullum eſt inſtrumentum, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *non eſt ei conjunctio*, nempe, quod bilaterum infixum ſit conjunctio præter id quod ei infixum eſt. Si vero in extremitate hujuſce perticæ ſit bilaterum, quod erat inſtrumentum in extremitate ligni, & ex ipſo ligno factum, tum e ligno id non polluitur præter id quod ex inſtrumento acceſſit, ex eo quo indigebat inſtrumentum ad formam ipſius conſtituendam, ſi e ligno diſſectum ſit; poſtea denuo redit ad ſolium quod cubitu ſeminiflui polluitur abſque dubio, quia id factum eſt pro ſeſſione, dicitque, ſolium quod infixit perticæ, id immundum eſt, nempe, quod id pollutum ſit calcatione, quaſi eſſet conjunctio, perinde ac ſi dixiſſet, quando ſeminifluus inſederit ligno, ſolium non pollutum eſt, quia pertica non polluta eſt, ſicuti expoſuimus quomodo ad ipſum pertigiſſet, ſi vero illic in extremitate ligni ſolii ex ipſo ſolio, tum ſolium duntaxat pollutum eſt, quando ſeminifluus in ipſo calcaverit. Sin autem ſolium tetigerit extremitatem præli quo olivas premunt, quod *tignum domus torcularis* vocatur, tum ſolium quoque immundum eſt, & non conjunctio eſt. Si vero ex extremitate ligni hujus factum ſit ſolium, & iſtud ſolium ſit prælum tigni domus torcularis, tum hocce ſolium, poſtquam in ipſo calcaverit ſeminifluus, non fit cubitus ſeminiflui; & hoc ita ſe habet, quia nobis fundamentum eſt quod ſeminifluus quando is ſederit ſuper aliqua re, quæ apta eſt ad ſeſſionem, ſed hæcce res eſt inſtrumentum quod alii uſui inſervit, ut, ſi quis acceperit aliquam menſuram, mactramve ligneam, vel id genus alia, is vero in ejuſ-

tiem; ſi ita ſe res habet, obligatio duntaxat eſt de ſolio, ſella, & cathedra quæ ſeſſioni deſtinata ſunt, unde includere poſſumus balnea, arcam quæ a latere diminuta eſt, & mactram quæ duos Logos continet vel novem Cabos, quando ea perforata eſt ita ut nemo in ipſa pedem unum lavare poſſit? Lex dicit, *& omne vas* &c. quibus vel ipſum Satum includitur inverſum, ſi quis conſederit in eo: includam ergo תרקב *modium* in quo quis conſederit? non, Lex dicit, *in quo conſederit*, per quæ verba intelligit ejuſmodi inſtrumentum cui quis inſidere ſolet, non id cui dicunt, ſta ut faciamus opus noſtrum; ejuſmodi inſtrumento conſederit, tum non eſt dubium quin hocce inſtrumentum in quo conſedit, ſit aptum ad ſeſſionem, licet id ad ſeſſionem nullatenus factum ſit, quia menſura non facta eſt, niſi ad menſurandum ea, & mactra ad depſendum in ea, idcirco fieri poteſt ut ſeminifluo dicamus quando is ſederit ſuper inſtrumento aliquo, ſurge ex hac menſura, ut tecum metiamur, vel ſurge ex hac mactra, ut depſamus in ea. Sic etiam ei dicimus hic, ſurge ex hoc ligno ut eo premamus olivas, ſi ſolium quod eſt in extremitate illius, ſit confectum in ſeſſionem, ſed cum id factum ſit ex ipſo ligno, fieri poteſt ut de ipſo ligno dicamus, ſta ut faciamus opus noſtrum, tum hocce ſolium non pollutum eſt ob ſeſſionem, & hic ſenſus eſt expoſitionis hujuſce Miſnæ. Jam vero redibo ad hujuſce fundamenti declarationem, nempe, quicquid ab initio factum eſt ad ſeſſionem, ſi in ipſo conſederit ſeminifluus, ei dicere poſſumus, ſurge ex hoc inſtrumento miniſterii, præterquam ſi ſuper ipſo conſederit, tum id non polluitur ob cubitum & ſeſſionem. Fundamentum vero noſtrum de ſeminifluo dicit, ſurge & faciamus opus noſtrum; & Lex de ſeminifluo dicit Levit. 15, 4. כל המשכב אשר ישכב עליו הזב טמא Quæritur autem ita in Torat Cohanim, quando Lex dicit, *in quo ſederit*, forſan etiam includit caſum quo quis conſederit ſuper lapide & ſuper tigno; non, Lex dicit כלי *inſtrumentum*, at non lapis neque tignum; excludantur ergo hæc, ſed includantur vaſa marmorea, terreſtria, & lapidea? non, Lex dicit inſtrumentum, nimirum tale inſtrumentum quod receptioni immunditiei deſtinatum eſt, at hæ quatuor vaſorum ſpecies non recipiunt immunditiem. Porro inſtat idem auctor, ſolii quidem & ſellæ, ac cathedræ mentio facta eſt, quia iſta inſtrumenta ſeſſioni deſtinata ſunt, ſed unde includi poſſunt arcæ balneatorum, & arca quæ aperta eſt a latere, & mactra quæ fiſſa eſt & duos Logos uſque ad novem Cabos continet, in quo nemo unum pedem lavare poteſt; quia Lex dicit, *& omne inſtrumentum*, hinc etiam unum Satum inverſum includi poteſt; ſi hoc ita ſe habeat, includatur etiam modius in quo conſederit ſeminifluus? nequaquam, quia Lex intelligit ejuſmodi inſtrumentum quod ſeſſioni deſtinatum eſt, non quod ei dicere poſſumus, ſta ut faciamus opus noſtrum; hoc fundamentum memoriæ mandato, ne id ſæpius repetere debeamus.

ד עריבה גדולה שנפחתה מלקבל רמונים והתקינה לישיבה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין עד שיקצע עשאה אבוס לבהמה אף על פי שקבעה בכותל טמאה:

4. Mactra magna quæ ita diminuta eſt ut malogranata recipere non poſſit, & poſtea aptata pro ſeſſione, ſecundum R. Akiba immunda eſt, at ſecundum Sapientes munda, donec diſciſſa ſit. Si præſepe fecerit pro pecore, licet id parieti infixerit, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיקצע *Donec diſciderit*, ſi de ipſa aliquid diſciderit & poſtea denuo refecerit ad ſeſſionem; deciſio eſt ſecundum Sapientes. אף על פי שקבעה בכותל טמאה *licet infixerit eam muro, tamen immunda eſt*, immunditie mortui immunda eſt, vel reptilis, & non ceſſat a lege inſtrumenti; ſed non dixit auctor, inſtrumentum quod terræ junctum eſt, id ut ipſa terra cenſetur, niſi ab initio ſuo terræ junctum fuerit, vel in uſum terræ factum ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיקצע *Donec diſciderit*, extremitates illius, eamque adaptaverit ad ſeſſionem, ita ut opus aliquod illic factum ſit, ſed cogitatio duntaxat nihil proderit in ipſo, ſed poſt hanc adaptationem idonea erit ad ſeſſionem. *Licet eam in muro conſtituerit, tamen immunda eſt*, nempe immunditie reptilis; quia vas quod immunditiem recipit ſecundum formam ipſius, quando id muro infixum eſt, vel reptili, tum immunditiem recipit, ſicuti antea erat ſecundum ſententiam Sapientum, ſicuti expoſitum eſt capite decimo quinto hujuſce codicis, ubi de aſſere piſtorum, ſic etiam in fine codicis de Feſtis Solennibus; deciſio eſt ſecundum Sapientes; ſi vero terræ affixa ſit, ut ipſa terra eſſe cenſetur, & non recipit immunditiem ſecundum Sapientes, quando iſta res ab initio ſuo terræ infixa eſt, vel in uſum terræ facta eſt, ſicuti antea dictum eſt.

ה כופרת שקבעו בנדבך קבעו ולא בנה עליו בנה עליו ולא קבעו טמא קבעו ובנה עליו טהור מפץ שנתנו על גבי הקורות קבעו ולא נתן עליו את המעזיבה נתן עליו את המעזיבה ולא קבעו טמא קבעו ונתן עליו את המעזיבה טהור קערה שקבעה בשידה תיבה ומגדל כדרך קבלתה טמאה שלא כדרך קבלתה טהורה:

5. Cupa quæ parieti infixa eſt, ſuper qua nihil ædificatum eſt, vel ſuper qua ædificatum eſt, at quæ non infixa eſt, immunda eſt; ſi infixa ſit & ſuper ipſa ædificatum, munda eſt. Matta tignis impoſita, eiſque infixa abſque pavimento poſito, vel pavimento poſito non infixa, immunda eſt. Si infixa ſit ei impoſito pavimento, munda eſt. Scutella capſæ infixa, arcæ, vel armario, more receptionis ipſius, immunda eſt, ſi extra morem receptionis ipſius, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כופרת Eſt inſtrumentum quod ſeſſioni deſtinatum eſt, & e dactylo factum. שקבעו בנדבך *quod infixit parieti*, lineæ ædificii. בנה עליו ולא קבעו *ſi ædificaverit in ea, & non infixerit eam*, ſicuti opifices facere ſolent quando fornicem ædificant ſuper aſſeribus, & poſtea eos removent.

טמא *Immunda eſt*, ſi ſeminifluus ſederit ſuper ipſa, tum polluta eſt cupa quæ eſt ſub ædificio, ſeminifluus enim polluit cubitu; ſedile autem, quod eſt ſub lapide מסמא dicto. Pariter ſi infixerit quidem cupam ſed ſuper ea non ædificaverit, ſederitque ſuper ea ſeminifluus quando infixa erat, im-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſui quod de voce נדבך multa dicenda ſunt, ſcias autem quod opifices duos aſſeres conſtituere ſolent in longitudine ad omnem plagam decem cubitorum, & in altitudine prope duorum cubitorum, aſſere conſtituto ab utraque parte e longinquo, in quacunque voluerint menſura parietem ſtruere, præterea illic duo protrahuntur ligna & ligamentis colligantur, & tandem arenam ſpargunt inter duos aſſeres, & tum ſecuri percutiunt, donec paries elevetur, cujuſmodi ſtructuram opifices vocant אלטפיאס, quilibet vero aſſer vocatur נדבך Præterea in codice de Seminifluis dicitur,

immunda eſt, quia hoc modo non intercidit, ſi vero quis eam infixerit & ſuper ipſa ædificaverit, tum intercidit ratione parietis, & ei aſſimilatur.

מפץ *Matta*, eſt ſpecies ſtoreæ e calamis junciſve factæ. *Super tignis*, cœnaculi. מעזיבה *pavimentum*, intellige cœmentum lapidumque formas quas tecto imponunt; quoties vero non fixerit mattam tignis, & ſeminifluus in ipſa conſederit quando infixa erat, immunda eſt, quia hoc modo ratione vaſis intercidit. Si vero eam infixerit & ſuper ipſa ædificaverit, intercidit illa reſpectu parietis, & ei ſimilis fit, nam quocunque ſenſu rem intelligas, ab eo dependet. Pariter ſi fixerit eam, at non ædificaverit ſuper ea pavimentum, ſederitque ſuper ea ſeminifluus, ſeſſione polluta eſt, & non intercidit niſi donec pavimentum ſuper ea conſtruxerit. כדרך קבלתה *more receptionis ipſius*, margines interius. שלא כדרך קבלתה *non more receptionis ipſius*, margines ſuperius.

citur, digitus ſeminiflui ſub נדבך ac ſi dixiſſet ſub hoc aſſere; & in codice de Benedictionibus dicitur, opifices legunt in ſummitate נדבך id eſt ſuper pariete qui eſt inter duo נדבכין quando contigua ſunt, ſicuti expoſuimus. Per כופת intelligas ſegmentum ligni præter partem quam parieti infixerunt, quacum conjungunt מאפיא ad ambos parietes conjungendos in extremitatibus ſuis, idque duos habet arcus, & inde fit ſimilitudo ſolii. Amplius dicit auctor quod cum id quis infixerit ſummitati parietis, & ſuper eo non ædificaverit, at in ipſo conſederit ſeminifluus, polluerit ipſum ſecundum fundamentum quod memoravimus in hocce capite, quando dicitur, etſi infixerit ipſum parieti. Sic etiam ſi ſuperius ædificaverit, & non infixerit, ſederitque ſeminifluus ſuper ipſo, ſolium pollutum eſt, ſicuti tibi expoſui in principio hujuſce codicis, quod ſeminiflua polluat cubitu. Et quamvis cubile ſit ſub lapide pavimentali מכמא dicto, feceritque id nonnemo & ſuper eo ædificaverit atque inter duos parietes pertigerit, tamen iſtud cubile jam ſub pariete comprehenditur, & illius pars eſſe cenſetur, & non polluitur. Hoc vero jus duntaxat de matta intelligendum eſt, quæ e calamis aut juncis facta eſt, & id genus aliis ſtoreis e quibus cœnacula conficere ſolent, aut tecta, quando iſtæ res tignis impoſitæ ſunt, & infixæ non injecto cœmento, nec lapidibus, iſta ſtructura vocatur מעזיבה: vel cœmento quidem impoſito & lapidibus, ſuperficie perfecta, abſque infixione in tignis, tum ea quoque polluitur ſub ſuperficie, quando ſuperficiei inſederit iſta ſtructura, ſicuti pro fundamento ſtatuimus. Scias autem quod texturæ quas texunt e calamis, & אמרים atque id genus alia, e quibus ſtoreæ fiunt & extenſiones, vocentur מפץ, atque huic מפץ proprie convenit jus exponente Gemara, ego vero iſta ſuo loco exponam capite viceſimo quinto hujuſce codicis. כדרך קבלתה *ſecundum morem receptionis ipſius*, quando arca terræ infixa eſt, ſive armarium. *Non ſecundum morem receptionis ipſius*, quando eam alicui e lateribus infixerit, vel latus vaſis terræ arcæ infixerit, quæ idonea eſt ut ei quicquam imponatur, eamque receperit, quando armarium aut arcam impleverit.

ו סדין שהוא טמא מדרס ועשאו וילון טהור מן המדרס אבל טמא טמא מת מאימתי היא טהרתו בית שמאי אומרים משישתבר (ס"א משיתפר) בית הלל אומרים משיקשר רבי עקיבא אומר משיקבע:

6. Linteum calcatione pollutum ex quo poſtea fecerit velamen, mundum eſt a calcatione, attamen tum pollutum immundo mortui. Quando purificatio illius facta eſt? Schola Schammai dicit, ex quo confractum eſt (ex quo conſutum eſt:) Schola Hillelis dicit, ex quo ligatum eſt. R. Akiba dicit, ex quo fixum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

סדין שהוא טמא מדרס *Linteum quod calcatione pollutum eſt*, loquitur auctor de eo quod idoneum eſt ut calcatione polluatur, non quod ipſa calcatio polluta ſit, nam ſi ita ſit res, reſpicitur ad id quod in fine dicitur, ſed auctoris ſermo eſt de eo quod pollutum eſt immundo mortui, verum non de eo quod pollutum eſt tactu calcationis ſicuti tradidit in loco ubi dicitur, pugillus multiplicat, id eſt includit. ועשאו וילון & *ex eo fecerit velum*, pro janua vel pro navi; ſed hoc ita intelligas ſi aliquam operis mutationem fecerit, ſed cogitatio ipſorum non eripit ab immunditie, quia aptum erat.

אבל טמא טמא מת *Sed pollutum eſt immundo mortui*, quia enim ſol verſus iſtud velum incaleſcit, & marginibus ipſius involvitur aliquando, idcirco non eximitur a Lege inſtrumenti.

מאימתי טהרתו *Ex quo purificatio illius facta eſt*, quum Lex calcationis in ipſo ceſſat. משיתפר *ex quo conſutum eſt*, in Toſaphta indigitatur quod Schola Schamai ſtatuit vela ſcindenda, & denuo reficienda eſſe ad menſuram januæ, & foramenta conſuenda eſſe ut vela ſuper janua vel navi pendeant. Schola Hillelis ſtatuit, quod diſciſſio non requiratur ex quo colligatum eſt velum, niſi donec foramenta colligata ſint, ut ab iis dependeat. Aliqua exemplaria legunt, Schola Schamai dicit, ex quo confractum eſt ipſum, perinde ac ſi ſcriptum eſſet, poſtquam velum fregiſſent & diſcidiſſent ut id conſuatur cum menſura oſtii. R. Akiba dicit, ex quo fixum eſt, quando id appenderit januæ vel navi; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סדין Notat velum tenue quo ſe abſtergunt viri, nomen illius ſatis notum eſt in plagis occidentalibus ſub voce אחרם & in Ægypto עצי dicitur. וילון eſt velamen, notum vero eſt quod vela polluantur mortuo, quia ad veſtes pertinent, ſed non polluunt calcatione ſeminiflui, nec cubitu polluuntur, quia non facta ſunt pro ſeſſione, ſicuti in hoc capite expoſitum eſt. Porro quæritur, *ex quo purificatio illius peracta eſt?* ac ſi quæſiviſſet, quando ab ipſo receſſit immunditiei calcationis, ut maneat pater immunditiei, & diſpoſitum ſit pro immunditie mortui, & id genus aliis, ſecundum jus omnium velorum? reſpondet Schola Schamai, ex quo confractum eſt, nempe quando filum ipſius in longitudine & latitudine fractum fuerit, ſicuti faciunt in ipſo tegumento. Schola Hillelis dicit quum foramenta ſunt colligata, a quibus pendet velum. R. Akiba dicit, ex quo id pendet a pilis, vel a tecto; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis. Cæterum e Toſaphta liquet, quod hic ſermo ſit quod velum a calcatione ſit mundum, attamen pollutum immundo mortui, cujus eſt ſenſus quod hocce וילון non maneat immunditiei pater, ſicuti antea erat, ſcil. cubitu, ſed fit denuo inſtrumentum patre immunditiei pollutum, ſive primus immunditiei gradus, ſicuti expoſuimus capite decimo ſeptimo hujuſce codicis, quum dicitur, linteum quod pollutum eſt calcatione, e quo velum aliquod confectum eſt, mundum eſt a calcatione, attamen tactu calcationis immundum, nempe quod ipſum deſcendit a gradu ſuo, & fit primus immunditiei, ſicut inſtrumentum quod calcationem tetigit; & ſic etiam hic dicitur quod ipſum denuo fiat ut inſtrumentum quod mortuo pollutum eſt, poſtquam tetigerit calcationem, ſcil. ut fiat denuo primus immunditiei gradus; & ita eſt mens Toſaphtæ de hoc linteo, quod calcatione pollutum eſt, ex quo poſtea velum factum eſt, iſtud eſt ſimile ei quod mortuo pollutum eſt, quod calcationis immunditiem recipit. Hæc igitur duo dicta ſunt veriſſima, quia hocce velum recipit immunditiem mortui in futuro; ita quoque cum ſe res habet cum forma vaſorum quæ calcationem tetigerint, ſicuti ſuo loco expoſitum eſt, & quando id ipſum refectum fuerit ſecundum hoc fundamentum; & hoc eſt quando dicunt, linteum quod calcatione pollutum eſt, illius menſura eſt ut fieri poſſit calcatio, ſi fecerit ex ipſo velum, mundum eſt ut calcatio fieri non poſſit, attamen adhuc pollui poteſt mortuo; hæc menſura eſt veriſſima.

ז מחצלת שעשה לה קנים לארכה טהורה וחכמים אומרים עד שיעשה כמין כי עשאם לרחבה ואין בין קנה לחברו ארבעה טפחים טהור נחלקה לרחבה רבי יהודה מטהר וכן המתיר ראשי המעדנין טהורה נחלקה לארכה ונשתיירו בה שלשה מעדנין של ששה טפחים טמאה מחצלת מאימתי מקבלת טומאה משתקנב והיא גמר מלאכתה :

7. Si ſtorea in longitudine ſua e calamis facta ſit, munda eſt; Sapientes dicunt, donec habuerit formam literæ *Chi*. Si in latitudine confecta ſit, & inter unum & alterum calamum non ſint quatuor palmi, munda eſt; ſi diviſa ſit in latitudine, ſecundum R. Jehudam munda eſt; ſic etiam ſi capita vinculorum diſſolverit, munda eſt, ſi diviſa in longitudine ſit relictis tribus vinculis ſex palmorum, immunda eſt. Quando ſtorea recipit immunditiem? quando abſciſſa eſt opere illius perfecto.

R. OB. DE BARTENORA.

לארכה טהורה *In longitudine, tum munda eſt*, longitudo calami verſus longitudinem ſtoreæ munda eſt, quia illa non apta eſt ad ſeſſionem, quoniam calami nocent ſedenti, idcirco duntaxat valet ut operiat. כמין כי *in forma Chi*, in forma literæ Græcæ Chi dictæ, quæ eſt Caph Hebræa inverſa, perinde ac ſi dixiſſet, ſemper ſtorea immunda eſt donec calami protracti fuerint a tribus lateribus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

עשאם לרחבה *Si eos fecerit in latitudine*, ſi calami longitudinem fecerit verſus latitudinem ſtoreæ. *Quatuor palmi*, ſi inter quemlibet calamum quatuor ſint palmi, tum ea valet ad cubitum inter duos calamos.

נחלקה לרחבה *Si diviſa ſit in latitudine*, calamis in dimidia parte fractis. *R. Jehuda eam dicit mundam*, quia non valet ad cubitum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

התיר ראשי מעדנים *Si diſſolverit capita vinculorum*, ſolent ii qui ſtoreas faciunt illis confectis aliquid in forma cirri relinquere, & implicare in ſingulis duobus palmis unam implicationem, quam colligant, ne textura frangatur; ſi vero diſſolvatur, tum ceſſat a jure inſtrumenti, & munda eſt. מערנים notat ligamenta, videſis 1 Sam. 15, 32. Et Jobi 28, 31.

שהם של ששה טפחים *Qui ſex palmorum ſunt*, inter quodlibet ligamentum duo palmi, & palmus unus ab utraque parte. משתקנב *ex quo abſciſſa eſt*, quando tegumentorum extremitates amputantur, iſtud opus vocatur קניבה *abſciſſio*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſtorea facta ſit e calamis & funiculis, atque id genus aliis, polluiturque cubitu ſeminiflui, ſicuti expoſuimus capite decimo ſexto hujuſce codicis. Hoc autem in loco dicitur quod cum calamos quis protraxerit in longitudine ſtoreæ, quæ inepta eſt ad ſeſſionem, idcirco dicit, *immunda eſt.* Sapientes dicunt donec protraxerit calamos ſuper ipſa ſtorea a tribus partibus in figura literæ *Caph*, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *in forma literæ Chi*, quia tum munda eſt, & non polluitur cubitu ſeminiflui; per literam Chi hic intelligas Græcam, ſicuti expoſuimus in codice de Oblationibus. Si vero protraxerit ſuper calami ſtoream, eamque e pariete cubilis eduxerit, eaque diviſa ſit in latitudine, tum dicit R. Jehuda eam tum non pollui cubitu ſeminiflui confractis ipſius calamis in dimidio capitum vinculorum, ſive in extremitatibus magnorum ligamentorum, quibus ligant in extremitatibus funiculi, quibus texunt mattæ, deinde conjungit calamos aut אמרים ipſius, unam extremitatem cum altera; ſic etiam is exponit locum 1 Sam. 15, 32. & Jobi 28, 31. Poſtquam vero extremitas funiculi diſſoluta eſt, tum omnes diſſolvuntur calami, & ſeparatorum calamorum figuram denuo recipiunt, idcirco ſtorea non polluitur calcatione ſeminiflui. Si illa diviſa ſit in longitudine, & redierit in priſtinum ſtatum in latitudine remanentibus ſex palmis, & tribus funiculis ſuper ipſa exiſtentibus quibus colligant extremitates hoc modo, tum non polluuntur calcatione ſeminiflui; ſi vero minus reliquum fuerit quam hæc quantitas, tum non polluuntur. In Toſaphta dicitur, ſi quis ab initio ſtoream non fecerit ad hoc negotium, licet minus fecerit, tamen immundi ſunt calami. Menſura autem hic memorata intelligenda eſt de reliquiis ſtoreæ. Cæterum jam expoſuimus quod קנוב notat abſciſſionem extremitatum e textura egredientium, & illa polluitur cubitu ſeminiflui; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, ſed ſecundum Sapientes.

פרק כא הנוגע בכובד העליון בכובד התחתון בנירים ובקירוס ובחוט שהעבירו על גבי ארגמן ובעירה שאינו עתיד להחזירה טהור בנפש המסכת ובשתי העומד ובכפול שהעבירו על גבי הארגמן ובעירה שהוא עתידה להחזירה טמא הנוגע בצמר שעל האימה באשויה טהור הנוגע בפיקה עד שלא פירעה טמא משפירעה טהור :

Caput 21. Quod tetigerit lignum verſatile ſuperius, vel inferius, vel fila liciatoria, vel ſcapum textorium, vel filum quod ſuper purpura traduxerunt, vel lanam quæ refici nequit, mundum eſt. Si ipſum operculum, & ſtaminis columnam, & duplicatum quod traduxerunt ſuper purpura, vel lanam quæ reficienda eſt, immundum eſt. Quod tetigerit lanam quæ ſuper colo eſt in fuſo, mundum eſt. Quod tetigerit verticillum antequam denudaverit, mundum eſt, ſed poſtquam denudatum, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוגע בכובד העליון *Quod tetigerit lignum verſatile ſuperius*, hoc ſenſu textores duo habere ſolent ligna rotunda, unum circum quod volutum eſt filum ſtaminis, at ante ipſum poſitum eſt ſecundum, nam quando textor texit, tum circum iſtud volvit יריעה *cortinam* quæ texitur; & quia iſta ligna verſatilia gravia ſunt, idcirco unumquodque כובד vocatur; כובד העליון eſt id quod ante textorem eſt, כובד התחתון eſt id quod longe diſtat a textore, quia omne ſtamen circum id ipſum volutum eſt.

נירים *Fila liciatoria*, ſunt fila texta ſuper calamo, & ob illa paullum elevant aliqua fila, & ita viam diſponunt per quam tranſit per filum ſtamen. קירוס eſt idem quod מסרק *ſca-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponemus prius vocabula ex hac Miſna, & poſtea ſenſum ipſius indicabimus, dicimus itaque quod textores duo conſtituere ſolent tigna, unum ſuperius circum quod ſtamen circumvolutum eſt, alterum prope terram, & quicquid texunt de veſte, id volvitur circum iſtud, & ſic protrahitur ſtamen inter duo tigna iſta; horum vero tignorum ſuperius vocatur כובד העליון inferius autem vocatur כובד התחתון : cæterum per נירין intelliguntur fila quæ texunt circum calamum, cujus gratia fila aliquantulum elevant, & ſic via paratur per quam textura tranſit per filum.

קירוס Eſt idem quod מסרק *ſcapus textorius* quo id quod textum eſt percutiunt, & illius ope fila conjungunt. Filum

ſcapus textorius, quo texturam percutiunt & quædam fila conjungunt cum filo quod ſuper purpura traducitur, nam poſtquam factum eſt acupictum, filum ſuper eo ponunt, ne commaculetur, at iſtud filum non eſt conjunctio reſpectu veſtis. בעירה idem eſt quod אירא cujus jam mentio facta eſt capite primo codicis de Sabbato, ubi dicitur, לא גרדי באירא שבאזנו id eſt, *neque textor cum lana quæ in aure ilius*, eſtque ſegmentum lanæ exiguum, vel lini, vel goſſypii, quod texunt in linteis in ornatum, & poſtea in ſtamine diffunditur, circum quod filum ſubtegminis volutum eſt. Ex hiſce filis quædam ſunt nigra, quædam vero rubra. *Si vero non reficiendum ſit*, hoc ſenſu, ſi id rubrum ſit, & textor nunc rubrum vel nigrum introducere velit, licet non abſciſſum ſit a veſte, non eſt conjunctio.

בנפש המסכת *Animam liciatorii*, intellige fila ſubtegminis, quæ tranſeunt per liciatorium, ſicuti anima per corpus; quicquid enim netum eſt, id imponitur liciatorio, & propter correctionem נפש vocatur; ſi quis illa tetigerit, perinde eſt ac ſi veſtem tetigiſſet, quia conjunctio eſt pro ſtamine exiſtenti, quod adhuc texendum eſt ut inde conficiatur veſtis.

ובכפול *Et duplicatum*, nam traducunt ſuper purpura ſegmentum veſtis, quod ſuper purpura ſuunt ne id inquinetur, & ita per id conjunctio eſt pro veſte. עירא שעתיד להחזירה *lana quæ refici debet*, ſicuti expoſuimus ſuperius de lana quæ eſt ſuper colo, nonnulla exemplaria legunt עימה, ſed res eodem redit, eſtque baculus longus, vel calamus circum quem mulieres colligunt lanam, & neta.

באשוירה *Fuſum*, puta lanam quæ in fuſo eſt; cæterum עימא & אשויא ambo facta ſunt neta iis imponenda, niſi quod variant inter ſe in formis. טהור *mundum eſt*, quia non eſt conjunctio. פיקא *verticillum*, habet formam rotundi ſegmenti e materia fuſili, in qua foramen eſt, & hanc mulieres ponere ſolent in ſummitate coli ad aggravandum ipſum, & barbare vocatur Purſalo. עד שלא פירעה *antequam denudaverit ipſum*, antequam diſſolverit; & ſic etiam, *poſtquam diſſolverit ipſum*.

vero ſuper quod traducunt purpuram, eſt filum iſtud quod ידיעה *cortinæ* adhæret, nam intentio acupingentis eſt ad ipſum aliquid adjuvandum dum colligitur acupictum cortinæ in purpura. Poſtquam vero textor projecerit filum, idque ſcapo textorio percuſſerit, remanet aliquid de filo e margine cortinæ exeunte, atque iſtud vocatur עירה, ac ſi תליה *ſuſpenſionem* dixerit, quia עירה eſt quod firmiter ſuſpenſum eſt. Si vero textoris ſcopus ſit relinquere hocce filum e margine veſtis prodiens, & aliud filum præter hoc injicere, id vocatur עירה שאין עתיד להחזירה *filum quod non reponendum eſt.* Sin autem textor intenderit hoc ipſum filum reducere in textura veſtis ab altero latere, ſicuti textor ſemper facere ſolet, filum vertens ab una manu in alteram, tum iſtud filum vocatur עירה שהוא עתיד להחזירה *filum quod reponendum eſt.*

נפש המסכת *Anima liciatorii*, ita vocatur filum ſubtegminis quod texturam ingreditur inter filum ſtaminis, antequam textor ſcapo percuſſerit, idque conjunxerit cum eo quod de veſte textum eſt. שתי העומד *ſtamen ſtans*, id eſt ſtamen quod protrahitur inter duo tigna.

כפול שהעבירו על גבי ארגמן *Duplicatum quod traduxerit ſuper purpura*, hoc eſt filum duplicatum quod cum cortina conjunctum eſt, quo acupictor acupingit cum purpura. אימה notat texturam in longitudine ſcapi textorii, in quo notum eſt duplicatum, idcirco אלריברה vocatur אימה quia linum ſuper ipſo duplicatur. Et quando hoc netum ſuper ſcapo textorio eſt, vocatur lana quæ eſt ſuper אימה *fuſo*. Præterea requiritur ut id conjunctum ſit cum textura & fuſi verticillo, in quo netum eſt in quo acupingunt, quod veſti contiguum eſt. פיקא *verticillum*, eſt fuſus exiguus in quo duplicatur id quod netum eſt donec prolongetur id quod reſtat de neto duplicato ſuper verticillo, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, עד שלא פירעה *donec nondum diſſolverit ipſum*; remoto autem ab ipſo neto, donec detectum ſit verticillum & conſpici poſſit, & hic eſt ſenſus illius quod dixit, משפירעה *poſtquam diſſolverit ipſum*, nam verbum פרע notat denudare, ita Exod.32,25. dicitur כי פרעה אהרן & hæc eſt expoſitio harum vocum; cæterum ſenſus hujus Miſnæ is eſt quem tibi dicam. Fundamentum nobis eſt, quod nihil polluatur reliquis immunditiebus præter lepram niſi id quod netum eſt duntaxat, quia Lex dicit Levit. 11,32. או בגד או עור ergo præceptum obtinet donec veſtis ſit; & ſicuti veſtis eſt id quod netum & textum eſt, ita quoque id quod netum & textum eſt; ſi vero jam veſtis eſſet dum texebatur, & polluta eſſet ipſa mortuo, jam polluta eſt. Cæterum jam expoſuimus jus veſtis quæ polluta eſt mortuo in principio prologi noſtri, diximuſque, poſtquam ea tetigerit inſtrumentum aliquod immundum, vel fila quæ cum textura conjuncta ſunt ſecundum jus illius quod tetigit rem conjunctam conjunctione firma, tum polluta eſt, perinde ac ſi jam tetigiſſet veſtem pollutam. Jus vero illius quod tetigit id quod extra veſtem textum eſt, & ei non junctum, ut lignum, charta, & ſcapus textorius, vel id quod conjunctum eſt, ſed abſque ornatu, ut lana quæ refici nequit, nam ſe res habet perinde ac ſi non tetigiſſent veſtem mortuo pollutam.

ב הנוגע בעול ובקטרב בעין ובעבות אפילו בשעת מלאכה טהור בחרב ובכורך (ר״ל) וביצול טמא בעין של מתכת בלחיין ובעדיין טמא רבי יהודה מטהר בלחיין שאינן עשוין אלא לרבות (ס״א לרכות) את העפר :

2. Qui tetigerit jugum, clavum, pannum, & denſitatem, licet inter operandum, is mundus eſt. Si enſem, dentale, vel ſtivam, immundus eſt. Si annulum fuſilem, lupatum, vel cæſorium, immundus eſt. R. Jehuda eum mundum dicit, ſi lupatum tetigerit quod ad pulverem diminuendum duntaxat factum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

קטרב Quid ſit, ſuperius jam expoſitum eſt capite decimo quarto, notat itaque duo ligna a duobus jugi lateribus, quæ perforata ſunt, per quod foramen introducunt lignum aliquod קטרב vocatum, atque hoc colligatur ne jumenta diſſolvantur. עין *pannus* erat veſtis e lana confectæ, vel corio, vel ſacco, cujuſmodi collo jumenti appendebatur, cui jugum imponebatur.

עבות *Denſitas*, intellige lignum longum & denſum quod in aratro eſt, & in jugum ingreditur. החרב *ſi enſem*, intellige lignum in forma enſis confectum, quod apprehendit arator. הכורך *dentale*, eſt lignum aliquod contortum quod ephippii anſæ ſimile eſt, & in terram demittitur ad arandum. ביצול vel *ſtivam*, eſt lignum quod arator manu tenet, & per ipſum vertit aratrum quaquaverſum voluerit, יצול enim idem eſt quod מטה, nam Targum illa verba Exod. 23, 6. לא תטה משפט vertit per לא תצלי דין Porro dicit auctor בעין של מתכת *ſi annulum fuſilem*, nam עין hic idem notat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſcopus eſt idem qui antecedentis, idcirco dicitur quod plauſtro polluto, vel aratro, vel rebus iis annexis, cenſeatur res polluta. Cæterum capite decimo quarto hujuſce codicis expoſuimus, quod jugum & clavus pertineant ad vaſa in plauſtris uſitata, eaque depinximus.

עין Idem eſt quod annulus e panno factus, qui apponitur pecoris collo, ne tangat clavi extremitatem. עבות notat id quo currum trahunt, & quocum is colligatur. חרב notat lignum in forma gladii, quod ligno aratri inditum eſt & cum ipſo junctum, cujus ope arator manu ſua tenere poſſit aratrum.

מרך Notat lignum curvum cui alia imponunt, & ſimile ephippio anſæ, idque extenditur cum terræ ſuperficie, & propterea nomine כורך vocatur. יצול eſt manubrium ephippii in aratro, ſive ſtiva, cujus ope arator dirigit aratrum quaquaverſum voluerit, hac voce Targum utitur Exod.23,6. בעין של מתכת *ſi annulum fuſilem*, idem eſt quod טבעת, intellige

notat quod טבעת *annulus.* לחיים *lupatum*, id conſtat e duobus lignis in foraminibus jugi. עריין notat inſtrumentum aliquod quo lapides cædunt latomi, radix vocis ſtatuitur verbum ערער, ſive ערה *denudare*, vide Pſal. 137,7. deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, qui mundum dicit eum qui lupatum tetigit.

tellige ergo annulum ferreum. לחיים *lupatum*, duo ſunt ligna in extremitate jugi. עריין dicitur אלתא אקאת Arabice; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג הנוגע ביד מגרה מכאן ומכאן טמא בחוט ובמשיחה באמה ובסניפין במכבש של חרש ובקשטנית טהור רבי יהודה אומר אף הנוגע במלבן של מסר הגדול טהור הנוגע ביתר ובקשת אף על פי שהיא מתוחה טהור מצודת האישות טהורה רבי יהודה אומר כל זמן שהיא מתוחה חבור :

3. Si quis ſecuris anſam tetigerit a quovis licet latere, immundus eſt. Si filum, funiculum, ulnam, furculas, prælum fabri lignarii, arcum, mundus eſt. R. Jehuda dicit, etiam is qui tetigerit manubrium ſerræ magnæ, mundus eſt. Qui tetigerit funiculum, vel arcum, licet is extenſus ſit, mundus eſt. Rete talparum mundum eſt. R. Jehuda dicit, quando id extenſum eſt, tum conjunctio eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מגירה *Serra*, eſt inſtrumentum ferreum inciſuris plenum, quo aſſeres ſerrant, & barbare vocatur Sega; porro ſerra duo habet ligna, a quolibet latere unum, quibus faber lignarius capit ligna dum tabulas ſerrat; ligna vero iſta ſunt manubrium ſerræ, idcirco iſtis pollutis etiam ſerra polluta eſt ſi tetigerit ipſa.

בחוט ובמשיחה *Filum & funiculum*, horum lignorum caput, ſive anſam colligant filum & funiculus quæ tranſeunt ſuper longitudine ſerræ, & ambo ligna conjungunt. אמה notat lignum longum in medio horum duorum lignorum quod ſecundum longitudinem ſerræ protenditur.

ובסניפין *Et furculas*, puta lignum quod a filo & funiculo ponitur uſque ad cubitum, in quo filum & funiculum implicant, caput vero illius unum eſt in filo, & alterum in cubitu, aliquando etiam ponunt duo. מכבש notat *prælum*, eſtque inſtrumentum quo faber lignarius ligna contorta comprimit, & tabulas curvas, ut recta fiant. Et ſic etiam ligna illic comprimunt & aſſeres qui in utramque partem flecti nequeunt, donec opus omnino perfectum fuerit. ובקשטנית *& arcum*, eſt ſpecies קשת *arcus exigui* cui ferrum terebræ infigunt, quando ope illius terebrare volunt, & tum homo apprehendit arcum, & eo circumagitat ferrum, ſi igitur pollutum ſit ferrum, arcus tamen non pollutus eſt, quia hic non eſt conjunctio qua arcus non conjungi ſolebat cum ferro. מסר הגדול *ſerra magna*, quæ ad tabulas ſerrandas facta eſt, habetque formam quadratam e lignis minutis, in cujus medio ſerra eſt, & hæc quadrata figura מלבן vocatur. טהור *mundus eſt*, quia anſa duntaxat munda eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. יתר notat funiculum arcus, vide ſis Pſal. 11, 2. אף על פי שהיא מתוחה *etſi extenſus ſit*, licet ſagitta ſit in funiculo & in arcu, atque extenſa ut ejaculetur, & polluta ſit, tamen nec arcus nec funiculus extenſus eſt, quia ſagitta non eſt conjunctio pro arcu nec pro funiculo. אישות *Talpa*, eſt creatura cui non ſunt oculi, Targum vocem תנשמת vertit per אישותא; & iſtud animal venantur eo quod agris nocet. טהורה *mundum eſt*, quia id non cenſetur aliquod eſſe inſtrumentum. *Quando id extenſum eſt*, etſi ſagitta illius ferrea polluta ſit, rete etiam pollutum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Forma מגירה *ſerræ* ſatis nota eſt ex iis quæ exponam, intelligo itaque duo ligna erecta quibus opifices manus ſuas imponunt inter ſerrandum, quorum unumquodque vocatur יד המגירה *anſa ſerræ*. Filum vero piloſum quo colligant ſerræ duo ligna erecta ſuperius, vocatur חוט & משיחה, & quandoquidem hocce filum duplici iſto nomine inſignitum fuit, lignum longum quod eſt in medio horum duorum lignorum ſuper longitudine ferri ſerræ vocatur אמה *cubitus*, ita etiam in extremitate ferri duo exigua ligna extenſa ſunt quæ סניפין vocantur, eaque circumdant duo ligna in tertio ligno conſtituta, quod etiam acuminatum eſt, a quo dependet filum quod ſuper duobus lignis eſt, donec pars illius confirmata ſit in medio ligno, quod אמה vocatur; hæc omnia clara ſunt e figura ſerræ.

מכבש של חרש *Prælum fabri lignarii*, eſt inſtrumentum aliquod in quo aſſeres ponunt contortos. קשטנית notat arcum perforantem, cui opifex manum imponit quando perforat. מסר גדול *ſerra magna*, illius figura quoque nota eſt, eſt enim quadrata oblonga a ligno tenui confecta, in cujus medio eſt ſerra, atque hæc quadratura vocatur *manubrium ſerræ magnæ*.

ביתר ובקשת *Si nervum, vel arcum tetigerit*, hoc ſenſu, ſi ſagitta ſit polluta quæ ſuper arcu eſt, tum ſi quis tetigerit nervum aut arcum, mundus eſt, idcirco dicit auctor, *licet extenſus ſit, tamen mundus eſt*, licet arcus & ſagitta ſint in ipſo. אישות eſt ſpecies locuſtarum, eſtque creatura quæ oculis caret, ſicuti expoſitum eſt in libro de Feſtis. Præterea ſic quoque in arcu & nervo ſe res habet, in quo eſt ſagitta ferrea, dicitque auctor quod ſagitta ferrea polluta, rete ſit mundum, quia id non conjungit inter lignum & arcum. R. Jehuda dicit, quicquid eſt in arcu e nervo, omnes venatores polluuntur immunditie ſagittæ; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק כב השלחן והדלופקי שנפחתו או שחיפן בשיש ושייר בהם מקום הנחת הכוסות טמאים רבי יהודה אומר מקום הנחת חתיכות :

Caput 22. Menſa & abacus diminuti, vel marmore contecti relicto in ipſis ſpatio in quo pocula condi poſſunt, immundi ſunt. R. Jehuda dicit, relicto loco in quo ſegmenta condi poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

השולחן והדלופקי *Menſa & abacus*, ſunt inſtrumenta in quæ ponunt amphoras, lecythos, cibum, & potum, e quibus illa in menſam apponuntur, relicto in iis ſpatio pro poculis ponendis, quod non diminutum eſt, nec contectum, nam ſi hæc inſtrumenta undique tecta ſint marmore, tum munda ſunt ut inſtrumentum lapideum, nam totus caſus dependet a contectione. מקום הנחת חתיכות *locus impoſitionis ſegmentorum*, in quo panis & carnis fruſta apponuntur, nam ſi in menſa non ſit locus pro ſegmentis iſtis ponendis, tum proprie non eſt menſa, neque abacus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דלופקי Notat abacum pro duobus paratum, eſtque longus & in ipſo ſunt loca pro vaſis vino & fructibus imponendis deſtinata, quæ menſa apud nos מנקלה dicitur. שיש eſt lapis marmoreus. Cæterum notum eſt quod ſi quis omnes ejuſmodi menſas undique texerit marmore, mundæ ſint, quia inſtrumenta contecta non recipiunt immunditiem, ſicuti jam expoſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב השלחן 2. Men-

ב השלחן שניטלה א׳ מרגליו טהור ניטלה שנייה טהור ניטלה השלישית טמא כשיחשוב עליו רבי יוסי אומר אין צריך מחשבה וכן הדלופקי׃

2. Menſa cui primus pes ablatus eſt, munda eſt, ſecundus ſi ablatus ſit, munda eſt, ſi vero tertius, immunda eſt. Poſtquam de ipſa cogitaverit, dicit R. Joſe, non requiritur cogitatio; ita etiam ſe res habet cum abaco.

R. OB. DE BARTENORA.

נטלה אחת מרגליו טהור *Uno pede ablato muuda eſt*, quia ea non amplius valet ad menſam, quia in ipſa cibus capi nequit. נטלה שלישית טמא *tertio ſublato, munda eſt*, quia in ipſa cibus capi poteſt quemadmodum in tabula, quando quis cogitaverit de cibo in iſta menſa capiendo. אינו צריך מחשבה *cogitatio non eſt neceſſaria*, nam quia idonea eſt ad cibum in ipſa capiendum, immunditiem recipit. וכן הדלופקי *ita etiam ſe res habet cum abaco*, nempe quod is juri menſæ ſubjectus ſit, & ſicuti doctores diſſentiunt in caſu de menſa, ita quoque in caſu de abaco; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi unus pes e tribus ablatus ſit menſæ, ea inidonea ſit ad prandium in ipſa ſumendum, ſi vero omnes tres ſublati ſint, tum apta eſt ad iſtud miniſterium, ſicuti tabula. *Quando de ipſa cogitaverit*, quando paterfamilias cogitaverit in iſta menſa comeſurum, tum ipſa immunditiem recipit. Sed R. Joſe dicit quod cogitatio iſta non requiratur, quando autem ipſa contecta ſit ut prandium in ipſa ſumatur, tum immunditiem recipit; ita ſe habet jus de abaco.

ג ספסל שניטל אחד מראשיו טהור ניטל השני טהור אם יש בו גובה טפח טמא שרפרף שניטל אחד מראשיו טמא וכן הכסא שלפני קתדרא׃

3. Si ſellæ unum caput ablatum ſit, munda eſt, ſi ſecundum ablatum ſit, munda eſt; ſi vero in ipſa ſit altitudo palmi, immunda eſt. Scabellum cui unum caput ablatum eſt, immundum eſt, ita etiam ſolium quod ante cathedram eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ספסל *Sella*, intellige aſſerem latum & longum, in ſummitate illius una, deſubter eſt aſſer erectus, & ſic etiam in ſummitate illius ſecunda, ut ea a terra elevetur, ut in ipſa homines ſedere poſſint. ניטל השני טהור *ſi ſecundum ſublatum ſit, munda eſt*, quia non aſſimilatur menſæ, tribus enim pedibus ſublatis, immunda eſt menſa; ſella autem cujus duo pedes fracti ſunt, non amplius apta eſt ad ſeſſionem, qui enim ſuper ea ſedet, cum eo ſe habet perinde ac ſi in terra conſediſſet. *Si in ea ſit altitudo palmi, immunda eſt*, quia aſſer qui craſſitiem palmi habet, ad ſeſſionem aptus eſt. שרפרף notat ſcabellum pro ſolio cui homo imponit pedes ſuos. כסא eſt ſolium quod ante cathedram eſt, ſed id ipſum ſubjicitur juri שרפרף.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסא ספסל דרגש ושרפף Hæ omnes res ſunt ſedilium quæ nominibus duntaxat differunt propter magnitudinem & parvitatem. קתדרא *cathedra* eſt cupa lignea in qua mulieres ſedent, & Tamaria vocatur. ניטל אחד מראשותיו *ſi unum e capitibus illius ſublatum ſit*, intellige unum e lateribus apud ſummitatem ſolii.

ד כסא של כלה שנטלו חפויו בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין שמאי אומר אף מלבן של כסא טמא כסא שקבעו בעריבה בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין שמאי אומר אף העשוי בה׃

4. Solium ſponſæ cui operculum ademptum eſt ſecundum Scholam Schamai immundum eſt, mundum vero ſecundum Scholam Hillelis. Schamai dicit, etiam ſolii quadratum immundum eſt. Solium in mactra poſitum ſecundum Scholam Schamai immundum eſt, at ſecundum Scholam Hillelis mundum, Schamai dicit, etiam id quod in ipſa factum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנטלו חפויו *Cujus operculum ademptum eſt*, habet formam dentium ab utroque latere exeuntium in ſolio ſponſæ, quæ factæ ſunt ut iis innitantur. Schola Schamai immundum dicit iſtud ſolium, quia adhuc valet ad ſeſſionem. Schola Hillelis mundum dicit, quia non amplius valet pro ſponſa, & quaſi confractum eſt.

אף מלבן הכסא טמא *Etiam quadratum ſolii immundum eſt*, hoc ſenſu, etiam quadratum ſeorſim immundum eſt absque ſolio, & abſque operculo, quanto magis ſolium abſque operculis ipſius immundum eſt; & hæc ſtructura מלבן vocatur quia lateris quadrati figuram habet, quod poni ſolet ſuper ſolio, ut homines ei inſideant.

כסא שקבעו בעריבה *Solium quod in mactra fixum eſt*, ſi quis ſolium aliunde attulerit, & mactram fixerit prout conſtitui ſolet, tum mactra non polluta eſt calcatione, quia ad depſionem farinæ apta eſt. Schola Schamai id dicit pollutum eſſe, quia ſolium non intercidit apud mactram. Schola Hillelis id liberat ab immunditie calcationis, quia jus ſolii intercidit apud mactram. Cæterum de ſolio in ipſa mactra facto convenit Schola Schamai Scholæ Hillelis, id mundum eſſe, *Schamai dicit, etiam id quod in ipſa factum eſt*, etiam ſolium quod in mactra factum eſt, calcatione pollutum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסא הכלה *Solium ſponſæ*, id lapidibus contectum eſt, & id genus aliis, & hoc a nobis vocatur חפוי, & ſi iſtud operculum ſit remotum a ſolio, ſolium quaſi confractum eſt, idcirco non polluitur calcatione. Schola Schamai dicit id eſſe ſolium ligneum & aptum ad ſeſſionem, & idcirco calcatione pollutum, operculo licet remoto.

מלבן של כסא *Quadratum ſolii*, eſt figura quadrata quæ ſuper ſolio ponitur; ea ſecundum Scholam Schamai calcatione polluitur ſi quis in ipſo ſederit. Si vero nemo ſuper ipſo ſederit ſolus, tum ſi ſolium fixerit in mactra, mundum eſt, & non polluitur calcatione quia cum mactra conjunctum eſt, quod non pollutum eſt calcatione ſicuti expoſuimus capite decimo. Dicit vero Schamai, licet ſolium ad mactram pertineat, nempe, ſi id ex eodem ligno factum ſit e quo mactra facta eſt, tum pollutum eſt calcatione, ſi quis in ipſo conſederit; deciſio non eſt ſecundum Schamai.

ה כסא שלא היו חפויו יוצאין וניטלו טמא שכן דרכו להיות מטהו על צדו וישבו עליו׃

5. Solium cujus opercula non exeunt, ſed ablata ſunt, immundum eſt, quia id iſto modo in latus inflecti ſolet, ut ei inſideant.

R. OB. DE BARTENORA.

כסא שלא היו חפויו יוצאים *Solium cujus opercula non exeunt*, cujus aſſeres non protuberant extra ſolium, quia ſolium e quatuor lignis conſtat, a tribus vero lateribus ſolii infixi ſunt aſſeres, & alti extant ſub lignis, uno alteri juncto, & ſuper hæc ligna ſunt aſſeres pro ſeſſione facti, ſi igitur aſſeres pro ſeſſione facti ſint confracti, ſolium quaquaverſum inclinari poteſt, & ſeſſio conceditur ſuper iſtis aſſeribus tribus lateribus ſolii infixis; ſi vero promineant foras, tum ſolium in latus inclinari nequit; opercula vero hic non ſunt ea de quibus in principio, quæ in forma dentium prominent; ſed aſſeres ligna contegentes vocantur opercula illius.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quando opercula non protuberant ſuper ſolii ſuperficiem, ſed cum ipſo æqualia ſunt, tum id calcatione pollutum eſt, licet aliquid de operculo ſublatum ſit, quia id contegere ſolent ante faciem illius, & in ipſo ſedere ordine inverſo reſpectu illius quod ego tibi in præcedentibus expoſui, quando opercula non protuberabant, niſi donec non amplius invertere poſſent ſolium.

ו כסא שניטל חפויו האמצעי והחיצונים קיימים טמא ניטלו החיצונים והאמצעי קיים טמא רבי שמעון אומר אם היה רחב טפח:

6. Solium cujus operculum medium ablatum eſt, exterioribus conſervatis, immundum eſt, exterioribus vero ſublatis conſervato medio, immundum eſt. R. Simeon dicit, ſi palmi latitudinem habeat.

R. OB. DE BARTENORA.

כסא שניטל חפויו האמצעי *Solium cujus operculum medium eſt ablatum*, cujus aſſer medius ſublatus eſt, tabula una ab utroque latere remanente, iſtud ſolium immundum eſt, quod ad ſeſſionem aptum eſt. אם היה רחב טפח *ſi latitudo palmi eſſet*, tum ad ſeſſionem aptum eſt, ſin minus, non aptum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce operculi forma nota olim erat, & in operculo egrediens & ingrediens, multaque opercula ex hoc egrediebantur, quæ erant opercula exteriora. Porro e figura innoteſcet quod uno relicto operculo, aliquid in figura ipſius remanet, idcirco calcatione polluitur. R. Simeon tradit, quando aliquid remanſerit de operculo interiori, ſive latitudo palmi; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ז כסא שניטלו שנים מחפויו זה בצד זה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין אמר רבי יהודה אף כסא של כלה שניטלו חפויו ונשתייר בו בית קבלה טהור מפני שבטל העקר ובטלה הטפלה:

7. Solium cujus duo opercula ablata ſunt in utroque latere ſecundum R. Akibam immundum eſt, at mundum ſecundum Sapientes. Dixit R. Jehuda, etiam ſolium ſponſæ cujus operculum ablatum eſt remanente manubrio, mundum eſt, quia fundamento ceſſante etiam adjunctorium ceſſat.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים מחפויו *Duo ex operculis ipſius*, e tabulis pro ſeſſione factis. R. Akiba ipſum dicit pollutum; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. ונשתייר בו בית קבלה *& in ipſo domus receptionis reliqua fuerit*, puta foramen aliquod exiguum quod malogranata capere poſſit, tum mundum eſt ſolium, & propter hocce receptaculum non pollutum cenſetur. מפני שבטל העקר *quia fundamentum ceſſat*, quia ab initio id factum eſt pro ſeſſione & non pro receptione, & quia jam ceſſat cauſa ob quam כלי dicebatur, etiam effectus ſive adjunctorium ceſſat, & non polluit quia receptaculum habet; ita deciſio eſt; nam ita capite decimo nono & viceſimo traditum eſt ubi de urceo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod כסא factum ſit pro ſeſſione, & hoc עקר *fundamentum* eſt; & præterea calcatione ſeminiflui polluitur, hocce autem ſtatu ſublato, mundum eſt a calcatione remotis operculis, relicto licet receptaculo, quia id ipſum non polluitur ratione receptaculi, quando id nondum factum eſt in vas receptaculi, tum fundamentum illius jam ceſſavit, ob quod id ipſum conſtructum fuerit, nempe uſus ſedendi, idcirco in ipſo remanere nequit jus innovatum ut eſſet vas receptionis; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam, ſed ſecundum R. Jehudam, omnia enim conſideranda ſunt ſecundum fundamenta capite decimo nono a Sapientibus tradita.

ח שידה שניטל העליון טמאה מפני התחתון ניטל התחתון טמאה מפני העליון ניטל העליון והתחתון רבי יהודה מטמא מפני הרפין וחכמים מטהרין ישיבת הסתת טמאה מדרס:

8. Capſa cujus ſuperior pars ablata eſt, immunda eſt ob inferiorem, inferiori ſublata immunda eſt ob ſuperiorem, ſublata ſuperiori & inferiori, immunda eſt ſecundum R. Jehudam ob latera, munda autem ſecundum Sapientes. Scamnum latomorum immundum eſt calcatione.

R. OB. DE BARTENORA.

שידה *Capſa*, facta in forma arcæ, loquitur hic auctor de capſa quæ non capit quadraginta Sata, cujuſmodi immunditiem recipit. שניטל העליון *cujus ſuperius ablatum eſt*, operculum ſcil. התחתון *inferior*, fundus illius; ſi nempe ambo ablata ſint tabulis in lateribus remanentibus, immunda eſt ſecundum R. Jehudam. וחכמים מטהרין *Sapientes vero eam mundam ſtatuunt*, deciſio eſt ſecundum Sapientes. הסתת eſt is qui lapides cædit, quique ſibi locum parare ſolet in una extremitate lapidis, quando in altera cædit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc capſa ſuperius habet receptaculum, & in ipſo iterum eſt receptaculum in fundo. Per רפין intellige tabulas in lateribus. ישיבת הסתת *ſeſſio latomi*, eſt locus in quo ſedet latomus, qui ſibi locum parare ſolet in extremitate ligni, vel lapidis; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ט כופת שסירקו וברכמו ועשאו פנים רבי עקיבא

9. Fruſtum ligni figuratum & coloratum e quo

מטמא וחכמים מטהרין עד שיחוק בו הסל והכלכלה שמילאן תבן או מוכין התקינן לישיבה טהורין סירגן בגמי או במשיחה טמאין :

poſtea facta eſt imago, ſecundum R. Akibam immundum eſt. At ſecundum Sapientes mundum eſt donec in ipſo exſculpſerit. Caniſtrum & corbis ſtramine impleta, vel mollibus, ſi parata fuerint ad ſeſſionem, munda ſunt; ſi vero ea implicata fuerint juncis vel funiculo, immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כופת Notat ſegmentum ligni craſſi & lati, ita explicatur in Toſaphta. סירקו idem quod ציירו *ſi formaverit ipſum.* כרכמו *ſi croco ipſum coloraverit.* ועשאו בו פנים & *in eo faciem confecerit*, ſi ipſum ſegmentum decorticaverit aſcia, & dolabra æquaverit, ut facies ipſius conſpicua ſit. R. Akiba tale fruſtum ligni immundum dicit, eo quod ad ſeſſionem aptum eſt. Sapientes vero mundum dicunt, quia id omnino ſimile eſt ſegmento ligni.

עד שיחוק *Donec exſculpſerit*, donec locum pro ſeſſione exſculpſerit in ipſo. התקינן לישיבה טהורין *ſi ea paraverit ad ſeſſionem, tum munda ſunt*, a calcatione, quia non facta ſunt ad ſeſſionem, idcirco apud unumquemque hæc intentio illius ceſſat. סירגן בגמי *ſi juncis ea implexuerit*, ſuper orificiis eorum, quemadmodum lectos implicare ſolent. טמאין *immunda ſunt*, quia ſtramen & mollia decidere nequeunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod כופת notet ſegmentum ligni; dicit autem quod ſi quis ceperit hocce lignum idque depinxerit aut coloraverit croco, ad conficiendum inde figuram parietis, tum ſe res habet perinde ac ſi vaſis formam jam conſecutum fuiſſet, & idcirco polluitur, ſicuti vas ligneum polluitur. Sapientes dicunt id non comprehendi ſub genere vaſorum propter tantam croci copiam, niſi donec in ipſo aliquid exſculpſerit, eoque uſus fuerit, & tum proprie eſt vas. Cæterum capite viceſimo jam expoſuimus quod caniſtrum & corbis, & id genus alia non polluantur ſeſſionis ergo. Porro dicit quod poſtquam illa impleta ſunt aliqua re molli, nempe ſegmento lanæ, vel lini, eaque parata fuerint & unum ex ipſis cum molli; tandem ſi texuerit quid implexi ſuper hujuſce caniſtri vel corbis ore, tum id aptum eſt ad ſeſſionem, & calcatione polluitur. Targum vocem סבכה vertit per הירדא: deciſio eſt ſecundum Sapientes.

י האסלה טמאה מדרס וטמא מת פרשה העור טמא מדרס והברזל טמא מת הטרסקל שחפויו של עור טמא מדרס וטמא מת פרשה העור טמא מדרס והטרקל טהור מכלום ספסלין שבמרחץ ושתי רגליו של עץ טמא אחת של עץ ואחת של אבן טהור הנסרין שבמרחץ ששיגמן רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין שאינן עשוין אלא שיהיו המים מהלכין תחתיהן קנקילין שיש בה בית קבלת כסות טמאה והעשויה בכוורת טהורה :

10. Sella calcatione immunda eſt, & eo quod mortuo pollutum eſt; ſi a corio diſtincta ſit, tum ea eſt pollutio calcationis, ferrum autem eſt immundum eo quod mortuo pollutum eſt. Caniſtrum vimineum cujus operculum eſt coriaceum, eſt pollutio calcationis, & mortui; ſi corio obductum ſit, eſt pollutio calcationis; caniſtrum vero omnino mundum eſt. Sella in balneo uſitata, ſi duo pedes ipſius lignei ſint, immunda eſt; ſi unus ſit ligneus & alter lapideus, munda eſt. Aſſeres qui in balneo ſunt quos colligarunt, ſecundum R. Akibam immundi ſunt, at mundi ſecundum Sapientes, quia iſti duntaxat facti ſunt ut aqua ſub ipſis tranſeat. Craticulæ in quibus eſt receptaculum tegumenti, immundæ ſunt, quæ vero factæ in alveario, eæ immundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אסלה Notat ſellam cui ferrum infigitur, eaque corio obducta eſt, huic ſellæ inſident in loco ſecreto. פירשה *ſi extenderit*, ſi corium a ferro diſtinxerit. העור טמא מדרס *corium eſt pollutio calcationis*, eo quod corium per ſe ad ſeſſionem valet, ſed ferrum abſque corio non valet ad ſeſſionem, ſed ad alia miniſteria. טרסקל notat caniſtrum exiguum e ſalicibus confectum, in quo panem comedere moris eſt. והטרסקל טהור מכלום & *caniſtrum vimineum mundum eſt ab omni*, nam propter exiguitatem ſuam ad ſeſſionem ineptum eſt, atque ad alia miniſteria, quia non habet latera. ספסלים שבמרחץ *ſellæ in balneis*, hæ ſunt marmoreæ. *Et ſi duo pedes lignei ſint, immunda eſt*, ſi ſeminifluus conſederit in ſella, pedes lignei ſunt polluti ob ſeſſionem iſtam, at ipſa ſella eſt munda, quia vaſa lapidea non recipiunt immunditiem, non e Lege, neque ex inſtituto ſcribarum. ואחת של אבן טהור *unus vero lapideus, tum munda eſt*, quia ſe res habet perinde ac ſi tota ſella eſſet lapidea. ששיגמן *quos colligaverit*, quos decorticaverit & dolabra aptaverit. שיהיו למים הולכין תחתיהן *ut aquæ exirent ſub iis*, idcirco non facti ſunt aſſeres ad ſeſſionem, ſed homines illic ſedent ne inquinentur ab aquis balnei; deciſio eſt ſecundum Sapientes. קנקלין notat inſtrumentum aliquod ſervile cui ſupponunt ignem & ſulphur ut veſtes perfumentur. שיש בה בית קבול כסות *quod habet receptaculum tegumenti*, quod receptaculum habet ad veſtes ei impoſitas recipiendas, id habet formam alvearii quod ab utroque latere apertum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אסלה Notat ferrum in quo locus eſt in quo ſedent dum alvum exonerant in loco ſecreto, & hoc coriaceo contectum eſt operculo. טרסקל eſt caniſtrum parvum quod operculum habet coriaceum ei affixum, eo autem remoto non amplius aptum eſt ad ſeſſionem ob exiguitatem ſuam, nec ut ei quicquam imponatur ad latera diſponenda. Cæterum ſellæ balneorum plerumque conſtant e marmore; dicit itaque quod ſi tabula conſtet e marmore, quæ duos habet pedes ligneos, & ſeminifluus huic ſellæ inſederit, polluta ſit, nempe quod pedes illius ſunt ſeſſio ſeminiflui, nam quoniam ſella eſt marmorea, ipſa non polluta eſt. Si vero unus e pedibus illius marmoreus ſit, omnes partes ſunt mundæ, eo quod lapidea ſella eſt. ששיגמן perinde ac ſi dixiſſet ששעמן *quos ſubere colligaverit*, שעם enim eſt ſuber ſive juncus. Senſus itaque eſt quod poſtquam aſſeres ita colligati ſint ut inde quaſi una fiat tabula, tum balneatores ei inſident, aquis ſubter iis dimanantibus. Sapientes dicunt quod ii non polluti ſint calcatione ſeminiflui, quia eum duntaxat in finem facti ſunt ut aqua ſub iis defluat. Et hæc ſtructura e calamis fieri ſolet qui eam elevant, vel etiam e juncis, & tum veſtes ei imponuntur, igne ſuppoſito fumum quendam excitante, donec veſtes perfumatæ fuerint, ejus nomen Arabice dicitur קנקלין, illius vero nomen in Ægypto notum eſt, & אלמיסן dicitur. Sin autem in iſto inſtrumento duo ſint loca quæ veſtem recipiunt, tum id receptaculo aſſimilatur; at vero ſi in forma alvearii factum ſit ab utroque latere aperti, tum id non pollutum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק כג הכדור והאמום והקמיע והתפילין שנקרעו הנוגע בהן טמא ובמה שבתוכן טהור האוכף שנקרע הנוגע במה שבתוכו טמא מפני שהתפר מחברו :

Caput 23. Pila luſoria, typus calcei, amuletum, & Phylacteria diſciſſa ſi quis tetigerit, immundus eſt; ſi vero id quod intra ea eſt, mundus eſt. Ephippium diſciſſum ſi quis intus tetigerit, immundus eſt, quia ſutura conjungit ipſum.

R. OB. DE BARTENORA.

כדור *Pila luſoria*, barbare piluta. אימום notat formam calcei, omnium vero harum rerum exterior ſuperficies eſt coriacea, intus vero plenæ ſunt pilis, vel rebus mollibus. Cæterum amuletum & Phylacteria in ſe habent domunculas coriaceas in quibus ſectiones Legales aliquot deſcriptæ ſunt in membranis, id quod in iis continetur, mundum eſt, ſi una ex hiſce membranis polluta ſit mortuo, & poſtea diſciſſum ſit amuletum vel phylacteria, atque una membrana tetigerit id quod intus eſt, mundum eſt, cum id quod intus eſt non ſit conjunctio, idcirco id quod intus eſt, immundum eſt ſicut alia. כאוף eſt idem quod אוכף *ephippium: qui tetigerit id quod intus eſt, immundus eſt.*, ephippium ſi mortuo pollutum fuerit, tum ſicuti is qui tetigerit ipſum, mundus eſt, ita etiam cum ſit is qui tetigerit quod intus eſt, immundus. מפני שהתפר מחברו *quia ſartor illud conjungit*, atque adeo unum facit corpus, intimum ſcil. cum extimo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדור Eſt pila luſoria: אימום notat typum ſive formam calcei: קמיע *amuletum*, notum eſt quid ſit. Horum vero omnium quæ memorata ſunt exterior pars coriacea eſt; cæterum in pila luſoria continentur mollia quæque, & ſic etiam in אימום: ſed intra phylacteria & amuletum ſunt domunculæ in quibus conſcriptum eſt. At vero dicit auctor quod ſi inſtrumentum tetigerit mortuum, id ſit pater immunditiei poſtquam corium diſciſſum ſit, tum id quod tetigerit aliquid ex iis quæ in corio ſunt, mundum eſt, quia id non pertinet ad ſubſtantiam inſtrumenti, nec ei conjunctum eſt. אוכף habet ſimilitudinem ephippii, cujus figura nota eſt, ei enim inſident.

ו אלו טמאין משום מרכב זריז האשקלוני ומדוכה המדית ועביט של גמל וטפיטן של סוס רבי יוסי אומר אף טפיטן של סוס טמא משום מושב מפני שעומדין עליו בקומפון אבל אוכף של נאקה טמא :

2. Hæc immunda ſunt nomine equitationis; cingulum Askeloniticum, mortarium Medum, clitellæ cameli, & tapes equorum immunda ſunt nomine ſeſſionis ſecundum R. Joſen, quia ſtant ſuper iis in campo: ſed ephippium cameli immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וזריז האשקלוני *Et cingulum Askeloniticum*, eſt cingulum latum quo equum cingunt, Targum vocem ויחבוש vertit per וזריז videſis Gen. 22, 3. In Askelon iſta cingula fiebant e ligno, & idcirco a nomine iſtius loci ita vocantur.

מדוכה המדית *Mortarium Medum*, hoc ſenſu id parabatur, ſumebant lignum aliquod longum & denſum, & in medio ipſius formam mortarii exſculpebant, atque ab utraque parte in ipſo equitabant, & contundebant, idcirco illud ſubjicitur juri equitationis.

עביט של גמל *Clitella cameli*, nam Targum vocem כר vertit per עביטא Gen. 31, 34. Cæterum per טפיטן של סוס intellige ephippium equi, quæ Miſnica eſt phraſis, quod עביט dicitur in camelis maſculis, in fœminis vero אוכף, quæ nomina omnia ſubjiciuntur juri מרכב *equitationis*, ſive ephippii, licet aliqua interdum conficiantur in uſum ſedendi. Et hi tapetes equi immundi ſunt ratione ſeſſionis, quia nihil immundum eſt ratione equitationis niſi id quod equitationi dedicatum eſt quum dividuntur pedes, & quod nullatenus pro ſeſſione factum eſt. בקומפון *in campo*, eſt campus in quo reges ludere ſolent, illi enim in tapetibus ſuper equo requieſcere ſolent, ut ludum conſpiciant regis, idcirco campus immundus eſt ſeſſione, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. אוכף של נאקה טמא *Ephippium cameli fœminæ immundum eſt*, Maimonides dicit quod id ipſum immundum ſit nomine ſeſſionis, & doctor primus dicit controverſiam eſſe de tapetibus equi, & is concedit de ephippio cameli fœminæ, quod id ſeſſione immundum ſit; Sapientes vero exponunt quod ephippium cameli fœminæ ſit immundum ſeſſione. R. Joſe concedit doctori primo de ephippio cameli fœminæ quod id equitationi duntaxat deſtinatum ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex de ſeminifluo dicit Levit. 15, 9. *Et omne ephippium in quo conſederit ſeminifluus, immundum ſit*; enumerat igitur iſta in quibus equitaverit ſeminifluus, licet inter ipſum & iſta ſit multa convenientia, tamen ea immunda pronunciat, & juri מרכב *equitationis* ſubjicit, quando ad equitationem facta ſunt.

זריז אשקלוני *Cingulum Askeloniticum*, eſt hoc cingulum latum, Targum enim verbum ויחבש vertit per וזרז: porro plauſtra facere ſolent ſuper camelis, & ita ipſis inequitare, Targum verba בכר הגמל vertit per בעביטא דגמלא *clitellæ cameli*, Gen. 31, 34.

טפיטן של סוס *Tapes equi*, puta ſtragulam Perſicam. Cæterum R. Joſe putat quod tapes non ſubjiciatur juri equitationis ſeminiflui, ſed ſeſſionis juri, quia iſti non facti ſunt ad equitationem, ſed ut in iis conſiſtant homines. Capite autem decimo octavo expoſuimus, quod ſi ſeminifluus ſteterit ſuper aliqua re quæ calcatione ſeminiflui polluta eſt, ea conſtituatur ſeſſio.

קומפון *Campus*, in quo reges ludere ſolent, qui Græce Comphon, & barbare campi dicitur. אוכף הנאקה *ephippium cameli fœminæ*, id polluitur nomine ſeſſionis, & hic ſenſus eſt illius quod auctor dicit, immundum eſt, quia in ipſo conſedit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג מה בין מרכב למושב מרכב חלק מגעו ממשאו ומושב לא חלק מגעו ממשאו תפית של חמור שהוא יושב עליה טהור שינה בה ארת הנקבין או שפירצן זה לתוך זה טמאה :

3. Quænam eſt differentia inter equitationem & ſeſſionem? equitatio diſtinguit tactum ſuum ab onere ſuo, ſed ſeſſio non diſtinguit tactum ſuum ab onere ſuo. Clitellæ aſini in quibus quis ſedet, mundæ ſunt; ſi in ipſis foramina acuerit, vel unum in altero ruperit, immundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חלק מגעו ממשאו *Dividit tactum ab oneris portatione*, quia is qui portat, veſtes polluit, at non is qui tetigerit. תפית של חמור notat ligna quæ aſino imponunt, ad onus conſtringendum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſuperius præmiſit controverſiam quæ eſt inter R. Joſen & Sapientes de tapetibus equi, an iſti ad equitationis an vero ad ſeſſionis jus pertineant; & pariter, quia de ephippio

dum, ſed ea nec ad equitationem nec ad ſeſſionem apta ſunt. שינה את הנקבים *ſi immutaverit foramina*, quia foraminum immutatio homini concedit locum ad ſedendum.

או שפרצן *Vel ſi diſruperit*, ſi foramina removerit, atque unum ad latus alterius poſuerit. Nonnulla exemplaria tradunt, תפית של חמור טהורה *clitellæ aſini mundæ ſunt*, quia in latitudine non eſt menſura palmi, nam quicquid in latitudine ſua non habet palmum, id non valet ad ſeſſionem, foraminibus vero immutatis, nimirum ſi locum ſeſſionis dilataverit, vel eum diſruperit, ita ut is factus ſit locus ſeſſionis in latitudine ſpatii palmi, tum clitellæ ſunt immundæ.

pio cameli fœminæ diximus illud contineri ſub jure ſeſſionis, & non equitationis, idcirco jam quærit quænam ſit differentia inter equitationem & ſeſſionem, quia hæc & illa eſt pater immunditiei, & dicit, quod equitatio tactum ſuum dividat ab onere ipſius, quia homo qui tetigerit ephippium in quo equitavit ſeminifluus, pollutus eſt, ſed veſtes ipſius non polluuntur dum tangit; & quod tulerit, id immundum eſt & veſtes polluit dum fert ſeminifluus. Sed in immunditie quæ ſeſſu contrahitur tactus obtinet, & oneris portatio quæ veſtes polluit. Cæterum jam præmiſi hæc fundamenta omnia in principio prologi noſtri ad hunc tractatum ut & capite ſuperiori; idem quoque exponemus in codice de Seminifluis. Per תפית intelligas ligna quæ aſinis imponunt, qui in iis onera ferunt; ſed iis nemo hominum inſidere poteſt, niſi foramina immutentur, vel ligna tollantur quæ inter foramina ſunt, hujuſce autem inſtrumenti forma ſimilis eſt ephippio Perſico.

ד המטה והכר והכסת של מת הרי אלו טמאין מדרס כסא של כלה ומשבר של חיה וכסא של כובס שהוא כורס עליו את הכלים אמר רבי יוסי אין בהם משום מושב :

4. Lectus, pulvinar & pulvillus mortui, immunda ſunt calcatione. Solium ſponſæ, ſella obſtetricis, & ſella fullonis, quia ſuper eam colligunt veſtes. Dixit R. Joſe, in iis nihil eſt nomine ſeſſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

המטה והכר והכסת של מת *Lectus, pulvinar & pulvillus mortui*, licet mortuus non polluat calcatione, & hæc facta ſint pro mortuo, & non pro ſeſſione, nihilominus tamen calcatione immunda ſunt, eo quod fœminæ iis inſident, & amicos mortuos deflent.

משבר של חיה *Sella obſtetricis*, eſt ſella mulieris puerperæ ſuper qua ſedet, nam illud על האבנים Targum explicat per מתברא: Porro dicit auctor שהוא כורם עליו *quia colligit ſuper eam*, ita nos tradimus cum Mem, nempe, quod complicat & parat veſtes. *Dicit R. Joſe, in iis nihil continetur nomine ſeſſionis*, Miſna vero ſuperior tradit, ſella ſponſæ cujus operculum ablatum, indicio eſt quod ſi operculum non ablatum ſit, immunda ſit ſella, quæ controverſia eſt contra R. Joſen; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרי אלו טמאין מדרס *Ecce hæc immunda ſunt calcatione*, licet non facta ſint ad ſeſſionem, ſed in uſum mortui, in quo non obtinet caſus ſeſſionis nec cubationis, quemadmodum in principio prologi noſtri expoſuimus. משבר של חיה *ſella obſtetricis*, eſt ſella quædam cui obſtetrix inſidet apud puerperam, ſicuti dicitur Jeſ. 37, 3. כי באו בנים עד משבר Porro dicit auctor Miſnicus שהוא כורס עליו quia *colligit ſuper eam*, id eſt, imponit ei veſtes donec complicatæ fuerint; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ה החרם טמא מפני הזוטו הרשתות והמכמרות והמדף והפלצור ומצודות הסכרין טמאים והאקון והרטוב והכלוב טהורין :

5. Sagena immunda eſt ob fundum illius. Retia & venatoria retia, tabula, corbis viminea, & retia obſtruentium immunda ſunt. Corbis piſcatoria, aucupatoria, & cavea, immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

החרם *Sagena*, hoc ſenſu vox occurrit Eccleſ. 7, 27. notatque rete e multis filis colligatum, in quo multa ſunt foramina, niſi quod in inferiori parte retis ſit aliquid texti in forma veſtis quod זוטו vocatur, & totum rete immunditiem recipit ob texturam quæ inferius eſt in figura veſtis. הרשתות והמכמרות *retia & venatoria*, ſunt ſpecies retium quibus venantur aves, & piſces. מדף notat rete quo aves venantur, adducendo tabulam ſub qua triticum ponatur, vel contuſa quædam, avibus itaque advolantibus comeſum, tabula conduplicabatur, & aves capiebantur. פלצור eſt ſpecies lignei retis. הסכרים ſunt ii qui aquas obſtruunt, ſicuti dicitur ויסכרו מעינות תהום Gen. 8, 2. Immunda recipiunt immunditiem, ſi mortuum tetigerint vel reptile. אקון notat caniſtrum in quo venantur piſces. רטוב notat caniſtrum in quo aves venantur. כלוב eſt cavea e ſalicibus decorticatis confecta, vel e juncis, in quibus foramen aliquod eſt inſtar digiti inter quodlibet virgultum, & illic deponunt aves, & idcirco barbare dicitur cavea. Cæterum in ſacris literis vox occurrit, videſis Jer. 5, 27.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרם *Sagena*, eſt nomen retis quo venantur piſces; ſic etiam per voces רשתות & מכמרות intelliguntur artificia quædam implexa ſive retia venatoria, quæ omnia ſunt nomina Hebraica in literis ſacris occurrentia. הזוטו notat oram operis implexi, eſtque locus vaſi oris anguſti ſimilis in forma veſtis, idcirco immundum eſt. מדף notat tabellam ligneam inflexam, in qua aliquid eſt quod venationi nocet e longinquo, ave autem in hoc inſtrumento quieſcente, funiculus attrahit cadente in ipſam hac tabella. פלצור eſt etiam ligneum inſtrumentum venatorium, quo aves venantur. מצודות הסכרין *retia obſtruentium*, retia ſunt quibus aquas obſtruunt in mari, donec piſces collecti fuerint aquis jam defluxis, hujuſce retis figura ſatis nota eſt, & סכרין vocantur, quia verſus aquas incidunt, & earum tranſitum obſtruunt, ſicuti dicitur Gen. 8, 2. אקון eſt corbis in qua piſces venantur, & vox nota eſt apud omnes. רטוב eſt etiam ex inſtrumentis venatoriis ad aves venandas, & e ligno conſtat. הכלוב barbare *cavea*.

פרק כד שלשה תריסין הם תריס הכפוף טמא מדרס ושמשחקין בו בקומפון טמא טמא מת ודיצת הערביין טהורה מכלום :

Caput 24. Hi tres ſunt clypei, clypeus curvus calcatione pollutus eſt, cum quo ludunt in campo; is immundus eſt, eo quod mortuo pollutum eſt; at clypeus Arabicus omnino mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה תריסין הם *Tres ſunt clypei*, qui diverſo juri obnoxii ſunt, & תריסין ſunt qui מגינים dicuntur. תריס הכפוף *clypeus curvus*, cujuſmodi apud nos hominem tegunt a tribus late-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non te fugit fundamentum per totum caput ſuperius traditum, nempe quod omne id quod calcatione pollutum eſt immundum ſit per id quod mortuo pollutum eſt. Pariter quo-

lateribus. טמא מדרס *immundus eſt calcatione*, qui ad ſeſſionem factus eſt, quia tempore belli in ipſo ſedent, & quanto magis is immundus eſt per id quod mortuo pollutum eſt, nobis enim hypotheſis eſt quod id quod calcatione pollutum eſt, etiam immundum ſit eo quod mortuo pollutum eſt. ושמשחקים בו בקנפון *& quocum ludunt in campo*, in vallem regiam quodque par ſe conferre ſolet cum gladiis in manibus ſuis, & clypeo exiguo orbiculari qui non eſt curvus in manu ſiniſtra, & ſic quemque docent clypeo ſe contegere, ne ab alio percutiatur, & talis actio barbare dicitur Aſchermir. טמא טמא מת *immundum eſt eo quod pollutum eſt mortuo*, ita ſe habet jus illius quod pollutum eſt immunditie reptilis, & cadaveris, reliquiſque immunditiebus, calcationis immunditie excepta, quæ non fit immunditiei pater, ſi ſeminifluus in ipſo ſederit vel cubaverit, ſed primus fit gradus immunditiei, ut tactus ſeminiflui. דיצת הערביים *ſcutum Arabicum*, eſt ſcutum valde exiguum, quem Arabes facere ſolent in ludum, & lætitiam, ſed non eſt ſervile inſtrumentum.

quoties audieris ex iis quæ dicta ſunt de eo quod mortuo pollutum eſt, non eſt ſcopus quaſi res non polluatur immunditie aliqua præter pollutionem e mortuo contractam. Cæterum ſcopus eſt quod hæc non polluatur calcatione ſeminiflui, ut fieret ſeſſio ſeminiflui, ſed ea mortuo polluitur, reliquiſque immunditiebus tactu ſeminiflui, unde iſta res primus immunditiei gradus eſt, & non pater, ſecundum fundamenta jam a nobis præmiſſa. Hoc ſenſu percepto, nihil reſtat amplius quam expoſitio vocum & quarundam rerum illuſtratio, itaque per תרים כפוף *ſcutum curvum* notatur inverſa ſuperficies quæ idonea eſt ad ſeſſionem, & idcirco calcatione polluitur. קנפון eſt campus. דיצת הערביים *ſcutum Arabicum*, eſt ſcutum parvum quod אלאנפה vocatur, quod ad nullam rem valet præterquam ad ludum.

ב שלש עגלות הם העשויה כקתדרא טמאה מדרס כמטה טמאה טמא מת ושל אבנים טהורה מכלום:

2. Hæc tria ſunt plauſtra, quod factum eſt ut cathedra, id immundum eſt calcatione, quod inſtar lecti eſt, id immundum eſt eo quod mortuo pollutum eſt. Lapideum vero omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כקתדרא *Ut cathedra*, cujuſmodi plauſtrum breve eſt, & a tribus partibus circumdatum. *Calcatione immundum eſt*, quia ſeſſioni deſtinatum eſt. *Ut lectus*, quod longum eſt & deſtinatum rebus mercatoriis deponendis; qui vero in ipſo cubuerit, ei dicunt, ſurge ut faciamus opus noſtrum. ושל אבנים *& lapideum*, quod factum eſt ad lapides in ipſo deferendos, id mundum eſt omnino, quia deſubter perforatum eſt foraminibus magnis, per quæ malogranatum exire poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc jam expoſita ſunt, & fundamentum eorum ſuperius præmiſſum, pariter & horum nominum explicatio jam allata eſt.

ג שלש עריבות הן עריבה משני לוגין ועד תשעה קבין שנסדקה טמאה מדרס שלימה טמאה טמא מת והבאה במדה טהורה מכלום:

3. Hæ ſunt tres mactræ, mactra duos Logos uſque ad novem Cabos continens; quæ perforata eſt, ea immunda eſt calcatione; integra polluta eſt eo quod immundum eſt mortuo, quæ vero menſuræ inſervit, ea omnino munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנסדקה טמאה מדרס *Quæ perforata eſt, ea immunda eſt calcatione*, nam quia fiſſa eſt, & hinc ad depſionem inepta, deſtinant eam ſeſſioni, & immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt, eſt enim vas miniſtratorium. הבאה במדה *quæ menſuram habet*, quæ quadraginta Sata continet in liquidis, quæ Cori ſunt in aridis. טהורה *munda eſt*, omnino, nam ob gravitatem & magnitudinem dimoveri nequit dum plena eſt, nos enim ſacci conditionem hic requirimus, qui tam plenus quam vacuus transferri poteſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבאה במדה Dicitur mactra quæ quadraginta Sata continet in liquidis, quæ Cori ſunt in aridis, cujuſmodi mactra non polluitur aliquo immunditierum modo, ſicuti expoſuimus duodecimo capite hujuſce codicis; præterea capite viceſimo quoque jam expoſuimus fundamenta hujuſce Miſnæ.

ד שלש תיבות הן תיבה שפתחה מצדה טמאה מדרס למעלן מטמאה טמא מת והבאה במדה טהורה מכלום:

4. Hæ ſunt tres arcæ, quæ a latere ſuo aperta eſt, immunda eſt calcatione; quæ ſuperius, ea eſt immunda per id quod mortuo pollutum eſt; quæ vero menſuram habet, ea omnino munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

תיבה שפתחה מצדה *Arca quæ aperitur a latere*, hæc inſervit ſeſſioni cum opere ipſius, quia ipſa uti poſſunt, quando ſedet & in latere aperta eſt, quod non fieri poteſt ſi ſuperius aperta ſit. והבאה במדה *& quæ menſuram habet*, de qua in Miſna traditum eſt quod ea ſit munda ab omni parte; ſed non eſt ſermo de ea quæ calcationi obnoxia eſt, nam ea quæ immunda eſt calcatione, licet menſuram habeat, nihilominus tamen immunda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבאה במדה *Quæ menſuram habet*, ita dicitur mactra quæ quadraginta Sata comprehendit, uti explicatum eſt ſuperiori Miſna, & capite decimo nono hujuſce codicis.

ה שלשה תרבוסין הן של ספרין טמא מדרס שאוכלין עליו טמא טמא מת ושל זיתים טהור מכלום:

5. Hæ ſunt tres arcæ corio obductæ, tonſorum (arca) eſt immunda calcatione; in qua comedunt, immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt; olivarum autem munda eſt omnino.

R. OB. DE BARTENORA.

תרבוסים Sunt coriacea inſtrumenta, in forma arcarum. של ספרים *tonſorum*, qui venas ſecant. טמא מדרס *immunda eſt*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרבוס Notat inſtrumentum coriaceum, & quod venæſectores faciunt ad ſeſſionem, vel ut ei innitantur, idcirco calcatione

eſt calcatione, nam hæc arca magna eſt, & idcirco ſeſſioni apta, vel ad bibendum in ipſa. שאוכלים עליו *ſuper qua comedunt*, idcirco inſtrumentum ſervile eſt. *Et olivarum* (arca,) nam ſuper ipſa expandunt olivas, idcirco non habetur pro inſtrumento in uſum hominum.

catione immundum eſt; ſed fundamentum hujus rei jam expoſitum eſt capite viceſimo hujuſce codicis. Corium vero quod faciunt ad olivas in ipſum detrudendas, non eſt inſtrumentum, & propterea in ipſo non obtinent caſus de immunditie.

ז שלש בססיות הן שלפני המטה ושלפני סופרין טמאה מדרס ושל דלפקי טמאה טמא מת ושל מגדל טהורה מכלום :

6. Hæ tres baſes ſunt, quæ ante lectum eſt, & quæ ante ſcribas eſt, immunda eſt calcatione, quæque ad abacum pertinet, immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt; quæ vero ad promptuarium pertinet, omnino munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בסיסיות *Baſes*, Targum voces ואת כנו vertit per וית בסיסים: Porro dicit auctor, ושל דלפקי & *quæ ad abacum pertinet*, puta inſtrumentum ligneum cui amphoras & lagenas imponunt cum potu, & cibo, quæ ab iſto abaco deſumuntur poſtea, & menſæ imponuntur; baſis vero quæ ante ipſum eſt, non deſtinata eſt ſeſſioni, ſed jus inſtrumenti in ipſo obtinet. ושל מגדל & *quæ ad promptuarium pertinet*, intellige promptuarium aliquod ligneum quod barbare dicitur armarium. *Omnino munda eſt*, quia id non eſt inſtrumentum, figura autem ſatis conditionem illius indicat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בסיס *Baſis*, eſt fulcimentum aliquod cui res innititur, Targum enim vocem כן vertit per בסיס: hæc porro jura conveniunt baſibus ſecundum figuram ipſarum, atque id quod ipſis factum eſt. Quandoquidem vero omne id quod factum eſt pro ſeſſione, ſit immundum calcatione, & quicquid ad vaſa vel inſtrumenta pertineat, non faciamus pro ſeſſione, idcirco baſis quæ ad abacum pertinet, immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt, reliquaſque immunditieS, ſicuti in principio hujuſce capitis expoſuimus. Quicquid autem nullatenus inſtrumenti formam habet, id nullo modo immunditiem recipit.

ז שלש פנקסיות הן האפיפורין טמאה מדרס ושיש בה בית קבול שעוה טמאה טמא מת והחלקה טהורה מכלום :

7. Hæ ſunt tres pugillares, ſcabellum quod immundum eſt calcatione, & quod receptaculum ceræ habet, id immundum eſt per id quod mortuo pollutum eſt, quod autem diviſum eſt, id omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש פנקסיות *Tres ſunt pugillarium ſpecies*, quæ factæ ſunt ut in ipſis ſcribatur, ſicuti alicubi dicitur, tabernarius ſuper pugillaribus ſuis. Sed אפיפורין notat tabellam cui pulverem imponunt, & in qua literas apocharum conſignant; atque hæc magna eſt & ad ſeſſionem apta. *Quod receptaculum ceræ habet*, puta tabulam cujus ſuperficiem cera obducunt, cui ceræ literas imprimunt ope ſtyli. *Diviſum*, quod non habet ceram, ſed in quo ope atramenti conſcribunt; neque idipſum habet receptaculum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פנקסיות Notat duas tabellas copulatas quibus ſcribæ plerumque utuntur, licet aliis quoque deſtinentur. אפיפורים notat ſellam in varios articulos diſtinctam, qua diſſoluta duæ ſunt tabulæ; huic vero inſidet ſcriba; ipſa vero denuo colligata fit una tabella; forma illius unicuique nota eſt. Cæterum capite decimo ſeptimo jam expoſuimus quod receptaculum ceræ ſit locus cui ceram imponunt. Et expoſuimus id quoque capite quinto. *Diviſum*, intellige tabulam ſimplicem quæ non habet receptaculum, nec inſtrumentum receptaculi, nec juri ſimplicis vaſis lignei ob parvitatem ipſius obnoxia, idcirco omnino pura eſt.

ח שלש מטות הן העשויה לשכיבה טמאה מדרס של זגגין טמאה טמא מת ושל סרגין טהורה מכלום :

8. Hi tres ſunt lecti, qui pro *ſeſſione* factus eſt, immundus eſt calcatione; qui vitris ponendis deſtinatus eſt, immundus eſt per id quod mortuo pollutum eſt; ſed ephippiariorum omnino mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מטה של זגגין Eſt lectus cui imponunt vaſa vitrea. סרגין ſunt ii qui ephippia faciunt, Arabice enim ephippium vocant סורג: ſunt autem qui exponunt quod implexas faciunt vittas. Hic omnino mundus eſt lectus, quia is non eſt ex iis quæ inſerviunt homini.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זגגין Sunt loca in quibus vitrei venditores diſponunt vaſa vitrea poſtquam facta ſunt. ושל סריגין & *eorum qui implexa faciunt*, eſt is cui imponunt implexa & reticulata, nam Targum vocem סבכין *implexa* vertit per סריגין.

ט שלש משפלות הן של זבל טמאה מדרס של תבן טמאה טמא מת והפולחין של גמלים טהור מכלום :

9. Hæ ſunt tres arcæ, ſtercorea eſt immunda calcatione, ſtraminea vero immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt; ſed tegumentum camelorum omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

משפלות Notat arcas quæ factæ ſunt ad ſtercora in illis educenda in agros. Et hæc arca immunda eſt calcatione, quia ad ſeſſionem apta eſt. פולחין Hæc arca facta eſt in forma cribri vel craticulæ reticulati cum latis foraminibus, quæ arcæ ſtramineæ foramina excedunt, quæ ne quidem ad ſtramen recipiendum apta eſt, quia foramina ipſius tam lata ſunt; neque ad ſeſſionem apta eſt, quia funis illius duri ſunt, & inepti ad ſeſſionem; idcirco omnino munda eſt.

י שלשה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שפלות Notat inſtrumentum quod ſchedrias dicitur. פולחין notat tegumentum aliquot reticulatum quod camelis imponunt, quodque notum eſt apud nos; de hoc ſtatuunt id non pollui, quia non anguſta ſunt foramina, ut ſtramineum; eſt enim inſtrumentum receptaculi, quod ad ſeſſionem ineptum eſt ob denſitatem funium, idcirco non *polluitur calcatione*, ſed omnino mundum eſt.

10. Tres

י שלשה מפצים הן העשויה לישיבה טמאה מדרס של צבעין טמא טמא מת ושל גתות טהור מכלום :

10. Tres hæ ſunt ſtoreæ, quæ facta eſt pro ſeſſione, ea immunda eſt; tinctorum vero immunda eſt per id quod pollutum eſt mortuo; ſed torcularium ſtorea munda eſt omnino.

R. OB. DE BARTENORA.

מפצים *Storeæ*, מפץ eſt ſpecies מחצלאות facta e juncis, lanugine & calamis, atque id genus aliis. ושל צבעים & *tinctorum*, tinctores enim imponunt iis veſtes. טמא טמא מת *immunda eſt per eum qui mortuo pollutus eſt*, cujuſmodi matta ſeſſioni non eſt deſtinata, ſed juri inſtrumenti obnoxia. *Et torcularium*, quæ facta eſt ad uvas & olivas contegendas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De expoſitione מפץ *ſtoreæ* jam egimus capite viceſimo, de jure autem illius hoc in loco agitur, dico itaque quod ſimplicium ſtorearum textura fieri ſolet ex Amarines, calamis, juncis, ſcirpis, palmitibus, excrementis & id genus aliis, & hoc eſt quod מפץ vocamus. Cæterum obſerva conditionem quam requirimus de ſimplicibus ſtoreis, quæ figuram מחצלאות habent; & notum eſt quod ex iſtis ſtoreis aliquando facere ſolent inſtrumenta quædam, ut caniſtra & id genus alia, idcirco comprehenduntur ſub jure vaſis lignei, uti aliquoties expoſuimus, quia receptaculum aliquod habent, ſicuti aliquoties expoſuimus. Sed de hacce מפץ *ſtorea* in Gemara jam expoſitum eſt, quod ea immunda ſit calcatione & per eum qui mortuo pollutus eſt, nempe in reliquis impuritatibus, ſed ea in balneo non poteſt purificari. Cæterum ea purificatur quando diſcinditur, ita ut non reſtet amplius quantitas immunditiei, quæ ſex palmorum eſt quaquaverſum, ſicuti expoſitum eſt decimo ſeptimo capite hujuſce codicis; audi jam diſquiſitiones juris de ſtorea; unde probatur quod vas teſtaceum ſit mundum, id eſt, unde nobis conſtat quod vas teſtaceum non ſit obnoxium pollutioni quæ contrahitur cubitu ſeminiflui, ita ut ea non ſit pater immunditiei ſi ſeminifluus in ipſa cubuerit, ſicuti in principio hujuſce codicis expoſuimus? ſed probatio adfertur ex eo quod dicitur Levit. 15, 5. איש אשר יגע במשכבו ubi cubile comparatur cum ſeminifluo, nempe, ſicuti ſeminifluus purificatur in balneo, ita etiam cubile, vaſe teſtaceo excepto quod in balneo non purificatur, ſicuti Lex docet, quod id duntaxat purificatur dum frangitur. Porro Talmudici quæſiverunt, objicit R. Elai, unde nobis probatio eſt de ſtorea מפץ quod polluatur per mortuum & quod urcei parvi ſint mundi ratione ſeminiflui, nempe quod cubitu ſeminiflui non polluantur, quia ad cubitum omnino inepti ſunt, tamen mortuo immundi ſunt, nonne propterea quoque fas eſt ut ſtorea ſeminifluo polluta, etiam mortuo polluta ſit? ſenſus eſt quod ſtorea quæ cubitu ſeminiflui polluitur, idonea ſit ad cubitum, nam Deus utique dixit כל משכב *omne cubile*. Et ſic tibi ex hacce Beraita expoſuimus quod ſtorea polluatur cubitu ſeminiflui; quando autem dicitur quod immunda ſit, & in lavacro non purificetur, ita intelligas, quod ſicuti ſtorea polluitur cubitu ſeminiflui, licet in lavacro non purificetur; ita quoque fieri poteſt ut vas teſtaceum ſit immundum cubitu ſeminiflui, etſi in lavacro non purificetur; ad hanc objectionem reſponderunt, quod ter in Lege dicatur de cubili ſeminiflui; ואיש אשר יגע במשכבו & *vir qui tetigerit cubile illius*: & porro, וכל המשכב אשר ישכב עליו & *omne cubile in quo cubuerit*; at quomodo hæc intelligenda ſunt? eſt aliquid in ſpecie ejus, licet non purificetur in lavacro, tamen in ſpecie ipſius eſt ſimilitudo cubilis ipſius. Cæterum R. Joſe Levita Gaon explicat, quod in ſtorea ſit aliquid quod in balneo purificari poteſt, idcirco ſi vaſa quædam facta ſint ex hac textura, ut caniſtra & corbes, tum ſtorea iſta polluitur cubitu ſeminiflui, licet in balneo non purificetur; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *eſt aliquid in ſpecie illius, etſi non purificetur in lavacro.* Sed teſta in qua nihil eſt unde confici poſſint ea quæ in lavacro purificari poſſunt, non polluitur cubitu, ſed dicimus quod cubile ſeminiflui aſſimiletur ſeminifluo; & præterea quoque ſenſum exponit quo obligat auctor ut inſtrumenta e ſtorea facta in lavacro purificari poſſint, at non ipſa ſtorea. Porro dicit quod caniſtra & cupæ contineantur ſub eo quod dicitur, כל כלי *omne inſtrumentum*, & quia illic includitur immundities ſub כלים *inſtrumentis*, idcirco ea in lavacro etiam purificantur. Nam de omni eo de quo Lex decrevit immunditiem, dixit במים יובא Levit. 11, 32. præter vas teſtaceum. Sed ſtorea non continetur ſub כלים: attamen nos eam immunditiei calcationis ſubjicimus, quia in genere dicitur in Lege כל המשכב *omne cubile*, puta omne id quod ad cubile aptum eſt, at hæc ſtorea ad cubile eſt apta, uti jam expoſuimus. Præterea ſtoream quoque immunditiei mortui ſubjecimus per aliquod argumentum a minori ad majus, nam quod calcatione non polluitur, id mortuo polluitur; & quia hæc ſtorea polluitur calcatione, eo magis polluitur mortuo; poſtquam vero illa ad polluendum multiplicata eſt, tum dicimus, quod ſtorea includatur immunditie, ſed non munditie, quia in hocce Legis loco nihil invenimus ratione immunditiei & munditiei, atque hic ſenſus mihi magis probatur. Hinc tibi jam conſtat ex iis quæ diximus, quod ſtorea non purificetur in lavacro, ſicuti Gemara docet, hoc eſt fundamentum magnum quod memoriæ mandandum eſt, & tum negotium de ſtorea tibi manifeſtum erit, ita ut non opus ſit id ſæpius repetere. Cæterum *ſtorea tinctorum*, eſt ea in qua veſtes deponunt. *Storea torcularium*, eſt ea qua uvas, & olivas tegunt, vel colligunt.

יא שלש חמתות ושלש תורמלין הן המקבלים כשעור טמאים מדרס ושאינן מקבלין כשעור טמאים טמא מת ושל עור הדג טהור מכלום :

11. Tres ſunt utres, & tres peræ, quæ ſecundum menſuram recipiunt, eæ immundæ ſunt calcatione, quæ vero non recipiunt juxta menſuram, eæ immundæ ſunt per eum qui mortuo pollutus eſt. Quæ vero e pelle piſcis factæ ſunt, eæ omnino mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חמתות *Utres*, utres coriacei. תורמלין ſunt peræ magnæ coriaceæ, in quas paſtor ſuas res condit. המקבלין כשיעור *quæ recipiunt juxta menſuram*, quæ menſura expoſita eſt ſuperius capite viceſimo, uter ſeptem Caborum, & pera quinque Caborum, & eo magis ſi plus contineant, quia tum inſerviunt ſeſſioni cum opere ipſorum; at non ita ſi plus contineant. *Et quæ e pelle piſcis compoſita eſt, ea omnino munda eſt*, quicquid enim ex animalibus marinis provenit, id mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקבלים כשיעור *Quæ recipiunt ſecundum menſuram*, ſi uter contineat quadraginta Cabos, & pera quinque, ſicuti expoſitum eſt capite decimo ab initio, ubi jam expoſuimus quod omne id quod e pelle piſcium factum eſt, non recipiat immunditiem; & decimo ſeptimo capite ſibi expoſita omnia marina eſſe munda.

יב שלש עורות הן העשוי לשטיח טמא מדרס לתכריך הכלים טמא טמא מת ושל

12. Tria coria hæc ſunt, quod factum eſt in expanſionem, id calcatione immundum fit; quod pro vaſorum involucris factum eſt, id immundum fit

per

ושל רצועות ושל סנדלים טהורה מכלום :

per eum qui mortuo pollutus eſt. Quod pro loris factum eſt, & pro ſandaliis, id omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לשטיח *Pro expanſione*, ad expandendum illud in terra, & ad ſedendum in ipſo. לתכריך הכלים *ad involucrum vaſorum*, ad vaſa eo involvenda, ut cultros tonſorios, & acus ut conſerventur. ושל רצועות ושל סנדלים *pro loris & ſandaliis*, intellige corium e quo excidenda ſunt loramenta, & ſandalia, quod omnino mundum eſt, quia id adhuc elaborari debet; ſed loramenta parata jam immunda ſunt, ſicuti capite decimo tertio codicis de Plagis diximas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשטיח *Pro expanſione*, ad expandendum iſtud corium in terram, & ad ſedendum in eo. *In involucrum vaſorum*, quo involucro involvuntur vaſa, ut cultri & acus, vel cultri tonſorii. ושל רצועות *& loramentorum*, eſt corium quod paratum eſt ut ex ipſo lora ſcindantur, & calcei, atque id genus alia.

יג שלשה סדינין הן העשוי לשכיבה טמא מדרס לוילון טמא טמא מת ושל צורות טהור מכלום :

13. Tria ſunt lintea; quod pro ſeſſione factum eſt, id calcatione immundum eſt. Quod pro velo, immundum eſt per eum qui mortuo pollutus eſt. Et quod pro veſte variegata factum eſt, id omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לוילון *Pro velo*, hujuſmodi velum immundum eſt per eum qui mortuo pollutus eſt, idque ſi pro ſtrato factum ſit ante januam, immundum eſt, quia ſol aliquoties idipſum calefacit. של צורות Quod paratum eſt pro veſte acupicta, in qua multæ conſpiciuntur figuræ, quibus bene conſpectis aliæ ſecundum figuras iſtas confici poſſunt veſtes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סדינים *Sindones*, notum quid ſit. וילון *velum*, notat ſtratum variegatum, quod propter elegantiam acupictionis conſpiciendum proponitur.

יד שלש טמפחות הן של ידים טמאה מדרס של ספרין טמאה טמא מת ושל תכריך ושל (ס״א ל״ג) נבלי בני לוי טהורה מכלום :

14. Tria ſunt mantilia; quod manibus inſervit, id calcatione immundum eſt; quod tonſoribus uſui eſt, id immundum eſt per eum qui mortuo pollutus eſt; quod involucris inſervit Levitarumque nabliis, id omnino mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

של ידים טמאה מדרס *Quod manibus abſtergendis inſervit, id calcatione immundum eſt*, quia id ſæpius pulvinari imponitur, in quo dormiunt. *Quod involucris vel Levitis inſervit*, Levitæ enim inſtrumenta ſua involucris involvere ſolent; alii vero homines thecam aliquam coriaceam conficere ſolent pro illis, & talis theca munda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטפחת Eſt idem quod מנטיל *mantile*, additur autem של ידים cujus ſenſus eſt quod id factum ſit ad manus abſtergendas.

טו ושלשה פרקלינין הן של צדי חיה ועוף טמא מדרס של חגבין טמא טמא מת ושל קייצין טהור מכלום :

15. Tres ſunt chirothecæ; quæ venatoribus & aucupibus uſui ſunt, eæ immundæ ſunt calcatione; quæ locuſtis venandis inſerviunt, eæ immundæ ſunt per eum qui mortuo pollutus eſt; quæ æſtivorum fructuum collectoribus inſerviunt, eæ mundæ ſunt omnino.

R. OB. DE BARTENORA.

פרקלינין Notat figuram manus coriaceam, quam aucupes induunt dum avem apprehendunt quæ Aſtur & Eſparvar dicitur, cujus ope venantur aves. Et hæc chirotheca eſt immunda calcatione, quia avis ei innititur. של חגבים *& locuſtarum*, puta chirothecam quam induunt locuſtas venaturi, cui locuſtas imponunt. ושל קוצים *& ſpicarum*, cujus ope colligunt ſpicas; alia exemplaria legunt קייצים qui ſunt ii qui fructus æſtivos exſiccant, ut ii qui ficus aridas & uvas paſſas in agro parant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרקלינין *Chirothecæ*, intellige formam manus coriaceam, qua venatores manum induunt, ut iſta manu elevent aves, & alliciant alias, Arabicæ אלקפאט dicuntur. Per קייצין intelliguntur ii qui fructus humidos arefaciunt, & uvas, ſed hæc jam ſatis expoſita ſunt alias.

יו שלש סבכות הן של ילדה טמאה טומאת מדרס של זקנה טמאה טמא מת ושל יוצאת לחוץ טהורה מכלום :

16. Tria hæc ſunt reticulata, quæ puellis inſerviunt, ea immunda ſunt immunditie calcationis; quæ aniculis inſerviunt, ea immunda ſunt per eum qui mortuo pollutus eſt; & earum quæ prodeunt foras, ea omnino munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

סבכות Eſt tegumentum aliquod reticulatum quod mulieres imponunt capitibus ſuis, multa habens foramina. ושל ילדה *& puellæ* quod ad ſeſſionem aptum eſt, & idcirco calcatio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סבכה Notat tegumentum aliquod reticulatum quod mulieres capitibus ſuis imponunt, & quod multa habet foramina, idcirco vocatur סבכה ſive id quod implexum ac reticulatum

catione immundum. ושל זקנה *& aniculæ*; cujus opera indicant quod id ipſum ad ſeſſionem inidoneum ſit. Cæterum in Toſaphta traditur opus reticulatum quod aniculæ inſervit, eſſe immundum calcatione, quia ea non eſt ſollicita de hoc, aliquando enim ei inſidet; puellæ autem reticulatum, quia illa ſollicita eſt de inſtrumentis ſuis, & iis non inſidet, idcirco immundum eſt per eum qui mortuo pollutus eſt. ושל יוצאות לחוץ *& earum quæ foras procedunt*, intellige ſudarium quod mulieres capitibus ſuis imponunt dum foras exeunt; ſunt qui exponunt illa verba יוצאות לחוץ de meretricibus, ex eo quod in Targum dicitur זונה נפקת ברא vide Gen. 34, 31. Hinc probatur quod reticulata meretricum munda ſint, quia non habentur pro inſtrumentis. Alia expoſitio notat reticulata diſrupta, plurima parte mulieris capillitiei foras prominente, quia ejuſmodi reticulata non recipiunt maximam capillitiei muliebris partem.

latum eſt, quum pili ſub ipſo conſpiciuntur. Quando autem hæc ſtructura pro puellis facta eſt, tum ad ſeſſionem apta eſt, idcirco dicitur ipſum calcatione immundum eſſe. Quod autem aniculæ inſervit, id ad ſeſſionem eſt ineptum propter magnitudinem foraminum ipſius, vel operis parationem.

ושל יוצאות לחוץ *Et earum quæ foras prodeunt*, puta machinam quam mulieres capitibus ſuis imponunt quando ab uno domicilio ad alterum ſe conferunt. Cæterum nos jam expoſuimus ſenſum verborum יוצאות לחוץ ex eo quod in Targum dicitur Gen. 34, 31. נפקת ברא זונה e quibus conſtat hocce reticulatum non eſſe aliquod כלי:

יז שלש קופות הן מהוהה שטלייה על הבריה הולכין אחר הבריה קטנה על הגדולה הולכין אחר הגדולה היו שוות הולכין אחר הפנימית רבי שמעון אומר כף מאזנים שטלייה על שולי המיחם מבפנים טמא מבחוץ טהור טלייה על צדה בין מבפנים בין מבחוץ טהור :

17. Hæ tres ſunt arcæ; ſi ſegmentum attritum aſſutum eſt integro, res procedit juxta integrum, ſi ſegmentum magnum cum parvo ſit, magni conditio attendenda eſt. Si æqualia ſint, interioris conditio attendenda eſt. R. Simeon dicit, fruſtum lancium quod aſſutum eſt fundo calefactorii, intus eſt immundum, foris autem mundum; ſi ad latus aſſutum ſit, ſive intus, ſive foris, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מהוהא Eſt panni ſegmentum detritum & veteratum. שטלייה *quod aſſutum eſt*, uti dicitur in Gemara titulo de Sabbato, טלאי על גבי טלאי, quaſi nomen veterati ſegmenti macula ſit novi. הולכין אחר הבריאה *ſequuntur naturam novæ arcæ*, hoc ſenſu, judicant de ſegmento panni boni ſecundum jus, nempe ſi arca nova immunda ſit, ſegmentum etiam immundum eſt, ſi munda ſit arca, ſegmentum mundum eſt.

קטנה על הגדולה *Parvum ſegmentum ſuper magnum*, hoc ſenſu ſive ambæ ciſtæ ſint de veſte veterata, ſive de integra, nos ſequimur naturam magni; & ſi magnum eo uſque perforatum ſit ut per foramen illius malogranatum exire poſſit, factum eſt mundum, tum quoque parvum ei conjunctum, eſt mundum, licet id ſit integrum. Si vero magnum ſit integrum, quod immunditiem recipit, etiam parvum ei affixum, eſt immundum, licet per foramen illius malogranatum penetrare poſſit.

הולכין אחר הפנימית *Eunt poſt interius ſegmentum*, hoc ſenſu, ſi interius ſegmentum pollutum ſit, etiam exterius pollutum eſt, & ſi interius mundum ſit, etiam exterius mundum eſt. R. Simeon dicit, fruſtum lancis, &c. hæc dicit ad doctoris primi verba exponenda; & porro ſermo eſt de lance e re fuſili contecta, quæ immunditiem contraxit, etenim ſi calefactorio aliquid aſſutum ſit interius in parte inferiori, pollutum eſt calefactorium; ſi vero exterius ei quid aſſutum ſit, mundum eſt.

טליה על צדה *Si lateri aliquid aſſuerit*, ſi lateribus calefactorii aliquid aſſuerit, & non inferioribus partibus, ſive intus ſive foris id factum fuerit, mundum eſt; cæterum totius rei concluſio hæc eſt, quod calcatione pollutum eſt, & eo qui mortuo pollutus eſt, & quod omnino pollutum eſt, cujuſmodi hic memorantur, ita intelligas volo, quicquid aptum eſt ad cubitum, vel id quod pro cubitu factum eſt, ſive pro ſeſſione, ſive pro fulcimento, id calcatione pollutum eſt; niſi id ſit vas teſtaceum, nam ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 15, 5. איש אשר יגע במשכבו docemus quod cubile aſſimiletur ſeminifluo, nempe, ſicuti ſeminifluus in lavacro purificatur, ita quoque cubile ipſius; vaſe teſtaceo excepto quod in lavacro non purificatur. Storea vero pro cubitu facta, etſi illa in lavacro non purificetur, quia ſcriptum eſt Levit. 11, 32. כל כלי אשר יעשה מלאכה בהם במים יובא vaſa ergo aqua abluenda ſunt, at hæc non eſt vas; nihilominus tamen calcatione immunda eſt ſtorea, quia eam includimus iis quæ dicta ſunt Levit. 15, 4. כל המשכב אשר ישכב ubi vox כל *omne* includit ſtoream; ſed ea non purificatur niſi donec diſcindatur, non relictis ſex palmis quaquaverſum. Omnia autem vaſa lapidea, ſtercorea, & terrea omnino munda ſunt, ut & quicquid e mari provenit; vas autem ferreum quod quadraginta comprehendit Sata in humidis, quæ duo Cori ſunt in aridis, etiam omnino mundum eſt, quia id non transfertur dum plenum eſt. Sic etiam ſe res habet cum re quæ juri vaſis non eſt obnoxia, vel ei quidem obnoxia, ſed non uſui humano deſtinata, at vero miniſtrantia uſui eorum quæ hominibus miniſtrant, munda ſunt, ut olivarum Tarcos, ſtorea torcularium, & ſindones figuratæ, quæ omnino munda ſunt, quia illa non cenſentur eſſe vaſa hominibus miniſtrantia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מהוהה Idem eſt quod בלויה *ſegmentum detritum.* בריאה idem quod חזקה *forte.* Senſus autem illius quod dicitur, *eunt poſt integram arcam, poſt magnum ſegmentum, & poſt interius*, eſt, quod ſi illa arca poſt quam eunt, id eſt ſecundum quam ſtatus juris conſideratur, jam adeo ſit perforata ut malogranatum exeat, tum illa ipſa jam munda eſt, licet altera adhæſerit integræ. Cæterum R. Simeon in hac ſimilitudine dicit, quod poſtquam fundus calefactorii igne perforatus ſit, & quis bilancem ſumpſerit æneam, eamque cum fundo calefactorii conglutinaverit, ad ipſum roborandum, tum ſi ipſum intus conglutinaverit, calefactorium in ſuo manet jure, & immunditiem recipit. Sin autem exterius ipſum conglutinaverit, tum conglutinatio conſpicitur, & tum mundum eſt; at vero ſi in latere calefactorii conglutinaverit ipſum, latus ipſius quoque jam perforatum ac debilitatum eſt, & tum illud omnino mundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. Cæterum hujuſce capitis fundamenta in præcedentibus tibi jam expoſui, nempe, quod omne id quod ad ſeſſionem ineptum eſt, imo licet aptum ſit, ſed non factum pro ſeſſione, ſit mundum a calcatione, ſed immundum mortuo; reliquiſque impuritatibus, quia id כלי dicitur, ſicuti capite viceſimo pro fundamento ſtatuimus. Quicquid autem in hoc capite de ipſo dicitur quod omnino mundum ſit, id intelligas ſi id factum ſit e luto, tum enim non recipit immunditiem, ſicuti vaſa lapidea, & quicquid in mari eſt, uti capite decimo expoſitum eſt; vel ſi ligneum ſit vas quadraginta Sata continens, ſicuti capite decimo quinto expoſuimus; vel ſi id non obnoxium ſit juri vaſis, vel non ſit in uſum humanum, ſicuti capite ſeptimo expoſuimus; & ſecundum hoc fundamentum Tarcos olivarum, ſtorea torcularium, & ſindon figurata, atque id genus alia non recipiunt immunditiem; hoſce ſenſus intelligas volo, quia iſti fundamentum comprehendunt ſecundum quod omnes immundities, & mundities ratione inſtrumentorum cognoſcere potes in vaſis quorum nomina e Miſna cognoveris, vel non.

פרק כה כל הכלים יש להם אחוריים ותוך כגון הכרים והכסתות והשקין והמרצופין דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר כל שיש לו תוברות יש לו אחוריים ותוך וכל שאין לו תוברות אין לו אחוריים ותוך השלחן והדלפקי יש להם אחוריים ותוך דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר אין להם אחוריים וכן טבלה שאין לה לזביז :

Caput 25. Omnia inſtrumenta habent exteriora & interiora, ut pulvinar & pulvillus, ſacci, & marſupia, ita R. Jehuda.* R. Meyr dicit, quod habet laqueos, id etiam exteriora habet & concavum, quod autem non habet laqueolos, id nec poſteriora nec interiora habet. Menſa & abacus habent exteriora & interiora, ita R. Jehuda. R. Meyr dicit, non habent exteriora; ita nec tabula quæ non habet loricam.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הכלים יש להם אחוריים ותוך *Omnia inſtrumenta habent exteriora & concavum*, ſi inſtrumenta immunda polluta ſint potibus immundis, & potus iſti tetigerint exteriora alicujus inſtrumenti, tum exteriora quidem polluta ſunt, at non interius concavum, quia immundities potuum quæ inſtrumenta polluit, non ſit ex inſtitutione Legis, idcirco Sapientes allevarunt in immunditie ipſorum. At ſi interius concavum ſit pollutum, ut, ſi immundi potus tetigerint interius, exteriora ſunt polluta; ſenſus vero illius quod auctor dicit, *ſunt iis exteriora & interiora*, eſt quod jus interioris partis diverſum ſit ab exteriori.

כגון הכרים והכסתות *Ut pulvinaria & pulvilli*, licet iis interius & exterius utantur, quia inverti poſſunt, ita ut interius fiat exterius, & contra, nihilominus tamen jus interioris partis diverſum eſt ab exterioris jure. מרצופין ſunt ſacci magni coriacei in quibus merces ad naves ferunt.

כל שיש לו תוברות *Quod habet fracturas*, puta laqueolos, nam femoralibus aſſuti ſunt in ſuperficie veſtis, talis ſaccus habet exteriora & interiora, nam quia illa habent liqueolos, idcirco inverti nequeunt, & interior pars ſuperficiei differt ab exteriori. Cæterum quando non adſunt tales laqueoli ut inverti poſſint, tum interioris ſuperficiei conditio non diverſa eſt ab exteriori; at ſi potus immundi tetigerint exteriorem vel interiorem ſuperficiem, totum inſtrumentum pollutum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. *Menſa & abacus habent exteriorem & interiorem ſuperficiem*, nam R. Jehuda putat, quod cum ſuperficies illorum lævis ſit, ea pro interiori quadam parte ſit habenda; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio hujuſce codicis quod immundi potus vaſa & inſtrumenta polluant ex inſtitutis Sapientum. Hic autem dicit auctor quod ea concavum aliquod habent & exteriora, ac ſi dixiſſet, quod juri concavi & exteriorum partium ratione immunditiei obnoxia ſint, nempe, quod ſi poſteriora vaſorum & inſtrumentorum partes immundæ ſint, tamen concavum illorum non pollutum ſit. Cæterum jam aliquoties in Miſna, atque in codice de Feſtis Solemnibus expoſuimus quod vaſis potibus immundis pollutis interius, omnes partes ſint immundæ. Sed R. Meyr dicit quod hicce juris caſus duntaxat intelligendus ſit vulgari quodam modo, & tum dicimus quod exteriora polluta ſint; tamen concavum non ſit pollutum; at vero ſi vas non habeat anſam, res judicatur modo vulgariori, ſi id potibus pollutum ſit, ſive exterius ſive interius totum pollutum eſt; Targum vocem שבר *fracturam* vertit per תבר, idcirco תובר hic dicitur *laqueolus*, ſive *lorum*, eo quod fractum eſt, & collectio תוברות dicitur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Senſus vero illius quod dicit אין לו אחוריים ותוך *non eſt ei exterius neque interius*, eſt, quod inſtrumentum non habet concavum aliquod interius, at vero ſi exterius id pollutum ſit potibus, totum inſtrumentum eſt pollutum; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ב המרדע יש לו אחוריים ותוך משבעה לחרחור מארבעה לדרבן דברי רבי יהודה רבי מאיר אומר אין להם לא הוזכרו ארבעה ושבעה אלא לשיריים :

2. Stimulus habet exteriora & interiora; e ſeptem palmis pro ligone, e quatuor pro aculeo, ita R. Jehuda. Sed R. Meyr dicit, non habent, nec quatuor & ſeptem palmorum mentio facta eſt, niſi pro reſiduis.

R. OB. DE BARTENORA.

מרדע *Stimulus*, eſt baculus longus, rotundus, & craſſus trientem palmi, cujus una extremitas eſt lata & acuta ad radices ea amputandas, & illius nomen eſt חרחור: in altera extremitate etiam ferrum eſt, & דרבן vocatur, in quo eſt מלמד *ſtimulus* quo boves aguntur ad ſulcos exarandos. *E ſeptem pro ligone, & quatuor pro ſtimulo* דרבן, ſi potus immundi inciderint in ligonem, tum de מרדע non plus quam ſeptem palmi polluti ſunt; ſi vero ii in דרבן inciderint, quatuor duntaxat palmi polluti ſunt. Maimonides exponit quod ſi liquores immundi inciderint in מרדע, præter ſeptem palmos de חרחור, vel præter quatuor palmos de דרבן, ſit inſtar vaſis cujus poſteriora polluta ſunt, & non interiora. Septem vero palmi qui חרחור vicini ſunt, & quatuor qui דרבן ſunt vicini, non polluti ſunt. אלא לשירים *ſed pro reſiduis*, cum Sapientes pro חרחור ſtatuerunt menſuram ſeptem palmorum, & quatuor pro דרבן, hoc ſenſu duntaxat ſtatuerunt, nempe, quod מרדע fractum relictis circa חרחור ſeptem palmis, vel quatuor circa דרבן, immundum ſit, quia fragmentum aptum eſt ut eo fiat aliquod opus; ſed totidem palmis non relictis, fragmentum inſtrumenti eſſe cenſetur, quod mundum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרחור Notat ferrum aliquod lanceæ ſimile, quod in extremitate ſtimuli eſt. דרבן notat ferrum quod in altera extremitate aculeum habet, & in ligno ſuo comprehendit ferrum quod vocant מרדע: Porro dicit auctor quod ſeptem palmi de ligno ſtimuli ex eo quod ad ferrum extenditur in una extremitate חרחור dicta, ut & quatuor palmi de hocce ligno quod ad extremitatem דרבן *aculei* extenditur, cenſeantur ut interiora inſtrumenti, quicquid autem ſit præter haſce menſuras, id cenſetur poſteriora eſſe. Cum igitur immundi potus inciderint præter ſeptem palmos in ligone, & quatuor in ſtimulo, locus pollutus & id quod ei adhæret exterius, immunda ſunt; & ſeptem palmi qui ad ligonem extenduntur, vel quatuor qui ad aculeum extenduntur, mundi ſunt, ſecundum jus inſtrumenti cujus exteriora polluta ſunt, at non interiora. R. Meyr dicit, licet potus immundi ceciderint in extremitatem ſtimuli, tamen totus pollutus eſt. Cæterum hæ menſuræ memoratæ ſunt pro reſiduis, nempe, ſi fracta fuerint inſtrumenta hiſce relictis menſuris, tum fragmenta iſta immunditiem recipiunt, quia in ipſis opus aliquod peragi poteſt; ſi vero haſce menſuras non habeant fragmenta, tum non polluuntur; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג מדות יין ושמן וזומא ליסטרא ומסננת של חרדל ומשמרת

3. Menſuræ vini & olei, ſpathæ, colum ſinapi,

ומשמרת של יין יש להם אחוריים ותוך דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר אין להם רבי שמעון אומר יש להם נטמאו מאחוריהן מה שבתוכן טהור וצריך להטביל :

napi, ſaccus colatorius vini habent exteriora & interiora, ita R. Meyr. Sed R. Jehuda dicit, non habent. R. Simeon dicit, habent. Si poſteriora polluta ſint, interiora ſunt munda, & abluenda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

זומא ליסטרא *Spathæ*, notat inſtrumentum quod in una extremitate habet cochlear, in altera vero rudiculam, cochleari educunt juſculum ab olla, rudicula vero educunt carnem. R. Jehuda dicit quod non habeant poſteriora, nec interiora, & hoc putat quia omnia iſta vaſa exterius habent excavationem aliquam in qua deponuntur, ſicuti vaſis argenteis facere ſolent; aliquando autem ea circa os conteguntur, & tum concavo eorum uti ſolent a poſteriori parte. R. Simeon dicit, reſpectu illius quod in ipſis eſt, obnoxia ſunt juri de exſterioribus partibus, & inferioribus, nam etſi interiores partes pollutæ ſunt, tamen non pollutæ ſunt res quæ in ipſis continentur. Sed reſpectu ipſorum vaſorum non differt jus in interioribus & poſterioribus partibus, nam ſi poſteriores pollutæ ſint, totum vas lavandum eſt, ac ſi interius etiam pollutum eſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זומא ליסטרא *Spathæ*, eſt ferreum inſtrumentum quod in extremitate una habet figuram, in altera vero aliquod veru trium palmorum. R. Simeon rem aſſimilat ei quod præponderat, nempe, quod ſi hæc vaſa exterius polluta fuerint liquoribus, id quod in ipſis eſt, ſit mundum, attamen totum vas abluendum eſt, ac ſi totum pollutum eſſet. Dixerunt autem in caſu quo vas ipſum pollutum eſt, quod id non habet exteriora ſecundum R. Jehudam; idcirco vas immergunt; nam poſtquam poſteriora polluta fuerint, totum vas pollutum eſt reſpectu immunditiei, & quod intus eſt, juri exterioris ſuperficiei ſubjectum eſt; at exterioribus pollutis non polluta ſunt interiora; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ד הרובע וחצי הרובע נטמא הרובע לא נטבא חצי הרובע נטמא חצי הרובע לא נטמא הרובע אמרו לפני רבי עקיבא הואיל וחצי הרובע אחוריים לרובע כלי שנטמא תוכו לא נטמא אחוריו אמר להן של כת קודמין היא או שמא הרובע אחוריים לחצי הרובע כלי שנטמאו אחוריו לא נטמא תוכו :

4. Cabi quartarius ſi ſit, & dimidium quartarii, tum quartario iſto polluto non pollutum eſt dimidium illius, nec contra. Dixerunt coram R. Akiba, cum dimidium quartarii ſit exterior pars quadrati, nonne cum merito vas interius pollutum eſt, etiam exterius pollutum ſit? Reſpondit eis, claſſis doctorum qui ante nos fuerunt, id dixere, vel forſan quartarius eſt pars exterior pro dimidio quartarii, nonne etiam vas exterius pollutum, etiam interius pollutum ſit?

R. OB. DE BARTENORA.

הרובע וחצי הרובע *Quartarius & dimidium quartarii*, puta ſegmentum aliquod ligneum craſſum & oblongum, in quo duæ ſunt menſuræ excavatæ, una prope alteram, quarum una continet quartarium cabi, altera vero dimidium quartarii, pariete inter utramque dividente.

כלי שנטמא תוכו *An non vas interius pollutum*, hæc enim cum interrogatione quadam legenda ſunt, hoc ſenſu, ſi vas interius pollutum ſit, nonne exterius quoque pollutum ſit? at vero quare auctor tradit, *tamen dimidium quartarii non eſt pollutum*, an non hoc eſt exterior quartarii pars? שלורת קודמין היא *mutuatio nonne antecedit*, hoc ſenſu, quælibet pars alteri conjuncta eſt, & idcirco una non antecedit alteram; & quia tu dicis, dimidium quartarii habeat exteriora pro quartario, etiam dixeris quod quartarius habeat poſteriora pro dimidio quartarii, & tum quartario polluto, etiam exteriora dimidii quartarii polluta ſint, & non interiora illius; magiſtri vero mei legunt, של כת קודמים היא *claſſis doctorum qui nos præceſſerunt, ita docent*, eo quod turmæ diſcipulorum coram R. Akiba ſedebant in ordinibus ſuis, & tum iis dixit, hanc quæſtionem a me jam quæſiverunt ii qui ſedent in ordine primo, quibus ego, aut forſan quartarius exteriora habet pro dimidio quartarii &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרובע וחצי הרובע *Quartarius & dimidium quartarii*, hoc ſenſu, faciunt duo vaſa excavata ex uno ligno, vel e duobus lignis conjunctis, in hac figura. Et dixerunt coram R. Akiba, hanc menſuram parvam eſſe quaſi exteriores magnæ menſuræ partes, cujus fundamentum eſt, vas quod interius pollutum eſt, id exterius quoque pollutum eſt, ſicuti ab initio capitis expoſuimus. Si vero liquoribus immundis id pollutum fuerit, tum ſenſus eſt quod dimidium quartarii ſit pollutum. Dixit ipſis R. Akiba, utriuſque eſt una computatio, ſicuti dixit, ſicuti quartarii dimidium habet exteriora pro quartario, ita quartarius pro dimidio quartarii, quia una menſura non antecedit aliam in aliqua re, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *claſſis priorum menſurarum*; eo ſcil. ſenſu quo fieri poteſt ut ponat priorem quamcunque voluerit; altera vero ad hanc protrahitur, & quicquid relinquitur in eo primum, de eo fieri poteſt ut dicat ipſum eſſe poſtremum; verba R. Akibæ ſunt veriſſima.

ה נטמא הרובע הרובע ואחוריו טמאין חצי הרובע ואחוריו טהורין נטמא חצי הרובע חצי הרובע ואחוריו טמאין הרובע ואחוריו טהורין נטמאו אחורי הרובע אחורי חצי הרובע טהורין דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אין חולקים את הגביין וכשהוא מטביל מטביל את כולו :

5. Polluto quartario etiam exteriora ejus polluta ſunt; ſin dimidium quartarii, exteriora ejus munda ſunt; ſi dimidium quartarii pollutum ſit, dimidium quartarii & ipſius exteriora polluta ſunt, ſed quartarius & exteriora illius munda ſunt. Si quartarii exteriora polluta ſint, tum exteriora dimidii quartarii munda ſunt, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, non dividunt interſtitia, & quando immergit, tum ipſum immergit totum.

R. OB. DE BARTENORA.

הרובע ואחוריו טמאים *Quartarius cabi & illius exteriora im-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נטמא הרובע *Pollutus eſt cabi quartarius*, hoc ſenſu, interior

immunda ſunt, per quartarium intelligas interiora, per exteriora autem parietem quartarium exterius undique cingentem, ſed interſtitium inter utrumque dividens inter quartarium & dimidium quartarii; latus vero juxta mundum eſt juxta dimidium quartarii. Pariter ſi dimidium quartarii pollutum ſit, etiam exteriora illius polluta ſunt. Per *dimidium quartarii* intelligitur ſpatium interius; per *exteriora illius* intelliguntur ſuperficies dimidium quartarii circumdans exterius; & interſtitium inter latus & quartarium continetur ſub interiori quartarii ſpatio. נטמאו אחורי הרובע *polluta ſunt exteriora quartarii*, puta ſuperficiem exterius eum circumdantem. אין חולקים את הגביים *non dividunt interſtitia*, videlicet omnem ſuperficiem quæ polluta eſt, quando aliqua pars illius polluta eſt. מטביל כלו *immerget totum*, quartarium ſcilicet & dimidium illius; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Jus autem de interſtitio medio jam expoſitum eſt ſupra capite ſecundo. Nam R. Jochanan filius Nuri dicit, dividunt craſſitiem illius, quod immunditiei inſervit, id immundum eſt, quod vero munditiei inſervit, id mundum eſt.

rior pars eſt polluta; eodem ſenſu quoque dixit auctor, pollutum eſt dimidium quartarii, non dividunt interſtitia, non confirmamus latera niſi donec dicamus, una pars hujus ſuperficiei munda eſt, & altera immunda; ſed quartarius eſt mundus, & dimidium quartarii immundum, licet una ſuperficies redeat ad præcedentes articulos omnes, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, quartarius immundus eſt, ſed dimidium quartarii mundum eſt, vel contra. Poſtea dicit, *quando immergit, tum immergit totum*, licet ea quæ polluta ſunt, unica ſint duntaxat res e duabus compoſita, quia alia eſt ſubſtantia; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו כני כלים ואוגניהן ואזניהם וידות הכלים המקבלים שנפלו עליהן משקין מנגבן והם טהורים ושאר כל הכלים (שאינם יכולים לקבל רימונים) שאין להם אחוריים ותוך שנפלו משקין על מקצתו כולו טמא כלי שנטמא אחוריו במשקין אחוריו טמאין תוכו ואוגנו ואזנו וידיו טהורין נטמא תוכו כולו טמא:

6. Baſes vaſorum, eorumque margines, anſæ, & manubria vaſorum recipientia, in quæ liquores ceciderint, abſterguntur, & ita purificantur. Reliqua vero vaſa quæ malogranata recipere nequeunt, neque ſuperficiem, neque concavum aliquod habent, ſi in aliquam eorum partem inciderint liquores, omnia immunda ſunt. Si vaſis ſuperficies polluta ſit potibus, ſuperficies immunda eſt, concavum autem, anſæ, & manubria ſunt munda; ſed polluto concavo omnia polluta ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כני הכלים *Baſes vaſorum*, nam in Targum ad Exod. 37, 17. vox כנו exponitur per בסיסיה *baſes ejus*. Per אוגני notantur margines vaſorum. Per אוני intelliguntur loca vaſorum cui manubria infiguntur. המקבלים *quæ recipiunt*, quæ concavum aliquod habent. מנגבן והן טהורין *abſtergunt ea & tum immunda ſunt*, quia hic nulla eſt conjunctio ad immunditiem liquorum introducendam pro vaſe quod receptaculum habet & cui abſterſio ſufficit pro purificatione; ſed vas quod non habet concavum, immergi debet. אזנו וידיו טהורים *anſæ & manubria ſunt munda*, Sapientes hic diſcrimen aliquod fecerunt, ne ſcilicet oblatio prima in iis combureretur, nec res ſanctæ; at vero reſpectu oblationis primæ & non reſpectu rerum ſanctarum hoc diſcrimen fecit auctor, ſicuti inferius tradit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Baſes vaſorum ſive pedes quibus inſident vaſa, margines, colla, & anſæ ex ipſis vaſis prodeuntes, cui manubrium inſidet, ſicuti urceis & ollis æneis facere ſolent, quæ manubria habere ſolent. Notum porro eſt quando auctor dicit, ſi liquores inciderint in illa, intelligi liquores immundos; etenim de immunditie liquorum in vaſis ex decreto Sapientum tibi jam conſtat, cujus rei ſumma hæc eſt, quod ii immundum ſtatuerint pro ipſo vaſe, at ſi immundi liquores inciderit in os, vel in marginem exterius, vel in anſam, tum vas non pollutum eſt, ſic etiam ſe res habet cum manubrio, licet id receptaculum habeat, nam ſumma rei quam decreverunt, huc redit, quod vaſa, & non manubria polluantur; hæc clara ſunt.

ז כל הכלים יש להם אחוריים ותוך ויש להם בית צביעה (נ"א צביטה) רבי טרפון אומר לעריבה גדולה של עץ רבי עקיבא אומר לכוסות רבי מאיר אומר לידים הטמאות והטהורות אמר רבי יוסי לא אמרו אלא לידים הטהורות בלבד:

7. Omnia vaſa habent ſuperficiem, concavum & apprehenſionem. R. Tarphon dicit, illa habet mactra magna lignea. R. Akiba dicit, pocula. R. Meyr dicit, manus habent impuritatem & puritatem. R. Joſe dicit, de manibus mundis tantum locuti ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בית הצביטה *Domus extenſionis*, ita enim nos tradimus, notatque locum in quo vas extendunt quando id ex uno loco in alium transferunt, hoc ſenſu in Targum phraſis Ruth. 2; 14. ויצבט לה vertit per ואושיט *& porrexit*. Alii legunt הצביעה notatque locum cui digitos imponunt; cum igitur ſuperficies alicujus vaſis polluta ſit, domus illa extenſionis ſive apprehenſionis nondum polluta eſt, & contra.

עריבה גדולה *Mactra magna*, e ligno confecta, quæ locum apprehenſionis habet, cum hac ita comparatum eſt, ſed non cum aliis vaſis, quia in magna mactra diſtinctio eſt inter domum receptionis & ſuperficiem ejus, nam ſi in ſuperficie mactræ ſint liquores, & manus immundæ apprehenderint locum apprehenſionis, nemo ſollicitus erit de tactu liquorum in ſuperficie mactræ, ne illis denuo polluatur mactra.

רבי מאיר אומר לכוסות *R. Meyr dicit, poculis*, ipſis ſcilicet eſt domus apprehenſionis. *R. Joſe dicit, de manibus immundis, & mundis*, nempe, diſtinctio eſt inter domum apprehen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בית הצביעה *Domus apprehenſionis*, notat locum quo vas prehenditur in craſſitie[illegible] ſuperius, ne manus immittatur in fundum vaſis. Dicit autem R. Tarphon has conditiones obtinere in mactra magna tantum, in qua jus de domo apprehenſionis locum habet, nempe, quod ſuperiori vaſis parte polluta non ſit polluta domus apprehenſionis. R. Akiba dicit, hoc jus in magno poculo duntaxat obtinere, quod ſuperiori poculi parte polluta non polluta ſit locus apprehenſionis. Sed R. Meyr ſtatuit, cum ſit locus apprehenſionis, hinc jus diverſum eſt a ſuperiori poculi parte; ſed hoc ita intelligendum eſt quando manus eſt munda vel immunda, hoc ſenſu, ſi manus hominis ſit immunda, & apprehenderit vas in loco apprehenſionis, tum liquores in domo apprehenſionis polluti ſunt, & ipſa domus apprehenſionis ſive anſa, ob iſtos liquores; ſed vaſis ſuperficies non polluta eſt. Liquores autem qui veniunt ob manus, ſunt leviſſimæ immunditiei ſicuti in principio expoſuimus. Pariter, ſi vaſis ſuperficies immunda ſit, & manus mundæ, & non-

henſionis & ſuperficiem : *manus immundæ*, ſicuti expoſui, *& mundæ*, ſicuti ſequenti Miſna exponitur. R. Joſe dicit manuum mundarum hac in parte nullam rationem habendam eſſe, ſed immundarum; deciſio eſt ſecundum doctorem primum, & ſicuti expoſuit R. Joſe.

nonnemo anſam vaſis apprehenderit, tum manus non pollutæ ſunt. R. Joſe dicit, anſam diviſam eſſe a ſuperficie vaſis; ſed hoc tantum de manibus mundis intelligendum eſt, poſtquam homo vas reſtituerit in anſa ſua, tum manus illius ſe habent ſicuti antea erant ratione puritatis, licet ſuperficies vaſis ſit immunda, uti patet ex hoc capite, quod manus polluantur ſuperficie vaſis polluti liquoribus, ita ſentit R. Joſua, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Manibus. Sapientes vero dicunt quod vas patre immunditiei pollutum tantum, ſit id quod manus polluat, ſicuti illic expoſitum eſt, deciſio eſt ſecundum doctorem primum, dicentem quod omnia vaſa habeant anſas. Sed R. Joſe ſtatuit hæc intelligenda eſſe quando manus non pollutæ ſunt in domo apprehenſionis ſive anſa, licet ſuperficies poculi immunda ſit.

ח כיצד היו ידיו טהורות ואחורי הכוס טמאים אחזו בבירת צביעתו אינו חושש שמא נטמאו ידיו באחורי הכוס היה שותה בכוס שאחוריו טמאים אינו חושש שמא נטמא המשקה שבפיו באחורי הכוס וחזר וטימא את הכוס קומקום שהיא מרתיח אינו חושש שמא יצאו משקין מתוכו ונגעו באחוריו וחזרו לתוכו :

8. Quomodo? ſi manus ejus ſint mundæ, & poculi ſuperficies immunda, & eæ prehendant anſam, non eſt ut cogitet ipſius manus forſan pollutas eſſe ſuperficie poculi. Si biberit e poculo cujus ſuperficies polluta eſt, non eſt ut cogitet potus in ore ipſius exiſtentes per ſuperficiem poculi pollutos eſſe. Si denuo polluerit poculum, non eſt ut putet potus forſan ex cucuma prodiiſſe & tetigiſſe ſuperficiem ipſius, & poſtea rediiſſe ad concavum ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

היו ידיו טהורות *Si manus illius ſint mundæ*, & ſuper eas extiterit liquor humectans. *Non eſt ut putet forſitan pollutos eſſe*, eos ſcil. liquores qui ſuper manus illius ſunt, eſſe pollutos ſuperficie poculi, & eoſdem denuo polluiſſe manus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ſatis clara ſunt ex iis quæ ſuperiori Miſna explicata ſunt.

ט כלי הוקדש אין להם אחוריים ותוך ואין להם בירת צביעה ואין מטבילים כלים בתוך כלים לקדש כל הכלים יורדין לידי טומאתן במחשבה ואינן עולים מידי טמאתן אלא בשנוי מעשה שהמעשה מבטל מיד מעשה ומיד מחשבה ומחשבה אינה מבטלת לא מיד מעשה ולא מיד מחשבה :

9. Vaſa ſacra non habent ſuperficiem, nec concavum, nec anſam, neque vaſa immergi ſolent in vaſis pro ſacris. Omnia vaſa in immunditiem deſcendunt cogitatione, & non aſcendunt ex immunditie ipſorum niſi mutatione operis, opus enim deſtruit opus, & cogitationem, ſed cogitatio non deſtruit opus, nec cogitationem.

R. OB. DE BARTENORA.

אין להם אחורים ותוך *Non habent ſuperficiem nec concavum*, idcirco ſi quis unam ex hiſce tetigerit rebus, perinde eſt ac ſi totum tetigiſſet; quod autem ſuperficiem habeant & concavum, ſicuti ſupra expoſitum eſt, id duntaxat ratione oblationis primæ intelligendum eſt. *Neque vaſa immergunt in vaſis*, quando ambo immunda ſunt, quia gravitas vaſis dividit, & de ſacris magis ſolliciti fuerunt quam pro oblatione prima. יורדים לידי טומאתן במחשבה *deſcendunt in immunditiem cogitatione*, ut, ſi quis de annulo beſtiis applicando, qui non recipit immunditiem, cogitaverit ſe eum collo humano applicaturum, tum is immunditiem recipit abhinc & ulterius cogitatione iſta. Sed annulus qui hominibus apponi ſolet, ſi quis de ipſo cogitaverit ſe illum beſtiæ alicui appoſiturum, ſemper immunditiem recipit, niſi donec quis aliquam in forma illius immutationem fecerit. ומחשבה אינה מבטלת לא מיד מעשה ולא מיד מחשבה *ſed cogitatio non facit ceſſare e poteſtate operis, neque e poteſtate cogitationis*, ſi poſtquam cogitaverit de annulo beſtiæ applicando ſe eum homini applicaturum, tum iſte annulus immunditiem recipit hac cogitatione; ſi vero poſtea de ipſo cogitaverit ſe ipſum beſtiæ reſtituturum, tum iſta cogitatio ſecunda non liberat ab immunditie, quæ in ipſum per primam cogitationem incidit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ expoſitio ita ſe habet, quicquid in hoc capite memoratum eſt, id hoc ſenſu dictum eſt, ſi vaſis ſuperficies polluta eſt, illius concavum non eſt pollutum, & ſi ſuperficies polluta ſit, tamen anſa illius non polluta eſt; ſed hoc ratione oblationis primæ duntaxat intelligendum eſt, at vero ratione ſanctitatis vas cujus ſuperficies polluta eſt, totum pollutum eſt, & hoc ſenſu dicitur, *vas ſanctum non habet ſuperficiem, neque concavum, neque anſam*. Pariter neque licitum eſt vas aliquod in alio vaſe abluere ratione ſanctitatis, ſicuti vaſa parva ſolent imponere magnis, & ea ſimul in lavacrum immittere; ſed quodlibet vas ſeorſim ablui debet, & hic ſenſus eſt neceſſarius in ſanctis. Sed ratione oblationis primæ unum vas in alio ablui poteſt, & hoc ita ſe habet ob excellentiam ſanctitatis; ſed hæ res jam memoratæ ſunt ſub genere ſanctitatum, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Feſtis Solennibus. Dicit vero auctor Miſnicus, *deſcendunt in immunditie ipſorum, per cogitationem*, exempli gratia in eo quod tibi expoſui, quod annulus hominis recipiat immunditiem, at non animalis annulus; ſi igitur quis habuerit annulum animalis, & de illo cogitaverit ſe annulum hominis cuſtoditurum, tum iſte immunditiem admittit per illam cogitationem, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *deſcendunt in immunditie ipſorum per cogitationem*. Si vero deinceps cogitaverit de hocce annulo denuo alicui animali applicando, ſicuti antea fuerat, tum iſte annulus per hanc cogitationem non liberatur ab immunditie ſua, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *cogitatio non deſtruit e poteſtate operis, neque e poteſtate cogitationis*. At vero ſi fuerit annulus hominis qui immunditiem recipit, & quis cogitaverit ſe eum animali alicui applicaturum, tum hæc cogitatio fruſtra contigit donec id opus peregerit; & ſi quid addiderit vel formam immutaverit, & reſtituerit, tum non recipit immunditiem, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *non aſcendunt e poteſtate immunditiei ipſorum niſi per operis immutationem*, atque hæc eſt regula generalis veriſſima, de qua nihil dubitandum eſt, quam memoriæ mandes volo, cum illius uſus haud exiguus ſit.

פרק כו סנדל עמקי וכים של שנצות רבי יהודה אומר

Caput 26. Sandalium Amacæum, & marſupium loris

אומר אף כפיפה מצרית רבן שמעון בן גמליאל אומר
אף סנדל לדיקי כיוצא בהן הרי אלו מיטמאין
ומיטהרין שלא באומן אמר רבי יוסי והלא כל הכלים
מיטמאין ומיטהרין שלא באומן אבל אלו אף על פי
שהן מותרין טמאין שההדיוט יכול להחזירם לא
אמרו אלא בכפיפה מצרית שאף האומן אינו יכול
להחזירה :

loris inſtructum, R. Jehuda dicit, etiam caniſtrum viminoſum, Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, etiam ſandalium Ladicæum, ejuſdem generis eſt, & fiunt immunda, & denuo munda fiunt absque artifice. Dixit R. Joſe, nonne omnia vaſa polluuntur, & purificantur abſque artifice? ſed hæc immunda ſunt licet licita ſint, idiota enim illa reſtituere poteſt, itaque de corbe viminoſa tantum locuti ſunt, quam ne quidem artifex reſtituere poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

סנדל עמקי *Sandalium Amacæum*, eſt ſandalium quod in pago Amaci conſtruebatur. כיס שנצות *marſupium loris inſtructum*, habet id corrigias laqueolis infixas circa marginem marſupii, quarum ope marſupium conſtringitur dum iſtæ hinc illinc trahuntur.

כפיפה מצרית *Caniſtrum e vimine confectum*, notat caniſtrum e vimine palmitum confectum, ſolebant enim ſtirpes & virgulas adducere, eaſque diſciſſas facere in figuram funiculi, unde poſtea faciebant caniſtra.

סנדל לדיקי *Sandalium Ladicæum*, notat ſandalium quod urbis Ladiceæ cives faciebant. *Hæc purificabantur & polluebantur abſque opifice*, quia hæc omnia habent corrigias, ita ut non opus ſit ea colligare, ſed expanſa corrigiis ſponte ſua conſtringuntur, & aperiuntur ope aliarum corrigiarum eo modo quo facere ſolent marſupia apud nos; iſtis vero diſſolutis corrigiis, munda ſunt, quia non amplius claudenda vel aperienda ſunt. R. Joſe putat quod immunda ſunt licet diſſoluta ſint, quia idiota ea reſtituere poteſt, excepto caniſtro, quod ne quidem opifex reſtituere poteſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod vaſa coriacea & lignea e Lege pollui poſſunt, quæ in reliquis impuritatibus tantum recipiunt, illa vero vaſa quæ hic numerantur, expanduntur, denuo colliguntur, redduntur & recipiunt, quia loramenta habent & anſulas quæ loramenta ingrediuntur, & ita colligant vas. סנדל עמקי *ſandalium Amacæum*, notat ſandalium quo incedunt in terris humidis & profundis, & figura illius nota eſt. סנדל לדיקי *ſandalium Ladicæum*, ita dicitur ſandalium terræ alicui proprium, & hoc genus ſandaliorum hodie notum eſt in Ladicea. Senſus vero illius quod dicitur, *polluuntur & purificantur abſque opifice*, hoc eſt, poſtquam anſulæ inſertæ ſunt loramentis, licet ſit vas opificis, & marſupium colligetur donec redeat vas receptaculi, tamen id pollutum eſt. Pariter ſi id ſit opus artificis, & poſtea idiota quiſpiam fila per loramenta tranſeuntia extenderit, & ligamentum removerit extenſione, tum id jam purificatum eſt. Cæterum R. Joſe ſtatuit quod omnia vaſa non requirant opificem, ſed quod omnis qui formam vaſi imprimit, quæ recipit immunditiem, ipſum polluat, licet is idiota ſit. Pariter ſi hæc figura perierit, licet id factum fuerit ab idiota, tamen hoc vas mundum eſt ab immunditie ſua. Cæterum vaſa hic memorata, licet excavata ſint, & forma eorum recipiat immunditiem, hoc tamen ſenſu immunditiem recipiunt, quia abſque opifice hæc figura ipſis imprimi poteſt, & compingi ſeorſim, perinde ac ſi integra eſſent, & forma non deficit, neque opera opificis facta præterquam caniſtrum e vimine factum, quod pollutum eſt ſimulac diſciderit craſſitiem illius, & forma perdita ſit, nam ſi opifex ipſum perficere nequit, multo minus idiota; deciſio eſt juxta R. Joſen.

ב כיס של שנצות שניטלו שנציו טמא נפשט טהור
טלה עליו את המטלת מלמטן טמא כיס בתוך כיס
שנטמא אחד מהן במשקה לא נטמא חבירו צרור
המרגלית טמא צרור המעות רבי אליעזר מטמא
וחכמים מטהרים :

2. Marſupium loris inſtructum, ſi lora ablata ſunt, immundum eſt, ſi id expanſum ſit, mundum eſt, ſi ei fruſtum panni aſſuerit inferius, immundum eſt. Marſupium ſi marſupio impoſitum ſit, atque unum pollutum ſit, non pollutum eſt alterum. Loculus margaritæ immundus eſt. Loculus numorum ſecundum R. Eliezer immundus eſt, at juxta Sapientes mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

שניטלו שנציו *Cujus lora adempta ſunt*, ſecundum ſententiam Sapientum hæc dicit auctor, quando lora non penitus adempta ſunt, ſed e laqueolis avulſa, licet adhuc dependeant a crumena. At ſecundum R. Joſen, hæc ita ſe habent licet penitus ablata ſint, quia idiota illa reſtituere poteſt. נפשט *ſi expanſum ſit*, nempe marſupium, & inſtar corii lævis factum ſit, quod non habet receptaculum, tum mundum eſt. טלה עליו את המטלת מלמטן *ſi ei appenderit panni ſegmentum inferius*, hoc ſenſu, ſi exiguum fruſtum corii appenderit oræ illius inferius, ſolent enim marſupiis inter ſuturas applicare corium aliquod exiguum, ut tamen corium iſtud in ſtatu ſuo remaneat, & receptaculum non ceſſet dum marſupium extenditur. *Non pollutum eſt alterum*, nam immundities potuum reſpectu vaſorum non eſt ex inſtitutione Sapientum, idcirco nec conjunctionis ratio hac in parte habetur. צרור המרגלית *Marſupium margaritarum*, ſolent enim margaritas condere corio ut ita cuſtodiantur quum corium iſtud conſtringitur, margaritis vero eductis corium ſimile eſt marſupio donec expanſum ſit ob margaritas iſtas quæ per aliquot dies in ipſo fuerunt. צרור המעות *marſupium numulorum*, eandem habet formam quam marſupium margaritarum habet, & ſenſus eſt quod marſupium margaritarum polluat magis, quia marſupia margaritarum firmius conſiſtere ſolent quam marſupium numorum, quia marſupia numorum diſſolvi ſolent ſæpius propter continuas expenſas; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod שנצות ſit nomen fili laqueolos marſupii ingredientis, idque conſtringentis. Senſus vero illius quod auctor dicit נפשט *expanſum*, eſt quod corium marſupii expandi & denuo conſtringi ſolet quando nodus removetur. צרור המרגלית *loculus margaritarum*, margaritæ corio includi ſolent quod marſupii exigui formam habet; ſed quum marſupium eſt numulorum in corio, tum is eſt locus illius, etſi in ipſo non ſit ſimilitudo aliqua ad numulos ſeparandos; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג כף לוקטי קוצים טהורה הזון והברכיים טמאין
והשרוולין

3. Chirotheca colligentium ſpicas, eſt munda.

Zona

והשרוולין טמאים והפרקליימין טהורים וכל בית אצבעות טהורות חוץ משל. קייצין מפני שהיא מקבלת את האוג נקרע אם אינה מקבלת את רוב האוג טהורה :

Zona & corium ventrale immunda ſunt. Manicæ ſunt immundæ, ſed vittæ ſunt mundæ; ſic etiam omnes digitorum domunculæ ſunt mundæ, exceptis iis quibus fructuum collectores utuntur, quia iſtæ recipiunt Og; ſin autem diſciſſæ ſint ut non recipiant maximam partem Og, tum mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כף לוקטי קוצים *Chirotheca colligentium ſpicas*, habent eandem formam quam habent illæ quæ manibus applicantur, & has induunt ii qui ſpicas colligunt, ne perforentur manus earum ſpinis. טהורה *munda eſt*, quia hæc non facta eſt ad receptionem. זון *Zona*, eſt cingulum inſtar baltei, Græci enim cingulum voce Ζώνη appellant.

ברכייר Eſt corium quod genibus applicant, ut iis inſiſtere poſſint; & ejuſmodi inſtrumentum immundum eſſe cenſetur, quia ad receptionem factum eſt. שרוולים *manicæ*, hæ formam chirothecæ anguſtam habent, & e corio contectæ ſunt, & has opifices brachiis applicant, ne veſtis in manus incidat, atque ipſos ab opere impediat. פרקמינין ita nos legimus, notatque id quo frontem involvunt & colligant.

בית אצבעות *Domus digitorum*, notat formam manus e corio factam, cui digiti induntur. קייצין notat eos qui fructus æſtivos colligunt; aliter, qui ſpinas colligunt. אוג deſignat fructum rubrum qui in arbore invenitur, quæ in ſylva creſcit ſua ſponte; aliquando enim ii qui ſpinas colligunt, hunc fructum Og colligunt atque eum imponunt chirothecæ, hinc is ad receptionem factus cenſetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent chirothecas facere coriaceas, quas fructuum collectores induunt, ne manus lædantur. זון *Zona*, notat cingulum coriaceum, quod conſtringunt veluti cingulum, ſicuti dicitur 1 Reg. 22, 38. והזונות רחצו Cæterum ברכייר habet ſimilitudinem duarum tabularum coriacearum, quam genibus applicant, ne in terra lædantur, quando operarii terræ colendæ operam dant genibus inflexis. שרולים *manicæ*, habent formam chirothecæ coriaceæ, qua operarii brachia ſua deprimunt ut veſtes brachiorum fortiores fiant, & non deſiſtant ab opere. Hujus autem vocis ſenſus in lingua Romana eſt chirotheca. Cæterum jam expoſui quod פרקלימין idem ſit quod קאנס, hunc ſenſum illuſtrat id quod additur חוץ משל קייצין *exceptis iis quibus fructuum collectores utuntur*, ſicuti expoſitum eſt capite viceſimo quarto. Per בית אצבעות intellige anſas per quas digitos immittunt fructuum æſtivorum collectores. Per fructus Og intelligas אלטומאק. Sed tibi ſuperius jam dixi quod vas coriaceum polluatur ab illis ex Lege; quæ vero memorata ſunt, de iis nihil decretum eſt a Sapientibus.

ד סנדל שנפסקה אחת מאזניו ותקנה טמא מדרס נפסקה שניה ותקנה טהור מן המדרס אבל טמא מגע מדרס לא הספיק להתקן את הראשונה עד שנפסקה שניה טהורה נפסק עקבו ניטל חוטמו או שנחלק לשנים טהור סוליים שנפסק מכל מקום טהור מנעל שנפחת אם אינו מקבל את רוב הרגל טהור מנעל שעל האמום רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאים כל חמתות צרורות טהורות חוץ משל ערביין רבי מאיר אומר צרור שעה טהורות צרור עולם טמאות רבי יוסי אומר כל חמתות צרורות טהורות :

4\. Sandalium cujus una auricula diſciſſa eſt, licet deinceps reparata ſit, immundum eſt calcatione; ſi altera ſit diſciſſa & poſtea denuo parata, mundum eſt a calcatione, attamen immundum tactu calcationis, quia non ſufficit primam correxiſſe donec ſecunda diſciſſa ſit. Si calx diſciſſus ſit, & naſus illius ſit ſublatus, vel diviſus in duas partes, tum mundum eſt. Solea diſciſſa ubique munda eſt. Calceus deficiens, ſi is non capiat maximam pedis partem, mundus eſt. Calceus qui ſuper forma eſt, ſecundum R. Eliezer mundus eſt, at immundus ſecundum Sapientes. Vaſa coriacea colligata, ſunt munda, Arabicis exceptis. R. Meyr dicit, ligatio horaria eſt munda, ſed perpetua ligatio immunda eſt. R. Joſe dicit, omnes utres colligati ſunt mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

ותקנה טמאה מדרס *Et deinceps paraverit, tum id immundum eſt calcatione*, nam ſandalium adhuc in immunditie ſua ſubſiſtit, quia auricula ſecunda adhuc integra eſt. *Mundum eſt a calcatione*, licet auctor prius tradiderit quam ſecunda confracta fuerit, nihilominus tamen mundum eſt, quia nova facies ab illa parte advenit, poſtquam enim immundities calcationis deſcendiſſet, hæc facies innovata fuit. Sed hæc non eſt prima auricula poſtquam jam depravatum eſſet quantum deſtruere poteſt immunditiem, at vero immundum eſt calcatione ob auriculam primam fractam, & denuo paratam, alia auricula ſubſtituta priori fragmento & cum ſandalio juncta, tum id immundum eſt tactu calcationis, quia immundities calcationis ſandalium tetigit. Secunda vero auricula fracta, e qua fit immundities calcationis, adhuc in ſe continet immunditiem tactus e calcatione, quia omnis auricula primæ auriculæ juncta eſt, quæ reparata eſt. ער שנפסקה און שנייה טהורה *ſi diſciſſa ſit auris ſecunda, mundum eſt*, nam cum ambæ auriculæ ſciſſæ ſunt, jam ſandalium non amplius quicquam valet. עקבו *calcem ejus*, intellige iſtam ſandalii partem quæ altitudinem pedis contegit, quæ eſt e regione cruris a poſteriori parte. חוטמו *naſus illius*, intellige ſandalii partem quæ conſpicitur e regione digitorum pedis anterius. טהור מטומאה *immundum eſt ab immunditie*, quæ præpoſtere venit, ſed abhinc & deinceps immunditiem recipit. סוליים *ſoleæ*, puta corium quod pedem duntaxat habet, ſed calcem non habet, barbare *ſola*. אמום notat calcei formam, quæ e co-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod cum uter perforatus ſit, ipſe mundus eſt ob foramen, ſicuti expoſitum eſt capite viceſimo; ſi porro hoc foramen ligaverit & occluſerit, tum mundum eſt ſandalium, & non recipit immunditiem propter foramen illud, & hæc colligatio nullius momenti eſſe cenſetur, & nullatenus confirmatur, præterquam ſi uter Arabicus ſit, quia hi urcei colligari ſolent in ipſo corpore. Cæterum in Gemara titulo Menachot dixerunt, qui pallium ſuum complicuit, is non peccavit quicquam, ut is qui permittit, tradunt enim, *omnes utres colligati ſunt mundi præter Arabicos*, ſed R. Meyr dicit quod ſi ligatio illius pro re nata facta ſit, ut illa ad tempus aliquot duret, & poſtea illam diſſolverit, cenſetur perinde ac ſi diſſoluta eſſet, & propterea munda eſt. Verum ſi colligaverit ipſam, & confirmata fuerit, ita ut factus inde fuerit nodus perpetuus, tum foramen jam occluſum eſt, & immunditiem recipit. Dicit R. Joſe quod omnes utres, licet Arabici ſint, mundi ſunt, dummodo colligati ſint, ſive nodus iſte ſit temporaneus, ſive perpetuus; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

e corio confecta eſt & pilis plena. *R. Eliezer id pronunciat mundum*, is enim putat calcei opus non prius abſolutum eſſe quam is a forma remotus ſit. *Sapientes vero immundum pronunciant*, ii enim putant opus calcei jam perfectum eſſe, & deciſio eſt ſecundum Sapientes. כל חמתות צרורות *omnes utres colligati*, intellige utres qui foramen aliquod habent, cujuſmodi ab immunditie ſe ipſos liberant, & ligaturam foraminis. טהורין *mundi ſunt*, ſicuti erant, quia nodus diſſolvendus erat. חוץ מקשר של ערביים *excepta ligatura Arabum*, quæ diſſolvi nequit. צרור שעה *ligatio horaria*, ad tempus facta, quæque diſſolvi poteſt. צרור עולם *ligatio perpetua*, puta nodum qui ita factus eſt ut ſemper in eodem maneat ſtatu. *Omnes utres colligati ſunt puri*, ſive nodo perpetuo, ſive temporaneo colligati ſint, imo licet Arabum nodus ſit; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

ה אלו עורות טמאין מדרס עור שחשב עליו לשטיח עור סקורטיה עור קטבליא עור החמר (נ"א עור החמור) עור הכתן עור הכתף עור הרופא עור העריסה עור הלב של קטן עור הכר עור הכסת מדרס עור הסרוק עור הסורק רבי אליעזר אומר מדרס וחכמים אומרים טמא מת:

5. Hæ pelles calcatione pollutæ ſunt, pellis de qua cogitavit ſe eam expanſurum. Pellis coriariorum, pellis κατάβολη dicta, pellis aſini, vel linteis, vel humero, vel medicis, vel maſſis, pellis quæ cordi puerorum applicatur, quæque pulvinaribus & pulvillis deſtinata eſt, eſt calcatio. Pellis pectinati & pectinatoris ſecundum R. Eliezer eſt calcatio, at ſecundum Sapientes polluta mortuo.

R. OB. DE BARTENORA.

לשטיח *In expanſionem*, ad pellem in modum ſtragulæ in pavimentum expandendam, ut in ipſa conſidere queant. סקורטיא notat pellem quam coriarii induunt inter operandum. קטבליא κατάβολη deſignat pellem quam ſuper lectum ſternunt, & cui incumbunt. עור החמר *pellis aſinarii*, ita nos tradimus, & non עור החמור *pellis aſini*, nempe pellis quam aſinarius ſuper veſtes ſuas induit quando aſinum ducit. עור הכתן *pellis linteis deſtinata*, eſt pellis quam linteorum opifices induunt ab anteriori parte, ne ſtupa adhæreat veſtibus ſuis. עור הכתף *pellis humeri*, hæc imponitur humero ne ei noceat onus impoſitum. עור הרופא *pellis medici*, quum medici plagam aliquam curant, tum hanc ab anteriori parte induunt, ne veſtes ſanguine plagæ commaculentur. עור העריסה *pellis maſſæ*, nam lecto parvuli imponere ſolent pellem ad cingendum lumbos e regione cordis illius, ne felis cor percuteret, & ita moreretur parvulus. *Pellis pulvinaris & pulvilli*, cujus uſus in lecto eſt. עור הסרוק *pellis pectinationis*, eſt pellis quam pectinatores induunt circa lumbos. *R. Eliezer dicit, calcatio eſt*, & quanto magis pollutio mortui, tradidimus enim capite ſexto codicis Nidda, omnis pollutio calcationis polluitur mortuo. Sapientes dicunt, eſt pollutio mortui & non calcatio, quia pellis non facta eſt ad ſeſſionem; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשטיח *In expanſionem*, ut in ſuperficie pavimenti expandantur. Cæterum per pelles סקורטיא & קטבוליא ejuſmodi intelliguntur in quibus cubare ſolent. עור החמור *pellis aſini*, notat pellem cujus medio aliquid alligant quod in aſinum transferunt. עור הכתן *pellis linteis deſtinata*, cujus ope lintea colligant quando diſperſa ſunt, nam Targum vocem פשתן vertit per כותנא videſis Gen. 37,31. Per עור הכתף *pellis humeralis*, intelligitur pellis quam aliquando humeris applicant. עור הרופא *pellis medicorum*, notat pellem quam medici ſupponunt plagæ in genibus ſuis dum plaga ſanatur. עור העריסה *pellis lecti*, eſt pellis quam parvulo ſupponunt antequam eum imponant lecto, ne veſtimenta ei ſuppoſita inquinentur; ſed hæ pelles quoque infantium collis appenduntur, & quando incipiunt ſedere, ea contegitur corpus eorum, ne veſtes eorum inquinentur æſtate propter ſcabiem, & hæc vocatur עור הלב של קטן *pellis quæ parvuli cordi applicatur*. עור הסורק *pellis pectinatoris*, venditores lanæ huic pelli imponunt lanam pectinatam qua colligat pectinator lanam in genibus ſuis, & ita pectinat. Hæc omnia nota ſunt ab initio operis illius, quando pectinator pelli inſidet, idcirco calcatione pollutæ ſunt pelles; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו עב כסות ותכריך כסות מדרס עב ארגמן ותכריך ארגמן בית שמאי אומרים מדרס ובית הלל אומרים טמא מת עור שעשאו חפוי לכלי טהור למשקלות טמא רבי יוסי מטהר משום אביו:

6. Denſum operimentum & involucrum operimenti ſunt calcatio. Denſa purpura, & involucrum purpuræ ſecundum Scholam Schamai ſunt calcatio, at ſecundum Scholam Hillelis ſunt pollutio mortui. Pellis e qua operimentum factum eſt pro vaſe, munda eſt, quæ vero pro perpendiculo, immunda eſt; at ſecundum R. Joſen munda eſt ob patrem ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

עב כסות *Denſitas operculi*, intellige pannos e quibus aliquod operculum factum eſt, ſic etiam per עב ארגמן *denſitatem purpuræ* intelligitur pannus purpura tinctus, ita enim magiſtri mei expoſuerunt, ego vero audivi עב כסות denotare pellem qua veſtes contegunt; & per עב ארגמן intelligi pellem purpura tinctam. תכריך כסות *involucrum operimenti*, eſt pellis cui veſtes involvunt. תכריך ארגמן *involucrum purpuræ*, eſt pellis cui purpuram involvunt. חפוי *obductio* eſt *operimenti* מכסה, nam Targum vocem מכסה vertit per חופאה, & hoc mundum eſt, ita enim Traditio quærit, forſan includatur quod operculum vaſis ſit immundum? nequaquam, Lex dicit Levit. 11,32. *in quo opus peractum ſit*, hinc vaſis operculum excluditur. *Et quod pro perpendiculo factum eſt, id immundum eſt*, quod autem ſuperius capite decimo ſeptimo traditum eſt, id eſt generale, ſcil. quicquid pro operculo factum eſt, id mundum eſt, aliter vero ſe res habet cum operculo, quia id factum eſt pro receptione, ipſum vero perpendiculum non eſt כלי; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עב כסות *Denſum operimentum*, eſt operimentum pelliceum factum in forma arcæ cui veſtes recondunt, & nomen illius ſatis notum eſt, diciturque צינה: ſic etiam תכריך notat operimentum pelliceum cui veſtes involvuntur; de hoc auctor dicit quod ſit pollutio calcationis. Pariter *involucrum purpuræ* notat pellem quacum juncta eſt purpura, idque eſt pollutio calcationis ſecundum ſententiam Scholæ Schamai. Amplius dicitur quod pellis quæ in operimentum vaſis facta eſt, munda ſit ab omni immunditie, quia vaſorum opercula ſunt munda, ſicuti expoſui tibi. Cæterum operculum perpendiculi eſt immundum, quia vas receptionis eſt quod ad receptionem factum eſt; ſed ipſum perpendiculum non eſt כלי aliquod; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו כל. 7. Om-

ו כל מקום שאין חסרון מלאכה מחשבה מטמאתן וכל מקום שיש חסרון מלאכה אין מחשבה מטמאתן אלא העוצבה :

7. Omnis locus cui non eſt defectus operis, cogitatione polluitur, & omnis locus cui eſt defectus operis, non polluitur cogitatione, præterquam operimentum.

R. OB. DE BARTENORA.

שיש חסרון מלאכה *Cui eſt defectus operis*, quando de opere adhuc aliquid reliquum eſt, & poſtea id cogitatione confirmatur, ſive perficitur. אלא העוצבה *niſi operimentum*, licet enim operi aliquid deficiat, cogitatio tamen polluit, quia defectus operis hac in parte nullius eſt momenti. עוצבה notat pellem currum operientem, quæ non diſcinditur, nam cum ea facta ſit in operimentum, nulla eſt intentio de diſciſſione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quum vas erat integrum, forma illius non deficiebat, & ſi proprietarius ſive opifex illam pellem inſervituram in ſtragulam, vel in pulvinar, vel in pulvillum, vel in operimentum tegumenti alicujus, vel in id genus alia, cogitavit, tum iſta pellis immunditiem recipit, uti ſuperius dictum eſt. At vero ſi operi quicquam deficiat, tum datur multiplicatio quædam pro iſto vaſe, de quo dubitavit; atque hæc cogitatio fruſtra eſt, quia pellis per hanc cogitationem non polluta eſt forma operimenti pellicei quod ſuper curru eſt, idque vocatur עוצבא, quod polluitur poſtquam de ipſo cogitaverit ſe iſtud poſiturum in operimentum, & ut in eo conſideat, quandoquidem id caret perfectione operis.

ח עורות בעל הבית מחשבה מטמאתן ושל עבדן אין מחשבה מטמאתן של גנב מחשבה מטמאתן ושל גזלן אין מחשבה מטמאתן רבי שמעון אומר הילוף הדברים של גזלן מחשבה מטמאתן ושל גנב אין מחשבה מטמאתן מפני שלא נתיאשו הבעלים :

8. Pelles patrisfamilias cogitatione polluuntur, coriariorum vero non polluuntur cogitatione. Sed furis pelles polluit cogitatio, at non raptoris. R. Simeon dicit, contra ſe res habet, cum raptoris pelles cogitatione polluantur, at non furis, quia domini de his nondum deſperarunt.

R. OB. DE BARTENORA.

עורות של בעל הבית *Pelles patrumfamilias*, quæ non factæ ſunt ut vendantur, ſed e quibus is facere ſolet lectos, menſam Delphicam, & tabulas. *Si cogitaverit de illis*, ſe deſtinaturum eas ad res ejuſmodi ad quas aptæ ſunt abſque defectu *operis*, *tum ſtatim* recipiunt immunditiem. *Et coriarii*, nam coriarii pelles factæ ſunt ut vendantur, idcirco eas cogitatio non polluit, quoniam ſolet ſententiam mutare, eas vendit, & emtor denuo de iis facit ſeras, & hucuſque opus earum nondum perfectum eſt, idcirco furis pellis cogitatione polluitur, quia is eam ſibi acquiſivit dominis de recuperatione illius deſperantibus, nam communis opinio eſt quod in ſimplici furto poſſeſſores de recuperatione bonorum ſuorum deſperare ſolent, quia neſciunt a quo ea repetenda ſint. Sed raptoris pellis non polluitur cogitatione, licet is de iis cogitaverit quibus nihil deeſt ratione *operis*, *nam in ſimplici* rapina non obtinet deſperatio dominorum, quia iis conſtat quo ſe contulerit raptor, quem in jus vocare poſſunt. Contra ſe res habet cum ſimplici furto ubi deſperatio de recuperatione obtinet, quia proprietario vidente abſtulit, & ex ipſa re conſtat quod is vi rapiat, ſed de ſimplici furto perſuadent ſibi proprietarii quod ipſum invenient & in jus vocabunt, & idcirco non deſperant; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחשבה מטמאתן *Cogitatio eas polluit*, ſi opifex cogitaverit ſe in iis ſeſſurum, tum eæ pollui poſſunt calcatione; ſed pelles coriariorum, ſi in intentione aliquid remanſerit, ita ut vendi nequeant, tum ipſæ non redeunt ad immunditiem ope cogitationis, niſi donec opus factum fuerit, & ad calcationem aptæ factæ fuerint. Cæterum pelles a fure abreptæ, *ſi poſſeſſor de illis* cogitaverit ſe cubiturum in iis, tum eæ immunditiei obnoxiæ factæ ſunt per iſtam cogitationem, ſed raptoris pelles non polluuntur cogitatione, nempe cogitatione raptoris, quia domini illius operam dant ut raptum quærant, idque ei auferant, idcirco raptor iſtas pelles immunditiei non reddidit obnoxias, quando cogitaverit ſe in ipſis cubiturum. R. Simeon invertit ſenſum, dicitque quod poſtquam res deſperata eſt de recuperatione rapti, id acquiſitum eſt a raptore; at vero ſi quid furto ablatum ſit, poſſeſſores nondum deſperarunt de recuperatione illius, quia rem nondum recte cognoverunt, dicendo, forſan id reſtituetur. Neque cognoverunt an id ſit in aliquo domicilio, idcirco de recuperatione nondum deſperarunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. Verum ſi deſperarint domini, fur aut raptor rem furto ablatam ſibi acquiſiverunt, & cogitatione obnoxia facta eſt immunditiei.

ט עור שהוא טמא מדרס וחשב עליו לרצועות ולסנדלין כיון שנתן בו את האזמל טהור דברי רבי יהודה וחכמים אומרים עד שימעטנו פחות מה' טפחים רבי אליעזר בר רבי צדוק אומר אף העושה מטפחת מן העור טמאה ומן הכסת טהורה :

9. Pellis calcatione polluta, ſi quis cogitaverit ſe de ipſa facere corrigias & ſandalia, quia cultrum ei admovit, munda eſt, ita R. Jehuda. Sapientes dicunt, donec eam quinque palmis minorem reddiderit. R. Eliezer filius R. Zadoci dicit, etiam ſi quis ſtragulam e pelle fecerit, immunda eſt; at ſi e pulvillo, tum munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עור שהוא טמא מדרס *Pellis quæ calcatione polluta eſt*, ut, ſi ea facta ſit in ſtragulam, vel in aliam rem. *Etiam ſi quis linteum e pelle confecerit*, quæ calcatione polluta eſt, tum linteum eſt immundum, quia linteum ſimile eſt ſtragulæ, quia aliquando ei inſident; at ſi quis diſciderit pulvillum pelliceum immundum, & inde fecerit linteum, id fit mundum, cum ſit cibus confractus, nihilominus tamen immunditiem recipit abhinc & deinceps, ſicuti expoſitum eſt ſuperius capite viceſimo quarto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אזמאל Notat inſtrumentum ferreum quo corium ſeparant, quod ego inſequenti exponam capite, nam pellis menſura ratione immunditiei ſtatuitur in quatuor palmis, idcirco dixere Sapientes quod pellis non deſcendat ab immunditie ſua, niſi donec minus quam quinque ſuperfuerint palmi. Porro dicit R. Eliezer objectionem contra eum qui dixit quod cum pellis ſeparata ſit, pura ſit, pellis immunda e quo mantile factum eſt, munda eſt, quia pulvilli jam diſtincti ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק כז הבגד מטמא משום חמשה שמות השק משום ארבעה העור משום שלשה העץ משום שנים וכלי חרס משום אחד כלי חרס מטמא משום כלי קיבול כל שאין לו תוך בכלי חרס אין לו אחוריים מוסף עליו העץ שהוא מטמא משום מושב וכן טבלה שאין לה לזביז בכלי עץ טמאה ובכלי חרס טהורה מוסף עליו העור שהוא מטמא משום אהלים מוסף עליו השק שהוא מטמא משום אריג מוסף עליו הבגד שהוא מטמא משום ג׳ על ג׳ :

Caput 27. Veſtis ſub quinque polluit nominibus, ſaccus vero ſub quatuor, pellis ſub tribus, lignum ſub duobus, vas teſtaceum ſub uno. Porro vas teſtaceum quoque ſub nomine vaſis receptionis polluit. Vas teſtaceum quod non habet concavum, id nec ſuperficiem habet. Porro ligno quid immundi eſt additum, quod polluit ſub nomine ſeſſionis; & ſic etiam tabula quæ non habet tæniam, in vaſe ligneo immunda eſt, at in vaſe teſtaceo munda eſt. Præterea pellis plus immunditiei habet, quia ea polluit ſub nomine tentoriorum. Sed plus quam ipſa ſaccus habet, quod is polluit ſub nomine texti. Denique plus veſtis habet, quod ipſa polluit ſub tribus digitis in quadrum.

R. OB. DE BARTENORA.

הבגד מטמא משום חמשה שמות *Veſtis polluit ſub quinque nominibus*, quæ ſtatim exponuntur. Sub nomine vaſis receptionis, ſub nomine ſedilis, ſub nomine tentorii, ſub nomine texti, ſub nomine trium digitorum in quadrum, unaquæque vero earum menſura variat, hoc modo, veſtis quæ habet receptaculum aliquod quo margaritæ reconduntur, ſicuti ſuperius expoſitum eſt; vel receptaculum olei, vel ceræ, illius menſura poteſt eſſe qualiſcunque; (& ſub nomine ſedilis ſi polluta fuerit veſtis;) in calcatione feminiflui illius menſura non minor eſt tribus palmis in quadrum. Si vero ex ipſa factum ſit tentorium pro mortuo, uti Lex dicit Num. 19, 18. והזה על האהל tum ea non polluitur in minori menſura quam palmi quaquaverſum. Si vero illa ſit balteus vel cingulum, tum ipſa polluit ſub nomine texti, licet in ipſa non ſit menſura qua veſtis vocari poſſit, quia in latitudine ipſius non ſunt tres digiti, nihilominus tamen ea immunda eſt, quia texta eſt. Sed dicat nonnemo, doceat hoc potius auctor a ſacco, ſcil. ſicuti ſaccus netus, & textus eſt, ita quoque ſe res habet cum omni; reliquas vero impuritates non polluit veſtis, neque ea polluit, ſi non ſit trium digitorum quantitas quaquaverſum, cujuſmodi veſtis nec pauperibus, nec divitibus convenit, neque veſtis vocatur. השק *ſaccus*, eſt textura e pilis & lana caprarum conſtans. *Sub quatuor nominibus*, quia in ipſo non obtinet trium digitorum menſura. עור *pellis*, ſub tribus nominibus, nam in ipſo non obtinet menſura trium digitorum quaquaverſum, neque ratio texti.

העץ משום שנים *Lignum ſub duobus nominibus*, nam in ipſo non obtinet immundities tentoriorum, ſicuti expoſuimus capite ſecundo codicis de Sabbato, quod e ligno provenit, id non polluit ſub nomine tentorii; neque in ipſo quid obtinet ratione neti, neque ratione trium digitorum quaquaverſum.

חרס משום אחד *Teſta ſub uno nomine*, ob receptaculum illius duntaxat, nam in ipſa non obtinent hæ conditiones quas ſupra diximus, nec in ipſa obtinet modus polluendi calcatione, nam de calcatione feminiflui dicitur Levit. 15, 5, ואיש אשר יגע במשכבו ubi ſedile feminifluo aſſimilatur, nempe, ſicuti feminifluus in balneo purificari poteſt, ita quoque omne id quod purificatur in balneo, teſta excepta quæ in balneo non purificatur, quia ea non fit ſedile pro feminifluo.

אין לו אחוריים *Ei non ſunt exteriora*, ſive ſuperficies, quia vas teſtaceum exterius non recipit immunditiem, ſicuti dicitur Levit. 11, 33. וכל כלי חרס אשר יפול מהם אל תוכו At vero ſi tetigerit immundities exterius, tum ea nequaquam polluta eſt. שהוא מטמא משום אריג *quia polluit ſub nomine texti*, quod non eodem modo ſe habet in pelle, licet enim ſaccum in tenues ligulas quis diſciderit, eaſque contexuerit, tamen non cenſetur eſſe textum quid.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Veſtis immundities quinque e cauſis proficiſci poteſt, ejuſdemque menſura varia eſt dum ipſe caſus ob quem ea polluitur, variat, nempe, ſi ipſa polluatur mortuo, vel plagis, ſicuti Lex expoſuit; menſura autem quæ in hoc caſu polluitur, eſt trium digitorum in quadrum, atque hæc menſura major eſt minor quam ut veſtis vocari poſſit. Secundus vero caſus eſt quod quicquid immundi ex ipſa confectum ſit, ut baltei & cingula, licet illa in latitudine non comprehenderint tres digitos, qualiacunque ſint, etſi non ſint veſtis, nec illud nomen iis conveniat, tamen id ſit textum, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit משום אריג *ſub nomine texti*, nam quicquid netum eſt, id immundum eſt, quando id eſt talis ſupellex qualem nobis ſuperius deſcripſit, quando dicitur, quid ſit ſaccus, netum, textum &c. Tertius autem caſus eſt quod veſtis polluat nomine tentorii, id eſt, ſi ex ipſa factum ſit tentorium ſuper mortuo, tum pollutum eſt tentorium ipſum, & hic eſt ſenſus verborum, Num. 19, 18. והזה על האהל ex quo conſtat tentorium pollui. Quum vero id pollutum fuerit hiſce modis, tum id polluitur in menſura palmi quaquaverſum, ſicuti expoſitum eſt ſuo loco. Quartus caſus eſt, quod ſi ex ipſa aliquid confectum fuerit quod ad ſeſſionem aptum eſt, id polluatur calcatione feminiflui, & hinc fiat immundities ſeſſionis; ſi igitur aliquo ex hiſce modo res polluta fuerit, tum illa in trium palmorum menſura quaquaverſum polluitur. Quintus caſus eſt, ſi ex ipſa contectum ſit vas receptionis, tum id polluitur ex eo quod ſit vas receptionis, ſicuti expoſitum eſt decimo ſeptimo capite hujuſce codicis, ubi dicitur, *ſi quis vas receptionis fecerit, nihilominus tamen id immundum eſt*, & ſi hoc modo pollutum fuerit, tum id polluitur in quantulacunque menſura, nam omni receptionis vaſi non ſtatuta eſt menſura, ſed ex quo id receperit, polluitur, licet menſura receptionis ſit grani ſinapi, ſicuti expoſitum eſt capite decimo ſeptimo, quando dicitur, *vas receptionis olei, & vas receptionis ceræ*, ſed auctor non determinavit menſuram; pariter nec de receptaculo margaritarum determinavit menſuram, ſed ea in quantulacunque menſura ſtatuatur. Cæterum pili contexti ſive ſaccus omnibus modis polluuntur quos numeravimus, niſi quod non polluantur in menſura trium digitorum quaquaverſum, non per mortuum, neque per id genus alia. At vero res e ſacco facta polluitur in menſura quatuor digitorum quaquaverſum, ſive vaſa texta ſint minora vel majora, & hoc eſt quod in Siphra dicitur, in Lege tantum vocis ſacci mentio facta eſt, unde eſt quod cilicia includenda ſint, & operimenta? reſp. ex eo quod Lex dicit שק *ſaccus*, ſi ſaccus, etiam forſan funiculi includendi ſunt ut polluantur? nequaquam, nam quando Lex vocis ſacci meminit, intelligit id quod netioni & texturæ deſtinatum eſt; & hic eſt ſenſus illius quod in Miſna dicitur, *ſub nomine texti*, ſicuti expoſitum eſt. Quicquid enim textum eſt e pilis, licet id tenue ſit, tamen id immundum eſt quia textum eſt; conſtat ergo ſaccum quatuor pollui modis, pellem autem tribus, quicquid enim non textum eſt, ei deſunt conditiones enumeratæ in ſacco ſub nomine texti, quia in ipſo non eſt textura. Lignum vero in uno caſu diſtinctum eſt a pelle, ſcil. quod id ipſum non polluatur ſub nomine tentorii, ſi quis enim torcular aut domum ipſius fecerit e ligno, omnia e ligno facta cenſentur, & ſi ſub hac ſtructura ſit cadaver, tum iſtud lignum

gnum non eſt pollutum, ſed erit tentorium cadavere pollutum; quod autem Lex de hoc tentorio judicium tulerit ratione immunditiei, id colligimus e Tabernaculo, quod Deus אהל *tentorium* vocavit, ſicuti dicitur Exod. 40, 19. ויפרש את האהל על המשכן *& expandit tentorium ſuper tabernaculo*, hoc autem erat contextum & pelliceum duntaxat, ſicuti expoſitum eſt in Lege, & in codice de Sabbato. Cæterum vas teſtaceum differt a vaſe ligneo in uno caſu, nempe quod id ipſum non polluatur calcatione ſeminiflui, neque ſit cubile pro ſeminifluo, ſicuti aliquoties expoſitum eſt. Et quando Lex dicit Levit. 15, 5. ואיש אשר יגע במשכבו *& qui tetigerit ſedile illius*, ſedile aſſimilat ſeminifluo, nempe, ſicuti ſeminifluus in balneo purificatur, ita quoque cubile illius in balneo purificatur, excepto vaſe teſtaceo quod in lavacro non purificatur. Nullus igitur de vaſe teſtaceo reſtat modus pollutionis ratione ſui ipſius, præterquam quod id ſit vas receptionis tantum; dixit autem Lex Levit. 11, 33. *Et omne vas teſtaceum in quod inciderit* &c. ergo quicquid in medio illius fuerit, id polluitur, quod vero non habet medium ſive concavum, illius ſuperficies non polluitur liquoribus immundis ſicuti vaſorum ſuperficies polluuntur, uti ſuperius expoſitum eſt, & capite ſecundo hujuſce codicis.

ב הבגד מטמא משום ג' על ג' למדרס ומשום ג' על ג' לטמא מת השק ארבעה על ארבעה העור ה' על ה' מפץ ו' על ו' שוין למדרס ולטמא מת רבי מאיר אומר השק שיריו ארבעה ותחילתו משיגמר :

2. Veſtis polluit ſub nomine trium ſuper tribus in calcatione, & ſub nomine trium palmorum ſuper tribus, pro immundo mortui. Saccus polluit ſub nomine quatuor ſuper quatuor. Pellis ſub nomine quinque ſuper quinque. Storea ſub nomine ſex ſuper ſex, æquales ſunt pro calcatione & pro immundo mortui. R. Meyr dicit, ſacci reſidua ſunt quatuor palmorum; & initium illius quum perfecerit eum.

R. OB. DE BARTENORA.

הבגד מטמא לטמא מת *Veſtis polluit pro immundo mortui*, ob tres digitos quaquaverſum, quia hæc veſtis pauperum eſſe videtur, quæ includitur in Lege ſub generali voce *& veſtis*. Sed pro calcatione eam idoneam ſtatuimus, quia ad ſeſſionem apta eſt, at ſi ea non habeat tres palmos quaquaverſum, tum ad ſeſſionem inepta eſt. השק *ſaccus*, qui textus eſt e pilis, e pilis caprarum, ejus menſura ſive pro immundo mortuo, ſive pro calcatione, non eſt minor quam quatuor palmorum.

שוין לטמא טומאת מדרס וטמא מת *Æquales ſunt ad polluendum immunditie calcationis, & immundo mortui*, ſaccus ſcil. pelles & ſtorea ſunt æquales. שיריו ארבעה *reſidua illius ſunt quatuor* (*palmorum*,) hoc ſenſu dicitur quod menſura illius ſit in quatuor palmis. Sed in principio texturæ illius non recipit immunditiem, niſi donec totus ſaccus textus ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per שלשה על שלשה *tres ſuper tribus*, intellige tres palmos quaquaverſum, quod autem non habet hanc menſuram, id ineptum eſt ad ſedile. Sed textura e pilis, ſi illa non habet quatuor palmos quaquaverſum, tum illa neque calcatione, neque reliquis impuritatibus polluitur. מפץ *ſtorea*, hanc vocem jam aliquoties expoſuimus capite quarto hujuſce codicis; nec de ipſa quicquam polluitur mortuo, neque calcatione, ſi non ſint tres palmi quaquaverſum. R. Meyr dicit, diſciſſo ſacco & menſura quatuor palmorum quaquaverſum remanente, vel ultra, ea pars pollui poteſt mortuo & calcatione. Verum ſi textura incepta ſit, at nondum abſoluta, licet multæ ulnæ textæ ſint, tamen ea non polluitur, niſi donec textura illius completa ſit, & hic eſt ſenſus illius quod dixit R. Meyr, *& initium illius quum perfecerit*; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Neque rei ſenſus te latebit ex eo quod attuli in fine capitis viceſimi quarti, quando ſimpliciter dicitur טמא *immundum*, id intelligi de iis quæ mortuo facta ſunt immunda. Inſuper quoque aliis immunditiebus polluitur, ut immunditie ſeminis concubitus, & reptilis, atque id genus aliis. Sed hic potius de immundo per mortuum locutus eſt auctor, quod is ſcil. non polluatur calcatione, atque adeo immunditiem graviorem accepit, quæ exempli gratia eſt immunditiés mortuo contracta; hæc in memoria teneto.

ג העושה שנים מן הבגד ואחד מן השק שלשה מן השק ואחד מן העור ארבעה מן העור ואחד מן המפץ טהור חמשה מן המפץ ואחד מן העור ארבעה מן העור ואחד מן השק ג' מן השק ואחד מן הבגד טמא זה הכלל כל שחבר לו מן החמור ממנו טמא מן הקל ממנו טהור :

3. Si quis e veſte duos fecerit palmos, & unum e ſacco; vel tres e ſacco, & unum e corio; vel quatuor e corio, & unum e ſtorea, ſegmentum iſtud mundum eſt. Si quinque e ſtorea, & unum e corio, vel quatuor e corio, & unum e ſacco; vel tres e ſacco, & unum e veſte, mundum eſt. Hæc generalis regula eſt, quod aliquid ſibi adjunctum habet ex eo quod ipſo gravius eſt, immundum eſt; quod vero ex eo quod levius eſt ipſo, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

היה עושה שנים מן הבגד *Si fecerit duos e veſte*, ſcil. duos palmos. ואחד מן השק *& unum e ſacco*, nempe unum palmum. טהור *immundum eſt* (iſtud ſegmentum,) quia res deficiens nequit ſupplere menſuram deficientem in re præſtantiori, quia rei deficientis menſura major eſt; ſed res præſtantior complere poteſt rem deficientem, nam vel in exigua quantitate res præſtantior immunditiem recipit. מן החמור *e graviori*, quia ei ſufficit menſura exigua. מן הקל *e leviori*, quia hic requiritur menſura major, & ſecundum hunc ordinem accurate ſcriptum eſt in Miſna, conjunguntur in menſura eorum minima, veſtis & ſaccus, ſaccus & corium, corium & ſtorea, ſed veſtis & corium, vel veſtis & mappa, vel ſaccus & mappa non conjunguntur, quia eorum con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העושה שנים מן הבגד ואחד מן השק *ſi quis duos* (palmos) *fecerit e veſte, & unum e ſacco*, ſenſus eſt, ſi quis ſegmentum aliquod veſti abſciderit, atque ſacco, & in univerſum fuerint tres palmi quaquaverſum, duo palmi in ſegmento veſtis, & unus in ſegmento ſacci, tum id quod conjunctum eſt, non polluitur cubitu ſeminiflui, quia trium palmorum menſura quaquaverſum eſt menſura veſtis; ſed hæc menſura non completa eſt niſi in ſacco, cujus menſura eſt quatuor palmorum quaquaverſum. Cæterum ſi contra ſe res habeat, atque id quod e ſacco aſſutum eſt, trium ſit palmorum, unius vero id quod e veſte aſſutum eſt, erit menſura ſacci, quæ quatuor eſt palmorum, & completa erit menſura in veſte, quæ trium eſt palmorum quaquaverſum,

junctio apud quemque intercidit. Nihilominus tamen ſi refecerit inde ephippium pro aſino, tum fit conjunctio quia is qui reficit, non curat an id e duabus ſpeciebus conſtet. ſum, tum iſtud ſegmentum pollui poteſt cubitu ſeminiflui. Sic etiam ſe res habet in reliquis impuritatibus ſecundum fundamenta quæ jecimus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur כל מה שחבר מן החמור ממנו טמא *quicquid ei junctum eſt ex eo quod gravius ipſo, id immundum eſt*, per id quod *gravius ipſo eſt* intelligitur menſura illius quod immunditiem recipit, minor menſura illius quod levius eſt, & per id quod *levius eſt ipſo* intelligitur menſura major, ut ſtorea, & quicquid aptum eſt ut hæ ſpecies commiſceri poſſint omnes, etſi in menſuris ſuis non ſint æquales, quia ſenſum habent quo omnes comprehendi poſſunt, nempe quod omnes pollui poſſunt cubitu, ſicuti expoſitum eſt in fine capitis quarti codicis de Prævaricationibus.

ד המקצע מכולם טפח על טפח טמא משולי הקופה טפח על טפח טמא מצדדי הקופה רבי שמעון מטהר וחכמים אומרים המקצע טפח על טפח בכל מקום טמא :

4. Si abſciderit ab omnibus palmum quaquaverſum, eſt ſegmentum immundum; ſi e fundo arcæ abſciderit palmum quaquaverſum, etiam immundum eſt; a lateribus arcæ ſecundum R. Simeon mundum eſt. Sapientes dicunt, ſi abſciderit palmum quaquaverſum omni in loco, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מכולם *Ab omnibus*, e quacunque e quatuor ſupra memoratis ſi abſciderit palmum quaquaverſum, tum ſegmentum iſtud ſeſſione ſeminiflui pollui poteſt; ſuperiori enim Miſna jam traditæ ſunt menſuræ trium palmorum quaquaverſum in veſte; ut ea calcatione polluatur, & quatuor in ſacco &c. quæ omnes intelligendæ ſunt de ſegmentis veſtium, ſaccorum, pellium, quæ non diſpoſita ſunt ad ſeſſionem. Cæterum ſi quis abſciderit & diſpoſuerit palmum ex aliqua harum rerum quaquaverſum, ut ſedeat in ipſo, fit immundus ſeſſione, quia homines aliquando ita ſegmenta abſcindere ſolent, & denuo inde conficere ſtructuram pro ephippio aſini, eique inſidere, cum id duntaxat ſit menſura palmi quaquaverſum. מכל מקום *ex omni loco*, licet e lateribus abſciderit. R. Simeon putat quod e lateribus nihil valeat pro ſeſſione; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor in ſuperiori Miſna ubi menſuræ veſtis mentio facta eſt, eam continere tres palmos quaquaverſum in veſte, & quatuor palmos quaquaverſum in ſacco, quinque vero in ſtorea, & ſex in pelle, ſed hoc intelligendum eſt quando quis ſibi propoſuerit conficere aliquod ſegmentum ex hiſce quatuor ſpeciebus in una e quatuor iſtis menſuris modo memoratis; ſi vero minus ſit quam hæ menſuræ, tum iſtud ſegmentum non polluitur calcatione ſeminiflui. At vero ſi quis veſtem, pellem, ſaccum, aut ſtoream ſumpſerit, & ex eo abſciderit palmum in cultro, & poſtea æquaverit menſuram, cujuſmodi eſt ſenſus abſciſſionis, tum hic palmus polluitur, etiam cubitu, quia de ipſo abſcidit ex conſideratione, quod apud ipſum valet ac ſi vere abſciſſum eſſet. Cæterum dixerunt in Gemara titulo de Prævaricatione, ratione materiæ in hac Miſna occurrentis dicitur, abſcidit ab omnibus, atque ex iis fecit veſtem palmos tres, pro ſeſſione unum. Jam tibi expoſitum eſt id quod hic dixerunt, menſura palmi quaquaverſum immunda eſt, ſcil. in ſeſſione ſeminiflui, ſed non cubitu illius, quia hæc menſura eſt apta ad ſeſſionem per cogitationem iſtam, ſed in ea cubare nequit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה בלוי נפה וכברה שהתקינן לישיבה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין עד שיקצע כסא של קטן שיש לו רגלים אף על פי שאין בו גובה טפח טמא חלוק של קטן רבי אליעזר אומר כל שהוא וחכמים אומרים עד שיהיה בו כשיעור ונמדד כפול :

5. Veterata aliqua vanni & cribri quæ in ſeſſionem quis aptaverit, ſecundum R. Akibam immunda ſunt; at munda ſecundum Sapientes donec quis abſciderit. Sedile parvuli quod pedes habet, licet id non altum ſit palmum, immundum eſt. Induſium parvuli ſecundum R. Eliezer quantulumcunque eſt immundum, Sapientes dicunt, donec in ipſo ſit juſta menſura, & menſuretur duplicatum.

R. OB. DE BARTENORA.

נפה וכברה *Vannus & cribrum*, hæc facta ſunt e corio, aliquando etiam e pilis fiunt; & tum juri de ſacco obnoxia ſunt. Cæterum כברה interdum e funiculis junceis fieri ſolet, & tum juri de ſtoreis obnoxium eſt. עד שיקצע *donec abſciderit*, & denuo ſedile paraverit ut ei quis inſidere poſſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Licet id non altum ſit palmum*, licet enim adulti hominis ſedile non polluatur per id quod minus eſt palmo, ſicuti traditum eſt capite viceſimo ſecundo, ſedile parvuli valet ad ſeſſionem, licet id minus ſit palmo. עד שיהיה בו כשיעור *donec in eo ſit juſta quantitas*, ſi id confectum ſit e veſte, donec menſura ſit trium palmorum quaquaverſum pro veſte calcatione polluenda. ונמדד כפול *& menſuretur duplicatum*, tres palmi anterius & totidem poſterius, hinc evenit ut id ſecundum extenſionem illius ſit ſex palmorum undiquaque in latitudine, longitudo vero duplo major quam latitudo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפה וכברה *Vannus & cribrum*, ea e corio facta ſunt, ſed e pilis quoque confici ſolent, & tum juri de ſaccis ſubjiciuntur; כברה autem e funiculis tenuibus fieri ſolet, & tum cribrum obnoxium eſt juri de ſtorea. Cæterum quod Sapientes dicunt, donec abſciderit, ejus ſenſus eſt quod ſedile lævigavit poſtquam de eo abſcidiſſet, tum enim ſeſſioni aptum eſt. Per חלוק של קטן *induſium parvuli*, intellige veſtem parvuli modo nati. Per ſenſum vocis כשיעור *ſecundum menſuram* intellige menſuram veſtis ratione pollutionis per calcationem, quæ trium eſt palmorum quaquaverſum. כפול *duplicatum*, nam ſi id extenderint ut longitudo dupliciter latitudinem conficiat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו אלו נמדדין כפולין אמפליא ופמולינ"א ומכנסים וכובע וכיס של פנדיא ומטלית שטליה על השפה אם פשוטה נמדדת פשוטה אם כפולה נמדדת כפולה :

6. Hæc menſurantur dupla, femoralia laxa, & ſtricta, femoralia, galea, & cinguli crumena, & ſegmentum panni quod aſſuitur oræ, quod ſi ſimplex ſit, ſimplex menſuratur, ſi duplum, menſuratur duplum.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אלו נמדדין כפולין *Hæc menſurantur dupla*, oportet enim ut menſura exiſtat ab utroque latere, quia moris eſt hiſce rebus ab utroque latere uti, ſi enim ſit menſura ab uno latere, non conducit. Aliter, *non menſurantur dupla*, quicquid eſt e regione fiſſuræ, id modo filorum inde exire ſolet, & depravari, & dilacerari poteſt, ſolent enim ſartores circum fiſſuram aliquantulum conduplicare, & ita conſuere; & hoc eſt quod auctor tradit, *duplum menſuratur.* Etenim poſtquam res conduplicata eſt, oportet ut ea habeat menſuram ſuam, ſi vero non ſit juſta menſura, licet dum ſutura diſſoluta eſſet, ſit juſta menſura, tum res nullius eſt utilitatis. אנפליא notat calceamentum quod uſque ad femora aſcendit, ſive id e corio ſive e panno confectum ſit. פמולניא eſt ſpecies femoralium magnorum a lumbis uſque ad fœmora pertingentium, quæ corrigiis inſtructa ſunt. וכובע *& galea*, quam capiti imponunt. וכיס של פונדא *& marſupium interioris veſtis.* פונדא notat cingulum perforatum, in forma marſupii ad res recipiendas. מטלית טלאי eſt idem quod *ſegmenta.* טלייה על השפה *quod aſſutum eſt oræ*, quod aſſutum eſt oræ circum collum. פשוטה *ſimplex*, quod ab utroque latere non conſutum eſt, ſed a parte anteriori vel a poſteriori, & hoc ſecundum iſtam expoſitionem, qua dicitur ſuturam non eſſe undique duplam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus alibi quod illa phraſis נמדדין כפולין *menſurantur dupla*, notet menſuram dilatari juxta ſuum ſenſum, etenim non dixit quod ſcindat ſuturam, vel quod texturam diſcindat, & iterum ſeparetur, & quod tum numerari poteſt. אמפליא Arabice dicitur אלגורב: cæterum פומלניא Arabice dicitur אלשאסיא ſolebant enim veſtes conficere quas aliis veſtibus ſupponebant, quibus carnem contegebant, & ejuſmodi veſtis אפונדא vocabatur, & ea exigua habebat marſupia in quibus pecunia reconditur. מטלית notat ſegmentum panni quod oræ veſtis aſſuitur, & ex ipſo facere ſolent טלאי quod idem fere ſignificat; ſi itaque ejuſmodi ſegmentum duplum aſſutum ſit, etiam duplum menſuratur, ſi ſimplex, etiam ſimplex menſuratur; & hæc eſt menſura tam trium digitorum undiquaque, pro immunditie mortui, quam trium palmorum undiquaque pro immunditie calcationis.

ז הבגד שארג בו ג' על ג' ונטמא מדרס והשלים עליו את כל הבגד ואחר כך נטל (נ"א הבגד הבגד כלו טמא מדרס נטל) חוט אחד מתחלתו טהור מן המדרס אבל טמא מגע מדרס נטל חוט אחד מתחלתו ואחר כך השלים עליו את כל הבגד טמא מגע מדרס:

7. Veſtis de qua tres palmi texti ſunt undiquaque, polluitur calcatione; ſi vero ſuper iis totam veſtem perfecerit, & poſtea unum filum ſumpſerit ab initio illius, tum munda eſt a calcatione, attamen immunda tactu calcationis. Si filum unum ſumpſerit ab initio illius, & poſtea ſuper ipſo totam veſtem abſolverit, tum immunda eſt calcationis tactu.

R. OB. DE BARTENORA.

הבגד שארג בו שלשה על שלשה *Veſtis de qua tres palmos nonnemo texuerit quaquaverſum*, ſtricte, quæ eſt menſura ad polluendum calcatione, & ſi poſtquam veſtis polluta fuerit, totam veſtis texturam ſuper iſtis tribus palmis abſolverit, tum veſtis illa polluta eſt calcatione, quia conjunctionem trium palmorum habet, qui polluti erant ante totius veſtis perfectionem. נטל חוט אחד מתחלתו *ſi unum filum a principio illius ſumpſerit*, nempe de tribus prioribus palmis calcatione pollutis, tum tota veſtis a calcatione munda eſt; attamen *tactu calcationis immunda eſt*, quia tres palmos priores quaquaverſum tetigit, antequam menſura diminuta eſſet. *Si unum filum ſumpſerit de principio illius*, & poſtea perfecerit veſtem totam, tum ea polluta eſt tactu calcationis, licet menſura illius diminuta ſit antequam tota veſtis polluta ſit, nihilominus tamen tota veſtis polluta eſt calcationis tactu; putat enim hicce doctor, quod veſtis trium palmorum menſura undiquaque, ſi illa diviſa ſit poſtquam calcatione polluta eſt, immunda ſit tactu calcationis, uti ſuperius dictum eſt, idcirco quando menſura illius diminuta eſt in tribus palmis quaquaverſum, manet veſtis calcationis tactu immunda, tota autem veſte abſoluta, tum ipſa conjuncta eſt ad polluendum tactu calcationis, quicquid autem conjunctum eſt ad polluendum, id immundum eſt ut ipſa res quam conjungit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi quis de veſte omnino tres palmos quaquaverſum texuerit, quæ eſt menſura pro immunditie calcationis, ſicuti ſuperius dictum eſt, atque hæc veſtis texta calcatione polluta fuerit, & poſt illam pollutionem totam veſtem texendo abſolverit, tum illa veſtis ſub iſta textura continetur, & immunda eſt calcatione, eſtque immunditiei pater, ſicuti capite decimo ſeptimo dictum. Si vero unum filum ſumpſerit de principio veſtis, quod eſt finis trium palmorum undiquaque, quodque calcatione pollutum eſt, cui menſura deeſt, atque hoc ſegmentum factum fuerit perinde ac ſi poſt immunditiem diſciſſum fuiſſet, tum cum hac veſte ſe res habet, perinde ac ſi tactu calcationis polluta eſſet, quæ eſt primus immunditiei gradus, non pater, uti aliquoties expoſuimus. Sin autem filum ſumpſerit de materia trium palmorum quaquaverſum ſtricte, quod texuit in principio poſt immunditiem calcationis, & remanſerit minus quam tres palmi quaquaverſum, ac deinceps tota veſtis texendo perfecta fuerit, tum tota veſtis tactu calcationis polluta eſt, eſtque primus immunditiei gradus.

ח וכן בגד שארג בו ג' על ג' ונטמא טמא מת והשלים עליו את כל הבגד ואחר כך נטל (נ"א הבגד הבגד כלו טמא טמא מת נטל) חוט אחד מתחלתו טהור מטמא מת אבל טמא מגע טמא מת נטל חוט אחד מתחלתו ואחר כך השלים עליו את כל הבגד טהור מפני שאמרו שלש על שלש שנתמעט טהור אבל שלשה על שלשה שנתמעט אף על פי שטהור ממדרס טמא בכל הטומאות:

8. Pariter veſtis quæ trium digitorum undiquaque eſt, polluitur per id quod mortuo pollutum eſt, ſi poſtea totam veſtem perfecerit, & ſumpſerit unum filum a principio, tum ipſa eſt munda ab eo quod mortuo pollutum, attamen pollutum eſt tactu illius quod mortuo pollutum eſt. Si unum filum ſumpſerit ab initio illius, & poſtea ſuper ipſo totam veſtem perfecerit, tum munda eſt, quia dixerunt, quæ trium eſt digitorum & diminuta, ea munda eſt, quæ vero trium eſt palmorum, & diminuta, licet munda ſit a calcatione; tamen in omni immunditie munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן בגד שארג בו שלש על שלש *Et ſic etiam veſtis de qua tres (digitos) quaquaverſum texuerit*, hæc enim eſt menſura quæ polluit in omnibus impuritatibus, calcatione recepta; ſi vero minor ſit menſura, tum non polluit illa immunditie. *Quæ trium eſt digitorum, & diminuta, ea munda eſt*, omnino munda eſt, quia ad nullam rem utilis eſt, nec pauperibus, nec divitibus, idcirco munda eſt ab omni immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superiori Miſna jam expoſitum eſt quod veſtis quæ non habet tres digitos quaquaverſum, non polluatur aliqua immunditie, & quando ipſa non habet tres palmos undiquaque, tum hæc menſura liberat ab immunditie calcationis duntaxat; ſed reliquis impuritatibus pollui poteſt, ut mortuo, ſeminis emiſſione, reptilibus & lepra, reliquiſque in principio codicis enumeratis, ita veſtis trium digitorum undiquaque quæ tetigit calcationem, immunda eſt calcationis tactu, ſic etiam ſi veſtis trium ſit palmorum undiquaque, quæ polluta eſt calcatione, & cujus menſura deficit, tum quod remanſerit de illa, id eſt tactu calcationis immundum; at ſi minus quam tres digiti remanſerit, tum id mundum eſt omnino, uti expoſitum eſt; hæc fundamenta memoriæ mandes volo, quia utiliſſima ſunt.

ט סדין שהוא טמא מדרס ועשאו וילון טהור מן המדרס אבל טמא מגע מדרס אמר רבי יוסי וכי באיזה מדרס נגע זה אלא אם כן נגע בו הזב טמא במגע הזב:

9. Si quis e ſindone calcatione polluta fecerit velum aliquod, tum id mundum eſt a calcatione, attamen mundum eſt tactu calcationis. Dixit R. Joſe, ſed quam calcationem hoc tetigit? ergo ſi id tetigerit ſeminifluus, tum immundum eſt tactu ſeminiflui.

R. OB. DE BARTENORA.

ועשאו וילון *Et confecerit inde velum*, וילון notat velum quod ante fores conficere ſolent, ut, ſi mediante illo fecerit aliquod opus, quia hoc modo mundum eſt a calcatione ex quo conjunctum eſt, ſecundum Scholam Schammai, at ſecundum Hillelis Scholam ex quo colligatum eſt, ſed ſecundum R. Akibam ex quo fixum eſt, uti in ſuperioribus expoſitum eſt. טהור מן המדרס *mundum eſt a calcatione*, quia non amplius ſubjicitur juri cubationis & ſeſſionis, ſed immunditiei tactus, quia id ſole calefieri ſolet, & in oris ſuis operitur. וכי באיזה מדרס נגע זה *ſed quamnam calcationem hoc tetigiſſet*, perinde ac ſi dixiſſet, quoniam velum mundum eſt ab immunditie calcationis, quando exinde factum eſt velum, tum utique mundum eſt omnino, ita ut immundities nulla in ipſo remaneat, quia ſunt fragmenta vaſorum quæ omnino munda ſunt ab immunditie ſua, niſi ea tetigerit ſeminifluus, ſi ſeminifluus tetigerit hoc velum, tum polluit ipſum tactu ſeminiflui. Sed vi immunditiei calcationis, quæ prius in ipſo erat, nulla hic eſt immundities; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite decimo quod tegumentum non polluatur calcatione, ſed reliquis impuritatibus; quando autem quis acceperit ſindonem poſt immunditiem calcationis, & inde fecerit velum, tum ſe res habet perinde ac ſi illius locus occultus tetigiſſet calcationem, & primus immunditiei gradus factus fuiſſet. R. Joſe dicit, poſt purificationem in ipſo non relinqui ullam immunditiem, & ſi quis inde fecerit tegumentum, ut fragmentum vaſis poſt illius immunditiem, ipſum abſque dubio mundum eſſe, & hoc eſt quod quærit, *ſed quam calcationem hoc tetigit*; at ſi tetigerit poſtquam inde fecerit velum, & ipſum polluerit, tum iterum fit primus immunditiei gradus, nam ſi ipſum tetigerit cubitus ſeminiflui vel pater immunditiei quiſpiam, tum reliquorum vaſorum juri obnoxium eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

י שלשה על שלשה שנחלק טהור מן המדרס אבל טמא מגע מדרס אמר רבי יוסי וכי באיזה מדרס נגע זה אלא אם כן נגע בו הזב טמא מגע הזב:

10. Veſtis trium palmorum quaquaverſum, ſi diviſa ſit, munda eſt a calcatione, attamen immunda tactu calcationis. Dixit R. Joſe, ſed quam calcationem hæc tetigit? ergo ſi ipſam tetigerit ſeminifluus, immunda eſt tactu ſeminiflui.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה על שלשה *Trium ſuper tribus*, intellige veſtem quæ trium eſt palmorum quaquaverſum, & pollutam calcatione ſeminiflui, quæ poſtea in partes diviſa fuit, in quibus non continetur menſura immunditiei calcationis; hac in parte doctor primus & R. Joſe diſputant, etenim doctor primus putat, eam eſſe immundam tactu calcationis; R. Joſe putat eam omnino eſſe mundam; ſed de veſte trium digitorum quaquaverſum, quæ a veſte magna diviſa eſt quæ calcatione immunda erat, omnes conſentiunt, eam ex quo diviſa fuit a patre immunditiei, recipere immunditiem a patre ejus; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit שנחלק *quæ diviſa eſt*, id intelligas poſtquam calcatione polluta eſt; cætera jam expoſita ſunt ex iis quæ præceſſerunt.

יא שלשה על שלשה באשפות בריא וצורר מלח בבית או בריא או צורר מלח כמה מלח יהיו צורר רובע רבי יהודה אומר בדקה וחכמים אומרים בגסה אלו ואלו מתכונים להקל רבי שמעון אומר שוים שלשה על שלשה באשפות לשלש על שלש בבית:

11. Si veſtis trium palmorum undique, in fimeto inventa ſit; ſi integra ſit & ſal colligere poſſit; domi vel integra, aut ſal colligens, quantum ſalis colligat? quartarium. R. Jehuda dicit, in ſale minuto; Sapientes dicunt, in craſſo: utrique vero in hoc conveniunt quod allevandum ſit. R. Simeon dicit, quod tres palmos undique continet, in fimeto id ſimile eſt ei quod tres digitos continet in domo.

R. OB. DE BARTENORA.

בריא וצורר מלח *Integrum & colligens ſal*, ita nos legimus, ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor quod ſi aliquod veſtis ſegmentum in fimeto in-

ſi itaque veſtis ſegmentum ſit conjectum in fimetum, tum intercidit jus veſtis, & ſi ita ſe res habeat, oportet ut in ipſo ſint duæ conditiones, videlicet, ſi integrum ſit illud ſegmentum, firmum, & aptum ut in ipſo quartarius Cabi colligi poſſit de ſale; at ſi domi id inveniatur, & non projectum ſit in fimetum, tum adhuc alicujus pretii eſt, & tum una conditio ſatis eſt, ſi modo integrum ſit, etſi non comprehendat ſal; vel ſi ſal quidem comprehendat; etſi non ſit integrum. *R. Jehuda dicit*, *in ſale minuto*, tum nunquam polluitur, niſi donec comprehendat quartarium ſalis minuti. *Sapientes dicunt*, *in craſſo*, ſcilicet ſi ſegmentum continere poſſit ſal craſſum, tum polluit. אלו ואלו מתכוונים להקל *hi & illi in eo conveniunt quod allevandum ſit*, R. Jehuda putat quod ſal craſſum colligi debeat in veſte integra, & firma ob gravitatem, quia id gravius eſt craſſo ſale, idcirco is æſtimationem inſtituit, donec illud comprehendat tenue ſal, ad allevandum in veſte ſal tenue continenti, quod id non polluatur. Sapientes vero putant, quod ſal craſſum indigeat ſegmento veſtis firmiori, quia acumina & cornua illius promineant, idcirco reſpectu craſſi decernunt immunditiem incidere poſſe, ut allevent ratione ſegmenti ſal tenue continentis, id nempe non pollui. *Quod in fimeto comprehendit tres palmos undique*, *id ſimile eſt ei quod tres digitos comprehendit in domo*, hoc ſenſu, ſicuti ſegmentum veſtis tres digitos undique domi continens, polluitur per id quod mortuo pollutum eſt, & non per calcationis immunditiem, ſic etiam id quod tres palmos quaquaverſum continet in fimeto, polluitur per id quod mortuo pollutum eſt, & non per calcationem, quia pretium intercidit ex quo in fimetum projectum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes duntaxat.

inventum ſit, quod tres palmos undiquaque continet, etſi integrum ſit, atque id ipſum ſal in ſe continere poſſit ita ut non dilaceretur dum ſal continet, licet comprimatur ſicuti veſtis perfecta comprimitur, tum iſtud ſegmentum calcatione polluitur, quia alicujus pretii eſt. Verum ſi id ſit domi, tum alterutra re duntaxat opus eſt, nempe, ſi id integrum ſit, licet non ſit validum, vel aptum ut colligatur, licet non ſit integrum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *in domo*, *vel integrum*, *vel ſal colligens*, quandoquidem enim non projectum eſt in fimetum, idcirco alicujus eſt pretii. Jam auctor denuo menſuram exponit quæ ad ſal comprehendendum neceſſaria eſt, ſi fragmentum ſit in fimeto, quod tum polluitur; porro dicit quod Cabi quartarius exponendus ſit ratione ſalis, quod in ipſo contineri poteſt. Dicit autem R. Jehuda hoc eſſe ſal tenue, Sapientes dicunt, craſſum, ſed utrique conveniunt in caſu allevationis, nempe utrique leviorem ponunt conditionem de hoc ſegmento veſtis, quod id non polluatur. R. Jehuda dicit quod ſal tenue duntaxat a veſte firma comprehendi poſſit, propter illius gravitatem, & putat quod ea non comprehendat ſal tenue, etſi comprehendat craſſum, & propterea eam eſſe mundam. Sapientes vero dicunt ſal craſſum divellere ſegmentum veſtis magis quam tenue propter acuminationes & cornua ipſius, & propterea illi ſtatuunt quod ſal craſſum in hoc ſegmento contineri nequeat, & licet tenue contineat, tamen mundum eſſe. Sed R. Simeon dicit, illud quod tres palmos quaquaverſum continet, ſi in fimetum projectum ſit, licet maximas habeat vires & integritatem, obnoxium eſſe juri ſegmenti quod tres digitos quaquaverſum continet domi, & pollui mortuo, & non calcatione, etenim poſtquam in fimetum projectum eſt, a gradu ſuo deſcendiſſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

יב שלשה על שלשה שנקרע הם נתנו על הכסא ובשרו נוגע בכסא טהור ואם לאו טמא שלש על שלש שנמהה ממנה הוט אחד או שנמצא בו קשר או שני חוטין מתאימין טהורה שלש על שלש שהשליכו באשפות טהורה החזירה טמאה לעולם השלכתה מטהרתה וחזרתה מטמאתה חוץ משל ארגמן ושל זהורית טובה רבי אליעזר אומר אף מטלית חדשה כיוצא בהן רבי שמעון אומר כולן טהורין לא הוזכרו אלא מפני השבת אבדה :

12. Segmentum trium palmorum undiquaque, ſi id laceratum ſit, & ſedili impoſitum, atque alicujus caro tetigerit ſedile, mundum eſt, ſin minus, immundum eſt. Si id trium ſit digitorum, & in ipſo ſit unum filum veteratum, vel ſi in ipſo ſit nodus, vel duo fila geminata, tum munda eſt; ſi trium ſit digitorum, & in fimetum projectum, etiam munda eſt; ſi quis refecerit ſegmentum, immundum eſt; ſemper projectio illud purificat, reparatio vero illud polluit, exceptis purpura & cocco bono. R. Eliezer dicit etiam fruſtum panni novum his ſimile. R. Simeon dicit, omnia munda non memorata ſunt niſi ob reſtitutionem rei amiſſæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה על שלשה שנקרע *Segmentum trium palmorum quaquaverſum, quod diſciſſum eſt*, ita ut partes diſciſſæ a ſe invicem non diſtinctæ ſint. *Et caro illius tetigerit ſedile*, ſi id uſque adeo diſciſſum ſit, ut ſi ſegmentum veſtis ſedili impoſitum ſit, caro hominis tangat ſedile, quando ſederit in ipſo, tum mundum eſt, quia ceſſat a jure veſtis. *Sin minus*, ſi pars diſſecta non ſit tam magna, ut caro illius tangere poſſit ſedile, tum illa non ceſſat a jure veſtis, & propterea immunda eſt.

שנמהה ממנה חוט אחד *Quum in ipſo ſit unum filum veteratum*, נמהה enim notat id quod detritum eſt, & veſti integræ aſſutum, ſicuti in fine capitis viceſimi quarti dictum eſt, מהוהה שטליה על הבריא *veteratum quod integræ arcæ aſſutum eſt*; quando autem filum unum de veſte detritum eſt, quæ quaquaverſum ſtricte tres continet digitos, tum illius menſura diminuitur, & propterea mundum eſt.

או שני חוטין מתאימין *Vel duo fila geminata*, exponunt doctores noſtri quod verbum מתאימין quoque reſpiciat nodum, talis itaque eſt ſenſus, ſi duo ſint fila geminata, vel duo nodi geminati, nam ſi duo fila conjuncta ſint inter ſe in veſte, tum ea non ſolent ita relinqui, ita dicitur in Gemara capite, ſeptimo codicis de Sabbato ſi duo nodi ſeparati ſint inter ſe, unus diſſolutus eſt, & alter ligatus. Dixit vero auctor

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלשה על שלשה שנקרע *Segmentum undique trium palmorum quod dilaceratum eſt*, cujus tamen partes non ſeparatæ ſunt, ſed cujus pars divulſa tam magna eſt ut ſi poſtquam hoc ſegmentum ſedili impoſitum ſit, nonnemo ei inſederit & illius caro tetigerit ipſum ſedile, tum non polluatur calcatione feminiflui.

ושני חוטין מתאימין *Vel duo fila geminata*, ſi unum filum tetigerit alterum, ita ut inter illa remanſerit id quod formam veſtis vocamus. זהורית טובה *coccum bonum*, puta ſericum e cocco tinctum; etenim veſtis purpurea & e ſerico confecta præſtantiſſima eſt, & illius ſegmentum quod undique tres digitos continet, polluitur licet in fimetum projectum ſit, quia pretioſum eſt. R. Eliezer putat, quod omne veſtimentum novum etiam pretioſum ſit, & menſuram trium digitorum poſſe pollui omni in loco. R. Simeon putat quod veſtis e ſerico confecta, vel e purpura, ſi ea comprehendat undiquaque tres digitos, & in fimetum projecta ſit, non polluatur. At vero differentia eſt inter veſtem purpuream & reliquas veſtes ratione reſtitutionis rei perditæ pro dominis, qui enim trium digitorum ſegmentum de reliquis veſtibus in fimeto invenerit, is non tenetur id per præconem indicare, quia non magni eſt momenti. Sin autem veſtis e ſerico vel purpura confecta ſit, tum res inventa per

auctor חוטין מתאימין *fila geminata*, quia inter texendum intra ſtamen ſubtegmen mittere ſolent, & tum duo fila non ingrediuntur unam ſeriem, ſed ubi unum ingreditur, ibi alterum egreditur, & quando duo fila ſunt æqualia, tum unum cenſetur perinde ac ſi non eſſet. החזירה *ſi reddiderit illud*, domi, tum immunda eſt, nam hic reſpicitur ad pretioſitatem rei. לעולם השלכתה מטהרתה *ſemper projectio illius ipſum purificat*, perinde ac ſi dixiſſet, hic color polluitur & purificatur, vel decies de die. והזהורית טובה *coccum bonum*, quod magni eſt pretii, & hujus dignitas non intercidit in fimeto, זהורית barbare dicitur Carmoſin. אף מטלת חדשה *etiam fruſtum panni novum*, hoc quoque ſubjicitur juri purpuræ & cocci boni, & non eximitur a jure veſtis, etiamſi in fimeto inventum ſit. *Omnia munda ſunt*, ſi in fimetum projecta ſint, etiam ſi purpura vel coccum bonum fuerit, tamen hic purpuræ & cocci boni duntaxat mentio facta eſt, ut ea a reliquis veſtibus diſtinguantur, niſi propter reſtitutionem rei perditæ, ſi enim illa inventa ſint in fimeto, non dicimus ea illuc projecta eſſe, ſed quadam de cauſa illic depoſita, & propterea per præconem proclamanda; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

per præconem indicanda eſt, & domino ſuo reddenda, eo quod alicujus eſt pretii; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

פרק כח שלש על שלש שנתנה בכדור או שעשאה כדור בפני עצמה טהורה אבל שלשה על שלשה שנתנו בכדור טמא עשאו כדור בפני עצמו טהור מפני שהתפר ממעטו :

Caput 28. Segmentum undique trium digitorum quod pilæ luſoriæ impoſitum eſt, vel e quo ſeorſim pila luſoria facta eſt, mundum eſt. Quod vero trium eſt palmorum undique, & pilæ luſoriæ impoſitum, immundum eſt, ſi ex ipſo fecerit pilam luſoriam ſeorſim, mundum eſt, quia ſutura ipſum diminuit.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש על שלש שנתנה בכדור *Segmentum undique tres digitos comprehendens, quod pilæ luſoriæ inditum eſt*, (ita ſenſum ſupplet Bartenora:) כדור barbare dicitur Piluta. או שעשאה כדור *vel ſi exinde fecerit pilam luſoriam*, ſi quis ſegmentum panni convolverit in orbem, in forma pilæ, & poſtea conſuerit, cujuſmodi rem pro puerulis facere ſolent. טהורה *mundum eſt*, quia ſegmenti jus intercidit quando pilæ luſoriæ inditum eſt, & eo magis quando pilam luſoriam fecerit ſeorſim, illius jus intercidit per ſuturam. Sed ſegmentum quod trium eſt palmorum, non excidit jure ſuo licet pilæ luſoriæ inditum ſit, quia ibi bene cuſtoditum eſt; at ſi ſeorſim fecerit pilam luſoriam, tum ſegmentum immundum eſt, quia diminuit, & propterea mundum eſt a calcatione, ſed polluitur tamen reliquis impuritatibus ſecundum jus ſegmenti tres undique palmos continentis, quod diminuitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superius jam expoſuimus quod trium palmorum ſegmentum non polluatur calcatione, ſed mortuo, reliquiſque impuritatibus, quia alicujus pretii eſt; at ſi quis id ipſum impoſuerit pilæ luſoriæ, vel eo pilam luſoriam contexerit, tum jure ſuo jam excidit, & propterea mundum eſt. Si vero trium palmorum ſegmentum pilæ luſoriæ impoſitum ſit, & ſeminifluus conſederit in pila luſoria, tum immundum eſt ex decretis Sapientum. Sed non item ſi pila luſoria ipſo contecta ſit, quia ope conjunctionis fili jam diminutum eſt, dum conſuebatur. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt quod trium digitorum ſegmentum pauperibus duntaxat prodeſſe poteſt, quod vero trium eſt palmorum, tam divitibus quam pauperibus prodeſſe.

ב פחות משלשה על שלשה שהתקינו לפוק בו את המרחץ לנער בו את הקדרה לקנח בו את הרחים בין מוכן בין שאינו מוכן טמא דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר בין מן המוכן בין שאינו מן המוכן טהור רבי עקיבא אומר מן המוכן טמא ושאינו מן המוכן טהור :

2. Si ſegmentum non habeat undique tres palmos, id vero paraverit quis ut eo balneum obſtruat, vel ollam evacuet, vel molam abſtergat, ſive paratum quid ſit, ſive ſecus, immundum eſt. Ita R. Eliezer. R. Jehoſua dicit, ſive paratum ſit, ſive ſecus, mundum eſt. R. Akiba, dicit paratum eſt immundum, quod vero non paratum eſt, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לפוק *Ad obſtruendum*, ad foramina in balneo obſtruenda ne calor exeat. *Et ad ollam evacuandam*, ad ollam apprehendendam ut ea in ſcutellam evacuetur. בין מן המוכן בין שאינו מן המוכן *ſive de eo quod paratum eſt, ſive de eo quod non paratum eſt*, etenim capite ſecundo codicis de Sabbato dicitur, etenim quia reliquit illud in fimeto, unuſquiſque concedit quod immundum ſit, quia pretii ratio habetur, & quia in fimetum eſt projectum, nemo contradicit quod non ſit mundum, quia illius jus intercidit; ſed diſſentiunt ſi quis illud appenderit clavo, vel poſteriori januæ parti impoſuerit. R. Eliezer putat id pollutum eſſe, ſive in clavo quis reliquerit ipſum, ubi quaſi paratum videtur apud id quod in fimeto diſperſum eſt, ſive id ipſum reliquerit in poſteriori januæ parte, tum apparet quaſi non paratum eſſet juxta id quod relictum eſt in capſa, & ſemper immundum eſt, quando in fimeto non diſperſum eſt. R. Jehoſua putat id ſemper mundum eſſe, quando non poſitum fuerit in capſa. Sed R. Akiba ſtatuit quod ſegmentum clavo impoſitum non ſit paratum, & ſe rem habere perinde ac ſi capſæ impoſitum eſſet, ac proinde immundum eſt; at ſi quis in poſteriori parte januæ id ipſum reliquerit, ubi non apparet ac ſi paratum quid eſſet, hinc id ſimile eſt ei quod in fimetum projectum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפוק בו את המרחץ *Ad obſtruendum ope illius balneum*, ad foramina balnei obſtruenda, ne fumus exeat, & balneum frigeſcat. *Ad ollam evacuandam*, ad eam dimovendam dum adhuc incaleſcit. *Ad molam abſtergendam*, ad pulverem ab illa removendum poſt molitionem; cæterum inter R. Eliezerem & R. Jehoſuam nulla eſt controverſia, nam ſegmentum undique non habens trium palmorum ſpatium, quod paravit aliquis, quare memoratum eſt? etenim ſi in fimetum projectum ſit, mundum eſt, & non polluitur aliqua immunditie; ſi vero in repoſitorium aliquod id ipſum repoſuerit, vel in arcam, tum immundum eſt ſecundum omnium ſententiam. Sed controverſia eſt de ſegmento paxillo appenſo, vel poſteriori parti januæ impoſito, putat enim R. Eliezer, quod cum id non projectum ſit in fimetum, polluatur, quia opus illius alicujus eſt momenti, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſive de eo quod paratum eſt, ſive de eo quod non paratum eſt*, quaſi dixiſſet ſive ſegmentum poſuerit in ſcrinio, ſive clavo appenderit, polluitur. R. Jehoſua putat, quod cum illud non poſitum ſit in ſcrinio, & miniſterium illius jam intermiſſum ſit, non polluat. Senſus vero illius quod dicitur, *ſive de eo quod paratum eſt, ſive de eo quod non paratum eſt*, eſt, ſive ſegmentum in fimeto

jectum eſt, & mundum; hic vero deciſio eſt ſecundum R. Akibam apud R. Jehoſuam; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

meto inventum ſit, ſive poſteriori januæ parti impoſitum, vel clavo impoſitum, non polluitur. R. Akiba putat, quod ſi paxillo appenſum ſit, paratum ſit, perinde ac ſi in arcam repoſitum eſſet; at ſi idipſum poſteriori januæ parti impoſitum ſit, tum non eſt de parato, & idcirco non polluitur, perinde ac ſi in fimetum ſit projectum. Cæterum jam expoſitum eſt in Gemara codice de Sabbato, quod R. Akiba redeat ad ſententiam R. Joſuæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ג העושה אספלנית בין בבגד בין בעור טהורה (רבי יוסי אומר על העור טהור נ"א ל"ג) מלוגמא בבגד טהורה ובעור טמאה רבן שמעון בן גמליאל אומר אף בבגד טמאה מפני שהיא נערכת :

3. Si quis σπλήνιον ſive in veſte ſive in pelle fecerit, mundum eſt. R. Joſe dicit, ſuper pelle mundum eſt. Emplaſtrum in veſte mundum eſt, at in corio immundum eſt. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, etiam in veſte mundum eſt, eo quod remiſſum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אספלנית σπλήνιον, eſt cataplaſma quod ex adipe, cera, melle, & oleo faciunt, & id genus aliis, atque ejuſmodi cataplaſma ſuper veſte aut corio abſtergunt, & poſtea vulneri applicant; & cum eo polluitur veſtis & corium, adhuc apta ſunt ad ſeſſionem, ſed non ad miniſterium aliud. מלוגמא notat emplaſtrum e farina, vel ficibus, atque id genus aliis rebus confectum, quod homo lambere ſolet, & deinceps vulneri imponit; vox מלוגמא compoſita eſt e מלא & לתמא:

בבגד טהור *In veſte mundum eſt*, quia veſtis per emplaſtri ſordes conſpurcatur, ita ut impoſterum non valeat. *Et in corio immundum eſt*, quia emplaſtrum non adhæret corio, ſicuti veſti, idcirco corium iſto modo non excidit jure ſuo. מפני שהיא נערכת *quia diſſolutum eſt*, poſtquam emplaſtrum arefactum eſt, tum ſponte ſua de veſte excidit, & omnia inquinamenta decidunt; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אספלנית Notat maſſam ex oleo aut cera, lacte, aut adipe ſubactam, vel e ſimili materia; quando igitur tale emplaſtrum ſuper corio, aut ſuper veſte ſubactum eſt, tum illa jam commaculata ſunt, ita ut inepta ſint, ſi quis iis inſidere velit. Per מלוגמא intelligas maſſam e farina ſubactam, & id genus alia quæ homines ſolent lambere, ut panis, & ficus, & ſimilia quæ decidere ſolent poſtquam arefacta ſunt, & veſtis atque corium denuo ſeorſim relinquitur, in quibus hoc emplaſtrum expanſum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, מפני שהיא נערכת quia expanſum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon filium Gamalielis.

ד מטפחות ספרים בין מצויירות בין שאינן מצויירות טמאות כדברי בית שמאי בית הלל אומרים מצויירות טהורות ושאינם מצויירות טמאות רבן גמליאל אומר אלו ואלו טהורות :

4. Mantilia tonſorum, ſive depicta ſint, ſive ſecus, munda ſunt; ita Schola Schammai. Sed Schola Hillelis ſtatuit depicta eſſe munda, quæ vero non depicta ſunt, immunda eſſe. Rabban Gamaliel dicit, utraque munda eſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

מצויירות טהורות *Depicta munda ſunt*, picturæ enim ſatis indicant ea lintea tonſoribus deſtinata eſſe, & non communibus miniſteriis, quod vero non inſervit communi hominum miniſterio, id mundum eſt. Quæ vero non depicta ſunt, ea quoque aliis miniſteriis deſtinata ſunt, idcirco munda ſunt. Schola Schammai dicit quod munda ſint, tam picta, quam non picta, quia patet quod lintea tonſorum inſerviant communi hominum uſui, quia facta ſunt ut iis quotidie utantur. אלו ואלו טהורות *hæc & illa munda ſunt*, nam cum tonſoribus deſtinata ſint, porro inſerviunt communi hominum uſui; deciſio non eſt ſecundum Rabban Gamaliel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cæterum quando lintea non ſolum depicta, ſed & acupicta ſunt pro tonſore, tum non polluuntur, quia tonſoribus deſtinata ſunt, & tum picturæ ſatis indicant ea non facta eſſe in communem uſum, ſicuti capite viceſimo ſeptimo expoſuimus. At vero ſi non depicta ſint, tum non deſtinata ſunt tonſoribus tantum, quia ad reliquas res quoque apta ſunt. Schola Schammai dicit, quod illorum quoque uſus ſit pro reliquis hominibus, quia tam ſæpe apprehenduntur; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

ה כפה שהוא טמא מדרס ונתנו על הספר טהור מן המדרס אבל טמא טמא כת המת שעשאה שטיח ושטיח שעשאו חמת טהור חמרת שעשאה ערכל ותורמל שעשאו חמת כר שעשאו סדין וסדין שעשאו כר כסרת שעשאו מטפחת או מטפחת שעשאה כסרת טמא זה הכלל כל ששינהו לשמו טמא לשם אחר טהור :

5. Cucullus qui calcatione pollutus eſt, & tonſori traditus, mundus eſt a calcatione; attamen pollutus immundo mortui. Si quis ex utre fecerit ſtragulam, vel contra, utrumque mundum eſt. Si vero ex utre fecerit peram, vel contra; vel ſi ex cervicali fecerit ſindonem vel contra; vel ſi e pulvillo fecerit linteum, vel contra, utrumque mundum eſt. Hæc eſt generalis regula, quod in nomine ſuo mutavit, id immundum eſt, quod in nomine alterius, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כפה Notat linteum quod mulieres capitibus ſuis imponunt, quod immunditiei calcationis obnoxium eſt, quia aliquando inſident ei. *Si eum dederit tonſori*, ſi tonſori eum deſtinaverit, & circum ipſum convolverit. *Mundus eſt a calcatione*, attamen reliquis impuritatibus polluitur. חמת notat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כפה *Cucullus*, quem mulieres imponunt capitibus ſuis; quando auctor dicit, eum calcatione pollutum eſſe, non putat eum calcatione pollui; ſed ſenſus eſt, quod ſi cucullus pollui poteſt calcatione, ſicuti expoſuimus capite quarto codicis de Seminifluis, ſi exinde fecerit linteum tonſorum, tum

tat utrem coriaceum. שעשאו שטיח *ſi exinde fecerit ſtragulam*, intellige pellem ſuper terram expanſam, ut inſideant ei, uter enim & ſtragula ambo polluuntur calcatione; nihilominus tamen quia hic una res mutatur in alteram, imo quamvis nulla eſſet mutatio operis, ſimilis eſt vaſi confracto, & propterea res munda eſt; non enim legimus, *immunda eſt*, ita quoque doctores mei expoſuerunt, & exemplar Miſnæ antiquiſſimum eodem ſenſu legunt. Præterea e Toſaphta quoque hic ſenſus confirmatur juxta omnium doctorum ſententiam, ſicuti modo traditum eſt in generali Miſnæ regula, *quod in nomine ſuo mutavit*, *id immundum eſt*, *quod vero in nomine alterius mutavit*, *id mundum eſt*: verbum לשמו *in nomine ſuo* in Toſaphta exponitur de ſupellectili expanſa, ut, ſi ſtragulam in linteum mutaverit, vel contra; & שלא לשמו *non in nomine ſuo*, ſi ſupellectilem expanſam mutaverit in eam quæ aliquid recipere poteſt, & e ſupellectili recipienti in aliam ſupellectilem recipientem, quæ omnes mutationes ſunt *non in nomine ſuo*, & mundæ. Sic etiam ſi de utre fecerit peram, ubi eſt mutatio ex una ſupellectili recipienti in aliam recipientem, etiam munda eſt illa mutatio. Si e cervicali quis fecerit ſindonem, & contra, ubi eſt mutatio ſupellectilis recipientis in planam, & contra, idcirco hæc etiam munda eſt. Etenim in hoc nulla eſt difficultas quare auctor non invertat ſenſum, & tradat, ſi de utre fecerit ſtragulam, & viciſſim, quomodo omnes mutationes eſſent mnndæ, nam auctor ultimum tempus tradere voluit, quando ſcribit, ſi ex utre fecerit peram, oportet enim ut tradidiſſet, ſi ex utre fecerit ſtragulam, aut peram, ſed is ab ordine aliorum diſcedere noluit; plurima vero exemplaria tradunt, *immundum eſt*, ego vero non novi conciliare exemplar hoc recte.

ו מטלית שטלייה על הקופה מטמאה אחד ופוסלת אחד הפריסה מן הקופה מטמאה אחד ופוסלת אחד והמטלית טהורה טלייה על הבגד מטמאה שנים ופוסלת אחד הפרישה מן הבגד הבגד מטמא אחד ופוסל אחד והמטלית מטמאה שנים ופוסלת אחד וכן הטולה על השק או על העור דברי רבי מאיר רבי שמעון מטהר רבי יוסי אומר על העור טהור על השק טמא מפני שהוא אריג:

6. Segmentum panni cupæ aſſutum polluit unum, & inficit unum; ſi quis id ſeparaverit a cupa, tum cupa polluit unum, & inficit unum, ſegmentum vero mundum eſt. Si id veſti aſſutum ſit, polluit duo, & inficit unum; ſi id a veſte ſeparaverit, tum veſtis polluit unum, & inficit unum: ita ſegmentum polluit duo & inficit unum. Pari modo ſe res habet, ſi id ſacco vel corio aſſutum ſit, ita R. Meyr. R. Simeon dicit mundum. R. Joſe dicit, ſi corio, mundum eſt, ſi ſacco, immundum, quia textus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

Si aliquod panni ſegmentum calcatione pollutum, aſſutum ſit cupæ, tum cupa non polluta eſt calcatione, attamen immunda eſt quando id ei aſſutum eſt, quia ſegmentum tetigit quod calcatione pollutum erat, hinc tactus calcationis; poſtquam vero ſegmentum illud aſſutum eſt, diſpulſa eſt ab illo immunditiès calcationis, quia illa intercidit ratione cupæ, at cupa inepta eſt ad calcationis immunditiem. *Polluit unum*, *& inficit unum*, ſecundum jus vaſorum quæ calcationem tetigerunt & poſtea ſeparata fuerunt, nam in fine codicis de Seminifluis traditur, quod tetigerit cubile illius, id polluit duo, atque unum inficit, quod diviſum eſt, id polluit unum atque inficit unum, quando enim vas tetigit calcationem, habemus id pro immunditiei patre ratione cibi, qui denuo primum & ſecundum gradum immunditiei efficere poteſt in profanis, & tertium in oblatione prima; at vero ſi id eſt ſeparatum, tum eſt immunditiei proles, atque duos in profanis producit immunditiei gradus tantum, atque hoc eſt quod dicitur, *polluit unum atque inficit unum.* הפרישה *ſi ſeparaverit illud*, nempe ſegmentum panni a cupa, tum cupa eſt illius immunditiei proles, ſicuti erat ante ſeparationem; ſegmentum vero mundum eſt, nam quandoquidem cupæ aſſutum eſt, ei ſimile factum eſt, & quaſi illius ſegmentum aliquod ei ablatum, quod mundum eſt. Verum ſi quis poſt ſeparationem illius a cupa cogitaverit ſe in ipſo ſeſſurum, tum recipit immunditiem ab illo tempore & deinceps, ſi juſtam menſuram habuerit. *Si veſti aſſutum ſit*, non excidit immunditie calcationis, idcirco veſtis polluit duo, & unum inficit, ſecundum jus vaſorum calcationem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio jam expoſuimus quod pater duo polluat, & unum inficiat in oblatione prima, & polluat unum, & inficiat unum, & quod calcatio ſit e patribus impuritatum, tum ſecundum hanc conſtitutionem quoque fruſtum panni pollutum eſt calcatione, & procul omni dubio pater calcationis. Porro, ſi quis panni fruſtum ſumpſerit, idque cum cupa conſuerit, ad ipſum cum iſta cupa projiciendum, tum cupa cum ſegmento panni eſt primus immunditiei gradus, quia immunditiès in illam incidit, dum hoc tegumentum ei imponebatur; ſi vero is ſegmentum panni ſeparaverit a cupa poſt tegumentum, tum cupa manet primus immunditiei gradus, quia calcationem tetigit, at ſegmentum panni mundum eſt, quia id reſpectu cupæ jure ſuo excidit, & deſtructio venit a cupa, ut diſciſſio & perditio, ita ut cupa fiat ex alia ſpecie. Si vero hoc ſegmentum aſſuerit veſti, tum veſtis tota redit ad gradum cubilis, cum ſegmento autem ſe res habet, ſicuti expoſitum eſt capite præcedenti, ſegmento autem a veſte remoto poſt futuram illius, tum veſtis denuo fit primus immunditiei gradus ob conjunctionem illam cum calcatione, ſegmentum vero relinquitur immunditiei pater, ſicuti antea erat, quia id non excidit ſuo jure ratione veſtis, cum ejuſdem ſint ſpeciei. Dicit R. Meyr ita eſſe jus ratione hujus ſegmenti, etenim poſtquam id ſacco aſſutum eſt, vel corio, perinde eſt ac ſi veſti aſſutum eſſet. R. Simeon putat quod jus ſacci & corii ſit perinde ac illius quod applicatum eſt cupæ, quando enim ſegmentum ſeparatum eſt, mundum eſt, quia illius jus intercidit. R. Joſe putat, quod ſi ſegmentum corio alligatum

tum calcatione non amplius pollui poteſt, ſed polluitur reliquis impuritatibus. חמרת חמרת idem eſt quod נוד *uter*. שטיח notat ſtragulam coriaceam. Senſus illius quod dicitur לשמו *in nomine ſuo*, hic eſt, ſi duo inſtrumenta quæ quis mutavit, unum ſenſum habuerint dum conjungebantur iſta mutatione, ut uter & pera, quæ inſtrumenta receptoria ſunt. Cervical & ſindon ſimul calcatione polluuntur, quia ſimul valent ad cubitum; ita etiam pulvillus & mantile. Ne vero erres, quod cum ſindonis & mantilium mentio fiat, & putes ea e corio facta eſſe, quandoquidem plerumque cervical & pulvillus conſtent aliquando e corio, & aliquando e panno, & prout nomen כר & כסת cervical & pulvillus de veſte dicitur. ולשם אחר *& in nomine alterius*, ſicuti eſt pellis ſtragulæ, quæ expanſa eſt: ſed calcatione tamen polluitur, ſicuti ſuperius oſtenſum eſt, atque uter qui reliquis impuritatibus polluitur. Cæterum exemplar Miſnicum ſecundum id quod traditur in Toſephot, ita ſe habet, in inſtrumentis coriaceis ſi fiat mutatio ex expanſo in expanſum, tum immundum eſt illud inſtrumentum; ſi ex inſtrumento ſimplici in id quod recipere poteſt, vel contra, vel ex illo quod recipere poteſt in aliud quod etiam recipere poteſt, tum id ipſum eſt mundum; at in veſtibus ejuſmodi mutationes omnes ſunt immundæ. Polluto autem corio ſtragulæ, tum ſi quis ex ipſo fecerit utrem, jam purificatum eſt corium, & uter mnndus eſt. Pariter, ſi uter pollutus ſit, & quis ex ipſo fecerit ſtragulam, tum purificatus eſt, & pellis eſt munda. At vero ſi ſindon eſt polluta calcatione, & quis inde cervical fecerit, vel ſi cervical pollutum fuerit calcatione, ſuturamque ejus diſſolverit, & ſindonem fecerit, tum calcationis immunditiès manet, quia ope hujuſce mutationis non elevatur immunditiès.

nem tangentium, quando non ſeparata ſunt. *Si ſeparaverit illud a veſte*, tum ut vaſa quæ tangunt & ſeparata ſunt, polluit unum & inficit unum, ſegmentum vero eſt in eo ſtatu in quo antea fuit, quia id nunquam intercidit, ſed polluit duo, & unum inficit. *Sic etiam ſi quis ſegmentum aſſuerit ſacco, vel pelli*, perinde eſt ac ſi veſti aſſutum eſſet, & non intercidit. *R. Simeon id immundum pronunciat*, is enim putat quod ratione ſacci qui textus eſt, non intercidat; ſed quod ratione pellis quæ non texta eſt, intercidat; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ligatum ſit, illius jure idem ſit cum jure illius quod cupæ applicatum eſt, ſed poſtquam ſacco aſſutum eſt, tum id omnino eſt immunditiei pater, ſicuti veſtis, quia ſaccus textus eſt ſicuti veſtis, & propterea ejuſdem ſpeciei, ita ut illius jus non intercidat, quando remotum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ז שלש על שלש שאמרו חוץ מן המלל דברי רבי שמעון וחכמים אומרים שלש על שלש מכוונת טלייה על הבגד מרוח אחת אינו חבור משתי רוחות זו כנגד זו חבור עשאו כמין גאם רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין אמר רבי יהודה במה דברים אמורים בטלית אבל בחלוק מלמעלן חבור ומלמטן אינו חבור׃

7. Segmentum quod undique tres palmos continet, de quo dixerunt, excepto cirro, ita R. Simeon. Sapientes vero dicunt, quod trium eſt palmorum omnino, & aſſutum veſti, ab uno latere non eſt conjunctio; at ſi a duobus lateribus e regione oppoſitis, eſt conjunctio. Si id fecerit in forma Gammæ, R. Akiba id immundum pronunciat, Sapientes vero mundum. Dicit R. Jehuda, de quo dicta ſunt hæc verba? de ſegmento panni; at in induſio ſuperius eſt conjunctio, at non inferius.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש על שלש שאמרו *Segmentum tres undique palmos comprehendens, de quo dixerunt*, nempe quod id polluat ratione immunditiei mortui, reptilis, & cadaveris. חוץ מן המלל *excepto cirro*, quem textor relinquit in ſummitate veſtis ſecundum menſuram duorum digitorum, eſtque limbus veſtis qui מלל vocatur; & quia ſubtegmen eſt ſolum, abſque ſtamine, idcirco non eſt conflatio ratione texturæ. Magiſtri autem mei vocem מלל exponunt de plicatura loci diſciſſi, propter fila quæ egredi ſolent, ut ne egrediantur, & ſutura corrumpatur. מכוונת *omnino*, ita ut cirrus ſub ipſo contineatur. *Si ſegmentum panni applicatum ſit veſti ab uno latere*, ſi quis ſegmentum aliquod calcatione pollutum aſſuerit medio veſtis ab uno latere, & a tribus lateribus dependens, & non cum veſte conjunctum, tum hæc aſſutio non eſt vera conjunctio, neque veſtis calcatione polluitur. משתי רוחות זו כנגד זו *a duabus partibus oppoſitis*, ut, ſi illud aſſutum ſit a plaga orientali, & occidentali, meridionali, & ſeptentrionali, tum non eſt conſutio, vel contra, tum eſt conjunctio, idcirco veſtis calcatione polluta eſt. כמין גאם *in forma literæ Gamma*, quando conſutio facta eſt a parte orientali & meridionali, vel ab occidentali & ſeptentrionali. *De quo dicta ſunt hæc verba*? quum nulla recta conjunctio eſt niſi ab duobus lateribus ſibi oppoſitis in pallio, quod indui non ſolet, ſed circumvolvi duntaxat; attamen in induſio, quod ſemper indui ſolet, eſt conjunctio, niſi ora ſuperior conſuta ſit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טלייה על הבגד מרוח אחד *Quod aſſutum eſt veſti ab una parte*, in qua hoc ſegmentum quadratum eſt, quod jam pollutum eſt, ex quo una ora conſuta eſt ſicuti in veſte fieri ſolet, reliquum vero ei appendit, tum illud eſt abſque conjunctione in veſte, & propterea conjunctio illius ei ſimilis eſt in æquali immunditie, ſicuti ſuperius dictum eſt, quod veſti aſſutum eſt, id duo polluit, & unum inficit; & hic eſt ſenſus illius quod hic dicitur, חבור *conjunctio eſt*; quod intelligas volo. Si vero ſegmentum aſſutum ſit veſti a duabus oris recipientibus, quæ cum veſte ſint conjunctæ, ita ut non dependeant ab ipſa, quia manus inde egreditur inter utramque in illam oram & veſtes a duobus lateribus reliquis, quæ jam conjuncta ſunt veſti, tum e duabus rebus fit una. Si vero quis de hoc ſegmento quid aſſuerit veſti in duabus oris angulos undique circumdanti ab angulo ſectionis, in hac figura, relictis duobus lateribus viciſſim, quæ trianguli ſimilitudinem habent; hoc in caſu diſſentit R. a Sapientibus, etenim R. Jehuda dicit, id quod dictum eſt non eſſe veram conjunctionem niſi donec duæ oræ recipientes conſutæ fuerint, nempe quando fruſtum panni applicatum eſt pallio, quod quis circumvolvit; ſed conſutio illius in veſte, quam induit, facit conjunctionem, niſi poſtquam conſuerit oram ſuperiorem verſus caput, quam induit, quia illa tunc pendet, inverſa ſit; deciſio in omnibus eſt ſecundum Sapientes, & non ſecundum R. Jehudam.

ח בגדי עניים אף על פי שאין בהם שלש על שלש הרי אלו טמאין מדרס טלית שהתחיל בה לקרעה כיון שנקרע רובה אינה חבור העבים והרכים אין בהם משום שלש על שלש׃

8. Veſtes pauperum, etſi illæ non contineant undique tres digitos, immundæ ſunt calcatione. Si quis pallium dilacerare inceperit, tum ſi maxima ſciſſa ſit ipſius pars, non eſt conjunctio. In denſis & tenuibus nihil obſervandum eſt ratione trium digitorum quaquaverſum.

R. OB. DE BARTENORA.

בגדי עניים *Veſtes pauperum*, aliquando iſtæ e variis ſegmentis exiguis conſutæ ſunt, quorum ſingula non continent tres digitos undique. *Hæ ſunt immundæ calcatione*, nam ſi in veſte contineantur tres palmi undiquaque, vel plus, tum tota veſtis immunda eſt calcatione. כיון שנקרע רובה אינו חיבור *quandoquidem maxima pars dilacerata eſt, non eſt conjunctio*, una vero extremitate polluta non polluta eſt altera. העבים והרכים *denſæ & tenues*, veſtes denſiſſimæ nempe, ut Filtra e quibus pilei fiunt; & tenuiſſimæ, ut ſerica. *In illis nihil obſervandum eſt ratione menſuræ trium digitorum undiquaque*, idcirco non polluuntur per id quod mortuo pollutum eſt, neque reliquis impuritatibus, niſi donec in iis trium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בגד עניים *Veſtis pauperum*, quæ e multis ſegmentis conſuta eſt, ſi in unoquoque ſegmento non ſit trium palmorum menſura, ſicuti eſt in veſte quæ e trium palmorum ſegmentis conjuncta eſt, & pluribus, illa polluitur calcatione ſeminiflui. Sic etiam ſi pallium ſit pollutum calcatione, & ſeparatum ac in medio diſruptum, & maxima pars longitudinis veſtis dilacerata ſit, tum pallium & veſtis non ſunt eadem res, ſed hæc extremitas munda eſt. עבים ſunt veſtes duriſſimæ, uti illæ quæ factæ ſunt e ſtragulis villoſis & Filtris, atque id genus aliis. רכים ſunt veſtes tenuiſſimæ, ut veſtes lineæ, & pilei, quarum rerum materia tenuiſſima eſt, vel craſſiſſima, idcirco quantitas trium undique digitorum non

trium palmorum quantitas ſit, vel plus, quia trium digitorum quantitas ad nullam rem apta eſt.

non polluitur aliqua immunditie, quia illa ad nullam rem valet; at ſi ea quantitas tres palmos undique contineat,& plus, tum pollui poteſt.

ט כסת הסבלין טמאה מדרס משמרת של יין אין בה משום מושב סבכה של זקנה טמאה משום מושב חלוק של יוצאת החוץ העשוי כסבכה טהור העושה בגד מן החרם טהור ומזוטו טמא רבי אליעזר בן יעקב אומר אף העושה בגד מן החרם וכפלו טמא׃

9. Cervical bajulorum immundum eſt calcatione. Saccus colatorius vini in ſe nihil continet ratione ſeſſionis. Vitta aniculæ immunda eſt ratione ſeſſionis. Induſium illius quæ foras exit, quod factum eſt ut vitta, mundum eſt. Si quis veſtem confecerit e reti, munda eſt, ſi e fundo illius, immunda eſt. R. Eliezer filius Jacobi dicit, etiam ſi quis veſtem fecerit e reti, eamque duplicaverit, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כסת הסבלין *Cervical bajulorum*, puta eos qui onera ferunt in humeris ſuis, vel in capitibus ſuis, hi aliquod cervical parvum capitibus vel humeris imponere ſolent, ne illis noceat opus; aliquando etiam iis inſident. משמרת של יין *ſaccus colatorius vini*, in hoc nihil continetur ratione ſeſſionis, quia propter copiam fecium in eo non ſedent. סבכה של זקנה *vitta aniculæ*, hæc immunda eſt ratione ſeſſionis, ſecundum id quod ſuperius expoſitum eſt capite viceſimo quarto, nam vitta aniculæ immunda eſt per id quod mortuo pollutum eſt; ſed non ratione ſeſſionis. Oportet autem ut duo genera vittarum exponamus, quorum unum eſt pro ſenectute quod ineptum eſt ad ſeſſionem, quodque polluitur immundo mortui; alterum eſt cui aliquando inſident, de hoc tradit auctor id pollui ratione ſeſſionis. חלוק של יוצאת החוץ *induſium illius quæ foras prodit*, Targum enim זונה *meretricem* vocat נפקת ברא *egredientem foras*, ut amatores quærat. עשוי כסבכה *quod factum eſt ut vitta*, quod multa habet foramina inſtar retis, ut caro conſpiciatur per iſtud opus reticulatum quod חרם dicitur, idcirco id mundum eſt. מזוטו *e fundo illius*, in ima retis parte aliquid textum eſt inſtar veſtis, atque id ipſum זוטו של רשת *fundus retis* vocatur. וכפלו *eamque duplicaverit*, ſi veſtem reticulatam duplicaverit, & eam conſuerit, ita ut caro meretricis non conſpiciatur, tum immunda eſt illa veſtis, quia pro veſte habetur; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem Jacobi filium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסת הסבלין *Cervical bajulorum*, eſt cervical exiguum quod bajuli imponunt capitibus ſuis quando onus ferunt. סבל idem eſt qui נושא *portans*, vide Nehem. 4, 10. סבכה של זקנה *vitta aniculæ*, eſt textura in figura vittæ contexta, in qua recondunt pilos. Cæterum jam præmiſſum eſt capite ſecundo & quarto quod vitta aniculæ polluatur immunditie mortui, & non calcatione, & hoc eſt quod hic dicitur, eam ſeſſione pollui; hinc colligitur duo eſſe genera סבכות הזקנה *vittarum aniculæ*, quorum unum ad ſeſſionem aptum eſt more ſolito; ſicuti expoſitum eſt capite viceſimo. Sed forſan hæc vitta ratione ſeſſionis duntaxat conſiderari debet, & non in omnibus modis calcationis, qui ſunt quinque, ſicuti expoſitum eſt capite decimo octavo. Hæc autem vitta habet formam anguli undiquaque palmum continentis, quæ ratione ſeſſionis polluitur, & non ratione cubationis, ſicuti ſuperiori capite expoſitum eſt. של יוצאת החוץ *illius quæ foras prodit*, qui exeunt ad ludum, ii hoc veſtitu induuntur, qui e retis infima parte factus eſt, & talis veſtitus ſimilis eſt veſti; ſed hæc jam expoſita ſunt capite viceſimo tertio. Quando autem rete conduplicaverint, atque exinde confecerint veſtem, tum dicit R. Eliezer filius Jacobi, illam veſtem aſſimilari texturæ veſtis cujus reticulo inferius aliquid adtextum eſt, deciſio non eſt ſecundum R. Eliezerem Jacobi filium.

י סבכה שהתחיל בה מפיה טהורה עד שיגמור את קורקורתה התחיל בה מקורקורתה טהורה עד שיגמור את פיה שבים שלה טמא בפני עצמו החוטין שלה טמאין משום חבור סבכה שנקרעה אם אינה מקבלת את רוב השער טהורה׃

10. Vita quæ ab ore ſuo inchoata eſt, munda eſt, donec perfecerit imam partem ejus; ſi inchoaverit ab ima parte ejus, tum munda eſt, donec perfecerit os illius. Ornamentum illius immundum eſt propter ſe ipſum, & fila illius quoque immunda ſunt propter conjunctionem. Vitta dilacerata, ſi illa non comprehendat maximam capillorum partem, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

קורקורת Notat oras inferiores uti dicitur alicubi קרקרות הכלים *fundi vaſorum.* עד שיגמר את פיה *Donec perfecerit os illius*, intellige aperturam ſuperiorem, quæ immunditiei non ſit obnoxia, niſi donec totum opus completum fuerit. שבים שלה *ornamentum illius*, vox שבים in plurali numero occurrit Jeſ. 3, 18. Eſtque pictura quædam in vitta, ut ea conſpiciatur in fronte, atque ipſa protenditur ab una aure ad alteram; per ſe autem illa facta cenſetur ut removeri poſſit, & alii vittæ imponi. חוטין שלה *fila illius*, illis enim mediantibus vitta capiti alligatur. טמאים משום חבור *immunda ſunt propter conjunctionem*, vitta enim polluta, etiam fila polluta ſunt; at ſi fila exiſtant abſque vitta, tum non recipiunt immunditiem. *Si non recipiat maximam pilorum partem*, capillorum nempe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פי הסבכה *Os vittæ*, intellige ſpatium quod hoc genus veſtimenti ſuperius comprehendit. קורקורת notat imam partem quæ eſt in capite & media parte. שבים notat aliquod ornamentum quod ſuperius veſti appoſitum eſt, hoc ſenſu vox in numero plurali occurrit Jeſ. 3, 18. שביסים, habetque ſpeciem auri. Fundamentum vero eſt nobis quod omnis ornatus muliebris ſit immundus, ſicuti expoſitum eſt capite undecimo. והחוטים שלה & *fila illius*, quibus vittam reliquis rebus alligant, tum polluto reticulo etiam hæc fila polluuntur, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, propter conjunctionem. At vero ſi fila ſeorſim polluta ſint, reticulum non eſt pollutum, nec maxima pilorum pars cum capillis.

פרק כט נימי הסדין והסודרים והטרטים והפיליון של ראש שש אצבעות של הפקרסין עשר נימי סגוס והרדיד והחלוק והטלית שלש אצבעות נימי כיפה של

Caput 29. Fila ſindonis, ſudaria, galeæ, pileus capitis ſex digitorum ſunt, interulæ decem digitorum; fila ſagi, pepli, induſii, & pallii trium digitorum. Fila cuculli aniculæ, velamenta Arabum,

של זקנה והגומדים של ערביים והקילקין והפונדא והמעופרת והפרגוד נימיהן כל שהן

bum, cilicia, cingulum, velum, & cortinam quod attinet, eorum fila quantulacunque facere poſſunt conjunctionem.

R. OB. DE BARTENORA.

נימי הסדין *Fila ſindonis*, ſunt fila e ſindone egredientia, ſive ea quæ e textura egrediuntur a lateribus, ſive ſuperius ſive inferius; hæc fila ſi tetigerit aliquod reptile, ſindon polluta eſt, nempe ſi intra juſtam quantitatem tetigerit, quæ in Miſna determinata eſt. Pariter ſi reptile tetigerit ſindonem, fila polluuntur in ea menſura quæ expoſita eſt. טרטין eſt genus galeæ. פיליון *pileus*, eſt ſindon undique circumvoluta. פקרסין eſt idem quod אפקרסין, ſicuti dicitur in codice de Feſtis intermediis, אפרקסותו אינה מעכברת *interula non impedit*, eſtque indumentum intimum quod ad humeros apertum eſt, & conſtringitur poſtquam indutum eſt. סגוס *ſagum*, eſt veſtis e lana confecta, ac denſa, & plena filamentis, vocaturque Arabice אלבורנוס: cæterum פונדה juxta nonnullos interpretes notat cingulum perforatum & latum, at juxta alios notat veſtimentum intimum quod ipſi carni applicatur, ne aliæ veſtes ſudore inquinentur. רדיד notat peplum tenue quo mulieres caput contegunt, etenim vocem צעיף Targum Jeruſolymitanum vertit per רדידא. Verum גומדין eſt veſtis quæ undique ulnam continet, qua Arabes tegunt naſum ſuum & os in hyeme, גומד enim notat אמה *ulnam*, videſis Judicum 3, 16. קילקין deſignat texturam e pilis, quæ fila ſua habet. מעפורת *velum*, Targum vocem אפר vertit per מעפרא *velum*, ſive pannus, 1 Reg. 20, 38. סודר *ſudarium*, hoc contegebant caput. פרגוד eſt idem quod מסך *tegumentum*, quod regum januis appendunt. נימין כל שהן *fila quantulacunque*, ſive magna ſint ſive parva, per illa fit conjunctio; reliquæ vero menſuræ aliæ expoſitæ ſunt, nempe ſi *juſta ſit menſura*, *tum fit* conjunctio, ſi plus ſit, non eſt conjunctio, nec ratione immunditiei, nec ratione ſparſionis cineris vaccæ rufæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נימה Vocatur חוט *filum*, ſive collectio filorum, eſtque nomen collectivum, unus enim pilus vocatur נימה, & multi pili נימי vocantur; textores enim in fine panni aliqua fila relinquere ſolent quæ exinde egrediuntur, atque hæc eſt ora quæ מלל vocatur, ſicuti expoſitum eſt ſuperius. Præterea a lateribus texturæ quoque egrediuntur fila præter מלל atque iſta fila exeunt in ſuperficiem panni texti; & quando hic dicitur נימין, tum illa vox in omnia hæc fila cadere poteſt, quæ e lateribus exeunt, & in ſuperficiem extenduntur, atque in extremitatibus reliquuntur. Porro auctor unicuique veſtium generi ſuam quantitatem aſſignare videtur, cujus rei hæc eſt ratio quod cum veſtis ſit polluta, etiam fila e veſte exeuntia polluantur, ſed ipſa veſtis non polluitur immunditie veſtis. Pariter ſi polluta ſint fila quæ exeunt in illa quæ dicta eſt quantitate, tum veſtis quoque polluitur, quia menſuræ ſuperius memoratæ conjunctionem faciunt pro hac textura ad polluendum ſua immunditie; quicquid autem huic menſuræ additur, id non facit conjunctionem; atque hoc modo hujus Miſnæ ſenſum tibi expoſuimus, & nihil reſtat quod exponendum ſit præter nomina ipſius; quid סדין *ſindon* ſit, id notum eſt; סודר *ſudarium* idem eſt quod צעיף *peplum*; טרטין notat פיליון *pileum*, qui capiti mulierum imponitur; אפרקסין notat interulam anguſtam in ſuperiori parte, humeri vero ſunt aperti, ſed poſtquam illa induta eſt, tum humeri per loramenta conſtringuntur mediante annulo, quemadmodum in Ægypto fieri ſolet: vocabula סגוס רדיד חלוק טלית כפה omnia nota ſunt. גומדין notat velamen quod faciei imponunt, & hoc eo nomine vocatur quia plerumque longitudinem ulnæ continet, ſicuti dicitur Jud. 3, 16. גומד ארכה *cubitus illius longitudo*, quæ verba Targum exponit per גרמידה אורכיה quod in Gemara eſt nomen ulnæ. קילקין *cilicia*, intellige texturam e pilis, ſive cingulum quod veſtes continent. פונדא eſt veſtimentum quo caro contegitur, ne aliæ veſtes ſudore inquinentur. מעופרת *velum*, nam illa verba quæ occurrunt 1 Reg. 20, 38. ויתחפש באפר Targum vertit per וכריך במעפרה Cæterum פרגוד notat velamentum quod januis domuum appenſum eſt, quodque duas habet alas diviſas in medio, una illius extremitas elevatur ſuper hac janua, altera vero extremitas ſuper altera janua, quando autem illis contegere volunt, tum inclinant eas & ambæ extremitates conjunguntur, quomodo non eſt unum velamentum pro univerſa domo, hinc proverbio dixerunt, אין הפרגוד ננעל בפניהם *velamentum pro illis non clauditur.*

ב ג׳ כסתות של צמר שש של פשתן שלשה סדינין שתים עשרה מטפחות שני סובריקין חלוק אחד טלית אחד קלובקרין אחד חבור לטומאה ולהזייה יתר מכאן חבור לטומאה ואין חבור להזייה רבי יוסי אומר אף לא לטומאה׃

2. Tria pulvinaria e lana confecta, ſex e lino, tres ſindones, duodecim mantilia, duæ chirothecæ, induſium unum, pallium unum, ſtragula lanea una, hæc conjungunt ratione immunditiei, & ſparſionis; ſi plus ſit, conjungunt quidem ratione immunditiei, at non ratione ſparſionis. R. Joſe dicit, ne quidem ratione immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש כסתות של צמר *Tria pulvinaria lanea*, quæ inter ſe conſuta ſunt ſutura fullonum; vel quæ ſimul contexta ſunt, ſicuti facere ſolent ii qui mantilia texunt, hi enim inter unum atque alterum mantile aliquod interſtitium relinquere ſolent, quæ ope filorum ſubtegminis conjunguntur, ſed in iis non eſt ſtamen; porro hæ res omnes quas hic tradidit auctor, in ſuo numero vel in minori, conjunctionem efficiunt, ita ut ſi una earum tacta ſit immunditie, omnes pollutæ ſint; & ſi immundæ ſint, & cinere vaccæ conſperſæ, tum una mediante omnes purificatæ ſunt; at ſi hunc numerum excedant, tum nulla efficitur conjunctio nec ratione immunditiei, nec ratione ſparſionis. סברקין *chirothecæ*, ſunt qui legunt ספריקין, proinde alii vocem de femoralibus, alii de chirothecis laneis explicant, quibus etiam brachia contegunt uſque ad axillas. גלופקרין eſt operimentum craſſum e lana confectum, quod hyeme induunt, atque id ipſum conjungit ratione immunditiei, & non ratione ſparſionis, ſub conditione graviori, ſi immunditiés aliqua tetigerit unam ex hiſce memoratis veſtibus, tum efficitur conjunctio, & omnes polluuntur, at

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſcopus eſt, quod cum una veſtis extremitas conjuncta ſit alteri ope ſuturæ, & major ſit numerus illo cujus auctor meminit, tum fit conjunctio immunditiei, & ſi aliquis immunditiei pater unam ex hiſce rebus tetigerit, tum omnes pollutæ ſunt, licet mille fuerint; ſed nulla eſt conjunctio ratione ſparſionis cineris de vacca rufa, etenim ſi aquæ expiatoriæ ſuper unam ex iis conſperſæ ſint, tum omnes purificatæ ſunt, nempe ſi ſit iſte numerus qui in Miſna numeratus eſt, vel minor, tum hæ omnes in una veſte conjunguntur ratione ſparſionis; ſi vero plus ſit quam hicce numerus, tum ſparſio ſeorſim conſideratur. Porro nihil reſtat amplius quam vocum quarundam expoſitio, quæ plurima ex parte notæ ſunt; סובריקין eſt genus induſii, nomina enim mutantur quando figura mutatur, tam ubi ſeorſim exiſtunt, quam ubi conſuta ſunt. קלובקרים notat veſtem quam induunt hyeme, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ſi una ſit conſperſa cinere expiatorio, tum non ſit conjunctio, neque purificatur alia quam ea quæ conſperſa eſt. R. Joſe dicit nequidem ratione immunditici conjunctionem fieri; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג חוט המשקולת שנים עשר של חרשין שמונה עשרה של בניין חמשים אמה יתר מכאן אם רצה לקיים טהור של סיידים ושל ציירים כל שהן :

3. Fila perpendiculi duodecim ſunt palmorum, fabrorum vero octodecim, opificum quinquaginta ulnarum, ſi plus ſit, & quis conſervare velit, mundum eſt. Cæmentariorum vero & pictorum, quantulacunque ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

חוט המשקולת *Filum perpendiculi*, etenim ii qui domos ædificant, aliquem funiculum manu tenent, cujus extremitati plumbum appenſum eſt, eumque e regione parietis demittunt, ne ſtructura fiat inæqualis. חרשין ſunt fabri lignarii. בנאים ſunt ii qui domos extruunt, muroſque altos & magnos; ſed quando ab initio Miſnæ funiculi perpendiculi duodecim palmos continentis mentio facta eſt, auctor duntaxat ædificia parva reſpicit. יתר מכאן *ſi plus ſit*, ſi plus ſit quam iſta menſura quæ de unaquaque re a Sapientibus conſtituta eſt, licet quis ea conſervare velit, tamen mundum eſt illud reſiduum, & non efficit conjunctionem alterius ſupellectilis. סיידין ſunt ii qui parietem obducunt calce, at hi quoque perpendiculo opus habent; ציירים *pictores* qui parietibus figuras imprimunt. כל שהן *quantulacunque ſint*, ſive magna, ſive parva ſint, conjunctionem efficiunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſenſus clarus eſt, ſi igitur in longitudine fili immunditie perpendiculi polluti ſit tantum, quantum pro pondere ſufficit, & quod huic longitudini additum eſt, id mundum eſt, imo quamvis nonnemo id in longum tempus conſervare velit. משקולת notat pondus aliquod ſecundum quod parietes extruuntur ab opificibus; ligna vero a fabris lignariis; atque illud perpendiculum plerumque factum eſt e plumbo, illiuſque forma nota eſt. Cæterum dicit auctor funiculum trutinæ eſſe duodecim palmorum, ſed octodecim apud fabros lignarios. סיידין cœmentarii ſunt ii qui parietes calce obducunt, & eos perpendiculo complanant. ציירים *pictores*, ſunt ii qui in parietibus figuras exſculpunt, & hi quoque trutina indigent.

ד חוט מאזנים של זהבים ושל שוקלי ארגמן טוב שלש אצבעות יד הקורדום מאחריו שלש אצבעות רבי יוסי אומר טפח טהור :

4. Funiculus trutinæ aureæ, & eorum qui librant purpuram bonam, trium eſt digitorum. Anſa ſecuris a poſteriori parte eſt trium digitorum. R. Joſe dicit, ſi palmi ſit, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חוט מאזנים *Filum trutinæ*, ſunt fila quibus apprehendunt trutinam, quando in ipſa aliquam rem librant. R. Joſe dicit palmi menſuram eſſe mundam, ſi anſa ſecuris ſit tam magna ut palmus exeat poſt anſam, tum non cenſetur anſa, quia comprehendit opus ſuum, tota autem anſa eſt munda, ita dominus meus exponit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יד הקרדום מאחוריו *Anſa ſecuris a poſteriori parte*, puta illam partem quæ exit ab acie ſecuris, foramine excepto. Dixit R. Joſe, ſi aliquid ſupra palmum redundaverit, id mundum eſt, palmus vero carni proximus eſt mundus. Doctor primus dicit, ſi trium ſit palmorum duntaxat, tum immundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ה חוט מאזנים של חנונים של בעלי בתים טפח יד הקורדום מלפניו טפח שירי יד הפרגול טפח יד מקבת של יד של מפתחי אבנים טפח :

5. Filum trutinæ tabernariorum, & patrumfamilias eſt unius palmi; anſa ſecuris ab anteriori parte eſt unius palmi. Reſiduum anſæ flagelli eſt unius palmi. Anſa mallei eorum qui lapides cælant, unius palmi eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

יד הקרדום מלפניו *Anſa ſecuris ab anteriori parte*, ſolent enim ii qui anſam ſecuris apprehendunt, quando aliquid diffindere volunt, non ipſam ſecurim apprehendere in ſummitate manubrii, ne lævigetur & decidat e manu ipſorum; menſura autem illa quæ eſt inter manus hominis & ferrum, vocatur מלפניו *ab anteriori parte ipſius*, quæ vero poſt manum illius egreditur, מאחריו *a poſteriori parte ipſius* vocatur alia ſerie; quod autem non explicet in hac ſerie jus illius quod ab anteriori & a poſteriori parte eſt, id ideo fit quod in hac ſerie auctor haſce menſuras æſtimet eſſe unius palmi, in alia autem ſerie trium digitorum. פרגל eſt circinus, barbare Compheſo, hoc opus habent opifices ut illo mediante faciant figuras rotundas. מקבת של מפתחי אבנים *malleus eorum qui lapides cælant*, illius una extremitas acuta eſt, & illa mediante exſculpunt atque excavant lapides, idcirco מקבת vocatur, a נקב *perforare*. מפתחי אבנים vocantur ii qui ſigilla exſculpunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרגול, eſt circinus quo orbiculos aliquos faciunt; per יד הפרגול *anſam circini* intelligas circini crus. יד מקבת *manus mallei*, eſt lignum aliquod cum ferro, cujus ope cælant lapides.

ו חוט מאזנים של צמרים ושל שוקלי זכוכית טפחים יד המקור טפחים יד המעצד של לגיונות טפחים יד הקורנס של זהבים טפחים ושל חרשים שלשה טפחים :

6. Filum trutinæ eorum qui lanam vendunt, vel vitra, duorum eſt palmorum. Anſa ſecuris duorum eſt palmorum; anſa ſecuris militum duorum eſt palmorum; anſa mallei aurificis, duorum eſt palmorum; fabrorum vero trium palmorum.

R. OB. DE BARTENORA.

צמרים Sunt ii qui lanam vendunt; ſenſus porro eſt quod hæ menſuræ in duobus palmis determinantur, quia amba-

bus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צמרים Notat eos qui lanam vendunt. מקור eſt inſtrumentum quo molam effodiunt. מעצד לגיונות *ſecuris legionum*,

eſt

bus manibus, & hæc ratio eſt quod hæ omnes anſæ in palmis ſtatutæ ſint; aliarum vero menſura ſtatuta eſt in uno palmo, quia una manu apprehenduntur. מקור eſt ſecuris acuta, qua effodiunt molas, idcirco eo nomine vocatur a radice נקר *effodit.* יד המעצר לגיזורה *anſa ſecuris militum*, ita nos legimus, hoc inſtrumento utuntur homicidæ, & milites, illius caput eſt orbiculare, Arabice טברזין vocatur. והביכם ſunt aurifabri, qui tenuia ſegmenta aurea parant. חרשים ſunt fabri ferrarii.

eſt inſtrumentum quo homicidæ utuntur, illius baſis eſt lignea, acies autem rotunda, & nomen illius notum eſt apud nos, & טברזין vocatur. Quicquid autem ſuperius dictum eſt de iis qui muros extruunt ſecundum fila trutinæ, a quibus trutinæ dependent, quæ homines manu texunt quando ponderant; ſed fila a quibus pocula dependent, illa conjungunt in quantulacunque longitudine.

ז שירי הדרבן מלמעלן ארבעה יד הבדיד ארבעה יד הקרדום של נכוש חמשה יד בן הפטיש ששה יד הקרדום של בקוע ושל עדיר ששה ויד מקבת של סתתין ששה:

7. Reſidua ſtimuli ſuperius ſunt quatuor palmorum. Anſa palæ etiam quatuor; anſa ſecuris mallei eſt quinque; anſa malleoli, ſex, anſa ſecuris fiſſionis& ſarculi, ſex palmorum; anſa mallei latomorum quoque ſex.

R. OB. DE BARTENORA.

שירי הדרבן *Reſidua ſtimuli*, eſt ſuperior pars מרדע cujus una extremitas habet ferrum aliquod acuminatum in forma ſubulæ, in qua eſt id quod dicitur דרבן, cujus ope armenta ducunt, in altera vero extremitate eſt ferrum aliquod latum, & acuminatum ut eo exſcindi poſſint radices, & illius nomen eſt חרחור: cæterum menſura anſæ מרדע ſuperius verſus דרבן eſt quatuor palmorum, quæ conjunctionem efficiunt; verum infra latus חרחור ſunt ſeptem palmi ei vicini, & his quoque conjunctio efficitur. Quicquid autem reliquum eſt præter quatuor palmos verſus latus דרבן, & præter ſeptem ad latus חרחור, id non efficit conjunctionem, & ſi illic tetigerit immundities, tum neque חרחור neque דרבן pollutum eſt. בדיד notat ferreum inſtrumentum, quo foveas circa arbores effodiunt, ut in iis aquæ colligantur, & propterea בדיד vocatur, quod & foſſam notat. נכוש notat malleum quo lapides percutiunt & confringunt. בן פטיש *malleolus*, ita vocatur malleus exiguus. של ביקוע *fiſſionis*; eſt ſecuris qua findunt ligna. עדיר eſt inſtrumentum quo effodiunt terram, ut ea conſeratur, videſis Jeſ. 7, 25. סתתים ſunt latomi, qui ligna findunt & complanant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoties in hac Miſna occurrit vox יד, toties ea intelligi debet de baſi quam manu tenent dum percutiunt vel cælant; notum eſt autem quod malleus aurifabrorum ab utroque latere occluſus ſit, fabrorum vero lignariorum malleus ab uno latere apertus eſt. דרבן *ſtimulus*, eſt ferrum aliquod in extremitate baculi, cujus nomen eſt מלמד: per שירי דרבן *reſidua ſtimuli*, intelligitur lignum aliquod reſiduum quod מלמד vocatur, de quo alio in loco actum eſt. בדיד eſt inſtrumentum quo circum arborem effodiunt ad aquam colligendam tempore irrigationis, eſtque nomen ſingulare. נכוש notat malleum quo lapides frangunt. בן פטיש eſt malleus exiguus. קורדום של ביקוע *ſecuris fiſſionis*, eſt ſecuris qua ligna findunt. עדיר *ſarculus*, quo terram effodiunt ad eam conſerendam. מסתת eſt inſtrumentum quo lapides planant, & ſeparant.

ח שירי חרחור מלמטן שבעה יד מגריפה של בעלי בתים בית שמאי אומרים שבעה בית הלל אומרים שמונה של סיידים בית שמאי אומרים תשעה בית הלל אומרים עשרה יתר מכאן אם רצא לקיים טמא ויד משמשי האור כל שהוא:

8. Reſiduum acuminis ſtimuli inferius eſt ſeptem palmorum; anſa ſcopæ patrumfamilias ſecundum Scholam Schammai eſt ſeptem palmorum, & ſecundum Scholam Hillelis octo. Cæmentariorum ſecundum Scholam Schammai eſt novem, ſecundum Scholam Hillelis decem; ſi plus, & quis conſervare voluerit, immundum eſt; anſa eorum quæ igni inſerviunt, quantulacunque eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מגריפה *Everriculum*, quo fornacem everrunt & furnum, videſis Targum Exod. 37, 3. ושל סיידין & *cæmentariorum*, ſunt ii qui calcem converrunt. יותר מכאן *ſi plus ſit*, ſi plus ſit quam hæ menſuræ quas recenſuerunt Sapientes de anſa everriculi; ſi vero quis hanc longitudinem redundantem conſervare velit, tum illa immunda eſt, ſi pollutum ſit inſtrumentum. Pariter ſi immundities aliqua tetigerit totam hancce longitudinem anſæ, inſtrumentum pariter cum ipſa pollutum eſt, quia hic conjunctio eſt pro inſtrumento. יד משמשי האור *anſa eorum quæ igni inſerviunt*, ut anſa veru, vel craticulæ, quæ apud ignem inſervit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod חרחור notet acumen ferreum quod eſt in extremitate ſtimuli. מגריפה של בעלי בתים *ſcopa patrumfamilias*, eſt ſcopa qua cibos commovent. ושל סיידין & *cæmentariorum*, hi ſcopam habent qua calcem commovent. אם רצה לקיים טמא *ſi voluerit conſervare*, *immundum eſt*, hoc ſenſu, ſi quis voluerit ut hæc anſa ſit longior hoc pariete, tum anſa vaſe pollui poteſt, & contra. משמשי האור *inſervientia igni*, ut anſa veru, & craticulæ, & quamvis eorum anſa ſit longiſſima, tamen polluuntur, quia homo ſe procul ab igne amovere debet ob longitudinem illius. Horum vero omnium fundamentum eſt nobis, quicquid opem fert in ſervitio vaſis, id polluitur immunditie vaſis, ex eo quod Deus dixit de fornace, illum comprehendi ſub nomine כלים, uti ſcriptum eſt Levit. 11, 35. וטמאים יהיו לכם ubi verbum לכם ſecundum Tradita exponitur de omnibus quæ Iſraëlitarum vaſis inſerviunt, ſicuti expoſitum capite quinto hujuſce codicis.

פרק ל כלי זכוכית פשוטיהן טהורין ומקבליהן טמאים נשברו טהרו חזר ועשה מהן כלים מקבלים טומאה מכאן ולהבא הטבלא והאסקוטלא של זכוכית טהורים אם יש להם לזבין טמאים שולי קערה ושולי אסקוטלא של זכוכית שהתקינן לתשמיש טהורים קירטמן או שפן בשופין טמאין:

Caput 30. Vaſa vitrea plana ſunt munda; recipientia vero immunda; ſi confracta ſint, munda ſunt: ſi quis ex iis denuo fecerit vaſa, tum immunditiem recipiunt abhinc & deinceps. Tabula & ſcutella vitrea, mundæ ſunt; ſi vero cincturam habeant, immundæ ſunt. Fundus ſcutellæ, & ſcutellæ vitreæ, miniſterio alicui deſtinatus, eſt mundus; ſi vero exciderit eum vel lima poliverit, immundus eſt.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

כלי זכוכית *Vaſa vitrea*, hæc Miſna ſuperius jam tradita eſt capite ſecundo & quinto decimo, ſed quia auctor jus vitreorum vaſorum hic vult tradere, iterum ea hic tradit. טבלא eſt idem quod שלחן *menſa.* אסקוטלא *ſcutella*, nam vox קערה barbare vocatur סקוטילא ſed hic ſermo fit de ſcutella plana, quæ non habet receptaculum, verum cui inferius veluti receptaculum aliquod parvum conjunctum eſt, quod miniſtrare poteſt quando vaſculum invertitur, cujuſmodi circumferentiæ poculis argenteis & vitris apponi ſolent. לובו *tænia*, hæc vaſculum conſtituit receptorium. שולי קערה *fundus ſcutellæ*, ſi locus miniſterio deſtinatus, ſit diffractus, reſtat adhuc exiguum receptaculum, quod ad miniſterium aptum eſt quando inverſum eſt, nihilominus tamen talis fundus eſt mundus, quia fundus non habetur pro vaſe ob locum confractum, quod manibus tenere ſolent quum vaſculum capiunt. קרטמן או שפן *ſi exciderit eos, vel poliverit eos*, ſi fundos aptaverit & in partes diſtribuerit, donec idonei fuerint per iſtud receptaculum, tum immundi ſunt, quia non amplius fragmentum vaſis eſſe cenſentur. שופין notat inſtrumentum quo res conflare ſolent; fabri autem ferrarii illius ope æruginem a ferro removere ſolent, & lævigare eo inſtrumenta ſua; hæc vox in Targum dicitur שופינא, barbare *lima.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio præfationis, & capite ſecundo hujuſce codicis fundamentum de immunditie vaſis vitrei, diximuſque id ita ſe habere ex decretis Sapientum. אסקוטלא eſt ſpecies קערה *ſcutellæ*, barbare dicitur שקורילא, atque ea plerumque conſtare ſolet e tabula, in qua dulcedines parare ſolent. Cæterum jam dictum eſt in domicilium luctus non introduci quicquam ope tabulæ, nec ſcutellæ. Præterea moris eſt ut circa fundum vaſorum vitreorum & teſtaceorum aliquam marginem rotundam conficere in altitudine digiti, ut vaſa commode conſiſtant, in forma parvi aſperſorii; & hoc ſenſu de fundis ſcutellarum. Diffracto autem vaſe vitreo, & relicto fundo cum tali margine, tum ſi quis paraverit ipſum in miniſterium, & ferraverit eundem aliquantulum circa marginem, donec lex fragmenti ablata ſit, polluitur. Targum vocem Hebraicam מגירה exponit per שופין & שופינא videſis Deut. 9, 21.

ב אספקלריא טהורה ותמחוי שעשאו אספקלריא טמא ואם מתחלה עשאו לשם אספקלריא טהור תרווד שהוא נתון על השולחן אם מקבל כל שהוא טמא ואם לאו רבי עקיבא מטמא רבי יוחנן בן נורי מטהר :

2. Speculum eſt mundum; paropſis e qua ſpeculum factum eſt, immunda eſt; at ſi ab initio facta ſit in nomine ſpeculi, munda eſt. Cochlear menſæ impoſitum, ſi id quantulumcunque recipiat, immundum eſt, ſin minus, tum id ſecundum R. Akibam immundum eſt, at ſecundum R. Jochanan filium Nuri mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ספקלריאה Notat ſpeculum per quod fœmina videt faciem ſuam in vitro, barbare ſpeculo; & quamvis id habeat receptaculum, tamen mundum eſt, quia non factum eſt ad recipiendum ſed ad faciei imaginem videndam. תמחוי eſt ſpecies ſcutellæ magnæ vitreæ. תרווד notat cochlear vitreum; ſin minus, ſi id in menſa ſit poſitum, vel in re plana, tum id hinc inde volvitur, atque id quod in ipſo continetur, quia inferius acutum eſt, ita ut conſiſtere nequeat. R. Akiba id eſſe immundum dicit, quia receptaculum habet; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספקלריאה Eſt tegumentum aliquod eum in finem factum ut per id ipſum a poſteriori parte videre poſſint, eſtque vox compoſita e כפכ & ראיה: quod autem a poſteriori parte quaſi in ſpeculo videre poſſumus, ejus ratio eſt, quod ea pars facta ſit e vitro, vel beryllo, vel ſapphyro, ita ut facies non clare conſpiciatur. Sapientes autem ספקלריא vocarunt tegumentum illuſtriſſimum, quod a poſteriori parte nihil occultat. Cæterum parabolice dictum eſt apud Moſen, qui divini numinis naturam inſigni modo aſſecutus eſt, Exod. 33, 20. *Nemo me videbit ut amplius vivat.* Ita dicitur in codice de capitulis Patrum, omnes prophetæ intuiti ſunt per ſpeculum non lucens, ſed Moſes vidit per ſpeculum lucens. Sed digreſſi ſumus a ſcopo Miſnæ, revertamur ad eam; תמחוי eſt nomen vaſculi e quo comedunt. תרווד *cochlear*, quod exterius eſt gibboſum, interius depreſſum, quod ponunt in re plana, uti eſt menſa, & tum volvitur in latera ſua; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ג כוס שנפגם רובו טהור נפגם בו שלש (נ"א שליש) ברבו טהור רבי שמעון אומר אם מפזר הוא ארת רוב המים טהור ניקב ועשאו בין בבעץ בין בזפרת טהור רבי יוסי אומר בבעץ טמא ובזפת טהור :

3. Poculum maxima ex parte ruptum, eſt mundum; ſi id in maxima parte tribus rupturis ruptum ſit, etiam mundum eſt. R. Simeon dicit, ſi diſpergat maximam aquæ partem, mundum eſt. Si id perforatum ſit, idemque aut ſtanno, aut pice refecerit, mundum eſt. R. Joſe dicit, ſi ſtanno, immundum eſt, ſi pice, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כוס שנפגם רובו *Poculum quod plurima ex parte diſruptum eſt*, poculum vitreum plurima ex parte diſruptum, eſt mundum, eo quod pro fragmento vaſis habetur. נפגם בו שלש ברובו *Si id tribus confractum ſit, in plurima parte*, ſupple tribus fracturis, quæ in maxima parte poculi, & non in minima exiſtunt; tum mundum eſt poculum, licet maximam aquæ partem non diſpergat. *Si vero id maximam aquæ partem diſpergat, mundum eſt*, ſin minus, immundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. בעץ idem eſt quod בדיל *ſtannum. R. Joſe dicit, ſi ſtanno, immundum eſt*, in omnibus enim ſpectare debemus id quod confirmat, & tum id habetur pro vaſe fuſili; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלש ברובו *Tertia pars in plurima parte*, ſi illa in circumferentia ablata ſit, & tertiam altitudinis partem contineat; בעץ eſt בדיל *ſtannum*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Joſen.

ד צלוחית קטנה שניטל פיה טמאה וגדולה שניטל פיה טהורה של פלייטון שניטל פיה טהורה מפני שהיא

4. Amphora parva cujus os ablatum eſt, immunda eſt, magna vero munda eſt cujus os ablatum ſit; balſami amphora cujus os ablatum eſt, munda eſt,

שהיא סורחת את היד. לגינין גדולים שניטל פיהן טמאים מפני שהוא מתקנן לכבשין והאפרכס של זכוכית טהורה. אמר רבי יוסי אשריך כלים שנכנסת בטומאה ויצאת בטהרה :

eſt, quia manum lædit. Lagenæ magnæ quarum os ſublatum eſt, immundæ ſunt, quia pro conditis parari ſolent. Aqualiculus vitreus eſt mundus. Dicit R. Joſe, felicia ſunt vaſa immunditiem intrantia, & exeuntia in munditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

צלוחית Eſt amphora in forma vitreæ amphoræ noſtræ, quæ os longum habet. שניטל פיה *cujus os ablatum eſt*, cujus collum ablatum eſt; illa autem amphora cujus os una manu auferri nequit, ſed duabus, vocatur *magna*; cujus vero os una manu auferri poteſt, ea vocatur *parva*. פלייטון *balſami*, amphora oleum ſuaveolens in ſe comprehendens, eſt munda, quia porro non amplius valet ad opus. מפני שהיא סורחת *quia lædit*, ſi quis manum ſuam in amphoram immittat, ut aliquid balſami capiat ad odorandum, tum manus illius inciditur, סורחת enim idem notat quod סורכת, mutata litera Caph in Chet. מתקנן לכבשין *ſi diſpoſuerit eas pro conditis*, nam in iis condiunt olus ſale & aceto, & in eas reponunt ut conſervetur. אפרכס eſt inſtrumentum quod pro molis factum eſt, ſuperius latum, inferius anguſtum circa fundum, cui triticum multum una vice imponi poteſt, quod deinceps paulatim deſcendit in molam, ubi commoluntur, hæc vox occurrit in principio codicis de Feſtis Solennibus, ubi dicitur, עשה אזנך כאפרכסת *fac aurem tuam inſtar infundibuli*, quod multum attrahit, & parum emittit. אשריך כלים *felicia vaſa*, id eſt, felix ſit codex de Vaſis, qui incipit cum immunditie & finit cum munditie, etenim in principio fit mentio patrum immunditiei, in fine autem de infundibulo vitreo puro ſermo fit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צלוחית Notat vas altum circa oram, quod collum habet anguſtum, atque iſtud collum hic vocatur פיה *os illius*, collo autem remoto vas ipſum adhuc oram habet altam. Si vero talis amphora balſamum contineat, vel reliqua aromatum genera, tum munda eſt, quia ad nullam rem utilis eſt; poſtquam enim homo manum ſuam ei impoſuerit ut odoretur, inciditur manus: dicitur autem סורחת pro סורכת, nam literæ Chet & Caph inter ſe permutantur, quaſi dixiſſet quod lagenæ noceant. לכבשים *pro conditis*, ut condimenta in eas reponantur, ut acetum, & vinum, quia ſingulis momentis ad uſum non ſunt neceſſaria. Cæterum nos jam expoſuimus quid ſit אפרכס in fine capitis decimi quarti hujuſce codicis, eſtque vas cui triticum imponunt, e quo poſtea paulatim educuntur; quando auctor dicit, *infundibulum vitreum*, putat inſtrumentum quod ſuperius anguſtum eſt, inferius latum, & cum ei liquor quiſpiam imponitur, tum ex ipſo egreditur, idcirco mundum eſt, quia vas vitreum iis non polluitur, ſed receptorium duntaxat, ſicuti memoratum eſt, & in Additamentis ad codicem in quo verſamur demonſtratum eſt, quod capſa, arca, & promptuarium vitreum, quando quadraginta Sata continent, in humidis, munda ſint, & non recipiant immunditiem, ac ſi e ligno confecta eſſent. Reliqua præter hæc trium vaſorum vitreorum recipientium genera, immunda ſunt, quantumvis magna ſint. *Dixit R. Joſe felicia vos o vaſa* &c. perinde ac ſi dixiſſet, quam beatus tu es codex de Vaſis, qui cum immunditie incipias, & cum munditie finias, nam in principio codicis mentio fit patrum immunditiei, in fine autem infundibuli vitrei puri.

Finis Tractatus de Vaſis.

מסכת אהלות

Tractatus de Tentoriis.

פרק א שנים טמאים במת אחד טמא טומאת שבעה ואחד טמא טומאת ערב שלשה טמאים במת שנים טמאים טומאת שבעה ואחד טמא טומאת ערב ארבעה טמאים במת שלשה טמאים טומאת שבעה ואחד טמא טומאת ערב כיצד שנים אדם הנוגע במת טמא טומאת שבעה ואדם הנוגע בו טמא טומאת ערב :

CAput 1. Duo immundi ſunt mortuo, unus eſt immundus immunditie ſeptem dierum, & alter immundus eſt immunditie veſpertina. Tres ſunt immundi mortuo, duo ſunt immundi immunditie ſeptem dierum, unus vero immundus eſt immunditie veſpertina. Quatuor immundi ſunt mortuo, tres immundi ſunt immunditie ſeptem dierum, & unus immundus eſt immunditie veſpertina; quomodo duo? ſi quis tetigerit mortuum, immundus eſt immunditie ſeptem dierum, & qui hunc tetigerit, is immundus eſt immunditie veſpertina.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים טמאים במת אחד טמא טומאת שבעה *Duo immundi ſunt mortuo, unus immundus eſt immunditie ſeptem dierum*, hi omnes caſus inferius ipſe auctor Miſnicus explicat. *Si homo tetigerit cadaver*, tum is pollutus eſt immnnditie ſeptem dierum, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 11. *Qui tetigerit mortuum ſecundum omnem animam hominis, immundus erit ſeptem dies*; nempe, quia is fit immunditiei pater, cadaver enim eſt avus immunditiei. *Homo qui tetigerit ipſum*, is immundus eſt immunditie veſpertina, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 22. *Et anima quæ tetigerit, immunda erit uſque ad veſperam*, eo quod is fit immunditiei proles, omnis autem immunditiei proles uſque ad veſperam duntaxat durat. Sapientes vero decreverunt de eo qui tetigerit eum qui cadavere pollutus eſt, quando is adhuc cadaveri junctus eſt, ut is pollutus ſit immunditie ſeptidui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus ratione immunditiei quæ contrahitur per cadaver humanum, Num. 19, 22. *Et anima quæ tetigerit, immunda erit uſque ad veſperam.* Dictum vero eſt in libro Siphri, quisnam iſte eſt homo qui immunditiem recipit e mortuo, ut is denuo ſocium ſuum polluere poſſit immunditie ſeptem dierum? Lex dicit, *anima quæ tetigerit, immunda erit uſque ad veſperam*; at vero homo qui tetigerit mortuum, ſeptem dierum immunditie pollutus eſt, hoc enim volunt illa verba Num. 19, 11. *qui tetigerit mortuum ſecundum omnem animam, is immundus eſto ſeptem dies*, atque hoc eſt jus Legis. At ſi quis mortuum tetigerit, & præterea alium quoque hominem, antequam a mortuo ſeparatus eſſet, tum ille ſecundus homo etiam ſeptem dies ſecundum Sapientum inſtituta immundus eſt; hæc intelligas volo.

ב כיצד שלשה כלים הנוגעים במת וכלים בכלים טמאים טומאת שבעה השלישי בין אדם ובין כלים טמא טומאת ערב :

2. Quomodo tres? ſi vaſa tetigerint mortuum, & hæc vaſa tetigerint vaſa alia, tum illa ambo immunditie ſeptidui polluta ſunt; tertius vero gradus, ſive homo ſit, ſive vas, immundus eſt immunditie veſpertina.

R. OB. DE BARTENORA.

כלים הנוגעים במת *Si vaſa tetigerint mortuum*, ſive vaſa fuſilia ſint, ſive ea quæ aquis abluenda ſunt, ſi polluta fuerint, ſive veſtes, hæc omnia ut cadaver ipſum polluunt, ſicuti ſcriptum eſt Num. 31, 24. de eo qui tetigerit gladio percuſſum &c. talis inquam ipſi cadaveri ſimilis eſt; atque idem jus in reliquis vaſis obtinet, hinc vaſa quæ mortuum tetigerunt, fiunt immunditiei avi; & ſi unum vas tetigerit alterum, tum id fit immunditiei pater, quia vaſa quæ ſecundum immunditiei gradum conficiunt, aliis primum adferre poſſunt. Tertius vero immunditiei gradus, ſive is ſit in homine, ſive in vaſe, conſtituit primum immunditiei gradum, & polluitur immunditie veſpertina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de immunditie mortui Num. 19, 16. *& omnis qui tetigerit agri faciem, gladio confoſſum, mortuum, vel os hominis, vel ſepulchrum, immundus eſto ſeptem dies*, quæ verba ita ſecundum ore Tradita expoſita ſunt, ut gladius & is qui percuſſus eſt, eodem gaudeant jure, uſque adeo ut nihil interſit inter eum qui vel gladio, vel lapide, vel ligno percuſſus eſt; ſenſus itaque eſt quod ſi quis tetigerit gladium quo nonnemo interfectus eſt, immundus ſit ſeptem dies. Pariter reliqua vaſa fuſilia & ea quæ aquis abluenda ſunt, aſſimilant gladio, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſitum eſt, & de vaſis jam commemoratis quæ tetigerunt mortuum, atque etiam de vaſis ſecundum immunditiei gradum continentibus, quæ hæc vaſa tetigerunt, quod illa immunda ſint immunditie ſeptem dierum. Præterea quoque ſuperiori Miſna explicatum eſt, quod quicquid ſeptidui immunditie pollutum ſit, id ſaltem efficiat immunditiem veſpertinam in iis quæ ipſum tetigerint, atque hoc eſt quod Num. 19, 22. dicitur, *& anima quæ tetigerit, immunda eſto uſque ad veſperam*; idcirco auctor Miſnicus dixit, *tertius gradus, ſive is ſit in homine, ſive in vaſis, immundus eſt uſque ad veſperam.*

ג כיצד ארבעה כלים הנוגעים במת ואדם בכלים וכלים באדם טמאים טומאת שבעה הרביעי בין אדם בין כלים טמא טומאת ערב אמר רבי עקיבא יש לי חמישי השפוד התחוב באהל האהל והשפוד ואדם הנוגע בשפוד וכלים באדם טמאים טומאת שבעה החמישי בין אדם בין כלים טמא טומאת ערב אמרו לו אין האהל מתחשב :

R. OB.

3. Quomodo quatuor? ſi vaſa tetigerint mortuum, & homo vaſa, & vaſa hominem, tum illa immunditie ſeptidui polluta ſunt. Quartus, ſive is ſit in homine, ſive in vaſe, pollutus eſt immunditie veſpertina. Dicit R. Akiba, eſt mihi quintus, veru infixum tentorio, tentorium, veru, & homo qui veru tetigit, & vaſa quæ hominem tetigerunt, polluta ſunt immunditie ſeptidui; quintus vero ſive in homine, ſive in vaſis, immundus eſt immunditie veſpertina. Dixerunt ei, tentorium non cenſetur.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

כיצר ארבעה *Quomodo quatuor*, vaſa quæ mortuum tetigerunt, ſunt immunditiei avi ut ipſe mortuus; & ſi homo tetigerit vaſa, tum is eſt immunditiei pater; ſic etiam ſi vaſa tetigerint hominem, ſunt pater immunditiei, ut ipſe homo, ſicuti ſcriptum eſt Num. 31, 24. *Et lavabitis veſtes veſtras die ſeptimo, & tum mundi eritis*; unde liquet, quod omnis homo qui immunditie ſeptidui pollutus eſt, etiam vaſa polluat immunditie ſeptidui. *Quartus, ſive homo ſit ſive vas, ſit primus immunditiei gradus*, & ita quoque ſe habet, quando quæritur, quomodo tres? etenim doctor Miſnicus tradere debuiſſet, ſi homo tetigerit mortuum, & vaſa hominem, tum immunditie ſeptidui polluta ſunt, tertius vero gradus ſive in homine ſit ſive in vaſis, eſt immundus uſque ad veſperam; ſed auctor id potius docere voluit e fine Miſnæ, ubi dicitur, quatuor immunda ſunt mortuo, unde colligimus quod ſi vel homo tetigerit vaſa quæ mortuum tetigerunt, & vaſa hominem tetigerint, auctor ſtatuat immunditiem ſeptidui, quanto magis ſi homo tetigerit mortuum ipſum, vel vaſa hominem, locum habeat immundities ſeptidui. שפוד *veru*, habet formam columnæ fuſilis, idque infixum eſt medio tentorii, capite vero illius colligant tentorium. אין האהל מתחשב *tentorium non recenſetur*, quia tentorium non polluit veru, idcirco id non recenſetur in numero ordinis impuritatum, ſed quicquid in tentorio mortui poſitum eſt, ipſum mortuum tetigiſſe putandum eſt, etenim hic quatuor duntaxat res numerantur. Præterea quamvis veru non ſit in medio tentorii, ſed tentorium exterius tetigerit, nihilominus tamen tentorium non recenſendum eſt in ordinem hujuſce Miſnæ; ita docetur capite decimo quinto codicis in quo verſamur.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod vaſa quæ mortuum tetigerunt, & ea quæ hæc vaſa tetigerint, immunda ſint immunditie ſeptem dierum. Si vero is qui tetigit vaſa illa quæ mortuum tetigerint, ſit homo, tum iſte homo quoque polluit vaſa ſeptidui immunditie; ratio vero eſt rem de vaſis quæ mortuum tetigerunt, doceri ex eo quod in Lege dicitur de gladio, quia Lex immundum declarat eum qui confoſſum aut gladium tetigerit; ſecundum id quod Traditione docetur, pollutus immunditie ſeptidui, lavabit veſtes ſuas die ſeptimo, atque hinc probatur ipſum polluere veſtes immunditie ſeptidui; & exinde quoque colligimus quod gladius & homo qui gladium attigit, & veſtes quæ hominem tetigerunt, omnes tres polluti ſint immunditie ſeptidui; & hæc eſt ratio quod in Siphri quæratur rem e vaſis & homine doceri, vult dicere jam doctum eſſe quod vaſa quæ mortuum tetigerunt, & homo qui vaſa tetigit, immunda ſint immunditie ſeptidui, quando lex meminit illius qui gladio occiſus eſt, ſicuti expoſuimus de vaſis & homine, de vaſe docet Lex quando dicit Num. 31, 24. *Et lavabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo.* Dixit vero auctor Miſnicus, *quartus, ſive is ſit homo, ſive vas, eſt immundities veſpertina.* Notum vero eſt quod cum hic dicitur tertius, vel quartus, auctor intelligat tertium quartumque hominem, cui immundities mortui accidit, e quocunque homine inceperit numerus, ſecundum quem numeramus primum, ſecundum, tertium, & quartum immunditiei gradum, qui gradus omnes derivantur ex iis quæ exponuntur in codice de Puritatibus, ſicuti in principio hujuſce libri expoſitum eſt a nobis, & capite primo codicis de Vaſis. Senſus autem fert quod quicquid per mortuum pollutum eſt immunditie ſeptidui, ſit immunditiei pater, & quod quicquid pollutum ſit per mortuum immunditie veſpertina, ſit proles immunditiei, & vocetur *primus*, & ab ipſo numeratur *ſecundus, tertius, quartus*; ſed nos hæc jam omnia expoſuimus in principio libri. R. Akiba vero in quintum addit veru quod tentorio infixum eſt, tentorium, veru, & hominem qui veru tetigit, & vaſa quæ hominem tetigerunt, quæ omnia ſeptidui immunditie polluta eſſe ſtatuit. *Et quintus, ſive homo, ſive vas ſit, immundus eſt immunditie veſpertina, dixerunt ei, tentorium non recenſetur*, vox חחוב idem notat quod תקוע *infixum*, itaque per veru tentorio infixum intelligitur centrum quod in medio tentorii eſt, & columnæ ſimile, hoc ſi fuſile ſit, R. Akiba id numerat ſecundum immunditiei gradum a tentorio, ſi tentorium mortuo pollutum ſit, & vaſa tetigerint mortuum, ſicuti ab initio expoſitum eſt, & hoc veru cenſetur perinde ac ſi tentorium tetigiſſet. Sapientes dicunt, id ad tentorium pertinere, atque hoc eſt quod in Beraita dicunt, tentorium & veru unius eſt nominis, eodem ſenſu hic dicitur, *tentorium non recenſetur*. Sed vero ſeorſim, nempe, quando vaſa tetigerint mortuum, & non tentorium, polluit veru ipſum, cum ſit eadem res.

ד אדם וכלים מיטמאים במת חומר באדם מבכלים ובכלים מבאדם שהכלים שלשה והאדם שנים חומר באדם שכל זמן שהוא באמצע הן ארבעה ושאינו באמצע הן שלשה:

4. Homo & vaſa polluuntur mortuo, in homine gravior eſt immundities quam in vaſis, & contra, quia vaſa fieri poſſunt tertius immunditiei gradus, homo vero ſecundus; & gravior in homine, quando enim is in medio eſt, tum eſt quartus, ſi non ſit in medio, tum tertius eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שהכלים שלשה *Quia vaſa ſunt tertius gradus*, ut ſi vaſa tetigerint mortuum, vel alia vaſa, vel præterea vaſa tertii gradus tetigerint ſecundi gradus vaſa, tum omnia immunda ſunt. *Homo autem ſecundus eſt*, ut, ſi homo tetigerit mortuum, & ſi homo qui eſt ſecundus immunditiei gradus, tetigerit hunc hominem qui mortuo pollutus erat; at ſi homo qui tertius eſt immunditiei gradus, tetigerit ſecundum, tum mundus eſt. שהוא באמצע *quando is in medio eſt*, ſi ſint vaſa, homo, & iterum vaſa, quia quartus tam homo quam vaſa polluitur immunditie veſpertina, ſicuti e ſuperiori Miſna oſtenſum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando hujuſce Miſnæ ſermonem intellexeris, tum illa ſatis clara erit, quia jam expoſuimus quod vaſa quæ mortuum tetigerunt, & ea quæ alia vaſa tetigerunt, immunda ſint per ſeptiduum; tertium vero immunditiei gradum, ſive in homine, ſive in vaſis, immundum eſſe uſque ad veſperam; hinc patet immunditiem hæc tria polluiſſe in vaſis, & in homine duo duntaxat eſſe, ſicuti in principio declaravimus. Sin autem vaſa tetigerint mortuum, & poſtea homo eadem vaſa tetigerit, & vaſa ſecunda tetigerint hominem iſtum, qui erat medius inter vaſa, tum tria iſta immunda ſunt immunditie ſeptidui. Tertius vero gradus pollutus eſt immunditie veſpertina; ſed hæc fundamenta omnia jam commemorata ſunt. Cæterum conſentaneum eſt ut oſtendamus hic hominem qui tetigit mortuum, poſtquam tetigit vaſa, pollui immunditie veſpertina; etenim hoc nos diſcimus ex argumento a minori ad majus, quia jam docuimus quod vaſa quæ hominem tetigerunt, qui vaſa tetigit, quæ mortuum tetigerunt, immunda ſint immunditie ſeptidui, videlicet vaſa ſecunda; & cum hoc ita ſit, magis conſentaneum foret, ut vaſa quæ hominem tetigerunt, qui mortuum tetigit abſque medio, immunda ſint immunditie ſeptidui; ita in Siphri exponitur. Sed hoc tibi ſit fundamentum, nempe, quod homo mortuo pollutus, polluat vaſa immunditie ſeptidui, & ſocia eorum immunditie veſpertina; ſed hanc expoſitionem jam attulimus in principio libri, ibique oſtendimus quod ſi vaſa hiſce ritibus obnoxia ſint ratione immunditie mortui duntaxat, id de vaſis fuſilibus & veſtimentis intelligendum eſſe, & pariter de vaſis aqua abluendis, ſicuti intelligenti erit manifeſtum ex iis quæ in Siphri dicuntur.

ה אדם ובגדים מיטמאים בזב חומר באדם מבבגדים ובבגדים מבאדם שהאדם הנוגע בזב מטמא בגדים ואין בגדים הנוגעים בזב מטמאין בגדים חומר בבגדים שהבגדים הנושאין את הזב מטמאין אדם ואין אדם הנושא את הזב מטמא אדם :

5. Homo & veſtes ſeminifluo polluuntur; gravior eſt immundities in homine quam in veſtibus, & contra, homo enim qui ſeminifluum tetigerit, polluit veſtes, at veſtes quæ tetigerunt ſeminifluum, non polluunt veſtes; gravior immundities in veſtibus hæc eſt, qua veſtes quæ ſeminifluum tulerunt, hominem polluunt, & homo qui ſeminifluum tulit, non polluit hominem.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמא בגדים *Polluit veſtes*, quando ſe non abſtraxerit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 7. *qui tetigerit carnem ſeminiflui, lavet veſtes ſuas.* Cæterum is polluit veſtes dum tangit ſeminifluum, ſed veſtes quæ ſeminifluum tetigerunt, non polluunt alias veſtes, quia ſeminifluus eſt immunditiei pater, & veſtes quæ ipſum tetigerunt, primum concipiunt immunditiei gradum, at non polluunt alias veſtes, quia homo & vaſa a patre immunditiei duntaxat immunditiem recipiunt. *Quia veſtes quæ ſeminifluum ferunt, hominem polluunt*, ut cubile & ſedile ſeminiflui, quæ polluunt hominem, quia pater immunditiei fiunt, ſicut ipſe ſeminifluus, ſicuti dicitur Levit. 15, 10. *Et omnis qui tetigerit omne id quod fuerit ſub ipſo, immundus erit uſque ad veſperam.* Sed non homo qui portat ſeminifluum, polluit hominem, ne quidem eo momento quo ipſum portat antequam ſe ab illo ſeparaverit, quia is duntaxat primus immunditiei gradus eſt, at primus gradus non polluit hominem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſeminifluus ſit immunditiei pater, & quod homo qui eum tetigit, ſit primus immunditiei gradus, ſed is veſtes polluit dum eum tangebat, ſicuti expoſitum eſt capite ultimo codicis de Seminifluis, atque hoc eſt quod Deus de carne ſeminiflui dixit Levit. 15, 7. *Qui tetigerit carnem ſeminiflui, lavet veſtes ſuas.* Hinc conſtat ipſum veſtes polluere dum tangit eas, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Vaſis; at vaſa quæ tetigerunt ſeminifluum, fiunt tertius immunditiei gradus, & non polluunt veſtimenta; ſed nulla immunditiei proles vaſa polluit ſicuti expoſuimus in principio. Illa autem vaſa quæ ſeminifluum portarunt, facta ſunt pater immunditiei, quia cubile aut ſedile eſſe cenſentur, atque illa omnia polluunt hominem, ſicuti in principio expoſuimus, & ipſa Lex dicit Levit. 15, 10. *& quiſquis tetigerit omne id quod ſub ipſo eſt, immundum eſto uſque ad veſperam.* At ſi homo portaverit ſeminifluum, tum is non polluit hominem ullo modo, quia proles immunditiei eſt, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus, imo etiam in ipſo portationis momento antequam ſe abſtraxerit ab iis qui polluunt ipſum, non polluit hominem, nec vas teſtaceum; ſed reliqua vaſa polluit; hæc jam explicata ſunt in fine codicis de Seminifluis.

ו אדם אינו מטמא עד שתצא נפשו ואפילו מגוייר ואפילו גוסס זוקק ליבום ופוטר מן היבום מאכיל בתרומה ופוסל בתרומה וכן בהמה וחיה אינן מטמאין עד שתצא נפשם הותזו ראשיהם אף על פי שמפרכסים טמאין כגון זנב של לטאה שהיא מפרכסת :

6. Homo non polluit antequam anima exierit, etiam licet diſciſſus ſit, vel in mortis agone ſit, vel officio leviratus alligatus, liberat ab officio leviratus. Dat facultatem comedendi de oblatione prima atque adimit facultatem comedendi de oblatione prima. Pariter nec pecus, nec fera polluunt antequam anima exierit; ſi capita eorum ablata ſint, licet motitaverint ſe, immunda ſunt, ut cauda lacertæ ſe motitantis.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שתצא נפשו *Donec exierit anima illius*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 13. *quiſquis tetigerit mortuum, animam hominis qui obiit*, unde conſtat, hominem non polluere antequam obierit. מגוייר eſt idem quod מחותך *diſciſſum*, radicem vocis videſis Deut. 2, 11. זוקק ליבום *alligatus leviratui*, quando in agone mortis verſatur, fratria ei prohibita eſt in conjugium. *Sed liberat a conjugio levirali*, ſi mortuus fuerit, & reliquerit filium lethaliter ægrotantem, tum uxor ipſius libera eſt a calceo extrahendo leviro, & a conjugio. ומאכיל בתרומה *& facit cibare de oblatione prima*, infans matri ſuæ hanc licentiam dat, ſi illa eſſet filia Iſraëlitici ſacerdoti nupta. *Et prohibet matrem ab oblatione prima*, ſi eſſet ſacerdotis filia Iſraëlitæ nupta. Pariter nec pecus, nec fera polluunt, niſi donec anima exierit. זנב של לטאה *cauda lacertæ*, quaſi dixiſſet, quare hæc motitatio ſimilis eſt caudæ lacertæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Num. 19, 13. *Si quis tetigerit animam hominis mortui &c.* ex quibus verbis liquet hominem non polluere antequam obierit, & cum ita ſe res habeat, non polluitur ipſo quiſquam dum vivit; illo autem mortuo, cujus immundities gravior eſt, nemo polluitur eo antequam obierit; quanto magis id locum habet in cadavere, & reptili, & eo qui diſciſſus eſt, vel confoſſus, vel in agone mortis verſatur, vel ſi in articulo mortis teneatur leviratus conjugium inire cum fratria ſua; vel ſi hoc ſenſu prolem poſt ſe reliquerit, tum uxor mortui libera eſt a matrimonio leviri, & a calceo ipſius extrahendo. Si vero mulier Iſraëlitis habeat prolem e ſacerdote, & res hoc modo procedat, tum illa comedere poteſt ex oblationibus primis propter ſuam prolem quam e ſacerdote ſuſcepit, donec obierit. Contra vero ſi ſacerdotis filia ex Iſraëlita prolem ſuſceperit, tum ei non licet comedere de oblationibus primis, niſi donec proles mortua fuerit. Expoſitio verbi הותזו eſt נבדלו *ſeparata ſunt* ſcilicet capita. מפרכסים idem eſt quod מנענעים *motitantia ſe*, deſignatur nempe illa motitatio quæ fit in membris poſt mortem. לטאה eſt nomen reptilis, quod caudam ſuam valde motitare ſolet poſtquam abſciſſa eſt, etenim hoc aliquibus animantibus contingere ſolet, quando facultas movendi extenditur per membra, ſed defectu corporis divellitur ab origine ſua.

ז האיברין אין להן שיעור אפילו פחות מכזית מן המת ופחות מכזית מן הנבילה ופחות מכעדשה מן השרץ מטמאים טומאתן :

7. Membris non ſtatuta eſt menſura, licet minor ſit quantitate olivæ e mortuo, vel minor quantitate olivæ e cadavere, vel minor quantitate lentis e reptili, polluunt tamen immunditie ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

Oportet ut in membris ſit caro, nervi, & oſſa, & tum ea membra dici poſſunt; hic autem ſermo eſt tam de membro e vivo avulſo, quam de membro e mortuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor hànc menſuram non ſtatui in aliquo membro, quia polluit, licet minor ſit menſura quam ſi membrum ſit integrum, & polluat; atque hoc verum eſt.

ח מאתים וארבעים ושמנה איברים באדם שלשים בפיסת הרגל ששה בכל אצבע עשרה בקורסל שנים בשוק חמשה בארכובה אחד בירך שלשה בקטלית אחד עשר צלעות שלשים בפיסת היד ששה בכל אצבע שנים בקנה ושנים במרפק אחד בזרוע וארבע בכתף מאה ואחד מזה ומאה ואחד מזה ושמנה עשר חוליות בשדרה תשעה בראש שמונה בצואר ששה במפתח של לב וחמשה בנקביו כל אחד ואחד מטמא במגע ובמשא ובאהל אימתי בזמן שיש עליהם בשר כראוי אבל (ס"א) אם אין עליהם בשר כראוי מטמאים במגע ובמשא ואין מטמאים באהל :

8. Ducenta quadraginta octo membra ſunt in homine, triginta in vola pedis, ſex in quolibet digito, decem in talo, duo in crure, quinque in genu, unum in femore, tria in coxendice; undecim ſunt coſtæ. Triginta in vola manus, ſex in quolibet digito, duo in calamo, & duo in axilla, unum in brachio, & quatuor in humero, centum & unum ab hac parte, & centum ac unum ab illa parte; & octodecim vertebræ in ſpina dorſi; novem in capite, octo in collo, ſex in apertura cordis, quinque in foraminibus illius, quodque ex iis polluit tactu, onere, & in tentorio. Quando? quando in iis eſt caro quantum neceſſe eſt, ſin minus, tactu & onere polluunt, ſed non polluunt in tentorio.

R. OB. DE BARTENORA.

פיסת הרגל Notat volam pedis, quæ eſt ungula. *Sex in quolibet digito*, pro quinque digitis, id eſt triginta. קרסול Targum vertit vocem כרעים per קרסולין, notatque locum cum pede & crure conjunctum. קטלית eſt locus in ſummitate femoris. בקנה *in calamo*, eſt os quod manui junctum eſt, & קנה המדה vocatur, quia illa mediante metiebantur ulnam ſive cubitum. מרפק notat cubitum. *Centum & unum ab hac parte*, quicquid enim hactenus numeratur ab una parte corporis, illud eſt manus una, pes unus, atque unum latus. מפתח של לב *apertura cordis*, puta pectus, nam agitatione pectoris inflatur jecur circa cor, hinc fit ut pectus aperiat viam qua aër tendit ad cor. נקובים *foramina*, notat teſticulos & nervum virilem. בשר הראוי *caro conveniens*, ut aſcendat ſanitatis facultas, atque alat; ſi illa homini vivo conjuncta ſit *Sed non polluunt in tentorio*, quia immundities tentorii duntaxat vel in homine ſano obtinet, ſicuti ſcriptum eſt, Num. 19, 14. כי ימות באהל *quum in tentorio obierit*; vel in membro homini ſimili, quia ſcriptum eſt Num. 19, 16. בעצם אדם *os hominis*, hoc ſenſu, ſicuti homo in ſe comprehendit nervos & oſſa, atque in tentorio polluit, ita etiam membrum quod carnem, nervos, & oſſa habet, in tentorio polluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem auctor in ſuperioribus dixit, quod membra polluant, licet non habuerint juſtam quantitatem, idcirco conveniebat ut nos doceret quænam illa eſſent membra, ut vola manus, vola pedis, digiti manus & pedis, & cum in pede triginta ſint articuli, in quolibet digito ſex ſunt articuli. Vox קורסל in Targum occurrit pro Hebraico כרעים: porro quid ſit שוק, ירך, & ארכובה notum eſt. Cæterum קטלית eſt vola femoris, & id quod ei adhæret ſupra coſtas laterum; dicit auctor, *duo in calamo*, ſcil. in calamo brachii. חוליות notat vertebras ſpinæ dorſi, ejuſdemque totam ſtructuram. מפתח הלב *clavis cordis*, intellige pectus, quia motu pectoris jecur inflatur circa cor, & quaſi clavis quædam eſt qua aperitur via qua aër ad cor intrare poſſit, & fumus exire. נקבים *foramina*, puta membra genitalia, & nervum virilem, intelligendum eſt autem quod mortuus ipſe per ſe polluit tactu & onere, atque in tentorio. Cæterum immundities tactus & tentorii deſignatur in Lege Num. 19, 11. *qui tetigerit mortuum*, & ibid. verſ. 13. *quiſquis venerit ad tentorium.* Immundities portationis Traditione colligitur ex immunditie cadaveris, quæ eſt immundities levis, & portatione polluit, ſicuti Lex dicit Levit. 11, 28. *Et qui portaverit cadaver illius*; & quanto magis mortuus polluit portatione; & quemadmodum cadaveris tactus immunditiem veſpertinam efficit, ita illius portatio immunditiem veſpertinam efficit, ita quoque mortui tactus efficit immunditiem ſeptidui, & portatio illius immunditiem ſeptidui, hoc ita expoſitum eſt in Siphri. Lex autem dicit Num. 19, 16. *Si tetigerit gladio confoſſum, vel mortuum*; at non dubium eſt quin gladio confoſſus ſit mortuus, Traditio autem in hiſce verbis aliquam diſtinctionem ponit, nempe quod gladius ſimilis ſit mortuo, atque hoc eſt, membrum e vivo homine, & membrum e mortuo, ſicuti expoſitum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ut id quod ſeparatum eſt ab eo, conſtituatur ut ipſe mortuus. Si vero membrum e mortuo, vel e vivo homine ſeparatum habeat carnem, oſſa, & nervos, ita ut caro vivere poſſit, & pingueſcat, ſi id homini adhæreat vivo, tum membrum eo ſenſu polluit, ſicuti polluit ipſe mortuus, & hic eſt ſenſus legis quæ dicit, Num. 19, 16. או בעצם אדם *vel os hominis*, ubi os ad hominem refertur, oportet igitur ut os adſit, quia id in genere ad corpus hominis pertinet; tum itaque jus illius ſimile eſt juri mortui in genere. At vero ſi membrum non habeat carnem, vel os juxta menſuram illius, licet id non ſit ex articulis jam memoratis, polluit tactu, & hoc eſt quod dicitur Num. 19, 16. *Et omnis qui tetigerit os.* Sic etiam id polluit portatione, eo quo diximus modo, ſi ſit membrum e cadavere, & non polluitur tentorio ſecundum immunditiem; ſed de homine duntaxat loquitur, quando dicit, Num. 19, 14. *Si homo in tentorio obierit*; vel de membro hominis, quod ſimilis eſt homini, quando dicit Num. 16, 16. *Vel os hominis*; ſenſus eſt, quod ſicut mortuus conſtat ex oſſibus, & nervis, ita etiam membrum e vivo homine conſtat e carne, nervis, & oſſibus. Dixerunt quoque Legem de duobus oſſibus loqui, etenim quando dicit, *vel os hominis*, intelligitur os hominis vivi; & quando dicit, *& quiſquis tetigerit os*, intelligitur os ſecundum menſuram illius; hæc fundamenta memoriæ mandes volo, ne ea toties repetere cogar.

פרק ב אלו מטמאים באהל המת וכזית מן המת וכזית נצל ומלוא תרווד רקב השדרה והגלגלת אבר מן המת ואבר מן החי שיש עליהם בשר כראוי רובע עצמות מרוב הבנין או מרוב המנין ורוב בניינו

Caput 2. Hæc polluunt in tentorio, mortuus, quantitas olivæ e mortuo, & tantundem e carne avulſa, plenitudo cochlearis putredinis, ſpinæ dorſi, cranii, membri mortui, membrum e vivo homine, quibus eſt idonea caro. Quartarius oſſium e maxima parte ſtructuræ, vel e multitudine numeri, & maxi-

בנינו ורוב מניינו של מת אף על פי שאין בהן רובע טמאים כמה הוא רוב מניינו מאה ועשרים וחמשה :

maxima pars ſtructuræ illius, & maxima pars mortui, etſi in illis non ſit quartarius; ſed quanta eſt maxima pars numeri illius? centum & viginti octo membra.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מטמאין באהל המת *Hæc polluunt in tentorio mortui*, non eſt difficultas de menſura quantitatis olivæ e cadavere, quin ea polluat, & quanto magis ipſe mortuus, hæc res in Gemara titulo de Nazyræo explicatur; itaque hic nihil requiritur præter cadaver cujus membra non colligata ſunt nervis, quia in ipſo non eſt olivæ quantitas. נצל notat carnem mortui quæ humor fœtidus factus eſt. מלוא תרווד notat cochlear pugilli copiam comprehendens. רקב notat corpus mortui cujus humor conſumptus eſt, & pulveri ſimilis factus; ſed plenitudo cochlearis putredinis non polluit, niſi e mortuo proveniat qui nudus ſepultus eſt in arca marmorea, & operculo marmoreo contectus, donec clare conſtiterit, in ipſo non eſſe miſcellam veſtimenti, vel ligni, vel pulveris alius. At ſi mortuus cum veſtimentis ſuis ſepultus ſit, vel in arca lignea, vel in pulvere terræ, tum ei non eſt putredo. Pariter ſi mortuo qui ſepultus eſt, quid deficiat, non eſt ei putredo. השדרה והגולגלת *ſpina dorſi & cranium*, licet illa non habeant carnem, tamen in tentorio polluunt, quia figura hominis in ipſis exſculpta eſt, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 16. בעצם אדם ubi intelligas tale os hominis quo dignoſci poteſt id ad hominem pertinere. *Membrum de mortuo, & membrum de vivo*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 16. בחלל חרב או במת ubi intelligendum eſt membrum quod gladius ſeparavit a corpore vivo, quod habendum eſt pro mortuo. *Quartarius oſſium*, quartarius Cabi ex oſſibus. מרוב המנין או מרוב הבנין *e maxima parte numeri, vel e maxima parte ædificii*, magiſtri mei expoſuerunt quod illa pauciora ſunt quam ut in iis maxima pars numeri inveniatur, vel maxima pars ſtructuræ, licet in iis non ſit maxima pars numeri, neque maxima pars ſtructuræ, tamen polluunt; per ſtructuræ atque numeri maximam partem intelligitur totius corporis machinæ maxima pars oſſium, & ejuſdem ſtructura; quamvis autem non ſit maxima ſtructuræ corporis pars, tamen non polluunt, & quamvis non ſit quartarius Cabi. Per maximam ſtructuræ partem intelliguntur crura, femora, coſtæ, & ſpina dorſi; per maximam numeri partem intelliguntur extremitates digitorum manuum, & pedum, aliorumque membrorum; dummodo ſint centum & viginti quinque membra quæ polluunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties declaravi quod rerum Miſnicarum menſuræ plurimæ derivatæ ſunt e Traditis Moſis. נצל notat carnem pinguem, quæ fœtida facta eſt, quando caro incepit putreſcere. תרווד eſt idem quod כף *cochlear*, explicuimus enim capite decimo ſeptimo codicis de Vaſis, vocabulum denotare plenitudinem pugilli. רקב notat pulverem qui de corpore mortui remanſit, quando humor illius defecerit, & oſſa illius extenuata fuerint, qui pulveri ſimilis eſt, & tum non polluitur in hac menſura, ut mortuus ſepeliatur nudus, abſque ulla veſte in arca lapidis duriſſimi, vel marmorei, & ſimilium, cui operculum marmoreum imponitur, antequam aliquid de pulvere mixtum fuerit cum cadavere, vel de veſte, hinc dixerunt, ſi perforaverit tegumentum ſuum, vel arcam ligneam, ſuper pulvere, tum ei non eſt putredo. Pariter ſi mortuus ſepultus ſit, & ei deficiat aliquod membrum, dixerunt, mortuus cui aliquid deeſt, non habet putredinem; ſed hæc jam expoſita ſunt in codice de Nazyræis. Spina dorſi polluit etſi nullam comprehendat carnem; ita etiam cranium, licet non habeat carnem, polluit in tentorio, quia in ambabus iſtis partibus conſpicitur forma humana, & hoc colligitur ex eo quod Lex dicit Num. 19, 16. בעצם אדם *os hominis*. Per רובע *quartarium* intelligas quartarium Cabi. *Multitudo ſtructuræ*, eſt magnitudo corporis. *Multitudo numeri*, eſt multitudo numeri membrorum, quæ ſunt centum & viginti quinque articuli. Hæc autem oſſa quibus non eſt aliquid carnis, triplicia ſunt, quorum unum eſt genus quod hominis oſſa eſſe oſtendit, & non alterius animalis, quod quartarium Cabi & plus comprehendit; alterum in quo eſt maxima pars numeri, ſive centum & viginti quinque articuli, in quibus eſt quartarius Cabi & plus; tertium eſt in quo ſunt centum & viginti quinque membra, & plus, in quibus eſt maxima ſtructuræ pars; in hoc itaque duo ſenſus in unum colliguntur, videlicet multitudo ſtructuræ, & multitudo numeri, tum hæc oſſa in tentorio polluuntur, ſin minus, non polluuntur, hoc vero fieri poteſt in abortu. Sed nos jam expoſuimus quod totius rei fundamentum contineatur in eo quod Lex dicit, *os hominis*; itaque e tribus hiſce generibus liquet, eſſe in iis os hominis; at vero ſi non ſit os hominis, mundum eſt.

ב רביעית דם ורביעית דם תבוסה ממת אחד רבי עקיבא אומר משני מתים דם קטן שיצא כלו רבי עקיבא אומר כל שהוא וחכמים אומרים רביעית כזית רמה בין חיה בין מתה רבי אליעזר מטמא כבשרו וחכמים מטהרים אפר שרופים רבי אליעזר אומר שיעורו ברובע וחכמים מטהרים מלוא תרווד ועוד (ס"א) עפר קברות טמא רבי שמעון מטהר מלוא תרווד רקב שנגבלו במים אינו חבור לטומאה :

2. Quartarius ſanguinis, & quartarius ſanguinis conculcationis unius mortui. R. Akiba dicit, duorum mortuorum. Sanguis parvuli qui totus exiit, R. Akiba dicit, quantuluſcunque ſit; Sapientes dicunt, quartarius. Quantitas olivæ de vermibus ſive vivi ſive mortui hominis, ſecundum R. Eliezer immunda eſt ut caro ejus; at ſecundum Sapientes munda. Cineris combuſtionis menſura ſecundum R. Eliezer eſt in menſura quartarii; Sapientes plenitudinem cochlearis mundam dicunt. Porro cinis ſepulchrorum immundus eſt, at ſecundum R. Simeon mundus. Plenitudo cochlearis putredinis aquis ſeparata, non eſt conjunctio pro immunditie.

R. OB. DE BARTENORA.

רביעית דם *Quartarius ſanguinis*, qui totus poſt mortem e corpore effluxit. ורביעית דם תבוסה & *quartarius ſanguinis conculcationis*, ſanguis conculcationis eſt is qui partim ante, & partim poſt mortem e corpore provenit; ſed hæc prolixius exponuntur capite tertio inferius; radicem vocis תבוסה videſis Ezechiel. 16, 6. Cæterum menſura quartarii ſanguinis, quæ tota poſt mortem prodiit, in Lege determinata eſt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Num. 19, 11. *quiſquis tetigerit mortuum vel animam hominis*, per animam hominis intelligitur ipſe homo; quando Lex dicit, *nam ſanguis eſt anima*; & cum hæ ſint rerum menſuræ, præterea quoque cogitandum eas derivatas eſſe a Moſe in Sinai; & hoc ſtatuerunt propter rationem, qua dixerunt quod minima pars in homine e ſanguine ab initio formationis illius ſit quartarius Logi. Sed in Gemara

eſt, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 13. ſed ritus de ſanguine conculcationis ex decreto Sapientum duntaxat obtinet, eſtque doctrina Doctorum, & Legis. ממת אחד *ex uno mortuo*, & non e duobus, etenim ſtatuunt Sapientes matrem lectionis eſſe pro Maſora ex eo quod Lex dicit Levit. 21, 11. ועל כל נפשת מת לא יבא quia vox נפשת in numero plurali ſcribitur cum vav defectivo. *R. Akiba dicit, e duobus mortuis*, videlicet dimidium quartarii ex hoc mortuo, & alterum dimidium ex illo mortuo polluit in tentorio, quia putat matrem lectionis in voce נפשת מת duo deſignare, quia non dicitur נפשות מתים in plurali; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. רבי עקיבא אומר כל שהוא *R. Akiba dicit, quantuluſcunque ſit*, ſicuti maxima pars numeri in oſſibus, & maxima pars ſtructuræ munda ſit, licet in ipſa non ſit quartarius Cabi, quæ menſura oſſibus deſtinata eſt, tamen in ſanguine parvuli immunda eſt, quia totus effluxit, licet in eo non ſit quartarius, qui eſt menſura pro ſanguine. *Sapientes dicunt, quartarius*, ſi dixeris de oſſibus, quod ea certo conſumpta ſint, etiam dices de ſanguine, etenim ego dixiſſem, reſtat de ipſa gutta quantulacunque; & non totus effluxit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. כזית רמה *quantitas olivæ de vermibus*, quæ nata eſt in carne mortui. *Polluit carnem*, etenim vermis provenit e mortuo, licet vivat, utque caro mortui ille conſideratur, quia homo vivus aſſimilatur vermibus, ſicuti ſcriptum eſt Job. 25, 6 אף כי אנוש רמה *nam vermis eſt homo. Sapientes mundum pronunciant*, deciſio eſt ſecundum Sapientes. אפר שרופים *cinis combuſtionis*, homo mortuus fit pulvis, & pulvis ligni cum ipſo non miſcetur. *Menſura illius eſt in quartario*, Cabi, & polluit. *Sapientes mundum pronunciant*; deciſio iterum eſt ſecundum Sapientes. *Cinis ſepulchrorum*, eſt cinis quocum ſanguis & humor mixtus eſt de mortuo, & plenitudo cochlearis, & plus, talis cinis eſt immundus, quia fieri non poteſt ut cochlear amplius impleatur, ne in eo ſit plenitudo cochlearis putredinis, quia auctor eam ſuperius dixit immundam, hic vero loquitur de mortuo qui nudus ſepultus eſt in arca marmorea, quocum nullus cinis alius commixtus eſt. *R. Simeon mundum dicit*, deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Non eſt conjunctio pro immunditie*, ſi vero tentorium fecerit ſuper partem, non ſe res habet ac ſi tentorium fecerit ſuper totum; hoc ſenſu ratione tactus.

ra dixerunt, *quartarium ſanguinis dedi vobis*, id eſt de negotiis ſanguinis monui vos. Dixit R. Akiba, etiamſi ſanguis effluxerit e duobus mortuis, &c. quod is collegit ex eo quod dicitur Levit. 21, 11. ועל כל נפשת מת ubi duæ animæ denotantur, quia Lex non dixit נפשות מתים in plurali. דם תבוסה eſt ſanguis percuſſionis, & commixtionis, qui e nece provenit, tam vivi quam mortui hominis, ſicuti expoſitum eſt capite ſequenti; videſis radicem vocis Ezech. 16, 1. Sed R. Akiba ſtatuit de ſanguine parvuli ſeorſim, dicitque, ſicuti polluitur maxima pars ſtructuræ, & maxima pars numeri, licet in ea non ſit juſta menſura quæ oſſibus ſtatuta eſt, tamen etiam ſanguis illius polluitur, etiamſi in ipſo non ſit menſura ſanguinis, ſive quartarius. Per רמה intelligas vermem qui in carne mortui generatur, quando putreſcere incipit cadaver. אפר שרופים *Cinis combuſtionis*, eſt cinis ex homine combuſto, quando adhuc nihil cum illo mixtum eſt e cinere lignorum. Sapientes huncce cinerem poſuerunt in gradu corporis, etenim quando corpus combuſtum eſt, exiit illud e conditione mortuorum. Cinis ſepulchrorum cujus hic mentio facta eſt, eſt cinis qui in ſepulchro invenitur de humore mortui, cujus caro quidem conſpicitur, ſed non cognoſcitur an ſit putredo, quæ polluit in tentorio, eſtque cinis qui humorem & ſanguinem mixtum habet, hinc in Toſaphta dicitur, plenitudo cochlearis putredinis; præterea ſanguis conculcationis qui in ſepulchris invenitur de quo non conſtat cujuſnam ſit naturæ, is eſt cinis ſepulchrorum. Quando dicit, *non eſt conjunctio pro immunditie*, illius ſenſus eſt, quod cum hæc putredo ſubacta ſit, tota maſſa non cohæreat ut unum conſtituat corpus, donec polluat eum qui extremitatem hujuſce maſſæ ſubactæ tetigerit. Qui vero hanc maſſam non ſubactam tetigerit, mundus eſt, quia partes illius ſunt diſtinctæ, & ſubactio nihil juvat maſſam, neque ipſam in corpus unum conſtituit, atque hoc eſt quod in Gemara dicitur, cinis non eſt commixtilis, idcirco mixtura illius non eſt ſubactio. Hiſce tibi jam explicatum eſt, quod plenitudo cochlearis putredinis non polluatur tactu hominis, quia eam totam attingere nequit, quandoquidem partes illius ſeparatæ ſunt, ita ut conjunctio ipſarum fieri nequeat. Cæterum onere & in tentorio duntaxat polluit; ita quoque expoſitum eſt in Gemara codice de Nazyræis; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam nec ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon.

ג אלו מטמאים במגע ובמשא ואינן מטמאים באהל עצם כשעורה וארץ העמים ובית הפרס אבר מן המת ואבר מן החי שאין עליהם בשר כראוי השדרה והגלגולת שחסרו כמה הוא חסרון בשדרה בית שמאי אומרים שתי חוליות בית הלל אומרים אפילו חוליה אחת ובגלגולת בית שמאי אומרים כמלוא מקדח בית הלל אומרים כדי שינטל מן החי וימות באיזה מקדח אמרו בקטן של רופאין דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בגדול של לשכה :

3. Hæc polluunt tactu & onere, ſed non in tentorio, os in copia grani hordeacei, terra gentium, & ager diviſus, membrum e mortuo & membrum e vivo, quod non juſtam carnis copiam habet, ſpina dorſi & cranium deficientia; & quantus eſt defectus in ſpina dorſi? Schola Schamai dicit, duorum articulorum. Schola Hillelis dicit, unius articuli. Cranii vero defectus juxta Scholam Schamai eſt plenitudo terebræ. Schola Hillelis dicit, illa copia quæ ſi vivo homini adimatur, mortem efficiat. At vero de qua terebra locuti ſunt? de parva medicorum, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, de magna conclavis.

R. OB. DE BARTENORA.

עצם כשעורה *Os in copia grani hordeacei*, polluit tactu & onere ferendo, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 11. *& omnis qui tetigerit* &c. ibi vero non dicitur quicquam de oſſe hominis, hinc docetur de oſſe in copia grani hordeacei, quod id tactu polluat, etſi non conſtet id ad hominem pertinere; ſed de tentorio dicitur Num. 19, 14. *ſi homo obierit in tentorio*. De oſſe autem ratione immunditiei tentorii requirimus, ut cognoſci poſſit id ad hominem pertinere, quia alio in loco Lex dicit; *os hominis*. Cæterum per *terram gentium* intelligas omnes terras citra terram Cananæam; hic porro ſermo eſt de pulvere terræ qui extra terram Canaæam apportatur, quique tactu & onere ferendo polluit, at non in tentorio. Is vero qui proficiſcitur in terram gentilium,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod עצם כשעורה *os in copia grani hordeacei*, polluat tactu & onere, ſed non in tentorio, cujus rei rationem dederunt; pariter omne os quod non habet figuram humanam, ſub hoc caſu continetur. Per ארץ העמים *terram gentium*, intellige omnes terras præter terram Iſraëliticam, quarum incolæ ſuos mortuos juxta ſe ubique locorum ſepeliunt, ita ut immundities diffundatur, atque hoc eſt magiſtrorum decretum, ſicuti ab initio expoſuimus, etenim nos dicimus quod omni in loco iſtius terræ aliquid e pulvere oſſium latet in copia grani hordeacei. בית הפרס *ager diviſus*, eſt ager in quo reperiuntur ſepulchra, e quibus oſſa prodierunt propter exarationem illius, quæ illic diſperſa ſunt. Præterea quoque dicimus quod in omni loco repe-

lium, etſi non tetigerit, vel non tulerit, ut, ſi inſederit equo, mundus eſt, nam Sapientes quoque decreverunt de aëre terræ gentilium. בית הפרס *ager diviſus*, ita dicitur ager exaratus, e quo oſſa quædam contuſa in lucem prodeunt, radicem vocis videſis Jeſ. 38, 7. *Quantus eſt defectus in ſpina dorſi?* ne polluat in tentorio, ſed tactu, & onere. כמלוא מקדח *ut plenitudo terebræ*, intellige plenitudinem foraminis quod effodiunt ſubula. בקטן של רופאים *parva medicorum*, eſt ſubula parva qua medici aperiunt plagas. *Magna in conclavis uſum*, hanc Sapientes æſtimarunt pondioli foramen habere. Copiam vero qua mors infertur, ſi ea ablata ſit, Sapientes determinarunt in menſura pondioli.

reperiatur os in copia grani hordeacei, & ejuſmodi locus vocatur בית הפרס *domus diviſionis*, quia oſſa ubique diſperſa ſunt, plurimi enim doctores exponunt ſenſum vocis פרס notare diſperſionem. מקדח eſt malleus exiguus medicorum quo vulnera aperiunt & ulcera. *Magna conclavis*, jam expoſitum eſt in codice de Vaſis, quod menſura foraminis quæ perforatur, ſit pondioli. Quantitatem vivo homini ablatam qua ei mors infertur, jam expoſuimus in Gemara, eſſe unius Selæ; ſed Selæ & pondioli menſuram jam expoſuimus in principio de Sponſalibus, ut & contraverſiam inter R. Meyr & Sapientes; ſed hæc eſt ſententia Scholæ Schamai, quæ exploſa eſt.

ד הגולל והדופק מטמאים במגע ובאהל ואינן מטמאים במשא רבי אליעזר אומר מטמאים במשא רבי יהושע אומר אם יש תחתיהן (ס"א) עפר קברות מטמאים במשא ואם לאו אינן מטמאים במשא איזהו הדופק את שהגולל נשען עליו אבל דופק דופקין טהור :

4. Operculum & latus ſepulchri polluunt tactu, & in tentorio, at non portatione. R. Elieзer dicit, portatione polluunt. R. Joſua dicit, ſi ſub illis ſit pulvis ſepulchri, tum polluunt portatione; ſin minus, non polluunt portatione. Sed quid eſt latus? cui innititur operculum: ſed latus laterum eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

הגולל Eſt lapis magnus & latus quo ſepulchri os contegunt ſuperius, radicem vocis videſis Gen. 29, 3. דופק notat duos lapides magnos quorum unus ab hoc latere ſepulchri, alter ab altero latere ponitur, cui operculum innititur. *Polluunt tactu, & in tentorio*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 18. *Et qui tetigerit os, vel confoſſum, vel mortuum, vel ſepulchrum.* Quemadmodum ergo mortuus polluit tactu & in tentorio, ita etiam ſepulchrum tactu & in tentorio polluit. *Sed non polluunt dum feruntur*, nam ex iis quæ dicuntur Num. 19, 16. *Et quiſquis tetigerit faciem agri*, docemus includendum eſſe גולל & דופק: & quando dicitur, *& omnis qui tetigerit*, docemus, ipſum polluere tactu, & non dum fertur. *Si ſub illis ſit pulvis ſepulchrorum*, tum polluit quando illa fert, propter pulverem qui cum illis fertur, quique polluit dum fertur, propter calcationem mortui; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam. דופק דופקים *latus laterum*, circa lapidem lateralem conſtituunt aliquando lapidem alium, ad illum confirmandum, cui non innititur operculum, & hoc vocatur דופק דופקים:

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גולל Eſt operculum quo cadavera mortuorum contegunt, & hoc confici ſolet e lapide, vel ligno, ſimilive materia. דופק notat latera ſepulchrorum quibus operculum imponitur, quod etiam e ligno, vel lapide & id genus aliis materiis fieri ſolet. Cæterum דופק דופקים notat lapides laterales quibus hæc latera innituntur, quæ veluti fundamenta parietis ſunt in terra extructa; hi vero lapides ad operculum relati, etiam דופקים vocantur. Quod vero גולל & דופק tactu polluunt, id ex Lege colligitur, quando dicit Num. 19, 16. *quiſquis tetigerit os, vel confoſſum, vel mortuum, vel ſepulchrum:* Lex ergo jus ſepulchri in eodem ponit gradu in quo mortuum poſuit, videlicet, ſicuti mortuus polluit tactu & in tentorio, ita quoque ſepulchrum in ſpatio ſuo ſuperiori & circumferentia polluit tactu & in tentorio; & non dum portatur, quia immundities quæ contrahitur dum portatur, obtinet in ipſo mortuo; ſed hoc eſt argumentum a minori ad majus, quemadmodum expoſuimus. Ut autem totam rem abſolvamus, ſcias quod ſepulchrum aliquid contineat quod in ipſo eſt mortuo; cujuſmodi jus ſepulchrum accipit per comparationem aliquam; ſed R. Eliezer ei attribuit omnia jura ratione immunditiei mortui. R. Joſua dicit quod latera ſepulchri terræ non cohærentia huic juri expoſita ſunt; at vero ſi inter latera ſit pulvis ſepulchri, tum hoc ſepulchrum polluit onere. דופקים vocantur latera ſepulchri, quia cadaver pulſant, id eſt tangunt, videſis ſignificationem verbi Gen. 33, 13. Operculum ſepulchri vocatur גולל quia e lapide devolutionis confectum eſt qui ſuper ſepulchri concavum devolutus eſt, videſis Eſther. 5, 9.

ה אלו שאם חסרו טהורין כזית מן המת וכזית נצל ומלוא תרווד רקב ורביעית דם ועצם כשעורה ואבר מן החי שחסר עצמו :

5. Hæc ſunt quæ ſi deficiant, munda ſunt, olivæ copia de mortuo, & tantundem de carne avulſa; copia cochlearis putredinis, quartarius ſanguinis, os in copia grani hordeacei, & membrum de homine vivo cui deeſt aliquod os.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו הם שאם חסרו טהורים *Hæc ſunt quæ ſi deficiant, munda ſunt*, in quibus non eſt juſta menſura. *Copia olivæ de mortuo*, quia principium formationis humanæ eſt in copia olivæ. *Et quartarii ſanguinis*, quia in principio formationis infantis duntaxat quartarius Logi ſanguinis eſt. ואבר מן החי *& membrum de vivo*, cui deeſt os, imo licet deſit vertebra magna, cui deeſt os quantulumcunque, non polluit ratione membri de vivo homine. At vero ſi de carne illius quicquam defecerit, ſemper polluit, donec defecerit ea copia quæ ad ſanationem ſufficit; ſed membrum mortui hominis in olivæ copia ab eo avulſa, immundum eſt, & os in copia grani hordeacei, & ab eo divulſum, quoque immundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia jam expoſita ſunt; docet porro auctor de membro vivi hominis cui os aliquod deeſt, & non de eo cui caro deeſt, etenim ſi deficiat caro illius, & reliquum fuerit quantum ad ſanationem ſatis eſt, tum id polluit, ſicuti præmiſſum eſt in hoc capite. Verum ſi defecerit aliquid de oſſibus in hocce membro, licet caro reliqua fuerit, atque illa caro olivæ copiam exceſſerit, tum ipſa non polluitur aliqua immunditierum ſpecie, licet de oſſe membri remanſerit in ſimilitudine oſſis inſtar grani hordeacei e mortuo, atque hæc eſt differentia inter membrum de homine vivo, & inter membrum de mortuo, quia membrum de mortuo in copia olivæ carnis ab ipſis ſeparatæ, eſt immundum. *Os inſtar grani hordeacei*, quod ſeparatum eſt ab illo, immundum eſt, ſicuti pro fundamento capite ſexto codicis de Teſtificationibus poſuimus.

ו השדרה והגלגולת משני מתים ורביעית דם משני מתים

6. Spina dorſi & cranium de duobus mortuis, & quar-

מתים ורובע עצמות משני מתים ואבר מן המת משני מתים ואבר מן החי משני אנשים רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרים :

quartarius Logi ſanguinis de duobus mortuis, & quartarius Cabi oſſium de duobus mortuis, & membrum mortui e duobus mortuis, & membrum vivi e duobus hominibus, ſecundum R. Akibam immunda ſunt, & ſecundum Sapientes munda.

R. OB. DE BARTENORA.

השדרה והגולגלת משני מתים *Spina dorſi & cranium de duobus mortuis*, ſi dimidium vertebrarum ſpinæ dorſi ſit de hoc mortuo, & dimidium alterum de alio mortuo; ita quoque ſe res habet cum cranio. *Et membrum vivi de duobus hominibus*, ſi dimidium membri avulſum ſit vivo huic, & dimidium alterum avulſum ſit alteri vivo, ita tamen ut ambo dimidia unum membrum eſſe videantur. *Sapientes id mundum pronunciant*, ab immunditie tentorii, at non ab immunditie tactus & oneris ferendi, propter os inſtar grani hordeacei; deciſio non eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nota eſt res de his menſuris, nempe quod iſtæ de duobus ſunt mortuis, ut, ſi partim ſint e vertebris unius ſpinæ dorſi, & partim e vertebris alterius ſpinæ dorſi, tum omnes vertebræ ſpinæ dorſi in una perficiantur. Pariter ſi unum membrum ſit de mortuo, & alterum membrum de vivo homine, tum pars illius eſt ex membro unius viri, reliquum vero perficitur e membro viri alterius. Oportet vero ut ſcias quod ſecundum Sapientes membrum duorum mortuorum ſit mundum, dummodo in ipſo non ſit os in copia grani hordeacei, neque in copia olivæ de carne, nam in præcedentibus jam oſtenſum eſt, quod membra non habeant menſuram. At vero ſi ſit copia olivæ de carne mortui, vel os inſtar grani hordeacei, tum illud membrum abſque dubio immundum eſt; tametſi enim hæc pars membri ſit, tamen jam dictum eſt probationem R. Akibæ de ſanguine petitam eſſe ex eo quod Lex in plurali dicit נפשות מרת *animæ mortui*, unde reliquæ menſuræ docentur, eas polluere ſua immunditie licet illæ conflatæ ſint e duobus mortuis; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ז עצם כשעורה שנחלק לשנים רבי עקיבא מטמא ורבי יוחנן בן נורי מטהר אמר רבי יוחנן בן נורי לא אמרו עצמות כשעורה אלא עצם כשעורה רובע עצמות שנדקדקו ואין בכל אחד ואחד עצם כשעורה רבי שמעון מטהר וחכמים מטמאים אבר מן החי שנחלק לשנים טהור רבי יוסי מטמא ומודה שאם ניטל חצאים שהוא טהור :

7. Os in menſura grani hordeacei & bipartitum ſecundum R. Akibam immundum eſt, at ſecundum R. Jochanan filium Nuri mundum. Dixit R. Jochanan filius Nuri, non dixerunt, oſſa in copia grani hordeacei, ſed os in copia grani hordeacei. Quartarius Cabi oſſium contritorum ita ut in quolibet non ſit os in copia grani hordeacei, ſecundum R. Simeon mundus eſt, at ſecundum Sapientes immundus. Membrum vivi bipartiti, mundum eſt. R. Joſe id immundum dicit; concedit autem, quod ſi dimidia ſublata ſint, mundum ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

שנדקדקו *Quæ contuſa ſunt*, hoc verbum idem notat quod שחק *comminuit*, videſis Exod. 30, 36. Sed R. Simeon ipſum pronunciat mundum ab omni immunditie, idcirco nec tactu, nec dum feruntur, nec in tentorio polluunt. Sapientes omnia tria pronunciant immunda, quia ibi non eſt quartarius. *Membrum de vivo bipartitum, eſt mundum*, licet quis id deinceps conjunxerit, quia conjunctio humana hac in parte non eſt vera conjunctio. *Si dimidia ſublata ſint*, & non integrum membrum ei ablatum ſit ſimul, quia nunquam in ipſo fuit menſura, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נטל חצאים *Si ablata ſint dimidia*, ſi homini aliquid ablatum ſit de hocce membro, & ab ipſo ſeparatum, tum adhuc diſciſſum eſt id quod reſtat de hocce membro, atque hoc modo totum membrum ſeparatum eſt, & tum non polluit ſecundum omnium conſenſum; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri, neque ſecundum R. Simeon, neque ſecundum R. Joſen.

פרק ג כל המטמאים באהל שנחלקו והכניסן לתוך הבית רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאים כיצד הנוגע בכשני חצי זיתים מן הנבילה או נושאן במת הנוגע בכחצי זית ומאהיל על כחצי זית או נוגע בכחצי זית וכחצי זית מאהיל עליו מאהיל על כשני חצי זיתים מאהיל על כחצי זית וכחצי זית מאהיל עליו רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאים אבל הנוגע בכחצי זית ודבר אחר מאהיל עליו ועל כחצי זית או מאהיל על כחצי זית ודבר אחר מאהיל עליו ועל כחצי זית טהור אמר רבי

Caput 3. Omnia quæ polluunt in tentorio quando diviſa ſunt & quis introduxerit ea in domum, R. Doſa filius Harkinæ ea munda dicit, Sapientes vero immunda: quomodo? ſi quis duorum dimidiorum olivæ copiam de cadavere tetigerit, vel portaverit tantundem, ſi de mortuo quis tetigerit dimidium olivæ, & ſuper dimidium olivæ tentorium fecerit; vel ſi tetigerit dimidium olivæ, & dimidium olivæ ſuper ipſo tentorium fecerit, ſi vero tentorium fecerit ſuper duo dimidia olivæ, aut fecerit tentorium ſuper dimidium olivæ, & dimidium olivæ tentorium fecerit ſuper ipſum, tum R. Doſa filius Harkinæ pronunciat mundum, Sapientes vero immundum pronunciant. Si vero quis tetigerit dimidium olivæ, atque alia res ſuper illud tentorium fecerit, & ſuper dimidium olivæ, vel tentorium fecerit ſuper dimidium olivæ, atque alia res ſuper illud tentorium fecerit, & ſuper dimidium olivæ,

רבי מאיר אף בזה רבי דוסא בן הרכינס מטהר וחכמים מטמאים הכל טמא חוץ מן המגע עם המשא והמשא עם האהל זה הכלל כל שהוא משם אחד טמא משני שמות טהור :

purum eſt. Dixit R. Meyr, hac in parte R. Doſa filius Harkinæ mundum pronunciat; Sapientes vero immundum. Omnia munda ſunt excepto tactu cum onere, & onere cum tentorio. Hæc generalis eſt regula, quod unius eſt nominis, id immundum eſt, quod duorum nominum, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המטמאין באהל *Omnia quæ polluunt in tentorio*, quæ ſuperius memorata ſunt capite ſecundo. שנחלקו *quando diviſa ſunt*, ſi menſuræ eorum diviſæ ſint in dimidio. *Atque ea in domum introduxerit*, ſi quando diviſa ſunt, ea in tentorium unum introduxerit. *R. Doſa filius Harkinæ mundum pronunciat*, quia putat ea in copia grani hordeacei non conjungi. *Qui tetigerit duo dimidia olivæ de cadavere*, incipit auctor verba facere de tentorio, & rem explicat de cadavere, quo vult denotare quod cum R. Doſa ſtatuit, partes diviſas non conjungi pro immunditie tentorii, hic etiam ſtatuit eas non conflari pro immunditie tactus & oneris, ſive in mortuo, ſive in cadavere. *Quod tetigerit dimidium olivæ*, idque tentorium fecerit ſuper dimidio olivæ, quod enim ſuper mortuo tentorium fecerit, id immundum eſt, perinde ac ſi cum mortuo eſſet in tentorio. Cæterum in Gemara capite nono codicis de Profanis eum qui tentorium facit exponit de immunditie contigua, quando inter immunditiem, & inter tentorium non eſt apertura palmi, idcirco Sapientes immundum pronunciant, quia omnino tactio eſt. Sed in fine Miſnæ, ubi dicitur, at quod tetigerit dimidium olivæ, atque alia res ſuper ipſo tentorium fecerit &c. in quo caſu Sapientes mundum pronunciant, ſermo fit de apertura palmi inter immunditiem illius & tentorium, nam hac in parte Sapientes concedunt quod non conjunguntur, quia tactus & tentorium duorum ſunt nominum, quæ vero unius ſunt nominis, ea non conjunguntur. R. Doſa putat quod in immunditie contigua non conjungantur, neque tactu, neque onere; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam. Dixit R. Meyr, etiam in hoc R. Doſa mundum pronunciat, & Sapientes immundum pronunciant, nam R. Meyr contradicit doctori primo, & ſtatuit quod cum ſit apertura palmi inter immunditiem & tentorium, Sapientes concedunt ipſum eſſe immundum, & non fieri conjunctionem. Dixit autem R. Meyr, quod Sapientes diſſentiant a R. Doſa, dicantque quod tactio & tentorium idem ſit nomen, idcirco conjunguntur in copia grani hordeacei, & polluunt; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. *Excepto tactu cum onere*, ut, ſi tetigerit dimidium olivæ, & dimoverit dimidium olivæ, quando id tentorium fecerit ſuper dimidio olivæ. *Unius nominis*, ut tactus & tactus, onus & onus, tentorium & tentorium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſermo R. Doſæ præceſſit quo ſtatuitur quod partes ſeparatæ non conjungantur ad perficiendum menſuram quæ polluit immunditie tentorii, idcirco hic verbi gratia docere voluit hanc etiam eſſe opinionem illius de omnibus immunditiei ſpeciebus, nempe de immunditie tactus, & oneris in mortuo, & cadavere. Scias itaque quod homo vivus quando is tentorium fecit ſuper mortuo, jam pollutus ſit, ſicuti in hoc codice expoſitum eſt, & in hac Miſna ab initio, hoc enim eſt quod dixit, ſi tetigerit dimidii olivæ copiam, & ſuper dimidii olivæ copia tentorium fecerit, vel tetigerit dimidii olivæ copiam, & dimidii olivæ copia ſuper ipſo tentorium fecerit, vel cum ipſo fuerit in tentorio, quaſi homo & dimidium olivæ eſſent ſub tentorio, & membrum aliquod extra tentorium prodierit, atque olivæ dimidium tetigerit, tum id ipſum apud Sapientes immundum eſt, hinc docetur eum qui tetigerit, & tentorium fecerit, eſſe idem, quia hæ duæ ſpecies unius ſunt nominis. Poſtea dicit auctor, at ſi quis tetigerit dimidium olivæ, & alia res ſuper ipſo tentorium fecerit, & ſuper dimidio olivæ, tum mundum eſt, hinc docetur, eum qui tetigerit & tentorium fecerit, non eſſe unius nominis. Sed in Gemara ſenſum diviſerunt, & dixerunt eum qui tetigit & tentorium fecerit duorum eſſe nominum, ſicuti dixerunt, at vero ſi quis dimidium olivæ tetigerit, & alia res ſuper ipſo tentorium fecerit, & ſuper dimidio olivæ, mundus eſt. Cæterum quando in principio dixit de mortuo, quod tetigerit dimidium olivæ & ſuper dimidio olivæ tentorium fecerit, immundum eſt, atque id ſub conditione illic memorata, nempe, ſi dimidium olivæ de mortuo occultum ſit ſuper homine illo & ſecunda immundities contigua ſuperius, atque inter ipſa non fuerit altitudo palmi, at immundities contigua ſuperior tentorium fecerit ſuper ipſo dimidio, & porro dimidium olivæ de mortuo unum tetigerit; atque hæc eſt diſtinctio inter membrum de vivo homine, & inter membrum de mortuo homine, in hac ſuperiori abſconſione, quatenus *id mundum ſit*, quia dimidium olivæ quod ipſum tetigit, conjungitur cum dimidio olivæ quod ſuper ipſo tentorium fecit, perinde ac ſi olivæ copia de mortuo tetigiſſet ipſum. Hoc autem ita fit quia membrum ſupra olivæ dimidium non habet altitudinem palmi, quæ menſura minor eſt quam menſura tentorii, ſicuti expoſitum eſt; conſideramus enim ac ſi duo dimidia olivarum ipſum tetigiſſent. Cæterum ſi inter duas iſtas abſconſiones ſit apertura palmi, quæ eſt menſura tentorii, tum non eſt mundum, quia tetigit & tentorium fecit id quod duorum eſt nominum; ita dixerunt in Gemara, de immunditie contigua inter duo promptuaria, in quibus non eſt apertura palmi. Pariter ſi dimidium olivæ tetigerit abſconſionem depreſſam, atque dimidium olivæ aliud fuerit ſuperius illo, nempe in fundo promptuarii ſuperioris, & inter illa minus quam palmus, tum id etiam hiſce modis polluitur quos memoravimus, dum omnia pro tactu habemus in loco propinquo palmo minori pro uno olivæ dimidio de eo quod tentorium fecit, vel ſuper ipſo tentorium fecit. At vero quod tentorium facit, & tangit, id non conflatur ſecundum Sapientes, ſicuti illi ſimilitudinem aliquam fecerunt, dixeruntque, ſed quod dimidii olivæ copiam tetigit &c. Diſſentit autem R. Meyr a doctore primo, dixitque Sapientes quoque putare quod tentorium & contactio conflantur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. Intelligas itaque ex hiſce omnibus, id quod dimidium olivæ tetigit, & tentorium fecit ſuper dimidio olivæ, mundum eſſe. Si vero inter immunditiem, atque id quod tentorium fecit, non fuerit palmi copia, tum ſe res habet perinde ac ſi id tetigiſſet, & contactio admittitur ita ut cum alia re conjungi poſſit, quemadmodum ſuperius ſecundum opinionem Sapientum expoſitum eſt. Sed R. Doſa, qui dixit id eſſe mundum, comparat id ipſum cum ſimilitudine illius quod tangit & tentorium fecit; & ſecundum Sapientes de eo quod tetigit duo dimidia olivarum una vice; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב מלוא תרווד רקב שנתפזר בתוך הבית הבית טמא ורבי שמעון מטהר רביעית דם שנבלעה בתוך הבית הבית טהור נבלעה בכסות אם מתכבסת ויצא ממנה

2. Plenitudo cochlearis putredinis per domum ſi diſperſa ſit, domus immunda eſt. R. Simeon eam mundam pronunciat. Quartarius Logi ſanguinis ſi in domo abſorptus ſit, domus eſt munda. Si abſorptus ſit in veſte, & poſtea abluta, prodieritque ex

ממנה רביעית דם טמאה ואם לאו טהורה שכל הבלוע שאינו יכול לצאת טהור :

ex ipſa quartarius ſanguinis, immunda eſt, ſin minus, munda eſt, etenim quicquid abſorptum eſt & prodire nequit, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

*מלוא תרווד רקב *Plenitudo cochlearis putredinis*, de qua ſuperius capite ſecundo actum eſt, quod ea polluat in tentorio. *Diſperſa in domo*, quacum pulvis mixtus eſt in quantulacunque copia. *R. Simeon eam immundam pronunciat*, is enim putat finem eſſe ut principium illius, nempe, ſi mortuus ab initio ſepultus ſit cum involucris ſuis, vel in arca lignea, tum ei non eſt putredo, quia requirimus quod nulla res cum ipſa commiſceri debeat; ita etiam illius finis poſtquam putredo facta ſit, ſi res alia commixta ſit cum illa, non polluit, deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Si lavatum ſit tegumentum*, atque ex ipſo prodierit quartarius ſanguinis, quomodo rem conſiderant? aqua ſecundum menſuram adducenda eſt, & in ea lavari debet, deinde alia aqua adferenda eſt ſecundum menſuram, cui ſanguinis quartarius addendus eſt, tum ſi facies earum æqualis eſt, immunda eſt, ſin minus, munda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſecundo quod plenitudo cochlearis putredinis, & quartarius Logi ſanguinis polluant in tentorio; modus vero inquirendi de veſte, eſt quo ſcire debemus an ex ipſa provenerit quartarius ſanguinis, & polluat in tentorio, in quo eſt immunditiei principium, ſicuti expoſuimus in Toſaphta, & hoc eſt quod veſtimenta lavari debent ſecundum juſtam menſuram aquæ; & præterea ſecundum hanc menſuram ſumere debemus de aqua, quacum ſanguinis quartarius conjungi debet, tum ſi una utriuſque facies rubicunda ſit, vel ſi ea copia in qua lota eſt immunda, ſit rubicundior, nobis manifeſtum eſt quartarium ſanguinis inde proveniſſe, & veſtem idcirco polluere in tentorio; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ג נשפך באויר אם היה מקומו קטפרס והאהיל על מקצתו טהור היה אשבורן או שקרש טמא נשפך על האסקופה והיא (ס"א) קטפרס בין מבפנים בין מבחוץ והבית מאהיל עליו טהור היה אשבורן או שקרש טמא כל שבמת טמא חוץ מן השינים והשער והצפורן ובשעת חבורו הכל טמא :

3. Si effuſus ſit quartarius in aërem, & illius locus ſit declivis, & tentorium fecerit ſuper parte illius, mundus eſt. Si ſit fiſſura, vel ſi coagulatus ſit, immundus eſt; ſi effuſus ſit ſuper limine, & illud declive ſit, ſive intus, ſive foris, & domus ſuper eo tentorium fecerit, res in domo ſunt mundæ. Si fiſſura ſit, vel ſi coagulatus ſit, immundæ ſunt. Omnia in mortuo immunda ſunt, dentibus, pilis, unguibus exceptis, at ſi corpori adhæreant, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

נשפך באויר *Effuſus in aërem*, intra domum, ſi locus illius ſit declivis, iſte ſcil. locus in quem ſanguis effuſus eſt. *Atque homo aliquis ſuper parte illius tentorium fecerit, mundus eſt*, quia declivitas non efficit conjunctionem. היה אשבורן *ſit fiſſura*, eſt idem quod foſſa in qua aquæ & junci congregata ſunt. שקרש *quando coagulatus eſt*, ſanguis, licet enim declivitas ſit conjunctio, & immunda, & quamvis tentorium fecerit ſuper illius parte. אסקופא *limen*, eſt genus ſcamni quod ante domus januam eſt, & קטפרס dicitur. *Sive intus*, declinans introrſum. *Sive foris*, declinans extrorſum. *Domus vero quæ tentorium fecit ſuper eo, eſt munda*, quicquid in domicilio eſt, id immunditiem tentorii contraxit, licet ſanguis intus deſcendere ſolet, tamen non fit conjunctio. *Dentibus, pilis, & unguibus exceptis*, ſicuti ſcriptum eſt, Num. 19,16. בעצם *os*, ſicuti ergo os creatum eſt cum homine, & abſciſſio ipſum non mutat, ita etiam omne id quod creatum eſt cum homine, non mutatur dum abſciſſum eſt, dentibus exceptis, qui cum homine non creati ſunt, contra ungues, & pili denuo creſcunt quando abſciſſi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit באויר *In aërem*, putat aërem ſive concavum domus; dixeruntque, quandoquidem hic domus reſpicitur, quando dicitur *& tentorium fecit*, perinde eſt ac ſi dictum eſſet, quando domus ſuper partem illius tentorium fecit, domus eſt munda. Etenim notum eſt quod cum diximus, domus munda eſt, ſcopus ſit non pollutum eſſe id quod intus eſt, de homine & vaſis. קטפרס eſt locus declivis in quo nihil relictum eſt, ſed qui deorſum devolvitur. אשבורן eſt locus qui fundo inſtructus eſt, in quo conſiſtit id quod in ipſum deſcenderit. קרש eſt idem quod נקפא *coagulatum*, inſtar exiguæ columnæ ante ædes inter poſtes. Porro dicit auctor quod ſi אסקופא *limen* ſit intra domum vel extra, & domus diſpoſita ſit ſuper illo, atque ſanguinis quartarius ſuper ipſum effuſus, tum domus illa eſt munda, licet ipſa tentorium faciat ſuper locum in quem ſanguinis quartarius effuſus eſt, quia illic non relictus eſſe cenſetur, ſed in alia domo abſorptus, idcirco domus eſt munda. Si vero in limine ſit fundus, & in ipſo ſubſtiterit ſanguis, & non deſcenderit, ſed coagulaverit juxta locum effuſionis, tum tota domus eſt munda.

ד כיצד המת בחוץ ושערו בפנים הבית טמא עצם שיש עליו כזית בשר הכניס מקצתו מבפנים והבית מאהיל עליו טמא שני עצמות ועליהם כשני חצאי זיתים בשר הכנים מקצתם מבפנים והבית מאהיל עליהם טמא היו תחובים בידי אדם טהור שאין חבורי אדם חבור :

4. Quomodo? mortuus ſi foris ſit, & pili illius intus, domus immunda eſt. Si os habeat olivæ copiam de carne, & quis aliquid de illa introduxerit intus, domuſque ſuper illud tentorium fecerit, immunda eſt. Si duo ſint oſſa, & ſuper iis ſint duo dimidia olivæ de carne, & quis de iis quid introduxerit intus, domuſque ſuper iis tentorium fecerit, immunda eſt. Si ope hominum infixa ſint, munda eſt, quia hominum conjunctio non eſt conjunctio.

R. OB. DE BARTENORA

הבית טמא *Domus immunda eſt*, quicquid in ipſa eſt, id immundum eſt, nam tentorium fecit ſuper pilis, qui mortuo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תחובין בידי אדם *Si infixa ſint ope humana*, ſi quis hanc carnem infixerit oſſi, ut, ſi dimidium olivæ ſumpſerit de car-

tuo adhærent. *Os quod habet copiam olivæ de carne*, tum os cenſetur anſa pro carne. תחובים בידי אדם *infixa ope humana*, cum caro ab initio oſſi non adjuncta eſſet, ſed a quoque homine illic infixa, quemadmodum caro infigitur veru.

carne mortui, & illud in os perforaverit, eo modo quo caro inſidet veru, ita ut caro non jungatur cum oſſe per naturalem conjunctionem.

ה איזהו דם תבוסה מת שיצא ממנו שמינית בחייו ושמינית במותו דברי רבי עקיבא רבי ישמעאל אומר רביעית בחייו ורביעית במותו ניטל מזה ומזה רביעית רבי אליעזר ברבי יהודה אומר זה וזה כמים איזהו דם תבוסה צלוב שדמו שותת ונמצא תחתיו רביעית דם טמא אבל מת שדמו מנטף ונמצא תחתיו רביעית דם טהור רבי יהודה אומר לא כי אלא השותת טהור והמנטף טמא:

5. Quiſnam eſt ſanguis calcationis? ſi octava pars ſanguinis Logi exierit e mortuo dum is adhuc vivebat, & tantundem dum obierat; ita R. Akiba. Sed R. Iſmaël dicit, ſi quartarius exierit dum adhuc vivebat, & tantundem dum obierat, tum ab utroque quartarius ſumptus eſt. R. Eliezer filius R. Jehudæ dicit, uterque eſt inſtar aquarum. Sed quiſnam eſt ſanguis calcationis? Suſpenſi ſanguis effluit, ſi quartarius ſanguinis inventus ſit ſub illo, immundus eſt: at vero mortuus cujus ſanguis ſtillat, ſi ſub illo inventus ſit quartarius ſanguinis, mundus eſt. R. Jehuda dicit, ita non eſt, ſed effluens mundus eſt, ſtillans autem immundus.

R. OB. DE BARTENORA.

איזהו דם תבוסה *Quiſnam eſt ſanguis conculcationis*, hæc ſpectant ad caput ſecundum, ubi traditur de quartario ſanguinis calcationis, quod immundus ſit; jam vero vult explicare quiſnam ſit ſanguis conculcationis. *Octava pars Logi dum vivit*, *& octava pars dum obiit*, hæ ambæ conjunguntur. *Quartarius dum vivit*, *& quartarius dum obiit*, qui commixti ſunt, ablato quartario a mixtura, hic eſt ſanguis conculcationis; ſed ſi octava pars Logi exierit dum vivit, & tantundem dum mortuus eſt, aliter ſe res habet. זה וזה כמים *hic & ille eſt inſtar aquæ*, nam R. Akiba atque R. Iſmaël utrumque aquæ aſſimilant, & non immundum pronunciant, vel quiſnam ſanguis conculcationis ſit qui immundus eſt. צלוב שדמו שותת *ſuſpenſi cujus ſanguis effluit*, & defluit abſque differentia, quia gutta mortis cum eo mixta eſt; ſi vero ſanguis guttatim effluat, ratio calcationis ceſſat, idcirco mundus eſt. *R. Jehuda dicit*, *ita ſe res non habet*, ſed ſanguis qui effluit, mundus eſt, etenim ego dico, gutta illa a qua anima pendet, in eo ſubſiſtit donec patibulo affixus ſit, a quo pendet, in quo ſanguine non eſt gutta illa ultima mortis. *Stillans vero immundus eſt*, nam non dicimus eum tandem de jure ceſſare, putat enim R. Jehuda unum ſanguinem non deſtruere alium; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite ſecundo quod ſanguis conculcationis polluat in tentorio, & octava pars dimidii quartarii; quartarii vero menſuram expoſuimus. Scias porro quod ſanguis ex homine effluens, ſicuti eſt ſanguis venæſectionis, & plagæ, ſit mundus ſecundum omnium ſententiam, quia inſtar aquæ eſt; ſi vero ex mortuo effluxerit, tum ſimilis eſt mortuo, dummodo ſit quartarius, ſicuti expoſitum eſt. Quando autem aliquid de quartario effluxerit, atque homo adhuc vixerit, & iterum aliquid dum mortuus erat, at non conſtiterit an maxima pars quartarii effluxerit ante, an vero poſt mortem, vel dimidium dum adhuc vivebat, & dimidium dum mortuus erat, is eſt דם תבוסה *ſanguis conculcationis*. Atque hicce caſus eſt levior in jure immunditiei, quam in ſanguine mortui, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo de Nazyræis. *Si ab hoc & ab illo ſumpſerit quartarium*, nempe ſi ab utroque quartario ſumpſerit, quartarium mixturæ, tum in tentorio polluitur. R. Eliezer filius R. Jehudæ dicit, id quod R. Iſmaël dixit cum eo quod R. Akiba dixit, neuter eorum polluitur, ſed aquis aſſimilantur; at vero *ſanguis conculcationis* ſecundum illius ſententiam eſt is qui effluxit ex eo qui ſuſpenſus eſt, & ſanguis quocum anima exit. *Sanguis ſtillans*, eſt ſanguis qui guttatim ſtillat, ſicuti fieri ſolet poſtquam ſanguis plurima ex parte effluxit ex articulis, tum enim ſanguis guttatim effluere ſolet. R. Jehuda aliam habet animadverſionem, is enim putat quod ſanguis effluens obtineat in homine vivo prope obitum illius, idcirco is non polluitur; at ſanguis ſtillans ita effluit prope animæ exitum & tempore mortis; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ו כזית מן המת פתחו בטפח והמת פתחו בארבעה טפחים להציל הטומאה על הפתחים אבל להוציא הטומאה בפותח טפח גדול מכזית כמת רבי יוסי אומר השדרה והגולגולת כמת:

6. Olivæ copia de mortuo habet aperturam palmi, & mortuus habet quatuor palmorum aperturam, ad immunditiem ab aperturis eripiendam; ſed ad immunditiem educendam, requiritur apertura palmi. Si pars major ſit copia olivæ, eſt ſicut ipſe mortuus. R. Joſe dicit, ſpina dorſi & cranium ſunt inſtar mortui totius.

R. OB. DE BARTENORA.

כזית מן המת פתחו בטפח *Olivæ copia de mortuo palmi aperturam habet*, ſi mortuus ſit domi, cui multæ ſunt aperturæ; omnia vero vaſa in concavo januarum poſita ſubter limine januæ foris, licet clauſæ ſint fores, & diſcrimen ſit inter tentorium mortui & tentorium vaſorum, plane ſunt immunda; Sapientes enim immunditiem decreverunt de loco e quo tandem immundities mortui evadere ſolet; at vero ſi non conſtet quem in locum eam efferant, omnia ſunt immunda, & ſi olivæ copia de mortuo ſit domi, & quis eam per feneſtram educere cogitaverit, quæ palmi aperturam habet, tum illa liberat pro omnibus januis clauſis, quia locus notus eſt, quia finis immunditiei eſt ut egrediatur eo. Si vero ſit integer mortuus, & quis cogitaverit eum efferre per feneſtram,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum nobis eſt quod ſi mortuus ſit domi, & hæcce domus multas habeat januas undiquaque, & limen domus exeat verſus portas, ſicuti limina foras prodeuntia, tum quiſquis conſederit extra domum ſub hoc limine e foribus prodeunte, is pollutus eſt ob januam, licet janua ſit clauſa, nempe licet omnes januæ domus ſint clauſæ; ſi vero omnes ſint clauſæ, tum domus polluit omne id quod circum ipſam eſt. Si vero una janua ſit aperta, e qua elatus eſt mortuus, tum janua tantum polluta eſt, domus vero intus tota manet pura, licet ii qui ſedent ſub liminibus foras prodeuntibus, ex omnibus januis ſint mundi, ſicuti januæ clauſæ, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *liberat pro januis*. Si vero mortuus domi ſit omnino, tum requiritur ut janua quæ libe-

ſtram, quæ quatuor habet palmos, tum ea liberat pro omnibus foribus clauſis, etenim de menſura quatuor palmorum Sapientes ſtatuerunt, mortuum per eam efferri poſſe. *Sed ad immunditiem efferendam, requiritur apertura palmi*, licet mortuus integer ſit, immundities tamen exit verſus feneſtram quando ipſa aperta eſt, polluitque vaſa quæ domi ſunt ad latus illius, ſi in feneſtra ſit apertura palmi. *Si pars major ſit, quam olivæ copia, inſtar mortui eſt*, ſi olivæ copia ſit ſtricte, tum apertura palmi eſt, ſi vero plus ſit quam oliva, jus illius ſe habet perinde ac ſi mortuus eſſet integer, & non liberat pro januis clauſis, niſi donec quatuor palmos habuerit. *R. Joſe dicit, ſpina dorſi, & cranium quæ domi ſunt*, illorum jus eſt ſicuti mortui integri; ſi vero quis cogitaverit ea per feneſtram efferre, tum non liberant januas clauſas, niſi donec quatuor palmos habeant; ita deciſio eſt.

liberat januas, quatuor ſit palmorum; at ſi id quod domi eſt, ſit olivæ copia de mortuo, requiritur ut janua liberans januas, ſit unius palmi; atque id omne eſt quod dixit de januis, ſi omnes iſtæ januæ eſſent occluſæ; at vero ſi apertæ eſſent, licet quis de aliqua ex iis ſeorſim cogitaverit, mortuum per illam elatûm iri, tamen quiſquis conſederit ſub limine domui contiguo, immundus eſt, licet in hac janua ſit apertura palmi quaquaverſum, atque hic eſt ſenſus auctoris, quando dicit, ſed ad immunditiem efferendam in apertura palmi. Porro dicit, *ſi major ſit olivæ copia, inſtar mortui eſt*, nempe, ſi janua quatuor palmos habeat, tum liberat januas, hæc eſt ſententia R. Joſis de ſpina dorſi & cranio, ſed ita non deciditur.

ז טפח על טפח על רום טפח מרובע מביא את הטומאה וחוצץ בפני הטומאה כיצד ביב שהוא קמור תחת הבית יש בו פותח טפח ויש ביציאתו פותח טפח טומאה בתוכו הבית טהור טומאה בבית מה שבתוכו טהור שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס יש בו פותח טפח ואין ביציאתו פותח טפח הטומאה בתוכו הבית טמא טומאה בבית מה שבתוכו טהור שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס אין בו פותח טפח ואין ביציאתו פותח טפח טומאה בתוכו הבית טמא טומאה בבית מה שבתוכו טמא אחד חור שהרדוהו מים או שרצים או שאכלתו מלחת וכן מרבך של אבנים וכן סואר של קורות רבי יהודה אומר כל אהל שאינו עשוי בידי אדם אינו אהל ומודה בשקיפים ובסלעים :

7. Si concavum ſit unius palmi undiquaque, altum vero palmum quadratum, tum immunditiem introducit, & dividit pro immunditie; quomodo? foſſa ſi fornicata ſit ſub domo, & palmi aperturam habeat, & in egreſſu illius ſit palmi apertura, & immunditiesintus ſit, domus eſt munda; ſi immundities in domo ſit, tum mundum eſt quicquid intus eſt, immundities enim egredi ſolet, & non ingredi. Si in foſſa ſit apertura palmi, & in egreſſu illius non ſit apertura palmi, & immundities in ipſa, domus immunda eſt; ſi immundities in domo ſit, mundum eſt quod in ipſa eſt, quia immundities egredi, & non ingredi ſolet. Si in ea non ſit apertura palmi, nec in egreſſu illius apertura palmi, & immundities in ipſa, tum domus eſt immunda. Si immundities ſit in domo, immundum eſt id quod in ipſa eſt. Perinde eſt ſive ſit foramen quod aquæ excavarunt, vel reptilia, vel quod ſalſugo comedit. Sic etiam ſe res habet cum ſtructura lapidum, & congerie trabium. R. Jehuda dicit, omne tentorium quod ope hominum non eſt factum, non eſt tentorium; de ſcopulis autem & petris concedit.

R. OB. DE BARTENORA.

טפח על טפח על רום טפח *Palmus quaquaverſum, in altitudine palmus*, intellige aſſerem qui quaquaverſum habet palmum in latitudine & altitudine, tentorium faciens ſuper mortuo & ſuper vaſis. *Introducit immunditiem*, in vaſa. *Quadratus*, nam ſi latitudo illius non confecerit palmum, licet longitudo duos contineat palmos, tamen non dicimus, ponamus id quod ſupra longitudinem in latitudine redundat, & in quatuor partes id dividamus, idcirco auctor tradit *quadratum*, quia neceſſum eſt ut in latitudine ſit palmus, & in longitudine. *Quomodo*? quaſi dixiſſet, quomodo dividit, pro immunditie. Si domus fornicem habeat, & contignata ſit, tum dicitur קמור *fornicata*, per ejuſmodi enim ſtructuras fornicatas ſive cloacas impuritates dimittuntur in loca publica. *Si in ea ſit apertura palmi*, palmus undiquaque in altitudine, & palmus in ipſa ביב cloaca. *Et in egreſſu illius apertura palmi*, in janua cloacæ, e qua aquæ effluunt in locum publicum.

טומאה בתוכו *Si immunditieis ſit in ipſa*, ſi olivæ copia de mortuo ſit in cloaca, nam olivæ copia de mortuo apertura eſt in palmo. הבית טהור *domus munda eſt*, quia immunditics exit per oſtium cloacæ in locum publicum, atque hoc eſt quod auctor tradit, *dividit pro immunditie*. טומאה בבית *ſi immundities ſit in domo*, tum id quod in cloaca eſt, mundum eſt, quia immunditics in cloacam non ſolet introduci per januam illius, ſed emitti ſolet per januam ſive aperturas domus, ita ut ea non ingrediatur in cloacam.

ואין ביציאתו פותח טפח *At in egreſſu illius non ſit apertura palmi*, & immunditics ſit in domo, tum domus munda eſt, quia immunditics e cloaca aſcendit in domum, quia illa non ſolet egredi per januam cloacæ in locum publicum; etenim quod palmi copiam non habet, per id immunditics non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ביב Eſt effoſſio quædam in fundamentis domuum, & caularum, ad aquam promovendam, & ea plerumque ſub terra facta eſt & in locum alium protenditur. קמור eſt fornicatum quid, ſed nos vocem jam expoſuimus in codice de Commiſſionibus termini Sabbatici. Porro dicit auctor, *ſi ei ſit apertura palmi*, ſcilicet in illa effoſſione quæ ביב vocatur, egreſſus vero illius eſt janua hujuſce ביב, e qua aquæ exeunt fluentes. Hinc conſtat quod ſi in janua illius ſit apertura palmi, & in egreſſu illius ſit apertura palmi, atque in hac cloaca ſit immunditics, tum domus eſt munda, quia immunditics egreditur per cloacam palmum inficientem, & non ingreditur domum. Pariter ſi immunditics eſſet domi, tum non polluitur id quod in cloaca eſt, quia immunditics non intrat e janua cloacæ, quando palmi menſuram habet, etenim diximus nobis hypotheſin eſſe quod palmi menſura dividat pro immunditie, immunditics vero egredi, & non ingredi ſolet. Si vero janua cloacæ ſit palmi, at egreſſus non ſit palmi, atque immunditics ſit in cloaca, tum illa exit e janua cloacæ in domum. Si vero egreſſus illius fieri non poſſit e cloaca, quia non habet palmum, & cum immunditics egredi non ſoleat in ſpatio quod non habet palmum, ſicuti pro fundamento poſuimus illic, quando dicitur, palmus quaquaverſum immunditiem producit. Sin autem in domo ſit immunditics, tum non polluitur id quod in cloaca eſt, quia immunditics non egreditur cloacam, e loco depreſſo domus quia locus ubi immunditics eſt, ſit palmi quaquaverſum, & jam diviſit pro immunditie, atque ei locum deſignavit. Si vero in janua cloacæ quæ eſt in fundo domus, non ſit palmus undiquaque, tum is aſſimilatur loco depreſſo in fundo domus, tum jus illius & jus domus idem eſt; quicquid enim eſt in fundo domus, immundum eſt, ſi hoc

non exit. *Si in ea non ſit apertura palmi*, ſi neque in egreſſu illius ſit apertura palmi, ſecundum doctorem qui tradit, ſi in egreſſu illius non ſit apertura palmi, nam cum in ea non ſit apertura palmi, de egreſſu illius non ſolliciti ſumus, & ſtatuimus ac ſi illic non eſſet excavatio aliqua, & cloaca habetur pro fundo domus. Sapientes vero dicunt illa Legis verba, Levit, 11, 33. *quicquid in tentorio eſt*, *id mundum eſto*, includere fundum domus, ſicuti ipſa domus, uſque in abyſſum.

אחד חור שחררוהו מים *Perinde ſe res habet cum foramine aquis excavato*, hæc palmi apertura quæ immunditiem introducit, non variat, ſi hoc foramen ſit factum per aquas, vel a reptilibus perforatum, vel a ſalſugine comeſum, vox כלחרה derivatur מלחה *ſalſugo*, videſis Jerem. 17, 6. eſtque pulvis albus ſali ſimilis, qui omnia corrodit & perforat. מרבך של אבנים *ſtructura lapidum*, intellige lapides magnos, quorum unus impoſitus eſt alteri; aliquando autem unus impoſitus eſt alteri, & inferiores a ſe invicem diſcreti ſunt, ubi interjacet quaſi palmi tentorium.

סואר של קורות *Congeries tignorum*, intellige tigna ſibi invicem impoſita, & ædificio inſita, inter quæ aliquando eſt palmi tentorium. *Quicquid ope humana non eſt factum*, *id non facit tentorium*, hoc colligimus e voce אהל *tentorii*, quæ in lege de Tabernaculo occurrit, nempe ſicuti illud ope hominum conſtructum erat, ita etiam hoc conſtructum eſſe debet ubi de tentorio mortui agitur. שקיפים *ſcopuli*, nam Targum voces סעיפי הסלעים *ſcopuli petrarum* vertit per שקיפי כפייא videſis Jeſ. 57, 5. Per סלעים intelliguntur excavationes petrarum, etenim שקיפים idem eſt quod נקיקי הסלעים *foramina petrarum*, niſi quod hæc per pluviam, illa vero ſponte efficiantur, licet ergo non facta ſint per homines, concedit tamen de iis R. Jehuda, nam is rem non docet per argumentum a ſimilitudine vocum deſumptum, ſed ab apertura palmi duntaxat; at ſi major ſit copia quam menſura palmi, ut copia pugilli, de qua actum eſt in codice de Tabernaculis capite ſecundo. Concedit enim R. Jehuda, quod licet foramina per ſe facta ſint, immundities introducatur, eodem ſenſu de ſcopulis & petris judicat; deciſio non eſt ſecundum R. Jodam.

hoc in loco non ſit palmus quaquaverſum, tum polluitur. Etenim quando Lex dicit, Levit. 11, 33. *quicquid in tentorio eſt*, nos exinde fundum domus æquiparamus ipſi domui uſque ad abyſſum, ſicuti expoſitum eſt. Quando autem dicit, *palmus quaquaverſum quadratus*, ne erres hac in parte, puteſque januam eſſe conſtitutam in menſura palmi quaquaverſum, & qualis ſit illius figura, ſicuti dixerunt de menſura lavacri, cubitus quaquaverſum, & id genus alia, idcirco auctor ſub conditione quadam dixit, *quadratus*. Si vero, exempli gratia, janua ſit in latitudine dimidii palmi, in longitudine vero trium palmorum, vel quatuor, tum hæc janua non introducit immunditiem; licet in menſura illius plus ſit quam palmus quaquaverſum, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, quadratus; hoc intelligas volo. *Foramen quod excavarunt aquæ*, ſenſus eſt, quod omnis fiſſura quæ palmum habet quaquaverſum, eſt inſtar tentorii, & immunditiem introducit, ſive ea ope humana, ſive per aquas excavata ſit, vel animans aliquod, vel ſi terra ſponte ſua diffiſſa ſit, donec fiſſura ſit. מרבך של אבנים *ſtructura lapidum*, puta lapides ſibi invicem impoſitos, Targum enim illa verba Levit. 6, 14. מרבכת תביאנה exponit per סדר *ordinare*, *imponere*. סואר של קורות *congeries tignorum*, dicit auctor quod omnis palmus quaquaverſum ratione hujus ſtructuræ, ſit inſtar tentorii, licet nemo intenderit ad tentorium unde faciendum. R. Jehuda dicit, quod palmus quaquaverſum non ponatur in tentorium, niſi quis ſtudio id fecerit in tentorium. Si vero id factum ſit ope alicujus animantis, vel hominis abſque intentione aliqua, ut, ſi contignaverit ſtructura lapidum, vel congerie tignorum, tum non eſt tentorium ſecundum R. Jehudam, niſi menſura illius pugilli plenitudinem confecerit, ita expoſitum eſt in Gemara, idcirco is de ſcopulis & petris concedit, quæ ſunt aliquando magna tegumenta ex ædificio prodeuntia, Targum enim verba illa Jeſ. 57, 5. סעיפי הסלעים vertit per שקיפי סלעים foramina petrarum. Quando igitur auctor dixit סלעים *petræ*, intelligit lapides prominentes e parietibus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק ד מגדל שהוא עומד באויר טומאה בתוכו כלים שבעוביו טהורים טומאה בעוביו כלים שבתוכו טהורים רבי יוסי אומר מחצה למחצה היה עומד בתוך הבית טומאה בתוכו הבית טמא טומאה בבית מה שבתוכו טהור שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס כלים שבינו לבין הארץ שבינו לבין הכותל שבינו לבין הקורות אם יש שם פותח טפח טמאים ואם לאו טהורים טומאה שם הבית טמא :

Caput 4. Promtuarium ſi in aëre conſiſtat, & immunditiès ſit in ipſo, tum vaſa quæ ſunt in craſſitie illius, munda ſunt; ſi immundities ſit in craſſitie illius, tum vaſa quæ ſunt in ipſo, munda ſunt. R. Joſe dicit, dimidium pro dimidio. *Si illud conſiſtat* in domo, & immundities ſit in ipſo, domus immunda eſt, ſi immundities ſit in domo, mundum eſt id quod in ipſo eſt, quia immunditics egredi ſolet, & non ingredi. Vaſa inter ipſum & terram, vel inter ipſum & parietem, vel inter ipſum & tigna, *ſi illic* ſit apertura palmi, immunda ſunt, ſin minus, munda ſunt; ſin autem immundities illic ſit, domus eſt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

מגדל שהוא עומד באויר *Promptuarium quod conſiſtit in aëre*, eſt turris lignea quæ parietes habet, qui parietes continent in craſſitie excavationem aliquam, cujuſmodi ſunt foramina intus & foris aperta; ſi in iis non ſit apertura palmi, ſolent enim illic occulere acus, fuſcinulas, & exigua vaſa. Quando auctor dicit, *quæ conſiſtit in aëre*, ſenſus eſt eam conſiſtere in aperto aëre, ſicuti in atrio. טומאה בתוכו *ſi immundities ſit in ipſo*, nempe in concavo promptuarii. כלים שבעוביו *vaſa quæ ſunt in craſſitie illius*, in craſſitie concavi parietum. מחצה למחצה *dimidium pro dimidio*, a dimidio craſſitiei promptuarii & interius, locus eſt ut ipſa interior pars, a dimidio & exterius, eſt ut exterius, ſive vaſa in promptuario ſint, & immundities in craſſitie illius, ſive immunditics ſit in craſſitie, & vaſa in promptuario, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. טומאה לתוכו *ſi immundities ſit in ipſo*, in promptuario, tum domus immunda eſt, licet januæ occluſæ ſint, ſicuti exponit ſenſum, quod immunditics egredi ſolet inde in domum. טומאה בבית *ſi immundities ſit in domo*, tum in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus illius quod dicitur, *ſtans in aëre*, eſt quod promptuarium non conſiſtat ſub tentorio, ſed in aperto aëre, in cujus craſſitie continentur multa conclavia inter duos aſſeres. Cæterum R. Joſe dicit, מחצה למחצה *dimidium pro dimidio*, illius ſenſus eſt, quod ſi immunditics ſit in craſſitie illius, vaſa quæ in domo ſunt, quæ protrahitur verſus dimidium, in quo immundities eſt, immunda ſint, ſi vero in ea quæ protrahitur verſus dimidium alterum, tum munda ſunt. Pariter ſi immunditics ſit in ipſa, dimidium craſſitiei eſt immundum ex eo quod de illo protenditur in ipſam; præterea dixit auctor, quod ſi hocce promptuarium ſit in domo, ea ſit ut domus in domo, & vaſa quæ inter ipſum & parietem ſunt, non polluuntur, ſi illic non ſit apertura palmi; ſic etiam ſe res habet cum eo quod inter ipſum eſt & tigna. Cæterum Toſaphtæ exemplar dicit, nos tigna conſideramus quaſi deſcenderent & obſtruerent. Alio ſenſu, immunditics non intrat tentorium, neque egreditur ex illo, niſi ſit apertura palmi. Quando dicit, *ſi illic ſit immunditics*, intellige

id quod in promptuario eſt, mundum eſt, ſi nempe fores occluſæ ſint, nam ſi apertæ ſint, nihil detraxit feneſtræ quæ eſt inter duas domus. Ratio vero eſt quod omne id quod eſt in promptuario, immundum ſit, ſi illic ſit apertura palmi, inter fundum turris & terram, vel inter parietem promptuarii, & domus parietem, vel inter tectum promptuarii & tectum domus, immunda ſunt ob immunditiem quæ in domo eſt; at ſi illic non ſit apertura palmi, tum promptuarium quaſi acceſſorium quid eſt, & domus immunditiem non ingreditur illuc. טומאה שם הבית טמא *Si illic ſit immunditie, domus immunda eſt*, ſi immunditie ſit inter promptuarium & fundum domus, vel inter tectum promptuarii, & tectum domus, vel inter parietes promptuarii & parietem domus, licet non ſit apertura palmi, domus munda eſt, quia promptuarium non liberat ab immunditie quæ ſub ipſo eſt in domo, ut non polluatur quicquid in domo eſt.

tellige locum inter parietem & promptuarii poſteriora, vel inter domus tectum & promptuarii tectum, vel inter fundum promptuarii & terram, tum ergo tota domus eſt immunda, quocunque id fiat modo, quia immundities eſt in domo, & tentorium non liberat ab immunditie quæ ſub illo eſt, quia nobis hypotheſis eſt, quod ſi tentorium ſit in tentorio, & immundities ſub tentorio interiori, tentorium exterius ſit immundum. Sed in ſuperioribus jam dictum eſt aliquid de hac hypotheſi, capite octavo de Vaſis; atque hic eſt Toſaphtæ ſermo, filum colligatum & tentoria liberant res mundas ne polluantur, ſed non liberant immunda ne polluantur; hanc hypotheſin obſerves volo quia illa eſt fundamentum magnum. Quia vero hic dictum eſt, ſi immundities ſit ſub promptuario, vel ſub poſterioribus illius partibus, hinc tota domus polluta eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב תיבת המגדל יש בה פותח טפח ואין ביציאתה פותח טפח טומאה בתוכו הבית טמא טומאה בבית מה שבתוכה טהור שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס רבי יוסי מטהר מפני שהוא יכול להוציאה חצאים או לשורפה במקומה:

2. Arca promptuarii ſi habeat aperturam palmi, at non ipſius egreſſus, & immundities ſit in ipſa, domus immunda eſt; ſi immundities ſit in domo, quicquid in ipſa eſt, mundum eſt, quia immundities egredi ſolet, & non ingredi. R. Joſe mundum pronunciat, quia dimidia educi poſſunt, vel in loco ſuo comburi.

R. OB. DE BARTENORA.

תיבת המגדל *Arca promptuarii*, ſolent arcas exiguas facere in promptuario ligneo, ut vaſa, cibos, & potus recondant. *Si in illa ſit apertura palmi*, ſi in concavo ſit apertura palmi, quia immundities non eſt abſconſa. ואין ביציאתה *neque in egreſſione illius*, ſi in foramine januæ non ſit apertura palmi. *Si in ipſa ſit immundities, domus eſt immunda*, licet janua ſit parva, ſicuti ſtatim dat rationem, nempe, quod immundities egredi ſolet, omnino igitur in fine per hanc januam exit, idcirco polluit ſtatim in egreſſu ipſius. מה שבתוכה טהור *quod in ipſa eſt, id mundum eſt*, etenim quia in egreſſu illius non eſt apertura palmi, idcirco non introducit immunditiem, cum immundities ingredi non ſoleat, quia finis illius non eſt ut cum mortuis introducatur. *R. Joſe dicit mundum eſſe*, quia ea tandem exire non ſolet per hanc januam, in qua eſt menſura immunditiei, quia per partes educi poteſt, vel loco ſuo comburi; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תיבת המגדל *Arca promptuarii*, eſt arca quam in terra ponunt, hæc eſt illius figura. Dixit R. Joſe, quod etiamſi in hac arca ſit immundities, domus ſit munda, etenim non dicimus quod immundities exeat per portam quæ palmi menſuram habet, quia immundities forſan ex hac arca exire poteſt præter hanc januam quæ palmi menſuram habet, e qua immundities exiit, nempe, quando per partes egrediuntur per locum egreſſionis qui non habet palmi copiam, vel e quo immundities non exit, neque comburitur intra arcam; nunquam enim exit immundities ex oſtio hujuſce arcæ in domum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג היה עומד בתוך הפתח ונפתח להוץ טומאה בתוכו הבית טהור טומאה בבית מה שבתוכו טמא שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס היתה מוכני שלו משוכה לאחוריו שלש אצבעות טומאה שם כנגד הקורות הבית טהור במה דברים אמורים בזמן שיש שם פותח טפח ואינה יוצאה והמגדל בא במדה:

3. Si illud conſiſtat in janua, & aperiatur foras, atque immundities in ipſo, domus munda eſt. Si immundities ſit in domo, tum immundum eſt id quod in ipſo eſt, quia immundities egredi, & non ingredi ſolet. Si machina illius protrahatur poſt ipſum in tribus digitis, & illic ſit immundities e regione tignorum, tum domus munda eſt. Quando dicta ſunt hæc verba? quando illic eſt apertura palmi, & non egreditur, & promptuarium ſuam habet menſuram.

R. OB. DE BARTENORA.

היה עומד בתוך הפתח *Si illud ſubſiſtat in janua*, ſi promptuarium totum ſtet in domo, niſi quod oſtium januæ arcæ ſpectet foras. *Et immundities ſit in ipſa, domus munda eſt*, nam quomodo domus pollui poteſt, cum ibi nulla immundities eſſe poteſt, quia in ipſo eſt apertura palmi, neque ipſa eſt abſcondita, idcirco nec exitus immunditiei polluit, quia exitus illius non eſt intus in domo. *Si immundities ſit in domo, immundum eſt quod in ipſo eſt*, quia eo intrare non ſolet immundities. מוכני *machina*, eſt rota ſive ſphæra quædam promptuario addita, ut id ex uno loco in alium deferatur ipſa mediante. משוכה לאחוריו *protracta poſt ipſum*, ſi illa poſt promptuarium ad latus domus protracta ſit, promptuarium enim ſtat in janua, & machina poſt ipſum protrahitur verſus domum intus, immunditie illic exiſtente in machina, e regione tignorum domus, licet domus ſuper ipſo tentorium fecerit, domus tamen munda eſt, quia machinam comparamus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor dixit, *ſi immundities ſit in promptuario, domus munda eſt*, idcirco hic dicit, ſi immundities ſit in rota quæ eſt in hoc promptuario, & vocatur מוכני *machina*, ſicuti expoſuimus capite octavo decimo codicis de Vaſis. Hæc autem machina extra ſuperficiem promptuarii in domo intrium digitorum menſura adducit immunditiem, at ſi illa ſubſiſtat ſub tignis domus, tum domus eſt munda, quia hæc immundities exit in palmo, ſive tribus digitis duntaxat. Hoc in caſu tres occurrunt conditiones, quarum una eſt ut in altitudine concavi ſit palmus, quia nos non requirimus palmi aperturam qua egrediatur immundities, niſi in concavo ſit palmus; at ſi minus ſit quam palmi foramen, tum in loco non eſt tantum, quantum ad egreſſum requiritur, nam ſi egredi velit, continebitur; hæc obſerves volo. Secunda conditio eſt, ſi machina ſeparari nequeat a ſuperficie promptuarii, ita ut ea polluatur a poſteriori illius parte,

ramus cum promptuario; promptuarium vero in oſtio conſiſtit, & foras aperitur. Hic autem trium digitorum mentio fit ratione diminutionis, nempe ſi plus quam tres digiti protrahantur, quia tum non ſe habet ut promptuarium, quia machina a promptuario non omnino elongari ſolet. בזמן שיש שם פותח טפח *quando illic eſt apertura palmi*, nam foramen in quo eſt immundities, apertura palmi eſt, quia immundities contigua non penetrat neque aſcendit. *Neque exit*, quia machina a promptuario ſe non remittit. והמגדל בא במדה *Promptuarium venit cum menſura*, quæ quadraginta Sata continet in liquidis, quæ duo ſunt Cori in aridis, & tum illud non recipit immunditiem, ſed dividit pro ipſa. At vero ſi illud non contineat tantum, tum aſſimilatur vaſis immunditiem recipientibus; & non dividit pro immunditie. Quando hic fit mentio *promptuarii*, intelligitur promptuarium quadraginta Sata continens.

parte, dummodo a principio conſtructionis ipſius ſit minus quam palmus. Conditio tertia eſt, quod promptuarium quadraginta Sata continere debeat in humidis, quæ duo Cori ſunt in aridis, ſicuti capite octavo decimo codicis de Vaſis expoſuimus, idcirco dividit pro immunditie hæc machina quæ promptuario affixa eſt, uti memoratum eſt. Sin autem minus ſit, tum ea polluitur, quando ſunt vaſa immunditiem recipientia, & quando immundities eſt in domo, immundum eſt, & quicquid de promptuario in hoc caſu dictum eſt, id omne de tentorio promptuarii intelligendum eſt, quod quadraginta Sata comprehendit; etſi enim omnia quæ diximus, clara ſint, nihilominus tamen hæc addere voluimus.

פרק ה תנור שהוא עומד בתוך הבית ועינו קמורה לחוץ והאהילו עליו קוברי המת בית שמאי אומרים הכל טמא ובית הלל אומרים התנור טמא והבית טהור רבי עקיבא אומר אף התנור טהור :

Caput 5. Si fornax conſiſtat in domo, & illius foramen fornicatum ſit foras, atque mortuorum ſepulchra ſuper iis tentorium fecerint, Schola Schammai dicit, omnia ſunt immunda; Schola Hillelis dicit, fornax eſt immunda, domus vero munda. R. Akiba dicit, etiam fornax eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

תנור שהוא עומד בתוך הבית *Fornax quæ conſiſtit in domo*, intellige foramen in fornace factum ex quo fumus exit, extra domum poſita. והאהילו עליו נושאי המת *Et tentorium fecerint ſuper eo illi qui mortuum efferunt*, hoc ſenſu, quum mortuum efferebant ad ſepulchrum, mortuus tentorium fecerat ſuper foramine fornacis. Schola Schammai dicit, omnia ſunt immunda, etenim illa putat immunditiem intraſſe per foramen fornacis, & per illius os exiiſſe in domum. *Fornax immunda eſt, & domus munda*, fornax ſuper cujus parte mortuus tentorium fecit, immunda eſt, & domus munda, quia immundities per os fornacis non exiit. *R. Akiba dicit, etiam fornax munda eſt*, nam quia mortuus non fecit tentorium ſuper fornace ipſa, ſed ſuper illius foramine ex ipſa prodeunte, fornax non eſt immunda; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod per עין *oculum* deſignetur foramen fornacis inferius per quod ignem immittunt & cinerem educunt. קמורה *fornice inſtructum*, ſi nempe tota fornax conſiſtat in domo, & foramen fornicatum promineat foras, atque ii qui mortuum ferunt, tentorium fecerint ſuper hac fornice, dicit Schola Schammai, tentorium huic fornici jam adhæret, & immundities domum intravit a ſuperiori parte fornacis, perinde ac ſi immundities eſſet ſub hac fornice. Schola Hillelis dicit quod fornax ſola polluta ſit, quia mortuus ſuper ipſius parte fecit tentorium. R. Akiba dicit quod fornax ſit munda, quia mortuus ſuper ipſam fornacem non fecit tentorium, ſed ſuper fornicem ipſius; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. Scias autem quod ſi ii qui mortuum ſepeliunt, tentorium fecerint ſuper ipſo, tum ſcopus fert quod immundities tentorium fecit ſuper hanc rem, quia immundities tentorii tres ſenſus comprehendit, ſicuti expoſitum eſt in principio codicis de Vaſis, atque hoc eſt ſi res tentorium fecit ſuper immunditie, vel immundities ſuper ipſa; hæc obſerves volo ne ea repetere cogar in hocce codice.

ב ארובה שבין הבית לעליה וקדרה נתונה עליה ונקובה בכונס משקה בית שמאי אומרים הכל טמא ובית הלל אומרים הקדרה טמאה ועליה טהורה רבי עקיבא אומר אף הקדרה טהורה :

2. Feneſtra ſi ſit inter domum & cœnaculum, & olla ei impoſita ac perforata ita ut liquores colligat, Schola Schammai dicit, omnia ſunt immunda: Schola Hillelis dicit, olla eſt immunda, & cœnaculum mundum. R. Akiba dicit, etiam olla eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

ארובה Eſt ſpecies feneſtræ in tecto domus, quod eſt cœnaculi fundus. בכונס משקה *ſi colligat potum*, quando vas imponunt potibus, tum potus in ipſum intrant per iſtud foramen. *Omnia immunda ſunt*, ſi in domo ſit immundities, tum olla & quicquid in cœnaculo eſt, immundum eſt, quia olla non liberat, ſed immundities aſcendit per feneſtram quæ quaquaverſum habet palmi menſuram. *Schola Hillelis dicit, olla eſt immunda*, hæc eſt conditio quædam gravior qua Schola Hillelis aggravat de immunditie ollæ, nam R. Akiba putat, quod olla liberet ab immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite octavo decimo quid ſit כונס משקה *colligens liquores*, vas nempe imponitur liquori ita ut liquor ingrediatur in ipſum e foramine; ſed non requiritur hic ut foramen ollæ undiquaque palmum habeat, ut ipſa feneſtra habeat palmum quaquaverſum, & olla non conjungatur cum ea ut liquores colligere poſſit, feneſtra vero aperta, idcirco ſi immundities ſit in domo, tum ipſa polluta eſt ab illa, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *omnia immunda ſunt*. Putat autem R. Akiba quod ollæ foramen jam obſtructum ſit, & immunditiem idcirco propulſam eſſe, quia foramen ollæ parvum eſt, & non habet palmi aperturam, & quia os ollæ tendit per craſſitiem cœnaculi, idcirco hæc olla eſt munda, quia vas teſtaceum non polluit exterius, ſicuti oſtenſum eſt. Schola Hillelis dicit, quod hæc olla polluatur ab iſto foramine; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ג היתה שלימה בית הלל אומרים מצלת על הכל בית שמאי אומרים אינה מצלת אלא על האוכלים ועל

3. Si integra ſit, domus Hillelis dicit, liberat omnia, Schola Schammai dicit, non liberat niſi cibos, potus, & vaſa teſtacea; poſtea Schola

ועל המשקים ועל כלי חרס חזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי׃

la Hillelis amplexa eſt ſententiam Scholæ Schammai.

R. OB. DE BARTENORA.

מצלת על הכל *Liberat omnia*, omnia quæ ſunt in cœnaculo, quia dividit pro immunditie. *Non liberat, niſi cibos & potus, & vas teſtaceum*, de olla plebeji hic ſermo eſt, ratio Scholæ Schammai eſt, quod vaſa plebeji ſint immunda apud חבר *virum doctum & ſanctum*, nullum vero vas immundum pro immunditie interſtitium facit, & quia plebejus ſtatuit vaſa ſua eſſe munda, idcirco ei dicimus ea liberare ab immunditie cibos, potus & vas teſtaceum quæ in cœnaculo ſunt; nam plebejis ipſis ea munda pronunciamus, quia viri ſancti ab iis abſtinent & a tactu eorum, nihilominus tamen omnis cibus eorum immundus eſt. Reliqua vero vaſa quæ in lavacro purificari poſſunt, ſi munda ſint, viri ſancti a plebejis mutuo petere poſſunt, qui iis uti poſſunt ſi duntaxat abluta ſint abſque aſperſione tertia & ſeptima.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מצלת על הכל *Liberat omnia*, nempe quicquid eſt in cœnaculo, id mundum eſt, quia in olla integra dividit pro immunditie. Schola Schammai dicit, quicquid eſt in cœnaculo, illud ſimile eſt ei quod eſt in vaſe filo undique colligato, & tentorio mortui impoſito, hinc hæc olla & quicquid eſt in cœnaculo, ſimilia ſunt iis quæ ſunt in vaſe teſtaceo filo undique colligato, & in tentorio mortui poſito, quod non liberat niſi cibos, potus, & vaſa teſtacea; propterea ſi in hoc cœnaculo ſint cibi, potus, & vaſa teſtacea, tum illa ſunt munda, quicquid vero eſt præter illa, id immundum eſt, hæc enim eſt ſententia Scholæ Schammai de vaſe teſtaceo filo undique colligato, & in tentorio mortui poſito, quod cibos, potus, & vas teſtaceum duntaxat ab immunditie liberat. Schola Hillelis dicit, omnia liberat, propterea dicitur de olla eam liberare omnia quæ ſunt in cœnaculo, ſed Hillelæi amplexi ſunt Schammæorum ſententiam de vaſe filo circumdato, propterea Hillelæi quoque ſententiam de omni eo quod in cœnaculo eſt, receperunt. Et cum hæc olla ab immunditie liberet quicquid in cœnaculo eſt, dummodo foramen obſtructum ſit, licet olla non ſit filo circumdata, ut illa dividat inter unum atque alterum tentorium, hæc hypotheſis in libro Siphri expoſita eſt, ubi dicitur, vaſa filo circumdata liberant in tentorio mortui, tentoria vero tegumento; hanc hypotheſin obſerves volo in iis quæ hoc capite tractantur. Rationem vero controverſiæ inter Scholam Schammai & Scholam Hillelis jam expoſuimus de hoc vaſe teſtaceo Miſna ultima capitis primi codicis de Teſtificationibus, & capite decimo codicis de Vaſis.

ד לגין שהוא מלא משקין טהורין הלגין טמא טומאת שבעה והמשקין טהורין ואם פינן בכלי אחר טמאין האשה שהיא לשה בעריבה האשה והעריבה טמאים טומאת שבעה והבצק טהור ואם פינהו לכלי אחר טמא חזרו בית הלל להורות כדברי בית שמאי׃

4. Lagena ſi plena ſit potibus mundis, tum ipſa immunda eſt immunditie ſeptidui, ſed potus ſunt mundi; ſi evacuaverit eos in vas aliud, immundi ſunt. Si mulier depſat in mactra, tum mulier & mactra immundæ ſunt immunditie ſeptidui, ſed maſſa eſt munda; ſi vero eam evacuaverit in vas aliud, immunda eſt; Schola Hillelis amplexa eſt ſententiam Scholæ Schammai.

R. OB. DE BARTENORA.

לגין *Lagena*, lignea, vel e materia fuſili confecta & in hoc cœnaculo poſita, ad cujus feneſtræ foramen olla collocata eſt. *Lagena eſt immunda immunditie ſeptidui*, quia olla non liberat vas ligneum, nec vas fuſile, ſicuti diximus. *Potus ſunt mundi*, quia olla ab immunditie liberat cibos & potus. ואם פינן *ſi vero evacuaverit eos*, illos nempe liquores in aliud vas quod erat in illo cœnaculo, tum illud vas aliud polluit, quia omnia vaſa quæ in cœnaculo ſunt, immunda ſunt, teſtaceo vaſe excepto; ſed vas primum in quo erant potus, non polluit eos, etſi id immunditie ſeptidui pollutum eſſet; nam ſi ita dixeris, tum illa in feneſtra poſita non liberat unquam potus; ſed nos dicimus quod illa cibos & potus liberet. *Mulier & mactra ſunt immundæ*, quia olla teſtacea non liberat illas. *Maſſa vero munda eſt*, olla enim liberat potus, quando ſe non ſegregaverit ab illa, at vero ſi mulier ambas manus abſtulerit ab illa, & poſtea denuo depſuerit, tum mulier iſta polluit maſſam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna verbi gratia, ſimilis eſt juri illius quæ præceſſit, etenim ſuperiori Miſna dictum quod quicquid eſt in cœnaculo, ſimile ſit iis quæ ſunt in vaſe filo circumdato in tentorio mortui, ſi igitur olla quæ vas teſtaceum eſt, collocata ſit in hac feneſtra, & in cœnaculo ſint vaſa ænea, & argentea, atque id genus alia vaſa fuſilia, tum potus in hoc vaſe exiſtentes ſunt mundi, quia lagena eos ab immunditie liberat, lagena vero ipſa eſt immunda, quia olla non liberat ipſam dum teſtacea eſt, ſecundum hypotheſin ſuperius datam, atque hæc eſt ſententia Scholæ Schammai. Verum ſecundum Scholam Hillelis potus & lagenæ ſunt mundi. Si vero hoſce potus evacuaverimus ex hoc vaſe, in aliud vas quod conſtitutum erat in hoc cœnaculo, tum potus polluuntur ſi tetigerint vas immundum, quia omnia vaſa quæ in cœnaculo ſunt præter vas teſtaceum, polluuntur. Etenim non dicimus quod illud vas in quo erant, ea polluerit, nam ſi ita ſe res haberet, fieri non poſſet ut potus ab immunditie liberarent, quia jam pro fundamento poſuimus quod id ab immunditie vindicet potus & cibos; atque hoc ſenſu comparatum eſt cum mulieris jure, quæ depſebat in mactra lignea in cœnaculo poſita, in cujus feneſtra poſita eſt olla, quod mulier & mactra ſint immundæ immunditie ſeptidui; quia olla teſtacea non liberet eas ab immunditie, maſſa vero munda eſt, quia cibus eſt, at olla liberat cibos. Sed in Toſaphta jam expoſitum eſt, quod maſſa ſit munda, quando nempe mulier operam dat maſſæ, & ab illa ſe non removerit, at vero ſi illa ambas ſuas manus a maſſa abſtraxerit, & poſtea denuo depſuerit, tum illa maſſam polluit, ſi tetigerit eam, atque hæc omnia ita ſe habeant ſecundum Scholam Schammai. Sed Schola Hillelis putat, quod mulier, mactra, & maſſa ſint mundæ.

* ה היו כלי גללים כלי אבנים כלי אדמה הכל טהור הידה כלי טהור לקדש ולחטאת הכל טהור שהכל נאמנין על החטאת מפני שהכלים טהורין וכלי חרס טהורין ומצילין (נ״א מצילין) עם דפנות אהלים׃

5. Si vaſa ſint ſtercorea, lapidea, vel terrea, tum omnia ſunt munda. Si vas mundum ſit pro ſancto & cinere expiatorio, omnia ſunt munda, quia omnes fide digni ſunt de cinere expiatorio, quia vaſa ſunt munda, at vaſa teſtacea munda liberant cum parietibus tentoriorum.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי גללים *Vaſa ſtercorea*, quæ ex egeſtis jumenti confecta ſunt. *Vaſa lapidea & vaſa terrea*, omnia hæc vaſa licet in poteſtate plebeji ſint, munda ſunt; at ſi illa circa os feneſtræ collocata ſint, omnia liberant vaſa, etiam vaſa ablutoria. *Si vas mundum ſit pro ſancto & pro cinere expiatorio*, nam Sapientes fide dignos dixerunt plebejos ratione rerum ſacrarum, ne unuſquiſque pro ſe ædificet locum ſacrificandi, idcirco vas quod pro ſacris mundum eſt, omnia liberat, imo etiam ſecundum Scholam Schammai; & ſic ii fide digni ſunt de cinere ſacrificii pro peccato, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 9. והיתה לעדת בני ישראל למשמרת ergo fide digni ſunt de cuſtodia. *Quia vaſa ſunt munda*, nempe vaſa ſtercorea, lapidea, & terrea, quæ ita munda ſunt ut non recipiant immunditiem. Pariter vaſa terrea munda ſunt, quando illa deſtinata ſunt ſacris & ſacrificio pro peccato, licet ad plebejum pertineant, quia plebejus fide dignus eſt in ſacris & in ſacrificio pro peccato, ſicuti diximus, *omnia hæc liberant cum parietibus tentoriorum*, dividunt nempe ratione immunditiei, quando poſita ſunt in loco ubi eſt paries tentorii. Hæc autem feneſtra quæ eſt inter domum & cœnaculum, habetur pro pariete tentorii, at ſi illa ſit in loco ubi non ſunt parietes, non liberant ab immunditie, ſicuti expoſuit auctor.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Dixit auctor quod ſi in hac feneſtra quæ eſt inter cœnaculum & domum, ſit vas ſtercoreum, vel lapideum, vel terreum, illa ab immunditie liberent quicquid in cœnaculo eſt, ſive ſit homo, ſive vaſa, ſive cibi, ſive potus, ſive vas teſtaceum, quia iſta non recipiunt immunditiem, ſicuti expoſitum eſt capite decimo codicis de Vaſis. Propterea liberat ab immunditie ope fili colligati circum vas; ſed de vaſe teſtaceo diximus quod illud non liberet ope fili colligati, niſi cibos & potus, ac vas teſtaceum duntaxat, ne polluantur apud plebejum, ſicuti ibidem expoſuimus. Quapropter hic dicimus, quod ſi in hac feneſtra poſitum ſit vas, id mundum ſit pro ſacris, vel pro cinere expiatorio vaccæ rufæ, & liberet ab immunditie, quicquid in cœnaculo continetur, licet vas teſtaceum ſit; etenim ratio ob quam diximus quod vas teſtaceum non omnia liberet ab immunditie, remota eſt, quam auctor jam exponit, dicens quod omnes homines ſint fide digni de cinere expiatorio, cui hocce vaſculum eſt deſtinatum, quod mundum pronunciatur, & quamvis illud pertineat ad plebejum, tamen is fide dignus eſt, atque hoc doctores colligunt ex eo quod ſcriptum eſt Num. 19, 9. *Et erit pro cœtu Iſraëlitico in cuſtodiam, pro aquis menſtruæ, expiatorium eſt.* Ex quo colligitur quod omnes ſint fide digni de cuſtodia rei ſacræ; & ſi vas teſtaceum de quo hic ſermo ſit, ſit mundum pro ſacris, tum gradus ſanctitatis non impedit quominus plebejus ratione vaſis eſſet fide dignus, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Feſtis Solennibus, ubi dicitur, omnes fide digni ſunt de puritate vini, & olei ſacri per omnes anni dies; & ſicuti nos dicimus, vel vas ſacrum, vel cinis expiatorius, licet teſtaceus ſit, munda ſunt apud plebejum, ita quoque hoc in loco vas liberat ab immunditie in hoc cœnaculo, quia vas mundum eſt, & hinc dicimus, vas immundum non dividit, quia vaſa teſtacea ſunt munda. Ratio vero hujuſce rei eſt quod dicitur, omnia liberant ab immunditie, quia vas lapideum, terreum & ſtercorea ſunt munda, & pariter vas teſtaceum ſacris deſtinatum, vel cineri expiatorio, habentur munda, etiamſi ad plebejum pertineant. Poſtea auctor aliud jus perſequitur, dicitque, *& liberant cum parietibus tentoriorum*, ſenſus eſt, quod ſicuti vaſa liberant in ſuperiori parte tentorii in operimento duntaxat, ſicuti in feneſtra duntaxat quæ eſt inter domum & cœnaculum, ita vaſa quoque liberant quando horum vaſorum ora operta ſunt parietibus tentoriorum.

ו כיצד הבור והדות שבבית וכפישה נתונה עליו טהור אם היתה באר חלקה או כוורת פחותה וכפישה נתונה עליה טמא אם היה נסר חלק או סרידה שאין לה גפיים טהור שאין הכלים מצילין עם דפנות אהלים עד שיהיו להן דפנות וכמה תהא הדופן טפח היה לה חצי טפח מכאן וחצי טפח מכאן אינה דופן עד שיהא לה טפח ממקום אחד :

6. Quomodo? puteus & ciſterna ſi in domo ſint, caniſtrum ei impoſitum mundum eſt. Si puteus ſit lævis, vel alvearium apertum, caniſtrum ei impoſitum, eſt immundum. Si aſſer ſit lævis, vel operculum cui non ſunt anſæ, mundus eſt, quia vaſa non liberant cum parietibus tentoriorum, niſi donec parietes habeant; ſed quantus debet eſſe paries? palmi; ſi vero ei ſit dimidium palmi ab hac parte, & tantundem ab illa, tum non eſt paries, niſi donec ei ſit palmus ex uno loco.

R. OB. DE BARTENORA.

הבור והדות שבבית *Puteus & ciſterna in domo*, ſi mortuus ſit in domo, & vaſa in puteo & in ciſterna, atque altus ſit paries circum illa. Cæterum בור & דות quidem ambo ſunt in fundo, ſed בור eſt effoſſio ſub terra, דות vero ædificium ſupra terram. כפישה notat caniſtrum magnum in quo condiunt olivas ut incaleſcant, & tale caniſtrum quadraginta comprehendit Sata, vel plus; ſed non recipit immunditiem, imponitur autem puteis & ciſternis. *Mundum eſt*, quicquid in iis eſt, quia illic paries aliquis eſt. באר חלקה *puteus lævis*, cujus os æquale eſt cum fundo domus, ſed non habet parietem circum ſe, & tum non habet parietes. *Vel alveare apertum*, ut alveare magnum quadraginta comprehendens Sata, quod immunditiem non recipit; & dicit *apertum*, quatenus id non eſt ſtramine obſtructum. *Impoſito ei caniſtro*, nempe ori putei, vel ori alvearii, tum caniſtrum eſt immundum, quia hæ res non liberant ab immunditie niſi cum parietibus tentoriorum, ſed in ciſterna non ſunt parietes; at parietes alvearii non ſunt parietes tentoriorum. היה נסר חלק *ſi aſſer ſit lævis*, quia hoc non eſt vas vel operculum, quod non habet anſas, quia non habet parietes, quia non cenſetur aliquod vas eſſe. *Mundum eſt*, quia caniſtrum quod vas eſt, duntaxat non liberat ab immunditie, niſi cum parietibus tentoriorum; ſed aſſer & operculum quod non habet anſas, quia non ſunt vaſa, liberant ab immunditie

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus aliquoties quod בור ſit effoſſio in terra, & דות ſtructura ſuper terram; ſed inter דות atque alveare integrum nulla eſt differentia, quando enim quis alveare integrum poſuerit in ſuperficie domus, tum illud eſt inſtar tentorii exſtructi, notum vero eſt id quod dicitur, utique alveare quod in liquidis quadraginta Sata recipit, mundum eſt, & non recipit immunditiem, ſicuti dictum eſt capite viceſimo ſexto codicis de Vaſis. Per חלק intelligas baſin quæ non habet parietes. סרידה שאין לה גפיים *operculum quod non habet alas*, puta aſſerem abſque anſis, ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis. כפישה notat vas quod inferius oram habet qua mediante ſtare poteſt in ſuperficie terræ; etenim auctor dixit in hac Miſna, quod ſi hæc effoſſa ſit in domo in qua eſt immundities, habeat latera alta ſuper domus ſuperficiem, ſicuti circum puteos conſtruere ſolent aliquam rotundam ſtructuram, cui eſt concavum quod latera habet, tum id liberat ab immunditie quicquid effoſſum eſt, vel conſtructum, quando id latera habet alta ſuper terram. Sed notum eſt quod hoc vas foramen iſtud tegens, liberet ab immunditie quicquid ſub illo ſit. At vero ſi ſit vas mundum, ut vas ſtercoreum, lapideum & terreum, ſicuti pro fundamento poſuimus capite decimo codicis de Vaſis, & hoc ipſo capite. Si vero effoſſa non habeat altos parietes juxta effoſſionem in terra, qui contegant os hujuſce effoſſionis

ditie abſque parietibus tentoriorum. פרידא eſt ſpecies mactræ exiguæ ligneæ, qua uti ſolet piſtor. גפיים *alæ*, notat auſas. *Dimidium palmi ab hac*, *& dimidium palmi ab illa parte*, nam vas non liberat ab immunditie in puteo lævi, ſive ejuſmodi vas quod non habet parietem palmi, at ſi vas habeat parietes palmi, tum ab immunditie liberat puteum, licet parietes illius nullatenus protuberent; jam vero dicit auctor quod dimidium palmi vaſis, & dimidium palmi parietis putei non conjungantur. Caniſtrum vero, ſicuti dictum eſt ſuperius, ſi illud impoſitum ſit puteo lævi, non eripit ab immunditie quando id non habet parietes palmi.

ſionis vas quod habet anſas, tum omne id quod in hocce tentorio eſt, immundum eſt, atque hoc vas non liberat ab immunditie in tentorio mortui id quod ſub illo eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *puteus lævis & alveare apertum*, quæ nempe non contecta ſunt. Caniſtrum ei impoſitum eſt immundum, ſi texerit iſtud tentorium cui non eſt anſa alta ſupra terram, vel alveare perforatum operculo plano quod non habet latus aliquod, tum id ab immunditie liberat quicquid in ipſo eſt, quando nullo inſtrumento contectum eſt, tum vas non liberat, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur: *Si deficiat pars aliqua &c.* quia tabula ſive aſſer non eſt vas, at ratio additur quando dicit, *vaſa non liberant* &c. ubi per vaſa intelliguntur ejuſmodi vaſa quæ parietes habent, quæ non liberant ab immunditie, niſi adhæreant parietibus tentorii, ſicuti tentorii anſæ, putei, vel tecti; at ſi tentorium non habeat parietem altum, tum vas non liberat ob vicinitatem illius. Cæterum quando auctor dicit, *dimidium palmi ab hac*, *& dimidium ab illa parte*, inde requiritur ut in altitudine anſæ ſuper tentorium & ſuper terram ſit dimidium palmi, & tum non liberat ab immunditie. Cæterum quando dicitur, ei eſſe palmum, eo vult docere, quod ſi in altitudine parietis vaſis ſit palmus, liberet ab immunditie, ſicuti dixit auctor, *contegit os putei*, licet puteus non habeat marginem altum. Porro dicit, quod caniſtrum non liberat, quum illud ori putei lævis ſit impoſitum, dummodo in altitudine parietis caniſtrum non ſit palmi, ita docuerunt in Toſaphta, nempe quod ſicuti vaſa liberant ab immunditie tentoria quæ parietes habent, ita quoque liberant tentoria quæ non habent parietes; de quo dicta ſunt hæc verba? de vaſe cui eſt menſura palmi, ſed vas quod non habet palmi menſuram, non liberat. Hinc diſcimus quod ſi latus vaſis habeat palmum, illud omnino liberat; & quando in altitudine lateris putei eſt palmus, tum illud liberat omne id quod in aſſere eſt, tegumento vaſis excepto, ſi vero in altitudine illius non ſit palmus, nempe in altitudine laterum illius, ſi ipſum contexerit aſſere, vel ſimili re, tum liberavit; ſi vero vaſe ipſum contexerit, tum non eripuit ab immunditie, niſi in ipſo ſit altitudo palmi in margine ſive ora vaſis, ſed hæc non pugnant inter ſe, hoc eſt quod diximus capite decimo codicis de Vaſis; ſi illa ſint contecta in oris ſuis, liberant omne id quod ſub iis eſt, hoc enim obtinet in vaſe quod palmum habet, nempe in altitudine, quia tentorii ſimilitudinem habet, ſicuti illic expoſitum eſt.

ז כשם שמצילין מבפנים כך מצילין מבחוץ כיצד כפישה שהיא נתונה על היתדות מבחוץ טומאה תחתיה כלים שבכפישה טהורים אם היה כותל חצר או כותל גנה אינו מציל קורה שהיתה נתונה מכותל לכותל וקדרה תלויה בה טומאה תחתיה כלים שבקדרה רבי עקיבא מטהר וחכמים מטמאין :

7. Sicuti liberant intus, ita quoque foris liberant. Quomodo? ſi caniſtrum ſit impoſitum paxillis foris, & immunditics ſub illo, vaſa tum quæ in caniſtro ſunt, munda ſunt. Si ſit paries atrii, vel paries horti, non liberat. Si tignum uni atque alteri parieti impoſitum ſit, & ab ipſo pendeat olla, & immunditics ſit ſub ipſa, vaſa quæ in olla ſunt a R. Akiba munda pronunciantur, ſed immunda a Sapientibus.

R. OB. DE BARTENORA.

כשם שמצילין מבפנים *Sicuti liberant intus*, ope parietum tentoriorum, ſicuti inferius ſtatim exponitur. *Super paxillis foris*, prope parietem, ne protractio fiat a pariete, tum pro tentorio habetur, ad diſtinguendum inter immunditiem quæ ſub illo eſt & inter vaſa quæ ſub illa ſunt; at hoc fieri debet in pariete domus, cujus paries pro tentorio factus eſt, & tum caniſtrum quoque pro tentorio habetur, ad diſtinguendum. Sed ratione parietis atrii, vel horti, ubi non factus eſt paries pro tentorio, tum caniſtrum non habetur pro tentorio ad diſtinguendum. *Et olla pendens in illo*, e Toſaphta liquet, quod ſi olla ab ora tigni & exterius protrahatur per aperturam palmi, nemo eſt qui contradicat, illam non liberare ab immunditie, vaſa autem in olla poſita, ſunt immunda, fieri enim nequit ut olla adhæreat tigno, & nemo negat ollam liberare ab immunditie, idcirco munda ſunt; nam hic controverſia eſt an illa attrahat de tigno, ubi non eſt apertura palmi. R. Akiba dicit, immunditics liberat, & munda ſunt vaſa; Sapientes dicunt, non liberat, idcirco immunda ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAÏMON.

מבחוץ *Foris*, nempe extra tentorium, exempli gratia, ſi paxillos terræ infigamus ad latus tentorii, & vas quod latus palmi habet, inſederit hiſce paxillis, & adhæſerit inæqualitati oris cum lateribus domus, vel *tentorii*, tum liberat omne id quod in ipſo eſt, licet immunditics ſub ipſo ſit, in hac figura. Cæterum ſi os hujuſce vaſis cohæreat cum palmo atrii vel horti verſus cœlum aperti, ita ut nullus ſit contactus tentorii, neque domus, tum hocce vas non liberat ab immunditie, ſed vaſa quæ in ipſo ſunt, & omnia quæ in ipſo ſunt, jam tentorium fecerunt ſuper immunditiem, quia hicce paries non factus eſt foris pro immunditie, ſicuti paries domus; ſed factus eſt pro hac olla quæ a tigno ſuſpenſa eſt. Cæterum in Toſaphta jam animadverſum eſt quod ſi tignum ori ollæ adhæreat, tum non ſit diſſenſio, quia illa liberat ab immunditie quicquid in ipſo continetur. At vero ſi inter tignum & ollam ſit apertura palmi, nulla eſt diſſenſio inter doctores, quia quicquid ſub olla eſt, immundum ſit, propter immunditiem, quæ ſub illo eſt, dum olla ſub tentorio eſt, quia ſub tigno erat. Sin autem inter ollam & tignum non ſit copia palmi, dicit R. Akiba, quod apertura palmi illic non liberet ab immunditie. Sapientes vero dicunt, quod ſi illa non cohæreat cum tigno, non liberet; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ו אדם וכלים נעשין אהלין לטמא אבל לא לטהר כיצד ארבעה נושאין את הנדבך טומאה תחתיו כלים שעל גביו טמאים טומאה על גביו כלים שתחתיו טמאים רבי אליעזר מטהר נתון על ארבעה כלים אפילו כלי גללים כלי אבנים כלי אדמה טומאה תחתיו

Caput 6. Homo & vaſa fieri poſſunt tentoria ad polluendum, ſed non ad purificandum. Quomodo? ſi quatuor ferant parietem ſub quo eſt immunditics, tum vaſa ii impoſita, ſunt immunda; ſi immunditics ſit ſuper illo, vaſa ſub ipſo poſita, ſunt immunda. R. Eliezer ea munda pronunciat. Si paries impoſitus ſit quatuor vaſis, licet vaſa ſtercorea ſint, vel lapidea, vel terrea, & immunditics ſub illo,

תחתיו כלים שעל גביו טמאים טומאה על גביו כלים שתחתיו טמאים נתון על ארבעה אבנים או על דבר שיש בו רוח חיים טומאה תחתיו כלים שעל גביו טהורים טומאה על גביו כלים שתחתיו טהורין:

illo, tum vaſa ei impoſita, ſunt immunda. Si immundities ſuper illo ſit, vaſa ei ſuppoſita, ſunt immunda. Si paries impoſitus ſit quatuor lapidibus, vel rei animatæ alicui, & immundities ſit ſub illo, vaſa ei impoſita, ſunt munda; ſi immundities ſuper illo ſit, vaſa ei impoſita, ſunt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

אדם וכלים נעשין אהלים לטמא *Homo & vaſa fiunt tentoria ad polluendum*, ad tentorium quod manui hominis vel vaſi innititur, polluendum, id enim pro tentorio habetur ad vaſa ei ſuppoſita polluenda, licet id non ſit e regione immunditiei, perinde ac ſi a tentorio mortui poſita eſſent. *Sed non ad purificandum*, quia non habentur pro tentorio ad dividendum, pro immunditie. נדבך notat lapidem magnum & latum, videſis Eſræ 6, 4. *Vaſa ei impoſita ſunt immunda*, quia non dividit pro immunditie, & ſe res habet perinde ac ſi paries non eſſet, quia tentorium non factum eſt ad purificandum. *Vaſa quæ ſub illo ſunt*, *immunda ſunt*, quia tentoria facta ſunt ad polluendum. *R. Eliezer mundum pronunciat*, utrumque mundum pronunciat, quia putat tentorium ad purificandum factum eſſe, & dividere pro immunditie; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Quod impoſitum eſt quatuor vaſis*, ſi paries quatuor vaſis impoſitus ſit, licet illa ſint vaſa ſtercorea quæ non recipiunt immunditiem. *Si quatuor lapidibus impoſitus ſit*, quæ non ſunt vaſa, tum tentorium dividere cenſetur pro immunditie. *Res animata*, homine excepto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſicuti tentorium adducit immunditiem, & polluit quicquid in ipſo continetur, ita quoque dividit pro immunditie, ne id polluatur quod extra illud eſt, nec quod intra illud eſt, de rebus immundis, neque polluitur quicquam de eo quod in cœnaculo eſt, neque polluitur id quod extra illud eſt, exemplo ſit domus & cœnaculum, ſi itaque immundities exiſtat in domo ſub limine domus, tum immundities eo uſque pertingit ut polluatur quicquid ſub domo eſt; pari modo interſtitium facit pro immunditie, ne quicquam polluatur ex eo quod in cœnaculo eſt, neque quicquam de eo quod in domo eſt, ſi immundities ſit in cœnaculo ſupra limen domus. Porro dicit auctor quod homo & vaſa immunditiem introducant, & non diſtinguant pro immunditie, licet vaſa ſtercorea ſint, vel lapidea, vel terrea, quæ ſunt vaſa munda, & nequaquam immunditiem recipientia, nam tentorium e quo facta ſunt, non cenſemus ab immunditie poſſe liberare, quod extra ipſum eſt, neque vaſa ei ſuppoſita. נדבך eſt aſſer, reliqua vero ſatis expoſita ſunt; hoc vero quod dicimus, vaſa quæ ei ſuppoſita ſunt, immunda ſunt, indicat illum נדבך aſſimilari tentorio, nam ſi aſſer ille non aſſimilaretur tentorio, non pollueretur a vaſis ei ſuppoſitis, ſed id duntaxat quod immundities ei impoſita definivit. Porro dicit auctor, *ſi immundities ſit ſub illo, vaſa ei ſuppoſita, ſunt immunda*, quo docet eum non cenſeri ut tentorium, nam ſi tentorium eſſet, vaſa ei impoſita, ſunt munda cum ipſo. עליה *cœnaculum* vero eſt nomen iſtius tentorii ad polluendum, ſed non ad purificandum. דבר שיש בו רוח חיים *res quæ habet ſpiritum vitæ*, præter hominem, cujuſcunque ſit generis animantium; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ב קוברי המת שהיו עוברים באכסדרה והגיף אחד מהן את הדלת וסמכו במפתח אם יכול הדלת לעמוד בפני עצמו טהור ואם לאו טמא וכן חבית של גרוגרות או קופה של תבן שהן נתונות בחלון אם יכולים הגרוגרות והתבן לעמוד בפני עצמן טהורין ואם לאו טמאין בית שחצצו בקנקנים וטח בטיח אם יכול הטיח לעמוד בפני עצמו טהור ואם לאו טמא:

2. Sepelientes mortuum ſi tranſierint exhedram, & unus ex iis januam pulſaverit, & ſera occluſerit, ſi tum janua ſtare poſſit per ſe, munda eſt, ſin minus, immunda eſt. Sic etiam domus e caricis facta, vel cupa ſtraminea, feneſtræ impoſitæ, ſi ambæ per ſe ſtare poſſint, mundæ ſunt, ſin minus, immundæ ſunt. Domus calamis diſtincta, & luto incruſtata, ſi illa incruſtatio per ſe ſtare poſſit, munda eſt, ſin minus, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד מהן *Unus ex iis*, ex iis qui funus ſequuntur, & non ex iis qui funus efferunt; & eodem modo ſe jus habet, ſi alius quiſpiam pulſaverit, ſed auctor ſecutus eſt communiorem loquendi morem, ſi pulſaverit fores ne immundities ingrediatur domum, quando tranſierint exhedram, quæ ante domum eſt, & tecto inſtructa eſt. *Si janua per ſe ſtare poſſit*, abſque ullo fulcimento ſeræ, tum ſe res habet ac ſi non eſſet, & janua diviſionem efficit pro immunditie, ſin minus, immunda domus ſit, quicquid enim innititur vaſis, id non dividit pro immunditie, ſicuti diximus, quod nec homo nec vaſa fiant tentoria ad purificandum, & hæc eſt ratio de ſtramine, caricis, & incruſtatione, quia iſtæ res ſubſiſtunt in vaſis, quæ ſunt dolia, cupa, & canthari. *Quæ impoſita ſunt feneſtræ*, quæ undiquaque palmum habet, & immunditiem ex una domo in aliam transfert, ſi ſtramen, & caricæ, ſeorſim poſſint ſubſiſtere, id eſt abſque domo & cupa, munda ſunt, quia ſe res habet perinde ac ſi vaſa non eſſent; caricæ vero & ſtramen ab immunditie liberant, nempe ſi caricæ fœtidæ ſint, & non amplius valeant ad cibum; pariter ſi ſtramen ſit fœtidum ita ut non amplius valeat in pabulum jumenti, intercidunt, attamen poſſeſſor non cogitaverit de eo removendo, idcirco dividunt hæ res pro immunditie, nam ubi non eſt ſtramen nec caricæ, ibi obſtruunt omnia, ſicuti hic, nam ubi eſt locus cupæ, & dolii, ibi intercidere ne-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In præcedentibus aliquoties expoſuimus quod אכסדרה *exhedra* ſit quaſi porta quædam pro domo. Porro dicit auctor, quod poſtquam ii qui mortuos ſepeliunt, intraverint exhedram, dum porta domus partim aperta erat, & unus ex iis qui funus efferebant, occluſerit portam domus ſera, ne aperiatur & immundities intret domum, quia ſuperlimenare exit ſi janua obſerata manere poſſit, ut ne aperiatur, licet is qui apprehenderit ſeram, manum ſuam removerit ab illa, domus tamen munda eſt, & diviſa eſt ab hac exedra in haccè porta clauſa, ſi vero manum ſuam retraxerit poſtquam porta aperta fuiſſet, tum immunda eſt, quia iſte homo qui mortuum tulit, jam diviſerit pro immunditie, homo vero nunquam dividit, quiſquis ille ſit. Porro dixit auctor, *unus ex iis*, hoc ſenſu, licet aliquis e domeſticis fuerit, & januam apprehenderit; pariter ſi feneſtra ſit inter duas domus, & palmi menſuram quaquaverſum habuerit, atque immunditiem in aliquam e duabus domibus introduxerit, tum altera domus etiam polluta eſt abſque dubio ſecundum fundamentum jam memoratum, quia menſura palmi quaquaverſum immunditiem introducit. Sin autem hæc feneſtra vaſis clauſa fuerit, tum id non dividit pro immunditie; at ſi in hac feneſtra ſit dolium ficis plenum, tum illa non dividit, quatenus vas eſt, & propterea polluit, quicquid autem polluit, id non dividit pro immunditie, ſicuti expoſitum eſt. Hoc au-

nequeunt, & non dividunt pro immunditie, ſin minus, immunda ſunt, dummodo os vaſis teſtacei ſit obverſum immunditiei, idcirco non liberat ab immunditie, quicquid enim immunditiem recipit, id non dividit pro immunditie; ſi vero dolii ſuperficies ſit e regione immunditiei, tum dividit pro immunditie, quia vas teſtaceum non recipit immunditiem. בית שחצצו בקנקנים *domus quæ diſtincta eſt cantharis*, quorum os immunditiei obverſum eſt, quia jam non liberant ab immunditie. *Et obleverit luto*, tam interius quam exterius. *Si incruſtatio illa ſeorſim poſſit conſiſtere, munda eſt*, quia incruſtatio tum dividit pro immunditie.

autem ita intelligas volo ſi os dolii obverſum ſit domui in qua eſt immunditiès, quia vas teſtaceum non polluit exterius, ſicuti aliquoties expoſuimus. Propterea ſi fundus dolii factus ſit ex eo quod domui obverſum eſt, immundus eſt, tum hocce dolium dividit, quia exterius non polluit, ſicuti expoſitum eſt de olla in feneſtra poſita, ita in Gemara exponuntur in codice Bava Batra, ibique expoſitum eſt id quod hic dicitur, nempe quod ficus dividunt, ſi non depravatæ fuerint, & quamvis jam reprobæ factæ fuiſſent, & ad eſum ineptæ, attamen poſſeſſor non intenderit eas evacuare, tamen dividit pro immunditie. Præterea quoque requiritur ut ſtramen perditum ſit, & non amplius aptum ad pabulum beſtiarum uſque adeo ut ad lutum duntaxat aptum ſit, quia hæ duæ conditiones requiruntur de omni eo quod interſit inter locum mundum & ipſam immunditiem, tum nempe hæc res non recipit immunditiem, ſi eam removere nemo intendiſſet. Si vero dolium & cupa retrocederet, tum hæ fici conſiſtunt in apertura, vel ſi hoc ſtramen per ſe poſſit ſubſiſtere, deſtruunt hanc feneſtram, & ei innititur, atque per ſe dividit pro immunditie. Sin autem hoc fieri non poſſit, tum hoc fundamentum, & quod cupæ innititur ac dolio, nempe vaſa, polluuntur, quia hic non eſt diviſio pro immunditie polluenda, ſecunda autem immunda eſt; hæc vero regula duntaxat obſervanda eſt de domo cantharis teſtaceis diſtincta, qui ſibi invicem impoſiti ſunt & luto obliti undique, quo ſenſu canthari facti ſunt vaſa, & non dividunt. Cæterum in Toſaphta dicitur, quod domus cantharis diſtincta, ſit munda, & quod ora cantharorum ſecundum puritatem liberant ab immunditie, at non ſecundum immunditiem. *Si luto obleverit*, ſive interius ſive exterius, ſi incruſtatio ſtare poſſit per ſe, liberat ab immunditie, ſin minus, non liberat.

ג כותל המשמש את הבית ידון מחצה למחצה כיצד כותל שהוא לאויר והטומאה בתוכו מחצין ולפנים הבית טמא והעומד מלמעלן טהור מחצין ולחוץ הבית טמור והעומד מלמעלן טמא מחצה למחצה הבית טמא והעומד מלמען רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרין רבי יהודה אומר כל הכותל לבית׃

3. Paries domui inſerviens judicatur ratione utriuſque dimidii, quomodo? paries aëri obverſus in quo immunditiès eſt, a dimidio & interius, domus immunda eſt; qui vero ſuperius ſtat, immundus eſt; ſed a dimidio & exterius, domus eſt munda, qui vero ſtat ſuperius, is immundus eſt; ſi in medio utriuſque dimidii, domus immunda eſt, & qui ſuperius ſtat, ſecundum R. Meir immundus, at ſecundum Sapientes mundus. R. Jehuda dicit, totus paries pro domo eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

Paries in aëre conſiſtens, cujus unum latus poſitum eſt in aperto aëre, alterum vero latus domui inſerviens, ſicuti eſt paries diſcriminans inter domum & atrium, vel inter domum & hortum. *Et ſi immunditiès ſit in eo*, ſi paries fiſſus ſit, & immunditiès intraverit per fiſſuram iſtam. *A dimidio & interius*, ſi immunditiès exiſtat a dimidio parietis verſus latus domus, tum domus eſt immunda, perinde ac ſi immunditiès eſſet *in ipſa domo*, nam hujuſce dimidii conditio ſequitur domum; qui vero ſtat ſuperius in pariete, licet e regione immunditiei ſtet, tamen eſt mundus, eo quod hæc non habetur pro immunditie contigua, nec diffindit, ſed aſcendit, etenim conſideramus eam ac ſi in tentorium conjecta eſſet. *A dimidio & exterius*, ad latus quod aërem proſpicit, hoc in caſu non ſequimur conditionem domus, idcirco immundus eſt qui ſuperius ſteterit, quia hæe non eſt ut immunditiès in tentorium conjecta, ſed immunditiès contigua, & penetrans ac aſcendens. מחצה למחצה *ab unoquoque dimidio*, quia immunditiès eſt in medio, *R. Meyr immundum pronunciat*, nam parietis conditionem ſequimur, poſt domum, ad aggravandum. *Sapientes mundum pronunciant*, nam illi omnino ſequuntur conditionem domus; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Totus paries eſt pro domo*, licet immunditiès ſit in dimidio lateris aëris, tamen cum illa ſe res habet perinde ac ſi in domo eſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Paries in aperto aëre conſiſtens, ita ut craſſities parietis aperta ſit cœlum verſus, & limen inſideat parieti, & non poſitum ſit ſuper ipſo, tum ſi immunditiès in domo, & ea polluta ſit, omne id quod præterea in ipſa eſt, mundum eſt, quia immunditiès in domo eſſe cenſetur, idcirco ſi in vertice parietis ſteterit, mundus eſt, ſicut is qui ſuper limine domus ſteterit. Si vero immunditiès ſit in dimidio exterius prodeunte, tum immunditiès in domo non conſpicitur, & totus paries ſepulchri ſimilitudinem habebit. R. Jehuda dicit, quod totus paries a domo conſiderari debeat, licet immunditiès exiſtat a dimidio & exterius, domus immunda eſt, qui vero in pariete conſiſtit, mundus eſt, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, ſed ſecundum Sapientes.

ד כותל שבין שני בתים והטומאה בתוכו בית הקרוב לטומאה טמא והקרוב לטהרה טהור מחצה למחצה שניהם טמאין טומאה באחד מהן וכלים בכותל מחציו וכלפי טומאה טמאים מחציו וכלפי טהרה טהורין מחצה למחצה הרי הן טמאין מעזיבה שבין הבית לעליה טומאה בתוכה מחציה ולמטן הבית טמא ועליה טהורה מחציה ולמעלן העליה טמאה והבית טהור מחצה למחצה שניהן טמאין טומאה באחד מהן וכלים במעזיבה מחציה וכלפי טומאה טמאין

4. Si paries conſtitutus ſit inter duas domus, & immunditiès in ipſo, tum domus immunditiei propinquior, eſt immunda, ſi munditiei propinquior, munda eſt; ſi ab utroque dimidio, utraque immunda eſt; ſi immunditiès ſit in una, & vaſa in pariete poſita, a dimidio & juxta immunditiem, immundæ ſunt, a dimidio & juxta munditiem, mundæ ſunt; ſi ab utroque dimidio, tum immundæ ſunt. Pavimentum ſi ſit inter domum & cœnaculum, & immunditiès in ipſo, tum a dimidio & inferius domus immunda eſt, & cœnaculum eſt mundum; ſi a dimidio & ſuperius, cœnaculum eſt immundum, & domus munda; ſi ab utroque dimidio, ambo immunda ſunt. Si immunditiès ſit in uno, & vaſa in

טמאין ומחציה וכלפי טהרה טהורין מחצה למחצה הרי הן טמאים רבי יהודה אומר כל המעזיבה לעליה :

pavimento, tum a dimidio & juxta immunditiem, immunda ſunt; a dimidio & juxta munditiem, munda ſunt; ſi ab utroque dimidio, tum immunda ſunt. R. Jehuda dicit, totum pavimentum eſt pro cœnaculo.

R. OB. DE BARTENORA.

כותל שבין שני בתים *Paries qui inter duas domus eſt*, paries inter duas domus dividit. *Si immundities ſit in alterutra*, in domo alterutra. מעזיבה eſt tectum inter domum & cœnaculum dividens. R. Jehuda dicit &c. deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna tota eſt clara, ita ut non amplior elucidatio opus eſſe videatur; ne vero mireris quod vaſa polluantur in domo immunda, licet illa ſint inter ædificium, quia domus liberat ab immunditie, cum ea non ſint ſub incruſtatione, verum liberat ea ab immunditie dum ſunt ſub filo colligato, vel in tentorio alio, prout ſuperius notatum. At vero ſi illa ab ædificio abſorpta ſint, tum non liberat illud ab immunditie. Sed hoc fundamentum tibi jam expoſuimus capite nono codicis de Vaſis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה טומאה בין הקורות ותחתיה כקליפת השום אם יש שם פותח טפח הכל טמא אם אין שם פותח טפח רואין את הטומאה כאילו היא אוטם היתה נראית בתוך הבית בין כך ובין כך הבית טמא :

5. Si immundities ſit inter tigna, & ſub illis quid inſtar corticis allii, & ſi illic ſit apertura palmi, omnia ſunt immunda; ſi non ſit apertura palmi, tum conſiderant immunditiem perinde ac ſi illa occluſa eſſet. Si illa in domo conſpiciatur, hoc vel illo modo, domus immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

טומאה בין הקורות *Immundities inter tigna*, inter tigna tecti cui aſſeres impoſiti ſunt, quibus pavimentum ſive tabulatum impoſitum eſt; hæc Miſna eſt ſecundum tradita R. Jehudæ, qui dixit, totum pavimentum eſt pro tabulato; jam vero dicit, ſi immundities ſit in tignis ſub pavimento. Paries vero tenuis inſtar corticis allii dividit inter immunditiem & domum, quia immundities in domo non conſpicitur. *Si in loco immundo ſit apertura palmi*, ſi nempe ſit apertura palmi in loco immundo, tum omnia ſunt munda, domus nempe & cœnaculum. *Conſiderant immunditiem perinde ac ſi occluſa eſſet*, idcirco immundities non intrat domum, ſed findit & aſcendit. *Si illa conſpiciatur in domo*, quando ſub illa non eſt copia corticis allii. *Sive hoc ſive illo modo*, ſive apertura palmi ſit, ſive non ſit apertura palmi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus illius quod dicitur, *ſub tignis*, eſt, quod immundities ſit in ipſo tigno, & non in ipſo ædificio. כקליפת השום *inſtar corticis allii*, dimidium ſcilicet; ſcopus eſt quod vel ipſe paries tenuiſſimus, diſcriminet inter ſe & domum, quando in loco illius eſt menſura palmi quaquaverſum, ita ut domus non polluatur, ſed immundities quaſi in uno loco occluſa cenſetur, ut nihil pollui queat præterquam id quod conſpicitur ſuperius & inferius, ſicuti jam explicatur; hoc autem jus poſtulat ut immundities ſit interius, at vero ſi illa ſit in ipſo ædificio, tum requiritur determinatio in utroque dimidio ſicuti ſuperiori Miſna expoſitum eſt. Pariter ſi immundities non ſit in lapide, illius jus ſimile eſt juri illius quæ in tigno eſt, licet limen quod inter domum & cœnaculum eſt, habeat copiam petræ, vel ſimilis lapidis. In Toſaphta dixerunt, immundities ædificii judicatur in dimidio undiquaque; petræ vero immundities in copia corticis allii. Senſus illius quod in Miſna dicitur, *ſi conſpiciatur*, eſt quod hicce paries in quo immundities eſt, ſapphyreus ſit inſtar vitri & lapidis Schoham, & ſimilium, tum tota domus immunda eſt, imo licet in loco immundo non ſit palmus quaquaverſum.

ו בית המשמש את הכותל ידון כקליפת השום כיצד כותל שבין שני כוכין או בין שתי מערות טומאה בבתים וכלים בכותל ועליהן (ס"א) כקליפת השום טהורין טומאה בכותל וכלים בבתים ועליהן כקליפת השום טהורין טומאה תחת העמוד טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת :

6. Domus inſerviens parieti judicatur in copia corticis allii, quomodo? ſi paries ſit inter duas foveas vel ſpeluncas, & immundities in domunculis, & vaſa in pariete, atque ſuper iis copia corticis allii, munda ſunt. Si immundities ſit in pariete, & vaſa in domunculis & ſuper iis copia corticis, munda ſunt. Si immundities ſit ſub columna, immundities findit eſt aſcendit, findit & deſcendit.

R. OB. DE BARTENORA.

בית המשמש את הכותל *Domus inſerviens parieti*, in ſpeluncis effodere ſolent כוך *effoſſionem* pro mortuo, & prope eam iterum alteram, hinc paries intermedius per ſe fieri videtur, idcirco vocatur domus quæ inſervit parieti, quia paries intermedius factus eſt propter effoſſionem. Sed ædificium quod eſt ſuper terra, domui efficit ut ſit domus, idcirco vocatur paries domui inſerviens. *Si immundities ſit in domunculis*, in effoſſionibus & foveis. *Si ſuper ipſis ſit copia corticis allii*, *mundæ ſunt*, quia diſcriminat pro immunditie, idcirco jus eorum non eſt ut jus parietis qui inter ambas domus eſt. *Si immundities ſit ſub columna*, ſin ſepulchro ſit columna, vel ſpelunca, & ſub illa immundities contigua, quæ non habet menſuram palmi quaquaverſum, in altitudine palmi. *Immunditiès findens & aſcendens*, *atque deſcendens*, quicquid eſt e regione immunditiei ſuperius vel inferius, immundum eſt ſecundum jus omnis immunditiei con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent in terra locum magnum effodere ut in ipſo multos ſepeliant mortuos, & præterea in hoc loco multas effoſſiones effodere ut mortui iis imponantur, ſecundum menſuram cujuſlibet hominis in iis ſepulti, quodlibet autem ſepulchrum pro uno homine vocatur כוך: locus vero magnus ille qui multa כוכין *ſepulchra* comprehendit, vocatur ſpelunca; ſed nos hæc jam expoſuimus in codice ultimo de Damnis. Differentia autem inter id quod eſt inter domum parieti inſervientem, & inter parietem domui inſervientem, ita ſe habet, ſi paries conſiſtat in ſuperficie terræ, tum vocatur כותל & hinc iſte paries domui inſerviens, quoque conſtituit domum. Si vero quis duas in terra effoſſiones effoderit, unam ad latus alterius, tum paries intermedius non vocatur paries domui inſerviens, quia hæc effoſio non habet nomen ab iſta domo, quando aliquid factum fuerit in ipſa, ſed ab effoſſione; idcirco dicitur quod hæc ſit effoſſio do-

conteċtæ, at a lateribus mundum eſt, & hujuſmodi eſt jus columnæ domus.

domus parieti inſerviens. Porro dicit auċtor תחת העמוד *ſub columna*, nempe ſi immunditiés ſit ſub hoc pariete qui dividit inter duo כוכין vel inter duas ſpeluncas, ita ut immunditiés conſpiciatur illic, immundum eſt omne id quod eſt è regione illius uſque ad cœli expanſum, & quicquid e regione illius eſt uſque ad abyſſum; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *diffindit & aſcendit*, *diffindit & deſcendit*, atque hoc eſt fundamentum pro toto hocce codice, nam quando immunditiés obſtruċta eſt, ſive in loco quodam circumdato cui ea adhæret, ibique non ſit palmus quaquaverſum, tum quicquid e regione immunditiei eſt, ſive ſuperius, ſive inferius, immundum eſt, nam altitudo ſuper illo ædificata hac in parte nihil juvat. Imo licet columna ſit in domo, & immunditiés ſit in domo, jus erit ſicuti meminimus. Ita vero docetur in Toſaphta, ſi columna conſiſtat in domo, & immunditiés ſub illa ſit. *Diffindit & aſcendit*, *diffindit & deſcendit*, ſi in loco immundo ſit palmus quaquaverſum in altitudine palmi, tum locus iſte ſimilis eſt ſepulchro abyſſi, & polluit quicquid circum ipſum eſt; hoc fundamentum memoriæ mandes volo ne hæc ſæpius repetere cogar.

ז כלים שתחת הפרח טהורים רבי יוחנן בן נורי מטמא הטומאה והכלים שתחת הפרח אם יש שם פותח טפח טמאין ואם לאו טהורין שני פרדסקים זה בצד זה או זה על גב זה נפתח אחד מהן הוא והבית טמא וחבירו טהור ורואין את הפרדסקין כאילו הוא אוטם ידון מחצה למחצה להביא את הטומאה לבית :

7. Vaſa ſub prominentiis poſita, ſunt munda. R. Jochanan filius Nuri ea immunda pronunciat. Si immunditiés & vaſa ſub prominentiis poſita ſint, & illic ſit apertura palmi, immunda ſunt, ſin minus, munda ſunt. Duæ columnæ juxta ſe ſi conſiſtant, vel una ſupra alteram, ſi una ex iis excavata ſit, tum ipſa & domus mundæ ſunt, altera vero munda eſt; columnas vero conſiderant ac ſi obturatæ eſſent, & judicantur ſecundum dimidium quaquaverſum ad immunditiem in domum introducendam.

R. OB. DE BARTENORA.

פרח Eſt res prominens & lata, quæ in ſummitate & in medio columnæ protuberat. Vaſa huic פרח *prominentiæ* ſuppoſita ſunt munda, hic enim ſermo eſt de columna in loco publico conſiſtenti, vel in horto, ſub qua immunditiés eſt, פרח protuberante ex hac columna in menſura palmi exterius, & interius tentorium faciente ſuper vaſa. *Munda ſunt*, quia immunditiés diffindit & aſcendit, idcirco mundum eſt quicquid eſt in lateribus. *R. Jochanan Nuri filius immunda pronunciat*, quia פרח ſimilis eſt columnæ, quando autem immunditiés findit, tum illa ad vaſa referenda eſt, quia פרח ſuper illa tentorium facit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon filium Nuri. *Immunditiés & vaſa quæ ſub* פרח *ſunt*, præter columnas palmi פרדסקין, quæ ſunt columnæ excavatæ, & parieti domus infixæ, quæque multa habent foramina ſive feneſtras & fores, immunditie exiſtente ſub ipſis columnis. *Si una ex iis excavata ſit*, tum domus immunda eſt, quia immunditiés findit in ipſa; & in domum ingreditur, licet immunditiés ſit in dimidio parietis & exterius, quia non judicatur ut domus, nihilominus tamen domus immunda eſt. ורואין את הפרדסקין & *conſiderant columnas*, ſi janua ſit clauſa & non aperta, rem conſiderant quaſi illic non eſſet, & ſi immunditiés ſit ſub iis, paries judicatur ſecundum dimidium quaquaverſum, ſicuti traditum eſt ſuperius, a dimidio & interius, domus eſt immunda, a dimidio & exterius, domus eſt munda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרח Notat id quod e pariete protuberat inſtar columnæ, ſicuti id quod eſt in ædificio alto ex incruſtatione luti & calcis, in ornatum, hinc dicitur 1 Reg. 7, 26. פרח שושן Porro dicit auċtor, ſi ſit columna in qua eſt immunditiés, & ex hac columna prodeat, vaſaque conſtituta ſint ſub פרח *prominentia*, atque illa prominentia tentorium fecerit ſuper iſtis vaſis, tum iſta vaſa ſunt munda, quia immunditiés perrumpit & aſcendit, idcirco id duntaxat polluitur quod e regione illius eſt, ita in Toſaphta expoſitum eſt; etenim prominentia de qua hic ſermo ſit, ſi immunditiés ſit in uno ex hiſce vaſis, quod poſitum eſt ſub prominentia, & ſi etiam alia vaſa ſub hac prominentia poſita ſint, atque prominentia illa ſub qua immunditiés & vaſa exiſtunt, alta ſit palmum, vel ultra, tum illa ſuper omnibus tentorium fecit, atque omnia vaſa polluta ſunt in tentorio mortui; ſi vero minus ſit quam palmi menſura, tum non eſt tentorium, uti expoſitum eſt, polluitur autem quicquid tetigerit immunditiem. פרדסקין notat ſpatium abditum in domus pariete effoſſum in forma exigui promptuarii, quod ſera & clave inſtruċtum eſt; ſi igitur in uno e parietibus domuum ſint duo conclavia, unum prope alterum, & immunditiés exiſtat in uno, idque apertum fuerit, altero conclavi occluſo, tum iſtud conclave in quo immunditiés eſt cum tota domo immundum eſt, clauſum vero conclave manet mundum, ſi immunditiés poſita ſit in conclavi. At vero ſi illa abſconſa ſit in fornice conclavis, ſive ſuperius ſive inferius, ſive ad latus illius, tum conclave totum quaſi obſtruċtum eſt, idcirco auċtor dicit, כאילו הוא אוטם *perinde ac ſi occluſum eſſet*. Si vero immunditiés ſit in pariete duro, in quo nulla eſt excavatio, tum inquirendum eſt an immunditiés ſit in craſſitie quæ domum reſpicit, vel in dimidio alio, tum domus eſt munda ſecundum quod ſecundum fundamentum ſtatuimus in hocce capite, ſi nempe in craſſitie parietis ſint quatuor ſpithamæ, & in [illegible]te conclavis duæ ſpithamæ, remanentibus duabus ſpithamis, hinc immunditiés erit occulta in ipſa e longinquo, ſi [illegible] immunditiés duas diſtet ſpithamas & palmum a concavo domus, quod eſt dimidium parietis, tum domus eſt munda, atque hoc eſt commodum illud quatenus conſideramus conclavia occluſa, & immunditiés in domum introducitur. Sed ratione immunditiei in uno conclavi ex altero provenientе, ſi conſideraverimus omnia occluſa eſſe, immunditiés perrumpit & aſcendit, polluiturque omne id quod eſt e regione conclavis unius; atque hæc omnia in Toſaphta ſunt expoſita, illic enim dixerunt quod פרדסקין columnæ apertæ ſint verſus domum immunditie in ipſius fundo exiſtente; vel in pariete ante quem immunditiés perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit. *Et conſiderant columnas perinde ac ſi occluſæ eſſent*, in dimidio quaquaverſum, ad immunditiem in domum introducendam, tribus columnis juxta ſe invicem poſitis, vel una poſita poſt aliam, vel una ſuper alia poſita, immunditie exiſtente ſub iis, vel inter eas, vel ſuper iis, immunditiés perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit, & columnæ conſiderantur ac ſi obſtruċtæ eſſent, judicanturque in dimidio quaquaverſum, ad immunditiem in domum introducendam, hæc omnia ſunt clara ex iis quæ hic expoſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon filium Nuri.

פרק ז הטומאה בכותל ומקומה טפח על טפח על רום טפח כל העליות שעל גבה אפילו הן עשר טמאות היתה עליה אחת על גבי שני בתים היא טמאה

Caput 7. Si immunditiés ſit in pariete, & iſte locus ſit unius palmi quaquaverſum, in altitudine palmi, tum omnia cœnacula ſuper ipſo, licet decem fuerint, immunda ſunt. Si unum cœnaculum ſit

טמאה וכל העליות שעל גבה טהורות כותל שנית
(ס"א שונית) טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת
נפש אטומה הנוגע בה מן הצדדין טהור מפני
שטומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת אם היה מקום
הטומאה טפח על טפח על רום טפח הנוגע בה מכל
מקום טמא מפני שהיא כקבר סתום סמך לה סוכות
טמאות רבי יהודה מטהר :

ſit ſuper duabus domibus, tum illud immundum eſt, omnia vero cœnacula ſuper ipſo, ſunt munda. Paries ſecundus eſt, immunditics perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit. Monumentum occluſum ſi quis tetigerit ad latera, mundus eſt, quia immundities perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit. Si locus immunditiei ſit unius palmi quaquaverſum in altitudine palmi, tum ſi quis attigerit illum, nihilominus tamen immundus eſt, quia ſepulchro occluſo ſimilis eſt. Si ei operculum adjunxerit, immunda ſunt, R. Jehuda illa pronunciat munda.

R. OB. DE BARTENORA.

הטומאה שעל גבה *Immundities quæ ſuper eum eſt*, ſuper parietem. *Decem licet ſin*, *immunda ſint*, quia paries iis inſervit, & capita tignorum cœnaculi infixa ſunt parieti, paries vero altus eſt, & cœnaculo cuique eſt interſtitium aliquod, quia unum eſt ſupra aliud, ſed hoc ita intelligas ſi locus immunditiei quaquaverſum habeat palmum, quia totus paries pro ſepulchro occluſo habetur, & immunditiem adducit pro omnibus cœnaculis. At vero ſi illic non ſit palmus quaquaverſum perrumpens e regione illius, tum latera ſunt munda, ſed paries non judicatur in dimidio quaquaverſum, licet illic non ſit fiſſura a parte cœnaculorum. *Si cœnaculum unum ædificatum ſit ſuper duabus domibus*, & cœnaculum ædificatum ſit ſuper ambabus domibus; *illud mundum eſt*, cœnaculum primum, nam paries iſte tangit uſque ad tabulatum, & immundities ipſum perrumpit. *Omnia cœnacula ſuper ipſo*, *ſunt munda*, nam tabulatum ei parieti impoſitum diſcriminat pro immunditie. כותל השונית *Paries Schunit*, eſt paries ædificatus in loco ad quem mare pertingit quum illud eſt procelloſum. *Immundities perrumpit & aſcendit*, ſi immundities ſit ſub illo, tum paries iſte non polluit quicquid circum ipſum eſt, quia illic non eſt concavum aliquod unius palmi. נפש אטומה *monumentum occluſum*, intellige monumentum aliquod ſepulchro impoſitum, quodque immunditiem ſepulchri undique claudit, quoniam mortuus in arca non ſepultus eſt, ut in ipſo eſſet concavum palmi. *Inſtar ſepulchri occluſi*, quod omnes circumjacentes res tactu polluit. *Si ipſum erexerit*, hæc verba ſpectant ad monumentum occluſum, de quo ſuperius dictum eſt, ſi quis illud tetigerit a lateribus, mundus eſt. Si vero quis huic ſepulchrali monumento occluſo fecerit tabernaculum in forma liminis, tum immundum eſt hoc tabernaculum, quia illud ſimile eſt tentorio mortui. *R. Jehuda mundum pronunciat*, quia illud a lateribus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt quod nunquam eſt obliviſcendum, nempe quod immundities, ſi illa in ædificio non occluſa ſit, ſed ſupra excavationem aliquam unius palmi ſit inſtar ſepulchri, & polluatur quicquid illud tetigerit, & quicquid ſuper illo eſt, & quicquid additur altitudini ædificii, id inſtar ſepulchri eſt, licet juxta hoc ædificium fuerit quicquid ſit; idcirco omnia cœnacula ſuper impuritatibus facta, ſi unum ſit ſupra alterum, tum iſte paries in quo immundities eſt, aſſociatus eſt omnibus, in hac figura; ſi vero ſupra immunditie mortui non ſit excavatio aliqua, ſed paries conſiſtat in ipſa immunditie, tum illa polluit id quod ſupra illam eſt & infra e regione, ſed ea non polluit latera parietis, neque id quod non eſt e regione immunditiei, ſive ſuperius, ſive inferius. היתה עליה *ſi fuerit cœnaculum*, ſupra ambas domus, hoc ſenſu, ſi immundities ſit in pariete inter duas domus, uſque dum cœnaculum tentorium fecerit ſupra parietem in quo eſt immundities, & ſuper hoc cœnaculo altero, tum paries qui eſt inter duas domus, habetur pro ſepulchro; & cœnaculum ſuper quo immundities eſt, cum in ipſo ſit ſepulchrum, & quod ſupra illud eſt, mundum eſt; vel tabulatum dividit, ſicuti ſuperius dictum eſt, quod tentorium ab immunditie liberet. Licet autem hæc omnia ſint clara ex figura ſuperiori, nihilominus tamen alteram figuram adjiciam ad eadem illuſtranda. כותל שנית *paries ſecundus*, ita vocatur paries qui ſuper alterum parietem poſitus eſt, ita ut parietes ad ſe proxime accedant, & immundities inter eos conſtringatur. נפש notat monumentum aliquod ſuper ſepulchro erectum, cujus nomen ſatis notum eſt in Ægypto, etenim סכה Arabice אלקבר dicitur. Cæterum jam expoſitum eſt quod אטום ſit durum quid cui non eſt excavatio, nec janua; quando auctor dicit, monumentum ſepulchrale immundum, illius mens eſt quod hæc ſtructura ipſi immunditiei impoſita ſit, cadavere non incluſo arcæ, exiſtente ibidem concavo palmi. *Si ei adjunxerit tabernacula*, hæc referenda ſunt ad monumentum ſepulchrale, dicit itaque quod ſi illic ſit ædificium parietis, & limen ei impoſitum fuerit pro tabernaculo, tum hoc tabernaculum immundum eſt, & tentorio mortui ſimile. R. Jehuda id mundum pronunciat, quia mundum eſt quod tetigerit latera illius, ſecundum id quod ſuperius dictum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב כל שיפועי אהלין כאהלין אהל שהוא שופע ויורד
וכלה עד כאצבע טומאה באהל כלים שתחת השיפוע
טמאים טומאה תחת השיפוע כלים שבאהל טמאין
טומאה בתוכו הנוגע בו מתוכו טמא טומאת שבעה
ומאחוריו טמא טומאת ערב טומאה מאחוריו הנוגע
בו מאחוריו טמא טומאת שבעה מתוכו טמא טומאת
ערב בחצי זית מתוכו וכחצי זית מאחוריו הנוגע בו
בין מתוכו בין מאחוריו טמא טומאת ערב מקצתו
מרודד על הארץ טומאה תחתיו או על גביו טומאה
בוקעת

[illegible]Omnes tentoriorum declivitates tentorii ſunt [illegible]s. Tentorium ſi inferius declive ſit, & in menſura digiti deſinat, ſi immundities ſit in tentorio, tum vaſa ſub declivitate illa poſita, ſunt immunda; ſi immundities ſit ſub declivitate, tum vaſa in tentorio poſita, ſunt immunda. Si immundities ſit in ipſa, & quis tetigerit eam intus, pollutus eſt immunditie ſeptidui; ſi poſterius eam tetigerit, pollutus eſt immunditie veſpertina. Si immundities ſit a poſteriori parte, & quis illud tetigerit a poſteriori parte, pollutus eſt immunditie ſeptidui, ſi interius, pollutus eſt immunditie veſpertina. Si dimidium olivæ ſit interius, & tantundem exterius, & quis illud tetigerit interius vel exterius, pollutus eſt immunditie veſpertina. Si pars extenſionis ſuper

בוקעת ועולה בוקעת ויורדת אהל שהוא נטוי בעלייה מקצתו מרודד על הארובה שבין הבית לעלייה רבי יוסי אומר מציל רבי שמעון אומר אינו מציל עד שיהא נטוי כנטית האהל :

per terram ſit, & ſub illa immunditiesi, vel ſuper illo, tum immunditiesi findit & aſcendit, findit & deſcendit. Si tentorium ſuper cœnaculo inclinatum ſit, & pars illius extenſa ſuper feneſtra inter domum & cœnaculum, R. Joſe dicit, liberat, R. Simeon dicit, non liberat, niſi donec inclinatum ſit, inſtar tentorii.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שפועי אהלים כאהלים *Omnes declivitates tentoriorum ſimiles ſunt tentoriis*, ſi immunditiesi ſit ſub declivitate, etſi illa non ſit ſub tecto tentorii mortui, res ſe habet perinde ac ſi eſſet ſub tecto. *Et deſinit in copia digiti*, ſupra latus tecti, quia non ſolliciti ſumus de tentorio immunditiei, niſi interius ſit aër ſecundum menſuram palmi quaquaverſum in altitudine palmi quadrati. *Si immunditiesi ſit in tentorio*, a latitudine tecti quod non declive eſt, vocatur proprie tentorium. *Si quis tetigerit illud intus*, nam latus interius tentorii, & latus exterius tecti, quod non declive eſt, pro duobus vaſis habentur, latus vero quod e regione immunditiei eſt, habetur ut vas quod ipſum mortuum tetigit, ſecundum vero latus habetur ut vas quod tetigit vaſa, idcirco ſi immunditiesi ſit interius, & quis tetigerit, pollutus eſt immunditie ſeptidui, tum ſe jus habet ut cum homine qui tetigit vaſa quæ tetigerunt mortuum, ſicuti expoſitum eſt in principio antecedentis capitis, quod is pollutus ſit immunditie ſeptidui. *Sed qui exterius tetigerit, is pollutus eſt immunditie veſpertina*, ſicuti traditur, vaſa quæ tetigerint vaſa, ſunt immunda immunditie ſeptidui; tertius vero gradus immunditiei ſive is ſit in homine, ſive vaſe, pollutus eſt immunditie veſpertina. Sed cum immunditie quæ contrahitur exterius contra ſe res habet, quia latus exterius ſe habet ut mortuus, *latus vero interius* ſe habet ut vaſa quæ tetigerunt alia vaſa; ratio autem quare latus interius & latus exterius habeantur pro duobus vaſis, eſt quod immunditiesi ſit interius, & quia ab immunditie liberat ne immunditiesi perrumpat & aſcendat, non eſt ei facultas ad polluendum eum qui tetigerit, immunditie ſeptidui. Quando autem immunditiesi exiſtit exterius, quia tum liberat ne immunditiesi perrumpat & deſcendat, idcirco ei non eſt facultas interius ad polluendum immunditie ſeptidui eum qui tetigerit ipſum; nihilominus tamen tentorium ipſum, ſive interius, ſive exterius, immundum eſt immunditie ſeptidui, quia hic eſt caſus de vaſis quæ alia vaſa tetigerunt; tota vero hæcce Miſna loquitur de tempore quo mortuus e tentorio jam elatus eſt. *Dimidium olivæ interius, & dimidium olivæ exterius*, tum pollutum eſt tentorium, omnino enim eſt immunditiesi ſeptidui, quia dimidium olivæ interius eſt mixtum cum dimidio olivæ exterius; at ſi quis tetigerit, ſive interius, ſive exterius, immunditiesi veſpertina duntaxat incidit, quandoquidem enim in uno loco non eſt olivæ copia, idcirco undiquaque illa eſſe non poteſt, ſed habetur ut vaſa quæ tetigerunt alia vaſa, idcirco is qui tetigerit illud, pollutus eſt immunditie veſpertina. *Si extremitas illius expanſa ſit in terram*, poſtquam tentorium ſit expanſum, redundantia cortinarum tentorii expandi ſolet in terram; verbum רדד in Targum occurrit pro Hebraico רקע, videſis Exod. 39, 3. *Si immunditiesi ſit ſub ipſa*, ſub expanſione iſta רדוד dicta. *Vel ſuper ipſa*, ſuper eadem expanſione. *Perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit*, & tentorium polluitur, ſed quod intravit, id mundum eſt, ſi non tetigerit illud. *Extremitas tentorii ſuper feneſtram expanſa*, quæ feneſtra eſt inter domum & cœnaculum, immunditie in domo exiſtente. R. Joſe dicit, liberat, nempe cœnaculum ab immunditie. כנטית אהל *ut inclinatio tentorii*, quando feneſtra eſt in aëre ſive concavo tentorii, tum liberat ab immunditie totum cœnaculum quod extra tentorium eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit מתוכו ומאחוריו *interius & exterius*, illud referendum eſt ad declivitatem, & non ad tentorium; pariter quando dicit, מקצתו מרודד *aliquid de extenſione*, intelligas partem aliquam declivitatis, nempe, ſi aliquid de ſuggeſtu extenſum ſit ſuper terram, Targum verbum וירקעו reddit per ורדידו Exod. 39, 3. Sin autem immunditiesi in terram extenſa ſit ab extremitate ſuggeſti, vel poſita ſit inter terram & extremitatem ſuggeſti, tum ſuggeſtum penetrat & aſcendit, ſecundum fundamentum quod ſtatuimus. Sed in Toſaphta hæc controverſia jam memorata eſt, quatenus immunditiesi eſt ſub declivitate, vel a poſteriori parte, ſicuti ibidem dicitur, ſi dimidium olivæ ſit interius, & tantundem a poſteriori parte, tum ſi quis tetigerit, ſive interius ſive exterius, pollutus eſt; de hiſce omnibus vero dicitur, & tentorium ipſum eſt immundum pollutione ſeptidui; hinc colligimus ſermonem fieri de declivitate, ſive de loco tentorii qui cum declivitate quadam deſcendit de tecto tentorii, & incidit in angulum latum, ita quidem ut hæc latitudo non removeatur ad quid addendum, niſi donec latus acuminatum a parte ſuggeſti ſuper terram ſit acutiſſimum, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *& deſinit quaſi in menſura digiti*, in hac figura, quamvis tentorium ipſum in cœnaculo inclinatum ſit. R. Joſe dicit, quandoquidem hic paries jam obſtructus ſit operculo tentorii circum cum expanſo, & concavum tentorii circumdet feneſtram cœnaculi, idcirco mundus eſt. R. Simeon dicit, quod cœnaculum ſit immundum propter feneſtram, cum non ſit differentia inter tentorium circum ipſum expanſum, atque inter id quod veſte opertum eſt, quia non facit interſtitium, ſicuti dictum eſt ſuperius; cœnaculum vero mundum eſt quando id ſub tecto tentorii poſitum eſt.

ג המת בבית ובו פתחין הרבה כולן טמאים נפתח אחד מהן הוא טמא וכולן טהורים חשב להוציאו באחד מהן או בחלון שהוא ארבעה על ארבעה טפחים הציל על כל הפתחים בית שמאי אומרים יחשוב (ס״א והוא שחשב) עד שלא ימות המת בית הלל אומרים אף משמת היה סתום ונמלך לפותחו בית שמאי אומרים כשיפתח ארבעה טפחים ובית הלל אומרים כשיתחיל ומודים בפותח בתחלה שיפתח ארבעה טפחים :

3. Si in domo ſit mortuus, atque in ipſa multæ januæ, omnia ei ſuppoſita immunda ſunt; ſi una ex iis ſit aperta, iſta eſt immunda, ſed reliqua omnia ei ſuppoſita ſunt munda. Si intenderit eum educere per unam ex iis, vel per feneſtram, quæ quatuor quaquaverſum eſt palmorum, omnes januas ab immunditie liberavit. Schola Schammai *dicit*, intendat donec mortuus nondum *obierit*; *Schola Hillelis* dicit, etiam ex quo obierit. Si janua obſtructa ſit, & is deſtiterit ab eductione per januam, Schola Schammai dicit, quando quatuor palmi aperti ſunt. Schola Hillelis *dicit*, quando inceperit; utraque vero conveniunt in apertura prima, quando quatuor palmi ſunt aperti.

R. OB. DE BARTENORA.

כלן טמאין *Omnia ſunt immunda*, nempe omnia vaſa ſuperliminari januæ ſuppoſita in concavo oſtiorum foris, immunda ſunt, licet occluſa ſint oſtia, Sapientes enim decreverunt immunditiem cadere in ſuperliminare, quia mortui per iſtam viam tandem efferri ſolent. *Si cogitaverit illum efferre per unam ex illis*, licet iſta janua non ſit aperta. *Vel per feneſtram quæ quaquaverſum quatuor palmos habet*, nam per tale ſpatium ſecundum Sapientes efferri poteſt funus. *Liberat omnes januas*, clauſas nempe. *Cogitet donec mortuus nondum obierit*, nam a quo tempore ritus immunditiei in januas incidit mediante obitu mortui, tum de iis iterum non incidit cogitatio, niſi ratione operis, id eſt, ſi aperuerit januam. *Schola Hillelis dicit, etiam ex quo obiit*, quia cogitatio exuit ritum immunditiei a januis ab hoc tempore, & deinceps. Sed vaſa quæ in januis fuerunt ante cogitationem iſtam ſecundum Hillelis Scholam immunda ſunt. *Si obſtructa ſit*, ſi una e januis obſtructa ſit lapidibus. *Quando quatuor palmi ſunt aperti*, tum reliquæ januæ liberatæ ſunt ab immunditie. כפותח תחלה *in apertura prima*, ut, ſi ſit paries qui non habet januam, & quis januam novam ædificet, januæ reliquæ non liberatæ ſunt ab immunditie, niſi donec hæc janua quaquaverſum quatuor palmos habuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando omnes januæ ſunt clauſæ, tum tota domus eſt inſtar ſepulchri atque polluit quicquid tetigerit ipſam, hinc dixerunt, domus occluſa polluit quicquid circum ipſam eſt; una autem e januis aperta, inde colligitur ipſum cogitaſſe de mortuo per januam educendo, licet ea adhuc non aperta ſit; vel ſi inter januas una ſit janua ædificata, per quam mortuus efferri poſſit membratim, licet id prohibitum ſit, tamen liberat ab immunditie omnes januas. Si vero inter illas ſit janua quædam clauſa, tum is qui conſederit ſub limine ex hac janua egredeunte, non pollutus eſt, & hæc eſt ratio quod janua jam liberaverit ab immunditie, ſicuti expoſitum eſt capite tertio hujuſce codicis, ratio eſt quod domus excipitur a jure ſepulchri, & domus manet ſicuti fuit, nec polluit quicquid circum ipſam eſt; hæc recte intelligas volo. Senſus illius quod dicitur פותח תחלה *apertura prima* eſt, quod janua aperiatur in aliquo parietis loco ubi antea non fuit janua, de qua tamen nonnemo cogitavit ſe per illam educturum funus; cæterum capite tertio hujuſce codicis jam expoſitum eſt quod funus efferri poſſit per quatuor palmorum ſpatium.

ד האשה שהיא מקשה לילד והוציאוה מבית לבית הראשון טמא בספק והשני בודאי אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהיא ניטלת בגפים אבל אם היתה מהלכת הראשון טהור שמשנפתח הקבר אין פנאי להלך אין לנפלים פתיחת הקבר עד שיעגילו ראש כפיקה :

4. Mulier ſi quæ difficulter pariat, & educta ſit ex una domo in alteram, tum prima polluta eſt dubie, ſecunda autem certo. Dixit R. Jehuda, quando? ſi illa ablata ſit brachiis, at ſi incedat, prima eſt munda; ex quo matrix aperta eſt, tum non eſt otium incedendi. Abortibus non eſt apertura matricis, niſi donec caput ſit rotundum inſtar coli.

R. OB. DE-BARTENORA.

והוציאוה מבית לבית *Et extulerint eam ex una domo in alteram*, & illa pepererit in altera domo abortum, tum nobis dubium eſt an abortus iſte five mortuus fœtus e domo prima prodierit. בזמן שהיא נטלת בגפיים *quando illa ablata eſt brachiis*, ſi ſociæ illius ſumpſerit eam in brachiis ſuis, quia incedere non poterat, tum nobis ſuſpicio eſt quod fœtus mortuus in domo prima forſan prodierit. Per קבר *ſepulchrum* intellige matricem mulieris, quæ aperitur quando fœtus in lucem prodit. *Abortus non eſt apertura matricis*, hoc eſt ſignum ſermonis R. Jehudæ, qui ita ſe habet, quod dicimus, ex quo ſepulchrum ſive matrix aperta eſt, non amplius incedendi negotium eſt, id duntaxat intelligendum eſt de abortu cujus caput rotundum eſt inſtar uvæ, id eſt, qui orbiculum habet magni capitis inſtar coli in quo mulieres nent; at ſi abortus non habeat orbiculum capitis inſtar uvæ, ſed quod minus eſt, licet matrix aperta ſit & caput fœtus prodeat foras, tamen puerperæ eſt tempus abeundi, idcirco ſuſpicamur caput forſitan prodiiſſe in prima domo; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אשה שהיא מקשה לילד *Mulier quæ difficulter parit*, caſus ita ſe habet, ſi in ventre mulieris obierit fœtus, illa vero inceperit ſe male habere in domo prima, quapropter in alteram domum tranſportata fuit, ubi fœtum mortuum enixa eſt, unde domus in qua ſe ipſa male habere comperit, polluta fuit ex dubio quodam, quia dicimus forſan illic uterum apertum fuiſſe & fœtum exiiſſe mortuum, quo domus polluta eſt. Cæterum R. Jehuda dicit, ſi illa tranſlata ſit dum ſibi dolores accedere animadverteret, ita ut abire non poſſet niſi aliarum mulierum brachiis ſuffulciretur, tum fieri poteſt ut uterus aperiatur & prodeat fœtus. Per vocem קבר *ſepulchrum* hic intelligas רחם *matricem* ſive *uterum*, quæ phraſis ubique in Gemara occurrit. Porro dicit auctor, quod ab eo tempore quo uterus apertus eſt, puerpera abire nequeat, at vero ſi illa abierit per ſe nullo auxiliante, tum prima domus munda eſt. Deinceps dicit quod abortus non habeant uteri apertionem niſi donec capita eorum ſint rotunda inſtar coli. Cæterum in Toſaphta jam expoſitum eſt, quod cum hic dicatur פיקה intelligi debeat colus in quo nent, tum dixerunt, ut colus ſtaminis. Si igitur mulieri dolores partus contigerint in domo prima, & ipſa illinc exierit in ſecundam ibique abortum fecerit, qui non habet formam uvæ, ſed minorem copiam, tum prima domus immunda eſt ex dubio, licet mulier ex una domo abierit in alteram, quia nos dicimus forſan fœtum prodiiſſe in domo prima, & exiguam capitis illius partem forſan prodiiſſe poſt exitum mulieris, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *abortus non habent aperturam matricis*, quia dicimus quod inceſſus ei ſit impedimento, quando matrix ſe aperuit; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ה יצא הראשון מת והשני חי טהור הראשון חי והשני מת טמא רבי מאיר אומר בשפיר אחד טמא בשני שפירים טהור :

5. Si primus fœtus prodierit mortuus, ſecundus vero vivus, mundus eſt; ſi primus prodierit vivus, & ſecundus mortuus, immundus eſt. R. Meyr dicit, ſi in una mola ſint, immundus eſt, ſi in duabus molis, mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא הראשון מרת *Si primus prodierit mortuus*, ſi fœtus primus prodierit mortuus, ſecundus vero vivus, tum ſecundus eſt mundus ab immunditie mortui, ſi mortuum e domo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando in Miſna dicitur טהור וטמא *mundus & immundus eſt*, ſenſus eſt de fœtu vivo, differentia vero inter partum vivi fœtus & partum mortui fœtus qui prius prodierunt,

mo extulerint ante partum ſecundi, nam cum iſte adhuc eſſet in ventre matris, idcirco non polluitur, licet matrix jam aperta eſſet, quia mundities abſorpta non polluitur. הראשון חי *primus vivus*, ſecundus vero mortuus, licet vivus e domo elatus ſit, antequam mortuus ſit natus, tamen quia vivus exit, matrix aperta fuit, & ſtatim pollutus fuit fœtus, quia immundities tandem exit. בשפיר אחד טמא *in unam molam immundus eſt*, nempe, ſi ambo fœtus prodierint in forma unius molæ, quum ſimul prodierunt, immundus eſt: שפיר notat embryonem ſive ſecundinas quibus fœtus includitur. בשני שפירים *in duabus molis*, quaſi dixiſſet in forma duarum molarum, quarum una ſequitur alteram, licet prima vixerit, & ſecunda obierit, tamen mundus eſt, quia R. Jehuda putat, quod etiamſi matrix aperta ſit, tamen non polluat, niſi donec in aërem prodierit; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

runt, ea eſt quam tibi dicam, nam poſtquam hic tetigerit ipſum in ventre, non polluit ipſum, niſi tetigerit ipſum poſtquam in aërem mundi prodierit, quia fœtus vivus ſeipſum propellit, & egreſſu ſuo redit, nam natura ipſum corroborat donec completus fuerit; mortuum vero dudum dimiſit vis naturæ, & non corroboravit ipſum, ſed impulit ipſum, quando mater graviter ipſum compreſſit. Quum vero fœtus primus prodierit mortuus, tum dicimus naturam propulſaſſe ipſum, & non fœtus vivus egreſſu ſuo, neque mortuum tetigiſſe ratione egreſſus. Sin autem prævenerit vivus, tum hicce mortuus in exitu ipſum prehendet abſque dubio, quia in utero non prehendit vivum ipſum, ſed ſi exiit apud januam matricis, tum protrahetur a vivo, eique adhærebit, proinde polluit ipſum apud exitum. Cæterum tibi jam expoſui in codice de Menſtruis, quod infans unius diei polluat mortuo. שפיר *mola*, idem eſt quod שליה *ſecundinæ* in quibus fœtus continetur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ו האשה שהיא מקשה לילד מחתכין את הולד במעיה ומוציאין אותו אברים אברים מפני שחייה קודמין לחייו יצא רובו אין נוגעין בו שאין דוחין נפש מפני נפש:

6. Si mulier difficulter pariat, fœtum diſcindunt in viſceribus ejus, & membra ſingula educunt, quia matris vita præcedit vitæ fœtus. Si plurima pars prodierit, tum non tangunt ipſum, quia non deſtruunt animam ob animam.

R. OB. DE BARTENORA. *Si plurima pars prodierit*, fœtus nempe, ſi vero maxima capitis pars prodierit, ſive quum prodierit pubes illius, tum non tangunt ipſum. *Quia non propellunt animam*, fœtus animam non propellunt ob mulieris animam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hæc omnia ſunt clara, & propterea non requiritur ut ea explicemus amplius.

פרק ח יש מביאין את טומאה וחוצצין מביאין את הטומאה ולא חוצצין חוצצים ולא מביאין לא מביאין ולא חוצצין אלו מביאין וחוצצין השידה והתיבה והמגדל כוורת הקש כוורת הקנים ובור ספינה אלכסנדרית שיש להן שולים והן מחזיקים ארבעים סאה (ס"א) בלח שהם כוריים ביבש ויריעה וסקורטיא וקטבליא ושדין ומפץ ומחצלת שהן עשוין אהלים ועדר בהמה טמאה וטהורה ומכונות חיה ועוף (ס"א) והעוף ששכן והעושה מקום לבנה בשבלים האירוס והקיסוס וירקות חמור ודלעת יונית ואוכלים טהורים רבי יוחנן בן נורי לא היה מודה באוכלים טהורים חוץ מן העגול של דבלה:

Caput 8. Sunt res quæ immunditiem adferunt & dividunt, ſunt quæ adferunt quidem, ſed non dividunt, vel dividunt, ſed non adferunt; ſunt etiam quæ nec adferunt nec dividunt; hæc adferunt & dividunt, arca, capſa, promptuarium, alvearium e ſtipula, alvearium e calamis, & puteus navis Alexandrinæ, quæ fundum habent, & quadraginta Sata in liquidis continent, quæ duo ſunt Cori in aridis. Præterea cortina, pellis, κατάβολή, ſindon, matta & ſtorea, e quibus tentoria fiunt. Ita etiam grex immundi & mundi pecoris, habitacula ferarum & volucrium, & avis quæ habitat, & quod locum album facit in ſpicis, menta, hedera, olera aſini & cucurbita Græca, atque cibi mundi. R. Jochanan filius Nuri non conceſſit de cibis mundis palathæ orbiculo excepto.

R. OB. DE BARTENORA.

יש מביאין את הטומאה *Sunt quæ inducunt immunditiem*, ſi hæ res tentorium fecerint ſuper immunditie, homine, vel vaſis, tum immunditiem iis adferunt, licet immunditiem ipſam non tetigerint, וחוצצין *& dividunt*, ſi immundities ſit ſub ipſis, tum hominem & impoſita ſibi vaſa liberant ab immunditie, quia diſcriminant pro immunditie; pariter ſi immundities ſuper iis ſit exterius, liberant vaſa iis ſuppoſita. שידה notat capſam magnam ligneam in forma ארון *arcæ*. תיבה notat exiguam capſam in forma earum quibus in menſis utuntur. מגדל *turris*, puta promptuarium ligneum. כוורת הקש *alvearium e ſtipula*, intellige caniſtrum magnum e ſtramine factum, vel e ſalicibus, vel e palmitibus. *Alvearium e calamis*, in forma caniſtrorum e calamis factorum. *Puteus navis Alexandrinæ*, puta naves magnas quibus vehuntur in mari magno, in his facere ſolent inſtrumentum aliquod magnum & ligneum in forma putei, cui aquas indunt dulces & aptas ut bibantur. *Quæ quadraginta Sata continent in liquidis*, quandoquidem enim ſunt magna, hinc illa non recipiunt immunditiem, ſed diſcriminant pro immunditie. סקורטיא notat pellem quam coriarii induunt dum operantur. קטבליא κατάβολή, notat pellem quam in terram ſternunt, quæ Arabice נטע vocatur. שהן עשוין אהלים *e quibus* ten-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per *adductionem immunditiei* intelligas res quæ tentoria faciunt ſuper immunditie, ſuper homine, & ſuper vaſis. Per *diviſionem pro immunditie* intelligas id quod diſcriminat inter locum in quo immundities eſt, & inter locum in quem immundities nondum pervenit. Præterea quoque a nobis jam explicatum eſt quod tentorium ab immunditie liberet, quia id pro immunditie diſcriminat ad eam educendam, atque etiam ab immunditie eripit quicquid ſub ipſo eſt de vaſis & hominibus, ſed de iſtis vaſis quæ quadraginta Sata comprehendunt, quorum mentio jam facta eſt ſigillatim; eorum vero ratio expoſita eſt, quod non recipiant, capite quinto decimo codicis de Vaſis. Expoſuimus etiam vocem סקורטיא de tegumento pelliceo in quo conſidere ſolent: קטבליא eſt pellis in qua comedere ſolent. Quid ſit מפץ jam expoſuimus capite viceſimo quarto codicis de Vaſis. Cæterum auctor in hac Miſna dicit, *ſi ex illis facta ſint tentoria*, etenim aliquoties expoſuimus quod tentorium inducat immunditiem ei rei quæ ſub illo eſt cum immunditie, & dividit pro immunditie ratione illius quod provenit ex illa, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur עשוין אהלים *facta in tentoria*, etenim ſi ex illis non facta ſint tentoria, tum veluti vaſa polluuntur, & non dividunt pro immunditie, ſicuti

tentoria fiunt, quæ extenſa ſunt in forma tentorii, licet autem יריעה סקורטיא קטבליא סדין מפץ מחצלת habeantur pro כלים, & immunditiem recipiant, nihilominus tamen dividunt pro immunditie quando in tentoria extenſa ſunt, tentoria enim licet immunditiem recipiant, dividunt tamen pro immunditie. *Grex pecorum*, quæ ſtant & non eunt, unum habens caput ſuum alterius pedibus implexum. מכונות *habitacula*, intellige nidos avium & ferarum, videſis 1 Reg. 8, 39. Per עוף השוכן *avem habitantem*, intellige eam quæ parieti vel arbori alicui alligata eſt. *Et quod locum facit album in ſpicis*, quod contegit ſpicas eſt, que locus domui ſimilis. *Menta*, *hedera*, *cucurbita Græca*, *& olera ſunt munda*, hæc omnia ſunt genera olerum, quorum folia ſunt lata. *Orbiculo palathæ excepto*, quia ſub umbra orbiculi palathæ ſedere potius ſolebant quam ſub reliquis cibis, ita docetur in Toſaphta; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

uti dictum eſt. עדר בהמה *Grex pecoris*, ſi pecoris unius caput ſit implexum alterius pedibus, ita ut omnia ſint conjuncta dum ſtant, & non dum incedunt, ita exponitur in Toſaphta. מכונות חיה *habitacula ferarum*, intellige collectionem animantium ſylveſtrium, ſicuti enim de animantibus domeſticis uſurpatur vox עדר, ita quoque eadem de ſylveſtribus dici ſolet; ea tamen conditione ut hæc animalia ſtent conjuncta. עוף השוכן *avis quæ habitat*, eſt avis quæ alicui parieti aut arbori alligata eſt. *Et quod locum album facit pro ſpicis*, ita ut ſpicæ contegantur. אירוס *menta*, idem eſt quod סנברה: ſed קיסום Arabice אלבלב dicitur; & *olera aſini*, etiam Arabice dicunt eſſe קתא אלחמאר ſive אלתקם dixeruntque ea comedi ab aſinis; ſenſus rei eſt, quod hæc ſit herba quæ hominibus non cedit in cibum, at vero mundi ſunt cibi, quia immundi non dividunt pro immunditie; etenim notum eſt quod cibi non polluantur niſi poſtquam diſpoſiti ſint, ſicuti expoſitum eſt ſæpius. עיגול של דבילה *orbiculus palathæ*, notat ficos ſibi adhærentes in forma orbiculi; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ב הזיזין והגזיזרות והשובכות והשקיפים והסלעים והנחירים (נ"א והגהרים) והשננים והסכבות והפרעות שהן יכולים לקבל מעזיבה רכה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים מעזיבה בינונית אלו הן הסככות אילן שהוא מיסך על הארץ והפרעות היוצאות מן הגדר:

2. Prominentia, ſegmenta, columbaria, ſcopuli, petræ, feneſtræ, acumina, tegumenta, retectiones, quæ recipere poſſunt pavimentum tenue, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, ſi pavimentum mediocre poſſint recipere. Hæc ſunt tegumenta, arbor quæ ſuper terram contegit; retectiones vero ſunt illæ quæ e pariete prodeunt.

R. OB. DE BARTENORA.

זיזין Notat ligna vel lapides e pariete prominentes. גזוזטראות notat idem quod גוזטראות *podia*, ſive e lapidibus ſive e lignis conſtructa, & e pariete prominentia. Quid ſit שקיפים & סלעים jam expoſitum eſt ſuperius in fine capitis tertii. נחרים eſt ſpecies feneſtrarum per quas lumen intromittitur; alii vero dicunt eſſe ſpeciem ſpeluncarum. שננים notat dentes ſive acumina petrarum. מעזיבה רכה *pavimentum tenue*, quod e ſalicibus & calamis fit, cui aliquantulum luti imponunt. מעזיבה בינונית *pavimentum mediocre*, at vero ſi illa pavimentum tenue duntaxat ferre poſſint, tum non inducunt immunditiem, neque dividunt pro illa; deciſio eſt ſecundum Sapientes. אילן שהוא מיסך *arbor quæ contegit*, radicem vocis מיסך videſis Exod. 25, 20. Cæterum פרעות ſunt retectiones e pariete egredientes, parietibus enim ſuperius ſpinas, & lapides imponere ſolent, quæ ſuper parietem redundant, & foras prominent; ſignificationem vocabuli פרעות videſis Num. 6, 5.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיזין Notat vectes ſive tigna e pariete prominentia, Targum autem vocem יציע per זיזא vertit. גזוזיות *ſegmenta*, eſt genus ædificii, ſegmentis vero & prominentiis non eſt additamentum ex eo quod in terram extenditur, in hac forma; & ſegmentum ex eo quod verſus cœlum ſive ſurſum extenditur, in hac forma eſt. שובכות ſunt nidi columbarum e pariete prominentes. שקיפים *ſcopuli*, montium, Targum enim סעיפי הסלעים vertit per שקיפי סלעיא videſis Jud. 15, 11. סלעים vero ſunt lapides e pariete prominentes. נחרים notat additamenta parietis, radicem vocis videſis 1 Reg. 18, 48. שנין notat acumina petrarum, ſive extremitates montis. Sed quid notat סכבות & פרעות jam expoſuimus, ſignificationem vocis סככות vide Exod. 25, 20. Et vocis פרעות vide Num. 6, 5. De hiſce vero omnibus conditio eſt ut tantam habeant poteſtatem quanta ad tectum & pavimentum ferendum ſufficit, quando extremitates aſſerum iis imponuntur, ita ut non cadat, & tum fit diſcrimen pro immunditie. Vox המעזיבה varie ſumitur, etenim tecta aliqua ex aſſeribus conſtant denſis, licet parietes ea non ferant; alia autem faciunt e tenuibus ſalicibus, vel e juncis, quibus aliquantulum luti imponunt, atque hoc onus eſt leve. Dicit autem R. Meyr, quod ſi ferant hocce onus leve, immundities introducatur. Sapientes vero dicunt, donec pavimentum ſtratum ſit inter grave & leve; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ג אלו מביאין ולא חוצצים השידה והתיבה והמגדל כוורת הקש כוורת הקנים ובור ספינה אלכשנדרית שאין להם שולים (נ"א שיש) ואינן מחזיקים ארבעים סאה (ס"א) בלח שהם כוריים ביבש וירעה וסקורטיא וקטבליא וסדין ומפץ ומחצלת שאינן עשויין אהלים ובהמה וחיה שמתו ואוכלים טמאים מוסף עליהם הריחים של אדם:

3. Hæc adducunt immunditiem, ſed non dividunt, arca, capſa, promptuarium, alvearium ſtramineum, alvearium e calamis, puteus navis Alexandrinæ, quæ non habent fundum, nec quadraginta continent Sata in liquidis, quæ Cori ſunt in aridis, cortina, pellis, καταβολή, ſindon, matta, & ſtorea, e quibus non fiunt tentoria; & pecus ac animal mortuum, cibi immundi; his additur mola hominis.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין מחזיקין ארבעים סאה בלח *Et non continent quadraginta Sata in liquidis*, quandoquidem ea quæ immunditiem recipiunt, non dividunt. *E quibus non fiunt tentoria*, quæ non extenduntur ut tentoria, ſed ſecundum feneſtram deſcendunt. *Hiſce additur mola humana*, mola nempe manualis, quæ dimoveri poteſt & immunditiem recipere; hinc excipitur mola quæ beſtiis circumagitur, quæ dimoveri nequit, neque immunditiem recipit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit, *quæ non habent fundum*, *nec quadraginta continent Sata*, non vult dicere quod extremitates ſimul æquales eſſe debeant, ſed quod una redundet ſupra alteram, ſecundum id quod ſtatuimus capite quinto decimo codicis de Vaſis. Porro dicit auctor, *e quibus non fiunt tentoria*, perinde ac ſi illa expanſa eſſent ſuper feneſtram quæ inter domum eſt & cœnaculum, vel inter tectum illius, tum enim ſtatuimus quod cortinæ & ſindon inter duas domos extenſa, dividant, & in tentoria fiant, ſed hoc jam dictum eſt inferius Miſna quinta capitis quinti decimi, quod illa tum non dividant.

vidant. Pariter ſi extendantur ſuper immunditie & ſuper vaſis, tum illic vaſa polluuntur, & non dividunt pro iis quæ ſuper iis ſunt, licet tentorium æqualiter expanſum ſit in terram. Pecora vero & animalia mortua, atque cibi immundi, omnia ſunt immunda. Cæterum jam expoſuimus nobis eſſe fundamentum quod jam polluta ſint antea, at ſi legitime diſpoſita ſint, tum immunditiem inducunt & non dividunt, nam ſi illa fuerint in feneſtra, vel ſi interſtitium aliquod ex iis factum ſit, polluuntur mortuo, & quod immundum eſt, id non dividit. *Hiſce additur mola hominis*, ſenſus eſt quod mola modo contrario addatur illis quæ immunditiem adducunt & dividunt, hic enim modus eſt contrarius iis ad ſenſum variandum, quo dicitur, quod immunditiem adducunt, ſed non dividunt; per *molam hominis* intelligitur mola manualis ſive quæ manu hominis agitatur, quæ etiam ſi poſita ſit in feneſtra inter domum & cœnaculum, vel in feneſtra inter duas domos, dividit, ſi illic non poſitus ſit aliquis lapis, qui dividit; etenim hoc requiritur de rebus quæ diſtinguunt, ne quiſquam de iis evacuandis cogitaverit ſicuti expoſitum eſt capite ſexto hujuſce codicis.

ד אלו חוצצין ולא מביאין. מסכת פרוסה והבלי המטה והמשפלות והסריגות שבחלונות :

4. Hæc dividunt ſed non adducunt ratione immunditiei, liciatorium expanſum, funiculi lecti, caniſtrum fimi, & cancelli.

R. OB. DE BARTENORA.

מסכת פרושה *Liciatorium extenſum*, intellige fila ſubteg- minis quando illa extenſa ſunt ſuper inſtrumento textoris antequam veſtis texta ſit; ſi vero iſta fila ſint extenſa ſuper feneſtram quæ eſt inter domum & cœnaculum, & immundities ſit ſub ipſa, tum liberat vaſa ei impoſita, at ſi illa tentorium faciat ſuper mortuo, & ſuper vaſis, tum non introducit immunditiem quia non habetur pro tentorio niſi donec netum ſit. *Et funiculi lecti*, quibus lectus implexus eſt. משפלות ſunt cupæ in quibus fimum educunt. הסריגות שבחלונות *retia feneſtrarum*, ſunt cancelli, atque hi dividunt ne immundities in aliud latus inclinet; hæc tamen conditio tenenda eſt ne ſit foramen in apertura palmi, foramen enim quod palmi aperturam habet, id immunditiem introducit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per מסכת הפרושה *liciatorium expanſum* intellige ſtoream extenſam. חבילי מטה *funiculi lecti*, puta texturam filorum quæ ab una feneſtra in alteram protrahuntur. משפלות eſt cupa magna in qua fimum efferre ſolent, quæ veluti funiculis inflexis conſtructa eſt. Sed in omni foramine minus eſt quam olivæ copia. שריגות שבחלונות *cancelli*, Targum enim vocem Hebræam סבכה *implexum* vertit per טריגה; hoc autem requiritur ne in cancellis ſit foramen palmi quaquaverſum, tum enim diviſio eſt; hæc intelligas volo.

ה אלו לא מביאין ולא חוצצין הזרעים והירקות המחוברים לקרקע חוץ מן הירקות שמנו וכיפת הברד והשלג והכפור והגליד (ס״א) והמלח והדולג ממקום למקום והקופץ ממקום למקום והעוף הפורח וטלית המנפנפת וספינה שהיא שטה על פני המים קשר את הספינה בדבר שהוא יכול להעמידה כבש את האבן על גבי הטלית מביאה את הטומאה רבי יוסי אומר הבית שבספינה אינו מביא את הטומאה :

5. Hæc non adducunt neque dividunt ratione immunditiei, ſemina, oleraque terræ contigua, exceptis oleribus quæ numerarunt, fruſtum grandinis, nivis, pruinæ, glaciei, ſalis, quod uno pede ſaltat e loco in locum, & quod duobus ſaltat e loco in locum; volucris, pallium agitatum, navis in aquis. Si alligaverit navem re quæ ipſam ſiſtere poteſt. Vel ſi lapidem poſuerit ſuper pallio, immunditiem inducit. R. Joſe dicit, domus qua in navi eſt, non inducit immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

ירקות שמנו *Olera quæ numerata ſunt*, etenim ab initio capitis traditum eſt de menta, hedera, olere aſinino, & cucurbita Græca ſi terræ contigua ſint, at vero hic agitur de iis quæ avulſa ſint, aut de iis quæ diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam, & non dividunt, quia res immunditiem recipiens non dividit pro immunditie: ſi vero de iis quæ nondum diſpoſita ſunt, tum debent eſſe cibi mundi. כיפת הברד notat ſegmentum grandinis, vocis notationem videſis Pſal. 147, 17. aliter, notat etiam grandinem in forma fornicis. כפור *pruina*, intellige aquas fluentes quæ tandem contrahuntur. גליד notat aquas fluviatiles congelatas; מלח eſt ſal: hæc autem omnia non adducunt immunditiem, neque dividunt pro illa, quia liquida ſunt, & non habent ſubſiſtentiam. Verbum דלג *ſaltare*, competit pecoribus & feris; קפץ autem homini; alii vero dicunt utrumque verbum convenire hominibus, niſi quod דלג notet modum ſaltandi quo unus pes ſolo imponitur, alter vero e terra elevatur, קפץ autem quo uterque pes ſimul e terra elevatur. טלית המנפנפת *pallium agitatum*, eſt pallium quod vento agitatur, ita ut id in aëre conſiſtat veluti tentorium. *Si poſuerit lapidem ſuper pallio*, ſi lapis aliquis uni extremitati pallii impoſitus ſit, & ventus elevet alteram, ita ut inde figura tentorii fiat, *Adducit immunditiem*, ſi tentorium fecerit ſuper mortuo & ſuper vaſis, tum immunditiem adducit vaſis. *Domus quæ in navi eſt*, ut, ſi domus ſit in ſummitate navis, & tentorium fecerit ſuper vaſa quæ in ipſa ſunt, & ſuper mortuo qui in mari eſt, dum navis vehitur; aliter, *domus quæ in navi eſt*, quæque in vento conſiſtere nequit; licet illa tentorium fecerit ſuper mortuo, & vaſis quæ in navi ſunt, tamen non adducit immunditiem, quia non habetur pro tentorio; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חוץ מן הירקות שמנו *Exceptis oleribus quæ numerarunt*, nempe ea quæ ſuperius numerata ſunt, cujuſmodi ſunt ירקות, אירוס, קיסום, חמור & דלעת יונית quæ enumerata non habent firmam ſubſiſtentiam æſtate; de hiſce jam ſtatuit auctor quod immunditiem adducere poſſint & dividere, licet aliis rebus contigua ſint, ſicuti dixit de arbore implexa quæ ſuper terram extenſa eſt. Cæterum fruſtum grandinis, nivis, pruinæ, glaciei, & ſalis, ſi de una ex iſtis rebus tentorium factum ſit, tum illud non habetur pro tentorio, quia harum rerum nulla habet ſubſiſtentiam ſuam, ſed facillime diſſolvuntur. כפור *pruina*, ſunt aquæ leviſſime contractæ. גליד *glacies*, aqua congelata in fluviis præ nimio frigore. דלג notat ſaltare uno pede terræ impoſito, altero in alium locum elevato. קפץ notat ſaltandi modum quo uterque pes ſimul a terra elevatur. טלית המנפנפת *pallium agitatum*, quod ventus apprehendit, in forma tentorii. וכבש את האבן על גבי הטלית *& ſubegerit lapidem ſuper pallio*, ſi lapis ſit poſitus ſub aliqua parte pallii, & ventus flaverit atque medium illius elevaverit, ita ut quaſi tentorium aliquod inde fiat. בית הספינה *domus navis*, ita vocatur tentorium navis. Dixit R. Joſe, quod cum naves terræ non ſolent eſſe contiguæ, ſed in aquis ſubſiſtere, idcirco illarum jus ſimile erit juri de pallio agitato; hæc autem navis quæ in aquis ſubſiſtit, non habet ſubſiſtentiam; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו שני חביות ובהן כשני חצאי זיתים מוקפות צמיד פתיל ומונחות בתוך הבית הן טהורות והבית טמא נפתחה אחת מהן היא והבית טמאים וחברתה טהורה וכן שני חדרים שהן פתוחין לבית :

6. Duo dolia duarum olivarum copiam habentia, & conjunctorio circumdata, ſi in domo poſita ſint, munda ſunt, domus autem immunda. Si unum ex iis apertum ſit, tum id ipſum & domus ſunt immunda, alterum vero eſt mundum. Eodem modo ſe res habet cum duobus conclavibus verſus domum apertis.

R. OB. DE BARTENORA.

כשני חצאי זיתים *Quaſi duo dimidia olivarum*, quarum unum dimidium eſt in hoc dolio, & alterum in illo. *Domus immunda eſt*, quia filum copulatum non liberat ab immunditie ea quæ ſuppoſita ſunt, ne domus polluatur; quamvis autem duo dimidia olivæ ſint in duobus doliis, tamen quia illa ambo in domo ſunt, conjunguntur in copia quæ domum polluat, dolia vero ſunt munda, quia dimidii olivæ immunditi es quod in altero eſt dolio, illud etiam non ingreditur, quia filo copulato circumdatum eſt. וכן שני חדרים שהן פתוחים לבית *ita quoque ſe res habet cum duobus conclavibus, quæ verſus domum aperta ſunt*, eorum foribus clauſis, uno autem dimidio olivæ exiſtente in hoc conclavi, & altero dimidio in altero conclavi, quia immundities tandem egredi ſolet, idcirco conclavia ſunt munda, quia immundities ingredi non ſolet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt quod dimidia olivæ copia non polluat, ſic etiam, quod ſi in domo ſit olivæ copia de mortuo, ſive ea diviſa ſit in partes ſive unum ſit corpus, domus ſit munda, & quicquid in ipſa continetur, niſi filo copulato circumdatum ſit, ſecundum conditionem ſuam. Præterea capite octavo codicis de Vaſis expoſuimus quod cum immundities exiſtat ſub filo copulato, domus polluatur, licet id ſit filum copulatum pro immunditie. Si igitur memineris horum fundamentorum, invenies de duobus doliis ſermonem fieri; præterea quoque de duobus conclavibus auctor loquitur, eſtque hic locus dubius quemadmodum tibi dicam impoſterum, nempe, ſicuti in hiſce duobus doliis dimidium olivæ commiſcetur, quod in hoc dolio eſt, cum dimidio olivæ quod in altero dolio eſt, ad polluendum id quod extra illa eſt, non vero ad vas polluendum in quo eſt dimidium olivæ; ita ſe habet jus de conclavi quod in domo eſt, ſi dimidium olivæ unum ſit in conclavi, alterum vero in domo, & tum ambo dimidia olivæ conflantur, ad polluendum domum quæ extra conclave eſt, & non ad conclave polluendum, ſicuti hic diximus, domus immunda eſt, & dolium mundum. In Toſaphta vero obſervatur, quod ſi tres ſint domus, una intra alteram, atque dimidium olivæ in interiori, vel in media, & dimidium olivæ in exteriori, immunda eſt exterior, interior vero & media ſunt mundæ; ſi dimidium olivæ ſit in interiori, & tantundem in media, tum interior munda eſt, exterior autem & media ſunt immundæ, ita explicata ſunt omnia quæ memoravimus.

פרק ט כוורת שהיא בתוך הפתח ופיה לחוץ כזית מן המת נתון תחתיה או על גבה מבחוץ כל שהוא כנגד הזית תחתיה וגבה טמא וכל שאינו כנגד הזית תוכה והבית טהור בבית אין טמא אלא הבית בתוכה הכל טמא :

Caput 9. Alvearium ſi in janua conſtitutum ſit, & os illius foras, atque olivæ copia ſub illo, vel ſuper illo foris, tum quicquid e regione olivæ eſt ſub illo, & ſuper illo, ſit immundum; quicquid autem non eſt e regione olivæ, tum illius interior locus & domus ſunt munda; ſi immundities in domo ſit, nihil immundum eſt præter domum; ſi in ipſo, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

Alvearium quod fundum habet, & quadraginta comprehendit Sata in liquidis, quæ Cori duo ſunt in aridis, non recipit immunditiem, ſed in latus inclinatur in janua, cujus aliqua pars prodit foras, aliqua vero in domo conſtituta eſt, os foris, & fundus intus. *Si olivæ copia de mortuo ſub illo poſita ſit*, foris nempe. *Quicquid eſt e regione olivæ*, ſi oliva poſita ſit ſub illo, & vaſa ſuper illo e regione illius, vel oliva poſita ſit ſuper illo, & vaſa ſub illo e regione illius, tum id quod ſub illo eſt & ſuper illo, immundum eſt, quicquid vero in ipſo eſt, id mundum eſt; etenim licet alvearium liberet id quod in ipſo eſt, tamen non liberat id quod ſub ipſo eſt, & ſupra ipſum, e regione olivæ immunditiei. Nam id quod in ipſo eſt, liberat ab immunditie, licet enim in tentorio mortui poſitum ſit, nihilominus tamen liberat ope conjunctorii, quia non recipit immunditiem; ſed quod ſub ipſo eſt, quodque ſuper ipſo eſt, id non liberat, quia vas eſt, ſicuti expoſuimus ſuperius capite ſexto, homo & vaſa fiunt tentoria ad polluendum, ſed non ad purificandum. *Quicquid autem non eſt e regione oliva, tum interior locus & domus munda eſt*, ita dicere vult, ſi vaſa ſint ſub illo, & ſuper illo, quæ non ſunt e regione olivæ immunditiei; ותוכה *& intra illud*, quaſi dixiſſet; vaſa quæ in alveario ſunt, licet illa ſint e regione olivæ, & vaſa etiam domi, omnia ſunt munda. *Si in domo, tum nihil immundum eſt præter domum*, ſi olivæ copia ſit in domo, tum domus duntaxat eſt immunda, ſed vaſa in alveario ſunt munda, quia illius os foras prodit. *Si in ipſo, omnia ſunt immunda*, ſi olivæ copia ſit in alveario tum omnia ſunt immunda, nam de alveario in parietibus ſuis excavato in apertura palmi ſermo ſit, ſicuti inferius dicendum eſt, niſi quod foramina ſint obturata ſtramine, ſed hæc obſtructio non eſt conſtricta, immundities autem egreditur in domum per foramina, quandoquidem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio tibi ſciendum eſt hocce capite, quod hic ſermo fiat de alveario magno quadraginta Sata vel plus continente, de quo antea jam dictum eſt, id ipſum non polluere, ſed dividere pro immunditie; ipſo autem polluto, dicitur, illius interior locus eſt immundus, vel ſuperior, vel omnia ſunt immunda, at ne putes hunc eſſe ſenſum immunditiei illius ſeorſim, etenim hic eſt ſenſus omnium vaſorum, quæ in ipſo, vel ſuper ipſo ſunt; ſed non requiritur ut hunc ſenſum in omni Miſna repetamus; dicit itaque auctor, quicquid e regione immunditiei eſt, id immundum eſt, pariter omne id quod ſub ipſa, & ſuper ipſa eſt, immundum eſt, quicquid enim eſt e regione illius, id eſt e regione immunditiei, & quicquid non eſt e regione immunditiei, id ſub genere foraminis mundum eſt, quicquid enim interius eſt, id totum eſt mundum, niſi ſit e regione immunditiei. Præterea tota domus munda eſt, quia immundities exterius eſt; at vero ſi immundities in domo ſit, tum interior alvearii pars non polluitur, quia os illius exterius eſt. Sin autem immundities in domo ſit, tum ea polluitur, & quicquid in alveario eſt, quia alvearium in domo perforatum eſt, & immundities tetigit illius foramen in domo, quia alvearium non prohibuit ipſam ut ne domum pollueret, ſicuti expoſuimus capite quarto hujuſce codicis.

quidem non conſtricta eſt, & quamvis vaſa ei ſuppoſita ſint, vel impoſita foris, tamen ſunt immunda; etenim quia olivæ copia in ipſa eſt, rem conſiderant perinde ac ſi id plenum eſſet immunditie, vas autem non liberat ab immunditie id quod ei ſuppoſitum eſt, neque id quod ſuper ipſo poſitum eſt. Cæterum ſi immunditiеs ſit in domo, diximus ſuperius, quod domus duntaxat immunda ſit, quia immundities per foramina non intrat alvearium, licet in iis ſit apertura palmi, quia obturata ſunt, neque ingredi poſſunt per os illius, quia os illius foras ſpectat.

ב היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או בבית או על גבה הכל טמא אלא תוכה בתוכה הכל טמא:

2. Si id altum ſit palmum ſupra terram, & immundities ſub ipſo, vel in domo, vel ſuper illo, tum omnia ſunt immunda præter interiorem locum; at ſi immundities ſit illic, tum omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה גבוהה מן הארץ טפח *Si id altum ſit ſuper terram palmum*, quia jam ſub ipſo eſt tentorium palmi. הכל טמא *omnia ſunt immunda*, quia immunditiem introducit in domum, quandoquidem altitudo palmi, & vaſa quæ ei impoſita ſunt, licet non ſint e regione immunditiei, tamen etiam ſunt immunda, imo vel foras, nam quod ſub ipſo eſt, id ſimile eſt rei immundæ, & non liberat id quod ſupra ipſum eſt, quia vas non liberat. Pariter, ſi immundities ſit in domo, etiam omnia immunda ſunt, ob iſtam rationem, quod tentorium domus introducit immunditiem in id quod ſub ipſa eſt, & non liberat id quod ſupra ipſam eſt. Si vero immundities ſit ſuper ipſa, quandoquidem illa non liberat ab immunditie id quod ſub ipſa eſt, conſiderant id quod ſub ipſa eſt ut rem immundam, idcirco quicquid in domo eſt, & quicquid ſub ipſa eſt, & quicquid ſupra ipſam eſt, omnia ſunt immunda. אלא תוכה *præter interiorem locum ipſius*, quaſi dixiſſet, omnia immunda ſunt, excepto id quod intus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum eſt quod ſi alvearium altum ſit palmum ſupra terram, tentorium ſit, & tentorium faciat ſuper immunditie, atque immunditiem introducat in domum. Sic etiam ſi immundities ſit ſupra alvearium, ſe res habet perinde ac ſi ea eſſet ſub parte tentorii, quia illud & domus quaſi eadem res ſunt. Sin autem immundities ſit in ipſo, tum mundum eſt, quia illius os foras ſpectat. Quando auctor dicit, *omnia ſunt munda*, intelligit omne id quod in domo eſt, quicquid enim in ipſa eſt, id polluitur.

ג במה דברים אמורים בזמן שהיא כלי מחולחלת היתה פחותה ופקוקה בקש או אפוצה איזו היא אפוצה כל שאין לה טפח במקום אחד כזית מן המת נתון תחתיה כנגדו עד התהום טמא על גבה כנגדו עד הרקיע טמא בבית אין טמא אלא הבית בתוכה אין טמא אלא תוכה:

3. De quo dicta ſunt hæc verba? quando id eſt vas perforatum, ſi id diminutum ſit & poſtea ſtramine obturatum, vel oppletum; ſed quid eſt oppletum? quod non habet palmum ab uno loco; tum ſi olivæ copia poſita ſit ſub ipſo, e regione uſque ad abyſſum, immundum eſt; ſi ſuper ipſo, tum e regione uſque ad cœli expanſum, eſt immundum. Si in domo ſit, domus duntaxat immunda eſt; ſi in ipſo, intus duntaxat immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שהיא כלי שלא נפחתה *Quando illud eſt vas quod non diminutum eſt*, & illius jus non intercidit a jure vaſis. מחולחלת *perforatum*, quando parietes illius perforati ſunt in apertura palmi, ſolent enim in parietibus alvearii foramina facere, ut apes intrare & egredi poſſint, aliquando autem iſta foramina ſtramine obturantur, niſi quod obturatio iſta non ſit conſtricta. היתה פחותה *ſi diminutum ſit*, ita ut id ipſum excidat jure vaſis. ופקוקה בקש *& ſtramine obturatum*, in loco diminuto, parietibus exiſtentibus integris, & non perforatis. או אפוצה *vel oppletum*, licet parietes illius non ſint integri, ſed oppleti ſive obſtructi ubi perforati erant, ita ut foramen non habeat aperturam palmi. *Quod e regione illius eſt uſque ad abyſſum, id immundum eſt*, reliqua vero omnia ſunt munda, quandoquidem enim non eſt vas, proinde tentorium eſſe cenſetur ad liberandum ab immunditie id quod intra & ſupra eſt. על גבה *ſuper illo*, ſi olivæ quantitas ei impoſita ſit, tum quod e regione illius eſt, uſque ad cœli expanſum, eſt immundum; reliquum vero eſt mundum, quia intus & ſubter liberat ab immunditie, quia non eſt vas. *In domo*, ſi olivæ copia de mortuo ſit in domo, domus duntaxat immunda eſt, reliqua vero omnia ſunt immunda, quia os foris eſt. בתוכה *in ipſo*, ſi olivæ copia de mortuo ſit in ipſo, reliqua vero omnia ſunt munda, quia immundities non intrat domum, quia alvearium non habet foramen, & os illius ſpectat foras, & liberat quoque ab immunditie id quod ſub & ſuper ipſo eſt, quia non eſt vas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלי מחולחלת *Vas perforatum*, intellige vas quod in latere habet foramen aliquod, Targum enim illa verba נבוב לוחות vertit per חליל לוחין videſis Exod. 27, 8. Cæterum ſi vas diminutum ſit, atque iſte locus diminutus obturatus ſit poſtea ſtramine vel oppletus quando vas integrum ſtramine plenum erat, ita ut in ipſo non remaneat foramen palmi, tum id ſimile eſt fruſto terræ, & ſi immundities ſit ſub ipſo, vel in ipſo, ſe res habet, perinde ac ſi illa eſſet ſepulta in terra, idcirco non introduxit immunditiem in domum.

ד היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או בבית תחתיה והבית טמא תוכה וגבה טהור בתוכה אין טמא אלא תוכה על גבה כנגדו עד הרקיע טמא:

4. Si id altum ſit palmum a terra, & immundities ſub ipſo, vel in domo, id quod ſub ipſo eſt & domus, ſunt immunda; quod intus eſt & ſupra ipſum eſt, id mundum eſt; ſi in ipſo, interior locus duntaxat immundus eſt; ſi ſupra ipſum, id quod e regione illius eſt uſque ad cœli expanſum, eſt immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

תחתיה והבית טמא *Quod ſub illo eſt & domus, ſunt immunda*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc eſt jus de alveario obturato, vel oppleto, quod non cen-

da, quia immunditiem ducunt ab hoc loco in illum. תוכה טהור *interior illius locus eſt mundus*, quia os illius eſt foris, hinc craſſities illius quoque munda eſt, quæ ab immunditie liberat id quod foris eſt, quia non eſt vas. בתוכה *in ipſo*, ſi immundities ſit in alveario, interior illius locus tantum immundus eſt, reliqui vero loci ſunt mundi.

cenſetur aliquod vas eſſe, neque tentorium, ſicuti expoſuimus, quod cum ſuper immunditiem tentorium fecerit, immunditiem introducat in domum. Si vero immundities ſit ſuper ipſo, tum domus non polluta eſt, quia immunditiеs foris eſt, & cum id non ſit perforatum, hinc immunditiеs cenſetur perinde ac ſi ſub extremitatem tentorii pertigiſſet, ſicuti diximus. Cæterum ſi immundities ſit ſupra ipſum, perinde eſt ac ſi illa eſſet ſuper terræ ſuperficiem, ſicuti expoſuimus, idcirco quod e regione illius eſt uſque ad cœli expanſum, eſt immundum; at præter hunc locum nihil polluitur.

ה במה דברים אמורים בזמן שפיה להוין היה פיה לפנים וכזית מן המת נתון תחתיה או על גבה מבחוץ כל שהוא כנגד הזית תחתיה וגבה ותוכה (ס"א ל"ג) טמא וכל שאינו כנגד הזית תוכה והבית (ס"א) טהור בתוכה או בבית הכל טמא:

5. De quo dicta ſunt hæc verba? quando os illius eſt foris, at ſi intus ſit os illius, & olivæ copia de mortuo ſub ipſo, vel ſuper ipſo foris, tum quicquid e regione olivæ eſt, vel ſub ipſo, vel ſuper ipſo, atque in ipſo, immundum eſt, quicquid autem non eſt e regione olivæ, interior ejus locus, & domus ſunt munda; ſi in ipſo vel in domo ſit, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA

היתה פיה לפנים *Si os illius ſit intus*, ſi alvearium in latus inclinatum ſit, & ima illius pars foras, os vero intro; jam vero ſermo fit de vaſe perforato, quod non eſt altum palmum a terra, inter cujus os foras ſpectans vel intro ſpectans nulla eſt differentia, niſi quod ſuperius tradat auctor de ore foras ſpectante, & tum in domo nihil immundum eſt præter ipſam domum; hic vero ubi tradit de ore intro ſpectante, omnia ſunt immunda, quia immunditiеs per os egredi ſolet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si os ſit intus, tum unum foramen cum altero conjungitur, atque ita immunditiеs comprehenditur ſub omni eo quod illis commune eſt; idem quoque jus obtinet in alveario perforato, quemadmodum deinceps exponetur.

ו היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה התחתיה או בבית או בתוכה או על גבה הכל טמא:

6. Si id altum ſit a terra palmum, & immunditiеs ſub ipſo, vel in domo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה גבוהה מן הארץ טפח *Si id altum ſit a terra palmum*, ſuperiore Miſna traditum eſt, quia os foras ſpectat, proinde hic tradit, ſi immunditiеs ſit ſub ipſo, vel in domo, vel ſuper ipſo, omnia ſunt immunda, præter locum interiorem; hic vero ubi os intro ſpectat, omnia ſunt immunda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per id quod dicit *omnia ſunt immunda*, intelligitur omne id quod in domo eſt, vel in alveario, ſub ipſo vel ſupra ipſo; ſed ipſum alvearium non polluitur, ſicuti pro fundamento ſtatuimus.

ז במה דברים אמורים בזמן שהיא כלי מחולחלת היתה פתותה ופקוקה בקש או אפוצה איזהו אפוצה כל שאין לא טפח ממקום אחד כזית מן המת נתון תחתיה כנגדו עד התהום טמא על גבה כנגדו עד הרקיע טמא בתוכה או בבית תוכה והבית טמאים:

7. De quo dicta ſunt hæc verba? ſi vas perforatum ſit; ſin autem id ſit fractum, & ſtramine obſtructum vel oppletum; at quid eſt oppletum? quando in uno loco non eſt palmus. Si olivæ copia de mortuo poſita ſit ſub ipſo, tum id quod e regione ipſius eſt, uſque ad abyſſum, eſt immundum; ſi ſuper ipſo, tum id quod e regione eſt uſque ad expanſum, eſt immundum; ſi in ipſo, vel in domo, tum illius interior locus & domus ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שהיא מחולחלת *Quando illud eſt perforatum*, ſuperfluum eſt quod auctor dicat, perforatum eſt, quia perforatio non uſu venit niſi de ore foras ſpectante, ratione impuritatis educendæ ex ipſo in domum, hic vero loquitur de ore intro ſpectante, per quod immunditiеs egreditur; ſed reſponſio eſt ad objectionem, quod cum auctor in principio tradit *perforatum* de hocce vaſe, proinde etiam idem tradit in hac Miſna. *Quod e regione illius eſt uſque ad abyſſum, immundum eſt*, reliquum vero mundum eſt, hic autem de alveario quod non eſt altum palmum a terra, ſermo fit. *In ipſo, vel in domo*, tum domus immunda eſt, quia os intro ſpectat, ſed ſuperius, quia os foras ſpectat, tradit, ſi immunditiеs in domo eſt, nihil immundum eſt præter domum, reliqua vero ſunt munda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod alvearii locus interior atque domus interior locus uno gaudeant jure, quia os alvearii eſt intra domum. Cæterum ſenſus illius quod dicit, *ei non eſſe palmum ex uno loco*, intelligendus eſt de uno latere; in Toſaphta autem dicitur, quicquid non habet palmum ab uno latere.

ח היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או בבית (ס"א) או בתוכה הכל טמא אלא גבה על גבה כנגדו עד הרקיע טמא:

8. Si id altum ſit a terra palmum, atque immunditiеs ſub ipſo, vel in domo, vel in ipſo, omnia ſunt immunda; niſi quod ſupra illud eſt; ſi illa ſit ſuper illo, tum id quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא גבה ותוכה טמא *Sed quod ſupra ipſum eſt, & quod in ipſo eſt, id immundum eſt*, quando immundities exiſtit in domo, quia os ſpectat intro, ſed ſi ſuperius, quandoquidem os illius foras ſpectat, interior illius locus, & quod ſupra ipſum eſt, mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod cum alvearium ſit אפוצה *oppletum*, cum ipſo ſe res habeat quaſi eſſet ſegmentum aliquod de terra, idcirco id quod e regione illius eſt uſque ad cœli expanſum, immundum eſt; quando autem immundities in ipſo, tum domus eſt immunda, quia os intro ſpectat, quod vero ſuper ipſo eſt, id mundum eſt, ſecundum id quod diximus capite ſexto, quod ſi immundities illa conſpiciatur in loco, id quod extra ipſum eſt, ſit mundum.

ט היתה ממלאה את כל הבית ואין בינה לבין הקורות פותח טפח טומאה בתוכה הבית טמא טומאה בבית מה שבתוכה טהור שדרך טומאה לצאת ואין דרכה להכנס בין עומדת בין מוטה על צדה בין אחת בין שתים:

9. Si alvearium totam impleverit domum, atque inter ipſum atque tigna non ſit apertura palmi, & immundities ſit in ipſo, tum domus immunda eſt. Si immundities ſit in domo, tum id quod in ipſo eſt, mundum eſt, quia immundities egredi ſolet, & non ingredi, ſive alvearium ſtet, ſive in latus inclinetur, ſive unum ſit, ſive duo.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה ממלאה את כל הבית *Si impleverit totam domum*, quod totum eſt in domo, interius, & conſidet in fundo illius, cujus os pertingit ad tigna, ita ut inter ipſum & tectum non ſit apertura palmi, & immundities in ipſo, domus eſt immunda; ſi immundities ſit in domo, mundum eſt id quod in ipſo eſt, quia ſub domo eſt cloaca camerata, in qua eſt apertura palmi, & non in egreſſu illius, quod capite tertio jam expoſitum eſt. *Sive ſtet ſive in latus inclinatum ſit*, quaſi dixiſſet, hoc jus obtinet ſive alvearium ſtet, atque ad tigna pertingat, ſive in latus inclinatum ſit, dummodo inter os illius & parietem domus non interſit apertura palmi. *Sive unum ſit ſive duo*, & inter os ſecundi alvearii & tigna non ſit apertura palmi; pariter, ſi inter imam partem ſecundi & os primi ſit apertura palmi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si hoc alvearium poſitum ſit in domo, & os illius verſus latus tecti, atque inter ipſum & tectum non ſit apertura palmi, quæ eſt menſura immunditiem introducens, ſicuti expoſitum eſt, *ſive unum ſit, ſive duo*, id eſt ſive unum ſit alvearium ſive duo, unum impoſitum alteri, & inter ſuperius & tigna non ſit apertura; ita expoſitum eſt in Toſaphta.

י היתה עומדת בתוך הפתח ואין בינה לבין המשקוף פותח טפח טומאה בתוכה הבית טהור טומאה בבית מה שבתוכה טמא שדרך הטומאה לצאת ואין דרכה להכנס:

10. Si id conſiſtat in janua, atque inter ipſum & ſuperliminare non ſit apertura palmi, & immundities in ipſo, domus eſt munda; ſi immundities ſit in domo, immundum eſt quod in ipſo eſt, quia immundities egredi, & non ingredi ſolet.

R. OB. DE BARTENORA.

הבית טהור *Domus munda eſt*, quia ſuperliminare deſcendit & obturat os alvearii, nam hic ſermo fit de alveario quod non perforatum eſt, etenim ſi id perforatum ſit, immundities exit in domum, juxta omnia illa quæ ſuperius dicta ſunt. *Si immundities ſit in domo, quicquid in domo eſt, mundum eſt*, ita enim nos legimus, quia immundities egreditur, & non ingreditur alvearium; plurima vero exemplaria legunt, *quicquid in domo eſt, id immundum eſt*, quia immundities effertur per aperturam & polluit quicquid in alveario eſt, quod in janua ſtat, in atrio vel in horto, ubi non eſt tentorium, hujus inquam jus eodem modo ſe habet ut jus alvearii, quod in janua eſt, ore illius foras ſpectante, ſicuti ab initio capitis expoſitum eſt. Pariter cum altitudine palmi cujus hic fit mentio, ſe res habet ſicuti cum altitudine palmi, cujus in principio capitis mentio facta eſt; ſed non convenit ut hic mentio fiat domus, nam de eo quod in aperto aëre ſtat, hic laboramus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שקוף Notat ſuperliminare, quod in Lege vocatur משקוף: ſi igitur immundities ſit in alveario ſub ſuperliminari in apertura palmi, tum immundities extra domum exit, quia inter ipſam & ſuperliminare non eſt apertura palmi. At vero ſi immundities ſit in domo, tum quicquid in alveario continetur, immundum eſt, quia immundities e domo exit per januam, & polluit quicquid in alveario eſt, cujus rei ratio eſt quod immundities exire ſolet.

יא היתה מוטה על צדה באויר וכזית מן המת נתון תחתיה או על גבה כל שהוא כנגד הזית תחתיה וגבה טמא וכל שאינו כנגד הזית תוכה טהור בתוכה הכל טמא:

11. Si id in latus inclinatum ſit in aëre, & olivæ copia ei ſuppoſita de mortuo, vel impoſita, tum quicquid eſt e regione olivæ ſub illo vel ſuper illo, immundum eſt; quicquid autem non eſt e regione olivæ, & quod in ipſo eſt, mundum eſt, ſi immundities ſit in ipſo, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

באויר החצר *In aëre atrii*, vel in horto in quo non eſt tentorium, illius jus eſt ut jus alvearii quod in janua conſtitutum eſt, cujus os foras ſpectat, ſicuti ab initio capitis expoſitum eſt, eodem modo ſe res habet cum altitudine palmi cujus hic facta eſt mentio; ſed hic nulla mentio domus facta eſt, quia hic laboramus de alveario in aëre aperto conſiſtente.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adhuc ſermo continuatur de alveario vario modo conſtituto, ut, ſive id ſit in domo, quocunque id fiat modo, ſive in aëre ſubſiſtat aperto; de hoc dicit auctor quod ſi illud in latus inclinatum ſit, ſive terræ adhæreat atque retectum ſit ſuperius, tum utrumque ſuum jus habet; hujus vero alvearii jus ſeorſim jam expoſuimus ſuperius Miſna prima, nam in principio hujuſce capitis illius jus conjungitur cum jure domus, hic vero quando in aëre conſiſtit.

יב היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או על גבה הכל טמא אלא תוכה בתוכה הכל טמא במה דברים אמורים בזמן שהיא כלי היתה פחותה ופקוקה בקש או מחזקת ארבעים סאה כדברי חכמים כזית מן המת נתון תחתיה כנגדו עד התהום טמא על גבה כנגדו עד הרקיע טמא בתוכה אין טמא אלא תוכה היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה תחתיה טמא בתוכה בתוכה טמא על גבה כנגדו עד הרקיע טמא :

12. Si id palmum ſit altum a terra, & immunditíes ſub ipſo, vel ſuper ipſo, omnia ſunt immunda præter locum interiorem; ſi immunditíes ſit in loco exteriori, omnia ſunt immunda; de quo dicta ſunt hæc verba? quando id vas eſt. Si id diminutum ſit, ſed ſtramine obſtructum, vel quadraginta Sata comprehendens ſecundum Sapientes, & olivæ copia de mortuo ei ſuppoſita ſit, tum id quod e regione illius eſt uſque ad abyſſum, immundum eſt; immunditíes vero ſi ſuper ipſo ſit, tum id quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, eſt immundum; ſi in ipſo, locus interior duntaxat immundus eſt. Si id altum ſit a terra palmum, & immunditíes ſub ipſo, tum id quod ſub ipſo eſt, immundum eſt; ſi in ipſo, locus interior immundus eſt; ſi ſuper ipſo, tum id quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שהיא כלי *Quando illud eſt vas*, hic ſermo fit de eo quod in aperto aëre poſitum eſt, idcirco non convenit ut hic quicquam tradatur de alveario ſive vaſe perforato, idcirco auctor hic non tradit, *vel oppletum*, ſicuti in principio capitis dixit, quia vocabulum *oppletum* non convenit niſi perforato alveario & quadraginta Sata continenti ſecundum Sapientes, ii enim diſſentiunt a doctore Miſnico primo, & putant quod alvearium quadraginta Sata continens ſit diffractum, idque amiſiſſe jus vaſis, & propterea ab immunditie liberare id quod ſub ipſo, in ipſo, & ſuper ipſo eſt. כזית מן המת נתון תחתיה *ſi olivæ copia de mortuo ei ſuppoſita ſit*, tum de eo judicatur ac ſi diffractum eſſet, cujus altitudo & os non eſt foris, ſicuti expoſitum eſt ſuperius. *Si illud altum ſit a terra palmum*, tum illius jus quoque ſimile eſt juri alvearii cujus os foris eſt, & illius quod diffractum ac ſtramine obſtructum eſt, & quod palmum altum eſt, ſicuti oſtenſum eſt ſuperius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc eſt controverſia de qua actum eſt in principio capitis, niſi quod hoc alvearium a domo diſtinctum ſit, idcirco auctor in hac Miſna eandem materiam perſequitur, & non dicit, vas perforatum quod oppletum eſt, ſed requirit ut id contineat quadraginta Sata ſecundum Sapientes, licet fractum ſit, quia idem eſt jus. Notum vero eſt diſcrimen inter id quod dicitur, ſub ipſo, & inter id quod dicitur, e regione illius uſque ad abyſſum, immundum eſt, etenim quando dicitur, e regione illius uſque ad abyſſum, eſt immundum, ſenſus eſt immunditiem polluere duntaxat id quod e regione illius eſt; immunditíes enim perrumpit & deſcendit. Quando dicit, quod ſub ipſo eſt, id immundum eſt, loquitur de eo quod in tentorio poſitum eſt, & quod id polluit omne id quod ſub ipſo eſt; hæc obſerves volo.

יג היתה יושבת על שוליה והיא כלי טומאה תחתיה בתוכה או על גבה טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת היתה גבוהה מן הארץ טפח או מכוסה או כפויה על פיה טומאה תחתיה בתוכה או על גבה הכל טמא :

13. Si illud conſideat in fundo ſuo, idque vas ſit, & immunditíes ſub ipſo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, immunditíes perrumpit & aſcendit, perrumpit & deſcendit. Si illud a terra altum ſit palmum, vel contectum, vel inverſum circa os illius, & immunditíes ſub ipſo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה יושבת על שוליה *Si illud conſideat in fundo ſuo*, ſi ſit immunditíes ſub ipſo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, tum docemus de alveario in fundo ſuo conſiſtente, & ore ipſius ſuperius, quod immunditíes facit tentorium exterius ſupra os illius. בוקעת ועולה *perrumpit & aſcendit*, licet ſuperius actum ſit de eo quod in latus inclinatum eſt, ſub quo immunditíes eſt, vel ſuper quo eadem exiſtat, liberat tamen omne id quod in ipſo eſt; hic vero ubi os eſt ſuperius, quandoquidem illud non liberat ab immunditie id quod extra ipſum eſt, idcirco nec liberat ab immunditie id quod intra ipſum eſt, quia non eſt diſtinctio inter aërem qui in ipſo eſt & aërem qui extra ipſum eſt. Stricte autem immundum eſt id quod e regione illius eſt, & non id quod e lateribus eſt, quia diminutum eſt, & non altum palmum, eo quod illic non eſt tentorium ad immunditiem ad latera adferenda. At vero ſi id ipſum ſit altum palmum, vel contectum, etſi non altum eſſet palmum, *vel inverſum circa os*, quia tentorium eſt ad immunditiem adferendam, idcirco omnia ſunt immunda; operimentum vero non cenſetur dividere inter aërem loci interioris, & inter aërem ſpatii ſuperioris, quia non cenſetur in latus inclinatum eſſe. Sed hoc duntaxat intelligas quando id caniſtro vimineo contectum eſt, ſimilive vaſe, licet non recipiat immunditiem. At vero ſi id aſſere contectum ſit, licet immunditíes ſuper ipſo ſit, non immunditíes findit aſſerem, ſicuti capite quinto explicatum eſt ubi de alveario quod in pomo poſitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quicquid de hoc alveario in præcedentibus dictum eſt, capias, quando id in aëre poſitum eſt, & ſuper columna in latus inclinatum ore ipſius in aliquo e quatuor lateribus exiſtente, ima autem parte mortuo oppoſita coram ipſo, dum id adhuc poſitum eſt ſuper una columna, nempe ſi id conſiſtat in fundo ſuo, & os ipſius factum ſit ex eo quod cœlum reſpicit. Porro dicit, quod jus immunditiei, quando ipſa findit & aſcendit, findit & deſcendit, & non polluit, eſt, ut ea ſit e regione illius in latere ſuperiori, & in planitie, ſicuti antea tibi pro fundamento de immunditie conſtitui, quia hic eſt ſenſus illius quod dicitur, findit & aſcendit, findit & deſcendit, quandoquidem illa ſurſum aſcendit, & deorſum, & non extenditur ad omnia latera, dummodo illud a terra altum ſit palmum, & immunditíes in ipſo, vel ſuper ipſo, vel ſub ipſo, vel ſuper terra conſideat, immunditie interius exiſtente. Cæterum ſi id circa os opertum ſit, tum aſſimilatur ſepulchro occluſo quod pollutum eſt undiquaque. Vel ſi immunditíes in terra ſit, fundo cœlo obverſo, ore vero in terram inclinato, tum illud quoque conditionem ſepulchri occluſi accipit ratione immunditiei, & polluitur a lateribus ſuis, ſurſum & deorſum, atque hic eſt ſenſus, *omnia ſunt immunda*.

יד במה דברים אמורים בזמן שהיא כלי היתה פחותה (ס"א) ופקוקה בקש או מחזקת מ' סאה כדברי חכמים טומאה תחתיה בתוכה או על גבה טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים אין טומאה עולה לה אף לא יורדת ממנה היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה תחת'ה טמא בתוכה או על גבה כנגדו עד הרקיע טמא :

14. De quo dicta ſunt hæc verba? de eo quod vas eſt; ſi id diminutum ſit, & ſtramine obturatum, vel quadraginta Sata continens juxta Sapientes, & immundities ſub ipſo, in ipſo, vel ſuper ipſo, tum immundities findit & aſcendit, findit & deſcendit. R. Eliezer & R. Simeon dicunt, immundities in ipſum non aſcendit, neque deſcendit ab ipſo. Si id a terra altum ſit palmum, & immundities ſub ipſo, tum immundum eſt quod ſub ipſo eſt; ſi in ipſo, vel ſuper ipſo, tum immundum eſt quicquid e regione illius eſt uſque ad expanſum.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה פחותה *Si diminutum ſit*, ſi id diffractum ſit, tum ceſſat a jure. *Secundum Sapientes*, nam illi diſſentiunt a doctore primo, etenim Sapientes alvearium quadraginta Sata comprehendens aſſimilant alveario diminuto & obturato ſtramine. *Immundities non aſcendit in ipſum*, quando immundities eſt ſub ipſo, tum non aſcendit in ipſum. *Neque deſcendit in ipſum*, quando immundities eſt in ipſo, tum immundities non deſcendit ſub ipſum. *Quod ſub ipſo eſt, immundum eſt*, quod vero in ipſo, vel ſuper ipſo eſt, id mundum eſt. *Quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, immundum eſt*, quod vero ſub ipſo eſt, id mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod ſi diffractum & ſtramine obturatum ſit alvearium, id aſſimiletur fragmento terræ, hic vero ſermo totus eſt clarus, poſtquam intellexeris ea quæ præceſſerunt. Senſus vero illius quod immundities in ipſum non deſcendat, hic eſt, ſi immundities ſubſit, non polluitur interior illius pars, neque ſuperior, etenim quando illud reſidet in fundo ſuo, tum dividit pro immunditie; ſi immnndities ſit in ipſo, tum non polluitur id quod ſub ipſo eſt. Hæc vero omnia intelligenda ſunt, ſi inter ipſum & terram non ſit palmus, at vero ſi illic ſit excavatio palmi, tnm id fit tentorium aliquod, idcirco polluitur quicquid ſub ipſo eſt, quia immundities eſt ſub ipſo. Sin autem immundities ſit in ipſo, vel ſuper ipſo, tum ſe res habet perinde ac ſi immundities in terra ſepulta eſſet. Vel ſuper terram, tum polluitur omne id quod ſub ipſo eſt uſque ad cœli expanſum, e regione immunditiei, ſicuti ſuperius dictum eſt, quia hoc alveare non eſt vas; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon.

טו ארון שהיא רחבה מלמטן וצרה מלמעלן והמת בתוכה הנוגע בה מלמטן טהור ומלמעלן טמא רחבה מלמעלן וצרה מלמטן הנוגע בה מכל מקום טמא היתה שוה הנוגע בה מכל מקום טמא דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר מטפח ולמטן טהור מטפח ולמעלן טמא העשויה כמין קמטרא הנוגע בה מכל מקום טמא כמין גלוסקום הנוגע בה מכל מקום טהור חוץ ממקום פתיחתה :

15. Arca ſi lata inferius, & ſuperius anguſta, mortuo ei impoſito, tum ſi quis inferius ipſam tetigerit, mundus eſt, ſi ſuperius, immundus eſt. Si ipſa ſuperius lata ſit, & inferius anguſta, & quis tetigerit ipſam aliquo in loco, immundus eſt. Si ipſa æqualis ſit, & quis tetigerit ipſam aliquo in loco, immundus eſt, ita R. Eliezer. R. Jehoſua dicit, ſi a palmo & inferius, mundus eſt; ſi a palmo & ſuperius, immundus eſt. Si ea facta ſit in forma καμπτρίας, & ſi quis aliquo in loco ipſam tetigerit, immundus eſt. Si ea facta eſt in forma γλωσσοκόμου, & quis tetigerit eam, mundus eſt, loco apertionis excepto.

R. OB. DE BARTENORA.

ארון שהיא רחבה וכו׳ *Arca quæ lata eſt &c.* intellige arcam lapideam & e monte prominentem, in quo exſculptum eſt ſepulchrum inferius latum, & inferius anguſtum, ore ipſius ſuperius exiſtente, tum ſi quis ipſam tetigerit inferius, mundus eſt, quicquid enim eſt e regione oris, id ipſi arcæ aſſimilatur; non autem id quod ad latera exiſtit. *Si ipſa ſuperius lata ſit, & inferius anguſta*, vel ſi æqualis ſit, & quis ipſam ulla in parte tetigerit, immundus eſt, ita R. Eliezer; operculum enim immunditiem findit quo immundities aſcendit uſque ad operimentum, & iterum deſcendit in totam ſuperficiem. R. Jehoſua mundum pronunciat eum qui tetigerit ipſam a palmo & inferius, quia pro arca duntaxat habendus eſt palmus foramini arcæ proximus, idcirco non findit a palmo & inferius. העשויה כמין קמטרא *quæ facta eſt in forma καμπτρίας*, intellige vaſculum aliquod cujus operimentum contegit craſſitiem parietum, Targum enim vocem מלתחה *veſtiarium* vertit per קמטרא videſis 2 Reg. 10, 12. *Si quis tetigerit eam aliquo in loco, immundus eſt*, quicquid enim eſt e regione operculi, immundum eſt, operimentum vero omnia tegit. *Si quis tetigerit eam quæ γλωσσοκόμου formam habet, mundus eſt*, quia operimentum illius e regione foraminis eſt inſtar clavi foramini infixi. *Præter* lo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Toſaphta quod hic ſermo fiat de arca in petra excavata, quæ quaſi arca lapidea eſt, & in petra exſculpta, & contecta, hanc ſi quis ulla in parte tetigerit, mundus eſt, & nihil pollutum eſt niſi id quod e regione operculi eſt; atque hæc arca aſſimilatur foveæ magnæ mortuis plenæ, lapide magno ori impoſito, tum de ipſa nihil pollutum eſt niſi id quod e regione excavationis eſt. Et ſecundum hanc hypotheſin dicimus, quod ſi lata ſit inferius, & anguſta ſuperius, in hac figura, tum ſi quis tetigerit illius partem quæ e lapide duro mortuo ſuppoſito facta eſt, mundus eſt. Sin autem contra ſe habeat res, in hac figura, tum is qui partem e lapide duro factam & mortuo impoſitam tetigerit, eo quod ea pars eſt operimentum ſepulchri, eſt quaſi lapis putei ori impoſitus. Cæterum e Toſaphta jam oſtenſum eſt, quod immundum ſit, id quod eſt e regione operimenti, ſi pars ſuperior ſit e regione planitiei duræ, Dicit R. Joſua nullam fieri pollutionem a terra dura quæ mortuo ſuppoſita eſt, præter palmum de eo quod protenditur; quicquid autem ſub palmo eſt de eo quod protenditur in terram in hac forma. Quid autem ſit קמטרא jam expoſitum eſt, & illius figura apud nos ſatis nota eſt, etenim in Ægypto ea dicitur אלקמטרא Præterea Targum vocem מלתחה

locum apertionis, qui eſt in operimento e regione foraminis.

מלתחה exponit per קמטרא videſis 2 Reg. 10, 12. notatque arcam veſtiariam. גלוסקום *γλωσσόκομον* habet formam clavi, illius figura quoque nota eſt apud nos, ego vero puto quod hic denotetur arca ex parte, perinde ac ſi ipſa eſſet perforata in ipſo lapide, ubi mortuus infertur, & hanc portam obſeraret, idcirco e regione apertionis immunda eſt, ſecundum ſimilitudinem in Toſaphta expoſitam, de fovea mortuis plena, quia hæc figura repræſentat foveam hoc modo.

י חבית שהיא יושבת על שוליה באויר וכזית מן המת נתון תחתיה או בתוכה כנגד קורקורותה טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת והחבית טמאה תחת דפנה מבחוץ טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת והחבית טהורה בתוכה ותחת דפנה אם יש בדפנות פותח טפח הכל טמא וכנגד פיה טהור ואם לאו טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת במה דברים אמורים בטהורה אבל אם היתה טמאה או גבוהה מן הארץ טפח או מכוסה או כפויה על פיה טומאה תחתיה בתוכה או על גבה הכל טמא :

16. Dolium ſi in fundo ſuo reſideat in aëre, & olivæ copia de mortuo ei ſuppoſita ſit, vel in ipſo poſita e regione imæ partis ejus, tum immundities findit & aſcendit, findit & deſcendit, & dolium immundum eſt. Si ſub latere exterius, immundities findit & aſcendit, findit & deſcendit, dolium vero mundum eſt. Si immundities ſit in ipſo, & ſub pariete illius, & in parietibus ſit apertura palmi, omnia immunda ſunt, quod autem e regione oris illius eſt, id mundum eſt; ſin minus, immundities findit & aſcendit, findit & deſcendit; de quo dicta ſunt hæc verba? de dolio mundo; at ſi illud ſit immundum, vel a terra altum ſit palmum, vel contectum, vel obturatum circa os illius, & immundities exiſtat ſub ipſo, in ipſo, vel ſuper ipſo, tum omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שהיא יושבת *Dolium quod reſidet*, intellige dolium quod ſuperius anguſtum eſt circa os ſuum, & interius verſus fundum, in medio autem latum, & in forma ventris lati e quo denſitas exterius protuberat. *In aëre*, in aëre aperto, & non ſub tentorio. קורקורותה eſt idem quod קרקעיתה ſive fundus illius. *Findit & aſcendit, findit & deſcendit*, omnia vero vaſa e regione olivæ poſita ſunt immunda, ſive ſub ipſo, ſive ſuper ipſo, ſive in ipſo, quia hæc ſpectant alvearium quod in fundo ſuo reſidet; at vero ea quæ ſunt in lateribus, & non e regione olivæ, ſunt munda. החבית טמאה *Dolium eſt immundum*, non quod ipſum dolium ſit immundum, quia hic ſermo fit de dolio quod non recipit immunditiem, ſicuti in fine indigitatur; ſed quando hic dicitur, *dolium eſt immundum*, putat quod vaſa dolio impoſita e regione immunditiei, ſint immunda, quia dolii ſimplicis os latum eſt ſecundum imæ illius partis menſuram. Quandoquidem vero nihil intereſt inter aërem interioris loci & inter aërem exterioris ſuperficiei, quia non liberat ab immunditie, id quod extra ipſum eſt, idcirco nec id quod intus eſt. תחת דפנה מבחוץ *ſub pariete illius exterius*, ibi immundities findit & aſcendit, findit & deſcendit; immundum vero eſt extra dolium, quicquid eſt e regione olivæ. *Dolium mundum eſt*, videlicet id quod in ipſo eſt, licet id ſit e regione olivæ, etenim parietes dolii in medio prominent, hinc ſi olivæ copia ſit ſub pariete, tum illius paries ſimilis eſt alveario quod in latus inclinatum eſt, cujus interior locus eſt mundus, quia diſcrimen eſt inter aërem interioris loci e regione olivæ, & inter aërem qui exterius eſt e regione olivæ. בתוכה ותחת דפנה *in ipſo & ſub pariete ipſius*, nempe intra concavum parietis, quia auctor concavum vocat *ſub pariete ipſius*, etenim paries circa os paulatim coarctatur, excepta immunditie quæ eſt in fundo, qui eſt e regione os ipſius. אם יש בדפנות פותח טפח *ſi in parietibus ſit apertura palmi*, quia venter dolii uſque adeo prominet foras, ut in uno loco uſque ad ſpatium ori dolii oppoſitum ſit palmus quaquaverſum, in altitudine palmi, tum omnia ſunt immunda, quia tentorium inducit immunditiem in totum dolium; excepto ſpatio e regione oris, ubi non eſt tentorium, idcirco e regione oris eſt mundum. ואם לאו *ſin minus*, ſi illic non ſit palmus, tum immundities findit & aſcendit, & nihil immundum eſt præter id quod e regione olivæ eſt. אבל אם היתה טמאה *at vero ſi id ſit immundum*, ut ſi ſimplex dolium in fornace conflatum ſit, quod immunditiem recipit, vel a terra ſit altum palmum, vel contectum, vel obturatum, licet id mundum ſit, & immundities ſub ipſo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, omnia ſunt immunda. Etenim ſi id immun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit כנגד קרקרותה *e regione imæ illius partis*, ſenſus eſt quod immundities ſit ſub illa dolii parte quæ verſus foramen protrahitur, non quod ea ſit ſub craſſitie marginis, etſi hic ſenſus ſit clarus, delineabo tamen illius figuram. Cæterum jam expoſuimus ſenſum illius quod dicitur, *findit & aſcendit, findit & deſcendit*, etſi hoc circa anguſtiam immunditiei duntaxat contingat in ſpatio palmo minori. Quando autem immundities exiſtit ſub ima illius parte, tum ſecundum id quod pro fundamento poſuimus, quicquid e regione immunditiei ſit, ab aëre dolii, eſt immundum; quia eſt vas teſtaceum, non quod vas teſtaceum exterius polluatur, ſed quia id polluitur ab aëre hujuſce dolii, hinc aër jam pollutus erat in hoc genere immunditiei, qua polluitur omne id quod e regione illius eſt; hæc recte intelligas volo, quia hic eſt ſenſus tam ſubtilis, ut in ipſum non cadat intelligentia. Si vero immundities ſit in ipſo, tum clarum eſt quod dolium ſit immundum, at ſi immundities ſit ſub pariete ipſius exterius, videlicet ſub craſſitie tecti, & nihil de immunditie ſit ſub fundo illius verſus aërem apertum, tum dolium eſt immundum, etenim vas teſtaceum non polluitur exterius, ſicuti expoſuimus capite ſecundo de Vaſis. Immundities autem dum ſurſum tranſit, non ingreditur in vaſis aërem ſive concavum, quia ipſa eſt ſub pariete. Quando autem dicit auctor, *in ipſo & ſub pariete ipſius*, ſenſus eſt, quod de immunditie ſit aliquid ſub pariete, & aliquid ſub ima parte vaſis, ad id quod reſtat conſtituendum in copia olivæ de mortuo, cujus una pars ſuppoſita eſt parieti illius, altera vero imæ parti ſuppoſita, tum quicquid eſt e regione immunditiei ſive ſuperius ſive inferius, mundum eſt. Sin autem in pariete ſit apertura palmi, tum omnia ſunt immunda; ſenſus vero illius quod dicitur, *omnia ſunt immunda*, eſt, quod quicquid tetigerit dolium, ſit immundum, etiam id quod non ſit e regione immunditiei; at vero ſi craſſities dolii facta ſit ex ipſo, tum immundities pervaſit omnia, nempe totam circumferentiam, idcirco quicquid e regione oris illius eſt, mundum eſt, ea nempe pars quæ aërem proſpicit, quia immundities jam extenſa eſt & ipſius operatio cernitur in maxima vaſis parte, ſicuti ſeptimo capite pro fundamento poſuimus. Sed hæc omnia ita intelligenda ſunt, ſi dolium ſit mundum, & terræ contiguum, & ſi id antea jam pollutum fuiſſet aliqua immunditie, qua vas pollutum eſt, at vas immundum non polluit, ſicuti expoſuimus capite decimo codicis de Vaſis; vel ſi illud ſupra terram altum ſit palmum, unde ex ipſo fit tentorium; vel ſi immundities ſit in ipſo, & ſuper ipſo tegumentum, tum illud aſſimilatur ſepulchro occluſo; vel ſi id ſuper lecto

munditiem recipiat, & reſideat in fundo, & immunditics ſub ipſo, vel in ipſo, vel ſuper ipſo, licet vas teſtaceum non polluatur exterius, tamen ipſum dolium hic polluitur, quia cibi ſunt in ipſo, cum id ipſum non ſit filo conjunctorio circumdatum, vas enim ne quidem id quod in ipſo eſt, liberat ab immunditie, niſi cum pariete tentorii in loco ubi non eſt diſcrimen inter aërem interius exiſtentem, & inter eum qui exterius eſt. Cæterum quando auctor dicit, *ſub ipſo*, intelligit ſub ipſo fundo, nam is non tradit, ſub pariete illius exterius, & tum ipſum dolium polluitur; & quandoquidem ipſum dolium eſt immundum, etiam omnia vaſa ei impoſita polluuntur, licet non ſint e regione immunditiei. Etſi enim ſtatuamus, quod nec homo, nec vaſa polluantur ab aëre vaſis teſtacei, hic tamen quoties olivæ copia ſub ipſo ſit, polluuntur ratione conjunctionis, quia dolium ipſum eſt immundum. Pariter ſi id a terra altum ſit palmum, licet immunda ſint, tamen id quod ſub ipſo eſt, conſideramus ac ſi id ipſum plenum eſſet immunditie; & quamvis immundities ſit ſuper ipſo, jam omnium eorum jus inæquale eſt, nam ſi dolium recipiat immunditiem, tum id quod in ipſo eſt, etſi id non ſit e regione immunditiei, immundum eſt; & quod tentorium facit ſuper ipſo e regione immunditiei, id etiam immundum eſt; quod vero non eſt e regione immunditiei, id mundum. Cæterum quod altum eſt palmum ſupra terram, vel contectum, vel inverſum circa os ſuum, tum ſi quid tentorium fecerit ſuper ipſo, licet id non ſit e regione immunditiei, immundum eſt; nam non mirandum eſt de eo quod inverſum eſt circa os, immunditie ſuper ipſo exiſtente, quod ab immunditie eripiat id quod in ipſo eſt ut vaſa munda conjunctorio aliquo circumdata, hic enim aliter ſe res habet, quia non ſit iunctio.

lecto opertum ſit, tum id quod tetigit aliquam partem uno ex illis quos recenſuimus modis, immundum eſt, nempe interior locus illius, ſuperior, & illius paries, & quiſquis porro hæc loca tetigerit, immundus eſt, quemadmodum expoſuimus.

פרק י ארובה שהיא בתוך הבית ויש בה פותח טפח טומאה בבית כנגד ארובה טהור טומאה כנגד ארובה הבית טהור הטומאה בין בבית ובין כנגד ארובה נתן רגלו מלמעלן עירב את הטומאה מקצת הטומאה בבית ומקצתה כנגד ארובה הבית טמא וכנגד הטומאה טמא :

Caput 10. Si feneſtra ſit in domo, atque ipſa contineat aperturam palmi, tum ſi immundities in domo ſit, locus e regione feneſtræ eſt mundus; ſi immundities ſit e regione feneſtræ, domus munda eſt; ſi immundities ſit ſive in domo, ſive e regione feneſtræ, & quis pedem ſuum poſuerit ſuperius, atque commiſcuerit immunditiem, una parte immunditiei exiſtente in domo, altera vero e regione feneſtræ, tum domus immunda eſt, quod vero e regione immunditiei eſt, id quoque immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ארובה שהיא בתוך הבית *Feneſtra quæ in domo eſt*, & verſus aërem retecta, quæ ſuperius non habet tectum. *Quod e regione feneſtræ eſt, id mundum eſt*, ſi vaſa inferius poſita ſint in terra e regione feneſtræ, & reſpiciant expanſum, tum munda ſunt. מלמעלן *ſuperius*, ſupra os feneſtræ. עירב את הטומאה *ſi miſcuerit immunditiem*, tum omnia ſunt immunda, domus videlicet, & qui pedem ſuum in foramen intromiſerit. *Et quod e regione immunditiei eſt, id quoque immundum eſt*, quia olivæ copia hac illac protrahitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ארובה שהיא בתוך הבית *Feneſtra quæ in domo eſt*, videlicet in tecto domus verſus cœlum, ita ut hæc feneſtra ſit retecta, abſque ulla umbra, & ſi immundities ſit ſub tecto domus, tum tota iſta domus omnino immunda eſt propter tectum quod continet, excepto domus loco qui e regione illius eſt, & non maxima parte cœlum reſpiciente, quæ munda eſt. Pariter ſi immundities ſit ſub feneſtra, tum tota domus munda eſt, quia immundities non eſt ſub tentorio; & ſi illic pes ipſius vel manus prehenderit feneſtram, tum immundities jam ad tectum pervenit, & res conſideratur ac ſi illic non eſſet feneſtra, quia homo accipit naturam tentorii ad polluendum, ſicuti expoſuimus capite ſexto hujuſce codicis, idcirco, ſi immundities extiterit, tum tota domus immunda eſt, atque hic vir quoque immundus eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi miſcuerit immunditiem.* Cæterum illius quod dicitur, *partim in domo & partim e regione feneſtræ*, ſenſus eſt, quod ſi aliquid ſit de menſura quæ ſub tecto eſt polluta, & aliquid de menſura quæ ſub feneſtra eſt, tota domus polluta ſit, ſive omne id quod ſub tecto eſt; etenim non dicimus quod dimidium menſuræ duntaxat intraverit domum. Sic etiam quicquid ſit e regione dimidii menſuræ, quæ eſt ſub feneſtra extra feneſtram, immundum eſt, quia id ipſum non cenſemus pro dimidio menſuræ in aëre poſito, quod non polluitur; atque hæc menſura tota debet conjungi in unum corpus, ſicuti expoſuimus capite tertio hujuſce codicis.

ב אין בארובה פותח טפח טומאה בבית כנגד ארובה טהור טומאה כנגד ארובה הבית טהור הטומאה בבית נתן את רגלו מלמעלן טהור הטומאה כנגד ארובה נתן את רגלו מלמעלן רבי מאיר מטמא וחכמים אומרים אם טומאה קדמה את רגלו טמא ואם רגלו קדמה את הטומאה טהור רבי שמעון אומר שתי רגלים זו על גב זו שקדמו את הטומאה משך הראשון את רגלו ונמצא רגלו של שני שם טהור מפני שקדמה רגלו של ראשון את הטומאה :

2. In feneſtra ſi non ſit apertura palmi, & immundities in domo, tum id quod e regione feneſtræ eſt, mundum eſt; ſi immundities ſit e regione feneſtræ, tum domus eſt munda; ſi immundities ſit in domo, & quis pedem ſuum poſuerit ſuperius, mundus eſt. Si immundities ſit e regione feneſtræ, & quis pedem ſuum poſuerit ſuperius, R. Meyr ipſum immundum pronunciat. Sapientes vero dicunt, ſi immundities præceſſerit pedi ipſius, immundus eſt, ſin pes ipſius præceſſerit immunditiei, mundus eſt. R. Simeon dicit, ſi duo ſint pedes, unus ſuper altero, qui præceſſerunt immunditiei, atque primus traxerit pedem ſuum, & pes ſecundi illic extiterit, mundus eſt, quia pes primi præceſſit immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בארובה פותח טפח *Si in feneſtra non ſit apertura palmi*, hæc verba nos docent, quod licet minus ſit ſpatium quam apertura palmi, tamen non dicamus immunditiem eſſe acceſſoriam. נתן את רגלו טהור *ſi pedem ſuum poſuerit*, *mundus eſt*, nam cum obturata feneſtra ſit, res ſe habet ac ſi elevaſſet eum, quia immundities non ingreditur tentorium, neque exit ex ipſo in apertura palmo minori. *Si immundities anteverterit pedi*, *immundus eſt*, nam eo tempore quo pedem ſuum poſuerit, tentorium fecit ſuper immunditie. *Si vero pes illius præceſſerit immunditiei*, *mundus eſt*, etenim antequam immundities venerit, jam factum erat tentorium occluſum, quando autem intrabat immundities, tum in feneſtra non erat apertura palmi, ut immundities ex ipſo exiret. שתי רגלים זו על גב זו *duo pedes quorum unus impoſitus eſt alteri*, ſi duo ſint viri quorum unus pedem ſuum impoſuerit ori feneſtræ, alter vero pedem ſuum impoſuerit pedi; atque immundities poſtea domum intraverit ſub feneſtra, primo homine pedem ſuum retrahente, hinc pes ſecundi hominis feneſtræ impoſitus ſit, licet ſecundus tentorium fecerit pro immunditie, quando primus pedem ſuum removiſſet, ſecundus eſt mundus, quia primi hominis pes præceſſit immunditiei; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon nec ſecundum R. Meyr.

ג מקצת טומאה בבית ומקצתה כנגד ארובה הבית טמא וכנגד הטומאה טמא דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר הבית טמא כנגד הטומאה טהור רבי יוסי אומר אם יש בטומאה כדי שתחלק ותטמא את הבית ותטמא כנגד הטומאה טמא ואם לאו הבית טמא כנגד הטומאה טהור :

R. OB. DE BARTENORA.

כנגד ארובה *E regione feneſtræ*, in feneſtra quæ non habet palmi aperturam. *E regione immunditiei*, *immundum eſt*, quod ſuper immunditie tentorium facit. כדי שתחלק *ut dividi poſſit*, ut in parte immunditiei ſit menſura quæ in tentorio pollui poteſt, ſi nempe de cadavere ſint duæ olivæ, vel plus; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ד ארובות זו על גב זו ויש בהן פותח טפח טומאה בבית כנגד ארובות טהור טומאה כנגד ארובות הבית טהור הטומאה בין בבית בין כנגד ארובות נתן (ס"א) דבר שהוא מקבל טומאה בין מלמעלן בין מלמטן הכל טמא ודבר שאינו מקבל טומאה ממנו ולמטן טמא ממנו ולמעלן טהור :

R. OB. DE BARTENORA.

ארובות זו על גב זו *Si una feneſtra impoſita ſit alteri*, ut, ſi feneſtra ſit inter domum & cœnaculum, & præterea quoque alia feneſtra in tecto cœnaculi e regione alterius, atque in unaquaque apertura palmi. בין מלמעלן *ſive ſuperius*, in feneſtra ſuperiori; *ſive inferius*; in feneſtra inferiori. הכל טמא *omnia ſunt immunda*, etiam id quod in cœnaculo eſt; licet id ipſum impoſuerit inferiori, & non ſuperiori; nam quia res immunditiem recipit, & non dividit pro immunditie, hinc eam conſiderant quaſi ori feneſtræ ſuperiori impoſita eſſet, & immunditiem miſceret. *Sed ab ipſa & ſuperius*, *mundum eſt*, quia dividit pro immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oportet autem ut vir qui pedem ſuum poſuit ſuperius, ſit mundus, eo quod feneſtra non habet undiquaque palmum, neque immundities e domo exit niſi palmi ſpatium adſit, ſicuti aliquoties diximus. Toſaphta autem dicit, immundities non intrat tentorium, neque exit ex ipſo, niſi in apertura palmi. Poſtea dicit, *ſi immundities præceſſerit pedi ipſius*, tum is mundus ſit, quia immundities polluit quicquid ad ipſum pervenerit, ſicuti ſuperius expoſitum eſt; quando autem pedem ſuum poſuerit, tentorium fecit ſuper immunditie, ſed quando pes illius prævenerit immunditiei, tum tecto aſſimilatur, & tectum conjungitur, ſed hicce homo non polluitur, quia illic non eſt apertura palmi, e qua immundities exire poſſit; neque tentorium fecit ſuper immunditie, dum tentorium faciebat. Sed R. Simeon ſe huic juri opponit, dicitque, ſi e duobus hominibus unus pedem ſuum poſuerit in feneſtra, & alter pedem ſuum impoſuerit alterius pedi, atque immundities poſtea intraverit ſub feneſtram, poſtquam primus pedem ſuum retraxiſſet, tum pes illius eſt ſecundus immunditiei gradus, & quia e regione hujuſce loci poſitus erat ante immunditiem; quamvis enim tentorium fecerit ſuper immunditie poſt tactum immunditiei, tamen mundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr, nec ſecundum R. Simeon.

3. Si quid immundi ſit in domo, & quid immundi e regione feneſtræ, tum domus immunda eſt, & quod e regione immunditiei eſt, id immundum eſt, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, domus eſt immunda, at quod e regione immunditiei eſt, id mundum eſt. R. Joſe dicit, ſi in immunditie ſit quantum dividi poteſt, & domum polluere, & polluere id quod e regione immunditiei eſt, immundum eſt; ſin minus, domus eſt immunda, quod autem e regione immunditiei eſt, id mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדי שתחלק *Quantum dividi poteſt*, ut dividi poſſit, ſi nempe de illius conſtitutione quid pertigerit tectum domus ſecundum menſuram, & tetigerit ſub feneſtra in qua non eſt apertura palmi ſecundum menſuram; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

4. Si una feneſtra ſit impoſita alteri, & in iis ſit apertura palmi, & immundities in domo, tum mundum eſt id quod e regione feneſtrarum eſt; ſi immundities ſit e regione feneſtrarum, tum domus munda eſt. Si immundities tam in domo quam e regione feneſtræ ſit, & quis rem aliquam immunditiem recipientem ſive ſuperius ſive inferius poſuerit, omnia ſunt immunda; ſi rem non recipientem immunditiem, tum ab iſta re impoſita & inferius immundum eſt; ſed ab ipſa & ſuperius, *mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Negotium de feneſtris ita intelligendum eſt, ſi domus ſit & in ipſius tecto ſit feneſtra, atque in tecto cœnaculi, una oppoſita alteri, donec immundities ſit ſub feneſtris domus, tum illa verſus cœlum retecta eſſe cenſetur. Cæterum jam expoſitum eſt quod vas immundum non dividat pro immunditie; quum vero extiterit immundities, & in horto fuerit apertura palmi, tum cœnaculum eſt immundum ad immunditiem eo educendam, idcirco ſi quis aliquam rem immunditiem recipientem impoſuerit feneſtræ quæ in tecto domus eſt, tum pollutum eſt hocce vas, & domus quoque; quum vero tota domus immunda eſt, & in tecto illius apertura palmi, tum immundities egreditur ex hac feneſtra, & cœnaculum polluitur, quia hocce vas non dividit inter domum

mum & cœnaculum, cum vas ſit immundum. At vero ſi hoc vas impoſitum ſit feneſtræ ſuperiori, quæ eſt in tecto cœnaculi, tum clarum eſt, quod cœnaculum inficiatur, & ſimul domus. Sin autem ſit vas quod non recipit immunditiem, tum id diſcriminat pro immunditie; idcirco ſi quis illud impoſuerit feneſtræ, quæ eſt in cœnaculo, tum domus & cœnaculum ſunt immunda, & quicquid eſt e regione hujuſce feneſtræ ſurſum uſque ad cœlum, mundum eſt.

ה אין בארובות פותח טפח טומאה בבית כנגד ארובות טהור (ס"א) טומאה כנגד ארובות הבית טהור הטומאה בבית נתן בין דבר שהוא מקבל טומאה בין דבר שאינו מקבל טומאה בין מלמעלן בין מלמטן אין טמא אלא תחתון הטומאה כנגד ארובות נתן דבר שהוא מקבל טומאה בין מלמעלן בין מלמטן הכל טמא דבר שאינו מקבל טומאה בין מלמעלן בין מלמטן אין טמא אלא תחתון :

5. Si in feneſtris non ſit apertura palmi, ſed immundities ſit in domo, tum id quod e regione feneſtrarum eſt, mundum eſt; immundities ſi ſit e regione feneſtrarum, tum domus eſt munda. Si immundities ſit in domo, & quis aliquid poſuerit quod immunditiem recipit, vel id quod immunditiem non recipit, ſive ſuperius ſive inferius, tum id quod inferius eſt, duntaxat pollutum eſt. Si immunditie ſit e regione feneſtrarum, & quis depoſuerit quid immunditiem recipiens, ſive ſuperius ſive inferius, omnia ſunt munda; ſi id quod non recipit immunditiem, ſive ſuperius ſive inferius, tum id quod inferius eſt, duntaxat pollutum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אין טמא אלא התחתון *Id quod inferius eſt, duntaxat pollutum eſt*, quandoquidem enim immundities eſt in domo, non e regione feneſtræ, tum immundities non exit in ſpatio palmo minori, ſed cœnaculum eſt mundum, licet cœnaculi feneſtra ſit obſtructa. *Omnia immunda ſunt*, etenim quia immundities eſt e regione feneſtrarum, & quia res immunda dividere nequit, idcirco eam conſiderant ac ſi ori feneſtræ ſuperioris impoſita eſſet, & immunditiem divideret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt ex iis quæ præceſſerunt, quando intellexeris hypotheſin illam qua ſtatuitur quod immundities non ingreditur tentorium, neque exit ex ipſo niſi per aperturam palmi.

ו ארובה שהיא בתוך הבית וקדרה נתונה תחתיה שאם תעלה אין שפתותיה נוגעות בארובה טומאה תחתיה בתוכה או על גבה טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או בבית תחתיה והבית טמא תוכה וגבה טהור בתוכה או על גבה הכל טמא :

6. Feneſtra ſi ſit in domo, & olla ei ſuppoſita, ita ut margo illius non tangat feneſtram, ſi illa aſcenderit, & immundities ſit ſub ipſa, in ipſa, vel ſuper ipſa, tum immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. Si illa a terra alta ſit palmum, & immundities ſub ipſa, vel in domo, tum id quod ſub ipſa eſt & domus, ſunt immunda; quod in ipſa, vel ſuper ipſa eſt, id mundum eſt. Si immundities ſit in ipſa, vel ſuper ipſa, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

ארובה שהיא רואה את האויר *Feneſtra quæ reſpicit aërem*, olla ei impoſita in terra, e regione feneſtræ, at non ita lata ut ſi illa e regione feneſtræ aſcenderit, margo illius tangat feneſtram, ſed quæ intrare & exire poteſt in ipſo ſpatio ut non tangat quicquam. *Immundities penetrat & aſcendit*, domus vero eſt munda, & quod non e regione immunditiei eſt, id mundum eſt, quod autem e regione immunditiei eſt, id mundum eſt, licet enim vas teſtaceum non polluat exterius, hic tamen ubi penetrat immundities, interior locus quoque immundus eſt, licet immundities ſit ſub ipſo, & quicquid in olla eſt, immundum eſt, licet id ipſum non ſit e regione immunditiei. תחתיה והבית טמא *id quod ſub ipſa eſt & domus, ſunt immunda*, quia olla tentorium facit ſuper immunditie, quandoquidem ea palmum alta ſit. תוכה וגבה טהור *quod in ipſa, vel ſuper ipſa eſt, id mundum eſt*, quia olla dividit pro immunditie, & ab immunditie liberat cum parietibus tentoriorum. בתוכה או על גבה הכל טמא *ſi immundities ſit in ipſa, vel ſuper ipſa, omnia ſunt immunda*, videlicet id quod in ipſa, ſuper ipſa, & ſub ipſa eſt, atque domus, quia immundities quæ ſuper ipſa eſt, perrumpit ſub ipſa, & cum ea quoque alta ſit palmum, tum denuo non liberat ab immunditie, quia olla immunda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שאם תעלה אין שפתותיה נוגעות בארובה *Ut ſi aſcenderit, labia illius non tangant feneſtram*, hoc ſenſu, ſi vas e regione feneſtræ poſitum ſit, & feneſtra ſit major quam ipſa olla, uſque dum cenſuerimus quod vas aſcendat ſupra columnam, quæ e feneſtra prodit, attamen non pertingat ad latera illius ullo modo. Quum olla huic columnæ ſit impoſita, & immundities exiſtat in aliqua ollæ parte, tum immundum eſt quicquid e regione illius eſt; & ſuperius vel inferius, ita ut ſit immundities colliſa; & non ſub tentorio uno, vel ſi retecta ſit verſus cœlum, ita ut opera illius non percipiantur neque videantur, ſicuti expoſuimus ratione illius quod dicitur, *penetrat & aſcendit.* Si vero olla a terra alta ſit palmum; & immundities ſub ipſa, tum ipſa jam tentorium aliquod fecit ſupra immunditiem, & per ipſam domus polluitur. Cæterum in hoc ipſo capite ſuperius jam expoſitum eſt quod ſi immundities exiſtat ſub feneſtra, videlicet ſi quis pedem ſuum poſuerit ſuperius, immunditiem commiſcuit ratione loci, & quicquid eſt in ipſa, vel ſuper ipſa, id mundum eſt; & ſi hæc olla ſit alta palmum, ſicuti meminimus, tum omnia munda ſunt, domus nempe tota eſt munda, quia immundities e regione feneſtræ eſt. Pariter id quod ſub olla eſt, mundum eſt, quia tentorium eſt cum ea alta ſit palmum; attamen polluit duntaxat e regione immunditiei uſque ad expanſum.

ז היתה נתונה בצד האסקופה שאם תעלה היא נוגעת במשקוף פותח טפח טומאה תחתיה בתוכה או

או

7. Si olla poſita ſit ad latus liminis, ut ſi illa aſcendat, tangat ſuperliminare aperturæ palmi, & immundities ſub ipſa, in ipſa, vel ſuper ipſa ſit, tum im-

או על גבה טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת היתה גבוהה מן הארץ טפח טומאה תחתיה או בבית תחתיה והבית טמא תוכה וגבה טהור בתוכה או על גבה הכל טמא שאם תעלה אינה נוגעת בשקוף פותח טפח או מודבקת בשקוף טומאה תחתיה אין טמא אלא תחתיה :

immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. Si illa palmum alta ſit a terra, & immunditiessub ipſa, vel in domo, tum id quod ſub ipſa eſt, & domus, ſunt immunda; quod vero in ipſa, & ſuper ipſa eſt, id mundum eſt; ſi immunditiesſit in ipſa, vel ſuper ipſa, omnia ſunt immunda; nam ſi aſcendat, non tangit ſuperliminare aperturæ palmi; vel ſi illa adhæreat ſuperliminari, & immundities ſit ſub ipſa, tum id quod ſub ipſa eſt, duntaxat immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA. היתה נתונה *Si illa poſita ſit*, olla nempe. בצד האשקופה *ad latus liminis*, ſi ea poſita ſit in limine exterius, & protracta intro ita ut ſi aſcendat, palmus de ipſa ſit ſub ſuperliminari, & ſicuti olla eſt lata inferius, & anguſta ſuperius circa os, ut palmus ſub ſuperliminari ſit, tum totum os adhuc eſt foris. *Si immundities ſit ſub ipſa*, de immunditie contigua ſermo eſt. *Penetrat & aſcendit*, ac domus munda eſt, ſi nempe immunditics exiſtit a loco ſuperliminaris & foras, nam ſi ea exiſtat in palmo protracto intro, tum domus eſt immunda. *Tum id quod ſub ipſa eſt & domus, ſunt immunda*, quandoquidem illic palmus eſt de ipſa intro, qui immunditiem in domum introduxit. *Quod in ipſa eſt, & quod ſupra ipſa eſt, mundum eſt*, quia id ab immunditie liberat ope parietis domus. *Omnia ſunt immunda*, quia olla eſt polluta & non dividit, hinc immunditiem conſiderant ac ſi ipſa eſſet ſub illa, idcirco domus eſt immunda. או מודבקת *vel cohæreat*, quia olla nullatenus ſub limine poſita eſt. Sed ſuperius adhæret ad latus liminis, licet latitudo cohæſionis non habeat palmum. *Nihil immundum eſt præter id quod ſub ipſa eſt*, quia palmus non eſt ſub limine, proinde non inducit immunditiem in domum, hinc domus, quod in ipſa & quod ſuper ipſa eſt, munda ſunt.

פרק יא הבית שנסדק טומאה בחוץ כלים שבפנים טהורין טומאה בפנים כלים שבחוץ בית שמאי אומרים עד שיהא בסדק ארבעה טפחים בית הלל אומרים כל שהוא רבי יוסי אומר משום בית הלל פותח טפח :

Caput 11. Si domus ſit fiſſa, & immundities ſit foris, tum vaſa intus poſita, ſunt munda; ſi immundities ſit intus, vaſa autem foris, dicit Schola Schammai, donec in fiſſura quatuor ſint palmi; Schola Hillelis dicit, quantulumcunque. R. Joſe dicit in nomine Scholæ Hillelis, apertura palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שנסדק *Domus quæ diffiſſa eſt*, domus tectum quod omnino in duas partes diffiſſum eſt. *Immunditie foris exiſtente*, ad latus exterius, in quo eſt janua. *Vaſa intus poſita ſunt munda*, quia immundities non ingredi, ſed egredi ſolet. *Schola Hillelis dicit, quantulumcunque*, in Toſaphta declaratur id quantulumcunque eſſe ſecundum Scholam Hillelis, dummodo id ipſum ſit ut filum perpendiculi; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties a nobis dictum eſt quod immundities egredi ſolet, & non ingredi; quum vero diffiſſum fuerit domus tectum totum, & ſimul parietes tectum ferentes uſque ad terram fiſſi fuerint, immunditie vero exiſtente in dimidio interiori e duabus partibus domus, ſive in parte quæ eſt e regione januæ, vaſis autem altera in parte poſitis, quæ foras tendit, Schola Schammai dicit, donec latitudo ſit quatuor palmorum, tum hæcce vaſa non polluuntur, etenim nos hic non requirimus aperturam palmi tantum, cum immundities ſit intus & vaſa in parte exteriori, & immundities egredi ſolet, & non ingredi. Schola Hillelis dicit, quod apertura palmi non ſit neceſſaria, cum tectum ſit in domo. Cæterum in Toſaphta exponitur illud *quantulumcunque* intelligendum eſſe quum fiſſura eſt menſura fili perpendiculi. R. Joſe dicit, apertura palmi ſecundum hypotheſin; deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

ב אכסדרה שנסדקה טומאה בצד זה כלים שבצד השני טהורין נתן את רגלו או קנה מלמעלן עירב את הטומאה נתן את הקנה בארץ אינו מביא את הטומאה עד שיהיה גבוה מן הארץ פותח טפח :

2. Exhedra ſi fiſſa ſit, & immundities ſit ad latus unum, tum vaſa ad alterum latus poſita, ſunt munda; ſi poſuerit pedem ſuum, vel calamum ſuperius, tum immunditiem miſcuit. Si calamum poſuerit in terra, tum non adducit immunditiem, niſi donec altus ſit a terra palmi aperturam.

R. OB. DE BARTENORA.

אכסדרה שנסדקה *Exhedra quæ fiſſa eſt*, tectum exhedræ quod in duas partes diffiſſum eſt. *Vaſa ad ſecundum latus poſita, ſunt munda*, eo quod aër fiſſuræ dividit, & efficit ut immundities tranſire nequeat ad latus ſecundum. *Miſcuit immunditiem*, quia aër eſt obſtructus. *In terra*, in pariete exhedræ e regione fiſſuræ quæ in tecto eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc fiſſura eſt in tecto exhedræ, quæ אלפרנזל vocatur, ſed tu jam noſti figuram illius, & quod ea pertineat ad portam domus, tecto autem illius uſque ad terram fiſſo, tum duo ſunt dimidia, dextrum nempe & ſiniſtrum. Cæterum tibi capite ſuperiori jam expoſita eſt commixtio immunditiei ſuperius, apud fiſſuram, vel inferius ſive e regione, quando res ea in qua eſt fiſſura, ſit a terra palmum alta, vel altior, ſicuti expoſitum eſt de feneſtra quæ intra domum eſt.

ג סגוס עבה וכופת עבה אינן מביאין את הטומאה עד שיהיו גבוהים מן הארץ פותח טפח קפולים זו על גבי זו אינן מביאות את הטומאה עד שתהא העליונה גבוהה מן הארץ פותח טפח היה אדם נתון שם

3. Sagum denſum & ſegmentum ligni denſi non adducunt immunditiem niſi donec a terra alta ſint aperturam palmi. Si unum ſuper altero conduplicatum, tum non adducunt immunditiem, niſi donec ſuperius a terra altum ſit palmum;

שם בית שמאי אומרים אינו מביא את הטומאה ובית הלל אומרים אדם חלול הוא והצד העליון מביא את הטומאה :

mum; ſi illic ſit homo, Schola Schammai dicit, non adducit immunditiem. Schola Hillelis dicit, homo perforatus eſt, & latus ſuperius adducit immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

סגוס *Sagum*, eſt veſtimentum e lana confectum, & valde denſum. De Sago porro & ſegmento tigni dicitur quod craſſa ſint, licet autem altitudo eorum craſſior ſit palmo, tamen non adducunt immunditiem, ſi nempe quis illa conſtituerit in terra e regione fiſſuræ in tigno exhedræ, dummodo ſit ſub iis concavum palmi. קפולין *conduplicata*, inſtar pallii, vel multarum veſtium inter ſe conduplicatarum. *Donec ſuperius altum ſit a terra palmum*, licet veſtes ei ſuppoſitæ ſint, ſuperius tamen adducit immunditiem, quandoquidem altum ſit a terra palmum. *Si homo illic conſtitutus ſit*, nempe in terra e regione fiſſuræ. *Homo perforatus eſt*, illius corpus ubique foraminibus plenum eſt, etſi in ipſo ſint ilia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סגוס וכופרה Continentur ſub nomine כלים vaſorum, ſicuti expoſuimus; quando de eorum denſitate additur, ſenſus eſt quod ſaltem palmi menſuram habeat, & plus; & quum illa duplicata eſſe dicuntur, putandum eſt quod in modum veſtis conduplicata ſint una extremitate alteri impoſita. Porro dicit auctor quod ſi immundities ſit ad latus exhedræ unius e duabus iſtis partibus, & veſtis craſſa involuta ſit ſub fiſſura, tum non dicendum eſt, quod ſi in altitudine illius ſit palmus, cenſeatur in omni eo quod eſt ſub veſte ſuperiori, vel ſuperficie ſuperiori, ſimilive loco, uſque ad terram, & quod tentorium ſit ſub fiſſura in altitudine palmi; ſed nos rem conſideramus ac ſi tentorium in terra poſitum eſſet, & tum non miſcet immunditiem niſi donec ſub fiſſura ſit tentorium in quo foramen eſt, cujus rei hypotheſin jam expoſuimus. Porro dicit, *donec ſuperius a terra altum ſit palmum*, hoc ſenſu, ſi palmus perforatus ſit ſub ipſo, & homo conſtitutus ſit ſub fiſſura exhedræ, Schola Schammai dicit, quod is non miſcuit immunditiem, licet altitudo corporis illius palmum ſuperet, ſecundum jus de ſago & tigni ſegmento. Schola Hillelis dicit, ſagum & tigni ſegmentum contigua ſunt & non perforata, homo autem perforatus, ſed latus ſuperius totum eſt tentorium ſuper terram, adducitque immunditiem ad latus ſecundum limitis.

ד היה משקוף בעד (ס"א) החלון והאהיל על קוברי המת בית שמאי אומרים אינו מביא את הטומאה ובית הלל אומרים מביא את הטומאה ומודים שאם היה לבוש בכליו או שהיו שנים זה על גבי זה שהם מביאין את הטומאה :

4. Si ſuperliminare ſit in feneſtra, & id tentorium fecerit ſuper iis qui mortuum ſepeliunt, Schola Schammai dicit, non adducit immunditiem. Schola Hillelis dicit, adducit immunditiem; conveniunt autem in eo, quod ſi inſtrumentis inſtructus ſit, vel duo ſint homines quorum unus impoſitus eſt alteri, illa immunditiem adducant.

R. OB. DE BARTENORA.

והאהיל על קוברי המת *Et tentorium fecerit iis qui mortuum ſepeliunt*, id eſt ſuper ipſum cadaver. *Schola Schammai dicit, non inducit immunditiem*, Schola Schammai ſequitur opinionem ſuam qua ſtatuit hominis corpus quidem eſſe foraminibus plenum, attamen inde non cenſeri eſſe concavum aliquod, & propterea in domum non introduci immunditiem. Schola Hillelis quoque ſuam ſequitur ſententiam, qua corpori foramen ſive concavum attribuit, idcirco licet hominis corpus feneſtræ contiguum ſit, tamen latus ſuperius inducit immunditiem in domum, quia non eſt concavum corporis quod palmum continet. Sed de homine veſte induto concedit Schola Schammai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non opus eſt ut exponamus quod cum hic dicatur קוברי המת *ſepelientes mortuum*, intelligantur ii qui funus efferunt, donec ipſe mortuus tentorium faciat ſuper aliqua re. Senſus vero illius quod dicitur, *adducit immunditiem*, hic eſt, immundities in domum introducitur, qua domus polluitur e qua limen proſpicit; atque hæc eſt ſententia Scholæ Hillelis quod homo ſit perforatus, & quod latus ſuperius inducat immunditiem, quia homo inſtar tentorii eſt, partim ſupra mortuum, & partim in domo, at hoc eſt tentorium inter ipſum & corpus ipſius, in altitudine palmi, & ſupra, quia homo perforatus eſt.

ה היה מוטל על האסקופה והאהילו עליו קוברי המת בית שמאי אומרים אינו מביא את הטומאה ובית הלל אומרים מביא את הטומאה :

5. Si homo poſitus ſit ſuper limine, & ſuper ipſo tentorium fecerint ii qui mortuum ſepeliunt, Schola Schammai dicit, non adducit immunditiem: Schola Hillelis dicit, immunditiem adducit.

R. OB. DE BARTENORA.

היה מוטל על האסקופה *Si projectus ſit ſuper limine*, una illius parte in domo, altera vero extra domum exiſtente. אינו מביא את הטומאה *non adducit immunditiem*, quia hic nullum eſt concavum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si cadaver poſitum ſit ſuper limine, partim in domo & partim ſuper limine, tum Schola Hillelis ſua utitur hypotheſi, qua ſtatuit, quod homo ſit perforatus, & propterea immunditiem in domum introduci, ſecundum id quod de olla præmiſſum eſt ſi illa alta ſit palmum, hinc ſi quis tetigerit limen aperturæ palmi, ſi immundities ſit ſuper domo, immundus eſt.

ו הטומאה בבית והאהילו עליו טהורין בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין :

6. Immundities ſi in domo ſit, & ſuper ipſa tentorium fecerint mundi, Schola Schammai eos dicit mundos. Schola Hillelis immundos pronunciat.

R. OB. DE BARTENORA.

והאהילו עליו טהורים *Et tentorium fecerint ſuper ipſo mundi*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi immunditiés ſit in domo, & homo pro-

di, ſi illi ſuper partem corporis foras tentorium fecerint. *Schola Schammai eos mundos pronunciat*, quia immundities quæ in domo eſt, ſub ipſum venit, quia illic non eſt foramen. *Schola Hillelis immundos pronunciat*, quia ipſa ſtatuit hominem eſſe perforatum, & ſub ipſo venire immunditiem, atque pollutos eſſe eos qui tentorium fecerunt ſuper ipſa foris.

projectus ſit ſuper limine, & illius pars in domo, atque tentorium fecerint mundi ſuper partem hujuſce hominis qui in limine jacet, tum ſe res habet pro eo qui dicit, homo perforatus adducit immunditiem, ac ſi ſuper immunditiem tentorium feciſſent.

ז כלב שאכל בשר המת ומרת הכלב ומוטל על האסקופה רבי מאיר אומר אם יש בצוארו פותח טפח מביא ארת הטומאה ואם לאו אינו מביא ארת הטומאה רבי יוסי אומר רואין ארת הטומאה מכנגד המשקוף ולפנים הבית טמא מכנגד המשקוף ולחוץ הבירת טהור רבי אליעזר אומר פיו לפנים הבירת טהור פיו לחוץ הבית טמא שהטומאה יוצאת דרך שוליו רבי יהודה בן בתירא אומר בין כך ובין כך הבית טמא כמה תשהה במעיו שלשה ימים מעת לעת בעופות ובדגים כדי שתפול לאור ותשרף דברי רבי שמעון רבי יהודה בן בתירא אומר בעופורת ובדגים מעת לערת :

7. Si canis comederit carnem mortui, & poſtea canis obierit, atque ſuper limine projectus, R. Meyr dicit, ſi in collo illius ſit apertura palmi, adducit immunditiem, ſin minus, non adducit eam. R. Joſe dicit, conſiderant immunditiem e regione ſuperliminaris interius, & domus eſt immunda; ſed e regione ſuperliminaris & exterius, domus eſt munda. R. Eliezer dicit, os illius ſi intus ſit, domus eſt munda, ſi os illius ſit foris, domus eſt immunda, quia immundities egreditur verſus fundum illius. R. Jehuda filius Beteræ dicit, ſive hoc ſive illo modo ſe res habeat, domus eſt immunda. Quamdiu autem ea commoretur in illius viſceribus? tres dies continuos; in avibus vero & piſcibus, ut ſi ii in ignem ceciderunt, comburi poſſint, ita R. Simeon. R. Jehuda filius Beteræ dicit, in avibus & piſcibus a tempore in tempus.

R. OB. DE BARTENORA.

ומת הכלב *Et obierit canis*, etenim ſi ille vivat, licet totus ſit in domo, domus tamen munda eſt, quia immundities abſorpta ab animalibus non polluit. *Et projectus ſuper limine*, collo intus exiſtente. *Si in collo illius ſit apertura palmi*, ſi collum ſit palmum latum, nam æſtimant ipſum ope fili quod circuit collum, quod enim palmum latum eſt, id in circuitu ſuo tres palmos habet. *Adducit immunditiem*, quia latus illius ſuperius tentorium fecit ſuper immunditie, & immunditiem inducit in domum. *Sin minus*, ſi non ſit apertura palmi, tum non adducit immunditiem, quia ratione immunditiei adducendæ requiritur apertura palmi. *R. Joſe dicit, immunditiem conſiderant*, de corpore canis inquirunt, ubinam ſit immunditiei locus, nam ſi is ſit inter ſuperliminare & interius, tum domus munda eſt, licet in collo canis non ſit latitudo palmi, quia immundities abſconſa diffindit & aſcendit, hinc domus tentorium facit ſuper immunditie; deciſio eſt ſecundum R. Joſen. *Si os illius ſit intus*, & foramen caudæ illius foris, *domus eſt munda*, ſi immundities ſit foris, nam ratione protractionis immunditiei domum non pronunciamus immundam, quia cibus per canis os exire non ſolet, ſed per podicem. *Si os illius ſit foris*, & labia intus. *Domus eſt immunda*, quia ipſa tandem exire ſolet per januam anguſtam. בין כך ובין כך *ſive hoc, ſive illo modo*, ſive os ſit intus, ſive foris, ſive immundities ſit e regione ſuperliminaris & interius, ſive immundities ſit foris, ſive in collo illius ſit palmus, ſive non ſit palmus, omni modo domus immunda eſt, quia immundities exit, ſive per ingreſſum ſuum, ſive per egreſſum ſuum. כמה תשהה במעיו *quamdiu caro commoretur in viſceribus ipſius*, in viſceribus canis, antequam is obierit, ut porro non polluat, quia caro jam digeſta cenſetur? reſpondetur, *tres dies continuos*, a momento quo canis comedit, quemadmodum dicimus, manifeſtum eſt coram ſummo Numine quod canis cibi diminuti ſint, idcirco digeſtio illius in ſtomacho tres dies durat. *De avibus & piſcibus*, ſi carnem mortuam comederint, tempus digeſtionis figitur ut ſi ea in aërem cadat, poſſit comburi. R. Jehuda filius Beteræ dicit &c. deciſio eſt ſecundum R. Jehudam Beteræ filium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc ſenſu diſſeritur in Beraita, ſi canis comederit carnem de cadavere, & domum intraverit, tum domus eſt munda; dicitur autem quod polluatur, videlicet id quod tetigerit corpus illius, quia canis obiit, hac re adhuc in illius ſtomacho exiſtente. Quando dicit, *projectus ſuper limine*, id quoque intelligendum eſt quando pars aliqua domi eſt. R. Joſe locum immunditiei accurate definit, ſcil. in ſtomacho animantium, ſi igitur locus ſtomachi ſit in domo, tum domus eſt munda ob tactum immunditiei, nempe, quod ſi immundities conſpiciatur, ea jam ad animantia pervenit poſt digeſtionem immunditiei in ſtomacho canis; ſed hoc eſt caro mortua duntaxat, at hoc non eſt verum; deciſio eſt ſecundum R. Joſen, & ſecundum R. Jehudam filium Beteræ, quando is de avibus dicit & piſcibus, *de tempore in tempus.*

ה החדות שבבית ומנורה בתוכו והפרח שלה יוצא וכפישה נתונה עליו שאם תנטל המנורה וכפישה עומדת על פי החדות בית שמאי אומרים החדות טהור ומנורה טמאה בית הלל אומרים אף המנורה טהורה ומודים שאם תינטל המנורה וכפישה נופלת הכל טמא :

8. Si in domo ſit ciſterna atque in ipſa candelabrum cujus flos exit, cui caniſtrum eſt impoſitum, ita ut candelabro ablato caniſtrum adhuc ori ciſternæ impoſitum ſit, Schola Schammai dicit, ciſterna eſt munda, ſed candelabrum immundum. Schola Hillelis dicit, candelabrum quoque mundum eſt; in hoc autem conveniunt quod ablato candelabro & caniſtro decidente omnia ſint immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

החדות Alii explicant id idem eſſe quod דות, alii vero cum

בור

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite quinto hujuſce codicis, quod ſi

cani-

בור conferunt niſi quod בור *puteus* ſit in terra effoſſus, דות *ciſterna* autem ſuperterra extructa. *Et candelabrum in ipſa*, in ciſterna. והפרח שלה יוצא וכפישה נתונה עליו *Et flos illius exeat ei impoſito caniſtro*, ita enim nos legimus, videlicet, ſi caniſtrum flori ſive ſupremæ candelabri parti ſit impoſitum. כפישה eſt idem quod כל *caniſtrum*, in qua recondunt olivas ut macerentur. על פי הדות *ſuper os ciſternæ*, ne incidat in ciſternam. *Mundus eſt*, ſcil. puteus ſive ciſterna, quia ab immunditie liberatur cum parietibus tentorii, ſicuti expoſuimus ſuperius capite quinto. Candelabrum vero immundum eſt propter florem e ciſterna prodeuntem, etenim caniſtrum non liberat ab immunditie; nam ſi dixeris, cum candelabrum ſit immundum, quomodo ciſterna eſſe poteſt munda, ea utique polluit ut ipſe mortuus, quia gladius eidem juri expoſitus eſt, cui confoſſus? reſponſio eſt hic ſermonem fieri de caſu quo mortuus non eſt in domo; ſed gladius qui mortuum tetigit, domum polluit & candelabrum, ſtatuimus enim quod unum vas non conſtituat alterum ſimili in gradu, ſicuti ſuperiori capite expoſitum eſt. *Candelabrum quoque mundum eſt*, quia nos ſequimur conditionem candelabri, & non floris illius, & ſi illud conſtitutum ſit in ciſterna, ſtatuimus ipſum cum ciſterna ab immunditie eripi. *Omnia ſunt immunda*, ſive ciſterna ſive candelabrum, nam ſi candelabrum ſit ablatum, caniſtrum incidit in ciſternam.

caniſtrum inverterit os putei, ipſum ab immunditie eripiat quicquid illic ſit. Porro dicit quod ſi in hoc puteo ſit candelabrum aliquod cujus פרח *flos*, id eſt ſuprema pars circumferentiæ candelabri ſit circa marginem ſuum cum puteo, illud vocetur פרח, quemadmodum expoſuimus capite viceſimo primo codicis de Vaſis. Si vero caniſtrum ſit inverſum ſuper flore donec margo floris poſitus ſit inter caniſtrum & puteum, hoc in caſu Schola Schammai diſſentit a Schola Hillelis, an candelabrum ab immunditie liberet id quod in puteo eſt.

ט כלים שבין שפתי כפישה לבין שפתי החדות אפילו עד התהום טהורים טומאה שם הבית טמא טומאה בבית כלים שבכותלי החדות אם יש במקומן טפח על טפח על רום טפח טהורים אם לאו טמאים אם היו כותלי החדות רחבין משל בית בין כך ובין כך טהורים:

9. Vaſa quæ ſunt inter marginem caniſtri & marginem ciſternæ, licet uſque ad abyſſum, munda ſunt; ſi illic ſit immunditics, domus immunda eſt, ſi immunditics ſit in domo, vaſa quæ ſunt in parietibus ciſternæ, ſi in loco eorum ſit palmus quaquaverſum, in altitudine palmi, munda ſunt, ſin minus, immunda ſunt. Si parietes ciſternæ latiores ſint parietibus domus, ſive ſe res hoc vel illo modo habeat, munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

טומאה שם *Si illic ſit immundities*, licet caniſtrum ei ſit impoſitum. *Domus eſt immunda*, quia hic non eſt conjunctorium aliquod pro immunditie: *Si immundities ſit in domo*, hic ſermo eſt de ciſterna aperta, cui caniſtrum non eſt impoſitum. *Vaſa ſunt munda*, quia in loco eorum eſt palmus quaquaverſum, in altitudine palmi, quia illa liberantur illic in cloaca, quæ ſub domo fornice inſtructa eſt, ſicuti traditum eſt capite tertio, ſi immundities ſit in domo, mundum eſt quod in ipſa continetur. *Si parietes ciſternæ ſint latiores parietibus domus*, ut, ſi concavum ciſternæ ſit latius, & ſub parietem domus extendatur, pariete ciſternæ ædificato extra parietem domus, ubi ſunt vaſa. *Sive hoc ſive illo modo*, licet in loco ipſorum non ſit palmus in altitudine palmi, tamen munda ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טומאה שם הבית טמא *Si illic ſit immunditics, domus immunda eſt*, quando immundities eſt inter marginem ciſternæ & caniſtri marginem, tum domus eſt immunda, quia in ſuperioribus jam aliquoties expoſuimus, quod quicquid in tentorio mortui liberat res mundas ab immunditie, id neque immundas liberet ne polluantur amplius. Ceterum jam noſti quod דות *ciſterna* ſit ædificium ſupra terram extructum; quando igitur ſunt vaſa ad latera illius, & illius locus continet palmum quaquaverſum, ſeorſim a domo, & ciſterna ſuo jure ab immunditie liberare poteſt quicquid in ipſa eſt, tum quoque liberare poteſt id quod ad latera illius eſt. Sin autem latera illius latiora ſint quam parietes domus, tum vaſa intra parietes ciſternæ poſita, ſunt munda, etſi locus illius non habeat undiquaque palmum, tum non judicamus ratione utriuſque dimidii oppoſiti, ſicuti hocce in codice expoſitum eſt. Sed in Toſaphta dicunt quod ſi vaſa intra parietes ciſternæ ſint poſita, vel in parietibus domus, judicandum ſit ratione utriuſque dimidii æqualiter oppoſiti, quia parietes ciſternæ ſunt latiores, ita ut non intereat jus parietum domus, ſed quod ciſterna ſit aliquod vas ſeorſim.

פרק יב נסר שהוא נתון על פי תנור חדש ועודף מכל צדדיו בפותח טפח טומאה תחתיו כלים שעל גביו טהורים טומאה על גביו כלים שתחתיו טהורים ובישן טמא רבי יוחנן בן נורי מטהר נתון על פי שני תנורים טומאה ביניהם הם טמאים רבי יוחנן בן נורי מטהר:

Caput 12. Si aſſer fornaci novæ ſit impoſitus, atque ab omnibus lateribus illius redundet apertura palmi, atque immundities ſit ſub ipſa, tum vaſa ei impoſita, ſunt munda; ſi immunditics ei impoſita ſit, tum vaſa ei ſuppoſita ſunt munda; ſi veteri ſint impoſita, immunda ſunt. R. Jochanan filius Nuri eam mundam pronunciat. Si is duabus fornacibus impoſitus ſit, & immundities ſit inter ipſas, immundæ ſunt. R. Jochanan filius Nuri eas pronunciat mundas.

R. OB. DE BARTENORA.

נסר שהוא נתון על פי תנור חדש *Aſſer fornaci novæ impoſitus*, quæ nunquam incenſa fuit, atque idcirco non recipit immunditiem; hic enim ſermo ſit de fornace in atrio, vel in horto conſtituta. *In apertura palmi*, quia aſſer latus eſt, & extra fornacem exit palmus de omnibus lateribus undique. *Quæ ſuper illo ſunt*, quod ſuper aſſere eſt. *Munda ſunt*, etenim quia fornax munda eſt, hinc vaſa ab immunditie liberantur. Pariter ſi immundities ſit ſuper aſſere, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt in hocce codice quod vaſa naturam tentoriorum induere poſſunt, ut polluant, ſed non ut purificent, quod nos ſatis expoſuimus. תנור ישן *fornax vetus*, illa habet figuram vaſis, idcirco ſi immundities ſit ſub aſſere, & vaſa ei impoſita, vel immundities, & pariter vaſa ei ſuppoſita, omnia ſunt immunda, ſi fornax ſit vetus, uti hoc capite expoſitum eſt. At vero ſi fornax nova ſit, & quis aſſerem ponat in tentorium, & ſeparet id quod ſupe-

vaſa ei ſuppoſita. ובישן & *de veteri*, quæ accenſa eſt & immunditiem recipit. *Fornax immunda eſt*, quia aſſer ipſam non liberat ab immunditie, quanto minus vaſa aſſeri ſuppoſita, vel ei impoſita, rationem dat Miſna quod vaſa tentoriorum naturam induunt ut polluere poſſint, ſed non purificare, idcirco fornax nova, quia ipſa non eſt vas, liberat ab immunditie, vetus autem quæ vas eſt, non liberat. *R. Jochanan filius Nuri eam pronunciat mundam*, fornacem duntaxat, ſed de vaſis concedit quod immunda ſint, ita docetur in Toſaphta. *Si is duabus fornacibus impoſitus ſit*, ſi caput aſſeris unius ſit impoſitum fornaci uni, & caput aſſeris unius ſit impoſitum fornaci alteri, immunditie exiſtente inter ambas fornaces; hic autem ſermo fit de fornacibus veteribus; Sapientes ſequuntur ſententiam ſuam, & R. Jochanan filius Nuri ſuam quoque ſequitur; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri. rius eſt ab eo quod inferius eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ב סרידה שהיא נתונה על פי התנור מוקף צמיד פתיל טומאה תחתיו או על גביו הכל טמא כנגד אוירו של תנור טהור טומאה כנגד אוירו של תנור כנגדו עד הרקיע טמא :

2. Operculum ori fornacis impoſitum, & conjunctorio quodam circumdatum, immunditie exiſtente ſubter ipſa vel ſuper ipſa, omnia ſunt immunda; quod e regione aëris fornacis eſt, id mundum eſt. Si immundities exiſtat e regione aëris fornacis, tum id quod e regione illius uſque ad expanſum eſt, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

סרידה *Operculum*, habet formam teſtacei tegumenti, Targum enim illa verba מעשה רשת *opus reticulatum*, vertit per עובד סרדתא videſis Exod. 27, 4. Atque hoc operculum læve eſt & extra fornacem redundat in menſura palmi undiquaque. *Omnia ſunt immunda*, vaſa nempe ei ſuppoſita vel impoſita, exceptis vaſis ei impoſitis e regione aëris fornacis, quia tentorium adducit immunditiem ſub ipſa, idcirco quicquid circum fornacem eſt, ſurſum penetrat, etiam quando immundities ſurſum deorſum penetrat, & circumquaque protenditur, atque denuo ſurſum penetrat. *Quod e regione fornacis eſt, id mundum eſt*, quia conjunctorio quodam circumdatum eſt quod dividit pro immunditie. *Quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, id immundum eſt*, quod vero ſub ipſa eſt, id mundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Toſaphta quod hoc operculum redundet ſuper os fornacis in quantulacunque copia, ea tamen conditione ut margo rotundus ſit, & receptaculum habeat; pariter in Toſaphta requiritur ut habeat receptaculum, ibique porro dicitur, ſi illa ſit lævis, tum aſſeri ſimilis eſt, & requiritur apertura palmi, & tum ſeparatio fit inter id quod ſuper ipſo eſt & id quod ſub ipſo eſt. Præterea dicit auctor, e regione fornacis, nempe ſi immundities ſit ſuper operculo quod ſuper fornacis aëre eſt, & non ſuper aëre orbiculi ex ore fornacis prodeuntis; notum vero eſt quod operculum ſit teſtaceum, ſed hoc jam expoſitum eſt capite octavo codicis de Vaſis.

ג נסר שהוא נתון על פי תנור ישן יוצא מזה ומזה טפח אבל לא מן הצדדים טומאה בצד זה כלים שבצד השני טהורים רבי יוסי מטמא הבטח אינו מביא את הטומאה היה בו זיז רבי אליעזר אומר אינו מביא את הטומאה רבי יהושע אומר רואים את הבטח כאילו אינו והזיז העליון מביא את הטומאה :

3. Si aſſer impoſitus ſit fornaci veteri, & hinc illinc palmus prodeat, at non e lateribus, & immundities exiſtat ab hoc latere, tum vaſa in illo latere poſita, ſunt munda. R. Joſe ea pronunciat immunda. Appendix ſtructuræ non adducit immunditiem. Si in ipſa ſit trabs, R. Eliezer dicit, non adducit immunditiem. R. Joſua dicit, conſiderant appendicem ac ſi ipſa non exiſteret, at ſuperior trabs adducit immunditiem.

R. OB. DE BARTENORA.

Aſſer longus & anguſtus ſi fornaci impoſitus ſit, palmi menſura egreditur ab oriente, & tantundem ab occidente, at non ab meridie & ſeptentrione. *Si immundities exiſtat in hoc latere*, ſub aſſere ad orientem aut ad occidentem, tum vaſa in altero latere poſita, ſunt munda, quia immunditiei non eſt locus ut tranſeat, quia aſſer non redundat ab ſeptentrione & meridie. R. Joſe ea immunda pronunciat, quia is ſtatuit quod fornax non dividat; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. בטח *appendix*, nonnulla exemplaria legunt אבטח eſtque ſtructura in forma אמבטי cupæ cui aquas imponunt in balneis ad lotionem perficiendam, cui aſſer imponitur in tectum, atque hic aſſer a duobus lateribus redundat; ſi igitur ab hoc latere ſit immundities, tum illa non egreditur in alterum latus, quia appendix dividit. היה בו זיז *ſi in ipſa ſit trabs*, ſi tignum aliquod exeat ſuperius ex appendice ab oriente ad occidentem. *Conſiderant appendicem ac ſi ipſa non eſſet*, etſi enim dividat appendix in aſſere, apud trabem tamen non dividit; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בטח Notat ſtructuram aliquam e pariete egredientem ante feneſtram, nam quando ipſa egreditur, tum id quod aſcendit e feneſtra, huic ſtructuræ innititur, idcirco בטח vocatur. Porro dicit auctor quod ſi immundities ſit ſub ipſa, domus non eſt polluta, quia immundities non tetigit tentorium huic domui conjunctum. Si vero illic ſit trabs ex ædificio prodeunte in domo, tum domus quoque munda eſt ſecundum R. Eliezer, cum immundities ſit ſub appendice, & non ſub trabe. R. Jehoſua dicit, quod nos appendicem conſideramus ſeorſim, quomodo trabs ſuperior aëri domus contigua, erit abſque margine. Cæterum ego tibi jus podiorum expoſiturus ſum quum immundities adducitur, & ſimul figuram eorum; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ד סגדל של עריסה שפחתו בתוך הבית אם יש בו פותח טפח הכל טמא (נ"א מביא את הטומאה) ואם לאו מונין בו כדרך שמונין במת :

4. Sandalium lectus, ſi id in domo diffractum ſit, atque in ipſo ſit apertura palmi, omnia ſunt immunda: (alia lectio, adducit immunditiem) ſin minus, numerant in eo ſicuti numerant in mortuo.

R. OB,

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

סנדל של עריסה *Sandalium lecti*, incunabulum pro infantibus, ſolent enim pedibus eorum ſupponere aliquid in forma ſandalii e re fuſili confecti, in ornatum, vel ne putreſcant. *Si id diffractum ſit in domo*, quum diffractum eſt tectum cœnaculi, cui lectus impoſitus eſt; ſandalium vero lecti conſpicitur in domo a fractura quæ in tecto eſt, & immundities in domo. *Si in loco fracturæ ſit apertura palmi*, tum immunditiem adducit, a domo ad cœnaculum. *Sin minus*, ſi illic non ſit apertura palmi. *Numerant in eo ſicuti numerant in mortuo*, quia ſandalium & lectus immunda ſunt immunditie ſeptidui, ſecundum jus vaſorum vaſis impoſitorum; & infans quoque immundus eſt immunditie veſpertina, ſicuti traditum eſt capite tertio, ſive homo ſit ſive vaſa, immunda ſunt immunditie veſpertina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor, *in domo*, quod eſt in tecto, ſicuti ſuperius dixit, feneſtra quæ in domo eſt &c. In Toſaphta exponitur, quod ſandalium ſpondæ quod minus eſt pavimento, menſuram habet in apertura palmi. Si domus per ſe diffracta ſit, tum illius menſura ſtatuitur in plenitudine. עריס eſt מטה *lectus*, videſis Pſal. 41, 4. Cæterum סנדל של עריסה *ſandalium lectis* habet ſimilitudinem coronæ januæ, quæ e ferro confecta eſt, per quam pedem lecti intromittunt, & ejuſmodi inſtrumentum dicitur סנדל: Porro dicit auctor quod ſi lectus in cœnaculo conſtitutus ſit, & foramen in tecto domus, donec id in apertum aërem tranſierit, & per id tranſierit ſandalium lecti, id eſt, ſi pes lecti ei inſideat, donec hocce ſandalium, quod ſub pede lecti eſt, conſpiciatur in tecto domus, atque hoc ſandalium ſuper immunditie tentorium fecerit, & ſi illud foramen quod eſt in iſto ſandalio, palmum contineat quaquaverſum, omnia ſunt immunda, videlicet cœnaculum, & omnia vaſa quæ ſunt in ipſo, ſecundum id quod capite decimo dictum eſt. Sin autem illic non palmus ſit quaquaverſum, cœnaculum eſt mundum. Hoc vero ſandalium duntaxat polluit inſtar fornicis quæ ſuper immunditie tentorium fecit, cum illud jam eſſet pars tentorii, & pater immunditiei vocatus; lectus vero ei innitens, eſt primus immunditiei gradus; id autem quod hunc gradum tetigerit, vocatur ſecundus gradus, ſecundum id quod pro hypotheſi ſtatuimus, & in principio hujuſce libri expoſuimus, atque hic eſt ſenſus illius quod dicit, *numerant in eo ſicuti numerant in mortuo.* Pariter ſe res habet cum omni vaſe fuſili, vel veſtibus, quæ pater immunditiei fieri poſſunt ſecundum jus vaſorum immundorum ratione mortui, ſicuti expoſitum eſt in principio hujuſce capitis.

ה קורות הבית והעליה שאין עליהם מעזיבה והן מכוונות טומאה תחת אחת מהן תחתיה טמא בין התחתונה לעליונה בניהם טמא על גבי העליונה כנגדו עד הרקיע טמא היו העליונות כבין התחתונות טומאה תחת אחת מהן תחת כולם טמא על גביהן כנגדו עד הרקיע טמא :

5. Tigna domus & cœnaculi, quæ non habent pavimentum, ſi illa ſibi oppoſita ſint, atque immundities exiſtat ſub uno ex iis, tum immundum eſt id quod ſub ipſo eſt; ſi illa exiſtat inter infimum & ſupremum, tum immundum eſt quod inter ipſa eſt; ſi ſuper ſupremo, e regione illius uſque ad expanſum, immundum eſt, ſi ſuprema ſint quaſi inter infima, & immundities exiſtat ſub uno ex iis, etiam immundum eſt quod ſub omnibus eſt, quod vero ſuperius e regione illius uſque ad expanſum eſt, immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מעזיבה *Pavimentum*, quod e luto & lapidibus conſtat, quo tigna contegi ſolent. ומכוונות *& oppoſita*, ſi tignum ſuperius oppoſitum ſit inferiori, & unumquodque contineat latitudinem palmi. תחתיה טמא *quod ſub ipſo eſt, immundum eſt*, quod vero ſupra illud eſt, id mundum eſt, quia tignum dividit; at hæc ita intelligas ſi in tignis ſit apertura palmi, nempe in latitudine, ſin minus, non inducunt immunditiem, neque dividunt, & cenſetur ac ſi non exiſteret, & immundities eſſet in aperto aëre. ביניהן טמא *quod inter ipſa eſt, id mundum eſt*, & quod ſub tigno inferiori eſt, quod vero ſuper ſuperiori eſt, id mundum eſt, quia ambo dividunt. *Quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, id immundum eſt*, quod vero ſub omnibus tignis eſt, id mundum eſt. כבין התחתונות *inter inferiora*, e regione aëris inferiorum. Quorum latitudo habet menſuram concavi ſpatii intermedii, etenim ſi aſcenderit tignum inferius, vel deſcendere fecerit ſuperius, omnia erunt occluſa. *Si ſub omnibus, immundum eſt*, ac ſi tignum ſit æquale, & ſuperius mundum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus vocis מכוונות eſt quod unum tignum ſit alteri oppoſitum. *Et ſuperiora inter inferiora*, ſi omne tignum e ſuperioribus ſit e regione foraminis, quod eſt inter quodlibet par tignum inferius. Cæterum in codice de Sabbato, de Commixtione Termini Sabbatici, & de Tabernaculis jam expoſuimus eſſe hoc unum e fundamentis quod dicitur גוד אחית מחיצה *paries qui deſcendere facit maceriem ſuam*, & גוד אסיק מחיצה *paries qui aſcendere facit maceriem ſuam*, & quod hæc ſit conſtitutio a Moſe in Sinai derivata; hujuſce dicti ſenſus eſt quod nos ſtatuimus parietes deſcendere deorſum, & aſcendere ſurſum. Sed in Toſaphta dicitur hæc ſub duabus conditionibus intelligenda eſſe, nempe ut in latitudine tigni ſit apertura palmi, & in ſpatio intermedio quoque apertura palmi, & tum ſuperius tignum cenſeamus deſcendere ad id quod inter tignum inferius eſt, quomodo ex omnibus unum ſit tectum; propterea ſi immundities ſit ſub tignis domus, tum domus & cœnaculum ſunt immunda. Sin autem in latitudine cujuſlibet tecti non ſit palmus, tum ſe jus habet, ſicuti in Toſaphta expoſitum eſt, & hæc eſt ratio quod ſi tigna ſint ſibi invicem oppoſita, & ſub ipſis ſit immundities, illa penetret & aſcendat, penetret & deſcendat, ſecundum id quod ex fundamento, & Miſna ſecunda diximus. At vero ſi immundities ſit, tum ipſa penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit, ſi immundities non ſit ſub tentorio palmum continente, quicquid enim ſupra tentorium eſt, id mundum eſt, ſicuti dictum eſt ſuperius.

ו קורה שהיא נתונה מכותל לכותל וטומאה תחתיה אם יש בה פותח טפח מביאה את הטומאה תחת כולה ואם לאו טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת כמה יהא בהקיפה ויהא בה פותח טפח בזמן שהיא

6. Si tignum poſitum ſit ab uno pariete in alterum, atque immunditiem ſub ipſo, tum ſi in ipſo ſit apertura palmi, immundities adducit ſub omnibus, ſin minus, immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. At quantum ſit in circuitu, ut ſit in ipſo apertura palmi? ſi id rotundum ſit; tum

שהיא עולה הקיפה שלשה טפחים בזמן שהיא מרובעה ארבעה שהמרובע יתר על העגול רביע :

tum tres palmos habet circuitus illius, quatuor autem ſi tignum quadratum ſit, quia quadratum redundat ſupra orbiculum in quartario.

R. OB. DE BARTENORA.

תחת כולה *Sub omnibus*, omnia vaſa ei ſuppoſita, ſunt immunda, quia immunditiem adducit omnibus, quæ vero ei impoſita ſunt, ea munda ſunt, quia dividit pro immunditie. *Sin minus*, ſi non ſit palmus in latitudine, tum penetrat & aſcendit, nam ſi immundities ſit ſub ipſis, tum vaſa ei impoſita e regione immunditiei, ſunt immunda. *Penetrat & aſcendit*, nam ſi immundities ſit ſuper ipſo, tum vaſa ei ſuppoſita e regione immunditiei, immunda ſunt. הקיפה שלשה טפחים *tum tres palmos circuitus habet*, quod enim in latitudine palmum habet, id in circuitu tres palmos habet, nam ita invenimus in Chronicis de Mari quod fecit Salomo decem ulnarum ab uno margine ad alterum, undiquaque rotundum, & quod linea triginta ulnarum circumdabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties repetivimus hoc fundamentum, quod ſi immunditics non expanſa ſit ſub tentorio, illa polluat quicquid ei contiguum ſit, inferius & ſuperius. Cæterum jam expoſuimus caſum de quadrato orbiculi rotundi, videlis in principio codicis de Commixtionibus termini Sabbatici.

ז עמוד שהוא מוטל לאויר אם יש בהיקפו עשרים וארבעה טפחים מביא את הטומאה תחת דפנו ואם לאו טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת :

7. Si columna in aërem projecta ſit, & in circuitu ipſius viginti quatuor ſint palmi, tum ipſa immunditiem adducit ſub pariete ipſius, ſin minus, immunditiès penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit.

R. OB. DE BARTENORA.

עמוד שהוא מוטל לאויר *Columna quæ projecta eſt in aërem*, columna orbicularis quæ in terram projecta eſt, & inſidet orbiculo ſuo in aëre, ut in atrio, vel horto; ſed in medio orbiculi ea incipit tentorium facere ſuper terra, & hinc illinc brevior fit uſque ad imam illius partem prope terram. Sed ratione immunditiei adducendæ requiritur palmus ſuper palmo, in altitudine palmi quadrati; at ſi a latere exteriori ſit deſubter altitudo palmi, tum omnia in tentorio polluta ſunt, quia nos hic judicamus ſecundum declivitates tentoriorum. Si vero columna rotunda in ſe comprehendat viginti quatuor palmos, tum ipſa in latitudine octo palmos habet, quicquid enim in latitudine palmum habet, id in circuitu ſuo tres palmos habet, hinc conſtat quod homo quadratum facere poſſit ſub parietibus qui hinc illinc ſunt, palmum ſuper palmo, in altitudine palmi; etenim quando illic eſt quarta pars octo palmorum ſuper octo palmis, & orbiculus conficitur de octo palmis, in angulis redundant octo quintanæ ad quodlibet cornu, quælibet enim ulna in quadro eſt perfecta ulna, & duæ quintanæ in diametro, hinc diameter ſedecim quintanas redundantes habebit ſupra latitudinem, e quibus dimidium unum addendum eſt huic angulo, & tantundem illi, & tum quiſque octo quintas continebit. Si vero angulo extra orbiculum quadratum palmi undiquaque fecerit, fiet ut diameter duas quintanas redundantes habeat ſuper latitudine, cum diametro ſint ſeptem quintanæ, hinc nobis una duntaxat quintana remanebit, quia una quintana non ſtricte conſideratur. Porro quod omnis ulna in quadro ſit ulna integra, & duæ quintanæ in diametro, id non ſtricte ita eſt, quia aliquantulum deeſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſuperficies infra & ſupra palmum comprehendens, quatuor palmos comprehendat in circuitu ſuo, & ſicuti auctor in ſuperiori Miſna dixit, *quando id in quadrato comprehendit quatuor palmos.* Notum vero eſt quod figura in qua palmus eſt ſuper palmo in altitudine palmi, adducat immunditiem, quæ vero habet latitudinem palmi, ea in circuitu tres palmos habet; & quæ palmum habet ſuper palmo, ea in diametro palmum habet & duas quintanas. Hiſce igitur fundamentis bene perſpectis, ex iis conſequitur, quod ſi columna ſit rotunda in forma ſtomachi, & in circuitu totius orbiculi e duobus orbiculis viginti quatuor palmorum, atque orbiculus ſit ſuper ſuperficie, donec ambo orbiculi terræ inſideant, ex iis qui inſerviunt ſuperficiei ſuper longitudinem illius, tum hocce concavum quod ſub pariete columnæ eſt, quæ eſt inter ſuperficiem columnæ & inter ſuperficiem intervientem, non habebit palmum ſuper palmo quadrato ſupra menſuram longitudinis columnæ, ſicuti e figura conſtabit. Hinc nos auctor Miſnicus docet quod ſi palmus ſit ſupra palmum in altitudine palmi, & is non protrahatur, in quadrata ad extremitatem ſuperficiei columnæ, immundities venire nequeat ſub totam columnam; atque hoc eſt commodum iſtud quod nos ex hoc jure docemur, quod obſerves volo cum id ſit maximi momenti.

ח כזית מן המת מודבק לאסקופה רבי אליעזר מטמא את הבית רבי יהושע מטהר היה נתון תחת האסקופה ידון מחצה למחצה מודבק למשקוף הבית טמא רבי יוסי מטהר היה נתון בתוך הבית הנוגע במשקוף טמא הנוגע באסקופה רבי אליעזר מטמא רבי יהושע אומר מטפח ולמטן טהור מטפח ולמעלן טמא :

8. Si olivæ copia de mortuo adhæreat limini, R. Eliezer domum pronunciat immundam, R. Jehoſua vero mundam. Si ea limini ſuppoſita ſit, res judicatur ratione utriuſque dimidii; ſi ea adhæreat ſuperliminari, domus eſt immunda, ſed munda ſecundum R. Joſen. Si ea in domo poſita ſit, tum immundus eſt qui tetigerit ſuperliminare, qui vero limen tetigerit, is ſecundum R. Eliezer mundus eſt. R. Jehoſua dicit, ſi a palmo & inferius tetigerit, mundus eſt, ſi a palmo & ſuperius, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מודבק לאסקופה *Adhæreat limini*, quia liminis latitudo & immundities adhæret limini a ſuperliminari & exterius. R. Eliezer dicit totum limen eſſe inſtar domus, idcirco domus pol-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt in aliquibus hujuſce codicis locis, quod ſi immundities ſupra terram elevata ſit, ipſa habeat jus ſepulchri occluſi, & polluat quicquid circum eſt, & tota domus

polluit. R. Jehoſua putat a ſuperliminari & exterius non eſſe limen quod pro domo cenſetur; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam. ידון מחצה למחצה *judicatur ratione utriuſque dimidii*, paries liminis & interius eſt ut id quod intus eſt, & domus eſt immunda; paries & exterius eſt ut id quod exterius eſt, & domus munda eſt. מודבק למשקוף *adhæret ſuperliminari*, ſub ſuperliminari, tum ſpatium a ſuperliminari & exterius eſt ut exterius. *Domus immunda eſt*, nam vel a ſuperliminari & exterius ſpatium pro domo habetur. *R. Joſe mundum pronunciat*, etenim is putat illud ſpatium non haberi pro domo; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *R. Eliezer immundum pronunciat*, putat enim quod totum ſuperliminare ſit inſtar domus. מטפח ולמטה טהור *a palmo & inferius mundus*, quia illud ſpatium terræ ſimile eſt. *A palmo & ſuperius immundus eſt*, licet id adhærcat limini; R. Joſua mundam dicit domum, hic vero ubi immundities in domo, R. Joſua immundum dicit limen a palmo & ſuperius, quia immundities egredi ſolet, & non ingredi; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

mus immunda eſt, cum illa tentorium faciat. Quod auctor dicit נדון מחצה למחצה *judicatur ratione utriuſque dimidii*, id intelligendum eſt quando locus immunditiei exploratus fuerit, an in dimidio latitudinis liminis ſit quod extra domum protrahi poſſit, quo in caſu domus munda eſt, ut, ſi immundities ſit in parietibus domus, ſecundum id quod ex hoc codice expoſitum eſt, atque ex hac Miſna exponetur, nempe, quod ſi quis ex parte intraverit tentorium mortui, polluatur. Cæterum in Siphri dicitur, quiſquis venerit ad tentorium, eſt is qui ex parte advenerit, & quiſquis eſt in tentorio, eſt is qui totus advenerit; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam, & non ſecundum R. Joſen.

פרק יג העושה מאור בתחילה שיעורו מלא מקדח גדול של לשכה שירי המאור רום אצבעים על רוחב הגודל אלו הן שירי המאור חלון שסתמה ולא הספיק לגומרה הררוהו מים או שרצים או שאכלתו מלחת שעורו מלא אגרוף חשב עליו לתשמיש שעורו בפותח טפח למאור שעורו מלא מקדח הסריגות והרפפות מצטרפות במלא מקדח כדברי בית שמאי בית הלל אומרים עד שיהא במקום אחד כלא מקדח להביא הטומאה ולהוציא את הטומאה רבי שמעון אומר להביא הטומאה אבל להוציא את הטומאה בפותח טפח :

Caput 13. Si quis luminare fecerit ab initio, illius menſura ſit terebræ magnæ conclavis, & reliquias luminaris altitudine duorum digitorum ſuper latitudine pollicis; hæ ſunt reliquiæ feneſtræ, ſi feneſtra ſit obſtructa & non fuerit tempus eam conſummare, & aquæ eam perforarint, vel reptilia, vel eam ſalſugo comederit, menſura illius eſt in copia pugilli; ſi cogitaverit de uſu illius, tum illius menſura eſt in apertura palmi. Menſura pro luminari eſt copia terebræ. Perplexa & reticulata commiſcentur in copia terebræ ſecundum Scholam Schammai. Schola Hillelis dicit, donec in uno ſit loco copia terebræ, ad immunditiem adducendam, & ad eandem educendam. R. Simeon dicit, ad immunditiem adducendam, ſed ad eandem educendam, copia palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה מאור *Si quis fecerit luminare*, intellige feneſtram quæ in uſum lucis facta eſt. בתחלה *ab initio*, quia auctor deinceps tradere voluit de reſiduis luminaris, proinde in principio tradit, *ab initio*. *Terebra magna qua utuntur in conclavi*, ea pondioli Italici formam habet, & Selæ ſive Sicli a Nerone cuſi; alii dicunt, requiri copiam foraminis jugis; ſi itaque in feneſtra ſit hæc menſura, adducit immunditiem ad aliud latus.

שירי המאור *Reſidua luminaris*, ſi de feneſtra ſit reliqua pars quæ non obſtructa eſt. חררוהו מים *Si perforaverint eam aquæ*, ſi foramen non factum ſit ope humana, ſed aquarum concuſſione, vel reptilium, ut ope muſtelæ vel muris; vel ſi ſalſugo eam corroſerit, terra enim ſalſa ab illa diffindi ſolet. מלא אגרוף *plenitudo pugilli*, puta pugillum Ben Abhtiæ, qui erat vir magnus, cujus pugillus æquabat caput viri magni.

חשב עליו בתשמיש *Si cogitaverit de uſu illius*, ſi quis cogitet de feneſtra ab aquis perforata, vel a reptilibus, ſe uſurum ipſa, vel aliquam rem in ipſa depoſiturum. למאור *pro luminari*, ad lumen intromittendum. סריגות *implexa*, intellige parietem in forma clathrorum perplexorum, cujuſmodi facere ſolent in feneſtris promptuariorum.

רפפות Notat parietem implexum quem in feneſtris domuum æſtivarum facere ſolent, ut refrigerium capiant. *Conjunguntur in copia terebræ*, aër ſi ſit inter implexa opera, cui is non ſit in uno loco, tamen conjunguntur omnia in copia terebræ, vel veluti in copia terebra. *Ad immunditiem adducendam, & ad eam educendam*, hæc non pertinent ad controverſiam Scholæ Schammai & Scholæ Hillelis, ſed ad menſuras in principio dictas, hoc ſenſu, copia terebræ, copia pugilli, & apertura palmi de qua diximus, hæ omnes menſuræ, ſive ad immunditiem in domum introducendam, ſive ad eandem e domo educendam. Sed R. Simeon putat quod ſive ad immunditiem in domum inducendam, ſive ad eandem e domo educendam, omnium men-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite ſexto decimo codicis de Vaſis quod plenitudo pugilli in ſummitate pollicis hominis, & plenitudo terebræ magnæ conclavis habeat copiam pondioli. מאור notat feneſtram per quam lux tranſit; dicit itaque auctor quod ſi quis feneſtram aperuerit ut per illam intret lux, ſi illa ſit inſtar pondioli, vel major, inducat immunditiem, niſi ea non habeat palmum ſuper palmo, ſicuti in aliquot hujuſce codicis Miſhis expoſitum eſt. Sin autem hæc feneſtra per ſe aperta ſit, videlicet abſque opera humana; at ſi ea aperta ſit aliis de cauſis, tum hæcce feneſtra vocatur מאור *luminare*, quia id non factum eſt opera humana, & propterea immundities ex ipſo non exit, ut ea in domum aliam intret, niſi illa plenitudinem pugilli, & plus implere poſſit. Sed hoc intelligendum eſt quando quis non intenderit de hac feneſtra, ita ut ea abſque intentione aperta ſit, quocunque modo id factum ſit. At vero ſi dubitaverit an eam ſtudio aperuerit, tum illa menſuræ primæ obnoxia eſt, etſi ea non facta ſit opera humana; idcirco ſi quis de feneſtra quam aquæ perforarunt, cogitaverit ſe ea uſurum, tum illius menſura ſtatuta eſt in apertura palmi; ſi vero cogitaverit ſe eam conſervaturum propter lucem quæ intrat per ipſam, tum illius menſura ſtatuta eſt in plenitudine terebræ, ut, ſi ab initio in eum uſum aperuerit ipſam; & hoc ſenſu hæc Miſna clare explicata eſt. Sed tibi jam ſatis notum eſt quod feneſtra quatuor menſuras habet, quum vero parva eſt, plenitudinem terebræ, ad quam duo digiti protrahuntur ſuper magnitudinem pollicis, & palmus ſuper palmo, maxima vero menſura eſt plenitudo pugilli; atque ita explicatum eſt jus quod ad omnem menſuram neceſſarium eſt. סריגות notat res implexas e calamis & id genus aliis rebus factas, etenim nomen calamorum minutorum vocatur סריג; pariter רפפות notat genus aliquod implexum, ſolent enim magnas facere feneſtras ut per eas intromittant lucem, & præterea etiam in iis feneſtris facere ſolent clathros implexos e ligno ſalicis, vel dactyli; dicit autem Schola Schammai

menſura ſtatuatur in apertura palmi. Sed R. Simeon menſuram copiæ terebræ, & pugilli nequaquam admittit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

mai quod ſi in foraminibus ſit talis implexitas quæ terebræ copiam habet, tum ea inducit immunditiem, quia lumen per eam tranſit, idcirco quia auctor iterum redit ad ſermonem ſecundum ſcopum Miſnæ, dicitque, quod luminari ſtatuitur certa menſura in copia terebræ, id intelligendum eſt quatenus immundities adducitur in domum, quæ ingreditur ex hoc foramine, quando illic immundities eſt, vel ſub tentorio huic luminari juncto, ſicuti ſuperius expoſuimus, pariter quatenus immundities educitur, nempe ſi illa in domo ſit, ex hoc luminari parvo exit, polluitur quicquid e regione illius eſt. Diſſentit autem R. Simeon, & dicit, licet ex luminari exeat, immundities tamen non exit per ſpatium palmo minus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ב חלון שהוא לאויר שעורה מלא מקדח בנה בית חוצה לה שעורה בפותח טפח נתן את התקרה באמצע החלון התחתון בפותח טפח והעליון מלא מקדח :

2. Feneſtræ aëri obverſæ menſura definita eſt in copia terebræ. Si quis domum ædificaverit extra ipſam, tum menſura illius eſt apertura palmi; ſi tectum poſuerit in medio feneſtræ, tum inferior pars habeat palmi aperturam, ſuperior vero plenitudinem terebræ.

R. OB. DE BARTENORA.

חלון שהוא עשוי לאויר *Feneſtra quæ facta eſt pro aëre*, ut per eam aër mundi intret, eſtque feneſtra in uſum lucis facta; quia vero auctor tradere quicquam voluit de eo qui domum ædificavit extra feneſtram, idcirco idem denuo docet. בנה בית חוצה לה *ſi ædificaverit domum extra eam*, e regione feneſtræ, ita ut aër feneſtræ ceſſet, tum illius menſura definita eſt in apertura palmi, ſicuti eſt menſura feneſtræ in uſum aliquem factæ. *Si tectum conſtituerit in medio feneſtræ*, uno dimidio ſupra tectum conſtituto, altero autem infra, tum feneſtræ inferioris menſura ſtatuta eſt in apertura palmi, ſecundum menſuram feneſtræ in uſum factæ quia hic non eſt aër; ſuperioris vero menſura definita eſt in copia terebræ ſupra quam tectum eſt, quod aëri expoſitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando quis ædificaverit extra feneſtram, tum feneſtra ſit inter duas domus, & tum ea non deſtinata eſt luci, quia lux non intrat per eam; at ſi illa uſum ſuum habeat, tum illius menſura ſtatuta eſt in apertura palmi. Si illic ſint tigna hujuſce domus quæ eſt a latere illius domus, quam ædificavit extra feneſtram in parte altitudinis feneſtræ, tum id quod de illa eſt ſub tecto, uſui inſervit, & quod ſupra tectum eſt, lumini inſervit, quia ea pars aperta eſt verſus cœlum, ita ut lux per eam intret.

ג החור שבדלת שעורו מלא אגרוף דברי רבי עקיבא רבי טרפון אומר בפותח טפח שייר בה החרש מלמטן או מלמעלן הגיפה ולא מירקה או שפתחתו הרוח שעורו מלא אגרוף :

3. Foraminis in janua menſura ſit copia pugilli, ita R. Akiba. Sed R. Tarphon dicit, apertura palmi. Si opifex in eo quid reliquerit inferius, vel ſuperius, vel ſi occluſerit eam, at non perfecerit, vel ſi eam ventus aperuerit, illius menſura ſit copia pugilli.

R. OB. DE BARTENORA.

החור שבדלת *Foramen quod in janua eſt*, in medio januæ, quod non factum eſt ad aërem recipiendum, in quo opifex aliquid infectum reliquerit quando januam inferius aptabat, ut, ſi opifex prope limen reliquerit quid, vel ſuperius prope ſuperluminare. *Si eam occluſerit & non poliverit*, non perfecerit eam. *Vel ſi ventus eam aperuerit*, nempe, ſi poliverit operculum illius, ſed ventus tamen illud aperuerit, tum illius menſura ſit in copia pugilli, etenim quia ſponte aperta eſt, ſe res habet ac ſi aqua ipſam perforaſſet, vel reptilia, & hoc in caſu non contradicit R. Tarphon, quia foramen quod in medio eſt, ab opifice ſtudio factum eſt, non quod foramine indigeat, ſed quod parietes ex aſſeribus confecti ſint, idcirco is intendit foramen in medio relinquere majus quam inferius vel ſuperius, & res ſatis indicat opificem id ſtudio feciſſe. At ſi inferius vel ſuperius quid reliquerit, tum ſe res habet ac ſi manibus id non feciſſet, ſed quia aſſeres ſunt breves, ita ut foramen non impleatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando hocce foramen eſt in janua domus, dicit R. Akiba id aſſimilari luminari alicui quod non opera humana factum eſt, etenim etſi non intenderit ut intraret per illud lux, tamen hoc foramen definitur in copia pugilli. R. Tarphon dicit, quod proprietarius illo uti ſolet ad aliquid in domum inducendum, vel ex ipſa educendum, & propterea uſui deſtinatum eſſe, illiuſque menſuram definitam eſſe in apertura palmi. Porro dicit auctor, quod ſi hæc porta ſit brevior quam janua portæ, donec per foramen intrare poſſit lux, quando janua eſt occluſa, ſi quid ſuperius relictum ſit de eo quod protenditur ad ſuperliminare, vel ad ſuperliminare; vel ſi homo obturaverit januam, at non perfecerit illius obturationem, fiſſura domus remanente aperta inter duas portas, vel inter portam unam; vel ſi obturationem illius perfecerit, eamque ad ventum aperuerit, tum omnes hæ januæ aſſimilantur luminari quod opera humana non factum eſt, & ſecundum omnium doctorum ſententiam illius menſura ſtatuta eſt in copia pugilli, & tum immundities e domo exit, vel in ipſam intrat e domo ex hoc foramine; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ד העושה מקום לקנה ולאספתי ולנר שעורו כל שהוא כדברי בית שמאי בית הלל אומרים בפותח טפח לזון את עיניו ולדבר עם חברו ולתשמיש בפותח טפח :

4. Si quis locum fecerit pro calamo, pro ſpatha, & pro lucerna, tum illius menſura eſt quantulacunque ſecundum Scholam Schammai. Schola Hillelis dicit, in apertura palmi, ad oculos paſcendos, & ad colloquendum cum ſuo ſocio, & ad miniſterium, in apertura palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה מקום *Si quis locum fecerit*, ſi quis foramen aliquod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi quis foramen perforaverit in pariete, ad

quod fecerit latum in pariete, ut illic deponat calamum textoris. ולאספתי & *pro ſpatha*, gladius Græce vocatur iſto nomine; etenim textores habent aliquod inſtrumentum quod figuram gladii habet. שיעורו כל שהוא *menſura illius eſt in quantulacunque copia*, ad immunditiem adducendam ad latus aliud. *Ad oculos ſuos paſcendos*, ad proſpiciendum inde locum publicum vel in atrium. *Et ad miniſterium*, ad res quaſdam illic recondendas.

ad calamum ipſum elevandum, quocunque id fiat modo, vel clavum quo janua occluditur, id vocatur אספתי pro omnibus portis, vel ad deponendum illic vaſa, cui lucernam imponunt, vel ad proſpiciendum illinc quis domo veniat, vel ad legendum ex ipſo ſi quis velit, tum illius foraminis menſura ſit in apertura palmi.

ה אלו ממעטין את הטפח פחות מכזית בשר ממעט על ידי רובע עצמות ופחות מעצם כשעורה ממעט על ידי כזית בשר פחות מכזית מן המת פחות מכזית מן הנבילה פחות מכעדשה מן השרץ פחות מכביצה אוכלים התבואה שבחלון וכבי׳ שיש בה ממש ונבלת העוף הטהור שלא חשב עליה ונבלת העוף הטמאה שחשב עליה ולא הכשירה או הכשירה ולא חשב עליה:

5. Hæc diminuunt palmum, ſi minus ſit quam olivæ copia de carne, tum diminuit ope quartarii Cabi oſſium, ſi minus quam os ſecundum copiam grani hordeacei, minuit ope copiæ olivæ de carne, ſi minus ſit quam olivæ copia de mortuo, vel minus quam olivæ copia de cadavere, vel minus copia lentis de reptili, vel minus copia ovi de cibis, & proventus in feneſtra poſitus ſit, & tela aranei in qua ſubſtantia eſt, & cadaver avis, munda ſunt, quia non cogitavit de iis, & cadaver avis immundum, de quo cogitavit, ſed quod non diſpoſuit, vel contra.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו ממעטין את הטפח *Hæc diminuunt palmum*, ſi feneſtra habeat palmi aperturam, atque una ex iſtis rebus fuerit quæ hic recenſentur, & poſita ſit in foramine palmi, diminuat aërem, tum a palmo dividit, quia immunditics non tranſit ad aliud latus.

על ידי רובע עצמות *Per quartarium oſſium*, ſi in domo ſit quartarius oſſium, qui in tentorio polluit, atque minus quam olivæ copia de mortui carne impoſitum ſit feneſtræ, tum diminuit; at ſtricte ſi minus ſit quam oliva, nam ſi oliva ſit, tum ipſa polluit in tentorio. Sed hoc duntaxat de quartario oſſium intelligi debet, nam ſi in domo non ſit copia olivæ de mortui carne, tum exigua iſta copia non diminuit, etenim caro cum carne commiſceri poteſt, atque hæc eſt ratio quod caro duntaxat diminuat ope oſſium, at non oſſa ope oſſium, quia oſſa cum oſſibus commiſcentur.

פחות מעצם כשעורה *Si minus ſit quam os in copia grani hordeacei*, ſed os in copia grani hordeacei non diminuit, quia id polluit tactu & portatione. *Si minus ſit quam olivæ copia de mortuo*, nunc denuo rem tradit, licet id tradat in principio, ut nos certos reddat, quod diminuant per illa omnia quæ in tentorio polluunt, ut quartarius ſanguinis, & plenitudo cochlearis putredinis, atque illa omnia quæ capite ſecundo recenſuimus. *Si minus ſit quam oliva de cadavere*, omnia hæc quæ auctor recenſet, abhinc & deinceps diminuunt, ſive ope oſſium, ſive ope carnis.

ופחות מכביצה אוכלים *Et minus quam ovum ciborum*, quia cibus qui minor eſt quam ovum, non polluit alios, neque immunditiem recipit ex Lege, idcirco diminuit & dividit pro immunditie. *Et proventus in feneſtra*, qui radices egit procul a pariete, & folia ſua extendit, feneſtramque clauſit, quia illa terræ contigua eſt.

עכביש כבי׳ שיש בהן ממש *Tela aranei in qua eſt ſubſtantia*, *araneus* enim כבי vocatur; ſed ego audivi denotari hic ſpeciem telarum araneorum quæ in calamo reperiuntur, qui aliquando valde acutus eſt inſtar telæ quæ non habet ſubſiſtentiam, aliquando autem inſtar texturæ, & tum eſt tela quæ ſubſiſtentiam habet. *Et cadaver avis mundæ*, de quo non cogitavit, quod cadaver avis mundæ non polluat, niſi donec de ipſo comedere cogitaverit, tum enim polluit immunditie cibi in copia ovi, & non opus habet correctione. *Cadaver avis immundæ*, de quo cogitavit, ſed quod non correxit, nam cadaver avis immundæ opus habet attentione, & correctione, nempe ſi ad id aquæ perveniant vel unus e ſeptem liquoribus; ſi vero defecerit intentio, vel correctio, mundum eſt, diminuit, & dividit pro immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce materiæ hic eſt ſenſus, ſi feneſtra ſit inter duas domus, & in ipſa ſit palmus ſuper palmo ſtricte, immunditiem inducit, ſicuti ſuperius dictum eſt, immunditie aliqua in alterutra domo exiſtente, quæ in tentorio mortui polluit, cujus numeri in hoc tractatu jam mentio facta eſt; expoſuimus quoque quod ex eorum genere ſequatur hypotheſis de copia olivæ e carne, & quartario oſſium, atque rem illam exiguam quæ in feneſtra eſt, mundam eſſe, quia menſuræ feneſtræ jam aliquid defecit, & minus eſt quam palmi copia, proinde domus ſecunda non polluitur. Sed hæc conditio additur, ſi illa res quæ feneſtram diminuit, ſit aliqua immunditiei ſpecies quæ in domo eſt, ut, ſi in domo ſit olivæ copia de carne mortui, & in feneſtra minus quam olivæ copia de carne mortui, licet copia quæ non conficiat olivam, ſit munda; vel ſi in domo ſit quartarius oſſium, & in feneſtra minus quam os in copia grani hordeacei, nam ſi id quod in feneſtra eſt, ſit aliqua immunditiei ſpecies quæ in domo eſt, tum hæc cum illa commiſcetur. Pariter ſe res habet cum iſtis quas recenſuimus conditionibus, & iſtis rebus quas auctor denuo computat ut palmum diminuentibus. Præterea ſcias quod nos capite tertio hujuſce codicis expoſuimus, quod ad res quæ dividunt pro immunditie, quod homo non debet intendere eas removere. Sic etiam aliquoties expoſuimus quod immunditics ciborum definita ſit in copia ovi, & id quod minus eſt ovo, non polluere immunditie ciborum immundorum, idcirco id pro re munda habemus, ſicuti ab initio codicis de Puritatibus expoſitum eſt.

התבואה שבחלון *Proventus in feneſtra*, quando illa progerminaverit, quicquid autem terræ contiguum eſt, id mundum eſt. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt, quod hocce germen radices egerit procul a pariete, & tandem ingreſſum ſit ac feneſtram obturaverit ex pariete; nam germen eſſet in ipſo pariete, & ille intenderet ipſum eradicare, quia cæteroquin parietem perderet ſi ipſum relinqueret. Præterea capite quinto hujuſce codicis jam expoſuimus, quod de re quæ pro immunditie diſcriminat, non debeat eſſe intentio eam removendi, etenim notum eſt quod ſi verbi gratia feneſtra comprehendat quatuor palmos, & hic proventus plus quam tres palmos obturaverit, tum reliquus palmus diminuitur, ita ut ex hac feneſtra non egrediatur immunditics. Cæterum capite ſeptimo decimo codicis de Vaſis jam expoſitum eſt, quod כבי ſit tenuiſſima quædam textura alba, quæ in calamis magnis reperitur, eſtque inſtar telæ aranei, & כבי vocatur; & inde provenit aliqua res quæ tenuior eſt filo ſerici, & hæc vocatur *tela aranei in qua non eſt ſubſiſtentia*; hinc fit textura quædam veſti forti ſimilis, ſplendida & alba, atque hæc eſt tela araneæ in qua ſubſiſtentia eſt. Sed in principio codicis de Puritatibus jam expoſitum eſt quod cadaver avis mundæ requirat intentionem & correctionem, &

quod tum polluat immundities ciborum in copia ovi, ſenſus illius quod dicitur de intentione, hic eſt, quatenus homo intendit de re quod ea ſit cibus humanus, ſicuti expoſitum eſt in principio codicis Okezin: *correctio* vero illa eſt qua ei unus e ſeptem liquoribus affunditur, ſicuti expoſitum eſt in codice Machshirin. Quæ vero hic enumerata ſunt, ea munda ſunt, idcirco diminuuntur.

ו אלו שאינן ממעטים אין העצם ממעט על ידי עצמות ולא בשר על ידי בשר ולא כזית מן המת ולא כזית מן הנבילה ולא כעדשה מן השרץ ולא כביצה אוכלים ולא תבואה שבחלונות ולא כבי׳ שאין בה ממש ולא נבלת העוף הטהור שחשב עליה ולא נבלת עוף הטמא שחשב עליה והכשירה ולא השתי והערב המנוגעים ולא לבינה מבית הפרס דברי רבי מאיר וחכמים אומרים הלבינה ממעטת מפני שעפרה טהור זה הכלל הטהור ממעט והטמא אינו ממעט:

6. Hæc ſunt quæ non diminuunt, os non diminuit ope oſſium, nec caro ope carnis, neque olivæ copia de mortuo, neque tantundem de cadavere, neque lentis copia de terra, neque copia ovi de cibis, neque proventus in feneſtris, neque tela aranei quæ non habet ſubſtantiam, neque cadaver avis mundæ, de quo cogitavit, neque cadaver avis immundæ, de quo cogitavit & quod diſpoſuit, neque ſtamen & ſubtegmen quæ tangunt, neque later in agro culto, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, later diminuit, quia pulvis eſt mundus; hoc in genere dictum ſit, quod mundum eſt, id diminuit, quod vero immundum eſt, id non diminuit.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא תבואה שבחלון *Neque proventus in feneſtra*, qui in feneſtra radices egit, quia intentio illius fuit eum removere, quia parietem perdit, quod vero quis removere intenderit, id non diminuit in feneſtra; ſupra autem mentio facta eſt proventus qui procul a pariete crevit, quem non ſolent eradicare. השתי והערב המנוגעים *ſtamen & ſubtegmen quæ tangunt*, immunda ſunt & non diminuunt. ולא לבינה מבית הפרס *neque later in domo expanſionis*, puta laterem e terra domus expanſionis factum, qui ſecundum R. Meyr immundus eſt, ſicuti pulvis domus expanſionis eſt immundus, idcirco is non diminuit in feneſtra. Sapientes vero putant quod ſegmentum duntaxat ſecundum naturam ſe habet, ſegmenti vero menſura definita eſt in copia coli magni Saccariorum, qui ſimilis eſt ſigillo marſupiorum ſive ſaccorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De ſtamine & ſubtegmine per lepram pollutis dixit Lex Levit. 13,40. או בשתי או בערב. Cæterum per לבינה בית הפרס *laterem agri culti*, deſignatur aliquod ſegmentum terræ de agro culto; notum vero eſt quod בית הפרס *domus expanſionis* ſit immunda, nam quod in Toſaphta dixerunt, id de ſegmento naturaliter conſtituto dixerunt, cujus tibi omnia jura in hoc codice expoſita ſunt. Quando dicitur, *immundum non diminuit*, hoc dictum comprehendit id quod per ſe immundum eſt, ut olivæ copia de mortuo, & lentis copia de terra, vel id quod polluitur dum in feneſtra eſt, ſicuti eſt ovi copia de cibis legitimis, & id genus alia; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק יד הזיז מביא את הטומאה כל שהוא הגיזרה והגבלית בפותח טפח איזהו הזיז שפניו למטה והגיזרה שפניה למעלה ובמה אמרו הזיז מביא את הטומאה כל שהוא בזיז שהוא גבוה מן הפתח שלשה נדבכין שהם שנים עשר טפחים יתר מכאן מביא את הטומאה בפותח טפח העטרות והפתוחים מביאים את הטומאה בפותח טפח:

Caput 14. Trabs adducit immunditiem quantulacunque ſit; ſegmentum, & promptuarium in apertura palmi; ſed quænam eſt trabs? cujus facies inferius eſt; ſegmentum vero cujus facies ſuperius eſt. Sed de qua trabe dixerunt, quod ea quantulacunque inducat immunditiem? de trabe tres parietes ſupra januam alta, ſive duodecim palmos; at ſi altior ſit, tum ea immunditiem adducit in apertura palmi. Coronæ & cælaturæ immunditiem adducunt in apertura palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

הזיז שפניו למטה *Podium cujus facies inferius ſpectat*, in forma aſſeris e pariete prodeuntis, cujus ſummitas incurvata eſt inferius in terram, ad latus januæ, proinde tentorium illius cum janua commiſcetur, & immunditiem inducit in quantulacunque copia, hinc res conſideratur perinde ac ſi in ipſo eſſet apertura palmi; at ſi immundities ſit ſub eo, domus eſt immunda, quia illius caput incurvatum conſpiciunt inferius, perinde ac ſi ad terram perveniſſet, & tum inducit immunditiem ei ſuppoſitam in domum. הגיזרה *ſegmentum*, cujus facies reſpicit ſuperius, illius caput ſuperius incurvatum eſt, & illius tentorium non miſcetur cum oſtio, idcirco requiritur apertura palmi. גבלית in Toſaphta exponitur de vaſe e quo hinc inde exſugunt & in medio clauſo. *Duodecim palmos*, quilibet enim paries eſt quatuor palmorum: נדבך notat lapidum ſeriem. עטרות notat lapides in orbem diſpoſitos, & e pariete prominentes ſupra palmum, in forma fornicis, ornatus gratia, idcirco עטרה *corona* vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hocce זיז *Podium* ſive trabs immunditiem adducens in quantulacunque copia, jam ratione figuræ ſuæ & conditionis a me expoſitum eſt, hoc autem erit additamentum ad id quod in terram protenditur, in hac figura, poſita inter ipſum & inter terram duodecim palmorum altitudine, ipſo egrediente e latere januæ domus. Hæc autem extremitas addita a nobis computanda eſt, quæ jam ad terram pervenit, & comprehendit immunditiem quæ ſub ipſa eſt ad latus domus; hæ vero menſuræ omnes ſunt ex conſtitutione Moſis in Sinai. Per נדבכין intelligitur collectio parietis; ſed nos hanc vocem jam expoſuimus in codice de Benedictionibus. עטרות notat coronas ex ædificiis prominentes. פתוחין *cælaturæ*, ſunt quoque ſtructuræ prominentes, cujuſmodi res plurimæ in ædificiis lapideis, & in ipſo corpore.

ב זיז שעל גבי הפתח מביא את הטומאה בפותח טפח שעל גבי החלון רום אצבעיים שעל

2. Trabs ſupra januam ſtructa inducit immunditiem in apertura palmi, quæ ſupra feneſtram eſt in altitudine duorum digitorum, quæ ſupra plenitudinem tere-

שעל גבי מלא מקדח כל שהוא רבי יוסי אומר מלואו :

terebræ eſt quantulacunque eſt. R. Joſe dicit, plenitudo illius.

R. OB. DE BARTENORA.

זיז שעל גבי הפתח *Trabs quæ ſupra oſtium ſtructa eſt*, hic ſermo fit de janua obturata, proinde requirimus ut in trabe ſive podio ſit apertura palmi, ita docetur in Toſaphta. ושעל גבי החלון *& quæ ſuper feneſtra eſt*, altitudo duorum digitorum, videlicet inter feneſtram cujus menſura in altitudine eſt duorum digitorum, ut ſi reſidua luminaris ſint inter feneſtram cujus menſura eſt plenitudo terebræ, ut, ſi quis ab initio fecerit feneſtram, tum trabs ſuper duabus feneſtris, in quantulacunque eſt copia. *R. Joſe dicit, plenitudo ejus*, ſi feneſtra alta ſit duos digitos, tum trabs illius quoque in duobus digitis terminatur, ſi feneſtra in copia terebræ terminetur, eodem modo etiam trabs illius; deciſio eſt juxta R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על גבי הפתח *Supra januam*, puta trabem e ſuperliminari prodeuntem, quæ cum ultra duodecim palmos contineat, oportet ut aperturam palmi habeat, & tum illa immunditiem in domum inducit. Porro dicit שעל גבי החלון *quæ ſuper feneſtra eſt*, nam ſi duo ſint digiti in altitudine, tum inducit immunditiem. Cæterum in Toſaphta declaratur, requiri ut latitudo hujuſce trabis habeat latitudinem pollicis, ſi feneſtra in miniſterium facta ſit, tum illius menſura eſt palmaris undiquaque, ſicuti in præcedentibus dictum eſt. At vero ſi ea facta ſit in uſum luminis, tum illius menſura definita eſt in copia terebræ, quacunque in menſura trabs definiatur, & quacunque in altitudine, immunditiem accipit, & res ſe habet, ac ſi dixiſſet auctor, quæ ſuper feneſtra eſt pro lumine facta, cujus menſura eſt plenitudo terebræ in quantulacunque copia. R. Joſe dicit requiri ut altitudo hujuſce trabis quoque plenitudinem habeat; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג קנה שעל גבי הפתח אפילו גבוה כמאה אמה מביא את הטומאה כל שהוא דברי רבי יהושע רבי יוחנן בן נורי אומר אל יחמור זה מן הזיז:

3. Calamus ſupra januam poſitus, etſi is altus ſit centum ulnas, immunditiem inducit in quantulacunque copia, ita R. Joſua. R. Jochanan filius Nuri dicit, ne hic ſit conditio gravior quam in trabe.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו גבוה מאה אמה *Licet centum ulnas altus ſit*, licet trabs ab oſtio alta ſit duodecim palmos, tamen in calamo gravior conditio obtinet, quia is transferri poteſt. R. Jochanan filius Nuri dicit, quod in calamo non magis aggravandum ſit quam in trabe; etenim ſi illa plus quam duodecim palmos contineat, tum illius menſura ſtatuta eſt in apertura palmi; deciſio eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit R. Jehoſua quod ſi calamus in longitudinem protractus ſit, & parieti adhæreat, etſi is ſupra duodecim palmos ſit, tamen adducat immunditiem in domum, in quantulacunque copia. Sed R. Jochanan filius Nuri dicit, quod hic non eſt conditio gravior quam in trabe, quod ea non adducit immunditiem, ſi illa plus quam duodecim palmos habeat, niſi in apertura palmi; deciſio eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ד זיז שהוא סובב את כל הבית ואוכל בפתח שלש אצבעות טומאה בבית כלים שתחתיו טמאים טומאה תחתיו רבי אליעזר מטמא את הבית ורבי יהושע מטהר וכן בחצר שהיא מוקפת אכסדרה :

4. Trabs ſi totam domum circumdet, & decerpat de janua tres digitos, immunditie in domo exiſtente, tum vaſa ei ſuppoſita ſunt immunda. Si immundities ſub illa ſit, R. Eliezer immundam dicit domum, R. Jehoſua mundam. Ita quoque ſe res habet cum atrio exhedra circumdato.

R. OB. DE BARTENORA.

זיז שהוא סובב את כל הבית *Trabs quæ totam domum circumdat*, ſi trabs ſive podium habeat latitudinem palmi, & omnes parietes domus circumdet exterius, atque e regione oſtii decerpat tres digitos, at ſupra oſtium reliquum non exiſtente trabe; nam ſi decerpat palmum e regione oſtii, tum domus ſecundum omnium ſententiam immunda eſt. כלים שתחתיו טמאים *vaſa ei ſuppoſita ſunt immunda*, hoc in caſu R. Jehoſua non contradicit ſicuti in fine, eo quod immunditiès egredi ſolet. *R. Eliezer domum pronunciat immundam*, quia in trabe conditio gravior obtinet, qua illa polluit in quantulacunque copia, & immunditiem in domum introducit in trium digitorum copia. וכן בחצר שהוא מוקפת אכסדרא *ſic etiam ſe res habet cum atrio, exhedra circumdato*, exhedra enim trium digitorum copiam de oſtio decerpit, immunditie in domo exiſtente, vaſa in exhedra ſunt immunda, immunditie vero in exhedra exiſtente, R. Eliezer domum pronunciat immundam, ſed R. Jehoſua mundam; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Similitudo תא *thalami* eſt quæ totam domum circumdat ad quatuor latera illius, ſi prodierit ex ipſa per foramen oſtii tres digitos. Porro dicitur, *ſic etiam ſe res habet cum atrio circumdato exhedra*, ſenſus eſt quod ſi domus circumdata ſit exhedra, & immundities in domo ſit, tum quicquid eſt ſub hiſce exhedris, immundum eſt, quia immundities ex domo exit, & ſub limine toto extenditur; at vero ſi immundities ſit ſub atrio, tum non dubium eſt quin vaſa in exhedra poſita, munda ſint, quia immundities aperta eſt verſus aërem. Si immundities exiſtat in aliqua exhedra domus, tum omnium conſenſu omnia immunda ſunt, quia tectum exhedræ comprehendit totum oſtium domus. Sed doctores diſſentiunt, ſi illa decerpat tres digitos duntaxat, dicitque R. Eliezer quod in trabe conditio gravior obtineat, cum illa immunda ſit in quantulacunque copia, ſicuti oſtenſum eſt ſuperius, ita quoque in domum introducit immunditiem in trium palmorum copia. At vero ſi illa de janua domus decerpat palmum, domus eſt munda ſecundum omnium ſententiam; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ה שני זיזין זה על גבי זה יש בהן פותח טפח וביניהן פותח טפח טומאה תחתיהם תחתיהן טמא

5. Si duæ trabes ſibi invicem impoſitæ ſint, atque in iis ſit apertura palmi, & tantundem inter ipſas, immunditie ſub ipſis exiſtente, vel inter ipſas,

(ס"א) ביניהם ביניהן טמא על גביהן כנגדו עד לרקיע טמא היה העליון עודף על התחתון פותח טפח טומאה תחתיהן או ביניהן תחתיהן וביניהן טמא על גביהן כנגדו עד לרקיע טמא היה העליון עודף על התחתון פחות מטפח טומאה תחתיהן תחתיהן וביניהן טמא ביניהן או תחת המותר רבי אליעזר אומר תחתיהן וביניהן טמא רבי יהושע אומר ביניהן ותחת המותר טמא ותחתיהן טהור :

ſas, tum immundum eſt id quod ſub ipſis vel inter ipſas exiſtit; ſi ſuper ipſis ſit immundities, id quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, immundum eſt. Si ſuperior redundet ſuper inferiori in apertura palmi, & immundities ſit ſub ipſis, vel inter ipſas, id quod ſub ipſis vel inter ipſas eſt, immundum eſt, & quod ſuper ipſis eſt uſque ad expanſum, immundum eſt. Si ſuperior redundet ſuper inferiori minus quam apertura palmi, & immundities ſub ipſis, id quod ſub ipſis & inter ipſas eſt, immundum eſt; quod vero inter ipſas eſt, vel ſub reſiduo, R. Elièzer dicit, quod ſub ipſis eſt & inter ipſas, id immundum eſt. R. Jehoſua dicit, quod inter ipſas eſt, & ſub reſiduo, id immundum eſt; quod vero ſub ipſis, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שני זיזין זה על גב זה *Si duæ ſint trabes ſibi invicem impoſitæ*, & una alteri oppoſita. *Si in illis ſit apertura palmi*, quia quælibet trabs in latitudine quaquaverſum habet palmum. *Atque inter ipſas apertura palmi*, ſi inferior a terra alta ſit palmum, & ſuperior tantundem diſtet ab inferiori. וטומאה תחתיהן *& immundities ſit ſub illis*, ſub inferiori, tum immundum eſt quicquid eſt ſub ipſa, quod autem ſupra ipſa eſt, id mundum eſt, quia dividit pro immunditie. ביניהן *inter ipſas*. Si immundities exiſtat inter inferiorem & ſuperiorem, tum immundum eſt quicquid inter ipſas eſt; quod vero ſub inferiori eſt, & quod ſuper ſuperiori eſt, id mundum eſt, quia trabes dividunt. על גביהן *ſuper illis*, quod ſuper ſuperiori, e regione immunditiei uſque ad expanſum eſt, id immundum eſt, quod reliquum eſt, id omne mundum eſt. היה העליון עודף על התחתון *ſi ſuperior redundet ſuper inferiori*, tum immundum eſt id quod ſub illis & inter illas eſt, etenim ſive immundities ſit ſub inferiori, ſive ea ſit inter ipſas, iſta redundantia qua ſuperior redundat ſupra inferiorem in copia palmi, commiſcet immunditiem in omni loco; quod vero ſupra ſuperiorem eſt, id mundum eſt, quia dividit pro immunditie. על גביהן *ſupra illis*, ſupra ſuperiori. *Si ſuperior ſupra inferiorem redundet* &c. & immundities ſit ſub ipſis, videlicet ſub inferiori. תחתיהן וביניהן טמא *quod ſub illis*, *& inter illas eſt*, *id immundum eſt*, quia redundantia iſta commiſcet immunditiem inter ipſas, & immunditiem adducit ad id quod ſub ipſa eſt. ביניהן *inter ipſas*, ſi immundities exiſtat inter eas, vel inferius in terra ſub reſiduo, ſive e regione redundantiæ, & non ſub inferiori. R. Elièzer dicit, quod ſub illis, & inter illas eſt, id immundum eſt, etenim quamvis illic non ſit palmus in redundantia, tamen adducit immunditiem ad id quod ſub inferiori eſt, quia redundat ſupra ipſum. *Quod inter ipſas eſt*, *& ſub reſiduo*, *id immundum eſt*, tum id quod inter ambas trabes eſt, immundum eſt, & quod ſub illis eſt in terra e regione reſidui, id immundum eſt. *Quod ſub illis eſt*, *id mundum eſt*, quod ſub inferiori eſt, quia in reſiduo non eſt palmus, idcirco immundities non venit ſub inferiorem; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quando dicitur תחתיהן *ſub illis*, tum ſenſus eſt de eo quod ſub inferiori trabe exiſtit, ut, inter ipſam & terram; & quando dicitur על גביהן *ſuper illis*, ſenſus eſt de eo quod ſuper trabe ſuperiori eſt; ſi igitur ſuperior redundet in copia palmi, tum nihil intereſt ſive ſit immundities ſub trabe inferiori, ſive addititia quæ ſuperiori addita eſt, ſive ſupra trabem inferiorem poſita ſit, quæ immunditiem inducit inter ipſas, tum omne id quod ſub ſuperiori eſt, immundum eſt, ſecundum omnes iſtas ſtationes inter quas immunditiès adducitur; hujuſce rei hypotheſis jam aliquoties repetita eſt, idcirco hic dicitur, *quod ſub illis & ſuper illis eſt*, *id immundum eſt*; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ו יש בהן פותח טפח ואין ביניהן פותח טפח טומאה תחתיהן תחתיהן טמא ביניהן או על גביהן (נ"א ותחתיהם או ביניהם תחתיהם וביניהם טמא על גביהם) כנגדו עד הרקיע טמא :

6. Si in illis ſit palmi apertura, & non inter illas, at immundities ſit ſub illis, immundum eſt id quod ſub illis eſt; quod vero inter illas & ſuper illas e regione eſt uſque ad expanſum, (alia lectio, vel inter illas, tum id quod ſub illis & inter illas eſt, immundum eſt:) immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אין ביניהן פותח טפח *Si inter eas non ſit apertura palmi*, quia inferior trabs a terra non alta eſt palmum, nec ſuperior a terra alta eſt palmum. ביניהן ותחתיהן טמא *quod inter eas & ſub iis eſt*, *id immundum eſt*, quia non dividit id quod ſubter illis eſt, quia ſub ipſis non eſt apertura palmi, neque ſuper iis; ſuperior vero trabs inducit immunditiem ad omne id quod ſub ipſa eſt, & ſub inferiori, & dividit pro eo quod ſupra ipſam eſt, quia ſuperior a terra alta eſt palmum. *Quod e regione illius eſt uſque ad expanſum*, *immundum eſt*, quod vero ſub illa eſt, id mundum eſt, etſi enim non alta ſit palmum ſupra conſortem ſuam, tamen a terra alta eſt palmum, & dividit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando inter trabes immundities exiſtit, at non ſit altitudo palmi, tum hæc non eſt immundities in tentorio, ſed compreſſa eſt, atque in Gemara vocatur טומאה רצוצה *immundities contigua*, idcirco id quod e regione illius eſt uſque ad expanſum, immundum eſt, & ſe res habet ac ſi id eſſet ſupra eas, & quod nec aptum eſt ut polluatur ſub iis, ut in inferiori ſit apertura palmi, idque valde altum ſit a terra, quia ſermo eſt de trabe, ſicuti antea dictum eſt.

ז אין בהן פותח טפח בין שיש ביניהן פותח טפח בין שאין ביניהן פותח טפח טומאה תחתיהן ביניהן

או

7. Si in iis non ſit apertura palmi, ſive inter eas ſit apertura palmi, ſive non ſit apertura palmi, immundities vero ſit ſub iis, inter eas, vel ſuper eas,

tum

או על גביהן טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת וכן שתי יריעות שהן גבוהות מן הארץ פותח טפח :

tum immunditiés penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. Pariter ſe res habet cum duabus cortinis, quæ a terra altæ ſunt aperturam palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בהן פותח טפח *Si in iis non ſit apertura palmi*, quia trabes in latitudine non habent aperturam palmi, proinde ſive immunditiés ſit inferius, ſive ſuperius, nequaquam dividunt. *Sic etiam duæ cortinæ*, quæ altæ ſunt a terra aperturam palmi, & una ſupra alteram alta eſt palmum, harum cortinarum jus ſimile eſt juri de duabus trabibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt ex iis quæ præceſſerunt; jus vero de duabus cortinis ſibi invicem impoſitis ſe habet, ut jus de duabus trabibus.

פרק טו סגוס עבה וכופת עבה אינן מביאין את הטומאה עד שיהו גבוהין מן הארץ פותח טפח קפולין זו על גב זו אינן מביאות את הטומאה עד שתהא העליונה גבוהה מן הארץ פותח טפח טבליות של עץ זו על גב זו אינן מביאות את הטומאה עד שתהא העליונה גבוהה מן הארץ פותח טפח אם היו של שיש טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת :

Caput 15. Sagum denſum & ſegmentum denſum non adducunt immunditiem, niſi donec aperturam palmi alta ſint a terra. Si duplicata ſint, unum ſupra altero, tum non adducunt immunditiem, niſi donec ſuperius a terra altum ſit palmi aperturam. Tabellæ ligneæ ſibi invicem impoſitæ, non adducunt immunditiem, niſi donec ſuperius a terra altum ſit palmi aperturam. Sin autem marmoreæ ſint, immunditiés penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit.

R. OB. DE BARTENORA.

סגוס עבה *Sagum denſum*, hæc Miſna a nobis jam expoſita eſt ſuperius capite undecimo, quia autem hic ſermo fit de tabula, proinde auctor alia denuo tractat. ואם היו של שיש *& ſi marmoreæ ſint*, etſi ſuperior tabula a terra alta ſit palmum, tamen ea non habetur pro tentorio ad immunditiem adducendam, quia inferior diminuit aërem, quandoquidem pro terra habetur; ſed tabulæ ligneæ non habentur pro terra quando ſuperior alta eſt palmum a terra, etſi inferior diminuat aërem, ſuperior tamen adducit immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite undecimo ſenſum illius quod dicitur, *immunditiem adducunt*, ibique expoſuimus voces סגוס & כופת: cæterum טבלאות ſunt לוחות *tabulæ*; ſenſus vero illius quod hic dicitur, *donec alta ſit a terra aperturam palmi*, eſt is quem tibi dicam, ſi ſagum vel ſegmentum ligni, vel tabula, vel veſtis ſibi invicem impoſita ſint, donec ſit altitudo palmi a terra, & immunditiés, exempli gratia, ſupra hanc tabulam ſit, quæ alta eſt a terra, atque ſecunda tabula poſita ſit ſupra immunditiem quæ ei contigua eſt, tum hæcce tabula ſuperior adducit immunditiem, & omnes tabulas polluit, & quod inter ipſas eſt de vaſis; hocce jus duntaxat obtinet in ſago, & id genus aliis, ſed in hoc caſu tabulæ marmoreæ diſcernuntur, quia eæ pro terra habentur; ſi vero una tabula marmorea impoſita ſit alteri, atque inter tabulam ſuperiorem immunditiés exiſtat, & inter terram ſint mille ulnæ, tum marmor iſtud non habetur pro terra quæ ſarriri poteſt; ſed dicimus ſub ipſo eſſe immunditiem contiguam, quæ penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. Toſaphta autem rem hoc ſenſu exponit, ſi una tabula marmorea ſupra alteram ſit poſita, & immunditiés ſub alterutra, licet mille ulnas a terra altæ ſint, immunditiés tamen penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit.

ב טבליות של עץ שהן נוגעות זו בזו בקרנותיהם והן גבוהות מן הארץ פותח טפח טומאה תחת אחת מהן הנוגע בשניה טמא טומאת שבעה כלים שתחת הראשונה טמאים ושתחת השניה טהורין השלחן אינו מביא את הטומאה עד שיהא בו ריבוע בפותח טפח :

2. Tabulæ ligneæ ſe invicem tangentes in cornibus ſuis, & a terra altæ aperturam palmi, immunditie ſub alterutra exiſtente, tum ſi quis ſecundam tangat, pollutus eſt immunditie ſeptidui. Vaſa primæ ſuppoſita, ſunt immunda, quæ vero ſecundæ ſuppoſita ſunt, ea munda ſunt. Menſa non adducit immunditiem, niſi donec ea quadratum aperturæ palmæ habeat.

R. OB. DE BARTENORA.

טבליות של עץ *Tabulæ ligneæ*, quarum una inſidet alteri, & quælibet ex iis a terra alta ſit palmum, & ſe invicem tangentes, etenim tabularum cornua in latitudine ſua non ſolent habere palmum, idcirco vaſa primæ ſuppoſita, ſub qua immunditiés eſt, immunda ſunt; quæ vero ſub ſecunda ſunt, ea munda ſunt. *Qui ſecundam tetigerit, is immundus eſt immunditie ſeptidui*, licet capite ſuperiori expoſitum ſit quod vaſa quæ tetigerunt mortuum, & quæ alia vaſa tetigerunt, immunda ſint per ſeptiduum; tertius vero gradus ſive homo ſit ſive vaſa, immundus eſt immunditie veſpertina; ſupra vero auctor expoſuit quod tentorium non recenſeatur, idcirco tabula ſub qua immunditiés eſt, non ingreditur numerum. עד שיהיה בו ריבוע בפותח טפח *niſi donec in ipſa*ſit quadratum aperturæ palmæ*, in forma arcæ ruptæ quæ quatuor habet latera, quam in menſam facere ſolent, quia tabula ei inſidet, atque hæc arca rupta vocatur ריבוע: ratio eſt quod menſa promineat ex iſto quadrato in ſpatio palmi, minus vel magis; jam vero dicit auctor quod requiratur ut hæcce menſa extra illud quadratum promineat in apertura palmi, etenim

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נוגעות בקרנותיהן *Tangentes in cornibus ſuis*, in hac figura; qui tetigerit ſecundam, is ſeptem dies immundus eſt, quia hæc diſtincta eſt a tentorio mortui, vaſa autem ei ſuppoſita, ſunt munda, quia inter ipſam & tabulam non tetigerunt, ſub quibus immunditiés eſt in apertura palmi, uſque dum ei immunditiés adducta eſt, & ab uno angulo ad alterum duntaxat pervenit, ſicuti expoſuimus; hunc ſenſum recte intelligas volo, & illius ſimilitudinem. Porro dicit, *donec ea quadratum aperturæ palmi habeat*, quia jam diminutio altitudinis, vel diminutio latitudinis fuit, idcirco non adducit immunditiem ſub ipſam, niſi donec in ipſa ſit palmus quaquaverſum, in craſſitie palmi.

etenim quod in quadrato eſt, id non commiſcetur. Si vero immundities quoque ſit in quadrato, tum quadratum dividit & impedit immunditiem, ne illa foras prodire poſſit.

ג חביות שהן יושבות על שוליהן או מוטות על צידיהן באויר והן נוגעות זו בזו בפותח טפח טומאה תחת אחת מהן טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת במה דברים אמורים בטהורות אבל אם היו טמאות או גבוהות מן הארץ פותח טפח טומאה תחת אחת מהן תחת כלם טמא׃

3. Dolia ſi reſideant in fundis ſuis, vel in latera ſua inclinent in aëre, atque ſe invicem tangant in apertura palmi, immunditie ſub alterutra exiſtente, tum immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. De quibus dicta ſunt hæc verba? de iis quæ munda ſunt, ſin autem immunda ſint, vel alta a terra in apertura palmi, & immundities exiſtat ſub alterutra, tum locus ſub omnibus eſt immundus.

R. OB. DE BARTENORA.

חביות *Dolia*, intellige aliquot doliorum lineas, quorum unum impoſitum eſt alteri. *Si in fundis ſuis reſideant*, oris eorum ſuperius verſis. *Vel ſi in latera ſua inclinent*, & oræ ſint ad latus. *In aëre*, in horto, vel in atrio. *In apertura palmi*, in latitudine palmi ſe invicem tangentia. *Immundities penetrat & aſcendit*, ad latera nempe, etenim ſi inclinent in latera ſua, licet id fiat e regione immunditiei, nihil immundum eſt niſi id quod ſub ipſis, vel ſuper ipſis eſt; ſed quod in iis eſt, id mundum eſt, quia vas teſtaceum non polluitur ſuperius, proinde liberat quod in ipſo eſt, & quod non eſt e regione, licet id quod ſub illis eſt, & ſuper illis, ſit mundum. At ſi in fundis ſuis reſideant, ne quidem id quod in ipſis eſt, liberant, quia non eſt diſcrimen inter aërem qui intus eſt, & inter aërem qui foris eſt; ipſum vero dolium pollutum eſt, atque etiam omnia vaſa ei impoſita, licet non ſint e regione immunditiei, ſicuti rationem dedimus in fine capitis noni. במה דברים אמורים בטהורות *de quo dicta ſunt hæc verba? de mundis*, etenim quia munda ſunt, aſſimilantur tabulæ marmoreæ, quia inferiores obturant foramen palmi, & immundities penetrat & aſcendit. At ſi immunda ſint, licet ſuperiora a terra non alta ſint palmum, tamen adducunt immunditiem, quia inferiora non obturant, quia immunda ſunt, & quia ſermo referendus eſt ad ea dolia quæ ſibi invicem impoſita ſunt, atque ad tabulas ſibi invicem impoſitas. *Vel alta ſint a terra in apertura palmi*, immunditiem inducunt, quia unum tangit alterum in latitudine, hinc omnia habentur pro tentorio uno.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quænam ſit figura doliorum, venter enim eorum prominet, ſed fundus & caput acuminata ſunt, quando autem conjungitur aliquod dolium, tum una ſuperficies contrectat alteram in menſura palmi quaquaverſum, vel plus; quando igitur una contrectat alteram, atque omnes conjunctæ fuerint, una ſub altera, ſive inſideant fundis ſuis, vel lateribus ſuis, omneſque palmum altæ fuerint ſuper terram, tum ex omnibus unum fit tentorium, idcirco ſi immundities exiſtat ſub una ex iis, tum ſub omnibus eſſe cenſetur immundities. Porro auctor huic dolio aliquod jus addidit, dicens; quod ſi dolia conjungantur in apertura palmi, dum jam polluta erant aliqua immunditie, immunditie ſub uno dolio exiſtente, omnia ſint immunda, etſi illic non ſit concavum palmi, quia dolium magnum habet ventrem, & non magnum foramen, hoc in caſu nos dicimus quod latus ſuperius adducit immunditiem ſicuti ſuperius expoſitum eſt de immunditie; hæc vero dolia omnia ſunt polluta. Et hoc eſt quod auctor dicit, *immundum eſt*. At vero ſi munda ſint, id eo ſenſu accipiendum eſt, quia latus ſuperius non attigit immundities, cum vas teſtaceum non polluat exterius, ſicuti expoſuimus.

ד בית שחצצו בנסרים או ביריעות מן הצדדים או מן הקורות טומאה בבית כלים שבחציץ טהורין טומאה בחציץ כלים שבבית טמאין כלים שבחציץ אם יש שם פותח טפח טמאים ואם לאו טהורים׃

4. Domus in aſſeres diſtincta, vel in cortinas, ſive a lateribus, ſive a tignis, immunditie in domo exiſtente, tum vaſa in diviſione exiſtentia, ſunt munda; ſi immundities ſit in diviſione, vaſa quæ in domo ſunt, immunda ſunt, vaſa quæ in diviſione ſunt, ſi illic ſit apertura palmi, immunda ſunt, ſin minus, munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בית שחצצו *Domus quam diviſerunt*, in qua parietem fecerunt a lateribus, nam cortinæ & aſſeres poſiti e regione parietum domus ſunt, vel e tignis tecto domus ſuppoſitis. כלים שבחציץ טהורים *vaſa in fiſſura poſita, ſunt munda*, nam cortinæ & aſſeres dividunt, & habentur pro vaſis tecto impoſitis, & quæ extra parietem ſunt. *Vaſa in domo poſita, ſunt immunda*, quia hic non eſt interſtitium pro immunditie, quia res ſpectat ad vas teſtaceum conjunctorio quodam circumdatum; etenim ſi immundities ſit in domo, tum id liberat quicquid ſit in ipſo, ſi vero immundities ſit in ipſo, tum nullum eſt conjunctorium pro immunditie removenda. כלים שבחציץ *vaſa quæ in fiſſura ſunt*, vaſa quæ cum immunditie ſunt in pariete. *Si illic ſit apertura palmi*, ſi illic ſit foramen in apertura palmi. *Sin minus, immunda ſunt*, vaſa quæ in foramine poſita ſunt, attamen domus immunda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלים שבחציץ *Vaſa in diviſione poſita*, nempe in pariete, ſi in ipſo ſit foramen palmi quaquaverſum, tum paries pollutus eſt, ſive immundities in domo exiſtat, ſive ea exiſtat poſt parietem; hæc vero יריעות *cortinæ* dividunt pro immunditie, quia illic tentorium eſt, ſecundum id quod in hoc codice expoſitum eſt.

ה חצצו מארצו טומאה בחציץ כלים שבבית טמאים טומאה בבית כלים שבחציץ אם יש במקומן טפח על טפח על רום טפח טהורים ואם לאו טמאים שארצו של בית כמוהו עד התהום׃

5. Si ea a terra ſit diviſa, & immundities exiſtat in diviſione, tum vaſa in domo poſita, ſunt immunda; ſi immundities ſit in domo, vaſa in diviſione poſita, ſi in locis eorum ſit palmus quaquaverſus, in craſſitie palmi, munda ſunt; ſin minus, immunda ſunt, quia terra domus eſt inſtar ipſius, uſque ad abyſſum.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

חצצו מארצו *Si ea diviſa ſit a terra*, ſi fundum contexerit domuus aſſeribus & cortinis. *Si immundities ſit in diviſione*, etſi in ea ſit palmus quaquaverſum, & in craſſitie. *Vaſa in domo poſita ſunt immunda*, cloaca quæ ſub domo fornicata eſt, ſicuti traditum eſt ſuperius capite tertio, ſi in ea ſit apertura palmi, & non in egreſſu illius, atque immundities ſit in ipſa, domus immunda eſt, ſi immundities exiſtat in domo, immundum eſt id quod in ipſa eſt. שארצו של בית כמוהו *quia terra domus eſt ut ipſa domus*, quando in ipſa non eſt apertura palmi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In vaſis in diviſione poſitis non eſt diſcrimen, ſive ea in pariete poſita ſint, ſive in diviſione, terra palmum alta exiſtente, ſi hinc paries ſarritus ſit, & vaſa abſcondita in terra, quæ polluta eſt, etenim terra domus eſt inſtar domus uſque ad abyſſum. In Siphra dicitur, quicquid eſt in tentorio ad fundum domus faciendum inſtar ipſius domus uſque ad abyſſum, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, a lateribus, vel e regione tignorum, quia illic non requiritur foramen palmi. Cæterum tibi jam expoſitum eſt quod parietes liberant munda ab immunditie, ne polluantur, ſed non liberant immunda ne amplius polluantur, ſicuti filum conjunctionis, ſecundum id quod expoſuimus capite octavo codicis de Vaſis. Hic porro ſenſus in Toſaphta indigitatur, nempe quod filum conjunctionis & tentoria liberant munda, ne polluantur, ſed non immunda ne illa amplius polluantur; hæc obſerves volo.

ו בית שהוא מלא תבן ואין בינו לבין הקורות פותח טפח טומאה בפנים כלים שכנגד יציאה טמאים טומאה בחוץ כלים שבפנים אם יש במקומם טפח על טפח על רום טפח טהורים ואם לאו טמאים אם יש בין תבן לקורות פותח טפח בין כך ובין כך טמאים:

6. Domus ſi plena ſit ſtramine, & inter ipſam atque tigna non ſit apertura palmi, immunditie intus exiſtente, tum vaſa e regione exitus poſita, ſunt immunda; ſi immundities ſit foris, vaſa intus poſita, ſi in loco eorum ſit palmus quaquaverſum, in altitudine palmi, munda ſunt; ſin minus, immunda ſunt. Si inter ſtramen & tigna ſit apertura palmi, ſive hoc ſive illo modo, immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

טומאה בפנים *Immundities intus*, in loco ſtraminis. שכנגד היציאה *quæ e regione exitus eſt*, intellige locum vacuum in latitudine cubiti a janua uſque ad parietem qui e regione illius eſt, illic enim egrediuntur ut ſtramen offerant & intromittant; vaſa autem in iſto loco vacuo poſita, ſunt immunda; etenim quia immundities eſt in fiſſura, hinc vaſa in domo poſita immunda ſunt. טומאה בחוץ *ſi immundities ſit foris*, id eſt in loco vacuo a palmo uſque ad parietem qui e regione illius. כלים שבפנים *vaſa intus poſita*, in loco ſtraminis, ſi in loco eorum ſit palmus quaquaverſum, in altitudine palmi, tum munda ſunt. *Sin minus, immunda ſunt*, nam vaſa in fiſſura poſita, ſi immundities in domo ſit, immunda ſunt, ſi in loco eorum non ſit apertura palmi. *Si vero inter ſtramen & tigna ſit apertura palmi*, tum ſtramen non intercidit ut id aſſimiletur fiſſuræ, ſed inſtar reliquarum fiſſurarum eſt quæ in domo ſunt; neque liberat id quod in ipſo eſt, ſive in loco illius ſit palmus, ſive non ſit palmus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טומאה בפנים *Si immundities ſit intus*, in domo, ſive ea in ſtramine, ſive inter ſtramen & tigna. Per vaſa e regione exitus poſita intelliguntur vaſa quorum locus interior conſtitutus eſt in janua domus, ſive in concavo domus. Toſaphta dicit hic ſermonem fieri de vaſis e regione egreſſionis immunditiei poſitis, & in plenitudine oſtii, quæ immunda ſunt. Porro dicit, *ſi immundities ſit foris*, puta ſtramen in plenitudine oſtii, quæ vaſa liberat ab immunditie, etſi in loco eorum ſit palmus quaquaverſum in ipſo ſtramine, quando inter ſtramen & tigna eſt apertura palmi, quia ſtramine ſtudio obturavit, ut id removeatur, ſed non divisit.

ז בית שמלאו עפר (נ"א תבן) או צרורות ובטלו (נ"א בטלו) וכן כרי של תבואה או גל של צרורות אפילו כגלו של עכן ואפילו טומאה בצד הכלים טומאה בוקעת ועולה בוקעת ויורדת:

7. Si domus plena ſit pulvere, vel lapillis, tum illius jus intercidit, & pariter acervus proventus, vel cumulus lapillorum, licet ſit inſtar cumuli Achanis, & licet immundities ſit in latere vaſorum, immundities tamen penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit.

R. OB. DE BARTENORA.

וכן כרי של תבואה *Et ſic etiam ſe res habet cum acervo proventus*, cujus jus quoque intercidit. *Et quamvis immundities ſit ad latus vaſorum*, ſi immundities ſit in acervo, & prope ipſam poſita ſint vaſa in acervo, attamen non attingant vaſa. *Immundities penetrat & aſcendit*, quod vero in latere illius eſt, id mundum eſt; at ſi in loco immunditiei ſit quaquaverſum palmus, in altitudine palmi, tum is inſtar ſepulchri obturati eſt, & polluit quicquid circum ipſum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בטלו *Intercidunt*, ſenſus eſt quod jus domus intercidat; ſi itaque in hocce pulvere ſint vaſa aliqua poſita, & in loco alio immundities exiſtat, tum hæc vaſa non polluuntur in tentorio, quia jus tentorii jam ceſſat ut id inſtar domus eſſet. Pariter ſe res habet cum acervo proventus, & cumulo lapillorum, etſi illic ſit immundities ad latus vaſorum, neque contactio vaſorum, quia immundities compreſſa non polluit niſi ea quæ e regione ipſius exiſtunt, ſicuti pro hypotheſi poſuimus. Sin autem immundities ſit in hocce acervo, tum is inſtar ſepulchri obturati eſt, & polluit omnia quæ circum ipſum ſunt. Toſaphta rem ita explicat, ſi ſit acervus proventus, & in ipſo immundities, tum immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit; & ſi in loco immundo ſit undiquaque palmus, tum is ſepulchri obturati naturam habet, & idcirco polluit omnes res ipſum circumjacentes.

ח חצר הקבר העומד בתוכה טהור עד שיהא בה ארבע אמות כדברי בית שמאי בית הלל אומרים ארבעה טפחים קורה שעשאה גולל לקבר בין עומדת בין

8. Quiſquis in atrio ſepulchri ſtat, is mundus eſt, donec in ipſo quatuor ſint cubiti, ita Schola Schammai. Schola Hillelis dicit, ſi quatuor ſint palmi. Si e tigno factum ſit operculum pro ſepulchro,

בין מוטה על צדה אין טמא אלא כנגד הפתח עשה ראשה גולל לקבר אין טמא אלא עד ארבעה טפחים ובזמן שהוא עתיד לגוד רבי יהודה אומר כולה חבור :

chro, ſive illud ſtet, ſive in latus inclinet, e regione januæ duntaxat immundum eſt. Si e capite illius fecerit operculum pro ſepulchro, tum id duntaxat immundum eſt ſi quatuor habeat palmos; & ſi illud excidendum ſit, R. Jehuda dicit, totum tignum omnino conjunctio eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חצר הקבר *Atrium ſepulchri*, intellige atrium a quatuor lateribus circumdatum quatuor ſpeluncis ſepulchrorum. *Mundus eſt, ſi quatuor in ipſo ſint palmi*, ſi id quatuor cubitos habeat, tum mundus eſt qui in ipſo ſtat; at ſi id non habeat quatuor palmos, tum immundus eſt qui in ipſo ſtat. Si vero illic tres duntaxat ſint ſpeluncæ a tribus lateribus, & quartum latus apertum ſit verſus aërem mundi, licet id non remotum ſit a janua ſpeluncæ, ſed quantulumcunque, mundum eſt, dummodo non tetigerit ſuperliminare januæ ſpeluncæ; hæc vero verba agunt de atrio ſepulchri cujus paries ſignatus eſt, at cadaver ſimpliciter comprehendit quatuor cubitos ratione immunditiei. גולל לקבר *operculum pro ſepulchro*, intellige operculum quod januam ſepulchri tegit. *Niſi e regione januæ*, ſepulchri, qui tetigerit extremitatem cadaveris extra ſepulchrum jacentis, mundus eſt. עשה ראשה גולל לקבר *ſi e ſummitate illius fecerit operculum pro ſepulchro*, tum illud tignum ſepulchro inſtar arboris impoſitum eſſe cenſetur, hinc ſi quis ipſum tetigerit in quatuor palmis prope ſepulchrum, immundus eſt ratione operculi; at ſi ſteterit & in ſpatio quatuor palmis minori tetigerit, mundus eſt. בזמן שהוא עתיד לגוד *quando illud excidendum eſt*, etſi nondum exciderit ipſum; ſignificationem verbi גוד videſis Dan. 4, 11. כולה חבור *totum eſt conjunctio*, quando ipſum non exciderit, etſi excidendum ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum hocce atrium ſepulchri contignatum eſſe; porta autem ſpeluncarum in quibus ſunt ſepulchra, aperta eſt juxta hocce atrium, atque hæc ſtructura חצר הקבר *atrium ſepulchri* vocatur, qui vero in ipſo ſtat, is mundus eſt, nam ſi in ipſo minus ſit quam quatuor ulnæ in quadratum, tum ſi ad os ſpeluncæ acceſſerit, pollutus eſt. At ſecundum Scholam Hillelis eſt mundus, ſi in atrio ſint quatuor palmi quaquaverſum. Si vero hocce atrium ſit retectum, tum is qui ingreſſus eſt, mundus eſt, quocunque id fiat modo, ſi pervenerit duntaxat ad os ſpeluncæ. In Toſaphta dicitur, ſi illa aperta ſit verſum aërem, etſi a ſuperliminari elongatum ſit, tamen mundus eſt quiſquis intraverit, dummodo tetigerit ſuperliminare. אין טמא אלא כנגד הפתח *nihil immundum eſt præter id quod e regione oſtii eſt*, nempe e regione ſepulchri; porro dicit, quod ſi quis tignum ori ſepulchri impoſitum e regione illius poſuerit, idque quatuor duntaxat palmos altum ſit, polluat, quia operculum eſt, dummodo intenderit diſcindere additamentum ſupra quatuor palmos. R. Jehuda dicit, licet totum ſit operculum. גוד idem eſt quod חתוך *diſcindere*; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ט חבית שהיא מליאה משקים טהורים ומוקפת צמיד פתיל ועשאה גולל לקבר הנוגע בה טמא טומאת שבעה והחבית והמשקין טהורין בהמה שעשאה גולל לקבר הנוגע בה טמא טומאת שבעה רבי מאיר אומר כל שיש בו רוח חיים אינו מטמא משום גולל :

9. Si dolium plenum ſit *liquoribus mundis*, & conjunctorio circumdatum, & quis ex eo fecerit operculum pro ſepulchro, tum is qui tetigerit illud, pollutus eſt per ſeptiduum, dolium vero & liquores munda ſunt. Si quis e beſtia operculum fecerit pro ſepulchro, & quis tetigerit, immundus eſt per ſeptiduum. R. Meyr dicit, quod ſpiritum vitæ habet, id non polluit ratione operculi.

R. OB. DE BARTENORA.

[illegible]וגע בה *Qui tetigerit illud*, quando illud operculum ſepulchri eſt, tum id ipſum pollutum eſt per ſeptiduum, ſecundum id quod ſcriptum eſt Num. 19, 16. *Et quiſquis tetigerit faciem agri*, ubi per agrum includitur operculum & latera ſepulchri. *Dolia vero & liquores ſunt munda*, nam vas teſtaceum conjunctorio quodam circumdatum, eſt mundum ita ut pollui nequeat in tentorio mortui, ſicuti dicitur, Num. 19, 15. *Et omne vas apertum quod non circumdatum eſt aliquo conjunctorio, id immundum eſt*; ſi ergo id conjunctorio circumdatum ſit, tum mundum eſt, nam Lex de vaſe teſtaceo loquitur, quod exterius non recipit immunditiem. *R. Meyr dicit, quicquid habet ſpiritum vitæ*, deciſio non eſt ſecundum R. Meyr; etenim licet non ſit res quæ ſpiritum vitæ habet, & polluit, homine excepto, nihilominus tamen polluit ratione operculi, quoties illa inſervit ſepulchro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod vas teſtaceum conjunctorio quodam circumdatum, non polluatur immunditie mortui. Pariter nec beſtiæ nec feræ polluuntur aliqua immunditie, ſicuti ab initio pro fundamento poſuimus; ſi vero quis inde fecerit operculum pro ſepulchro, tum id polluit ratione operculi, non quod id polluatur quia pars ſepulchri eſt, vel quod ſepulchrum tetigit; ſed id polluit tactu quicquid ſupra ſepulchrum eſt. Ipſo autem mundo remanente, remotum eſt a ſepulchro ipſo; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

י הנוגע במת והנוגע בכלים המאהיל על המת והנוגע בכלים טמאין מאהיל על המת ומאהיל על הכלים הנוגע במת ומאהיל על הכלים טהורים אם יש בידו פותח טפח טמאין שני בתים ובהן כשני חצאי זיתים פשט את שתי ידיו להן אם יש בידיו פותח טפח מביא את הטומאה ואם לאו אינו מביא את הטומאה :

10. Si quis mortuum & vaſa tetigerit, vel ſi quis tentorium fecerit pro mortuo & vaſa tetigerit, immunda ſunt. Si quis tentorium fecerit ſuper mortuo, & pariter ſuper vaſis, vel ſi quis tetigerit mortuum, & tentorium fecerit ſuper vaſis, munda ſunt. Si in manu ipſius ſit apertura palmi, immunda ſunt. Si duæ ſint domus, & in iis duo dimidia olivæ, & quis ambas manus extenderit ad ea, tum ſi in manibus illius ſit apertura palmi, adducit immunditiem, ſin minus, non adducit immunditiem.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

המאהיל על המת ונוגע בכלים טמאים *Si quis tentorium fecerit ſuper mortuo, & tetigerit vaſa, immunda ſunt*, vaſa nempe immunda ſunt per ſeptiduum, ratione conjunctionis, ut, ſi eo momento quo tangebat mortuum vel tentorium faciebat ſuper ipſo, ſimul tetigiſſet vaſa. ואם יש בידו פותח טפח טמאים *Et ſi in manu illius ſit apertura palmi, immunda ſunt*, quia manus illius tentorium fecerunt ſuper mortuo, & vaſis adduxerunt immunditiem. *Duæ domus*, quarum januæ ſibi invicem oppoſitæ ſunt. *Adducit immunditiem*, & duæ domus immundæ manent, quia tentorium manuum ipſius commiſcet immunditiem, perinde ac ſi duo dimidia poſita eſſent in hac & in illa. ואם לאו *ſin minus*, ſi in manibus illius non ſit apertura palmi, vir tamen immundus eſt, ſicuti ſuperius tradidimus, & ſuper ſe polluit in quantulacunque copia, ſed duæ domus ſunt mundæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt capite primo hujuſce codicis, quod ſi homo tetigerit mortuum & ſimul vaſa, ea polluit immunditie ſeptidui; idcirco ſi homo pollutus ſit mortuo, ipſumque tetigerit, vel ſuper ipſo tentorium fecerit, & poſtea tetigerit vaſa, tum iſta vaſa immunda ſunt. At ſi tetigerit mortuum, vel ſuper ipſo tentorium fecerit, atque inſuper ſuper vaſa tentorium fecerit, tum non polluit ea, quia is qui mortuo pollutus eſt, non polluit in tentorio, ſed polluit tactu, niſi una manu tentorium fecerit ſuper immunditie, & altera manu ſuper vaſa ſimul, & in manu ipſius ſit apertura palmi, quæ menſura eſt pro immunditie adducenda, & tum hæcce vaſa ſunt immunda ob tactum immunditiei ſub tentorio uno. Præterea capite ſexto hujuſce codicis jam expoſitum eſt, quod homo fit tentorium ratione immunditiei. Pariter ſi duæ ſint domus ſibi invicem vicinæ, atque in iis duo dimidia olivæ, atque ibidem extenderit manus ſuas ad duas domus ſimul; tum ſi illic ſit apertura palmi in tota manu, immundities jam pervenit inter illas, ipſe pollutus eſt atque duæ domus. Si vero immundities ſit in una domo, & olivæ copia de mortuo ſit ſub tentorio contiguo, tum non deſtruitur id quod dicitur, apertura palmi; quia ſuperius jam diximus quod fœtus diurnus polluat immunditie mortui, etiamſi ſit puerulus.

פרק יו כל המטלטלין מביאין את הטומאה בעובי המרדע אמר רבי טרפון אקפח את בני שזו הלכה מקופחת ששמע השומע וטעה שהאיכר עובר והמרדע על כתפו והאהיל צדו אחד על הקבר וטמאוהו משום כלים המאהילים על המת אמר רבי עקיבא אני אתקן שיהו דברי חכמים קיימין שיהו כל המטלטלין מביאין את הטומאה על אדם הנושאן בעובי המרדע ועל עצמן בכל שהן ועל שאר אדם וכלים בפותח טפח :

Caput 16. Omnia mobilia adducunt immunditiem, in craſſitie ſtimuli. Dicit R. Tarphon, excidam ego filios meos niſi hæc ſit conſtitutio exciſa, nam auditor audivit & erravit, nam agricola tranſit, ſtimulo impoſito humero ſuo, & latus unum tentorium facit ſuper ſepulchro, & polluit ipſum, ratione vaſorum tentorium facientium ſuper mortuo. Dixit R. Akiba, ego corrigam ut verba Sapientum vera ſint, & omnia mobilia adducant immunditiem ſuper hominem qui ea portat in craſſitie ſtimuli, & ſuper ſe in quantulacunque copia; & ſuper reliquos homines & vaſa in apertura palmi.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המטלטלין מביאין את הטומאה *Omnia mobilia adducunt immunditiem*, propter tentorium, etenim ſi una extremitas illius tentorium fecerit ſuper mortuo, & altera ſuper vaſis, tum iis *immundities* adducitur. בעובי המרדע *in craſſitie ſtimuli*, etſi in latitudine palmus non ſit, ſed in circuitu, nam filum palmi ipſum circumdat, de circuitu enim decreverunt propter craſſitiem illius.

אקפח את בני *Excidam filios meos*, ſepeliam eos, nam קפח notat exſcindere; eſtque jurisjurandi formula quando dicitur, excidam filios meos, niſi hæc res vera ſit, quia hæc conſtitutio exciſa eſt, quia hic requiritur apertura palmi.

ששמע השומע *Quia auditor audiverat*, quando quæſtio inſtituta erat ex inſtituto Scholæ, & audiverat quod ipſum immundum pronunciaverant, at non audiverat quare immundum pronunciaverant ſtimulum propter vaſa quæ ſupra mortuum tentorium fecerunt, quia ipſum vas quod tentorium facit ſuper mortuo, immundum eſt in quantulacunque copia, quia non requirimus aperturam palmi, niſi ad immunditiem adducendam ſub ſecundam ſummitatem, proinde & immundum pronunciarunt agricolam, vel ratione conjunctionis eorum, vel quod is habet vaſa quæ tetigerunt mortuum, nam ſi homo tetigerit vaſa, tum ſunt immunda immunditie ſeptidui.

השומע טעה *Auditor erravit*, nempe qui ipſum immundum pronunciarunt, quia ſtimulus in ipſum immunditiem induxit ex jure tentorii. *Ut verba Sapientum confirmarentur*, ii enim dicunt quod ſtimulus adducat immunditiem. על האדם הנושאן *ſuper hominem qui ea portat*, ſed unde probatur quod homo quia ea portavit, immunditie veſpertina tantum afficiatur? quia veſtis illius dividit inter humerum illius & ſtimulum, hinc tres erunt tangendi gradus; & qui videt quod ipſum polluunt immunditie veſpertina, is errare potuit, ac ſi dixiſſet quod propter tentorium ipſum polluit, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרדע Eſt idem quod מחרישה *vomer*; ſed capite ſexto decimo jam expoſuimus quod mediocris מרדע ſit unius palmi in circuitu ſuo, in latitudine vero unius digiti, & tertiæ partis, atque hæc eſt tertia pars palmi propemodum. Cæterum in Talmude expoſuimus R. Akibam putaſſe, poſtquam hunc ſermonem audiviſſet de ſtimulo vel de omni eo quod in craſſitie ſtimuli eſt, quando id tentorium feciſſet ſuper immunditie, & ſuper vaſis, hæc vaſa polluta eſſe, & immunditiem iis hoc modo allatam eſſe, & miratum fuiſſe, ita ut dixerit ſe filios ſuos necaturum ſi in hocce jure non eſſet error, quia hæc conſtitutio Miſnica non eſt vera, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, הלכה מוקפת היא *conſtitutio exciſa eſt*. Hinc doctores dixerunt, Deus ter optimus maximus non exſcindet mercedem omnium creaturarum, ut is omnino illis deſit, ſed commodum aliquod potius inveniet, *hinc dixerunt*, *væ principatui ſepelienti dominos ſuos*, nullus enim propheta extitit qui non quatuor reges ſupervixit. Porro exponit locum erroris, dicitque caſum erroris eſſe, quia audiverat, ſi arator iviſſet cum vomere in humero ſuo, & extremitas hujuſce ligni tentorium feciſſet ſuper ſepulchro, vomerem jam pollutum eſſe, & ſimul aratorem vomerem ferentem. Sed hoc ita intelligendum eſt ſi is ſit apud mortuum, vel apud ſepulchrum ſub una umbra, id eſt ſub umbra vomeris, atque is poſtea illum in partes diſſecuerit, dicens, omnia mobilia immunditiem adducunt in craſſitie vomeris; ſed ita non eſt res. Cæterum cauſam illius immunditiei attribuerunt, quia is vomerem tetigit, qui jam tentorium fecerat ſuper immunditie, qui vero tetigerit vaſa quæ ſuper vaſa tentorium fecerunt, is jam pollutus eſt, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus. Sed immundities adferri nequit ſi minus ſit quam apertura palmi, idcirco ſi craſſities ſtimuli tentorium fecerit ſuper homine, & ſuper immunditie, atque homo non

quia in circuitu ipſius eſt palmus; hinc quis dicere potuiſſet, quod in ipſo non ſit immundities tentorii, ſed immundities vespertina, idcirco doctores de ipſo decreverunt in craſſitie ſtimuli, quod res immunditie ſeptidui pollui poſſint, propter tentorium. ועל עצמן בכל שהן *& ſuper ſe ipſo in quantulacunque copia*, nam vas quod ſupra mortuum tentorium fecerit, polluit quantulumcunque id ſit. *Et ſuper reliquos homines, & vaſa*, quæ ſub ſtimulo poſita ſunt in apertura palmi.

non tetigerit id quod tentorium fecit, non polluitur hicce homo. Sed R. Akiba diſpoſuit verba R. Tarphonis ratione illius quod in Miſna dictum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam; etenim Miſnæ ſenſus eſt quod omnia mobilia adducunt immunditiem in craſſitie vomeris; nempe in homine duntaxat qui illa portat; atque hæc eſt una e decem rebus quæ uno die decretæ ſunt, ſicuti ab initio codicis de Sabbato oſtenſum eſt.

ב כיצד כוש שהוא תחוב בכותל כחצי זית מתחתיו וכחצי זית מעל גביו אף על פי שאינן מכוונין טמא נמצא מביא את הטומאה על עצמו בכל שהוא הקדר שהוא עובר והסל על כתיפו והאהיל צדו אחת על הקבר הכלים שבצד השני טהורים אם יש בסל פותח טפח טמאים התלוליות הקרובות בין לעיר בין לדרך אחד חדשות ואחד ישנות טמאות הרחוקות חדשות טהורות וישנות טמאות איזו היא קרובה חמשים אמה וישנה ששים שנה דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר קרובה שאין קרובה ממנה וישנה שאין אדם זוכרה :

2. Quomodo? ſi fuſus parieti infixus ſit, & dimidium olivæ ſit ſub ipſo, & tantundem ſuper ipſo, etſi non recte oppoſita ſint, tamen immundus eſt. Si iſte adducat immunditiem pro ſe, quantuluſcunque ſit, adducit. Ollarius qui circuire ſolet cum vecte humero impoſito, ſi is tentorium fecerit uno humero ſuper ſepulchro, tum vaſa in altero latere poſita, ſunt munda; at ſi in vecte ſit apertura palmi, tum ſunt immunda. Cumuli propinqui ſive urbi, ſive viæ, ſive novi ſint, ſive veteres, immundi ſunt; qui vero longe remoti ſunt & novi, ii mundi ſunt, vetereſque immundi; at quinam propinquus eſt? qui quinquaginta eſt ulnarum; vetus autem qui ſexaginta eſt annorum, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, propinquus eſt is quo nullus propinquior eſt; vetus autem eſt is cujus non meminit homo.

R. OB. DE BARTENORA.

כוש Idem eſt quod פלך *fuſus*, ſuper quo mulieres nere ſolent; etſi vaſa teſtacea plana immunditiem recipiant, propter tubum fuſilem ei infixum. אף על פי שאינן מכוונין *etſi ea non recte oppoſita ſint*, quia duo olivæ dimidia non recte ſibi invicem oppoſita ſunt. טמא *immundus eſt*, fuſus nempe, is enim adducit immunditiem in quantulacunque copia. קדר *ollarius*, qui ollas vendit. סל notat vectem quo mediante ollas portant, in codice de Vaſis hoc inſtrumentum deſignatur voce איסל in quo continetur receptaculum numulorum. Si vero ejuſmodi vectis aperturam palmi contineat, tum ipſe immunditiem adducit in ollas ad latus ſecundum poſitas, in quo tumuli ſunt. תלוליות idem eſt quod תל *cumulus*. *Qui propinqui ſunt, ſive urbi*, quæ urbs vicina eſt cœmeterio; *ſive viæ*, quæ etiam cœmeterio vicina eſt. אחד חדשות ואחד ישנות *ſive novi ſint, ſive veteres, immundi ſunt*, quia mulieres illic ſepeliunt abortus ſuos, etenim uſque ad quinquaginta cubitos uxor egreditur ſola, & illic ſepelit abortum ſuum; & ſi longe remoti ſint tumuli, tum uxor eo ſe conferre non ſolet ſola, ut ſepeliat ſub tumulo. Quandoquidem vero neceſſe eſt ut vir cum ipſa exeat, idcirco ea it ad cœmeterium, & non ſepelit ſub tumulo. Immundos autem pronunciamus veteres cumulos, licet longe remoti ſint, quia ſuſpicamur eos ab initio forſitan propinquos fuiſſe, ſed rem oblivioni datam eſſe quia urbs devaſtata eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אסל *Vectis*, notat inſtrumentum quod humeris imponunt ad onus eo facilius ferendum; quando autem ollæ dependent ab extremitate vectis a tergo illius qui portat, & altera extremitas fecerit tentorium ſuper immunditie, & ſi in ligno ſit apertura palmi, tum hæ ollæ quæ in altera extremitate ſunt, polluuntur, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſuper reliquis hominibus & vaſis in apertura palmi.* תלוליות notat collectionem glebarum ſive cumulorum, & Arabice תלי dicitur. Hæc porro ea conditione intelligenda, ſi urbs vicina ſit domui ſepulchrorum; per viam cujus hic fit mentio, intelligenda eſt via cœmeterii. Cæterum judicamus de hiſce tumulis ſecundum intentionem in Gemara expoſitam, quod mulieres in iis ſepeliunt abortus ſuos & membra eorum vitioſa quando a corpore ſeparata ſunt; ſed de tumulis veteribus judicamus ac ſi jam multis annis illic fuiſſent, quia aliquando prope urbem eſſe ſolent, cum viri iſtius urbis illic ſepelire ſoleant, ſicuti memoravimus, licet poſtea devaſtata ſit iſta civitas; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג המוצא מת בתחלה מושכב כדרכו נוטלו ואת תבוסתו מצא שנים נוטלן ואת תבוסתן מצא שלש אם יש בין זה לזה מארבע אמות ועד שמנה כמלא מטה וקובריה הרי זו שכונת קברות בודק ממנו ולהלן עשרים אמה מצא אחד בסוף עשרים אמה בודק ממנו ולהלן עשרים אמה שרגלים לדבר שאילו מתחלה מצאו נוטלו ואת תבוסתו :

3. Si quis ab initio invenerit mortuum more ſuo recumbentem, removeat eum atque ſanguinem conculcationis ejus; ſi duos invenerit, auferat eos & ſanguinem conculcationis eorum; ſi tres invenerit, atque in uno & altero fuerint a quatuor palmis uſque ad octo, (in copia lecti & ſepelientium ipſum) hæc eſt vicinia ſepulchrorum, inquirit ex ipſo & ulterius viginti ulnas, ſi invenerit unum in fine viginti ulnarum, inquirat ab ipſo & ulterius viginti ulnas, etenim hæc res fundamentum ſuum habet; nam ſi ab initio ipſum inveniſſet, auferat ipſum & ſanguinem conculcationis ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

המוצא מת בתחלה *Si quis inveniat ab initio mortuum*, neſciens

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in fine codicis de Nazyræis, quod ubi dici-

ſciens illic ſepulchrum eſſe, ita dicitur in Gemara codice de Nazyræis, per id quod dicitur המוצא *ſi quis inveniat*, excipitur id quod inventum eſt, & per id quod dicitur מת *mortuus*, excipitur is qui occiſus eſt, quia is qui occiſus eſt, non habet ſanguinem conculcationis, neque vicinitatem ſepulchrorum; hoc ſenſu ibi docent. מושכב *recumbens*, & non ſedens; כדרכו *more ſuo*, non quod caput illius inter femora poſitum ſit, nam ejuſmodi cadavera a gentilibus polluta eſſe cenſemus, quia Iſraëlitæ iſto modo non ſolent mortuos ſuos ſepelire.

נוטלו ואת תבוסתו *Auferat eum & ſanguinem conculcationis illius*, licet enim exinde transferre mortuum, & in alio loco denuo ſepelire, dummodo e pulvere ſepulchri ſimul aliquid deſumatur, ſive omnis pulvis mollis qui ſub mortuo eſt, poſtea effodiat in terra virgine, id eſt pura, trium digitorum ſpatium, ſicuti dicit Jacobus Gen. 49, 30. *Quando extuleritis me ex Ægypto, & ſepeliveritis* &c. ubi non erat neceſſum ut adderet, *ex Ægypto*, niſi intelligeret pulverem Ægypti. Maimonides per תבוסה intelligit pulverem cum ſanguine mixtum, humoremque mortui, radicem vocis תבוסה videſis Ezech. 16, 6.

מצא שלשה *Si invenerit tres*, ſi inter quemlibet mortuum ſit ſpatium a quatuor palmis uſque ad octo, videlicet a ſepulchro primo uſque ad tertium non debet eſſe minus quam quatuor palmi, & non plus quam octo palmi, tale ſpatium dicitur שכונת הקברות *vicinia ſepulchrorum*, & indicio eſt illic eſſe ſepulchra, quæ removere non licet illinc, quia loca ſua acquiſiverunt. Et quamvis ſit unus mortuus, ſi cognoſcatur quod in nomine ſepulturæ ipſum illic poſuerunt, tum prohibitum eſt eum illinc removere; at ſi unus ſit mortuus tantum, vel duo, tum nos ſtatuimus eos ibi non ſepultos eſſe, niſi ad tempus duntaxat, ut poſtea in alium locum transferantur. At ſi tres illic ſepulti ſint, inde manifeſtum eſt, hunc locum ſepulchris deſtinatum eſſe. Spelunca vero in longitudine ſua ſolet habere ſex cubitos, & quatuor in latitudine, in diametro redundantibus duobus cubitis, qui omnes conficiunt octo, proinde Miſna tradit, *a quatuor uſque ad octo*.

כמלוא מטה *Ut plenitudo lecti*, hic enim nihil tradimus de ſepelientibus. *Inquirit ab ipſo & ulterius*, *viginti cubitos*, nam latitudo quatuor habet cubitos, & ſex in longitudine, ſpeluncæ vero & atrium ſunt aperta ab hac & illa parte in ſpatio ſex cubitorum quaquaverſum. Sapientes vero putant capite ſexto codicis ultimi de Damnis, quod in longitudine duarum ſpeluncarum & atrii intermedii, octodecim ſint cubiti. Quandoquidem vero aliquando unam ſpeluncam effodere ſolent in diametro, & diameter ſpeluncæ redundat ſuper quadratum duorum cubitorum, erunt viginti cubiti, octo ſpeluncæ primæ in diametro, & ſex atrii inter ambas ſpeluncas, atque ſex ſpeluncæ ſecundæ, dicimus enim unum eſſe diametrum & non duos, & hæc eſt ratio quod traditur, *viginti*. Porro quoque inquirendum eſt de viginti cubitis ſuperius & inferius, qui ſunt quadraginta, quia hæc forſan ſpelunca eſt in parte orientali atrii, cum inſuper alia ſit ſpelunca e regione illius in occidentali parte atrii. *Si invenerit unum mortuum in fine viginti cubitorum, tum ab ipſa & ulterius inquirit de viginti ulnis*, nam quis diceret quod ad hocce cœmiterium eſt ſpelunca iſta, cum ea forſan ſit ſepulchrum aliud atque aliud atrium hominis alius, & proinde illic inquirendum eſſe ut ſuperius, quia ſicuti illic eſt ſepulchrum, ita quoque alia eſſe poſſunt. שרגלים לדבר *quia res pedes habet*, fundamento ſuo nititur, poſtquam ſepulchrum invenitur in agro hujuſce viciniæ ſepulchrorum. *Nam ſi ab initio ipſum inveniſſet*, videlicet hocce ſepulchrum, antequam tria priora inveniſſet, abſtuliſſet hunc mortuum & ſanguinem conculcationis, ſicuti ab initio expoſitum eſt.

dicitur, *mortuus*, non intelligatur is qui occiſus eſt, *recumbens*, non ſedens, *more ſuo*, non cum capite ſuo inter femora inclinato, nam ſi is uno ex hiſce modis conſtitutus ſit, tum non facit viciniam ſepulchrorum. Ita quoque dixerunt, *qui invenerit*, nempe ſi quis cadaver invenerit poſtquam inquiſivit de eo; ibique expoſitum eſt quod ſi mortuus qui non habet ſanguinem conculcationis, neque vicinias ſepulchrorum, ſit ab aliquo inventus tali in ſtatu, atque iſte locus conſpicuus ſit, tum oportet ut pulverem removeat quocum mixtus eſt ſanguis & humor mortui, & iſte pulvis תבוסה *conculcatio* vocatur, quia materia illius illic mixta eſt, ſicuti ſuperius expoſitum eſt. Hoc autem ita intelligas, donec omnem materiam quæ ſub mortuo eſt de pulvere molli, removerit, donec non requiratur effoſſio, & tum in terra dura effodere debet profunditatem aliquam trium digitorum; hujus ſententiæ fuit Jacobus pater noſter piæ memoriæ, de quo legimus Gen. 49, 30. quod præceperit ut ipſum efferrent ex Ægypto, & in ſepulchris patrum ſuorum ſepelirent; & ſimul addidit ut de pulvere Ægypti aliquid cum ipſo ſumerent; quia autem in eo continetur materia cadaveris, hinc ſi quis invenerit cadavera multa in uno loco, quorum una extremitas occurrit alteri, tum illa omnia unius hominis ſimilitudinem habent, & ſanguis conculcationis eorum removetur; ſi igitur quis cadavera uno ex iſtis quos diximus modis conſtituta invenerit, tum illa habentur pro ſepulchris. Cæterum capite codicis ultimi de Damnis expoſitum eſt, quod ſecundum Sapientes omnes ſpeluncæ in quibus cadavera ſepulta ſunt, non minores eſſe debeant quam ſex cubitorum quaquaverſum, atrium vero quod ante ſpeluncas eſt, ſex quaquaverſum cubitorum, hinc longitudo duarum ſpeluncarum & atrii quod inter ipſas eſt, octodecim erit cubitorum. Cæterum hic memorantur viginti cubiti, quia aliquoties effodiunt ſupra diametrum ſuper longitudine lateris duas ſpeluncas, & ſimul atrium, proinde ad hoc quærit Gemara quando dixit, utique duntaxat octodecim ſunt, & reſponſum eſt, in diametro; atque hic quoque ſenſus eſt illius quod diximus, *a quatuor cubitis uſque ad octo*; quia ſpelunca quatuor cubitos habet ſuper ſex. Sed diameter ſpeluncæ plus quam ſeptem cubitos habet, idcirco auctor octo definivit, ad aggravandum, ſi igitur in ſpelunca mortui octo cubiti reperiantur, tum hæc forſan vera ſpelunca eſt, & hoc eſt cœmeterium, ſive ſpatium in quo in fine viginti cubitorum, ſi eum inveniſſet ab initio, ſive occiſum, ſive ſedentem, ſive recumbentem more inſolito, de ipſo non inquirunt ratione viginti cubitorum, ſed auferunt mortuum & ipſius ſanguinem conculcationis, quia hic de gentilium ſepultura ſuſpicio eſt.

ד הבודק בודק אמה על אמה ומניח אמה עד שהוא מגיע לסלע או לבתולה המוציא את העפר ממקום הטומאה אוכל בדמעו המפקח בגל אינו אוכל בדמעו :

4. Qui inquirit, is inquirat ab uno cubito ad alterum, & cubitum relinquat, donec is ad petram perveniat, vel ad terram virginem. Qui educit pulverem e loco immundo, is comedet de lachryma illius; qui vero retexit acervum, is ne comedat de lachryma illius.

R. OB. DE BARTENORA.

הבודק *Qui inquirit*, quia ſuperius locutus eſt de inquiſitione viginti ulnarum, jam oſtendit non opus eſſe omnia effodere, ſed cubitum quaquaverſum effodiendum eſſe, & unum cubitum relinquendum, quia hoc modo effodere non debet, niſi donec ad finem viginti cubitorum pervenerit; iſte vero cubitus quem effodit, effodiendus eſt donec ad pe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ſuperiori Miſna dixit, inquirat ab ipſo & ulterius viginti ulnas, idcirco hic exponit quomodo fiat inquiſitio, minimum vero ſpatium quod inter unum atque alterum ſepulchrum eſt, unius eſt cubiti, proinde ſi hicce tertius mortuus inventus ſit ſepultus, & ante ipſum relictus ſit cubitus, quia cubitus minimum eſt ſpatium inter duo ſepulchra,

petram pervenerit, vel ad terram virginem, quæ eſt terra nunquam exarata.

המוציא את העפר ממקום הטומאה *Si quis eduxerit pulverem e loco immundo*, ex iſtis cubitis quos ipſe effodit. אוכל כדמעו *comedat de lachryma illius*, ſi is ſit ſacerdos, comedat de oblatione prima ipſius, nam per *lachrymam* hic intelligitur oblatio prima, videſis Deut. 18, 4. Etſi enim ſacerdotibus non liceat inquirere, tamen ipſis non hic prohibitum eſt de oblatione prima comedere, ubi immundities non tam valida eſt.

המפקח את הגל *Si quis retexerit cumulum*, cumulum lapidum qui in hominem inciderunt, eumque occiderunt, tum ſi is ſacerdos ſit, ne comedat de lachryma illius, etiam quia immundities illic eſt valida, metuendum eſt nobis ne illa forſan tentorium aliquod fecerit, etiamſi dubium ſit an vivus ſit, an vero mortuus ſit; nihilominus tamen nobis hac in parte metuendum eſt.

chra, & is effoderit in ſecundo cubito, quia interdum illic ſepulchrum aliud eſſe ſolet, cum non erat neceſſe in longitudine ſepulchri effodere, in latitudine cubiti, ſecundum menſuram longitudinis cubiti, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, cubitus quaquaverſum. Nam ſi illic ſit mortuus quiſpiam, tum contra ſe res habet, ita ut is retegatur corpore illius; pariter viginti accipiet cubitos, & in latitudinem relinquet cubitum, atque cubitum quaquaverſum effodiet. Præterea exponitur menſuram profunditatis quæ in effoſſione eſt, quia ſepulchrum jam eſt in ipſa factum in extrema profunditate, proinde dicit auctor, *donec ad petram pervenerit*, *vel ad terram virginem*, id eſt ad ejuſmodi terram, in qua non conſpiciuntur ſigna terræ habitabilis, non terra mollis, neque pulvis, & id genus alia, ſed ubi terra eſt dura inſtar virginis intactæ. Cæterum quando dicit, *qui educit pulverem*, intelligit eum qui defert huncce pulverem, & id genus alia, cui licet de oblatione prima comedere, dummodo non intret in locum immunditiei, ſed educat pulverem, eumque projiciat. Notum vero eſt quod vox דמע *lachryma* in Lege notat oblationem primam, videſis Deut. 18, 4. המפקח בגל *qui cumulum retexerit*, ut ſi quis de ædificio aliquo inquirat, idque diruat, neſciens illic eſſe cadaver aliquod, ſeque ſtare in loco immundo, niſi donec locus retegatur, idcirco non comedit de oblatione prima.

ה היה בודק הגיע לנחל או לשלולית או לדרך הרבים מפסיק שדה שנהרגו בה הרוגים מלקט עצם עצם והכל טהור המפנה קברו בתוך שדהו מלקט עצם עצם והכל טהור בור שמטילים לתוכו נפלים או הרוגים מלקט עצם עצם והכל טהור רבי שמעון אומר אם התקינו לקבר בתחילה יש לו תבוסה :

5. Si inter inquirendum pervenerit ad fluvium, vel ad aquæductum, vel ad locum publicum, dividat. Ex agro in quo aliqui occiſi ſunt, colligat ſingula oſſa, tum omnia ſunt munda. Si quis ſepulchrum ſuum evacuet ex agro ſuo, colligat ſingula oſſa, tum omnia ſunt immunda. E puteo in quem aborti ſunt conjecti, vel occiſi, colligat ſingula oſſa, tum omnia ſunt munda. R. Simeon dicit, ſi aptaverit eum in ſepulchrum ab initio, tum ſanguinem conculcationis habet.

R. OB. DE BARTENORA.

היה בודק *Si inquirat*, ad viginti cubitos complendos. שלולית eſt aquæductus, a radice שלל *congregare*, *dividere*, hoc ſenſu dicitur in Gemara titulo Bava Batra fol. 16, 1. מתחלקת שלל לאנפיה *dividit ſpolium in brachia ſua*, quia alii aquæductus ex ipſo recipiunt aquas. *Vel ad locum publicum*, in quo non ſepeliunt mortuum. מפסיק *dividit*, non amplius inquirit ad viginti cubitos complendos. *Omnia ſunt munda*, ſed non habent ſanguinem conculcationis, oſſa enim duntaxat colliguntur, & non requiritur ut plus auferatur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Angulo, quod שלולית denotet aquæductum e fluvio provenientem, e quo horti irrigantur. Cæterum in loco publico nemo ſepeliri ſolet, proinde non requiritur inquiſitio, & ſi quis eo pervenerit, vicinia ſepulchrorum ſatis deſignatus eſt, ita ut non opus ſit viginti cubitis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

פרק יז החורש את הקבר הרי זה עושה בית הפרס עד כמה הוא עושה מלא מענה מאה אמה בית ארבעה סאים רבי יוסי אומר בית חמשה במורד ובמעלה נותן רובע כרשינים על בורך המחרישה עד מקום שיצמחו שלשה כרשינין זו בצד זו עד שם הוא עושה בית הפרס רבי יוסי אומר במורד ולא במעלה :

Caput 17. Si quis exaret ſepulchrum, is faciat domum expanſionis; ſed quouſque faciet? copiam jugeri centum ulnarum, ſpatium quatuor Satorum. R. Joſe dicit, ſpatium quinque Satorum faciet dum is deſcendit & aſcendit. Si ponat quartarium viciarum ſuper dentale vomeris, uſque ad locum quo tres viciæ progerminarunt, una juxta alteram, eo uſque domum expanſionis facere poteſt. R. Joſe dicit, in deſcenſu & non in aſcenſu.

R. OB. DE BARTENORA.

בית הפרס Notat locum in quo immundities undique diſperſa eſt, magiſtri enim noſtri dicunt פרס idem notare quod פרש *expandere*, ita ut oſſa in hocce agro undiquaque expanſa ſint; ego vero audivi בית הפרס ita dici, quod ſit locus ad quem nemo ſe conferre ſolet ob immunditiem illic exiſtentem. מלא מענה *plenitudo jugeri*, vomeris a loco ſepulchri in quo arare cepit uſque ad centum cubitos in latitudine agri ſuper centum in latitudine, de quo ſpatio ſuſpicamur quod vomer exinde deferre poſſit os in copia grani hordeacei; ſi vero quis arando proceſſerit extra centum cubitos, tum a centum cubitis & ulterius locus eſt mundus, quia vomer non defert oſſa ſepulchri, niſi uſque ad centum cubitos duntaxat.

בית ארבעה סאין *Domus quatuor Satorum*, in loco centum cubi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio ſermonis noſtri quod בית הפרס *domus expanſionis* ſit munda, nempe ex conſtitutione Sapientum; hujuſce vero duo ſunt genera, quorum unum eſt, ſi quis exaret locum ſepulturæ, qui בית הפרס vocatur, quia ſepulchrum ſuper totum iſtum locum expanditur, פרס enim in Targum notat id quod פרש *expandere*. Porro dicitur quod ſi quis exaret locum in quo eſt ſepulchrum, iſte locus conſtituatur in בית הפרס in longitudine centum cubitorum ex illa terra quam exaravit, atque hæc eſt longitudo מענה *jugeri*, quod notat locum quem delineat vomer in longitudine agri, quo in caſu dicit propheta Pſal. 129, 3. *prolongate jugera*. Pariter ſi בית הפרס contineat centum ulnas in latitudine, locus vero centum ulnas quaquaverſum continens, eſt ſpatium quatuor Satorum, quia Sati

cubitorum in longitudine ſuper totidem cubitis in latitudine, quatuor Sata conſeri poſſunt, nam atrium tabernaculi, quod centum cubitos habebat ſuper quinquaginta, erat locus duorum Satorum, ſicuti diximus in codice Erubin, hinc locus centum cubitorum quaquaverſum continebit quatuor Sata.

רבי יוסי אומר בית חמש *R. Joſe dicit, eſt ſpatium quinque Satorum*, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. ובמורד *& in eo qui deſcendit*, hæc nempe menſura eſt ſecundum doctorem primum, & ſecundum R. Joſen; hæc autem verba intelligenda ſunt, quando vomer oſſa defert in agro declivi, atque e longinquo illa devolvit. Ita ſe jus habet quando terra in planitie eſt æqualis; at in edito loco ſi quis aret, & aſcendat, ſecundum doctorem primum quartarius Cabi ponatur ſuper vomeris dentale, quod eſt lignum excavatum & curvatum inſtar genu, quia vomer ei infixus eſt, & in fundo ipſius facere ſolent foramen exiguum, e quo granum viciæ exire poteſt, vomer autem procedit, & grana paulatim decidunt in loco ubi viciæ deficiunt, quia non multa ſimul decidunt, ſed tria duntaxat grana, unum ad latus alterius, & illic definit בית פרס:

רבי יוסי אומר במורד ולא במעלה *R. Joſe dicit, in deſcenſu & non in aſcenſu*, ſenſus eſt quod בית הפרס tantum dicatur ſi vomer in declivitatem deſcendat, at ſi is aſcendat in ſublimitatem, tum nullatenus illic eſt בית הפרס, quia ſtatim vomer excutit, & ſi illic ſit os, tum decidit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

Sati ſpatium quaquaverſum quinquaginta ulnas continet, ſicuti aliquoties expoſuimus. R. Joſe dicit quod ſi hicce locus exaratus ſit abſque æqualitate, ſed in ipſo ſint elevationes & declivitates, tum בית הפרס conſtituatur in ſpatio quinquaginta Satorum, quæ ſunt centum & undecim cubiti, & tres quartani ulnæ præter propter in quadrum. Doctor primus ſtatuit id eſſe ſpatium quatuor Satorum ſive id æquale ſit, ſive inæquale; & præterea doctor primus quoque addidit ſignum quo dignoſcere poſſumus menſuram quatuor Satorum, quanta nempe illa ſit quando loci ſuperficies eſt inæqualis, proinde dicit, quod multitudinem Cabi conſtituunt in grani viciæ ſupra additamentum vomeris, idque בורך המחרישה *dentale vomeris* vocatur, quia id genu viri habet figuram. Loca vero in quo hæc grana ſunt, perforata ſunt in menſura e qua granum viciæ exire poteſt; porro ſi vomer una cum aratro procedit, tum hæc viciarum grana decidunt, donec omnia tranſierint. Etenim non dubium eſt quin ſi aliquid de hiſce granis remanſerit, multa grana ſimul decidant in uno latere, ſed grana in fine vomeris procul a ſe invicem diſtabunt in extremitatibus ſuis. Præterea dicit auctor quod ſi tria viciarum grana propullulaverint, unum ad latus alterius, illic deſinat בית הפרס ſive menſura quatuor Satorum. Cæterum in Toſaphta jam expoſita eſt ſententia R. Joſis, de declivitate & non de ſublimitate terræ, diciturque R. Joſen putare, quod ſi ſepulchrum exaratum ſit cum loco alto, non fiat בית הפרס perinde ac ſi ſepulchrum eſſet inferius, & incipiat cum vomere in parte ſuperiori hujuſce montis, vel deſerti; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב היה חורש והטיח בסלע או בגדר או שניער המחרישה עד שם הוא עושה בית הפרס רבי אלעזר אומר בית הפרס עושה בית פרס רבי יושע אומר פעמים עושה פעמים אינו עושה כיצד חרש חצי מענה וחזר וחרש חציה וכן הצדדין הרי זה עושה בית פרס חרש מלא מענה חזר וחרש ממנה ולחוץ אינו עושה בית פרס:

2. Si quis inter arandum offenderit petram, vel parietem, vel ſi excuſſerit vomerem, quo uſque domum expanſionis facit? R. Eleazar dicit, domus expanſionis facit domum expanſionis. R. Jehoſua dicit, aliquando facit, aliquando non facit, quomodo? ſi dimidium jugeri exaraverit, & poſtea denuo dimidium illius, & pariter latera, tum fecit domum expanſionis. Si ſpatium jugeri exaraverit, & poſtea denuo ab illo & exterius, tum non fecit domum expanſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

והטיח בסלע *Et offenderit petram*, ſi vomer percuſſerit petram, & hoc modo vomer excuſſus fuerit. או ניער את המחרישה *vel excuſſerit vomerem*, a pulvere ei adhærente, docet vero hæc nos propterea quod vomer forſan non bene purgatus erat. *Eo uſque domum expanſionis facit*, & non ulterius, etſi interius ſpatium ſit ſex cubitorum, vel quinque. בית הפרס עושה בית הפרס *domus expanſionis facit domum expanſionis*, qui incipit arare in fine domus expanſionis, vel in medio, is numerat centum cubitos, in loco ubi incœpit arare, & ita fit locus expanſionis, perinde ac ſi a loco ſepulchri exaraſſet. חרש חצי מענה *Si exaraverit dimidium jugeri*, ſi prius quinquaginta cubitos a loco ſepulchri, & poſtea denuo exaraverit quinquaginta cubitos alios; etenim quilibet numerus centenarius facit domum expanſionis; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si offenderit petram, vel veſtem, vel excuſſerit vomer petram, vel parietem, vel ſi ea eradicaverit e pulvere, tum illic deſinit diſcrimen domus expanſionis. At vero ſi arator traxerit aratrum & non ſeparaverit, tum domus expanſionis eſt uſque ad centum cubitos, & quod reliquum eſt, id mundum eſt, ſicuti ſuperius dictum eſt, eo quod in iſtis centum cubitis deſinunt omnia oſſa mortui, & illius caro illic conſumpta eſt. *R. Eliezer dicit, domus expanſionis facit domum expanſionis*, ſenſus eſt, quod ſi quis exaraverit domum expanſionis, tum centum cubiti ponendi ſunt a loco quo incepit vomer domum expanſionis exarare, perinde ac ſi ſepulchrum exaraſſemus. R. Jehoſua dicit, hoc ita ſe habere ſi ſepulchrum exaremus, & centum cubiti non ſint completi, tum denuo exarandum eſſe ab extremitate, donec centum cubiti impleti fuerint, & omnes habuerint domum expanſionis. Cæterum ſi illic ſit linea centum cubitorum, tum plenitudo jugeri eſt, quia illic jam eſt jus domus expanſionis, & ſi exaratio ſe extendat extra illud ſpatium, tum non fit domus expanſionis; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ג החורש מלטימיא מצבירת העצמות משדה שאבד הקבר בתוכה או שנמצא בה קבר החורש את שאינו שלו וכן עכו"ם שחרש אינו עושה אותה בית פרס שאין בית פרס לכותיים:

3. Si quis exaraverit agrum mortuis plenum, vel e cumulo oſſium, vel ex agro in quo ſepulchrum periit, vel in quo ſepulchrum inventum eſt; vel ſi quis agrum alienum exaraverit, vel ſi gentilis exaraverit, tum non fit ejuſmodi domus expanſionis, quia Cuthæis non eſt locus expanſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

מלטימיא quaſi מלא טמיא *Foſſa plena mortuis*, etenim foſſa

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טימיא Notat locum in quo ſunt oſſa mortui, at ſecundum

foſſa in lingua Aramæa notat oſſa mortuorum. מצבירת העצמות *e cumulo oſſium*, intellige locum ubi oſſa congregata ſunt, etenim fieri non ſolet ut homo aret in foſſa quæ plena eſt mortuorum, neque ubi congregatio oſſium eſt retectorum; nam Sapientes de ſepulchro exarato duntaxat ſolliciti fuerunt, quod eſt res ſatis ſolita. ומשדה שאבד הקבר בתוכה & *ex agro in quo periit ſepulchrum*, quia ei dubium duplex eſt, eo quod forſan non aravit in loco ſepulchri, ſi vero dicere velis; aravit quidem, at forſan non detulit inde oſſa. או שנמצא בה קבר *vel ſi inventum ſit in ea ſepulchrum*, quando exaravit, & poſtea invenit ſepulchrum, tum eſt domus expanſionus, ſed aranti nulla pœna infligitur, quia res eum latuit. החורש את שאינו שלו *qui exaravit id quod ad ipſum non pertinet*, Sapientes hunc non mulctarunt propter terram proximi ſui quæ domum expanſionis continebat; præterea nec convenit ut gentili pœna infligatur. *Quia Cuthæis non eſt domus expanſionis*, ſenſus eſt quod Cuthæos hac in parte non caſtigarunt, idcirco nec gentiles caſtigandi ſunt.

dum Sapientes vulgo dicitur, conteratur Hadrianus ille טמיא *impurus*, eſtque מלטמיא vox compoſita e מלא & טמיא *plenus impuritate*, propterea ſenſus eſt quod foſſa ſit plena oſſibus. *Ager e quo periit cadaver*, ita ut locus non appareat vel ager in quo inventum eſt ſepulchrum, quia fieri poteſt ut in ipſis aliud quoque inveniatur ſepulchrum, idque exaratum ſit, vel non inveniatur. Vel ſi quis exaret locum qui ad ipſum non pertinet, vel ſi gentilis exaraverit, hi omnes non obnoxii ſunt juri de domo expanſionis, quia domus expanſionis eſt ex inſtitutione Sapientum, ſed hi non ſolliciti fuerunt hoc in caſu; etenim fundamentum decreti eſt de ſepulchro certo exarato, ſecundum hypotheſes ſupra memoratas. Quando dicit, *Cuthæis non eſt domus expanſionis*, ſenſus eſt, quod ſi gentilis araverit, vel domum expanſionis fecerit, id nullius ſit momenti, nam ſi hoc in caſu Cuthæorum nulla ratio habenda eſt, quanto minus gentilium, quibus cum Iſraëlitis nulla eſt cognatio.

ד שדה בית הפרס על גבי טהורה שטפו גשמים מבית פרס לטהורה אפילו אדומה והלבינוה או לבנה והאדימוה אין עושה אותה בית פרס:

4. Ager domus expanſionis ſi ſit ſupra mundum, & pluviæ fluxerint, e domo expanſionis ad mundum, licet rubra ſit vel alba facta, vel alba & poſtea rubra facta, tum iſte non ſit domus expanſionis.

R. OB. DE BARTENORA.

על גבי טהורה *Supra mundum*, etenim ager domum expanſionis continens ſuperior erat agro mundo. אפילו אדומה *licet rubra ſit*, licet pulvis agri mundi ſit ruber, & albus factus ob pulverem domus expanſionis qui albus erat. אין עושה אותה בית הפרס *non faciunt illum in domum expanſionis*, quia Sapientes immunditiem duntaxat decreverunt de pulvere ſecundum naturam ſuam, ſed nihil decreverunt de pulvere aquis mundato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על גבי טהורה *Supra mundum*, ſenſus eſt quod ager in quo domus expanſionis eſt, ſit altior agro mundo, ratio eſt ea quam memoravimus, nempe de pulvere ſecundum naturam ſuam, nec ſolliciti fuerunt doctores de fluvio cum aquis.

ה שדה שאבד קבר בתוכה ובנה בה בית ועליה על גבין אם היתה פתחה של עליה מכוון כנגד פתחו של בית עליה טהורה ואם לאו עליה טמאה עפר בית הפרס ועפר חוצה לארץ שבא בירק מצטרפין כחותם המרצופין דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים עד שיהא במקום אחד כחותם המרצופין אמר רבי יהודה מעשה שהיו איגרות באות ממדינת הים לבני כהנים גדולים והיו בהם כסאה וכסאתים חותמות ולא חשו להם חכמים (מצאתי דלג״) משום טומאה:

5. Si ex agro perierit domus expanſionis, atque in ipſo domus ædificata ſit, & cœnaculum ſuper ipſa, tum ſi janua cœnaculi ſit e regione januæ domus, cœnaculum eſt mundum, ſin minus, cœnaculum eſt immundum. Pulvis domus expanſionis, & pulvis extra terram Iſraëlis oleri adhærens, conflantur in copia ſigilli ſaccorum, ita R. Eliezer. Sapientes dicunt, donec in uno ſit loco copia ſigilli ſaccorum. Dixit R. Jehuda, contigit aliquando ut litera venerint ex urbe maritima ad filios pontificum maximorum, in quibus inſtar Sati & duorum Satorum ſigilla erant, & Sapientes non ſolliciti fuerunt ratione immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

עליה טהורה *Cœnaculum eſt mundum*, nam ſi ſepulchrum ſit in domo, tum domus munda eſt, at cœnaculum mundum; ſi vero ſepulchrum ſit ſub limine januæ domus, tum immundities in domum ingreditur, at cœnaculum eſt mundum. Cæterum ſi non exiſtat oſtium cœnaculi e regione oſtii domus, ſuſpicamur forſan ſepulchrum eſſe ſub pariete e regione oſtii cœnaculi, & immundities penetrat ac deſcendit, donec ea perveniat ad oſtium cœnaculi, & ingreditur cœnaculum per januam.

ועפר חוצה לארץ *Et pulvis extra terram* (*Iſraëliticam*,) ac ſi dixiſſet, vel pulvis extra terram Iſraëlis, etenim terra gentilium & domus expanſionis ambo polluunt tactu & onere. שבא בירק *qui venit cum olere*, ut, ſi faſciculus oleris ſit quod multos caules habet, qui e pulvere eradicati ſunt, ita tamen ut quilibet caulis ſeorſim non habeat pulverem in copia ſigilli ſaccorum, quæ eſt copia pulveris quæ polluere poteſt.

חותם המרצופין *Sigillum ſaccorum*, intellige ſaccos coriaceos in forma שקים *ſaccorum*, viatores enim veſtes ac inſtrumenta iis imponere ſolent, atque ejuſmodi ſaccos ſigillo luteo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando janua domus habet formam januæ domus æqualiter & e regione illius, tum cœnaculum eſt mundum omnino, etenim cum id ſit inſtar ſepulchri, jam pervenit ad jus domus, etenim ſi id ſit in domo, tum cœnaculum eſt, ſi vero ſit in aliquo pariete domus, tum cœnaculum quoque mundum eſt, quia domus tentorium eſt ſuper ſepulchro, & cœnaculum tentorium aliud ſupra hoc tentorium. Si vero ſepulchrum ſit ſub domus oſtio, tum ſuperliminare domus ſuper ipſum tentorium fecit, & ſuperliminare pro cœnaculo erit tentorium. Cæterum ſi oſtium ſit ſuper rectitudine januæ cœnaculi, tum cœnaculum eſt immundum, quia fieri poterit ut ſepulchrum ſit ſub pariete cujus ſuperior pars eſt oſtium cœnaculi, & ſuperliminare cœnaculi tentorium faciat ſuper ſepulchro, hinc cœnaculum erit immundum. Verum in ſuperioribus jam dictum eſt, quod domus expanſionis pulvis, & pulvis qui extra terram Iſraëliticam exiſtit, polluant tactu & onere; vel ſi pulvis adhæreat extremitati oleris quando id in pulvere domus expanſionis radices egit, & hoc in menſura ſigilli ſaccorum, tum id immundum ſit ſecundum ſententiam R. Elie-

luteo conſignare. כסאה וכסתאים חותמות *inſtar Sati unius & duorum ſigilla*, e luto facta, hæc attulit R. Jehuda ad Sapientum ſententiam confirmandam, nam illi de Sato & duobus Satis pulveris e locis extra terram Iſraëliticam venientis non ſolliciti fuerunt, quia quodlibet ſigillum ſeorſim non habebat copiam ſigillorum quæ ſaccis applicantur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

Eliezeris. מרצופין habent formam urceorum coriaceorum, quibus viatores imponunt ſuas veſtes & vaſa, & tum obſerantur atque conſignantur ſigillo luteo. Præterea ex hoc luto quoque ſigilla conficiuntur pro iis qui ſcribunt. Cæterum in Toſaphta dictum eſt quod R. Eliezer utique a Sapientibus diſſentiat de pulvere extra terram Iſraëliticam exiſtente duntaxat; ſed R. Jehuda aliquid attulit quod Sapientum ſententiam confirmat, dicitque quod e pulvere extra terram Iſraëliticam exiſtente jam collecta ſit copia Sati, vel duorum Satorum, ſed Sapientes non ſolliciti fuerunt de illis ob immunditiem, etſi in quolibet ſigillo non ſit copia ſigilli ſaccorum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק יח כיצד בוצרים בית הפרס מזים על האדם ועל הכלים ושונים ובוצרים ומוציאים חוץ לבית הפרס ואחרים מקבלים מהם ומוליכים לגת אם נגעו אלו באלו טמאים כדברי בית הלל בית שמאי אומרים אוחז את המגל בסיב או בוצר בצור ונותן לתוך הכפישה ומוליך לגת אמר רבי יוסי במה דברים אמורים בכרם הנעשה בית הפרס אבל הנוטע בית הפרס ימכר לשוק:

Caput 18. Quomodo vindemiant in domo expanſionis? ſpargunt ſuper homine & ſuper vaſis, & denuo ſpargunt, vindemiant, atque extra domum expanſionis educunt, alii vero recipiunt ab illis, & ad torcular deferunt. Si vero hi tetigerint illos, immundi ſunt, ita ſe res habet ſecundum Scholam Hillelis. Schola Schammai dicit, prehendit falcem in cortice, vel vindemiat lapide, atque caniſtro imponit, & ad torcular defert. Dixit R. Joſe, de quo dicta ſunt hæc verba? de vinea quæ facta eſt domus expanſionis; at domus expanſionis fructus vendatur in platea.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד בוצרין בית הפרס *Quomodo vindemiant domum expanſionis*, ita ut uvæ quæ in ipſa creverunt, ſint mundæ: *ſpargunt ſuper hominem & vaſa*, aſperſione tertia. שונין *& repetunt*, aſperſionem ſeptimam, & poſtea uvas educunt e domo expanſionis, licet is qui pro torculari vindemiat, diſpoſitus ſit ad immunditiem recipiendam; atque hæc eſt una ex octodecim conſtitutionibus quæ una die decretæ ſunt, & intelligi debent de immunditie legali; verum juxta ſancita Sapientum immunditiei domus non attribuimus diſpoſitionem ad immunditiem recipiendam, idcirco auctor tradit, *ſpargunt ſuper hominem & vaſa*, ut illa ſint munda ab immunditie legali, licet poſtea denuo polluantur in domo expanſionis, inter vindemiandum, nihilominus tamen uvæ porro non tactu eorum polluuntur propter immunditiem domus expanſionis, quoties non omnino ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſint.

ואחרים *& alii*, qui domum expanſionis non intraverunt, ii recipiunt a vindemiatoribus, & ope aliorum vaſorum ad torcular deferunt uvas, ſed ipſi vindemiatores eas non deferunt ad torcular, quia torcular liquoribus plenum eſt, ac proinde omnino ad immunditiem recipiendam diſponit. אם נגעו אלו באלו *ſi tetigerint hi illos*, ſi vindemiatores tetigerint alios qui uvas ab ipſis recipiunt, & iis polluti ſunt, tum ii qui recipiunt, omnes uvas polluunt, atque homo in domo expanſionis pollutus fit immunditiei pater, & hominem vaſaque polluit.

בית שמאי אומרים אוחז את המגל *Schola Schammai dicit, apprehendit falcem*, illa enim putat quod is qui vindemiat torculari, diſpoſitus ſit ratione immunditiei domus expanſionis, proinde requiritur ut apprehendat falcem qua vindemiat cortice dactyli, quia non recipit immunditiem.

או בוצר בצור *Vel vindemiat lapide*, qui eſt lapis acutus, qui non habetur pro inſtrumento. ונותן בתוך כפישה *& imponit caniſtro*, eſt vas magnum in quo condiunt olivas, quod non habet receptaculum immunditiei. ומוליך לגת *& defert ad torcular*, etſi is ipſe ſit, etenim quia admonitus eſt, & cognovit quod in caniſtrum repoſuerit ipſum, proinde non tetigit.

במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba*? de vinea quæ facta eſt domus expanſionis, cui vites & arbores inſitæ ſunt, antequam facta eſſet domus expanſionis; ſi vero quis ab initio plantaverit in domo expanſionis, tum uvæ in foro vendi poſſunt, quia proprietarius mulctatur, propterea quod in domo expanſionis non debuiſſet plantare; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod cibi non polluantur niſi poſtquam aliquo e ſeptem liquoribus ad immunditiem recipiendam diſpoſiti ſint; præterea jam indicavi tibi hanc eſſe unam ex octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt, ſi quis vindemiaverit pro torculari, uvas ad immunditiem recipiendam diſpoſuit. Et in Gemara titulo de Sabbato expoſita eſt hujuſce rei ratio, nempe quia homo aliquando inquirit de vinea ſua, quando eam vindemiare velit, accipiens unum botrum eumque manu comprimens, ut videat an is maturuerit, quod ſi ita ſit, manum ſuam in alias mittit uvas quæ diffiſſæ ſunt; at vero ſi is vindemiaverit ut uvas exſiccet, tum non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, etſi vinea ſit in domo expanſionis ratione hujuſce decreti, quandoquidem domus expanſionis immunda eſt ex inſtitutis Sapientum, ſicuti expoſitum eſt. Porro dicit auctor quod ſi hi viri & inſtrumenta purificata ſunt aſperſione tertia vel ſeptima, iiſque toties repetitis donec non amplius ſit immundities mortui, ut non cogitet ſe in hac domo expanſionis vindemiare, tum immundus eſt poſtea quam excidit, & uvas educet extra domum expanſionis, alii viri mundi eas ferant, quia *iſtæ* uvæ in tentorio immunditiei pollutæ ſunt, ab eo enim tempore quo domum expanſionis ingreſſæ ſunt, pollutæ ſunt. Dixerunt autem de hiſce uvis ad immunditiem recipiendam non diſpoſitis, quando illæ exiſtunt in domo expanſionis, ſi poſtea remotæ ſint e domo expanſionis, iſta neceſſitas illis adempta ſit, ita ut relinquantur in diſpoſitione ad immunditiem recipiendam, ſicuti Sapientes decreverunt de eo qui pro torculari vindemiat; proinde ſi mundi homines, qui uvas ferunt, ad torcular acceſſerint, poſtquam vindemiarunt ii qui polluti ſunt immunditie domus expanſionis, tum ipſi polluti ſunt & ſimul uvas polluunt ad immunditiem recipiendam jam diſpoſitas, ſicuti expoſuimus. Verum Schola Schammai dicit quod pro vindemia nihil ſancitum ſit ratione vindemiandi pro torculari, niſi vindemiator acceſſerit ad inſtrumentum ne illud polluat, atque denuo polluat uvas; itaque falx manualis aliquo conjunctorio eſt conjungenda, & tum vindemiare poterit vaſe mundo; quia id immunditiem non recipit. Vel uvas lapide vindemiabit, qui non recipit immunditiem, eumque caniſtro imponet. Cæterum jam diximus hoc eſſe vas quod anſam habet altam, mihi vero certiſſimum eſt, iſtud vas non recipere immunditiem, quia lapideum eſt, idcirco id ab immunditie liberat in tentorio mortui, ſicuti expoſitum eſt capite quinto hujuſce codicis. Dicit autem R. Joſe quod hocce jus, cujus meminit Schola Hillelis, agat de vinea in domo expanſionis plantata, quia de vindemia nihil inſtitutum eſt. Cæterum ſi quis vindemiaverit pro torculari, tum is diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam. Attamen vindemiare

poteſt ad uvas in foro vendendas in cibum, & tum nulla eſt diſpoſitio ad immunditiem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. Ego vero in principio hujuſce libri jam expoſui quod homo in domo expanſionis pollutus, ſit pater immunditiei, idcirco hominem & vaſa polluit, ſicuti pro fundamento poſuimus.

ב שלש בית פרסות הן החורש את הקבר נוטעת כל נטע ואינה נזרעת כל זרע חוץ מזרע הנקצר ואם עקרו צובר את גורנו לתוכו וכוברו בשתי כברות דברי רבי מאיר וחכמים אומרים התבואה בשתי כברות והקטניות בשלש כברות ושורף את הקש ואת העצה ומטמא במגע ובמשא ואינו מטמא באהל :

2. Tres ſunt domus expanſionis, ſi quis exaraverit ſepulchrum, tum in ea plantari poteſt omnis planta, at non ſeritur in ea omne ſemen, excepto ſemine quod amputatur; ſi vero eradicaverit, totam illius aream accumulet in ipſo, & ipſum cribrat duobus cribris, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, proventus in duobus cribris cribratur, legumina vero in tribus cribris. Stipulas vero & lignum comburit, polluitque tactu & onere, ſed non polluit in tentorio.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה בית פרסות הן *Hæ tres ſunt domus expanſionis*, ſicuti porro exponit, ager in quo ſepulchrum exaratum eſt, & ager e quo diſparuit ſepulchrum, & ager plorantium. נטעת כל נטע *plantatur in eo omnis planta*, ſi quis in eo omnia arborum genera plantare velit; ſed hæc Miſna non eſt ſecundum R. Joſen, quia ſuperius prohibuit. Sed dicendum eſt, quod R. Joſe non prohibuit, niſi ut vinea in eo non plantaretur, quia is qui pro torculari vindemiat, diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, at non reliquæ arbores.

חוץ מזרע הנקצר *Excepto ſemine quod demeti ſolet*, at de ſemine quod cum radicibus ſuis eradicatur, nobis timendum eſt ne os in copia grani hordeacei una cum pulvere in lucem eruatur, ſi radices evellantur. ואם עקרו *Et ſi eradicaverit ipſum*, nempe ſemen iſtud quod demetitur. צובר גורנו לתוכו *accumulat aream ſuam in ipſo*, in ipſo agro, ubi triturat proventum & poſtea eum domum defert, ne immunditics augeatur. *Et cribrat ipſum duobus cribris*, quia os in copia grani hordeacei forſan cum ipſo miſcetur. וקטניות בשלש *Legumina vero tribus*, quia legumina plus pulveris in ſe continent quam proventus, idcirco etiam de abundantia pulveris hic ſolliciti ſumus; ſed illa munda ſunt, quia non diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Stramen vero & ſtipulam comburit*, in agro, quia forſan in illis eſt os in copia grani hordeacei. קש notat ſtramen proventus: עצה notat ſtipulam leguminum. *Polluit tactu & onere*, ager domus expanſionis. *Sed non polluit in tentorio*, etenim omnis immunditics ratione oſſis in copia grani hordeacei non polluit in tentorio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando exaratum eſt ſepulchrum, tum id jam diſperſum eſt per terram, idcirco in ipſo plantare ſolent arborem ad radicem illius ſub terra extendendam, ne ſemen in ipſo conſeratur, quia id ſuperiori terræ parti inhæret, in qua oſſa diſperſa ſunt, hoc autem ſemine evulſo, evellitur quoque cum ipſo pulvis in quo oſſa ſunt, & caro reliqua. Si vero id quod ſeminavit, evelli non ſoleat, nec illius radices exire ſoleant e terra, tum hoc ſemen licitum eſt, ut triticum & hordeum; verum ſi ſit ſemen proventus qui evelli vel excidi ſolet, & quis eum poſtea evulſerit, tum pulvis cum ipſo evulſus obnoxius eſt juri domus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& ſi eradicaverit eum, totam illius aream accumulet in ipſa*; poſtea proventum aliquoties cribrabit, donec os in copia grani hordeacei non fuerit reliquum. Proventus autem quinque ſunt genera; legumina vero continent fabas & cicera, quibus multum pulveris adhæret. קש idem eſt quod תבן *ſtramen* e quinque generibus proventus. עצה notat ſtramen ſive paleam leguminum. Porro dicit auctor quod hæcce domus expanſionis polluat tactu & onere, at non in tentorio, atque hæc eſt domus expanſionis quæ capite ſecundo hujuſce codicis memorata eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג שדה שאבד קבר בתוכה נזרעת כל זרע ואינה נטעת כל נטע ואין מקיימין בה אילנות חוץ מאילן סרק שאינו עושה פירות ומטמא במגע ובמשא ובאהל :

3. Si ex agro perierit ſepulchrum, tum is omni ſemine conſeri poteſt, at non plantatur omni planta, nec in eo conſervant arbores excepta arbore Serac, quæ non fert fructus, ſed polluit tactu, onere, & in tentorio.

R. OB. DE BARTENORA.

נזרעת כל זרע *Conſeritur omni ſemine*, ita in plurimis codicibus traditur; ſed in Toſaphta traditur, ſi non omni ſemine conſitus ſit, quod mea ſententia præſtat. אין נטעת כל נטע *neque omni planta conſeritur*, etenim non requirebatur ut diceret quod ab initio non plantant, ſed etiamſi quis plantet, tamen non conſervat, ne homines eo ſe conferant, quia id quod in tentorio polluit, gravioris eſt conditionis. *Arbore infrugifera excepta*, quam in eo plantare licet, quia illa non profert fructus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc eſt domus expanſionis ſecunda, quia locus ſepulchri non cognoſcitur, idcirco in ipſo non plantant arborem, ad radicem arboris cibariæ ſub terra protrahendam, quia cibus conſiſtit ſuper hoc ſepulchro, hinc iſta arbor extenditur ſub terra, & cum mortuo conjungitur. Sed illic ſerere licet, quia radices ſeminum non extenduntur ſub ſepulchro; & hæcce domus expanſionis polluit in tentorio, quia forſan tentorium fecit ſuper hoc ſepulchro, quando locus illius ignotus eſt. At vero ſi certo ſciamus ſepulchrum eſſe in iſto agro, & quod in ipſo jam erat immunditics fixa. חוץ מאילן סרק *Excepta arbore Serac*, Serac eſt arbor quæ non profert fructus, etenim nos ex hoc loco non poſſumus intelligere quod ſit arbor Serac quæ aliquando fructus profert, quia auctor rem expoſuit, & dixit rationem ob quam arbor Serac plantari poſſit, nempe, quia non profert fructus, neque ulla res polluit de cujus immunditie dubitamus.

ד שדה בוכין לא נטעת ולא נזרעת ועפרה טהור ועושין ממנה תנורים לקדש ומודים בית שמאי ובית הלל שבודקים לעושה פסח ואין בודקין לתרומה ולנזיר

4. Ager plorantium non plantatur neque conſeritur, at pulvis illius eſt mundus, & ex ipſo fornaces faciunt in uſum ſacrum. Conveniunt autem Schola Hillelis & Schola Schammai, quod inquirant pro eo qui Paſcha parat, & non pro oblatione prima,

ולנזיר בית שמאי אומרים בודקין ובית הלל אומרים אין בודקין כיצד הוא בודק מביא את העפר שהוא יכול להסיטו ונותן לתוך כברה שנקביה דקים וממחה אם נמצא שם עצם כשעורה טמא׃

ma, nec pro Nazyræo. Schola Schammai dicit, inquirunt, Schola Hillelis dicit, non inquirunt; at quomodo inquirit? adducit pulverem quem commovere poteſt, eumque imponit cribro foramina minuta habenti, & concutit, tum ſi illic os in copia grani hordeacei inveniatur, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שדי בוכים *Ager plorantium*, qui procul diſtat a cœmeterio, ubi lectum mortui reponunt & plangunt. *Non plantatur neque conſeritur* capite primo codicis de Diebus Feſti intermediis Gemara exponit, quod cum domini de recuperatione talis agri deſperent, ſe eo conferunt ploratum, quia domini plerumque deſperant de tali agro, eſtque eis veluti afflictio aliqua quod eum multi ſibi vendicant, quem deſtruere non licet; ſed hoc ita intelligas ſi domini deſpondeant animum, quia multi eum occuparunt ſecundum jus, at ſi non deſponderint animum, tum non de jure eum acquiſiverunt, proinde iſtum locum deſtruere licet. ועפרה טהור *& illius pulvis eſt mundus*, quia nullam immunditiem de ipſo ſtatuimus.

ועושים ממנו תנורים לקדש *Et faciunt de illo fornaces in uſum ſacrum*, quod non eodem modo ſe habet cum duabus domibus expanſionis prioribus. שבודקים לעושה פסח *quod inquirunt de eo qui Paſcha parat*, hæc ſpectant ad agrum in quo ſepulchrum exaratum eſt, etenim ſi eo ſe quis conferat, & agnum Paſchalem illuc mactare velit, tum de iſto loco inquirunt, ſicuti traditum eſt in fine; ſi vero illic non reperiatur os in copia grani hordeacei, tum illic Paſcha ſuum parare poteſt.

ואין בודקין לתרומה *Et non inquirunt de oblatione prima*, hoc duntaxat ita intelligas de Paſchatis inquiſitione, quia immundities domus expanſionis eſt ex inſtitutis Sapientum; etenim Sapientes ſua verba non confirmarunt in loco excidii, qui enim ſtatuto tempore non adducit ſacrificium Paſchale, excidio dignus eſt. Sed ratione oblationis primæ, cujus comeſtio duntaxat præceptum affirmans continet, confirmarunt ſua verba in ſenſu præcepti affirmantis, atque hæc inquiſitio non efficit ut oblatio prima rite comedi poſſit. *Et pro Nazyræo*, qui eo ſe confert.

בית שמאי אומרים בודקין *Schola Schammai dicit, inquirunt*, ſi vero illic non inveniatur os in copia grani hordeacei, tum non ſe tondet. *Schola Hillelis dicit, non inquirunt*, etenim ſive os inventum ſit, ſive non inventum ſit, tondet ſe & ſacrificium adfert. את העפר שהוא יכול להסיטו *Pulverem quem commovere poteſt*, ſicuti eſt pulvis mollis. וממחה *& percutit*, comminuit eum manu ſua, ut cognoſcat num in pulvere ſit aliquod os in copia grani hordeacei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc eſt tertia domus expanſionis, eſtque locus longinquus a ſepulchro, ſed urbi vicinus, quo cadavera humana transferunt, & ubi plangere ſolent, qui tamen non omnino immundus habetur, quia illius pulvis eſt mundus; ſed is non conſeritur neque plantatur, ne homines ex ipſo utilitatem capiant, quia illic immundities exiſtit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ne homo aſſueſaciat eo ſe conferre.* Sed hicce locus non ſit domus expanſionis ut primus locus, quiſquis enim eo ingreditur, immundus eſt, quia is polluit tactu & onere, ſicuti ſuperius dictum eſt, præ nimio miniſterio quod in ipſo ſit. Sed hæc forſan tertia domus expanſionis eſt, in quam ſi quis intraverit, mundus eſt; & quia forſan illic immundities exiſtit, proinde homines ab illius uſu & introitu arcentur. Conveniunt autem doctores in eo quod inquirendum ſit Paſchatis conficiendi gratia, ſi nempe quis ſe contulerit ut Paſcha ſuum mactet, atque is domum expanſionis tranſire cogatur, tum ſumet pulverem in quo is incedit, eumque efflabit, & ſi in ipſo invenerit os in copia grani hordeacei, tum is immundus eſt, & non conficit Paſchale ſacrificium. Si vero illic non ſit immundities, tum mundus eſt, & Paſcha ſuum mactare poteſt. Pariter ſi domum expanſionis intraverit, quocunque id fiat modo, & poſtea advenerit tempus Paſchatis, inquirit, & parat Paſcha ſuum. Sed hoc non eſt faciendum pro oblatione prima, nam ſi quis domum expanſionis intraverit, jam pollutus eſt pro oblatione prima, & nequaquam inquirit, ratio eſt quod immundities domus expanſionis obtineat e ſancitis Sapientum; Paſcha vero ſi quis non fecerit ſtatuto tempore, exciſione dignus eſt, at Sapientes ſua verba non confirmarunt de pœna exciſionis, neque ex decreto Sapientum ſacrificium irritum ſit ſtatuto tempore ſuo, ſed id faciendum eſt ſicuti hoc in loco memoratum eſt. Sed eſus oblationis primæ duntaxat præceptum affirmans continet, quia omnium rerum ſanctarum eſus comprehendit præceptum affirmans, & tali in caſu Sapientes ſua verba confirmarunt. Nazyræus vero ſi intraverit domum expanſionis, ſi pollutus ſit, non opus habet inquiſitione, vel inquirit de eo quod ipſum polluit, an non hæc ſit controverſia inter Scholam Schammai, & Scholam Hillelis. Pulvis autem qui commoveri poteſt, eſt pulvis qui conteri poteſt, & per cribrum educi, cribrando eum quantum fieri poſſit.

ה כיצד מטהרין בית הפרס נוטלים ממנו שלשה טפחים ר' או (ס"א) נותן על גביו שלשה טפחים אם נטל מחציו אחד שלשה טפחים ונתן על גבי חציו אחד שלשה טפחים טהור רבי שמעון אומר אפילו נטל ממנו טפח ומחצה ונתן עליו טפח ומחצה ממקום אחר טהור הרוצף בית הפרס באבנים שאינו יכול להסיטן טהור רבי שמעון אומר העוזק בית הפרס טהור׃

5. Quomodo purificant domum expanſionis? ſumunt de ipſa tres palmos. Rabbi dicit, ponit ſuper ipſam tres palmos, ſi de dimidio illius uno ſumpſerit tres palmos, & ſuper dimidio illius altero poſuerit tres palmos, munda eſt. R. Simeon dicit, licet deſumpſerit ab illa palmum & dimidium, & appoſuerit ei palmum & dimidium ex alio loco, tamen munda eſt. Si quis ſternit domum expanſionis lapidibus, quos commovere nequit, munda eſt. R. Simeon dicit, etiamſi quis a lapidibus purgaverit domum expanſionis, eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מטהרין בית הפרס *Quomodo purificant domum expanſionis*, hæc ad domum expanſionis prioris ſpectant, quæ eſt ager in quo ſepulchrum exaratum eſt. *Deſumunt ab ea tres palmos*, ſecundum menſuram profunditatis vomeris, qui oſſa devolvit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. רוצף notat pavimentum quod e lapidibus conſtat. *Munda eſt*, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרוצף *Qui ſternit*, ſi lapidibus ſtraverit, & lapides iſti tam magni fuerint ut eos manu commovere nequeat, quando in ea ambulant jugiter. עזק in lingua Arabice notat אלתעזיק, ſenſus eſt quod lapides dimovent & purificent pavimentum, donec id ſit æquale. In Toſaphta concludunt quod nulla ſit inquiſitio major quam hæc, atque hoc ſenſu dici-

quia illud dimovere nequit; etenim ſi ſuper lapides incedat, & illi dimoveantur, tum timendum eſt de dimotione oſſium quæ ſub illis ſunt. אף העוזק *etiam is qui effodit*, & lapides projicit, ſi ita fecerit in omni domo expanſionis, munda eſt; ſignificationem verbi עזק videſis Jeſ. 5, 2. ubi dicitur ויעזקהו id eſt ויסקלהו *& a lapidibus removit eam*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

dicitur Jeſ. 5, 2. ויעזקהו *& circumſepſit eam*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon in ambabus ſententiis.

ו המהלך בבית הפרס על אבנים שאינו יכול להסיטן על האדם ועל הבהמה שכחן יפה טהור על אבנים שהוא יכול להסיטן על האדם ועל הבהמה שכחן רע טמא המהלך בארץ העמים בהרים ובסלעים טמא בים ובשונית טהור ואיזהו השונית כל מקום שהים עולה בזעפו :

6. Si quis in domo expanſionis incedat ſuper lapides quos dimovere nequit; vel ſuper hominem & ſuper beſtiam qui robore præſtent, mundus eſt; ſi ſuper lapides quos dimovere poteſt, vel ſuper hominem & ſuper beſtiam quorum robur debile eſt, immundus eſt. Si quis in terra gentium incedat ſuper montibus & petris, immundus eſt; ſi in mari & in Schunit, mundus eſt: ſed quid eſt Schunit? in quod mare procellas ſuas agit.

R. OB. DE BARTENORA.

המהלך בבית הפרס *Si quis incedat in domo expanſionis*, in agro in quo ſepulchrum exaratum eſt. על האבנים שהוא יכול להסיטן *ſuper lapides quos dimovere poteſt*, cujuſmodi ſunt lapides qui ſolo non ſunt infixi, & ii dimoveri ſolent ab iis qui ſuper illis incedunt, unde aliquando os in copia grani hordeacei dimoveri poteſt. *Qui inſidet homini vel beſtiæ*, qui debiles ſunt, quibus viatores inſident.

טמא *Immundus eſt*, qui equitat ſive inſidet iis; etenim quia vires ſub iis ſunt debiles, idcirco propter onus ſuperius dimoventur, & ſe res habet perinde ac ſi os aliquod dimoviſſet. At vero ſi beſtia cui inſidet vires habeat fortes, tum equitator non aſſimilatur ei qui os aliquod dimovet; at ſi homo debilis ſit viribus, tum quiſquis ei inſidet, illius genua concutiuntur; beſtia vero viribus debilitata eſt ea quæ ſtercus emittit ſi quis ei inſideat. בהרים ובסלעים *in montibus & in petris*, etſi illic non ſepeliant cadavera, tamen ea loca immunda ſunt ob pulverem gentium, qui eo devolvi ſolet.

בים ובשונית טהור *In mari & in Schunit*, *immundus eſt*, ab immunditie corporea, etenim ratione maſſæ terræ gentium decreverunt Sapientes, oblationem primam & ſancta comburenda eſſe, ſi illa tetigerint pulverem illius; at non comburunt oblationem primam nec ſancta quæ in mare & in Schunit venerunt, quia illic non ſepeliunt mortuos. Sed de immunditie aëris terræ gentium decreverunt ratione oblationis primæ & rerum ſacrarum, quæ in terram gentium intrarunt, & non tetigerunt illius maſſam, has non edunt neque comburunt. בזעפו *dum illud proceloſum eſt*, mare videlicet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara quod homo שכוחו רע *cujus vires ſunt debiles*, ſit is qui ſe commovet & contremiſcit dum veteraſcit; beſtia vero שכוחו רע *cujus vires debiles ſunt*, eſt beſtia cujus vires debilitatæ & remiſſæ ſunt, huic ſi quis inſideat, ſtercus emittit, & ſi quid ferat, commovetur, perinde ac ſi in domo expanſionis incederet. Novimus autem quod vi hujuſce decreti, quo decreverunt de terra gentium, immundities non ſit ſuper montibus, nec ſuper lapidibus, quia gentes illic non ſolent cadavera ſua ſepelire; attamen immundus fit ille qui pulverem terræ gentilium illuc projicit. Cæterum jam expoſitum eſt quod שונית ſit locus ad quem undæ maris proveniunt, quantulæcunque ſint, ideo maſſa illius munda eſt, quia illic nemo habitat, idcirco iſto in loco cadavera ſepelire nequeunt, ac proinde non polluitur is qui illuc ſe confert, dum is eſt in terra gentium; ſed tales loci ſunt inſtar aëris reliquarum regionum gentium. Poſtea vero hoc decretum de terra gentium decreverunt, quod maſſa illius polluat. Rationem rei dixerunt quod ea polluat tactu & onere, ſicuti ſuperius dictum eſt, & qui in aëre illius ſteterit, is pollutus eſt, etſi terram non tetigerit. Toſaphta autem dicit, ſi quis caput & maximam corporis partem in terram gentilium introduxerit, is pollutus eſt. Pariter in Gemara titulo de Divortiis dicitur quod dies quos aliquis in terra gentium commoratus eſt, ut & illius aër ſint ut ipſa terra gentilium. Et cum hoc ita ſe habeat, proinde hic dicit auctor quod mundus ſit, ut proficiſci queat Iſraëlita in mare & locum Schunit. Sed hoc eſt ſecundum decretum primum, quo de materia duntaxat decreverunt, & non de aëre illius, ſicuti expoſitum eſt in codice de Sabbato. Vel ſenſus illius quod dicit, *mundus eſt*, eſt, quod Sapientes eum ab immunditie mortui liberum pronunciarint, nempe ratione tertiæ & ſeptimæ aſperſionis. Sed non comburunt oblationem primam & ſancta quæ intraverint iſta loca, quia hoc jus Legis eſt, illud nempe decretum ad materiam terræ gentium ſpectat, quod ea comburenda ſit, & aër ejus habeatur immunda, ſed non requiritur lotio neque ſolis occaſus; atque hæc meo ſenſu veriſſima ſunt.

ז הקונה שדה בסוריא סמוכה לארץ ישראל אם יכול להכנס לה בטהרה טהורה וחייבת במעשרות ובשביעית ואם אינו יכול להכנס לה בטהרה טמאה וחייבת במעשרות ובשביעית מדורות העכ״ום טמאים כמה ישהא בתוכן ויהא צריך בדיקה ארבעים יום אף על פי שאין עמו אשה ואם היה עבד או אשה משמרים אותו אינו צריך בדיקה :

7. Si quis agrum in Syria emerit terræ Iſraëliticæ vicinum, & eum intrare poſſit in puritate, tum ille eſt mundus, & decimationi ac juri anni ſeptimi obnoxius; at ſi in puritate nequeat eum intrare, immundus eſt, & nihilominus decimationi & juri anni ſeptimi obnoxius eſt. Habitationes gentium ſunt mundæ: at quamdiu in iis debet expectare ut inquiſitione opus ſit? quadraginta annos, etſi mulierem non habeat ſecum. Si vero ſervus ſit vel mulier, qui obſervant eum, tum non opus eſt inquiſitione.

R. OB. DE BARTENORA.

הקונה שדה בסוריא *Si quis agrum emerit in Syria*, intellige Aram Naharaim & Aram Zoba, quas regiones David armis ſubegit; illius pulvis eſt immundus, ut pulvis terræ

extra

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Syria eſt regio quam David ſubegit extra terram Iſraëlis, eſtque Damaſcus & illius confinis; ſed capite ſexto codicis de Rebus ratione decimationis dubiis expoſitum eſt quod

illa

extra terram Iſraëliticam, attamen ad decimas & anni ſeptimi jura tenetur ut ipſa terra Iſraëlitica.

אם יכול להכנס לה בטהרה *Si eam intrare poſſit in puritate*, quia terra gentilium non dividit inter ipſam & inter eam quam emit in terra Iſraëlitica. *Immundus eſt*, iſte ager, licet Sapientes de materia illius nihil decreverint, quia ea ad Iſraëlitam pertinet, idcirco tradit auctor, *ſi quis agrum emerit*. Si vero ea palmi latitudinem habeat e terra gentium, vel e cœmeterio, tum diſtinctio eſt inter agrum terræ Iſraëliticæ & inter agrum in Syria emtum, quia jam eam intrare nequit in puritate, proinde talis agri pulvis immundus eſt ut pulvis agri extra terram Iſraëliticam.

מדורות *Habitationes*, quæ in terra Iſraëlitica notæ ſunt, immundæ ſunt, quia in iis abortus ſuos ſepelire ſolent. *Quadraginta dies*, ſecundum tempus formationis fœtus. אף על פי שאין עמו אשה *licet cum ipſo non ſit uxor*, etenim gentilium uxores in coitu ſunt laſciviores, & uxores nocte in domum introducunt. *Servus*, Iſraëlitæ. או אשה *vel mulier*, Iſraëlitis. משמרין אותו *cuſtodiunt eam*, videlicet habitationem gentilis, ne eo ſe conferant.

illa non ſit æqualis terræ Iſraëliticæ in omnibus juribus, neque regionibus extram terram Iſraëliticam ſitis, ubi rationem rei expoſuimus. Cæterum ratione inſtrumentorum in tribus rebus regio Syriæ terræ Iſraëlis æqualis eſt, in tribus vero æqualis eſt regionibus extra terram Iſraëlis ſitis, pulvis enim extra terram Iſraëlis immundus eſt, ſi quis e Syria attulerit divortium, cum eo ſe res habet ac ſi e regione aliqua extra terram Iſraëlis attuliſſet, ſi quis ſervum vendiderit in Syria, perinde eſt ac ſi extra terram Iſraëlis eum vendidiſſet. In tribus vero Syria convenit cum terra Iſraëlis, ſi quis in Syria emerit, perinde eſt ac ſi in Parud emiſſet, qui locus eſt Jeruſolymæ, & ad decimas atque anni ſeptimi jura tenetur, & ſi eam in puritate poſſit intrare, tum munda eſt. Cæterum aliquoties hæc diximus in libro de ſeminibus, etenim quando Iſraëlita tantum in Syria habet agrum, tum is tenetur decimas educere ex eo quod creverit in iſto agro, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ut is qui in Parud, qui eſt locus Jeruſolymæ, emit, ſicuti expoſuimus in codice de Placenta. Senſus vero illius quod dicitur, *ſi eum intrare poſſit in puritate*, eſt, quod iſte ager confinis ſit terræ Iſraëliticæ; ita ut nullum ſit interſtitium, neque alius locus affinis eum polluat. Sed quæritur quam ſit contiguus iſte ager ut eum intrare poſſit in puritate? reſpondet Rabban Simeon filius Gamalielis, ſi unus tantum ſulcus interſtitium facit, nempe, ſi inter agrum & terram Iſraëliticam ſit ſulci unius latitudo ſive palmus de terra gentium, vel e terra immunda, uti eſt cœmeterium, tum interſtitium aliquod eſſe cenſetur, ita ut non ſit munda ut terra Iſraëlitica. Per *habitationem gentilis*, intellige habitationem aliquam in terra Iſraëlitica fixam, licet Iſraëlita non habeat ſecum uxorem legitimam, ne illa concumbat cum ipſo. Etenim nos hic non ſtricte attendimus immunditiem habitationis, ſed duntaxat immunditiem mortui; quando autem cum ipſo eſt uxor, dicimus eam forſitan gravidam fieri poſſe, & abortum ſuum ſepelire iſto in loco; ſed nullus eſſe poteſt abortus infra quadraginta dies, ſicuti expoſitum eſt in Beraitot. Si vero Iſraëlitæ non adſit mulier aliqua, tum omnino tenetur, quia inquiſitione non opus eſt, ſed faciet ſicuti præcepimus; ſi vero illic ſit nonnemo qui obſervat, ne mulier quid ſepeliat, tum non requiritur inquiſitio.

ח ארץ מה הם בודקים את הביבים העמוקים ואת המים הסרוחים בית שמאי אומרים אף האשפתות ועפר התיחוח ובית הלל אומרים כל מקום שהחזיר והחולדה יכולים להלך בו אינו צריך בדיקה:

8. De quo illi inquirunt? de canalibus profundis, de aquis fœtidis. Schola Schammai dicit, etiam de fimetis, & pulvere molli. Schola Hillelis dicit, de tali loco in quo ſus & muſtela incedere poſſunt, non requiritur inquiſitio.

R. OB. DE BARTENORA.

ביבין העמוקים *Canales profundi*, intellige cloacas in quas aquam effundunt ut ea effundatur in locum publicum; aliqua vero exemplaria tradunt כוכים *foveas*, ſive ſpeluncas quæ ſub terra ſunt. עפר התיחוח *pulvis mollis*, qui talis factus eſt propter abortum ibi ſepultum. חזיר *ſus*, atque etiam bardalus ſolent terram & ſub ipſa perſcrutari; ſi itaque abortus illic inventus ſit, tum eum illinc educunt. ברדלה Arabice אלצבע vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod ביב notet canalem per quem puteus aquarum. Omni vero in loco ubi ſus & muſtela incedere poſſunt, inquiſitio non obtinet, quia hæc animantia perſcrutari ſolent de rebus ſepultis, eaſque comedere. עפר תיחוח *pulvis mollis*, qui non aliquam duritiem habet; at terra dura ab animantibus effodi nequit, ut in lucem eruatur quod ſepultum eſt.

ט האצטונית אין בהן משום מדור העכ״ום רבן שמעון בן גמליאל אומר עיר עכ״ום שחרבה אין בה משום מדור עכ״ום מזרח קסרין ומערב קסרין קברות ומזרח עכו היה ספק וטהרוהו חכמים רבי ובית דינו נמנו על קיני וטהרוהו:

9. Porticus nihil continent ratione gentilis habitationis. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, urbs gentium quæ devaſtata eſt, nihil continet ratione habitationis gentium. Orientalis Cæſaræa & occidentalis Cæſaræa, ſepulchra, & oriens Acco in dubio ſunt, & Sapientes illa munda dixerunt. Rabbi & illius Schola numerati ſunt ſuper Cinni, & eum dixere mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

אצטבא Conſtrui ſolet in ornatum ante domos, ſed illic non ſolent abortus ſepelire. עיר גוים שחרבה *civitas gentium quæ devaſtata eſt*, intellige urbem terræ Iſraëliticæ devaſtatam in qua gentiles habitant. Ejuſmodi urbs nihil continet ratione habitationis gentilium, quia illic feræ inveniuntur, & educunt omnes abortus illis ſepultos; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis. קברות *ſepulchra*, quaſi dixiſſet, notum eſt quod illic ſint ſepulchra. היה ספק *ſi dubium ſit*, an locus iſte pertineat ad terram gentilium, an vero ad terram Iſraëliticam; at Sapientes eum mundum pronunciarunt, qui eundem terræ Iſraëliticæ aſſimilarunt; inſuper quoque dubium erat, num illic

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אצטונית Notat locum, ſed iſte declinat e loco publico, & videtur habere parietem, eſtque ſpecies loci Carmelit; dixerunt doctores, mare, vallis, & porticus non ſunt inſtar loci privati, neque inſtar loci publici; ſed hæc jam expoſita ſunt in codice de Sabbato. *Civitas gentium quæ devaſtata eſt*, quæ eſt civitas ad terram Iſraëlis pertinens, ſed a gentilibus capta, & poſtea devaſtata. Dixit autem Rabban Simeon filius Gamalielis, quod animantia in ea ſemper effodere ſolent, & educere quod illic eſt; at ſecundum Toſaphta non datur habitatio gentium, neque domus expanſionis extra terram Iſraëlis, qui locus extra terram Iſraëlis diviſus eſt immunditie ſua ex decreto Sapientum. Poſtea no-

illic eſſent ſepulchra. קיני *Cinni* erat locus aliquis, quem mundum eſſe putabant ex dubio quodam, uſque dum Rabbi & illius ſenatus eum pronunciaverint mundum.

nobis exponit loca terræ Iſraëlis ubi ſepulchra ſunt, de quibus dubium eſt. Tandem dicitur, quod Sapientes ea dixere munda. קיני *Cinni* autem erat locus dubius, & immundus quidem habebatur apud plebem; tempore vero Rabbi Jehudæ ſancti ipſum pronunciarunt mundum; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

י עשרה מקומות אין בהן משום מדור עכ״ום אהלי הערביים והסוכות והצריפין והבורגנים והאלקטיות ובית שער ואוירה של חצר והמרחץ ומקום החצים ומקום הלגיונות :

10. Decem ſunt loca in quibus nihil ratione habitationis gentium continetur, tentoria Arabum, tabernacula, tuguriola, umbracula æſtivalia, porticus, aër atrii, balneum, locus ſagittæ & locus legionum.

R. OB. DE BARTENORA.

אהלי הערביים *Tentoria Arabum*, hæc non uni loco infixa ſunt, proinde in iis non ſolent ſepelire mortuos; & quia Arabes ex uno loco in alium ſe conferre ſolent, proinde hiſce tentoriis Sapientes non attribuerunt immunditiem. סוכות ſunt tentoria eorum qui fructus cuſtodiunt. צריפים notat habitacula quæ tectum non habent, parietibus ad ſummitatem illius pertingentibus, ſuntque miſera habitacula, ſed non fixa. בורגנין notat tentoria in agro extructa, in quæ fructus introduci ſolent propter pluvias. אלקטיאית eſt tectum aliquod conſiſtens quatuor columnis, ut homines ſub ipſo refrigerium capiant in æſtate, quia ventus undiquaque in ipſum ſpirat; hinc vox quoque nomen ſuum ſortitur a קייטא *æſtate*, quaſi dicas domum æſtivalem. מקום החצים *locus ſagittarum*, eſt locus in quem urbani res ſuas reponunt, ad ea tempore belli cuſtodienda. *Locus legionum*, in quo militum copiæ caſtra metantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צריפין Eſt ſpecies אהלים *tentoriorum*, quæ ſurſum acumine quodam terminantur, quæque tectum non habent, proinde denominantur a re cui ſimilia ſunt, atque illa continentur ſub iis quæ immunda ſunt. Cæterum in Gemara dicitur צרופא דאורבני *tuguriolum e ſalicibus confectum.* בורגני eſt genus tentorii quod conſtruitur ad fructus in ipſo recondendos, atque id genus alia. אלקטיאות notat tectum abſque parietibus, quod columnis ſuis inſiſtit, ita ut ventus undiquaque in ipſum inflare poſſit, idque æſtate potiſſimum erigi ſolet, proinde nomen habet a קייטא ſive קיץ *æſtas.* מקום החצים *locus ſagittarum*, eſt locus in quo ſagittas facere ſolent, atque alia inſtrumenta bellica. לגיונות *legiones*, ſunt copiæ equeſtres, quia in iſtis locis non eſt habitatio, neque in ipſis mortuos ſepeliunt; ſed in iis ſtant quodam anni tempore ad breve tantum momentum, idcirco Sapientes de iis nihil decreverunt, ne quidem ratione immunditiei.

Finis Tractatus de Tentoriis.

מסכת

מסכת נגעים

Tractatus de Plagis Lepræ.

פרק א מראות נגעים שנים שהן ארבעה בהרת עזה כשלג שניה לה כסיד ההיכל והשאת בקרום ביצה שניה לה כצמר לבן דברי רבי מאיר וחכמים אומרים השאת כצמר לבן שניה לה כקרום ביצה :

CAput I. Species plagarum duæ ſunt quæ continent quatuor, papula fortis ut nix, ei ſecunda eſt ut calx palatii; tumor eſt ut teſta ovi, ei ſecunda eſt ut lana alba, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, tumor eſt ut lana alba, ei ſecunda eſt ut teſta ovi.

R. OB. DE BARTENORA.

מראות נגעות שנים *Species plagarum duæ ſunt*, quæ clare in Lege deſignatæ ſunt, tumor videlicet & papula. שהן ארבע *quæ ſunt quatuor*, etenim duæ aliæ ſpecies hic addendæ ſunt, quæ in Lege non deſcriptæ ſunt, ſed iſtæ ſunt generationes tumoris & papulæ, quas nos e voce ספחת *apoſtematis* elicimus, quia ספחת non eſt nomen plagæ, ſed rei acceſſoriæ, ſicuti dicitur 1 Sam. 2, 36. ספחני נא אל אחת הכהנות *adjunge me nunc ad unum ſacerdotiorum.* Poſuit autem Lex vocem ספחת inter שאת atque בהרת ut doceat utramque plagam habere ſuam generationem.

בהרת עזה כשלג *Papula valida inſtar nivis*, quæ admodum alba eſt, ſicuti commate quarto capitis modo memorati dictum eſt, *& ſi papula alba ſit*, ſi ea tam alba ſit, ita ut non ſit albior. שאת כקרום ביצה *tumor inſtar teſtæ ovi*, tum hæc plaga ſecundum hujuſce doctoris mentem non eſt tumor, ſed eminentiam aliquam denotans, ſicuti dicitur Jeſ. 2, 14. גבעות הנשאות *colles alti.* Sed in omnibus quatuor plagis albis nulla durities eſt inſtar teſtæ ovi, idcirco tumor reliquis omnibus altior eſt, ſicuti umbræ facies altior eſt ſole.

שניה לה כצמר לבן *Ei ſecunda eſt inſtar lanæ albæ*, lana enim albior eſt calce palatii, quæ generatio eſt papulæ; nam quia Lex dixit, *tumor albus*, proinde generatio illius præſtat generationi papulæ. שאת כצמר לבן *tumor inſtar lanæ albæ*, Sapientes putant quod duæ ſint ſpecies fortes quæ ſunt nix & lana alba, quæ ſunt duo patres, papula nempe & tumor, & duæ ſpecies iis obſcuriores, quæ ſunt calx palatii, & teſta ovi, quæ ſunt generationes eorum, generatio magna pro magno patre, nempe calx palatii pro papula, quæ eſt pater magnus, & generatio parva pro parvo patre, teſta ovi nempe pro tumore, qui minor eſt papula. Hinc proficiſcitur controverſia inter Sapientes & doctorem primum ratione commixtionis, nam dimidium fabæ de patre, & tantundem de generatione ipſius commiſcentur; pariter duo patres tumor videlicet & papula commiſcentur; etenim nos illa verba quæ commate ſecundo occurrunt, והיה בעור בשרו לנגע exponimus quod una plaga cum altera commiſceatur, quia ſcriptum eſt והיה *& erit*, & non והיו *& erunt*, hinc Lex omnes plagas eodem gradu habuit. Sed duæ generationes non commiſcentur, quia generatio papulæ non commiſcetur cum generatione tumoris, cum verbum והיה ad tumorem & papulam duntaxat referatur, & non ad generationes eorum, quæ per multiplicationem aliquam includuntur. At vero ſecundum doctorem nix & teſta ovi conflantur, at non nix & lana alba; ſed ſecundum Sapientes nix & lana conflantur, at non nix & teſta ovi; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Lana alba*, eſt lana pura agni unius diei, poſtquam ea lota eſt & alba facta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Incipit auctor cum diſtributione plagarum lepræ quæ in carne cernitur, quemadmodum Lex eas deſignavit, hæ itaque ſunt duæ viſiones quæ בהרת & שאת dicuntur; atque hæ porro in quatuor viſiones diſtribuuntur, nempe in papulam albam & ei ſecundam, in tumorem & ei ſecundum, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Levit. 13, 2. אדם כי יהיה בעור בשרו שאת או ספחת או בהרת *ſi in hominis carnis pelle ſit tumor, aut apoſtema, aut papula*; cæterum ספחת *apoſtema* non eſt plaga conſtans per ſe, hinc a doctoribus quæſitum eſt, quid ſibi vult vox ספחת? adjunctorium eſt, ſicuti ſcriptum eſt 1 Sam. 2, 36. ספחני נא *adhibito jam me.* Lex vero ספחת poſuit inter בהרת & שאת ut nobis ſignificet, eam prope ad ambas accedere, hinc dicimus, *tumor & quod ei vicinum eſt, papula & quod ei vicinum eſt.* Hæ vero duæ viſiones ſive plagæ ſpecies, videlicet שאת & בהרת habent faciem albam, proinde Lex meminit שאת לבנה *tumoris albi* & בהרת לבנה *papulæ albæ*, præterea non dubium eſt quin hæ duæ ſpecies comprehendant quatuor, quæ omnes referuntur ad ſpeciem albam, quæ ratione roboris & debilitatis variant; earum vero omnium inſenſiſſima eſt papula alba. Senſus vero illius quod dicitur עזה כשלג *fortis ut nix*, eſt, quod papula alba tam vehementer penetret ut nix, hoc ſenſu dicit Lex Levit. 13, 4. *Si vero papula alba ſit.* Quorum verborum ſenſus eſt, quod illa alba ſit ut nix, & non albior. Inferiorem vero gradum habet ea quæ alba eſt ut calx palatii; atque hæ duæ ſunt ſpecies papulæ. Cæterum ſpecies שאת *tumoris* eſt inſtar lanæ albæ, ſive inſtar lanæ puræ eo die quo ab ove parta eſt, quando hæcce lana eſt lota, & in lavacro dealbata, atque hæc facies albior eſt quam calx palatii. Hac tumoris ſpecie inferior eſt plaga quæ teſtæ ovi fortitudinem habet, atque hæ duæ ſunt ſpecies tumoris. Putat autem R. Meyr quod teſta ovi unam habeat ſpeciem, atque hanc eſſe ſecundam tumoris; ſi vero ea non tam fortis ſit quam teſta ovi, tum ea non recenſetur inter ſpecies plagarum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב הפתוך שבשלג כיין המזוג בשלג הפיתוך שבסיד כדם המזוג בחלב דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר אדמדם שבזה ושבזה כיין המזוג במים אלא של שלג עזה ושל סיד דיהה ממנה :

2. Commixtio in nive eſt ut vinum nive temperatum, commixtio in calce eſt ut ſanguis lacte temperatus, ita R. Iſmaël. R. Akiba dicit, rubicundum quod eſt in utroque, eſt ut vinum temperatum aquis, ſed nivis plaga fortior eſt, & calcis plaga obſcurior eſt illa.

R. OB. DE BARTENORA.

פתוך שבשלג *Mixtio quæ eſt in nive*, quæ mixta eſt cum albedine, & rubedo quæ in papula forti cernitur inſtar nivis habet colorem vini temperati cum nive, ubi magna albedo eſt & parva rubedo. פתוך שבסיד *mixtio quæ in calce eſt*, in calce palatii, ſenſus eſt quod mixtura quæ in plaga eſt, & colorem calcis palatio applicatæ habet, & inſtar ſanguinis cum lacte temperati, quia in ipſo multa rubedo eſt. Licet autem vox פתוך tantum dicatur de papula ejuſdemque prole,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פתוך Notat ſpeciem lepræ quæ e colore albo & rubicundo mixta eſt, atque hæc ſpecies quoque obtinet in lepræ ſpeciebus, ſed hæc in tumore non expoſita eſt, etenim tumoris albi tantum meminit; de papula vero alba dicit Lex, *ſi ſit papula alba rubicunda:* quæritur autem in Siphra quare id quod dictum eſt de papula, ſit etiam applicandum tumori, & contra? reſp. quia Lex dicit צרעת היא *lepra iſta eſt*, cum itaque illa verba dicantur de papula, idcirco etiam de tumore

le, tamen jus ejus poſtulat quod vox פתוך etiam obtineat in tumore & illius prole, nam in Torat Cohanim traditur quod per שארת לבנה *tumorem album* denotetur quod ſimplex tumor polluat; per *papulam albam & rubicundam* docetur quod illa polluat פתוך: ſed unde habemus id quod dictum eſt de papula, etiam de tumore intelligendum eſſe? reſp. Lex dicit, נגע צרעת *plaga lepræ.* שבוה ושבוה *quæ eſt in utroque*, in nive & in calce. דיהה *obſcura*, cui albedo deeſt, quia non eſt color plane albus ſicut ipſa; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

more dici poſſunt; hinc diſcas quod hæ omnes ſint lepræ ſpecies, quando unaquæque ex iis converſa eſt ad rubedinem aliquantum, donec in ipſa ſit commixtio albedinis cum rubedine, quæ ſpecies quoque lepræ eſt, quia de papula dicitur צרעת היא *lepra eſt illa.* Porro dicit auctor quod omnes ſpecies conſideramus quaſi vino commixtas, & quod facies lepræ in ipſis ſit conſtans; præterea duas ſpecies memorat, videlicet quæ nivis & calcis ſpeciem habent, in quibus continetur comparatio pro reliquis ſpeciebus, ſic, verbi gratia, in Gemara dictum eſt, aliquando conſtituerunt quatuor pocula lacte plena & omnia ejuſdem menſuræ, in unum vero incidiſſe duas guttas ſanguinis, & quatuor guttas in alterum, in tertium octo guttas, & in quartum ſedecim guttas ſanguinis, hoc ſenſu de quatuor mixturis comparatione inſtituta judicarunt de albo & rubicundo lepræ colore, quia id quod parum albedinis habet, etiam aliquid rubedinis in ſe continet, & quando commiſcentur, rubedo prævalet, propterea parum rubedinis erit cum ſpecie teſtæ ovi, ut ſedecim guttæ ſanguinis cum hac menſura de lacte, & hæc rubedo erit clara; hæc intelligas volo. דיהה notat aliquid obſcuri cum albedine; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג ארבעה (נ"א מארבעה) מראות האלו מצטרפין זה עם זה לפטור ולהחליט ולהסגיר את העומד בסוף שבוע ראשון לפטור את העומד בסוף שבוע שני להחליט את שנולד לו מחיה שער לבן בתחילה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור להחליט את שנולד לו פשיון בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור להחליט את ההופך כולו לבן מתוך הפטור לפטור את ההופך כולו לבן מתוך החלט או מתוך הסגר אלו מראות נגעים שכל נגעים תלוים בהן:

3. Hæ quatuor ſpecies inter ſe commiſcentur, ad dimittendum, ad declarandum, & ad includendum lepram quæ conſiſtit in fine ſeptimanæ primæ, ad dimittendum eam quæ conſiſtit in fine ſeptimanæ ſecundæ, ad declarandum eam in qua nata eſt vitalitas aliqua, vel pilus albus in principio; vel in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem, vel ad lepram declarandam in qua nata eſt diffuſio in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem, ad declarandam eam quæ tota alba facta eſt, poſt declarationem, vel poſt incluſionem; hæ ſunt plagarum ſpecies a quibus omnes plagæ dependent.

R. OB. DE BARTENORA.

מארבעה מראות הללו מצטרפין *E quatuor ſpeciebus hiſce conflantur*, ita nos tradimus; ſed non legimus מראות ארבעה *quatuor ſpecies*; quia non omnes quatuor ſpecies conflantur, quia proles non conflatur niſi cum ſuo patre, nec duæ proles inter ſe commiſcentur; at vero duo patres commiſcentur, quia Lex dicit, והיה בעור בשרו *& erit in pelle carnis ejus*, at non dicitur in plurali, והיו *& erunt*, unde concludimus Legem papulam & tumorem uno loco habere; ſi vero illic ſit dimidium fabæ fractæ de papula, & tantundem de tumore, tum commiſcentur ad conſtituendam integræ fabæ fractæ copiam. Rambam autem ſcribit quod omnes quatuor ſpecies inter ſe commiſcentur, tam duæ proles inter ſe, quam pater cum prole alterius, quæ ſunt albiore teſta ovi & ulterius, commiſcentur, ita traditur Toſaphta.

לפטור ולהחליט ולהסגיר *Ad dimittendum, ad declarandum, & ad includendum*, hæc omnia conjunguntur, & ab auctore exponuntur. להסגיר העומד בשבוע ראשון *ad includendum leproſum cujus plaga ſubſiſtit in ſeptimana prima*, ſicuti Lex dicit Levit. 13, 5. *Et luſtrabit eum ſacerdos die ſeptimo, tum ſi plaga in oculis ejus ſtet, includet eum ſacerdos per ſeptiduum, ſecunda vice.*

לפטור את העומד בסוף שבוע שני *Ad dimittendum eum cujus plaga ſubſiſtit in fine ſeptimanæ ſecundæ*, quando plaga conſtiterit intra menſuram ſuam, & non latius ſe diffuderit, atque in ſpecie ſua manſerit, etſi ea non deſcenderit infra quatuor ſpecies, nihilominum leproſum abſolvunt in fine ſeptimanæ primæ. Quod vero Lex dicit, *& luſtrabit eum ſacerdos die ſeptimo, ſi tum obſcurata ſit plaga* &c. *tum ſacerdos eum mundum pronunciabit*, id non intelligas quod leproſum non pronunciant mundum, niſi plaga obſcurata ſit ſive contraxerit ſe; attamen nos Legem attendimus, nam etiamſi mutata ſit e nive in calcem, vel contra, tamen non dicimus eam aliam eſſe plagam, ut denuo includatur, ſed ea ſimilis eſt lepræ ſtabili, idcirco dimittitur leproſus.

להחליט את שנולד בו מחיה או שער לבן *Ad declarandum leproſum in cujus plaga nata eſt vitalitas aliqua, vel pilus albus*, ab initio quando leproſus ad ſacerdotem adductus eſt, & in plaga eſt copia fabæ, & vitalitas carnis in copia lentis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מצטרפין זה עם זה *Conflantur inter ſe*, in omni jure; porro exponit auctor quomodo conflantur ita ut omnes pro una ſpecie habeantur in uno e tribus juribus, videlicet ad leproſum dimittendum, vel ipſum talem declarandum, vel ad ipſum includendum: oſtenſa vero iſta omnium conjunctione qua in una ſpecie conflantur, ut leproſo dici queat, *Mundus tu es*, & hac formula denotatur id quod dicitur, לפטור *ad dimittendum*; vel ſi detineatur leproſus, tum locum habet id quod dicitur, להסגיר *ad includendum*. vel dicunt ei, *immundus tu es*, atque hoc eſt quod in hoc negotio dicitur, להחליט *ad declarandum.* Videlicet leproſum omnino talem eſſe; jam vero auctor hæc jura ſingula exponere aggreditur, dicitque, *leproſum conſtanti lepra affectum in fine ſeptimanæ primæ includendum eſſe*, etenim capite quarto hujuſce codicis expoſitum eſt, quod ſi in corpore alicujus ſit papula in copia fabæ fractæ, at in ipſa non ſit vitalitas aliqua, neque pilus albus, ſed quod poſtea renovata ſit papula in copia dimidii fabæ fractæ, quæ primæ adhæret, atque in ipſa ſimul ſit pilus unus albus, tum is includi debeat ſeptem dies. Quando autem leproſus incluſus eſt, & in corpore illius naſcitur papula in copia dimidii fabæ fractæ, atque in fine ſeptimanæ denuo nata ſit eadem copia, exiſtente in ipſa uno pilo albo qui adhæret papulæ, tum iſte leproſus quoque includi debet, ut is qui unam atque alteram habet papulam.

לפטור העומד בסוף שבוע שני *Ad dimittendum leproſum conſtanti lepra affectum in fine ſeptimanæ ſecundæ*, perinde ac ſi lepræ ſignum eſſet, quod in ſecunda ſeptimana ipſam circumdediſſet quod partim habet ſpeciem papulæ, in quo eſt copia fabæ, in latere vero ei adhæret ſpecies tumoris in copia fabæ; præterea ſi aliquid de ſpecie tumoris ablatum ſit, & remanſerit ſpecies papulæ ſecundum menſuram ſuam, tum iſte leproſus eſt mundus, eo quod lepra jam remota erat, ita ut una ſpecies omnino eſſe cenſeatur; ſed hæc omnia veritate comprobata ſunt.

להחליט שנולד לו מחיה *Ad leproſum declarandum in cujus plaga vitalitas quædam nata eſt*, hoc eſt quod capite tertio hujuſce codicis expoſuimus, quod ſignum immunditiei lepræ

tis quadratæ in ſpatio papulæ, tum ſtatim declaratur leproſus; ſed פשיון *diffuſio* non ab initio, licet plaga adeo ſe diffuderit, ut leproſus non amplius includatur.

בסוף שבוע ראשון *In fine ſeptimanæ primæ*, nempe ad declarandum leproſum, quemadmodum in fine ſeptimanæ primæ, quia ab initio non habuit hæc ſigna, proinde incluſus eſt; at in fine ſeptimanæ primæ ſacerdos in plaga invenit vitalitatem quandam, vel pilum album, idcirco ipſum pronunciavit leproſum. *Vel in fine ſeptimanæ ſecundæ*, ut, ſi lepra in fine ſeptimanæ primæ conſtiterit in oculis ſacerdotis, at in ea non extiterit pilus albus, neque vitalitas, ſed in fine ſeptimanæ ſecundæ in ipſa nata fuerint ſigna iſta, tum declaravit ipſum leproſum. לאחר הפטור *poſt dimiſſionem*, ac ſi dixiſſet, licet poſt dimiſſionem quæ facta eſt in fine ſecundæ ſeptimanæ, non ſint in plaga nata ſigna immunditiei, & diu poſt multos dies, tamen eum leproſum pronunciavit.

להחליט את שנולד לו פשיון בסוף שבוע ראשון *Ad leproſum declarandum in cujus plaga nata eſt diffuſio in fine ſeptimanæ primæ*, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, ut papula in copia fabæ, in qua non eſt vitalitas, neque pilus albus, hic ſi incluſus ſit leproſus, & plaga illius ſe diffuderit in fine ſeptimanæ primæ, vel non ſe diffuderit, niſi in fine ſeptimanæ ſecundæ, & ſacerdos eum dimiſerit, ſed poſt multos deinde dies ſe iterum diffuderit plaga, quare ſacerdos eum denuo leproſum declaravit.

להחליט את ההופך כולו לבן מתוך הפטור. *Ad leproſum declarandum eum cujus plaga tota mutaverit ſe in albam poſt dimiſſionem*, ſi poſt dimiſſionem, qua ſacerdos eum mundum declaravit, denuo efflorescere ceperit lepra, tum leproſus omnino immundus eſt. *Ad dimittendum eum cujus plaga tota converterit ſe in albam, poſt declarationem, vel poſt incluſionem*, ſi poſtquam ſacerdos eum immundum pronunciavit, vel poſtquam obligatus eſt ad includendum eum antequam eum immundum pronunciaſſet, ubique effloruerit lepra, & ſacerdos eum dimiſerit, tum mundus eſt; etenim progerminatio lepræ e mundo facit immundum, & contra; qui vero incluſus eſt, is immundus vocatur. *Hæ ſunt ſpecies plagarum*, iſtæ nempe quatuor ſpecies ſimplices aut commixtæ quas memoravimus.

præ in carne ſint tria, videlicet vitalitas, pilus albus, & diffuſio; מחיה *vitalitas* vero eſt, ſi copia lentis quadratæ de carne viva exiſtat in lepra; שער לבן *pilus albus* eſt, ſi duo ſint pili albi in lepra; פשיון *diffuſio* eſt ſi plaga ſe per corpus humanum diffuderit, quantulumcunque id ſit, ſed vitalitas aut pilus albus, ſemper ſunt ſigna immunditiei, ſive ab initio dum veniunt, quod ſignificatur voce בתחלה *ab initio*; ſive dum unum ex hiſce ſignis innovatum ſit in ſeptimana prima, vel in ſeptimana ſecunda, vel poſtquam ſacerdos eum pronunciaverit mundum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, אחר הפטור *poſt dimiſſionem*; etenim hoc eſt quod Lex dixit commate ſeptimo, *ſi omnino ſe diffuderit abſceſſus in pelle poſtquam oſtenſus eſt ſacerdoti ad pronunciandum eum mundum, tum ſecunda vice is a ſacerdote luſtrabitur*; cujus dicti ſenſus eſt, quod ſi innovatum ſit in leproſo aliquod ſignum e quo ſacerdos eum mundum declarare potuerit, & is ſecundo ad ſacerdotem venerit, & quando in viro leproſo extiterit ſignum lepræ in qua duæ ſunt ſpecies, quarum una videtur ſpecies papulæ, altera vero ſpecies tumoris, atque præterea ſpecies vitalitatis in ipſa innovata fuerit, vel pili albi, tum is omnino immunditiei expoſitus eſt, quia hæ ſpecies conjunguntur in ſimilitudine unius ſpeciei, ſive ſit pilus albus, ſive vitalitas ab initio, ſed hoc intelligendum eſt ſi leproſus in principio ad ſacerdotem acceſſerit. Vel ſi plaga innovata fuerit in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſtquam ſacerdos eum mundum pronunciaverit, dicens, *mundus tu es*. Pariter auctor quoque exponit plagam in qua nata eſt diffuſio, ſed notum eſt quod leproſus non ſit immundus propter diffuſionem niſi poſt ſeptimanam primam, quia diffuſio cognoſcitur ex quo ea conſtiterit, ſive id fiat in principio quando leproſus ſiſtebatur coram ſacerdote, ſive poſt ſeptimanam. Quum vero in plaga aliquid acceſſerit in ſeptimana prima vel in ſecunda, vel poſt dimiſſionem, tum is immundus eſt; ſi vero in viro ſit ſignum plagæ, & in ea partim ſpecies papulæ, partim vero ſpecies tumoris, atque una e ſpeciebus *iſtis* diffuſa ſit per corpus in menſura palmi, vel *ſi* ſignum ſit in quo conſtitit ſpecies papulæ, & acceſſorium illius quod in fine ſeptimanæ ſe diffuderit, ſit ſpecies tumoris, tum iſte vir omnino immunditiei addictus eſt, quando acceſſorium innovatum fuerit, quia ſunt duæ ſpecies ſimul in ſimilitudine gradus unius ſpeciei. Porro dicit auctor quod ſpecies plagarum quoque conjungantur ad lepram declarandam, quæ ſe omnino in albam converterit poſt dimiſſionem, ſed hujuſce dicti ſenſus jam expoſitus eſt capite octavo hujus tractatus, etenim viro in quo conſpectum fuerit ſignum lepræ, dicitur, *liber tu ſis*, ſi in plaga non ſit vitalitas, nec pilus albus. Præterea ſi lepra totum corpus invaſerit, tum is quoque immundus ſit, nam quod Lex dicit commate decimo tertio, *tota alba facta eſt, ipſe eſt mundus*, id intelligendum eſt de eo qui immunditiei addictus eſt, quando eum comprehenderit plaga poſtquam immundus factus eſt. Cæterum quando in viri alicujus corpore fuerit papula, eumque dimiſerit ſacerdos, at poſtea illius corpus denuo invaſerit ſpecies tumoris, tum iſta ſpecies conjungitur cum papula prima, & plaga iſta omnino lepra eſt, ſecundum id quod pro fundamento poſuimus, & hic ſenſus eſt dicti illius, *ad eam declarandam quæ tota alba facta eſt, poſt dimiſſionem*. Sin autem plaga omnino in papula immunda ſit, videlicet ſi una quaſi ſpecies ſit quæ omnino in albedinem converſa eſt, tum vir iſte mundus eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *ad dimittendam eam quæ tota in albedinem converſa eſt poſt declarationem, vel poſt incluſionem*; etenim poſtquam lepra corripuerit hominis corpus, iſque incluſus fuerit, tum ipſe quoque mundus eſt, quia is qui incluſus eſt, immundus eſt ſicuti is qui pro leproſo declaratus eſt, ſicuti ab initio codicis de Vaſis explicuimus. Hæ vero ſimilitudines quas in hac Miſna explicanda propoſuimus, ratione ſpeciei papulæ & tumoris, ſi plaga in tribus conſiſtat ſpeciebus, vel in alia quadam ſpecie earum quas enumeravimus, omnes unius ſpeciei gradum comprehendunt in omnibus ritibus ſuis, nempe, ad dimittendum, includendum, & ad declarandum. Quicquid autem in hiſce ſimilitudinibus diximus, de ſignis plagæ vel de loco plagæ, id intelligendum eſt de menſura qua plagæ pollutæ ſunt, nempe in copia fabæ, quod ego amplius exponam. Quæſivit autem R. Jehoſua filius R. Akibæ, quænam ſit utilitas ex eo quod quatuor ſpecies diviſæ ſint, cum tamen omnes eodem ſtent gradu, & ſimul commiſceantur in omni jure, & propterea conveniens eſſe ut dicatur quod omnis ſpecies alba inſtar teſtæ ovi, vel albior, ſit plaga lepræ, & hoc eſt quod in Toſaphta dicitur, a teſta ovi & ultra immunda eſt, & commiſcentur inter ſe? reſpondetur, ex eo quod Lex dicit, *dic ei*, docetur quod ſi in iis non ſit peritus nec in earum nominibus, non videbit plagas, nempe ſi hi viri nominati ſint ad diſcernendum plagarum ſpecies, & ad eas excidendas, donec dixerit, hæc eſt ſpecies papulæ, vel hic eſt tumor, vel, hæc ſecunda eſt a papula, vel hæc ſecunda eſt a tumore. Oportet autem ut ſcias, quod R. Akiba putet, quod proles papulæ adjuvet albedinem e tumore. Sapientes vero dicunt quod tumor ſit albior calce palatii, quæ eſt proles papulæ, ſicuti meminimus, & quod calx palatii ſit albior teſta ovi, hinc ordo ſpecierum ſecundum Sapientes ita erit, papula & poſtea tumor, & poſtea proles papulæ, & deinceps proles tumoris, ſicuti in Gemara expoſitum eſt titulo de Jurejurando. Dixerunt autem per illa verba, *hæ ſunt ſpecies plagarum*, indigitari quatuor ſimplices & totidem compoſitas, inter quas referuntur rubicundæ.

ד (רבי חנינה סגן הכהנים אומר מראות נגעים ששה עשר נ״א ל״ג) רבי דוסא בן הרכינס אומר מראות נגעים שלשים וששה עקביא בן מהללאל אומר

4. R. Chanina præfectus ſacerdotum dixit, ſedecim ſunt plagarum ſpecies. R. Doſa filius Harkinæ dixit, ſpecies plagarum ſunt triginta ſex. Akiba filius Mehallelelis dicit, ſeptuaginta duæ. R. Cha-

אומר שבעים ושנים רבי חנינא סגן הכהנים אומר אין רואין את הנגעים בתחילה לאחר השבת ששבוע שלו חל להיות בשבת ולא בשני ששבוע שני שלו חל להיות בשבת ולא בשלישי לבתים ששבוע שלישי שלו חל להיות בשבת רבי עקיבא אומר לעולם רואים חל להיות בתוך השבת מעבירין לאחר השבת ויש בדבר להקל ולהחמיר :

Chanina præfectus ſacerdotum dixit, plagas non luſtrant ab initio poſt Sabbatum, quia illius ſeptimana incidit in Sabbatum, & non die ſecundo, quia ſecunda illius ſeptimana incidit in Sabbatum. Nec tertio die pro domibus, quia tertia illius ſeptimana incidit in Sabbatum. R. Akiba dixit, ſemper luſtrant, ſi ea incidat in Sabbatum, tum differunt rem poſt Sabbatum, ſed res allevari & aggravari poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מראות נגעים שלשים וששה *Species plagarum ſunt triginta ſex*, ita nos legimus, & non legimus, *ſpecies plagarum ſunt ſedecim*, triginta vero ſex comprehendunt quatuor ſpecies læves & quatuor ſpecies apertas in pelle carnis; contra in ulcere & aduſtione una eſt ſpecies, & Lex eas non diviſit ut doceret quod non conſlentur; contra vero in porrigine, calvitio, & recalvatione, nam calvitium & recalvatio eadem res eſt, hinc trigintæ duæ erunt ſpecies, & præterea ſpecies viridis & rubicunda in plagis veſtium, atque eædem in plagis domuum, hinc erunt triginta ſex.

עקיבא בן מהללאל אומר שבעים ושנים *Akiba filius Mahellalelis dicit, ſeptuaginta duæ*, iſtæ ſunt ſex & triginta plagæ ab initio quando leproſus ad ſacerdotem defertur, & triginta ſex quæ contra dictæ ſunt in fine primæ ſeptimanæ, vel in fine ſecundæ ſeptimanæ illius qui incluſus eſt, vel in fine ſeptimanæ tertiæ in plagis domuum, ad inquirendum inter ſpeciem quæ venit in principio & inter eam quæ venit in fine, hinc erunt ſeptuaginta duæ, ita exponit Rambam, & hoc bene ſe habet. Sed mihi difficultas eſt de hac re, is enim enumerat octo ſpecies in porrigine, ſed nos non ſtatuimus quod porrigines immundæ ſint in omni ſpecie, neque quod iſtæ habeant ſpecies proprias ſicuti aliæ plagæ.

ששבוע שני שלו חל להיות בשבת *Quia ſeptimana illius ſecunda incidit in Sabbatum*, quia duæ incluſiones conficiunt tredecim dies, etenim ſeptimus primæ ſeptimanæ ad antecedentem & inſequentem ſeptimanam referendus eſt, ſicuti Lex dixit, *& includent eum ſeptem dies ſecunda vice*, hinc colligimus quod dies ſeptimus ad præteritos & futuros dies referendus ſit. Pariter tres ſeptimanæ in plagis domuum novemdecim duntaxat dies continent, quia primus & ſeptimus dies ſeptimanæ mediæ ad præteritos & futuros dies referendi ſunt.

חל להיות בתוך השבת *Incidit in Sabbatum*, quando ſeptimus dies in Sabbatum inciderit, tum plagam non luſtrant die Sabbati, eo quod ſe res habet perinde ac ſi quis in Sabbatum judicium exercere velit, idcirco expectant poſt Sabbatum; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt Miſna præcedenti quod numerus harum ſpecierum dependeat a conſuetudine & notitia hominum, idcirco R. Doſa dixit, quod fieri nequeat ut in ſpeciebus cognoſcendis ſe quis aſſuefaciat, niſi eas recte intellexerit ſecundum numerum triceſimum ſextum, & is exponit harum plagarum eſſe ſex ſpecies, quarum prima eſt ſpecies in plagis pellis carnis, ſecunda in plagis ulceris & aduſtionis, tertia in plagis calvitii & recalvationis, quarta in plagis capitis & barbæ, & hanc vocant נתק *porriginem*; quinta eſt in plagis veſtium, ſexta in plagis ædium; at ſecundum Toſaphta ulcus & aduſtio ſunt eadem, & unum habent ſignum, & unam immunditiem, quare ergo dividuntur ut non conſlentur inter ſe? ibique dicitur, quod calvitium & recalvatio quoque eadem ſunt, & unum ſignum habent, quare ergo ſeparantur, ita ut non conſlentur? ſed ego illa omnia exponam in futurum. Cæterum tibi jam præfatus ſum, quod ſpecies plagarum in pelle carnis ſint octo quatuor ſimplices, & quatuor mixtæ, & hoc eſt quod dicit, quatuor in *diſtinctione*, & quatuor in פתוך id eſt *mixtura lepræ* e colore albo & rubro. In Toſaphta dicitur, in ſpeciebus menſuræ polluit ulcus & aduſtio, calvitium & recalvatio immunda ſunt, ibique dicitur, quod porrigines polluant in omni ſpecie. Cæterum quando memineris ea quæ præceſſerunt, omnino triginta duæ erunt plagæ, octo in pelle carnis, & totidem in ulcere & aduſtione, octo in calvitio, & octo in recalvatione, atque illæ ipſæ ſunt ſpecies in porriginibus; at in veſtibus duæ ſunt ſpecies, viridis nempe & rubra: In plagis domiciliorum quoque duæ ſunt ſpecies, viridis & rubra, hinc triginta ſex ſpecies erunt in diverſis ſpeciebus & locis in quibus extant plagæ. Dixit Akiba filius Mahallelis, ſi ita ſit res ratione conſuetudinis, tum erunt ſeptuaginta duæ ſpecies, quæ omnes variant ratione ſpeciei & loci, tam ab initio quam in fine poſt luſtrationem primam, ſicuti ſimilitudo fert, ſive nunc, ſive ut antea erat in ſeptimana prima, ſecunda, & tertia, ſicuti exponetur, hinc ſeptuaginta duæ ſpecies erunt triginta ſex ab initio; & pariter in fine poſt incluſionem, quocunque tempore facta ſit incluſio, ſive in prima, ſive ſecunda ſive in tertia ſeptimana, prout jus poſtulat; hunc ſenſum confirmat Toſaphta, dicens, omnis ſacerdos qui peritus eſt in plagis dignoſcendis, & non in porriginibus, vel in porriginibus & non in calvitiis, vel in homine & non in veſtibus, vel in veſtibus & non in domiciliis, vel in ſpecie prima, ſed non in ſecunda, vel in ſecunda, ſed non in tertia, is ne luſtrato plagas, niſi donec in iis dijudicandis ſit בקי *exploratus*, *peritus*, atque in nominibus earum, ſicuti in fine Lege dicitur, *hæc eſt doctrina pro omni plaga lepræ, pro porrigine, pro lepra veſtis, pro domo, pro tumore, pro abſceſſu, & pro papula, ad docendum in die impuritatis, & die puritatis*. Senſus eſt ac ſi dixiſſet, quod nullus Iſraëlita hac in parte quicquam docebit niſi donec peritus ſit in omnibus hiſce ſpeciebus atque in omnibus iis quæ ex Lege Dei obſervanda ſunt; hæc obſerves volo quia miranda ſunt. Cæterum jam mihi dubium fuit de hocce numero ex omnibus iſtis quæ audivi e verbis illius, vel vidi ex illius expoſitione, Deus enim mihi adfuit in hac Miſna recte intelligenda: Itaque me denuo conferam ad illius perfectiſſimam explicationem, auctor vero dicit, *& non in ſecundam, quia ſecunda illius ſeptimana incidit in Sabbatum*, incipit ergo numerus a die ſeptimo ſeptimanæ primæ donec dies ſeptimus duabus cum ſeptimanis ſit conjunctus; pariter ratione trium ſeptimanarum in plagis domuum ſeptimus dies conjunctus ſit cum fine ſeptimanæ ſecundæ, & cum principio tertiæ, hinc duæ ſeptimanæ tredecim dies continebunt, tres vero ſeptimanæ continebunt novemdecim; propterea ſi quis ſecundo die inceperit luſtrare plagam, decimus tertius dies incidet in Sabbatum; ſi die tertio inceperit luſtrare, decimus nonus dies incidet in Sabbatum; ſed hæc capite tertio hujuſce codicis explicantur. Dixit R. Akiba incipiendum eſſe quocunque tempore viſum fuerit ex quo advenerit dies finis alicujus ſeptimanæ die Sabbati, non liceat luſtrare plagam, quia hoc eſt judicium exercere, proinde luſtratio differenda eſt poſt Sabbatum, atque in hac dilatione continetur gravior conditio pro leproſis, vel levior quod exponendum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה כיצד להקל היה בו שער לבן והלך לו שער לבן היו לבנות והשחירו אחת לבנה ואחת שחורה והשחירו

5. Quomodo ad allevandum? ſi in ea ſit pilus albus, & is evanuerit; vel ſi albi ſint pili & poſtea facti nigri; vel unus albus & alter niger, atque deinceps

והשחירו שניהם ארוכות והקצירו אחת ארוכה ואחת קצרה והקצירו שתיהן נסמך השחין לשתיהן או לאחת מהן הקיף השחין לשתיהן או לאחת מהן או חלקן השחין ומחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק היתה בו מחיה (ס"א) והלכה לה המחיה היתה מרובעת ונעשית עגולה או ארוכה מבוצרת ונעשית מן הצד מכונסת ונתפזרה ובא השחין ונכנס בתוכה הקיפה חלקה או מעטה השחין או מחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק היה בו פסיון והלך לו פסיון או שהלכה לה האום או שנתמעטה ואין בזה ובזה כגרים השחין ומחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק חולקין בין האום לפסיון הרי אלו להקל:

ceps ambo nigri facti; vel longi, & poſtea breviores facti; vel unus longus & alter brevis, atque poſtea ambo breviores facti; vel ſi ulcus innitatur ambobus, vel uni ex illis; vel ſi ulcus ambos circumdederit, vel unum ex iis, vel diviſerit eos ulcus, & vitalitas illius, & aduſtio ac vitalitas illius, vel vitiligo in qua vitalitas eſt, quæ poſtea evanuit. Si ea ſit quadrata & poſtca facta ſit rotunda, vel longa; vel ſi ea in medio ſit, & facta ſit e latere; vel collecta, & poſtea diſperſa, & ulcus eam intraverit, vel circumdederit eam, vel diviſerit eam, vel diminuerit eam, ulcus, vel illius vitalitas, aduſtio & illius vitalitas, & vitiligo. Si in ea fuerit diffuſio, atque ea evanuerit, vel ima pars evanuerit', vel diminuta fuerit, ita ut in una atque altera non ſit copia fabæ, tum ulcus & illius vitalitas, aduſtio & illius vitalitas, atque vitiligo dividunt inter imam partem & diffuſionem; hæc dicta ſunto ad allevandum.

R. OB. DE BARTENORA.

היה בו שער לבן *Si in ea ſit pilus albus*, die Sabbati, & ſacerdos eam viderit eamque lepram declaraverit, & plaga iſta poſt Sabbatum evanuerit, hic eſt caſus allevandi; & quamvis ſacerdos eam non declaraverit die Sabbati, ſed poſtquam ea ſe diffuderit poſt Sabbatum, eam mundam dixerit, nihilominus tamen iſte leproſus ſacrificium adducere tenebatur ſecundum jus illius qui omnino leproſus eſt, qui ſanatus eſt, & jam abſolutus a ſacrificio. *Si albi ſint*, ſi die *Sabbati albi facti ſint*, ut plagam declarari oporteat, & craſtino die *nigri facti* fuerint, hic eſt caſus allevandi.

אחת לבנה ואחת שחורה *Unus albus & alter niger*, & ambo poſtea nigri facti, hæc fruſtra dicuntur, nam hic non eſt caſus allevandi, etenim ſive hoc ſive illo modo ſe res habeat, plaga eſt munda; ſed hæc pertinent ad finem, ubi auctor allevandi gratia tradit, *ſi ambo albi facti ſint*. ארוכות והקצירו *ſi longi ſint, & breviores facti*, die Sabbati ſi eſſent longi, ita ut exciderentur forfice, quæ eſt menſura immunditiei, atque inſequenti die breviores facti, hic eſt caſus allevandi.

אחת ארוכה ואחת קצרה *Unus longus & alter brevis*, hæc etiam fruſtra dicuntur, nam ſive res ſe hoc vel illo modo habeat, mundus eſt, ſed hæc ad finem ſpectant, ubi auctor in caſu aggravandi tradit, *& ambo longiores facti*. נסמך השחין לשתיהן *ſi ulcus innitatur duobus pilis*, poſt Sabbatum, at in Sabbato non fuerit ulcus in plaga, nam ſi die Sabbati eam luſtraſſet ſacerdos, tum eam declaraſſet propter pilos albos in papula, at vero cum ulcus venerit poſt Sabbatum & duobus pilis innixum fuerit, vel alterutri, non eſt ſignum immunditiei.

הקיף השחין לשתיהן *Ulcus circumdederit ambos*, vel ſi ulcus duos pilos albos circumdederit, vel unum ex iis. או חלקן השחין *vel diviſerit eos ulcus*, ſi ulcus venerit, vel vitalitas ulceris, vel aduſtio, vel vitalitas aduſtionis, vel vitiligo inter quemlibet pilum; quæ omnia ſigna die Sabbati non venerunt, at poſt Sabbatum, hic eſt caſus allevandi. היתה בו מחיה *ſi in ea ſit vitalitas*, die Sabbati, quod eſt ſignum immunditiei, & ea ſe diffuderit poſt Sabbatum; vel ſi ea quadrata ſit die Sabbati, & idonea ut lepra declaretur, atque poſt Sabbatum facta ſit rotunda, vel longa, jam non eſt ſignum immunditiei; vel ſi vitalitas media ſit die Sabbati in medio papulæ inſtar munimenti in medio urbis, quamobrem idonea erat ut pro lepra declararetur, ſed poſt Sabbatum a latere conſtituta fuerit; vel ſi in Sabbato collecta ſit in copia lentis in uno loco, ſed poſt Sabbatum ſe dilataverit.

ובא השחין ונכנס לתוכה *Et venerit ulcus atque eam intraverit*, ſi nempe die Sabbati illic non ſit ulcus, ſed vitalitas in ſignum immunditiei, ulcus vero plagam intraverit. *Si circumdederit eam, vel diviſerit, vel contriverit*, ſi ulcus non per-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc fundamenta obſerves volo, nempe quod nulla plaga minus habeat quam fabæ copiam, ſed plagæ in pelle carnis pollutæ ſunt in tribus ſignis, qualiacunque fuerint, cujuſmodi ſunt pilus albus, aut vitalitas, aut diffuſio, quorum numerus nobis ſuperius jam relatus eſt. Scias autem quod de pilo albo requiratur ut is ſit in plaga, & non in ulcere, nec in aduſtione, nec in vitalitate aduſtionis & ulceris, nec in vitiligine, ſi nempe hocce ulcus in quo pilus albus eſt, ſit in ipſa plaga; pariter ſi vitalitas ſit in ulcere quod in ipſa plaga eſt, tum hoc non eſt ſignum immunditiei. Similiter nec diffuſio eſſe debet e pelle carnis in ipſo ulcere, vel in vitalitate ulceris, vel in aduſtione, vel in vitalitate aduſtionis, vel in vitiligine, quæ fundamenta omnia tibi exponentur, atque eorum demonſtrationes, poſtquam in plaga renovatum fuerit id quod in tribus hiſce fundamentis ab immunditie eripit donec non ſit ſignum immunditiei, atque hæc levior eſt conditio pro leproſo. Præterea de plagis in carne exiſtentibus requiritur ut undiquaque rotundæ ſint in pelle carnis, donec diffuſio fieri poſſit in omni latere. In Siphra dicitur, ſi ea ſit in pelle carnis donec id quod extra eam eſt prope pellem carnis, idoneum ſit pro diffuſione; etenim ſi plaga ſit vicina capiti, vel barbæ, vel aduſtioni, vel calvitio, tum ea non eſt immunda. Horum vero duorum pilorum in lepra alborum ſignum immunditiei eſt, quando ambo vel unus ex iis ſit brevior iſta menſura quam exponemus inferius, vel ſi nigri ſint, vel in latere ulceris, vel in latere vitalitatis ulceris, vel in ipſo ulcere, vel in ipſa aduſtione, vel in vitalitate aduſtionis, tum plaga non eſt immunda. Vel etiam ſi vel in duobus pilis ulceris, vel in vitalitate ejus, vel in aduſtione, & vitalitate ejus, vel in vitiligine progerminatio aliqua innovata fuerit, tum ea non eſt immunda. Cæterum jam expoſuimus omnium harum plagarum fundamentum, prima vero plaga quæ in corpore viri erat dum is coram ſacerdote ſiſtebatur, אום vocatur, poſtquam vero ea ſe diffuderit latius, פשין vocatur. At vero ſi plaga non accreverit, vel accreverit quidem, ſed radix illius ablata fuerit remanente illius reſiduo, vel aliquo de radice illius una cum incremento illius, tum omne id quod cum incremento remanſerit ſi non habeat fabæ copiam, ea non eſt immunda. Pariter ſi aliquid innovatum ſit, inter radicem & incrementum ex iis in quibus non erat פשין, ſive id ſit incrementum ſive radix, ſive ulcus ſive aduſtio, ſive vitalitas ulceris, vel percuſſio aduſtionis; vel ſi inter radicem & incrementum aliquid innovatum ſit, ſive id ſit ulcus ſive aduſtio, ſive vitalitas ulceris, ſive vitalitas aduſtionis, ſive vitiligo, & ſeparaverit eas, tum leproſus ita liberatur ut non amplius alligatus ſit diffuſioni plagæ, propter id quod in ipſa innovatum eſt. Hoc ſenſu tibi expoſui omnes innovationis caſus in hac Miſna conſiderandos,

perváſerit totam plagam, ſed partem vitalitatis duntaxat, & non habuerit lentis copiam, *ulcus & vitalitas ulceris, aduſtio & vitalitas aduſtionis*, & *vitiligo*, hæc omnia diminutionem confirmant, quæ ulcus minuit ſive vitalitatem ulceris, id eſt, ſi plaga ſit obducta inſtar corticis allii, vel aduſtio & illius vitalitas, hæc omnia ita ſe habent ſi die Sabbati non acceſſerint, ſed poſt Sabbatum venerint. Pariter ſi vitiligo die Sabbati quatuor habuerit ſpecies, & craſtino die lucida facta ſit, diminueritque vitalitatem ulceris, & vitiligo diminuerit vitalitatem, ſicuti traditur in Torat Cohanim, dicitur *caro viva*, & non ulcus, *caro viva*, & non vitiligo.

היה בו הפשיון והלך לו הפשיון *Si in ea ſit diffuſio, & ea poſtea evanuerit*, poſt Sabbatum, nam quod ſe die Sabbati diffuderit, id diem craſtinum ingreditur. או שהלכה האום *vel ſi evanuerit radix*, nam אום notat עקר *radicem* plagæ, ſi nempe radix ita abierit ut פשין tamen remanſerit, vel ſi mixta fuerit radix, inter utrumque non exiſtente copia fabæ.

השחין ומחית השחין *Ulcus & vitalitas ulceris*, ſi nempe in Sabbato etiam ſe diffuderit, & ſacerdos non diſtinxerit inter radicem & diffuſionem die Sabbati, nec ulcus, atque vitalitatem ulceris, inter aduſtionem atque vitalitatem aduſtionis, & vitiliginem, & ſed poſt Sabbatum diſtinctio inter illa facta fuerit; hic eſt caſus allevandi.

randos, & ſigna immunditiei propulſantes, etenim fieri poteſt ut leproſus die Sabbati qui illius ſeptimus eſt dies, ſit immundus, vel ut non procul ſit a declaratione ſacerdotis, & interea temporis aliqua ex hiſce rebus quas enumeravimus, in plaga illius innovata ſit, ut is liberetur reliqua diei parte cum nocte una Sabbati, licet die poſtero alio modo ſe habeat, & tum in iſta mora allevandum eſt, nam die Sabbati leproſus declarari nequit, ſed mora iſta efficiet ut primo die ſeptimanæ declaretur leproſus, ſicuti poſtea docebit auctor. Præterea hæc una eſt e conditionibus vitalitatis, quando illa omnino lentis copiam habet, quod ea quadrata eſſe debeat; pariter e conditionibus vitalitatis eſt quod illa craſſitiem plagæ debeat tangere, & plaga ipſam circumdare, tum vero ſignum immunditiei adeſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit מבוצרת *ſi ea in medio ſit*, ſi vero illa exſtet ad latus plagæ, tum non adeſt immunditiei ſignum; deinde quoque conditio vitalitatis eſt quod copia lentis adhærens conſtituat unum corpus. Cæterum ſi illa hinc inde per plagam diſperſa ſit, licet inter omnes ſit copia lentis, & quamvis omnis illius pars conſpiciatur in plaga, tamen non adeſt ſignum immunditiei. Similiter ſi ulcus ſit diviſum, vel ipſum circumdederit, vel diminuerit, tum non adeſt immunditiei ſignum, niſi donec ea tota collecta ſit, & conſpiciatur in ipſa plaga, & non in vitiligine, neque in ulcere, neque in aduſtione, ſicuti Lex dicit, *ſi vitalitas carnis vivæ ſit in tumore*. Neque in reliquis plagarum ſpeciebus erit ſignum immunditiei, niſi donec ſit in plaga, & non a latere, tum enim erit ſignum immunditiei, ſicuti præfati ſumus, & inferius exponetur.

ו כיצד להחמיר לא היה בו שער לבן ונולד לו שער לבן היו שחורות והלבינו אחת שחורה ואחת לבנה והלבינו שתיהן קצרות והאריכו אחת קצרה ואחת ארוכה והאריכו שתיהן נסמך השחין לשתיהן או לאחד מהן הקיף השחין את שתיהן או את אחת מהן או חלקו (ס"א) השחין ומחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק והלכו להם לא היתה בו מחיה ונולדה בו מחיה היתה עגולה או ארוכה ונעשית מרובעת מן הצד ונעשית מבוצרת מפוזרת ונכנסה ובא השחין ונכנס בתוכה הקיפה חלקה או מעטה השחין או מחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק והלכו להן לא היה בו פיסיון ונולד בו פיסיון השחין ומחית השחין והמכוה ומחית המכוה והבוהק חולקים בין האום לפשיון והלכו להן הרי אלו להחמיר:

6. Quomodo ad aggravandum? ſi in ea non ſit pilus albus, ſed in ea natus fuerit pilus albus; vel ſi nigri ſint, & poſtea albi facti; vel unus niger & alter albus, & ambo albi facti; vel breves & poſtea longi facti; vel unus brevis & alter longus, & poſtea ambo longiores facti; vel ſi ulcus innitatur utrique, vel alterutri; vel ſi ulcus circumdederit utrumque, vel alterutrum; vel ſi ulcus ea diviſerit, vel vitalitas ulceris; aduſtio & illius vitalitas, vitiligo, & illa abierint. Si in ea non ſit vitalitas, ſed poſtea nata ſit in ea vitalitas; vel ſi rotunda ſit, vel longa, & poſtea quadrata facta; vel ſi a latere ſit, & poſtea in medio, vel diſperſa & poſtea colligata, veneritque ulcus & ingreſſum fuerit eam, vel circumdederit eam, vel diviſerit, vel diminuerit, ulcus, vel illius vitalitas, aduſtio vel illius vitalitas, vitiligo, atque illa abierunt: ſi in ea non ſit diffuſio, ſed in ea nata fuerit diffuſio; vel ulcus & illius vitalitas; vel aduſtio & illius vitalitas, & vitiligo, dividunt inter radicem & diffuſionem atque abeunt; hic eſt caſus aggravandi.

R. OB. DE BARTENORA.

נסמך השחין לשתיהן *Si ulcus innitatur ambobus*, ſi id die Sabbati innitatur ambobus pilis, tum non adeſt ſignum immunditiei, quia pilus albus non eſt ſignum immunditiei, niſi quando is ſit in ipſa plaga, & non in ulcere, vel in aduſtione. *Vel ſi ulcus circumdederit ambos*, nam ſi ſacerdos die Sabbati conſpexerit plagam, non declaraſſet eam, & pili abierint poſt Sabbatum, ita ut locus fiſſuræ factus ſit in ulcere & in aduſtione, & veluti cutis carnis facta ſit, cute autem cum carne remanente ſicuti ab initio, & cum pilo albo, ſi tum ſacerdos lepram declaraverit, obtinet caſus aggravandi. חולקין בין האום לפשין *dividunt inter radicem & inter diffuſionem*, quia dividunt die Sabbati inter radicem plagæ & diffuſionem, ea vero abierint poſt Sabbatum, nulla re exiſtente quæ dividit; hic eſt caſus aggravandi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna ſatis clara eſt ſi intellexeris ea quæ ſuperius dicta ſunt, illius enim ſcopus eſt quod die ſeptimo ſive Sabbato, ſi plaga die craſtino innovata ſit, id eſt primo die ſeptimanæ, arguatur plagæ immundities, ut innovatio vitalitatis, pili albi, & diffuſionis; vel ſi una ex hiſce rebus deficiat, quæ leproſum liberant, ut, ſi ſit negotium diei Sabbati, quando ulcus eſt junctum cum papula & reliquis rebus quas expoſuimus, quæ liberant, & poſtea deficiunt hæ liberationes, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, והלכו להן *& abierint ſibi*, id eſt ſi hæc ſigna remota ſint a die Sabbati. Hujuſce rei ratio eſt quod mane ſit primus dies ſeptimanæ, quo is immundus eſt; & hic eſt caſus aggravandi. Præterea tibi in hac Miſna & e ſuperiori expoſitum eſt, quod pilus albus non ſit immunditiei ſignum, niſi is ſit in ipſa plaga; at vero ſi ulcus vel aduſtio ſit in ipſa plaga, & in hocce ulcere ſit pilus albus, vel aduſtio, tum non eſt immunditiei ſignum, proinde ſtatim dicitur, *ſi ulcus innitatur ambobus, vel alterutri* &c. Cæterum oportet ut ſcias quod vitalitas non ſit immunditiei ſignum, niſi ea in papula conſpiciatur,

tur, & plaga eam circumdet undiquaque, atque ut contigua ſit; at ſi vitalitas a latere exiſtat, & veluti carnis vivæ ligulam habeat, tum ea jam extenſa eſt & plagam intravit, & non circumdedit eam undiquaque, tumque non eſt ſignum immunditiei. Porro nec vitalitas ſi ea diſperſa ſit per plagam, eſt immunditiei ſignum, & quando hoc ita ſe habet, jam tibi expoſitum eſt id quod dicitur, collecta & facta a latere, collecta, & diſperſa, quæ omnes ſunt conditiones in vitalitate requiſitæ, ut ea quæ dicuntur, ſi circumdederit eam ulcus, diviſerit, vel contexerit, & id genus alia, ſicuti ſuperiori Miſna expoſitum eſt; hæc in genere dicta ſunto de omnibus fundamentis quibus ſuperſtructum eſt negotium de plagis.

פרק ב בהרת עזה נראית בגרמני כהה והכהה בכושי עזה רבי ישמעאל אומר בני ישראל אני כפרתן הרי הן כאשכרוע לא שחורים ולא לבנים אלא בנוניים רבי עקיבא אומר יש לציירים סממנין שהן צרין צורות שחורות לבנות ובינוניות מביא סם בינוני ומקיפו מבחוץ ותראה כבינוני רבי יהודה אומר מראות נגעים להקל אבל לא להחמיר יראה הגרמני בבשרו להקל והכושי בבינוני להקל וחכמים אומרים זה וזה כבינוני :

Caput 2. Papula fortis conſpicitur in candidiſſimo obſcura, & obſcura conſpicitur in Æthiope fortis. R. Iſmaël dicit, ego ſum expiatio filiorum Iſraëlis, ii ſunt ut ulmi, non nigri nec albi, ſed medii. R. Akiba dicit, pictores habent colores quibus pingunt formas nigras, albas, & medias, adducit auripigmentum medium, idque exterius circumdat ut appareat ac ſi medium eſſet. R. Jehuda dicit; ſpecies plagarum allevandæ ſunt, at non aggravandæ, ſpecies candidiſſima in carne illius videtur ad aggravandum, Æthiopica vero ſpecies in media allevanda eſt. Sapientes dicunt, utraque eſt ut media.

R. OB. DE BARTENORA.

גרמוני Notat colorem candidiſſimum; cæterum in papula nivis colorem habente conſpicitur obſcuritas quædam, quia albedo illius major eſt, quam ea quæ in carne eſt, idcirco talis leproſus abſolvitur. והכהה בכושי & *obſcuritas in Æthiope*, is color fortior eſt, quia caro Æthiopis nigra eſt, idcirco talem leproſum includunt, quia nos ſequimur conditionem illius quod videtur. בית ישראל אני כפרתן *Ego domus Iſraëlis expiatio ſum*, pro amore ſuo ita locutus eſt R. Akiba, ac ſi dixiſſet, omnem pœnam quæ domui Iſraëlis continget, eam ego expiandam ſuſcipio, quia ſunt medii, & non declinant in alterutram extremitatem, proinde non albi, nec nigri, ſed inſtar arboris אשכרוע quæ nec alba eſt, nec nigra; אשכרוע notat ſpeciem cedri, barbare Boſſo. Targum autem vocem Hebraicam תאשור vertit per אשכרוע videſis Jeſ. 41, 4. Cæterum verba R. Iſmaëlis eo ſpectant, quod iſta re qua purificatur unus leproſus, eadem quoque omnes purificantur, & qua re unus polluitur, eadem & alter polluitur. Sed R. Iſmaël & R. Akiba illud confirmant de uno qui pollutus eſt. ציירין ſunt opifices, qui figuras pingunt in ornatum. כבינוני *ut medium*, ut auripigmentum medium. *Species plagarum allevandæ ſunt*, ſententia R. Jehudæ expoſita eſt in Torat Cohanim, ubi dicitur quod Lex uno in loco dicat בעור בשרו in altero autem בעור הבשר unde colligimus in ſpeciebus plagarum allevandum eſſe, ſed non aggravandum; at quomodo? ſi viderit colorem plagæ candidiſſimum, tum allevandum eſt; & cum ſequimur id quod dicit, in carnis illius pelle, & Æthiops ut medius ad allevandum, hinc ſequimur id quod dicitur, in pelle carnis. זה וזה כבינוני *hic & ille eſt ut medius*, candidiſſimus nempe & Æthiopicus color, ita ſentit R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גרמוני Notat colorem candidiſſimum, & denominatur ita ab oſſe quod גרמה vocatur, & hoc ſenſu papula in corpore albiſſima videtur obſcura, & ſic papula obſcure alba conſpicitur in ipſa nigredine albiſſima. Senſus vero illius quod dicitur, *ego ſum expiatio filiorum Iſraëlis*, eſt quod is in ſe recipiat redemptionem eorum, & hac formula uſus eſt R. Akiba ad vehementem ſuum amorem exprimendum, etenim quando is memoraſſet æqualitatem ſpecierum, amplificavit ſtudium ſuum in Iſraëlitas, dixitque, *ego ſum expiatio eorum.* אשכרוע eſt ſpecies cedri, quæ colorem medium habet ſpeciei inter album & nigrum, & vocatur אלבקא: ſed Targum illa verba בראש תדהר וכו׳ vertit per מורניגם אשכרוע videſis Jeſ. 41, 4. Dicitur autem *ſpecies plagarum* in ſtatu regiminis reſpectu corporis in quo plaga eſt, eodem modo dicitur, בעור בשר *in pelle carnis*; ſed alia phraſis occurrit præter ſtatum regiminis, ita dicitur, בעור הבשר *in pelle carnis.* R. Jehuda dicit, ſpecies plagarum in principio habet caſum allevandi, ſicuti explicat quod ea innititur pelli carnis illius, quia hac in parte levior conditio eſt, & non innititur corpori, ſi hic ſit gravior conditio. Quando auctor dicit, ſpecies גרמני in carne ejus, hic eſt conditio levior; ſic etiam in nigerrima & in media. Sapientes vero dicunt, conditio omnis hominis eſt in media ſpecie, ſed quæ in pelle carnis eſt, ea media eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב אין רואים הנגעים בשחרית ובין הערבים ולא בתוך הבית ולא ביום המעונן לפי שהכיהה נראית עזה ולא בצהרים לפי שעזה נראית כהה אימתי רואין בשלש בארבע ובחמש ובשבע (ס״א מה״רס) ובשמונה ובתשע דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בארבע בחמש בשמנה ובתשע :

2. Non luſtrant plagas mane, nec inter duas veſperas, neque in domo, neque die luctus, quia contractio tum fortis videtur; nec meridie, quia fortis videtur contractio; quando igitur luſtrant? hora tertia, quarta, quinta, ſeptima, octava, & nona, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, quarta, quinta, octava & nona.

R. OB. DE BARTENORA.

אין רואין את הנגעים בשחרית *Non luſtrant plagas mane*, hoc enim non docet Lex, ubi dicitur, *pro omni ſpecie oculi ſacerdotis*, ſicuti ergo ſacerdos lumine oculorum deſtitutus nequit videre plagas, ita quoque eo die qui luce caret, non luſtrant plagas. R. Jehuda dicit, luſtrant quarta, & quinta hora &c. deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בין הערבים *Inter duas veſperas*, tempore pomeridiano. צהרים notat diei dimidium tam ante quam poſt meridiem; cæterum quod plagarum ſpecies die, & non nocte conſpiciuntur, id Legi de plagis loquenti eſt conforme. Quæritur in Siphra, forſan omnis ſpecies diei eſt legitima? nequaquam, etenim Lex dicit, *pro omni ſpecie oculi ſacerdotis*, per oculos ſacerdotis ergo excipitur tempus quo lux diei obſcurata eſt; hinc dixerunt, non luſtrant plagas mane &c. deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג כהן הסומא באחד מעיניו או שכהה מאור עיניו לא יראה את הנגעים שנאמר לכל מראה עיני הכהן בית האפל אין פותחין בו חלונות לראות את נגעו :

3. Sacerdos uno oculo cœcus, vel uno oculo luſcus, non luſtrat plagas, ſicuti dicitur Levit. 13, 12. *Quamcunque luſtraverint oculi ſacerdotis.* In domo caliginis non aperiunt feneſtras ad plagam inſpiciendam.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פותחין בו חלונות *Non aperiunt in ea feneſtras*, quia dicitur כנגע נראה לי *quaſi plaga mihi videtur*, non dicitur, pro lucerna mea; hinc doctores dixerunt, in domicilio caliginis non aperiunt ſacerdoti feneſtras.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit, vel ſi obſcuratum ſit lumen oculi ejus, ſi nempe viſus ita debilitatus ſit ut ſacerdos non recte inſpicere poſſit plagam. Dixit autem Lex de lepra ædium, capite Levit. 14, 35. *veluti plaga mihi in domicilio eſſe videtur*, ſi nempe ſponte conſpiciatur plaga, poſtquam ſacerdos eam intuitus eſt; ita quoque dixerunt, mihi & non luci meæ; hinc dixerunt, in domo obſcura non aperiunt feneſtras ad plagam inſpiciendam.

ד כיצד ראיית הנגע האיש נראה כעודר וכמוסק זיתים האשה כעורכת וכמניקה את בנה כאורגת בעומדין לשחי ליד הימנית רבי יהודה אומר אף כטווה בפשתן לשמאלית כשם שנראה לנגעו כך הוא נראה לתגלחתו :

4. Quomodo fit luſtratio plagæ? vir quaſi ſarrire videtur, & ſicuti deſtrictor olearum, mulier ut diſponens panem, & ſicuti ea quæ lactat filium ſuum, ſicuti texens quæ ſtando elevat axillam manus dextræ. R. Jehuda dicit, etiam ut ea quæ net linum manu ſiniſtra, ſicuti luſtratur plaga illius, ita quoque luſtratur raſura illius.

R. OB. DE BARTENORA.

בעודר וכמוסק *Ut ſarriens & deſtringens*, etenim ii qui ſarriunt, ſolent pedes ſuos ſeparare, qui vero deſtringunt olivas, ii brachia ſua elevant; porro per עודר hic intelligitur is qui in terra effodit, per מוסק vero eum qui olivas colligit. כעורכת *ut ea quæ diſponit*, panem nempe, ea pedes ſeparare ſolet. וכמניקת את בנה *& ut ea quæ lactat filium ſuum*, ratione ſpatii quod eſt ſub mamma, qui enim locus tunc temporis conſpicitur, is non habetur pro loco ſecreto.

כאורגת בעומדים לשחי הימנית *Ut ea quæ net & ſtando elevat axillam manus dextræ*, elevat enim manum dexteram ſuam ad id quod net, atque hoc modo locum ſub axilla retegit. כטווה בפשתן ut ea quæ linum net, quæ net, ea elevat manum ſiniſtram axillamque retegit; qui autem locus hoc modo non conſpicitur, is בית הסתרים *locus ſecretus* vocatur: Lex vero dicit, *quamcunque luſtraverint oculi ſacerdotis*, hinc excipiuntur loca ſecreta. לתגלחתו *pro raſione illius*, nam die purificationis lavari debet: præterea mentio fit capitis, barbæ, & altitudinis oculorum leproſi, quæ omnia ſita ſunt in loco ubi collecti ſunt pili, ita quoque omnis locus in quo pili collecti ſunt, a ſacerdote luſtrandus eſt, locis ſecretis exceptis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De ſpeciebus plagarum dixit Lex commate decimo tertio, *quamcunque luſtraverint oculi ſacerdotis*, ergo non requiritur ut ſacerdos leproſi corpus & membra palpitet, donec plaga detegatur, vel caro viva. Si vero nudus ſit leproſus & conſiſtat coram ſacerdote, tum omnis locus qui conſpicitur ab ipſo, quocunque modo ſtet, pollutus eſt in plagis; porro exponit auctor de ſtatione dicitque, quod vir leproſus quovis modo ſtare poſſit, ut, ſi ſtet ut arans quem vocamus עודר *ſarrientem*, vel ut חובט זיתים *excutiens olivas*, qui מוסק *diſtrictor* dicitur, ſi igitur leproſus alterutro ſtandi modo luſtretur, tum immundus eſt plagis. Mulier vero nuda erit, & in terra conſidebit, atque membra ſua extendet ut ea quæ depſit vel ut ea quæ lactat filium ſuum. Quæ vero net, ea manum ſuam dextram protendit, donec axilla retegatur, etenim fieri nequit quin ea quæ net, manum ſuam extendat dextram hoc modo. R. Jehuda dicit, quod etiam ſedet in modum illius quæ net linum, & manum trahit ſiniſtram, donec ea axillam ſuam retegat, nam fieri nequit quin ea quæ net, trahat manum ſuam ſiniſtram ſecundum hanc mutationem; quicunque vero locus in viro conſpicitur ſecundum duas illas ſtationes, vel in corpore mulieris, is ratione plagarum luſtrari debet, propterea Lex dicit, *quamcunque inſpexerint oculi ſacerdotis.* Pariter reſpectu temporis quo leproſus abraditur poſt purificationem ſuam, *& abradet omnes pilos ſuos*, inde colligimus quod ea loca quæ non conſpicua ſunt, non radenda ſint, quando leproſus uno ex hiſce modis luſtrandus eſt.

ה כל הנגעים אדם רואה חוץ מנגעי עצמו רבי מאיר אומר אף לא נגעי קרוביו כל הנדרים אדם מתיר חוץ מנדרי עצמו רבי יהודה אומר אף לא נדרי אשתו שבינה לבין אחרים כל הבכורות אדם רואה חוץ מבכורות עצמו :

5. Omnes plagas homo luſtrat ſuis plagis exceptis. R. Meyr dicit, nec plagas proximi ſui. Omnia vota homo diſſolvit, ſuis votis exceptis. R. Jehuda dicit, nec vota uxoris ſuæ, nec ea quæ inter ipſam & alios. Omnia primogenita luſtrat, primogenitis ſuis exceptis.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי מאיר אומר אף לא נגעי קרוביו *R. Meyr dicit, neque plagas proximi ſui*, nam lites ſimiles ſunt plagarum, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 21, 5. כל ריב וכל נגע ſicuti ergo lites non ſunt decidendæ pro propinquis, ita nec plagæ; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr. *Votis ſuis exceptis*, quia ſcriptum eſt Num. 30, 3. לא יחל דברו ipſe ergo non condonat, ſed alii ei condonant. *Nec vota uxoris ſuæ, quæ inter ipſam ſunt & alios*, qualia ſunt vota quæ non ſunt ad animam affligendam; ea vero vota quæ non inter maritum & uxorem facta ſunt, inquirenda ſunt a Sapiente quodam, forſan autem in caſu uxoris Sapiens allevabit, & non bene inquiret. Sed per ſe non poterit diſſolvere, licet Sapiens probatus ſit, cum is conjungi poſſit cum tribus idiotis, etenim quia illi ſunt tres, non ſuſpicandum eſt quod ii forſan non recte inquirent. *Omnia primogenita humana luſtrat*, an ea comedi poſſint cum vitiis ſuis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt de primogenitis vitiatis, quod ſi vitia innovata ſint in primogenito, id comedi poſſit cum vitiis ſuis, & non offerri in altare; & præterea in hoc caſu omnes conditiones expoſitæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Meyr.

פרק ג הכל מיטמאין בנגעים חוץ מן העכו״ם וגר
תושב הכל כשרים לראות את הנגעים אלא
שהטומאה והטהרה בידי כהן אומרים לו אמור טמא
והוא אומר טמא אמור טהור והוא אומר טהור אין
רואין שני נגעים כאחד בין באיש אחד ובין בשני
אנשים אלא רואה את האחד ומסגירו ומחליטו
ופוטרו וחוזר לשני אין מסגירין את המוסגר ולא
מחליטין את המוחלט אין מסגירים את המוחלט ולא
מחליטין את המוסגר אבל בתחלה בסוף שבוע המסגיר
מסגיר והמחליט מחליט מסגיר ופוטר מחליט ופוטר:

Caput 3. Omnes polluuntur plagis, peregrinis exceptis, & peregrino inquilino. Omnes legitimi ſunt ad plagas luſtrandas, niſi quod immundities & mundities dependeant a ſacerdote. Dicunt ei, dic, *immundus eſt*, & is reſpondet, immundus; dic, *mundus eſt*, & is reſpondet, *mundus.* Duas plagas non ſimul luſtrant, ſive eæ ſint in uno viro, ſive in duobus, ſed unam luſtrat, & poſtea vel includit, vel declarat, vel dimittit; tum denuo ad ſecundam ſe confert. Non includunt incluſum, nec declaratum declarant, nec declaratum includunt, nec incluſum declarant. Sed ab initio, in fine ſeptimanæ incluſor includit, declarator declarat, includit & dimittit, declarat & dimittit.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מיטמאין *Omnes polluuntur*, licet parvulus ſit unius diei, hoc colligimus ex eo quod Lex dicit, איש צרוע *vir leproſus*, ac ſi in genere ſcriptum eſſet, *homo ſi in pelle carnis illius ſit.* הכל כשרים לראות את הנגעים *omnes poſſunt luſtrare plagas*, etſi in iis non peritus ſit, vel in nominibus earum, ſi Sapiens quiſpiam cum ipſo luſtret; ſed inter illum & ſe ipſum, ſi in iis non ſit exploratus, nec in nominibus eorum, tum non luſtrat plagas.

שהטומאה והטהרה ביד כהן *Quia immundities & mundities dependet a ſacerdote*, Iſraëlita Sapiens luſtrat plagam & poſtea dicit ſacerdoti, qui licet ſtultus ſit, dicit, immundus tu ſis, vel mundus tu ſis. *Sive in uno viro, ſive in duobus viris*, ſi duæ plagæ natæ ſint in uno viro, vel in duobus viris, ſacerdos tamen eas non luſtrat una vice, quia ſacerdos duas plagas non recte ſimul luſtrare poteſt. ומסגירו *& includit eum*, ſi is includendi poteſtatem habeat, ut, ſi unam e quatuor habeat ſpeciebus. ומחליטו *& declarat eum*, ſi idoneus ſit ut poſſit declarari, ut, propter pilum album, vel vitalitatem. וחוזר לשני *& redierit ad ſecundam*, ex quo prima plaga nata eſt antequam ſacerdos primam incluſerit, vel leproſum declaraverit.

אין מסגירין את המוסגר *Non includunt occluſum*, pariter nec incluſum pronunciant leproſum; nam ſi cum una plaga incluſus ſit, & poſtea altera plaga nata fuerit, ita ut aptus ſit ut includatur, vel leproſus declaretur, non competit ei, & ſi ſanatus ſit a prima, tum plaga ſecunda non obnoxia eſt legi illius qui includi, vel illius qui leproſus declarari debet, niſi donec ei competat.

אבל בתחלה בסוף שבוע וכו׳ *Sed in principio in fine ſeptimanæ &c.* ſi in principio ſeptimanæ nata ſit plaga ſecunda, antequam prima incluſa eſſet, tum primam atque alteram plagam includit; pariter ſi in fine ſeptimanæ primæ conſtiterit plaga prima in oculis ſacerdotis, tum includit eum & denuo includit ob plagam ſecundam. מסגיר ופוטר *includit & liberat*, primam includit & ſecundam dimittit. מחליט ופוטר *declarat & dimittit*, primam plagam declarat, & ſecundam dimittit ſive liberat; contra etiam includit & declarat, declarat & includit, dimittit & includit, dimittit & declarat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per vocem הכל *omnes*, etiam ſervi & minorennes includuntur, licet unius diei nati ſint, & ii polluuntur plagis, ſed tu legem de plagis ita in genere loquentem invenies, *& includet eum ſacerdos, immundum omnino eum pronunciabit, & mundum eum pronunciabit*; ſed ſacerdos dicit jus de incluſione, declaratione, & dimiſſione ſacerdotis. Scias autem quod ſacerdos profanatus, ſit ineptus ad plagas inſpiciendas, quia Lex dicit, *vel unus ex iis qui ſunt ſacerdotes*, noſti autem quod filii Aharonis ſint ſacerdotes; eſt autem Legis intentio tales eſſe debere qui ſacerdotio funguntur, quibus excipiuntur profanati. Porro quando Lex dicit, *& videbit ipſam ſacerdos*, inde colligimus quod ſacerdos non luſtrabit præter plagam unam, ſed poſtquam eam viderit & de ea judicaverit, tum plagam ſecundam denuo luſtrabit. Pariter ſi duæ ſint plagæ in uno viro, tum eas ſimul non luſtrabit, quia Lex dicit, *& videbit ſacerdos plagam.* Cæterum quando auctor Miſnicus dicit, *ab initio, & in fine ſeptimanæ* &c. illius dicti ſenſus eſt, quod hæcce jura omnia in principio tantum in uſu ſunt, quando coram ſacerdote ſiſtitur, qui tum dimittit, vel includit, vel declarat, vel in fine ſeptimanæ, tam primæ quam ſecundæ, ex quo eum ſecundæ incluſioni alligavit. Verum ſi incluſerit, vel declaraverit, vel dimiſerit ante perfectionem ſeptimanæ, vel poſt eam, tum hæc non quadrant, eo quod Lex judicavit, luſtrationem fieri debere in principio rei, vel in fine ſeptimanarum. Quando auctor dicit, *non includunt declaratum*, ejus ſenſus eſt quod poſtquam innovata eſt plaga, incluſio contingit in tempore declarationis, idcirco non includetur, cum hoc prohibitum ſit, quia Lex dicit, *non includet eum, quia immundus eſt.* Pariter eum non declarant leproſum eo tempore quo jam declaratus eſt, ex quo una plaga innovata eſt, ordo quoque immutandus eſt, & non declarabit plagam quæ apta eſt ut declarari poſſit in tempore incluſionis, proinde ſacerdos non includet in tempore incluſionis ob unam plagam. Cæterum in Siphri jam quæſitum eſt hoc ſenſu, forſan uno tempore ei dicendum eſt, ſive in principio, ſive in fine ſeptimanæ ſit, en tu cum hac plaga incluſus ſis; vel cum iſta plaga declaratus ſis, vel contra, vel poſtquam unus ex hiſce modis innovatus fuerit, ſicuti convenit pro una plaga, tum id ſufficiat ſacerdoti. Notum vero ei eſſe debet quid aptum ſit pro plaga ſecunda, videlicet dum una plaga incluſa eſt, vel dum ea declarata eſt. Senſus vero illius quod dicit, *includit & dimittit*, eſt quod ſi iſta plaga exiſtat in principio vel in fine ſeptimanæ, dicatur leproſo, en tu incluſus ſis ob hancce plagam, vel dimiſſus; vel ei dicendum eſt, en tu declaratus ſis, vel dimiſſus ab hac plaga. Cæterum in Toſaphta jam expoſitum quod ſenſus verborum, *ſi ſacerdos plagam ab initio inſpexerit*, ſit, quando ſacerdos eam in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſecundæ luſtraverit, tum is includit, vel dimittit. Si vero ſacerdos primus obierit, tum plagam luſtrat ſacerdos ſecundus, & poſtquam ſacerdos inſpexerit plagam, eamque incluſerit, & poſtea obierit ſacerdos, tus jus diffuſionis jam ablatum eſt; cætera noveris per ſimilitudines ex iis quæ præceſſerunt. Præterea ſuperius jam dictum eſt quod nemo inſpicere debet plagas niſi aſſuetus ſit ad omnes ſpecies dignoſcendas, ſicuti in Toſaphta expoſitum eſt, ubi dicitur donec in iis בקי *exploratus* fuerit, & in nominibus earum. Et in Siphra dicitur, id quod in Lege dicitur, *ad docendum in die immundi*, indigitat, quod nemo luſtrare debeat plagas niſi a magiſtro ſuo edoctus ſit.

ב חתן שנראה בו נגע נותנין לו שבעת ימי המשתה
לו ולביתו ולכסותו וכן ברגל נותנין לו כל ימות
הרגל:

2. Si in ſponſo conſpecta ſit plaga, tum ei ſeptem dies convivii concedunt, ei, domui ejus, & veſtimento ejus; pariter in feſto concedunt ei omnes dies feſti.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין לו שבעת ימי המשתה *Concedunt ei ſeptem dies convivii*, quia Lex dicit, *in die dum videt eam*, itaque cum dixerit Lex הראות & præterea יום inde colligitur quod dies ſit quo inſpicitur plaga, & quod aliquando dies ſit quo non inſpicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *Et præcipiet ſacerdos ut everratur domus*, etenim jam expectaverat aliquod tempus donec everratur quicquid in domo eſſet; poſtea vero ſacerdos videbit, & judicabit. Dicitur in Siphra, ſi expectent rem licitam, non expectabunt rem præcepti, idcirco ſponſus præcepto fructificationis & multiplicationis deditus, vel alius quis feſtis operam dans ſecundum præcepta, expectabit donec tranſierit feſtum, vel dies nuptialis. Pariter nec domum talis hominis, nec veſtes illius, ſi quæ plaga lepræ in iis innovata ſit, non luſtrabit ſacerdos niſi poſt feſtum, vel dies nuptiales, ne aliquo modo moleſtia afficiatur.

ג עור הבשר מיטמא בשני שבועות ובשלשה סימנין בשער לבן ובמחיה ובפסיון בשער לבן ובמחיה בתחלה ובסוף שבוע ראשון ובסוף שבוע שני לאחר הפטור ובפסיון בסוף שבוע ראשון ובסוף שבוע שני לאחר הפטור ומיטמא בשני שבועות שהן שלשה עשר יום:

3. Pellis carnis polluitur in duabus ſeptimanis, & tribus ſignis, pilo albo, vitalitate, & diffuſione; pilo albo, & vitalitate in principio, in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem: diffuſione vero in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem; polluitur autem duabus ſeptimanis quæ tredecim dies ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

עור הבשר *Pellis carnis*, in qua una e quatuor ſpeciebus cernitur. בתחלה *ab initio*, quando ad ſacerdotem delatus eſt, tum is abſque incluſione polluitur pilo albo, & vitalitate; ſed diffuſione non polluitur niſi ad finem ſeptimanæ primæ, vel ad finem ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem. Nam ſi poſt finem ſecundæ ſeptimanæ, quando plaga conſtiterit in oculis ſacerdotis, & is propterea leproſum dimiſerit, ſe denuo diffuderit plaga, & ſacerdos eum tredecim dies declaraverit, quia dies ſeptimus ſeptimanæ primæ partim ad antecedentem, partim vero ad ſequentem ſeptimanam pertinet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor *in duabus ſeptimanis*, ſenſus eſt, quod poſtquam leproſus in unam atque alteram ſeptimanam conſtitutus eſt coram ſacerdote, Levit. 13, 5. in pelle carnis, Lex dicat, *& includet eum ſacerdos ſeptem dies ſecunda vice.* Hæc vero omnia ſigna quæ auctor Miſnicus recenſet, in Lege memorata ſunt, ut, *ſi pilus in plaga albus factus ſit, tum eum declarabit immundum:* & porro, *ſi diffuderit ſe abſceſſus in pelle, tum ſacerdos eum immundum pronunciabit*; & deinceps, *ſi vitalitas carnis vivæ ſit in plaga, lepra inveterata eſt*; ſi nempe in Lege nihil expoſitum ſit de vitalitate carnis vivæ. Cæterum quicquid dicitur de papula, id etiam de tumore debet intelligi, & contra, ſicuti in principio codicis diximus; pariter cum reliquis plagarum ſpeciebus comparatum eſt, & præterea exponetur, quod ob unamquamque e quatuor ſpeciebus leproſus ſit immundus; proinde ſi quid de colore rubicundo mixtum ſit eum ea, ſicuti in principio codicis oſtenſum eſt, quando de aliqua ſpecie quid innovatum fuerit in corpore una ex hiſce tribus rebus, nempe vel pilo albo, vel vitalitate, vel diffuſione in pelle, tum immundus eſt vir iſte, ſive ſacerdos hanc diffuſionem inſpexerit in principio, ſive in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem. Sed jam expoſuimus quod diffuſio in principio non ſignatur; expoſuimus etiam quod duæ ſeptimanæ tredecim dies habeant, & quod primæ ſeptimanæ dies ſeptimus ad præcedentes & ſequentes dies referendus ſit, ſicuti capite primo dictum eſt.

ד השחין והמכוה מטמאים בשבוע אחד ובשני סימנין בשער לבן ובפסיון בשער לבן בתחלה בסוף שבוע לאחר הפטור ובפסיון בסוף שבוע לאחר הפטור ומיטמאים בשבוע אחד שהוא שבעת ימים:

4. Ulcus & aduſtio polluuntur in ſeptimana una, & duobus ſignis, nempe pilo albo, & diffuſione; pilo albo in principio, in fine ſeptimanæ poſt dimiſſionem; diffuſione vero in fine ſeptimanæ poſt dimiſſionem, & polluuntur in ſeptimana una, quæ ſeptem dies habet.

R. OB. DE BARTENORA.

השחין והמכוה מיטמאין בשבוע אחד *Ulcus & aduſtio polluuntur in una ſeptimana*, reliquæ enim plagæ duas habent incluſiones, nempe ſi non diffuderit ſe plaga in ſeptimana prima, nec in ea natus ſit pilus albus, tum dimittat eum ſacerdos; quod autem hic voce מיטמאים utitur auctor, ejus ratio eſt quod poſtquam hæ duæ plagarum ſpecies venerunt in fine ſeptimanæ unius, hic vir ſit immundus, ſin minus, mundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex de ulcere & vitalitate non judicat, quando in iis lepra innovata eſt in incluſione ſecunda; ſed incluſio ſeptem dierum duntaxat iis injungitur, quatenus incluſio neceſſaria eſt, ſeptimana vero præterlapſa ſacerdos eum declarat, vel liberat, non memorata vitalitate. Lex vero dixit de plaga ulceris, *& ſi pilus factus ſit albus*, & amplius, *& ſi ea diffuderit ſe per pellem*; de vitalitate vero pronunciavit vocem אש ignis; ſin autem pilus albus factus fuerit in papula, tum de ea pronunciat, ſi ea omnino ſe diffuderit in pelle. Cæterum non requiritur ut auctor ubique exponat, quod diffuſio poſt tempus aliquod duntaxat venire poſſit, & non intra ſeptimanam, ſicuti pro fundamento poſuimus.

ה הנתקים מיטמאין בשני שבועות ובשני סימנים בשער צהוב דק ובפסיון בשער צהוב דק בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור ובפסיון בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור

5. Porrigines polluuntur duabus ſeptimanis, & duobus ſignis, nempe pilo aureo minuto, & diffuſione; pilo aureo minuto in principio, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem; diffuſione autem in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem, &

הפטור ומיטמאים בשני שבועות שהן שלשה עשר יום׃

& polluuntur duabus ſeptimanis, quæ tredecim habent dies.

R. OB. DE BARTENORA.

נתקים Sunt plagæ quæ capiti accedunt, vel barbæ. *Pilo aureo minuto in principio*, ſi in principio ei natus ſit pilus aureus, declaret eum. Per צהוב *aureum* hic intelligitur color qui ſimilis eſt auro. *In fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ*, ſi ea in fine ſeptimanæ primæ ſe diffuderit, vel pilus albus ei natus fuerit, declaret eum ſacerdos, ſin minus, includat eum ſecunda vice; ſi vero in fine ſeptimanæ ſecundæ ſe diffuderit, vel pilus aureus ei natus fuerit, declaret eum pro leproſo, ſin minus, dimittat eum; ſi vero poſt dimiſſionem diffuderit ſe, vel pilus albus ei natus fuerit, declaret eum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתקים Sunt plagæ capitis, & hoc eſt quod in Lege ſcriptum eſt, *porrigo eſt* &c. Præterea Lex de eo qui porrigine affectu eſt, dicit, *& includet eum ſeptem dies ſecunda vice.* Porro meminit ſigni immunditiei, in quo pilus aureus minutus eſt, dicitque, *ſi omnino ſe diffuderit plaga in pelle.*

ו הקרחת והגבחת מיטמאות בשני שבועות ובשני סימנים במחיה ובפשיון במחיה בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור ובפסיון בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור ומיטמאות בשני שבועות שהן שלשה עשר יום׃

6. Calvitium & recalvatio polluuntur duabus ſeptimanis, & duobus ſignis, vitalitate nempe & diffuſione, vitalitate in principio, in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem; diffuſione autem in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſecundæ poſt dimiſſionem, & polluuntur duabus ſeptimanis, quæ tredecim dies ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בקרחת או בגבחת *Calvitium & recalvatio*, inferius capite decimo exponit auctor quid ſit calvitium & recalvatio. במחיה ובפשיון *vitalitate & diffuſione*, ſed per pilum album non polluuntur, eo quod iſtis in locis pilus albus non effloreſcit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac Miſna mentio fit plagarum in calvitio & in recalvatione innovatarum, de quibus Lex dicit, *ut ſpecies lepræ in pelle carnis*, ſicuti ergo lepra in pelle carnis polluitur vitalitate & diffuſione, & duabus ſeptimanis, ita quoque hæc lepra, quæ in calvitio vel in recalvatione eſt; ſed hic non deſcriptus eſt pilus albus, quia calvitium & recalvatio ſunt loca quæ non habent pilos.

ז הבגדים מיטמאים בשני שבועות ובשלשה סימנים בירקרק ובאדמדם ובפשיון בירקרק ובאדמדם בתחלה בסוף שבוע ראשון ובסוף שבוע שני לאחר הפטור ובפשיון בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור ומיטמאים בשני שבועות שהן שלשה עשר יום׃

7. Veſtes polluuntur duabus ſeptimanis, tribuſque ſignis, viridi nempe & rubicundo, & diffuſione; viridi autem & rubicunda ab initio, in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem; & diffuſione in fine ſeptimanæ primæ & in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem, & polluuntur duabus ſeptimanis, quæ tredecim ſunt dierum.

R. OB. DE BARTENORA.

בירקרק ובאדמדם *Viridi & rubro*, quod auctor colorem viridem & rubrum ſtatuit immunditiei ſigna eſſe in veſtibus & domibus, & non ſtatuat quatuor ſpecierum eſſe aliquod immunditiei ſignum, ſicuti in pelle carnis, ejus ratio eſt quod quatuor ſpecies in pelle carnis exiſtentes, licet in pelle durent aliquot annos, tamen non declarantur pro lepra abſque pilo albo, abſque diffuſione, & abſque vitalitate; de veſtibus autem, ſi in iis color viridis vel ruber conſiſtat per duas ſeptimanas, licet plaga ſe non diffuderit, ſcriptum eſt, *igne combures eas*, idcirco veſtibus tribuitur ſignum immunditiei. Sic etiam in domibus, tres ſeptimanæ conſiderandæ ſunt, quotieſcunque plaga redierit, ſive ea e viridi facta ſit rubra, vel contra, Lex de ipſa dicit, *& diruet domum*, perinde ac ſi ea ſe diffudiſſet, proinde ſignum immunditiei ei tribuit. *Poſt dimiſſionem*, ut, ſi contraxerit ſe plaga, ſi plaga redierit poſtquam domum exuſſerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex quod veſtes pollutæ habeantur coloribus lepræ viridibus & rubicundis, & quod ſi omnino ſe diffuderit plaga in veſte, includat eum ſacerdos ſeptem dies ſecunda vice.

ח הבתים מיטמאים בשלשה שבועות ובשלשה סימנין בירקרק ובאדמדם ובפשיון בירקרק ובאדמדם בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני בסוף שבוע שלישי לאחר הפטור ובפשיון בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני בסוף שבוע שלישי לאחר הפטור ומיטמאין בשלשה שבועות שהן תשעה עשר יום אין בנגעים פחות משבוע אחד ולא יותר על שלשה שבועות׃

8. Domus polluuntur tribus ſeptimanis, tribuſque ſignis, ut viridi, rubicundo, & diffuſione; viridi & rubicundo ab initio, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, & in fine ſeptimanæ tertiæ poſt dimiſſionem; & diffuſione in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, & in fine ſeptimanæ tertiæ poſt dimiſſionem; & polluuntur tribus ſeptimanis, quæ novemdecim comprehendunt dies; in plagis non conſideratur tempus quod minus quam unam ſeptimanam, vel plus quam tres ſeptimanas continet.

R. OB. DE BARTENORA.

Qui novemdecim dies ſunt, dies primus & ſeptimus ſeptimanæ mediæ ad priores & poſteriores dies referri debent. *Si*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 14, 3. *Profunditates fœdæ, virides, aut rubicundæ*; & porro de iiſdem plagis ædium dicit, *ſi plaga ſe*

Si minus ſit quam una ſeptimana, ut ulcus & illius aduſtio. *Tres ſeptimanæ*, quæ in domuum plagis obtinent.

ſe diffuderit in parietibus domus. Sed de tribus ſeptimanis Lex non clare ſe exprimit, attamen res e Lege colligitur, etenim poſtquam Lex dixit, *& occludet domum ſeptem dies*, poſtea dicit, quod ſi plaga inveniatur in additamento, ita ut hi lapides decorticentur luto remoto, tum domus ſecunda vice illinenda eſt, hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& pulverem alium ſumet domumque illinet*; præterea alio in loco dicitur, *veniet ſacerdos & luſtrabit, ſi plaga tum diffuderit ſe per domum* &c. quæ verba ſecundum vetuſtiſſima Tradita intelligenda ſunt de lepra quæ in domicilium redit poſtquam id illinitum eſt, quia tum non requiritur diffuſio. At vero poſtquam plaga lepræ conſpecta fuerit in domicilio, deſtruetur domus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur Levit. 13, 52. *Lepra pungens eſt*, quæ ita per argumentum a pari intelligas, quod non ſit plaga ממארת *pungens* quæ dicta eſt de veſtibus? quæ polluit id quod rediit, etſi non diffundat ſe; ita etiam lepra de domibus dicta polluit id quod rediit, etſi non diffundat ſe. Cæterum hicce locus Legis, quo dicitur, *ſi diffuderit ſe plaga in domo poſt ſeptimanam tertiam*, ita ſe habet, quatenus lepra in domo conſpecta ſubſtiterit per ſeptem dies, ita ut ea ſe non diffuderit, & poſtea iterum per ſeptiduum ſecunda vice, tum lapides decorticandi ſunt, & alii lapides denuo ſtruendi, & luto illinendi, atque ita tres ſeptimanas conſiſtet. Sin autem plaga ſe poſtea diffuderit, tum deſtruetur domus. Cæterum tibi jam expoſitum eſt quod in nullis plagarum generibus obtineat incluſio quæ non durat ſeptimanam unam, cujuſmodi ſunt ulcus, & aduſtio, neque ea quæ longius durat quam tres ſeptimanas, cujuſmodi ſunt plagæ domuum. Pariter quoque expoſuimus quod omnia plagarum genera ſint ſex, ut plagæ pellis, plagæ ulceris, & aduſtionis, plagæ capitis, barbæ, calvitii, & recalvationis, veſtium, domuum, hæc vero omnia genera ſunt polluta poſtquam inſpecta ſunt, & unum ſignum continet omnia. Diffuſio quoque poſtquam inſpecta eſt, immunda eſt, quia talis eſſe nequit niſi poſt unam ſeptimanam & ultra; hæc omnia clara ſunt.

פרק ד יש בשער לבן מה שאין בפשיון ויש בפשיון מה שאין בשער לבן ששער לבן מטמא בתחלה ומטמא בכל מראה לובן ואין בו סימן טהרה יש בפשיון שהפשיון מטמא בכל שהוא ומטמא בכל הנגעים חוץ לנגע מה שאין כן בשער לבן :

Caput 4. In pilo albo quid eſt, quod non eſt in diffuſione, & contra, nam pilus albus in principio polluit, & polluit etiam in omni ſpecie alba; ſed in eo nullum eſt ſignum puritatis: Eſt in diffuſione quod non eſt in pilo albo, quia diffuſio quantulacunque polluit, & polluit in omnibus plagis, excepta plaga.

R. OB. DE BARTENORA.

יש בשער לבן שאין בפשיון *In pilo albo aliquid eſt quod non in diffuſione*, nam pilus albus polluit ab initio, quando leproſus ad ſacerdotem adducitur, & in plaga pili albi quid immundi eſt quod non eſt in diffuſione, quia illa in fine ſeptimanæ duntaxat polluit. *Et polluit in omne ſpecie alba*, licet infra quatuor ſpecies, ſicuti ſcriptum eſt, *ſi ſpecies plagæ ſit depreſſa*, ergo ſpecies plagæ aliquando depreſſa eſt, & non ſpecies pili albi, quod non ita ſe habet in diffuſione, quia diffuſio non polluit ſi color illius non pertingat ad quatuor ſpecies, nam radix polluit, & diffuſio polluit.

אין בו סימן טהרה *Et in eo non eſt ſignum puritatis*, & ſi in diffuſione ſit ſignum puritatis, tum ſi ea effloruerit omnino, munda eſt. מטמא בכל שהוא *polluit quantulacunque ſit*, ſed pilus albus non polluit ſi is non habeat duos pilos, quia minima pilorum copia duos comprehendit. חוץ לנגע *excepta plaga*, quando ea ſe diffuderit extra plagam, tum munda eſt; ſed de pilo albo requiritur ut is ſit in plaga, ſicuti ſcriptum eſt, *ſi pilus in plaga factus ſit albus.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ſuperius locutus eſt de ſignis in quibus immunditie eſt, propterea nunc recenſet jura quibus unumquodque nititur, dicitque pilum album eſſe fortiorem diffuſione, & contra, quia pilus albus ab initio polluit, ſicuti ſuperius dictum eſt, quod diffuſio nulla eſſe poſſit niſi poſt ſeptimanam. Sed pilus albus polluit in omni ſpecie alba, at non ita diffuſio, etenim ſi plaga lepræ ſit in pelle carnis, & ſe diffuderit in pellem, tum hæc eſt additio albedinis; verum albedo quæ obſcurior eſt teſta ovi, munda eſt, qualis eſt in vitiligine in pelle efforeſcente, quæ munda eſt, & forſan non polluit propter vitiliginem, ſed propter diffuſionem? Lex dicit, *ſi in carne effloruerit, munda eſt*; etenim ſi in diffuſione jam extat ſpecies alba, tum ea non polluit; pariter pilus albus nunquam habet ſignum puritatis, ſed diffuſio habet ſignum puritatis, quando ea totum corpus invaſerit, & commixta fuerit cum eo, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi ea tota facta ſit alba, tum munda eſt.* Præterea diffuſio gravior eſt quam pilus albus, nam pilus albus habet menſuram ſuam, quæ duos pilos comprehendit, non minus; diffuſionis vero menſura poteſt eſſe quantulacunque; præterea nec pilus albus polluit niſi donec is in plaga ſit, ſicuti exponetur; diffuſio autem poteſt eſſe abſque plaga, quæ in principio conſpicitur, & ipſius immunditiei ſignum poteſt eſſe in omni ſpecie, at pili albi ſignum immunditiei duntaxat eſt in plagis pellis, ulceris & vitalitatis.

ב יש במחיה מה שאין בפשיון ויש בפשיון מה שאין במחיה שהמחיה מטמא בתחלה ומטמא בכל מראה ואין בה סימן טהרה יש בפשיון שהפשיון מטמא בכל שהוא ומטמא בכל הנגעים חוץ לנגע מה שאין כן במחיה :

2. In vitalitate aliquid eſt quod non eſt in diffuſione, & contra, nam vitalitas ab initio polluit, & in omni ſpecie, ſed in ea non eſt ſignum puritatis; eſt in diffuſione, quia diffuſio quantulacunque polluit, & polluit in omnibus plagis, plaga excepta, quod non ita ſe habet in pilo albo.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל מראה *In omni ſpecie*, ſive ea ſit nigra, ſive alba, ſive rubra. מטמא בכל שהוא *polluit quantulacunque*, ſed in vitalitate requiritur copia lentis. חוץ מן הנגע *plaga excepta*, quod ita non comparatum eſt cum vitalitate, quia vitalitas in ipſa plaga eſſe debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod vitalitas non polluat a latere plagæ, ſed in ipſa plaga, & quod illius menſura quatuor ſaltem pilos contineat, quod eſt ſignum immunditiei in plagis; præter id quod in plagis pellis carnis, & in calvitio, recalvatione, & in vitalitate obtinet, quocunque modo ſe habeat hæcce caro viva, munda eſt; at hoc ita non eſt in diffuſione; ſi vero intellexeris ea quæ ſuperiori Miſna expoſuimus, etiam ea quæ hic dicuntur, intelliges.

ג יש בשער לבן מה שאין במחיה ויש במחיה מה שאין

3. In pilo albo aliquid eſt quod non eſt in vitalitate,

שאין בשער לבן ששער לבן מטמא בשחין ובמכוה במכונס ובמפוזר במבוצר ושלא במבוצר יש במחיה שהמחיה מטמאה בקרחת ובגבחת הפוכה ושלא הפוכה ומעכבת את ההופך כולו לבן ומטמא בכל מראה מה שאין כן בשער לבן :

tate, & contra, quia pilus albus ulcere polluit, & aduſtione, in collectione, & in diſperſione, ſive is ſit in medio plagæ, ſive non ſit: eſt in vitalitate, eo quod vitalitas polluit calvitio & recalvatione, ſive converſa ſive non converſa, & impedit eam quæ tota alba facta eſt, polluitque in omni ſpecie, quod non ita ſit in pilo albo.

R. OB. DE BARTENORA.

במכונס *Et quandò pilorum collectio eſt*, quando duo pili ſunt in uno plagæ loco. ובמפוזר *& quandò eorum diſperſio eſt*, ſi unus pilus ſit ab orientali plagæ parte, alter vero a meridionali. מבוצר *in medio*, ſi ambo pili ſint in medio plagæ, ut caſtellum in media urbe. שאינו מבוצר *quando non eſt in medio*, ut filum quod e plaga exit, in cujus latitudine duo ſunt pili, quod ita eſt in vitalitate, quia illic requirimus locum medium & collectum. הפוכה ושלא הפוכה *converſa & non converſa*, ſive papula præceſſerit vitalitati, ſive vitalitas præceſſerit papulæ, quod ita non ſit in pilo albo, nam ſi is præceſſerit papulæ, munda eſt plaga. ומעכבת את ההופך כלו לבן *& impedit eam quæ totam ſe converterit in albam*, nam ſi ea fixa ſit in vitalitate, & lepra effloruerit undique, loco vitalitatis excepto, tum ea adhuc immunda eſt; at ſi ea undiquaque effloruerit, licet totum corpus plenum ſit pilis albis, munda eſt, quia pilus albus non impedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt ſuperius quod pili albi ſignum immunditiei unum ſit in ulcere, & in aduſtione carnis vivæ, quia hæcce pellis immutata eſt, quoniam plaga lepræ eſt, ſicuti poſtea exponetur. במבוצר ושלא במבוצר *ſive is ſit in medio, ſive non ſit in medio*, ſenſus eſt quod ſive pilus albus conſpiciatur in circumferentia papulæ ad latera, ſive in ipſa plaga, ſed ita non comparatum eſt cum vitalitate, quia illa in ipſa plaga conſpici debet, & non a latere, & contigua eſſe debet, non quod una vivæ carnis pars ſit in hoc loco, & altera in illo loco, atque inter duas partes copia lentis, & quamvis duæ partes ſint in plaga, & in vitalitate, tamen in calvitio & recalvatione quoque ſignum immunditiei eſt, ubi nullus plane pilus eſt. Senſus vero illius quod dicitur הפוכה ושלא הפוכה *converſa & non converſa*, eſt ſicuti tibi exponam, pilus albus non eſt immunditiei ſignum quando is plagæ præceſſerit, ut, ſi albedo pilorum alba facta ſit, & corpus præter lepram, atque deinceps plaga lepræ innovata fuerit in hoc loco, tum non eſt ſignum immunditiei, niſi prævenerit lepra, ſi nempe pili mutati fuerint & deinceps denuo albi facti, ſicuti dicit, *ſi is converſus ſit in pilum album*; ſed hæc poſtea quam perfectiſſime exponentur. Sed cum vitalitate aliter comparatum eſt, nam ſi plaga in orbiculo aliquo innovata fuerit, & caro viva in ipſo remanſerit, hæc eſt מחיה שאינה הפוכה *vitalitas quæ non converſa eſt*, poſtquam vero plaga in corpore innovata eſt, & locus albus factus fuerit, & poſtea in hac plaga aliqua pars converſa fuerit, redieritque caro viva, tum hæc dicitur מחיה הפוכה *vitalitas converſa*, & omnino ſignum immunditiei eſt. Quæ vero omnem vertit in albam, quando in ipſa vitalitas carnis vivæ remanſerit, hæc plaga immunda eſt, donec vitalitas deficiat, & pilus albus non nocuerit. Cæterum jam expoſitum eſt quod vitalitas polluat in omni ſpecie pili, videlicet in ſpecie alba, præter fortitudinem vel debilitatem.

ד שתי שערות עיקרן משחיר וראשן מלבין טהור עיקרן מלבין וראשן משחיר טמא כמה יהא בלבנונית רבי מאיר אומר כל שהוא רבי שמעון אומר כדי לקרוץ בזוג היתה אחרת מלמטה ונחלקה מלמעלה והיא נראית כשתים טהור בהרת ובו שער לבן או שער (נ"א ושער) שחור טמא אין חוששין שמא מיעט מקום שער שחור את הבהרת מפני שאין בו ממש :

4. Duorum pilorum radix ſi nigra ſit, & caput eorum album, vir eſt mundus, at ſi radix eorum albuerit, & caput eorum nigrum fuerit, immundus eſt. Quanta autem eſt menſura in albis? R. Meyr dicit, quantulacunque. R. Simeon dicit, ſi is forfice abſcindi poſſit. Si unus ſit infra, & ſuperius diviſus, iſque duos repræſentet, mundus eſt. Si in papula ſit pilus albus, vel pilus niger, immundus eſt; non ſolliciti ſunt an forſan locus pili albi diminuat papulam, quia in eo non eſt ſubſtantia.

R. OB. DE BARTENORA.

עיקרן משחיר וראשן מלבין טהור *Si radix eorum nigra ſit, & caput eorum albuerit, mundus eſt*, Lex enim dicit, *ſi pilus albuerit in plaga*, id eſt ſi radix plagæ proxima albuerit. כדי לקרוץ בזוג *ut forfice poſſit abſcindi*, ut tonſorum forfice poſſit abſcindi, is vero abierit, nam menſura pili albi in longitudine ſua non minor eſt quam ut forfice abſcindi poſſit; ſed in albis quantulacunque menſura obtinet. והוא נראית כשתים *at is duos repræſentet*, mundus eſt, quia pili ſunt qui aliquando duos conficiunt ex uno, licet unica ſit radix. Cæterum nos in Miſna ita legimus, בהרת ובה שער לבן ושער שחור טמאה *ſi in papula ſit pilus albus & pilus niger, tum ea munda eſt*; & ſi papula fabæ copiam habeat ſtricte, atque in ipſa duo ſint pili albi, reliqui vero nigri, immunda eſt; etenim non dicimus quod pilorum nigrorum locus adeo diminuat papulam ut ea non conficiat fabæ copiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *ſi pilus in plaga albuerit*, nempe ſi albedo pili verſus plagam tanta ſit ut forfice poſſit abſcindi, & a tonſore colligi; cæterum doctrina oralis notat, quod שער ſaltem duos pilos notet. Præterea tibi jam indicavi quod omnis plaga quæ minor eſt copia fabæ, munda ſit; ſi vero papula habeat fabæ copiam ſtricte, atque in ea ſit pilus albus & niger, tum is polluit, quia menſura foraminis e quo pilus exit, eſt admodum parva, & non habet menſuram certam donec diminuta ſit menſura; deciſio eſt ſecundum Rabbi, quando dicit quod albi pili menſura ſit quantulacunque. Sed duorum pilorum menſura eſt in circumferentia ipſorum, nempe in albedine & nigredine eorum; vel ſi omnes pili ſint albi, tum eorum longitudo tanta eſſe debet ut forfice abſcindi poſſint, ſicuti capite ſexto codicis de Seminifluis expoſitum eſt.

ה בהרת כגריס וחוט יוצא ממנה אם יש בו רוחב שתי שערות זוקקה לשער לבן ולפסיון אבל לא למחיה שתי בהרות וחוט יוצא מזו לזו אם

5. Papula ſi fabæ copiam habeat, & filum ex ipſa exeat, at illud duorum pilorum latitudinem contineat, connectitur cum pilo albo, & cum diffuſione; ſed non cum vitalitate. Si e duabus papulis ex-

יש בו רוחב שתי שערות מצרפן ואם לאו אינן מצרפן :

exeat filum ab hac ad illam, atque in illo ſit duorum pilorum latitudo, conflantur, ſin minus, non conflantur.

R. OB. DE BARTENORA.

וזקקה לשער לבן *Connectitur cum pilo albo*, & cum diffuſione, nam ſi in iſto filo non ſit pilus albus, declaratur lepra, vel ſi diffuderit ſe juxta filum in fine ſeptimanæ, tum immundus eſt. Verum ſi in latitudine fili non ſint duo pili, ſed in ea ſit pilus albus, non polluit, quia ad plagam non pertinet. Pariter ſi ea ſe diffuderit juxta filum in cujus latitudine non ſunt duo pili, tum ea ſimilis eſt diffuſioni procul a plaga exiſtenti, & fabæ copia requiritur. *Sed non cum vitalitate*, etſi enim in latitudine fili duo ſint pili, vitalitas illius tamen non polluit, quia vitalitas in media plaga exiſtere debet, ut caſtellum in media urbe. מצרפן *conflantur*, proinde habentur pro una plaga; at ſi una ex iis ſe diffuderit, quantulacunque ea ſit, vel pilus albus in una ex iis natus fuerit, tum ſacerdos ambas declaret. *Sin minus, non conflantur*, & ut duæ plagæ judicantur, ſi vero una ſe diffuderit, & non altera, declaret eam ſacerdos, & alteram includat, hinc conſequitur, quod poſtquam purificatus fuerit, duo ſacrificia offerre debeat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc ſatis clara ſunt, ſed ſemper in memoria habeas oportet, quod omni in loco in quo dicitur בהרת *papula*, id exempli gratia intelligendum ſit, cum non ſit differentia inter papulam & reliquas ſpecies quatuor, tam ſimplices quam mixtas, ſicuti ab initio dictum eſt.

ו בהרת כגרים ובה מחיה כעדשה ושער לבן בתוך המחיה הלכה המחיה טמא מפני שער לבן הלך שער לבן טמא מפני המחיה רבי שמעון מטהר מפני שלא הפכתו הבהרת בהרת היא ומחיתה כגרים ושער לבן בתוך הבהרת הלכה המחיה טמאה מפני שער לבן הלך שער לבן טמא מפני המחיה רבי שמעון מטהר מפני שלא הפכתו בהרת כגרים ומודה שאם יש במקום שער לבן כגרים שהוא טמא :

6. Papula ſi fabæ copiam habeat, & in ipſa ſit copia lentis, & pilus albus in vitalitate, & vitalitas abeat, tum ea immunda eſt ob pilum album; ſi pilus albus abierit, tum plaga immunda eſt ob vitalitatem. R. Simeon eam mundam pronunciat, quia papula pilum non mutavit. Si papula & illius vitalitas palmi copiam habeat, atque pilus albus ſit in papula, abieritque vitalitas, immunda eſt ob pilum album; ſi abierit pilus albus, immunda eſt ob vitalitatem. R. Simeon mundam pronunciat, quia papula eam non mutavit in copia fabæ; concedit autem quod ſi in pili albi loco ſit copia fabæ, immunda ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת כגרים *Papula in copia fabæ*, abſque loco vitalitatis, nam ſi novem ſint lentes in papula, & una in vitalitate, hinc decem erunt lentes in totum; faba enim novem lentes comprehendit, & vitalitas non minus quam lentem continet. Quod autem hic traditur de papula, id de reliquis omnibus ſpeciebus intelligi debet, tam ſimplicibus quam mixtis. והלכה מחיה & *abierit vitalitas*, quia plaga venit in locum ipſius. *Si abierit pilus albus*, qui decidit, vel mutaverit ſe ut cuſtodiatur. רבי שמעון מטהר *R. Simeon mundam dicit*, hæc ad vitalitatem ſpectant. *Si papula non mutaverit eam*, ſi pilus albus præceſſerit papulæ in copia fabæ, quia loco vitalitatis deficit copia fabæ; hac in parte non diſſentit R. Simeon, niſi ratione vitalitatis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ſuperius quod pilus albus duntaxat ſit immunditiei ſignum, & pariter vitalitas; quando autem fabæ copiam habuerit papula, & in ipſa fuerit vitalitas in copia lentis, quæ copiæ fabæ adjecta eſt, & ſi in vitalitate ſit pilus albus, tum ſi vitalitas remota ſit, remanente pilo albo in papula, dicit R. Simeon quod tum non ſit immunditiei ſignum, quia hic pilus albus non eſt in papula, quia papula album ſpeciem non convertit, quandoquidem caro viva conſpiciatur in vitalitate ipſius, & hic eſt ſenſus Legis, dicentis, *ſi illa mutaverit pilum album*, id eſt, donec illa ipſa papula mutaverit pilum album. Sapientes dicunt, quod ab eo tempore quo pilus albus factus eſt in plaga, tum vir immundus eſt, ſicuti Lex dicit, *ſi pilus in plaga conversus ſit albus*, ut pilus albus præcedat plagæ, ſicuti exponetur. Pariter ſi papula collecta ſit cum vitalitate in copia fabæ, & pilus albus in papula, quæ minor eſt copia fabæ, & vitalitas remota ſit toto loco remanente albo, ſitque papula in copia fabæ: Dixit R. Simeon, quod hic pilus albus non converſus ſit a papula in copia fabæ, nam ſi hicce pilus albus ſit minor faba, tum is inſtar papulæ eſt, & hoc eſt quod jam dictum eſt, *ſi illa facta ſit pilus albus*; deciſio in duabus ſententiis non eſt ſecundum R. Simeon.

ז בהרת ובה מחיה ופסיון הלכה המחיה טמאה מפני הפסיון הלך הפסיון טמאה מפני המחיה וכן בשער לבן ובפסיון הלכה וחזרה בסוף שבוע הרי היא כמות שהיתה לאחר הפטור תראה בתחלה היתה עזה ונעשית כהה כהה ונעשית עזה הרי היא כמות שהיתה ובלבד שלא תתמעט מארבע מראות כנסה ופשתה פשתה וכנסה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין :

7. Si in papula ſit vitalitas & diffuſio, & vitalitas evanuerit, tum ea immunda eſt ob diffuſionem; ſi diffuſio evanuerit, tum ea immunda eſt ob vitalitatem. Pariter ſi ea in pilo albo & in diffuſione abierit & redierit in fine ſeptimanæ, tum ea eſt ſicuti fuit. Poſt dimiſſionem ea inſpicitur uti ab initio; ſi fortis ſit & poſtea obſcurata, vel contra, tum ipſa eſt ſicuti antea fuit, dummodo non diminuta ſit a quatuor ſpeciebus. Si ea collecta ſit, & poſtea diffuſa, vel contra, R. Akiba eam pronunciat immundam, Sapientes vero mundam.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת ובה מחיה ופשיון *Si in papula ſit vitalitas & diffuſio*, ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si papula abierit in fine ſeptimanæ, qua leproſus incluſus

ſi papula ſit in copia fabæ, & ſacerdos eam incluſerit, ſed in fine ſeptimanæ in ea invenerit vitalitatem & diffuſionem, & proinde hominem declaraverit leproſum.

הלכה המחיה *Si abierit vitalitas*, ut, ſi plaga in ipſa venerit, tum plaga eſt immunda ob diffuſionem ipſius. *Si diffuſio abierit*, ut, ſi collegerit ſe papula & redierit poſtea in copia fabæ. *Pari modo ſe res habet cum pilo albo, & diffuſione*, ſi abierit unus, tum vir mundus eſt ob alterum.

הלכה וחזרה בסוף שבוע *Si ea abierit & redierit in fine ſeptimanæ*, ut, ſi ſacerdos eum incluſerit ob papulam in copia fabæ, abieritque papula in media ſeptimana, & in fine ſeptimanæ redierit, tum ea eſt ſicuti fuit, proinde ſacerdos virum ſecunda vice includit. לאחר הפטור *poſt dimiſſionem*, etenim ſacerdos eum luſtraverat in fine ſeptimanæ quando abierat, & dimiſerat eum, tum ſi poſtea redierit, luſtratur uti ab initio; ſi plaga redierit, nempe in locum priorem; nam ſi ea in alium locum redierit, tum illa eſt alia papula.

היתה עזה *Si ea fortis ſit*, ut nix, ſi ſacerdos plagam incluſerit, & ea poſtea contracta ſive obſcura facta ſit in fine ſeptimanæ primæ, ut, ſi ea inſtar calcis, vel teſtæ facta ſit, vel ſi ea eſſet ut teſta dum includebatur, & fortis inſtar nivis facta ſit in fine ſeptimanæ primæ, tum ipſa eſt ſicuti antea fuit, & propterea ſecunda incluſio requiritur, quando ea conſtiterit in oculis ſacerdotis.

ובלבד שלא תתמעט מארבע מראות *Dummodo non diminuta ſit a quatuor ſpeciebus*, nam ſi ea minor ſit quam una e quatuor ſpeciebus, tum eam confeſtim abſolvit ſacerdos, & vir mundus eſt. כנסה ופשתה *ſi illa ſe collegerit & poſtea diffuderit ſe*, hic ubi incluſa eſt papula in copia fabæ, & in fine ſeptimanæ ſe collegit, ſi tum poſtea locus collectus diffuſus ſit, & non plus, vel ſi in fine ſeptimanæ diffuſus ſit, & poſtea locus diffuſus collectus ſit, & non plus, *R. Akiba immundam dicit*, quia diffudit ſe. *Sapientes vero mundam pronunciant*, quia hæc non eſt diffuſio, ſed ipſa eſt ſicuti antea fuit; etenim ſi plaga incidat in finem ſeptimanæ primæ, tum ea ſecunda vice includi debet; ſi vero in ſecundæ ſeptimanæ finem incidat, abſolvat ſacerdos hominem ut purus ſit.

cluſus eſt, & denuo redierit in ea menſura in qua fuit antea, tum non dicimus quod hæc ſit diffuſio, quia dudum adjecta fuit quatenus diffuſionis ſimilitudo fuit. Cæterum res ita eſt quia talis fuit plaga ab initio ſeptimanæ, idcirco dicit auctor, *illa eſt uti antea fuit.* Verum ſi ea redierit poſtquam defecerit omnino papula, & ſacerdos de ea judicaverit, quod ipſa munda ſit, tum ea videtur ſicuti ab initio, & non comparamus eam cum prima, quia hæc diffuſio cenſetur, cum tota radix jam ablata ſit, & quod innovatum eſt, id aliam plagam conficit. Si vero aliquid tantum remanſerit, & quicquam additum fuerit, poſtquam ſacerdos judicavit quod munda ſit, tum vir iſte leproſus declaratus eſt, ſicuti tibi expoſitum eſt capite antecedenti, quod diffuſio ſit immunditiei ſignum poſt dimiſſionem in omnibus ſex plagis. Pariter ſi albedo plagæ fortior facta ſit, vel defecerit, tum ea eſt ſicut ab initio fuit; dummodo albedo non obſcurior ſit teſta ovi, quæ eſt infima e quatuor ſpeciebus plagarum. Si vero deficiat plagæ menſura, de eo quod additum eſt, ut, ſi ea prius defecerit & deinceps menſuram ſuam recuperaverit, R. Akiba putat hoc omne eſſe diffuſionem, & hominem eſſe immundum, quia plaga jam extenſa eſt in corpus. Sapientes vero dicunt hanc non eſſe diffuſionem, quia illa in fine ſeptimanæ eſt, vel poſt dimiſſionem, quæ ab initio erat; etenim non cenſemus id quod ab initio innovatum eſt de additamento vel de defectu; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ח בהרת כגרים ופשתה כחצי גרים והלך מן האום כחצי גרים רבי עקיבא אומר תראה בתחלה וחכמים מטהרין :

8. Si papula habeat fabæ copiam, & diffuderit dimidium fabæ, atque de radice deceſſerit dimidium fabæ, R. Akiba dicit, conſpiciatur in principio. Sapientes eam pronunciant mundam.

R. OB. DE BARTENORA.

ופשתה כחצי גרים *Et diffuderit ſe dimidium fabæ*, ad latus papulæ orientale, & ſi de radice deceſſerit dimidium fabæ ad latus occidentale. תראה בתחלה *conſpicietur in principio* quia alia plaga cenſetur, & cum ea ſit nova plaga, includi debet. *Sapientes eam mundam dicunt*, quia non cenſetur diffuſio, niſi quid additum fuerit plagæ menſuræ, quæ fuit in principio; quod vero nunc duntaxat fabæ copiam habet, id pro prima plaga habetur, quæ conſtitit in oculis ſacerdotis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ad fundamentum totius rei recte intelligendum, duo animadvertenda ſunt, quia R. Akiba putat quod ſi additamentum papulæ pertigerit, quocunque id fiat modo, tum diffuſio eſt. Sapientes vero putant quod diffuſio ſit id quod plagæ additur, quæ in principio erat; poſtquam vero de radice deceſſerit dimidium fabæ, tum plaga non manet integra, licet id quod remanſerit de radice, cum diffuſione plus quam fabæ copiam conficiat, tum mundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ט בהרת כגרים ופשתה כחצי גרים ועוד והלך מן האום כחצי גרים רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין בהרת כגרים ופשתה כגרים ועוד והלכה לה האום רבי עקיבא מטמא וחכמים אומרים תראה בתחילה :

9. Papula ſi fabæ copiam habeat, & dimidium fabæ diffuderit ſe, & amplius, & de radice deceſſerit dimidium fabæ, R. Akiba eam immundam pronunciat, Sapientes mundam. Si papula fabæ copiam habeat, & eadem copia ſe diffuderit, & amplius, deceſſerit radix, R. Akiba immundam pronunciat, Sapientes vero dicunt, conſpiciatur in principio.

R. OB. DE BARTENORA.

ופשתה כחצי גרים ועוד *Et ea ſe diffuderit, in dimidio fabæ, & amplius*, R. Akiba immundam pronunciat propter illud amplius, quod reliquum fuerit de diffuſione, & ſi ea ſe diffuderit poſt dimiſſionem. Sapientes vero mundam pronunciant, etenim quia dimidium fabæ de radice deceſſerit, tum de plaga nova duntaxat dimidium reſtat, & aliquid. *Et ſi ea in copia fabæ & majori ſe diffuderit*, poſt dimiſſionem, & poſtea abierit tota papulæ radix, ita ut fabæ copia duntaxat remanſerit, & aliquid de nova. R. Akiba immundam pronunciat, quia plaga ſe diffudit e menſura prima. Sapientes vero putant, quod cum prima tota abierit, hæc plaga ſit nova, ab initio inſpici, & includi debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus illius quod Sapientes dicunt, *conſpiciatur in principio*, eſt quod per ſeptiduum includi debeat, ſi antequam viſio prævenerit, acceſſerit plaga; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

י בהרת כגרים ופשתה כגרים נולדה לפשיון מחיה

10. Si papula fabæ copiam habens ſe diffuderit

או שער לבן והלך לה האום רבי עקיבא מטמא וחכמים אומרים תראה בתחלה בהרת כחצי גריס ואין בה כלום נולדה בהרת כחצי גריס ובה שערה אחת הרי זו להסגיר בהרת כחצי גריס ובה שערה אחת נולדה בהרת כחצי גריס ובה שערה אחת הרי זו להסגיר בהרת כחצי גריס ובה שתי שערות נולדה בהרת כחצי גריס ובה שערה אחת הרי זו להסגיר :

in copia fabæ, atque in diffuſione nata ſit vitalitas, vel pilus albus, & abierit radix, R. Akiba immundam pronunciat; Sapientes vero dicunt, inſpiciatur ab initio. Si papula fabæ copiam habeat, & nihil ſit in ipſa, at poſtea in ipſa natum ſit dimidium fabæ, & in ipſo pilus unus, tum hæc includatur. Si papula dimidium fabæ habeat, & in eo ſit pilus unus; vel ſi in papula dimidium fabæ natum ſit, atque in ipſo ſit pilus unus, includatur. Si papula dimidium fabæ habeat, & in ipſo duo ſint pili; vel ſi plaga nata ſit dimidium fabæ habens, atque in eo pilus unus, includatur.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת כגריס ופשתה כגריס *Papula ſi copiam fabæ habeat, & in eadem copia ſe diffuderit*, quando ea ſe diffuderit, poſt dimiſſionem. R. Akiba immundam pronunciat, quia hæc plaga eſt & cum ea ſignum immunditiei. תראה בתחלה *inſpiciatur ab initio*, licet ab initio inſpiciatur, ſacerdos quoque eam pronunciet immundam, quia vitalitas & pilus albus polluunt ſicuti ab initio, nihilominus tamen hinc conſequitur, quod Sapientes requirant ut oblatio pro unaquaque offeratur. Sed R. Akiba dicit eam pro plaga prima haberi, etenim quum ab hac ſanatur, tum unum ſacrificium offert; in hiſce vero omnibus R. Akiba & Sapientes diſſentiunt, ſed deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Si nihil ſit in ea*, ſi in ea non ſit pilus albus. *Si in ea ſit pilus unus &c.* tum includarur, licet papula in copia fabæ præceſſerit pilo ultimo, quia ea non præceſſit dimidio primæ fabæ, proinde non requirimus ut copia fabæ in papula præcedat duobus pilis. *Si papula dimidium fabæ contineat, in quo duo ſunt pili &c.* tum incluſio fiat, licet dimidium fabæ primæ præcedat duobus pilis, tamen nihil refert donec faba tota præceſſerit duobus pilis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba eam pronunciat immundam ratione diffuſionis, proinde apud ipſum plaga eſt immunda, qualiſcunque ſit pilus albus & vitalitas. Si vero menſura ita ſe habeat ſicuti ſuperius deſcripta eſt, tum ea immunda eſt, quia pilus albus & vitalitas ab initio polluunt ſecundum omnium ſententiam; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

יא בהרת כחצי גריס ואין בה כלום נולדה בהרת כחצי גריס ובה שתי שערות הרי זו להחליט מפני שאמרו אם בהרת קדמה לשער לבן טמא ואם שער לבן קודם לבהרת טהור ואם ספק טמא ורבי יהושע קיהה :

11. Si papula fabæ dimidium habeat, & in ipſo nihil ſit, ſed poſtea natum ſit dimidium fabæ, in quo duo ſunt pili, tum ea declaretur, quia dixerunt, ſi præcedat papula pilo albo, immundus eſt, ſi vero pilus albus præcedat papulæ, mundus eſt; ſi dubium ſit, immundus eſt. R. Jehoſua hæſitavit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונולדה בהרת כחצי גריס וכו׳ *Et nata ſit papula veluti dimidium fabæ habens*, tum hæc declaretur, ubicunque traditur, *& ſi in ea duo ſint pili, vel pilus unus*, ibi pili & papula non veniunt ſimul, ſed tum papula prævenit, & poſtea venerunt pili. *Si vero pilus albus præceſſerit papulæ, mundus eſt*, ſicuti ſcriptum eſt, *& ſi ea converterit pilum album*, papula nimirum effecit ut pilus albus factus ſit. ספק טמא *ſi dubium ſit, immundus eſt*, ſi dubium ſit an pilus albus præceſſerit papulæ, vel contra. ורבי יהושע קהה *R. Joſua dubius hæſit*, ſignificationem verbi קהה videſis, Jer. 31, 29. notat itaque obtuſum fieri, ſecundum eum qui dicit, ſi dubium ſit, mundus eſt; nam ille putat quod dubium mundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi indicavi quod requiritur ut duo pili ſint albi in plagis veſtium, proinde includatur donec conſpicuum ſit an quid innovatum ſit de eo quod obligabat ad lepram, tum dimittetur vel declarabitur. Cæterum tibi jam dixi totum hocce fundamentum, & hoc eſt quando dicit, *quia dixerunt, ſi papula præcedat pilo albo, immundus eſt.* Præterea tibi quoque expoſui quod totius rei ratio conſiſtit in eo quod dicit, *& ſi ea facta ſit*, id eſt donec ipſa papula mutaverit ambos pilos; ſi vero hi duo pili non innovati fuerint niſi poſt perfectam papulam in copia fabæ, tum vir immundus eſt. Expoſitio verbi קהה eſt cohibitio notitiæ, videſis Jer. 31, 29. ubi hoc verbum de omphacium comeſtione uſurpatur, quia hominem removet a manducatione, & dixerunt, quid eſt illud קוהה קוהה וטהר *in dubio hæſit & mundum declaravit?* ſenſus eſt, quod licet rei notitia dubia eſſet, tamen mundus declaratus ſit is de quo dubium fuit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam.

פרק ה כל ספק נגעים טהור חוץ מזה ועוד אחר ואיזה זה מי שהיתה בו בהרת כגריס והסגירה בסוף שבוע והרי היא כסלע ספק שהיא היא (ס"א) ספק שאחרת באה תחתיה טמא :

Caput 5. Omne plagarum dubium mundum eſt, hoc excepto, atque etiam uno; ſed quodnam? in quo papula eſt in copia fabæ, & ſi incluſerit illam in fine ſeptimanæ, atque ea ſit ut ſiclus, & dubium ſit an eadem ſit, an vero alia venerit ſub ipſam, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל ספק נגעים טהור *Omne dubium plagarum mundum eſt*, excepto hoc, quia dubia immundities præceſſit dubio pili albi. הרי היא כסלע *tum illa inſtar Selæ*, ſi latitudo & magnitudo facta ſit inſtar Selæ. ספק שהיא *ſi dubium ſit an ſit eadem*, & apta ut declaretur, quia diffudit ſe, ſi vero dubium ſit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit, *excepto hoc*, alluſio eſt ad dubium præcedens, nempe de papula quæ præceſſit pilo albo, vel de pilo albo qui prævenit papulæ, atque hoc eſt dubium ſecundum; quia non dixit quod hæc papula quæ inſtar fabæ facta eſt, addita ſit, donec ea inſtar Selæ facta ſit. At vero ſi ea immunda

ſit an alia venerit ſub illam, & prima abierit, ut includi debeat, quia diffuſio non polluit ab initio. *Immundus eſt*, & propterea eum declarat ſacerdos.

da ſit diffuſione, tum non dicimus quod hæcce papula prima jam remota ſit, quæ vero jam renovata conſpicitur, ea ſecunda eſt, quæ major eſt quam illa quæ in loco primæ renovata eſt ut conſpiceretur in principio, ſicuti ſuperiori capite oſtenſum eſt; quando autem interciderit dubium, tum hi duo viri duntaxat plagis polluuntur.

ב החליטו בשער לבן הלך שער לבן וחזר שער לבן וכן במחיה ובפשיון בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור הרי היא כמות שהיתה החליטו במחיה והלכה המחיה וחזרה המחיה וכן בשער לבן ובפשיון בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור הרי היא כמו שהיתה החליטו בפשיון הלך הפשיון וחזר הפשיון וכן בשער לבן בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור הרי היא כמות שהיתה:

2. Si declaraverit eum ob pilum album, & pilus albus abierit, ſed poſtea redierit; ſic etiam vitalitas, diffuſio, ab initio, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem, illa eſt ſicuti antea fuit. Si declaraverit eum ob vitalitatem, & vitalitas abierit, & poſtea redierit; pariter pilus albus, vel diffuſio, ab initio, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem, eſt ſicuti antea fuit. Si declaraverit ob vitalitatem, & abierit diffuſio, vel redierit, pariter quoque pilus albus, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem, eſt ſicuti antea fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

הלך שער לבן *Si abierit pilus albus*, ob quem ſacerdos leproſum declaravit. *Et redierit pilus albus*, in locum alterius. *Ita quoque comparatum eſt cum vitalitate & diffuſione*, vel ſi pilus albus non redierit, ſed vitalitas nata fuerit in plaga, quæ etiam ſignum immunditiei eſt, vel ſi ipſa plaga ſe diffuderit.

בתחלה בסוף שבוע ראשון *In principio, in fine ſeptimanæ primæ*, ſenſus eſt, ſive ſacerdos lepram declaraverit ab initio, quum leproſus ad ipſum acceſſerat, ſive in fine ſeptimanæ ſecundæ, ſive poſt dimiſſionem, ut, ſi plaga duas ſeptimanas conſtiterit in oculis ſacerdotis, & is leproſum abſolverit, ſed poſt abſolutionem venerit pilus albus, vel vitalitas, vel diffuſio.

הרי היא כמות שהיתה *Ecce illa eſt ſicuti antea fuit*, relinquitur nempe in impuritate ſua in qua antea fuit, quia in ipſa eſt ſignum immunditiei, etſi hoc non ſit immunditiei ſignum, quod fuit eo momento quo leproſus declaratus eſt.

וחזר הפשיון וכן בשער לבן *Et redierit diffuſio, & pariter pilus albus*, quod auctor hic non tradit, & ita quoque cum vitalitate comparatum eſt, ejus ratio eſt quod ſi abierit diffuſio, & advenerit vitalitas, aliquando mundus eſt, ut ſi vitalitas ita diminuta ſit ut non amplius faba ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna eo nititur fundamento, quod ſi leproſus declaratus fuerit ob unum e ſignis immunditiei, & hoc ſignum ſublatum fuerit, at poſtea aliud immunditiei ſignum redierit, tum is immundus eſt & ſignum immunditiei in eo relinquitur, & vir iſte non ante purus eſt quam ſigna immunditiei ſublata fuerint, ſicuti Lex dicit, *ſi ſanata fuerit plaga lepræ a leproſo*; quæ verba hoc ſenſu limitantur in Siphra, נרפא *ſanata*, id eſt ſi abierit plaga ejus, נגע *plaga*, id eſt ſi pilus albus abierit; הצרעת *lepræ*, id eſt, ſi abierit vitalitas. Cæterum ea quæ auctor dixit, nempe, ſi ſacerdos eum declaraverit ob pilum album, & pilus albus abierit, & pilus albus redierit poſtea, vel ſi pilus albus in genere abierit, ſed vitalitas renata fuerit, vel abierit plane pilus albus, diffuſio autem renata fuerit, hæc inquam omnia indigitantur, quando dicit, *ſic cum vitalitate & diffuſione comparatum eſt*. Nihil autem intereſt ſive ſacerdos leproſum declaraverit ob pilum, ſive ab initio, ſive in fine ſeptimanæ primæ, ſive in fine ſeptimanæ ſecundæ, ſive poſt dimiſſionem, vel poſt declarationem, tum mundus eſt, quoties ſignum immunditiei in ipſo invenitur, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ecce ipſa eſt ſicuti fuit*. Pariter ſi ſacerdos ob vitalitatem declaraverit lepram, & poſtea defecerit vitalitas, ſed tandem alia innovata fuerit, vel vitalitas plane defecerit, diffuſio autem innovata fuerit vel pilus albus, tum is immundus eſt ſicuti antea erat, ſive declaratio facta ſit iſta vitalitate ab initio, vel in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem. Pariter ſi ſacerdos declaraverit dum in lepra erat diffuſio, quæ eſſe non poterat niſi in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem, tum remota diffuſione & pilo albo innovato, vir iſte immundus eſt, propterea in hac comparatione dicitur, ſi diffuſio ſublata ſit & vitalitas innovata, etenim diffuſione nondum ſublata, ſed vitalitate renovata in radice, immundus eſt, quia diffuſione remota & vitalitate innovata, ſi plaga fabæ copiam amiſerit, tum mundus eſt, quemadmodum ſequenti capite exponetur.

ג שער פקודה עקביא בן מהללאל מטמא וחכמים מטהרין איזהו שער פקודה מי שהיתה בו בהרת ובה שער לבן הלכה הבהרת והניחה לשער לבן במקומו וחזרה עקביא בן מהללאל מטמא וחכמים מטהרין אמר רבי עקיבא מודה אני בזה שהוא טהור איזה הוא שער פקודה מי שהיתה בו בהרת כגריס ובה שתי שערות והלך הימנה כחצי גריס והניח לשער לבן במקום הבהרת וחזרה אמרו לו כשם שבטלו את דברי עקיבא אף דבריך אינן מקוימין:

3. Pilus depoſitus ſecundum Akabiam filium Mahallelis immundus eſt, at ſecundum Sapientes mundus; ſed quiſnam eſt pilus depoſitus? in quo eſt papula in qua eſt pilus albus, ſi abierit papula, & reliquerit pilum album in loco ipſius, & redierit, Akabia filius Mahallelis eum immundum dicit, Sapientes vero mundum. Dixit R. Akiba, ego concedo quod hic ſit mundus; ſed quiſnam eſt pilus depoſitus? in quo eſt papula inſtar fabæ, in quo duo ſunt pili, tum ſi dimidium fabæ abierit, & reliquerit pro pilo albo in loco papulæ, & poſtea redierit. Dixerunt ei, ſicuti verba R. Akibæ abrogarunt, ita nec tua confirmata ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שער פקודה *Pilus depoſitus*, vox idem notat quod פקדון vide-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi indicavi fundamentum illud quod Lex dixit, &

videſis Levit. 6, 4. nam papula viſitat pilum in pelle carnis, & abit. *Sapientes eum mundum pronunciant*, eo quod ſcriptum eſt, והיא הפכה *ſi illa mutaverit*, ergo ſi illa nempe papula mutaverit, & non ſocia illius. *Ita verba tua non confirmabuntur*, is enim mundum pronunciat; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

& ſi illa converterit pilum album, quem mutavit papula; dicit autem Akabia filius Mahallelis, quod ſcopus ſit hunc pilum album ſecundum jus papulæ immutatum eſſe, ſi papula immutata & poſtea ablata fuerit, ſed redierit ſecunda vice, tum is immundus eſt, quia pilus albus qui in hac papula eſt, etiam papula fuit & poſtea mutata. Sapientes dicunt quod ſcopus ſit huncce pilum album commutatum eſſe, qui in hacce papula eſt, donec plaga iſta ſit in oculo ejus qui mutatus eſt, & non alio in loco, & hoc eſt quod in Siphra dicunt, Lex dicit, והיא הפכה *& ſi illa mutaverit*, ergo ſi illa ipſa plaga mutaverit, & non ſocia illius. Sed R. Akiba e tempore elucidationem petit, ſicuti vides. Cæterum hicce pilus vocatur *pilus depoſitus*, quia papula eum viſitat in loco ſuo, & abit donec redierit, & invenerit eum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד כל ספק נגעים בתחלה טהור עד שלא נזקק לטומאה משנזקק לטומאה ספקו טמא כיצד שנים שבאו אצל כהן בזה (ס״א) בהרת כגרים ובזה כסלע בסוף שבוע בזה כסלע ובזה כסלע ואינו יודע באיזה מהם פשה בין באיש אחד בין בשני אנשים טהור רבי עקיבא אומר באיש אחד טמא ובשני אנשים טהור:

4. Omne dubium plagarum in principio eſt mundum, donec id nondum alligatum ſit immunditiei, ſed ex quo vir alligatus eſt immunditiei, dubium illius eſt immundum; quomodo? ſi duo ad ſacerdotem acceſſerint, & unus habuerit papulam in copia fabæ, alter vero in copia Selæ, & in fine ſeptimanæ in utroque fuerit copia Selæ, at is neſciverit in quonam homine ſe diffuderit plaga, an in uno, an vero in duobus, tum mundus eſt. R. Akiba dicit, ſi in uno viro, immundus eſt, ſi in duobus, mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

בין באיש אחד *Sive in uno viro*, licet omnino in iſto viro ſit una plaga, quæ ſe diffudit, vel diminuta in copia fabæ, jam vero Selæ copiam habens, quæ idonea erat ut declararetur, nihilominus tamen quia ſacerdos neſciebat, de quanam plaga declararet, proinde mundus eſt, eo quod Lex dicit, *& ſi diffundendo ſe diffuderit in pelle, tum ſacerdos eum immundum declaret*; plagam ergo certam immundam dicet ſacerdos, & non dubiam. בין בשני אנשים *ſive in duobus viris*, etiamſi unus ex iis per ſeptiduum includi debeat ſecunda vice in fine ſeptimanæ primæ, & alter declarari, tum, quia ſacerdos neſciebat quiſnam includi vel declarari deberet, ambo ſunt mundi ſecundum Legis inſtitutum. *R. Akiba dicit, in uno viro &c.* cæterum deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si hæc ſit papula in quam ceciderit dubium in pelle carnis, atque hoc dubium inciderit in finem ſeptimanæ primæ, tum ambo includantur omnino; etenim cum plaga eſſet in viro in copia Selæ, & in illa copia remanſerit, tum requiritur incluſio ſeptimanæ ſecundæ, quia plaga in prima ſeptimana conſiſtens, in ſecunda includatur, ſicuti Lex dicit, *Et includet eum per ſeptiduum ſecunda vice.* Si vero hocce dubium inciderit in finem ſeptimanæ ſecundæ, tum ambo mundi ſunt, ſicut Lex dicit, *ſi plaga ſtet in ſecunda ſeptimana, tum ſacerdos eum dicat mundum.* Sed hic dicitur, *ambo mundi ſunt*, licet id ſit in ſeptimana prima, ubi quiſque immundus eſt quia is incluſus ſit vel declaratus, ſicuti expoſitum eſt; hujuſce rei ratio non confirmatur ſi iſta plaga quæ in hoc homine eſt, includi vel declarari debeat. Pariter ſi duæ papulæ ſint in uno homine, qui etiam immundus eſt, ſi plaga non confirmata ſit, de qua ſacerdos immunditiem pronunciavit, tum is mundus eſt, quia Lex dicit, וטמא אותו *& immundam pronunciabit ipſam*, ubi vox אותו ad plagam referri debet, proinde auctor Miſhicus dicit, certam plagam ſacerdos declarat immundam, at non dubiam. R. Akiba dicit, nihilominus tamen plaga ſe jam extendit; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ה משנזקק לטומאה ספקו טמא כיצד שנים שבאו אצל כהן בזה בהרת כגרים ובזה כסלע בסוף שבוע בזה כסלע ועוד ובזה כסלע ועוד שניהן טמאין אף על פי שחזרו להיות כסלע וכסלע שניהן טמאין עד שחזרו להיות כגרים זה הוא שאמרו משנזקק לטומאה ספקו טמא:

5. Ex quo immunditiei alligatus eſt, dubium ejus immundum eſt, quomodo? ſi duo ad ſacerdotem acceſſerint, & unus affectus ſit papula fabæ copiam habente, alter vero Selæ copiam habente, at in fine ſeptimanæ in uno ſit copia Selæ & plus, atque in altero tantundem, tum ambo immundi ſunt, imo licet denuo in utroque Selæ copia venerit, tamen immundi ſunt, donec redierint in copiam fabæ, hoc eſt quod dixerunt, ex quo immunditiei alligatus eſt, dubium illius immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שניהם טמאים *Ambo ſunt immundi*, quia plaga in ambobus viris ſe diffudit. *Licet poſtea redierint in copia Selæ*, jam enim alteruter eſt mundus; quia vero immunditiei alligati ſunt, proinde ambo immundi ſunt, quemadmodum ſcriptum eſt, *Et immundum eum ſacerdos pronunciabit*, certum itaque mundum pronunciabit, at non dubium niſi donec ambo habuerint papulam in copia fabæ, quia jam certo mundi ſunt ambo, quia diffuſio ob quam ambo declarati ſunt, ab unoquoque abiit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſi receſſerit diffuſio ob quam declaratus eſt leproſus, immundus ſit; quando autem ambo declarati ſunt ob diffuſionem, in qua ſimul ſunt porrigines, & poſtea in hujus viri plagam venerit copia Selæ, & tantundem in alio, tum veritate eſt firmatum, quando in principio fuerit copia Selæ in papula, quod mundus ſit, quia diffuſio abiit; quum vero inciderit dubium, tum ambo immundi ſunt, quia jam declarati ſunt, at e dubio non provenit ſuſpicio, propterea dicitur, *& mundum pronunciant certo mundum*, at non ex dubio mundum. Si vero in uno atque in altero ſit copia fabæ, tum jam veritate confirmatum eſt quod diffuſio ab ambobus abiit, ob quam declarati ſunt, propterea ambo mundi ſunt.

פרק Caput

פרק ו גופה של בהרת כגריס הקלקי מרובע מקום הגריס תשע עדשות מקום עדשה ארבע שערות נמצאו שלשים ושש שערות:

Caput 6. Corpus papulæ in copia fabæ Ciliciæ quadratæ; locus fabæ novem eſt lentium, locus lentis eſt quatuor palmorum, hinc triginta ſex pili erunt.

R. OB. DE BARTENORA.

גופה של בהרת כגריס *Corpus papulæ in copia fabæ*, גריס eſt dimidium פול *fabæ*. *Ciliciæ*, ita denominantur fabæ nomine loci alicujus ubi illæ erant. *Quadratæ*, hæc eſt menſura ſtricte ſumpta, quæ in papula eſt; ſi vero orbicularis ſit plaga, vel aliam figuram habeat, ut copia fabæ Ciliciæ intrare poſſit plagam quadratam, tum ea eſt immunda, ſin minus, munda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גריס Conficit dimidium grani fabacei; vox קלקי *Ciliceæ* eſt nomen alicujus loci, ubi fabæ erant magnæ. Porro auctor de plaga ſtatuit quadrata, nam ſi ea ſtricte habeat hanc menſuram, tum ea immunda eſt in omni figura; ita quoque ſtatuendum eſt de vitalitate ratione lentis menſuræ, dummodo ea quoque quadrata ſit, ſicuti meminimus; ſed hæc jam expoſita ſunt in Toſaphta codice de Lavacris, ſed figura quadrata requiritur ſi ea ſit inſtar lentis ſtricte, & lens ſit in plaga veluti orbiculus in quadratura integrorum laterum, qui hunc orbiculum circumdant; at ſi vitalitas addita ſit huic menſuræ, donec ea quadrata ſit inſtar lentis, ſubſidet in ipſa, & tum immunda eſt, quocunque id fiat modo; hæc fundamenta in memoria teneto. Dicit Lex de tumore, *ſi ea converterit pilum album, & vitalitas carnis vivæ ſit in tumore*; ad quæ objicitur in Siphra, forſan plaga immunda eſt donec in ipſa ſit pilus albus & vitalitas? Lex dicit, *lepra inveterata illa eſt*, hæc ergo immunda eſt, & non alia res cum ipſa. Jam tibi expoſui quod ipſa polluat uno ex hiſce modis, ſicuti aliquoties expoſuimus. Dixit autem, caro viva, & pilus albus, ut nobis ſuppeditet menſuras, quod nempe non prius ſit plaga quam ſi apta ſit ad pilum album recipiendum, & vitalitatem; ſed jam expoſuimus minimum in numero plurali denotare duos, idque cum dicitur in Lege de pilo albo, ſaltem duo intelligi debent pili; & quando dicitur, caro viva & pilus albus, & non dicitur menſura de carne viva, tum requiritur ut caro viva duos progerminet, propterea dicit auctor Miſnicus quod latitudo hujuſce plagæ producat quatuor pilos, & fieri poſſe ut caro viva ſit in duorum pilorum progerminatione, & pilus albus in reliquis duobus pilis; at vero quando dicitur, ſi caro viva ſit in tumore, requiritur ut caro viva ſit in medio plagæ, & non in latere, ſicuti expoſitum eſt, quod vitalitas omnino immunditiei ſignum ſit, quando ipſa eſt in medio plagæ, & non a latere, ut ſuper hoc latere plagæ ſit germen duorum pilorum, donec in medio vitalitatis eſſe poſſit germen duorum pilorum, & remaneat germen duorum pilorum, a dextro latere vitalitatis, & duo pili a ſiniſtro latere. Si vero quadrata ſit plaga, illius menſura ſit germen duorum pilorum, & hoc in copia fabæ Ciliciæ, quia latitudo illius eſt ſex in longitudine ſex palmorum; præterea quoque longitudo trium lentium erit in latitudine trium lentium, quia longitudo lentis eſt germen duorum pilorum, & latitudo eſt germen duorum pilorum, nempe quadrata quæ circumdat copiam lentis, quæ eſt menſura vitalitatis, ſicuti dictum eſt. Deinde regulam aliquam generalem dicit, quod menſura ſit tradita a Moſe in Sinai, ad quam in Lege alluditur. Sed nos hæc fundamenta jam aliquoties diximus; præterea quoque monui quod ubi dicitur, lepra, menſura non minor eſſe debeat quam hæc, videlicet quod omnis lepra copiam fabæ debeat habere.

ב בהרת כגריס ובה מחיה כעדשה רבתה הבהרת טמאה נתמעטה טהורה רבתה המחיה טמאה (נ"א טהורה) נתמעטה טהורה:

2. Si papula fabæ copiam habeat, & in ipſa ſit vitalitas inſtar lentis, accreveritque papula iſta, immunda eſt; ſi diminuta ſit, munda eſt; ſi vitalitas accreverit, immunda eſt, ſi diminuta ſit, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבתה הבהרת *Si accreverit papula*, exterius, tum ea immunda eſt ob diffuſionem. *Si diminuta ſit, munda eſt*, quia non habet copiam fabæ. *Si vitalitas accreverit*, & papula ſe collegerit, munda eſt, quia vitalitas non eſt in medio, requirimus enim papulam inſtar lentis undique circum vitalitatem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc expoſita ſunt ſecundum fundamenta ſuperius data, nempe quod papula immunda ſit, quando ipſa fabæ copiam habet, & plus, & papula quæ minor eſt lente, & major; ſi vero diminuta ſit vitalitas, tum ea jam munda eſt, eo quod ſignum immunditiei ſublatum eſt; pariter ſi vitalitas accreverit, mundus eſt, quia papula diminuta eſt, ut non ſit fabæ copia, quia hoc modo papula relicta eſt in copia fabæ ſtricte, idcirco copia lentis duntaxat polluta eſt.

ג בהרת כגריס ובה מחיה פחותה מכעדשה רבתה הבהרת טמאה נתמעטה טהורה רבתה המחיה טמאה נתמעטה רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרים שאין הנגע פושה לתוכה:

3. Si papula habeat fabæ copiam, & in ea ſit vitalitas minor lente, & papula accreverit, immunda eſt, ſi diminuta ſit, munda eſt; ſi vitalitas accreverit, immunda eſt, ſi diminuta ſit, R. Meyr eam immundam pronunciat; Sapientes vero mundam, quia plaga non diffundit ſe interius.

R. OB. DE BARTENORA.

רבתה הבהרת *Si ea papula accreverit*, exterius, tum ea immunda eſt, quia ſe dilatavit in pelle, ſi vero diminuta ſit, tum munda eſt, licet vitalitas ſit in copia lentis. רבתה המחיה *ſi accreverit vitalitas*, & ea facta ſit in copia lentis, immunda eſt. נתמעטה *ſi ea diminuta ſit*, ſi papula diffuderit ſe per eam. *R. Meyr immundam dicit*, is enim putat diffuſionem eſſe interius, ſicuti exterius. Sapientes vero mundam pronunciant, quia diffuſio interior non habetur pro diffuſione; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando accrevit papula, tum ea immunda eſt ob diffuſionem, & quum vitalitas diminuta eſt, putat R. Meyr hanc etiam eſſe diffuſionem, quia papula ſe jam dilatavit per carnem vivam, quæ in ipſa eſt. Sapientes vero dicunt diffuſionem eſſe extra plagam, nam ſi ea ſe diffuderit in vitalitate, tum hæc ſpecies in Lege dicitur *plaga porriginis*, videlicet ſicuti porrigo ſe non diffundit interius, ſicuti expoſitum eſt, ita nec plaga ſe diffundit interius. Porro dicit auctor Miſnicus, ſi vitalitas ſe diffuderit, immunda eſt, ſi nempe lentis copiam habeat, at ſi quid additum ſit, tum ea munda eſt, ſicuti prædictum eſt Miſna præcedenti.

ד בהרת יתרה מכגרים ובה מחיה יתרה מכעדשה רבו או שנתמעטו טמאים ובלבד שלא יתמעטו מכשעור :

4. Papula ſi fabæ copiam ſuperet, & in ipſa ſit vitalitas quæ lentis copiam ſuperet, ſive accreverint, ſive decreverint, immundæ ſunt, dummodo non amiſerint menſuram.

R. OB. DE BARTENORA.

ובלבד שלא יתמעטו מכשיעור *Dummodo non minores factæ fuerint quam juſta menſura poſtulat*, videlicet ſi papula amiſerit copiam fabæ, & vitalitas copiam lentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ובלבד שלא יתמעטו מכשיעור *Dummodo non amiſerint menſuram*, dummodo papula non ſit minor copia fabæ, & vitalitas ſit minor copia lentis; hujuſce rei fundamentum eſt quod tibi exponam, ſi papula ſit magna, id eſt major faba, & in ipſa vitalitas magna, tum ſi additamentum papulæ ſuper vitalitate habeat menſuram progerminationis duorum pilorum undiquaque ſurſum, immunda eſt; ſi vero minor ſit, tum ea eſt munda, quia papula diminuitur vitalitate, ſicuti jam dictum eſt; ſed hæc ſatis clara erunt ſi intellexeris ea quæ præceſſerunt hoc capite.

ה בהרת כגרים ומחיה כעדשה מקפתה וחוץ למחיה בהרת הפנימית להסגיר והחיצונה להחליט אמר רבי יוסי אין המחיה סימן טומאה לחיצונה שהבהרת לתוכה נתמעטה והלכה לה רבן גמליאל אומר אם מכפנים היא כלה סימן פשיון לפנימית והחיצונה טהורה ואם מבחוץ החיצונה טהורה והפנימית להסגיר רבי עקיבא אומר בין כך ובין כך טהורה :

5. Si papula habeat copiam fabæ, & vitalitas in copia lentis circumdet eam, & papula ſit extra vitalitatem, tum interior includenda eſt, exterior vero declaranda. Dixit R. Joſe, vitalitas non eſt ſignum immunditiei pro exteriori, quia papula in ipſa eſt. Si diminuta ſit, & abierit, dicit Rabban Gamaliel, ſi interius ea deficiat, tum ſignum diffuſionis eſt pro interiori, & exterior munda eſt; ſi exterius, exterior munda eſt, & interior occludenda. R. Akiba dicit, ſive hoc ſive iſto modo ſe habeat, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת כגרים *Papula in copia fabæ*, quæ quadrata eſt atque e qua exit ligula carnis vivæ in latitudine lentis eam circumdans undiquaque, ſed extra iſtam carnem vivam papula in copia fabæ circumdat undique; unde duæ hic ſunt papulæ, interior & exterior, inter quas vitalitas undique dividit.

הפנימית להסגיר *Interior includenda eſt*, quia in medio illius non eſt vitalitas. והחיצונה להחליט *& exterior declaranda eſt*, nam vitalitas circumdans interiorem, eſt ſignum immunditiei pro exteriori, quia illa in medio poſita eſt. שהבהרת בתוכה *quia papula eſt in ipſa*, nam papula pro interiori non cenſetur ſignum immunditiei pro exteriori, quia nos requirimus plagam mediam ab hac, & plagam ab illa parte, & vitalitatem in medio; hic autem eſt plaga, vitalitas, & plaga, vitalitas & plaga; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

נתמעטה המחיה *Si diminuta ſit vitalitas*, ſi papula diffuderit ſe per eam; *& poſtea abierit*, vel ſi plane evanuerit. *Si ea deficiat interius*, ſi papula interior tegat vitalitatem. *Signum diffuſionis pro interiori*, quam declaret, quia ſe diffudit exterius. *Exterior munda eſt*, quia illius vitalitas abiit, vel diminuta eſt in copia lentis. ואם מבחוץ *ſi vero exterius ſit*, quia papula exterior contegit vitalitatem. החיצונה טהורה *exterior munda eſt*, cujus vitalitas diminuta eſt, vel abiit, illic non exiſtente diffuſione, quia plaga ſe non diffudit interius. והפנימית להסגיר *Interior vero includi debet*, quia plaga in ſtatu ſuo conſtitit. בין כך ובין כך *ſive hoc ſive illo modo*, ſive ea interius deficiat, ſive exterius, munda eſt, nam ſicuti ſe res habet cum exteriori quæ ſe diffudit verſus vitalitatem quæ in ipſa eſt, quod ea non ſit diffuſio, ita nec interior quæ ſe diffudit verſus vitalitatem quæ in papula exteriori eſt, diffuſio eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sub hoc genere continetur ut papula ſit in carne viva, & ſecunda papula in carne viva, in hac figura; hinc ſi caro viva erit in papula exteriori, tum declaretur lepra pro exteriori, ſed interior papula includi debet in principio ſuo, uſque dum appareat an ſignum immunditiei innovetur in ea, ut vir mundus ſit, an vero in ſtatu ſuo remanſerit, ut liber ſit ab hac papula. R. Joſe dicit quod hæc vitalitas non ſit recta vitalitas, & ſi in vitalitate ſit papula, tum vitalitas non ſit ſignum immunditiei, niſi donec tota caro ſit viva, & non ſit in ipſa quicquam. Præterea dicit, quod ſi deficiat caro viva, nihil ſit inter ambas papulas, & quod una papula redibit. Rabban Gamaliel dicit, quod ſi papula alba ſit ea quæ accrevit, tum ob interiorem immunda eſt plaga, quia ipſa in pelle ſe diffudit; exterior vero munda eſt, quia vitatitas obiit, vel menſuram amiſit, ſi remanſerit minus quam duorum pilorum latitudo. Si vero papula exterior accreverit in carne viva interius, & vitalitas diminuta ſit, vel defecerit, tum exterior munda eſt, quia diffuſio non eſt pro vitalitate quæ in plaga eſt, ſicuti dictum eſt ſuperius, quod plaga ſe non diffudit interius. R. Akiba dicit, quod ſicuti hæc diffuſio non recenſetur pro vitalitate quæ in ipſa eſt, proinde exterior munda eſt, ita quoque diffuſio non recenſetur pro vitalitate quæ in conſorte ſua eſt; idcirco ſi interior ſe dilataverit verſus vitalitatem quæ in papula eſt exteriori, tum non eſt diffuſio; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, ſed ſecundum R. Akibam.

ו אמר רבי שמעון אימתי בזמן שהיא כעדשה מובארת (ס"א) היתה יתרה מכעדשה המותר סימן פשיון לפנימיה והחיצונה טמאה היה בו בהק (ס"א) פחות מכעדשה סימן פשיון לפנימית ואין סימן פשיון לחיצונה :

6. Dixit R. Simeon, quando? quando illa eſt inſtar lentis accurate; ſi ea major ſit lente, tum id quod reſtat eſt ſignum diffuſionis pro interiori, exterior vero immunda eſt; ſi in ea ſit vitiligo minor lente, eſt ſignum diffuſionis pro interiori, & non ſignum immunditiei pro exteriori.

R. OB. DE BARTENORA.

אימתי *Quando?* quando exterior munda eſt, & quando interior ſe diffuderit ſuper vitalitatem, nam ſuperius diximus quod exterior munda ſit. Sed hæc intelligenda ſunt quando

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כעדשה מובארת *Inſtar lentis adductæ*, ſenſus eſt de æquali menſura, ſicuti dicunt in Gemara, ſtricte, perinde ac ſi quis pretium lentis ſumpſiſſet, idque depoſuiſſet [illegible]; deciſio non

do ea eſt inſtar lentis accurate, quia vitalitas ſtricte ſumpta non minor eſt neque major; at ſi vitalitas major ſit lente, tum id quod reſtat, eſt ſignum diffuſionis pro interiori, exterior vero immunda eſt, videlicet, ſi interior ſe diffuderit ſuper iſto reſiduo, tum ambæ declarari debent, interior propter diffuſionem, & exterior ob vitalitatem, & ſi exterior ſe diffuderit ſuper iſto reſiduo, tamen exterior declarari debet ob vitalitatem, & interior includi debet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. היה בוהק פחות מכעדשה *ſi vitiligo minor ſit copia lentis*, prope interiorem, & exterior circumdet vitiliginem. סימן פשיון לפנימית *ſignum diffuſionis pro interiori*, ſi diffuderit ſe interior, & texerit vitiliginem, interior declaranda eſt, quia ſe diffudit exterius; ſi vero exterior ſe diffuderit, & vitiliginem texerit, tum non eſt ſignum diffuſionis pro exteriori, quia plaga ſe non extendit interius, & hæc eſt ratio quod auctor hic loquitur de vitiligine quæ minor eſt lente, nam ſi ea lentis copiam haberet, tum pollueret ob vitalitatem, etenim ſtatuimus quod vitalitas polluat in omnibus ſpeciebus; ſi vero minor ſit lente, tum non eſt vitalitas, quia vitalitas non minor eſt lente.

non eſt ſecundum R. Simeon. Verum diffuſio eſſe debet in carne inter duas papulas ſecundum figuram ſupra delineatam, interius, licet hæc caro admodum lata ſit; ſin autem id quod reſiduum eſt, inter duas papulas ſit vitiligo minor lente, tum interior quando ea dilatata fuerit, & hæc vitiligo aliquam e quatuor ſpeciebus contineat, diffuſio eſt, eo quod papula ſe diffundit ad vitiliginem. Ne vero erres in eo quod dicitur in Siphra, quando Lex dicit צרעת *lepra*, hac excipitur abſceſſus pro vitiligine, quia hujuſce dicti ſenſus eſt, quod diffuſio indicet vitiliginem, & quicquid illic dicitur, id hæc docet; jam redibo ad plenam hujuſce Miſnæ expoſitionem. At vero ſi exterior ſe non diffuderit interius, tum ea conſpicitur in copia minori lente, nam ſi ea lentis copiam haberet, tum ea eſt vitalitas, quia jam diximus quod vitalitas polluat in omni ſpecie.

ז עשרים וארבעה ראשי איברין באדם שאינן מיטמאים משום מחיה ראשי אצבעות ידים ורגלים וראשי אזנים וראש החוטם וראש הגויה וראשי הדדים שבאשה רבי יהודה אומר אף של איש רבי אליעזר אומר אף היבלות והדלדולין אינן מיטמאים משום מחיה:

7. Viginti quatuor membra ſunt in homine quæ ratione vitalitatis non polluuntur, ut, extremitates digitorum, manuum, pedum, aurium, naſi, partis pudibundæ, & mammarum in muliere. R. Jehuda dicit, etiam mammarum viri. R. Eliezer dicit, etiam verrucæ, & membra pendula non polluuntur ratione vitalitatis.

R. OB. DE BARTENORA.

שאינן מיטמאין משום מחיה *Quæ non polluuntur ratione vitalitatis*, ſicuti Lex dicit, *& luſtret eum ſacerdos*, hinc nos ſtatuimus quod plaga luſtrari debeat cum tota vitalitate ſimul; ſi vero fabæ copia ſit in naſi, vel capitis, vel digitorum extremitate, dum ea hac illac diffluit. Cæterum extremitates aurium pro una habentur, & pariter extremitates mammarum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, qui enumerat extremitates mammarum in viro. וראש הגויה *& extremitas membri genitalis*, eſt nervus protuberans. יבלות notat verrucam. דלדולין notat carnis tenuia fruſta a corpore pendula; alii legunt תלתולין a תל *acervus*, quaſi acervus altus deſignaretur; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex de plagis, *inſpiciat ipſum ſacerdos, & immundam declaret*, quæ verba ſecundum veterum tradita exponuntur, quod ſacerdos virum luſtrat ſimul, nam ſi papula ſit in naſo, & hinc inde diffluat, vel in extremitate capitis hinc inde diffluat, tum ea non polluit; hinc dixerunt, viginti quatuor membra non polluunt ratione vitalitatis, cujus dicti ſenſus eſt quod plaga in ſuperficie eſſe debeat, vel donec ſacerdos eam totam comprehenderit in una forma. Si igitur plaga ſit in una ex hiſce extremitatibus, & vitalitas in extremitate membri, tum ea in duas ſuperficies commutatur, ita ut hæ extremitates habeant figuram orbiculi; propterea ſi una plaga ſit in aliquo ex hiſce membris, & vitalitas in extremitate illius, tum ea non immunda eſt, licet vitalitas ſit in plaga, ut plaga non conſpiciatur in circumferentia ejus, & vitalitas quoque in ſuperficie alia. יבלות notum eſt quid ſit. דלדולין eſt caro diſtracta inſtar tenuis muriæ. ראש הגויה *eſt extremitas pudendorum*; is enim extremitates aurium pro una recenſet; & pariter extremitates mammarum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Eliezer.

ח אלו מקומות באדם שאינן מיטמאים בבהרת תוך העין תוך האוזן תוך החוטם תוך הפה הקמטים והקמטין שבצואר תחת הדד ובית השחי כף הרגל והצפורן הראש והזקן השחין והמכוה והקרח המורדין אינן מיטמאין בנגעים ואינן מצטרפין בנגעים ואין הנגע פושה לתוכן ואינן מיטמאין משום מחיה ואין מעכבין את ההופך כולו לבן חזר הראש והזקן ונקרחו השחין והמכוה והקדח ונעשו צרבת הרי אלו מטמאין בנגעים ואינן מצטרפין בנגעים ואין הנגע פושה לתוכן ואינן מיטמאים משום מחיה אבל מעכבין את ההופך כולו לבן הראש והזקן עד שלא העלו שער והדלדולין שבראש ושבזקן נידונין כעור הבשר:

8. Hæc ſunt loca in homine quæ papula non polluuntur, interior pars oculi, auris, naſi, oris, rugæ, & rugæ colli, locus ſub mamma, vel ſub axilla; vola pedis, ungues, caput, barba, ulcus, aduſtio, inflammatio, rebelles, hæc inquam in plagis non polluuntur, nec conflantur in plagis, nec plaga diffundit ſe in iis, nec polluuntur ratione vitalitatis, nec impediunt id quod facit totum corpus album. Si caput & barba denuo calvitium induerint, ulcus vero, aduſtio, & inflammatio facta fuerint adurentia, tum hæc polluuntur plagis, ſed non conflantur in plagis, nec plaga diffundit ſe in iis, nec illa polluuntur ratione vitalitatis, ſed impediunt id quod reddit totum corpus album. Caput, & barba quamdiu non acceperunt pilum & pendula in capite & barba judicantur ut pellis carnis.

R. OB. DE BARTENORA.

שאינן מיטמאין בבהרת *Quæ non polluuntur in papula*, videlicet in quatuor ſpeciebus plagarum, ut, in tumore & illius prole, in papula & illius prole. Porro loca interiora oculi, vel auris &c. non habentur pro pelle carnis, cujus phraſeos Lex

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex de ſpeciebus plagarum, *pellis carnis*, intellige papulam, & quod ſub ipſa eſt, & præterea, *& ſi ſit in pelle carnis illius*, proinde hoc in caſu non habetur ratio interioris loci oculi, auris, oris, naſi, & verrucarum quæ ſunt in

Lex meminit. קמטין *verrucæ*, in reliquis corporis partibus. *Verruca quæ in collo eſt*, hæc denique addit auctor, ut oſtendat quod verrucæ primæ ſint verrucæ reliquarum partium corporis, ne quis dicat quod verrucæ colli immundæ ſint duntaxat, quia non videantur ut aliæ verrucæ.

תחת הדד *Locus ſub mamma*, quando mulier infantem ſuum lactare videtur, tum quod iſto momento non videtur, id non polluit. בית השחי *domus axillæ*, quando homo quaſi deſtringere olivas videtur. כף הרגל *vola pedis*, locus qui eſt ſub concavo pedis, quia omnia iſta loca non videntur pellis carnis. צפורן *ungues*, nec hi videntur eſſe carnis pellis. *Caput & barba non polluuntur papula*, quia Lex dicit, נתק הוא *porrigo illa eſt*, itaque lepra capitis, vel barba illa eſt, ſed caput & barba non habent immunditiem niſi immunditiem porriginis duntaxat.

השחין והמכוה והקרח המורדים *Ulcus, aduſtio, inflammatio rebellantes*, quæ non bene ſanata ſunt, & quorum pellis non incruſtata eſt inſtar corticis allii; hæc non polluuntur nomine plagarum, nam de ulcere dicit Lex, *ulcus & ſanatus fuerit*, & de מכוה *uſtione* quoque Lex dicit, *& ſi fuerit vitalitas aduſtionis.* קרח eſt aliquod ulcus quod ob aliam rem accidit, ut, ob percuſſionem lapidis, vel ligni, vel corticis, vel calcis: aduſtio quoque non ſolum propter ignem ipſum oritur, ſed propter prolem ignis, cujuſmodi eſt carbo calidus, & gypſus calidus, quæ omnia קרח vocantur, videſis Jeſ. 64, 12. Præterea קרח המורד *inflammatio rebellans*, quæ non ſanata eſt, nec cruſtam obduxit inſtar corticis allii, non polluitur nomine plagæ. מורדים ita vocantur plagæ quando nondum ſanatæ ſunt, nec cruſtam obduxerunt, ſed quaſi in rebellione ſua adhuc perſeverant. Nonnulli legunt מוררים cum duplici Reſch, quaſi a רר *diffluit.*

ואין מצטרפין בנגעים *Sed non conflantur in plagis*, ſi dimidium fabæ ſit in pelle carnis, & tantundem in uno ex hiſce locis, tum non conflantur in copia fabæ. *Neque plaga ſe diffundit in iis*, etenim quia non polluunt in radice, idcirco nec in diffuſione polluunt.

ואין מיטמאין משום מחיה *Neque polluuntur nomine vitalitatis*, nam ſi ubique progerminaverit, & in capite, vel in vola pedis, vel in rugis ſit caro viva, tum non polluuntur nomine vitalitatis; neque ſi unus ex hiſce locis ſit in medio plagæ, polluit nomine vitalitatis.

ואינם מעכבים את ההופך כולו לבן *Neque illa impediunt id quod totam plagam convertit in albam*, ſi tota lepra effloruerit, uno ex hiſce locis excepto, tum non impediunt, *ſicuti ſcriptum eſt, ſi contexerit lepra totam pellem plagæ*, intellige pellem quæ apta eſt ad plagam, hinc excipiuntur iſtæ quæ non polluuntur nomine plagæ. *Si caput & barba denuo calvitium induxerint*, ſi pili in quibus plaga erat, calvitium receperint, & inſtar pellis carnis facti fuerint. Pari modo ſe res habet cum aduſtione, ulcere, & inflammatione, quæ contracta ſunt, quando ſanata ſunt & pellis incruſtata fuerit inſtar corticis allii.

הרי אלו מיטמאין בנגעים *Ecce hæc polluuntur plagis*, quatuor ſpeciebus, nam idem jus potuiſſet auctor tradere, ſi extenſæ ſunt rugæ, ut etiam plagis polluantur. *Neque conflantur plagis*, caput nempe & barba non conflantur, pariter nec pellis carnis & barba, nec pellis carnis & caput inter ſe conflantur, nam ſi in capite ſit dimidium fabæ porriginis, & tantundem barbæ, & tantundem in pelle carnis, non conjunguntur. Ita quoque dimidium fabæ ulceris, & tantundem aduſtionis non conflantur in copia totius fabæ.

ואין הנגע פושה לתוכן *Neque plaga diffundit ſe in ipſis*, plaga quæ eſt in pelle carnis ſe non diffundit in porriginem capitis, neque in porriginem barbæ, neque in ulcus, neque in aduſtionem, quia iſtæ res non habentur pro pelle carnis. *Nec polluuntur nomine vitalitatis*, porrigines enim polluunt pilo aureo & diffuſione, ulcus vero & aduſtio polluunt pilo albo & diffuſione.

אבל מעכבין את ההופך כולו לבן *Sed impediunt id quod omnino convertit in album*, ſi lepra ubique effloruerit, relicto capite vel barba quæ calvitium induerunt, in quibus lepra non efflorunt, vel ulcus, vel aduſtio, vel inflammatio quæ צרבת *lepra adurens* facta ſunt, tum immundus eſt, donec ea ubique effloruerit.

הראש והזקן שלא העלו שער *Caput & barba quæ non induerunt*

in collo, & non ſub axilla, nec concavo pedis, nec unguium, quia hæ res omnes non videntur pellis carnis. Pariter nec caput, nec barba polluuntur plagis in pelle carnis; quæritur in Siphra, forſan papula polluit in ſummitate barbæ? nequaquam, Lex dicit, נתק *porrigo*, quæ eſt plaga capitis vel barbæ, at pro capite & pro barba non eſt immunditiës, niſi immunditiës porriginum duntaxat, quæ eſt exciſio pilorum naturalium, & progerminatio pilorum aureorum illic locum habet. Per שחין intelligas quamlibet percuſſionem, ſive ea lapide, ſive ligno, ſive ferro facta ſit, aliiſque rebus. מכוה notat percuſſionem quæ igne facta eſt, vel re quapiam quæ igne calefacta eſt, uti eſt lapis, vel ferrum & id genus alia. קרח notat inflammationem, quæ oritur ex humoribus ardentibus quibus corpus inflammatur, ulceribus ſanioſis quibus pellis perfoditur, ſignificationem videſis Jer. 17, 4. Porro membrum ægrum vocatur מורד *rebellans*, quia ſanitat quaſi rebellat ac repugnat, cum membrum ſit humidum ut duritiem carnis recipere non poſſit, unde homini dolor excitatur; proinde auctor uſus eſt nomine מורד eo quod palpatio ei nocet, & non occultat plagam, quia non habet pellem, hinc Lex dicit, *omnem pellem plagæ*, intellige pellem quæ apta eſt ad recipiendam plagam, qua excipitur ulcus rebellans, & aduſtio rebellans, & inflammatio rebellans. Cæterum quando dicit, *non miſcentur in plagis*, ſenſus eſt quod ſi plaga partim ſit in pelle carnis, & partim in locis jam memoratis, & plaga ſe non diffundat interius, nam ſi plaga ſit in latere horum locorum, tum vir mundus eſt, ſicuti ab initio codicis explicuimus. Præterea ſi res quæ in plaga eſt, ſit una ex hiſce, tum ea non habetur pro vitalitate, & quando plaga omnino alba facta eſt, hiſce locis relictis, tum vir mundus eſt, quia Lex dicit, *omnem pellem plagæ*; hi vero loci non apti ſunt ad plagam, ſi plaga capitis & barbæ ablata ſit e radice ſua, & calvitium contineatur in uno loco, tum vir pollutus eſt plagis, etenim hæc eſt ſententia Legis, dicentis, *& ſi ea ſit in calvitio vel in recalvatione*; propter auctor dicit, ſi ea redierit ad caput & barbam, & calvitium induerint; vel ſi hæc plaga matura facta ſit, & indurata ſit, tum vir pollutus eſt plagis, ſecundum Legis dictum, *& ſi in loco ulceris ſit tumor albus.* Porro quando auctor dicit, ſi vitalitas aduſtionis ſit papula, id in Lege exponitur per illa verba, ונעשה צרבת *ſi ea facta ſit exarſio*, nimirum ſignum illius, quod ego tibi amplius in aliquot hujuſce codicis locis exponam. Cæterum luſtratio ulceris & aduſtionis in Lege memorata, talis eſt, quando plaga inceperit ſanari, & nondum omnino ſanitati reddita fuerit, ſed vehementer indurata fuerit. *Sed cum* מכוה *aduſtio* polluat in plagis, tum illa non conflatur cum plagis, verum illa eſt ut plaga ſocia inter ulcus & aduſtionem, vel inter caput & barbam, proinde earum rerum menſura ſimul non conjungitur. Quando enim Lex dicit, *ſi in pelle carnis ſit ulcus, idque ſanatum fuerit, vel caro viva in qua eſt percuſſio ignis*; inde colligitur quod ulcus & aduſtio non conjungantur, cum Lex ea diſcreverit; ſed ſi in ulcere ſit dimidium fabæ, & tantundem in aduſtione, tum non conjunguntur, ita nec caput & barba, etenim quum Lex dicit, *in capite vel in barba*, inde colligimus quod inter-ſe non conflantur, neque plaga ſe diffundit interius, licet aduſſerit in ea. Dicitur in Siphra, quod ſicuti hæc cum illa non miſcetur, ita nec diffundit ſe hæc in illam. Tandem dicit auctor, אין מיטמאין משום מחיה *non polluuntur nomine vitalitatis*, ſi nempe ulcus vel plaga illius ſit in papula, licet ea facta ſit adurens, tum iſtius vitalitatis non habetur ratio, ſed impedit id quod omnino in albedinem ſe convertit, quia id aptum eſt ad plagas, nempe calvitium & recalvationem, ulcus & aduſtionem quæ adurentia facta ſunt. Cæterum jam diximus quod omne id quod ad plagas aptum eſt, impediat quando plane album factum fuerit, & contexerit lepra totam pellem plagæ, id eſt pellem ad plagam aptam, & caput ac barbam quæ non induxerunt pilos antequam in iis progerminaſſet pilus, ſed in barba hæc nota ſunt, atque in capite, quia lepra jam nata eſt ſupra capillos, & poſtea progerminavit, vel non progerminavit. דלדולין שבראש ובזקן *caro pendula in capite, & in barba*, quando ab iis dependet verruca, & magnus humor multiplicaverit ſpeciem carnis abſque pilis, tum ſine dubio illius jus ſimile eſt juri de pelle carnis, quæ polluit

runt pilos, ſicuti ſe res habet in parvulo cujus barba nondum progerminavit, vel cujus caput nondum capillos accepit, illa judicantur ut pellis carnis, ut polluantur papula. Pariter quoque fruſta carnis pendula a capite & barba, in quibus nullus eſt pilus, judicantur ut pellis carnis, & impediunt progerminationem, & plaga ſe diffundit in ea, atque in copia fabæ commiſcentur. luit in plagis pellis carnis, & impedit id quod omnino in album convertit.

פרק ז אלו בהרות טהורות שהיו בו קודם למתן תורה בעכ"ום ונתגייר בקטן ונולד בקמט ונגלה בראש ובזקן בשחין ובמכוה וקרח ובמורדין (נ"א המורדין) חזר הראש והזקן ונקרחו השחין והמכוה והקרח ונעשו צרבת טהורים הראש והזקן עד שלא העלו שער העלו שער ונקרחו השחין והמכוה והקרח עד שלא נעשו צרבת נעשו צרבת וחיו רבי אליעזר בן יעקב מטמא שתחלתן וסופן טמא וחכמים מטהרים:

Caput 7. Hæ papulæ ſunt mundæ, quæ extiterunt ante legiſlationem, quæ ſunt in peregrino qui proſelytus factus eſt, in parvulo & nato, in ruga quæ detecta eſt, in capite & barba, in ulcere & aduſtione, in inflammatione & rebellantibus. Si caput & barba denuo calvitium induxerint, vel ulcus, aduſtio, & inflammatio contracta ſint, munda ſunt. Caput & barba, donec nondum pilos induxerint, vel ſi pilos induxerint & calvitium; ulcus vero, aduſtio, & inflammatio donec nondum contracta ſint, ſi vero contracta ſint, & ſanata, R. Eliezer filius Jacobi ea immunda pronunciat, quia principium & finis eorum immunda ſunt; Sapientes munda pronunciant.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו בהרות טהורות שהיו בו קודם מתן תורה *Hæ papulæ ſunt mundæ, quæ in aliquo exstiterunt ante legiſlationem*, ſi quis ante legiſlationem habuiſſet lepram, is non erat immundus poſtquam lata eſſet Lex, quia in principio Legis dicitur, *homo ſi in pelle carnis illius ſit*, hinc excipitur plaga lepræ quæ jam extitit; præterea hæc omnia quæ hic recenſentur, ex hoc verſu procedunt, inquirimus enim quod plaga in homine nata eſſe debet ab eo tempore quo is aptus erat ad immunditiem recipiendam, & non antea, ſicuti ea incidere nequit in peregrinum antequam proſelytus factus fuerit, vel in minorennem.

בקמט שנתגלה *In rugam quæ detecta eſt*, quæ in principio erat plaga in ruga occulta, & munda, quia ea in loco erat occulto, & poſtea detecta. ובמורדים *& in rebellantibus*, nemde in ulcere & in aduſtione, quæ מורדים dicuntur quando nondum ſanata fuerunt, nec cruſtam induxerunt inſtar corticis allii.

עד שלא העלו שער *Donec nondum induerint pilos*, ſi venerit plaga ante iſtud tempus, quia tum habentur pro pelle carnis, & principium eorum immundum eſt, ſed cum pili prodiiſſent, munda erant, tum enim eorum jus ſimile eſt juri porriginum, quum vero calvitium induerint, tum finis eorum immundus eſt. *Eodem modo comparatum eſt cum ulcere, aduſtione, & inflammatione*, quia plaga id eſt immundities venit antequam hæc veniſſent, ſed ex quo venerit ulcus, & aduſtio, & inflammatio, tum munda eſt, nam requirimus ut ulcus, & aduſtio præcedat tumori, ſicuti ſcriptum, *& erit in loco ulceris tumor*, oportet ergo ut ulcus præveniat tumori, non autem ut tumor præcedat ulceri, quando denuo exurentia facta ſunt, tum enim munda ſunt. וחיו *& revixerint*, id eſt, ſi ſanitati reddita ſint. רבי אליעזר בן יעקב מטמא *R. Eliezer filius Jacobi ea immunda pronunciat*, quia ab initio plaga venit in pellem carnis, & in fine rediit ad principium ſuum, proinde non ſolliciti ſumus de intervallo utriuſque. *Sapientes munda pronunciant*, eo quod intervallum eſt mundum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus in Lege, *homo ſi fuerit in pelle carnis illius*, hinc nos colligimus e verbo יהיה *fuerit*, in tempore futuro pro ruga quæ poſtea detegitur, quod in hominis pinguis corpore caro emaciatur, ita ut plagæ aperiantur quæ antea erant occultæ. Cæterum in ſuperioribus jam expoſuimus quod caput & barba quando non habent pilos, quidem munda ſint, at ſi plane nulli pili progerminaverint, tum immunda ſunt plaga calvitii, & recalvationis, quia ulcus, aduſtio, & inflammatio, quando humida ſunt, vocentur מורסא, ſicuti expoſuimus, tale genus plagæ non pollui aliqua plagarum ſpecie. Poſtquam vero facta fuerint צרבות *adurentia*, & duritiem induxerint, tum polluuntur ſignis ulceris & aduſtionis, cum vero omnino ſanata fuerint, ulcus nempe & aduſtio, tum illa redeunt in pellem carnis, & polluuntur ſignis pellis carnis, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, וחיו *& vixerint*; ego vero tibi in ſequentibus hæc omnia exponam. Porro dicit auctor, *donec nondum contracta facta ſint*, hujus dicti ſenſus eſt quod plaga innovata ſit, & hoc ſecundum jus pellis carnis antequam ea extenderit ſe per pellem, tum pellis polluta eſt abſque dubio; at vero quando hæc plaga denuo facta ſit adurens, poſtquam ſacerdos mundam pronunciaverit plagam, quæ in pelle carnis eſt & in ulcere innovata vel aduſtione, ſicuti capite primo hujuſce codicis expoſitum eſt. Præterea quoque ulcus & aduſtio ſi redierint ad jus pellis carnis, & hæc plaga redierit, immundus eſt, at mundus ſecundum Sapientes, quia ii dicunt, ex quo depulſa eſt plaga. Cæterum plaga immunda eſt quando in ea innovatum fuerit quod coarguit depulſionem & egreſſionem illius ex illo loco ubi fuit plaga, ex quo corpus mundum factum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב נשתנו מראיהן בין להקל בין להחמיר כיצד להקל היתה כשלג ונעשית כשיד ההיכל כצמר לבן וכקרום ביצה נעשית מספחת שאת או מספחת עזה כיצד להחמיר היתה כקרום ביצה ונעשה כצמר לבן כסיד ההיכל וכשלג רבי אלעזר בן עזריה מטהר רבי אלעזר חסטמא אומר להקל טהור ולהחמיר תראה בתחלה רבי עקיבא אומר בין להקל בין להחמיר תראה בתחלה:

2. Si mutatæ ſint ſpecies earum, tam ad allevandum quam ad aggravandum; quomodo ad allevandum? ſi ea ſit inſtar nivis, & poſtea facta ſit ut calx palatii, vel ut lana alba, & poſtea facta ut teſta ovi; ſi abſceſſus factus ſit tumor, vel abſceſſus fortis inſtar nivis. Quomodo ad aggravandum? ſi ea ſit inſtar teſtæ ovi, & poſtea facta ut lana alba, vel ut calx palatii, & facta ut nix, R. Eleazar filius Azariæ mundam declarant. R. Eleazar filius Chaſmæ dicit, ad allevandum munda eſt, ſed ad aggravandum inſpici debet ab initio. R. Akiba dicit, tam ad allevandum quam ad aggravandum, inſpiciatur ab initio.

R. OB. DE BARTENORA.

נשתנו מראיהן *Si mutatæ fuerint ſpecies earum*, videlicet papularum mundarum, ut eæ quæ ſunt ut nix antequam proſelytus factus fuerit, ſed ex quo proſelytus factus fuit, ut calx palatii facta. כצמר לבן וכקרום ביצה *ut lana alba & poſtea ut teſta ovi*, ac ſi dixiſſet, in principio fuit inſtar lanæ albæ, jam vero inſtar teſtæ ovi facta eſt.

נעשית מספחת שאת *Si abſceſſus factus ſit tumor*, vel abſceſſus fortis, ac ſi dixiſſet, quod tumor factus ſit abſceſſus, quando is denuo factus fuerit ut generatio illius; vel ſi fortis factus ſit ut abſceſſus illius. Expoſitio autem illius quod dicitur in fine Miſnæ, ſi ea ſit inſtar nivis, & poſtea facta ſit inſtar calcis palatii, intelligenda eſt ſi plaga facta ſit abſceſſus fortis, & ea quæ erat inſtar lanæ albæ, & poſtea facta inſtar teſtæ ovi, eſt ea quæ facta eſt tumor abſceſſus.

וכסיד ההיכל וכשלג *Et ſicuti calx palatii, & nivis*, ſenſus eſt quod plaga antea habuit colorem calcis palatii, nunc autem nivis. *R. Akiba dicit, ſive ad allevandum, ſive ad aggravandum, inſpiciatur ab initio*, deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſermo dependet ab antecedenti, iſtæ igitur ſint papulæ quas hic recenſet auctor, quaſque is mundas pronunciat pro tempore; vel ſenſus illius quod dicitur, *ſi mutatæ ſint earum ſpecies*, eſt, ſi albedinem apprehenderint, vel ſi poſtea defecerit tempus, vel ſi res ipſa defecerit, ut, ſi mutata fuerit ſpecies vitiliginis quæ in ipſa eſt, ſi quis ſit gentilis, vel ante legiſlationem poſtquam fidem Iſraëlis amplexi ſint, vel poſt legiſlationem, vel ſi mutata ſit ſpecies papulæ, quæ in ruga erat poſtquam detecta eſt. R. Eleazar filius Azariæ dicit, quod vir ſit mundus quando is tetigerit plagam mundam. R. Eliezer filius Chaſmæ dicit, quod poſtquam illa apprehenderit albedinem, tum immunda ſit. Dicimus enim quod ſit plaga quæ innovationem inchoavit. R. Akiba dicit quod luſtratur ſicut in principio. Porro dicit auctor, *eſt inſtar calcis palatii*, & tum ei deficit albedo ipſius, & redit denuo inſtar lanæ albæ; etenim ab initio codicis expoſuimus, quod lana alba ſecundum Sapientes majorem habet albedinem quam calx palatii, quo notatur quod papula fortis cujus ſpecies erat inſtar nivis, redierit ad ſpeciem calcis; vel ſpecies tumoris quæ eſt inſtar lanæ albæ, vel inſtar teſtæ ovi, proinde ac ſi dixiſſet auctor quod nihil intereſt inter reditum ſpeciei & conſortem illius, quæ eſt tumoris, vel generationis ipſius, vel generationis conſortis ipſius ſpeciei, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, ſi factus ſit abſceſſus tumoris, vel abſceſſus fortis; hæc eſt ratio quare Deus in Lege ſpeciem cujus albedo debilis eſt, vocaverit מספחת *abſceſſum*, ſicuti dicit, *& ſi plaga lepræ ſit abſceſſus*; ad quæ verba expoſuerunt verbum כהה intelligendum eſſe de colore qui obſcurior eſt teſta ovi, quæ eſt infimus color in plagis, omnis enim plaga quæ non habuerit albedinem teſtæ ovi, ea vitiligo dicitur; ſcopus itaque auctoris eſt plagam deficere a colore ſuo primo quem habebat, & non exiiſſe quatuor ſpeciebus plagarum, atque hoc eſt quod dicunt in Siphra, quando Lex dicit כהה, forſan intelligi debet color qui obſcurior eſt quatuor ſpeciebus? nequaquam, nam Lex dicit, *plaga*; ergo plaga eſſe poteſt in ſpeciebus illius? Lex dicit, *ſi obſcurior facta ſit*, quomodo? ſi ea obſcurior facta ſit obſcuritate, ſed non obſcurior quatuor ſpeciebus. Porro dicitur, *ſi abſceſſus factus ſit tumor*, ſi nempe amiſerit albedinem tumoris, eſtque ſpecies quæ eſt inter primam ſpeciem nivis uſque ad primam ſpeciem tumoris; hæc conſtitutio eſt ſecundum R. Akibam.

ג בהרת אין בה כלום בתחלה בסוף שבוע ראשון יסגיר בסוף שבוע שני לאחר הפטור יפטור עודהו מסגירו ופוטר ונולדו לו סימני טומאה יחליט בהרת ובה סימני טומאה יחליט עודהו מחליטו והלכו להן סימני טומאה בתחלה בסוף שבוע ראשון יסגיר בסוף שבוע שני לאחר הפטור יפטור :

3. Si in papula nihil ſit, ab initio, in fine ſeptimanæ primæ includat, in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem liberet. Si eam adhuc includat, & dimittat, & interea nata fuerint ſigna immunditiei, declaret eam. Si in papula ſint ſigna immunditiei, declaret, ſi adhuc declaret eam, & abierint ſigna immunditiei, ab initio, in fine ſeptimanæ primæ includat, in fine ſeptimanæ ſecundæ poſt dimiſſionem, liber ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת *Papula*, jam ſermo eſt de papulis immundis. ואין בה כלום *& nihil ſit in ea*, non vitalitas neque pilus albus. בתחלה *ab initio*, quando leproſus ad ſacerdotem defertur; & ſic etiam in fine ſeptimanæ primæ, includat eam, ſi in ipſa nihil natum ſit; pariter ſi poſt dimiſſionem nihil in ipſa natum ſit, tum vir maneat in hac dimiſſione per omnem vitam ſuam, & non denuo includatur. עודהו מסגירו *adhuc includat eam*, quia includi volebat ſive ab initio, quando ad ſacerdotem delatus erat, ſive in fine ſeptimanæ primæ, & ſacerdos non ſat temporis habuerit in ipſa includenda donec ſigna immunditiei in ipſa nata fuiſſent, uti pili albi & vitalitas ab initio; & in fine ſeptimanæ primæ, ſi in ipſa ſit pilus albus, vitalitas, & diffuſio, declaret; ſed ex quo ſacerdos plagam incluſerit, denuo eam non declarat, ſicuti dictum eſt capite tertio. ופוטר *& dimittat*, ac ſi dixiſſet, vel dimiſerit eum, ut, in fine ſeptimanæ ſecundæ; imo licet poſt dimiſſionem ſigna immunditiei nata fuiſſent, declaret tamen ſacerdos. עודהו מחליטו *adhuc declaret eum*, ſi ſacerdos declaraverit, & non dubitaverit niſi donec abierint ſigna immunditiei. בתחלה *in principio*, quando is ad ſacerdotem delatus erat, vel in fine ſeptimanæ primæ, includat eum; at ſi ex quo declaravit eum, abierint, ut, ſi declaraverit eum ob pilum album, & pilus albus abierit, papula confirmata, tum ſacerdos non includet eum, ſed dimittat & mundum declaret.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite tertio hujuſce codicis quod ſigna immunditiei in plagis pellis corii ſint pili albi, vel vitalitas, vel diffuſio; in ulceris vero plagis & aduſtionis ſigna ſunt pili albi, vel diffuſio; in plagis calvitii & recalvationis, in quibus duæ ſeptimanæ continentur; atque hæc eſt comparatio pro reliquis plagis. Cæterum hujuſce Miſnæ ſcopus eſt, quod ſacerdos cogitavit ad mundam vel immundam pronunciandam plagam, antequam vero id dixerit, quid innovatum fuerit in plaga, contrario modo ratione illius quod cogitabat, ut diceret quod judicaret juxta ſenſum ultimum, & non dixerit ſicuti cogitabat, nam ſi jus poſtularet ut declararet, non potuiſſet includere, quia declaratum non includunt; & ſic in reliquis.

ד התולש סימני טומאה והכווה את המחיה עובר בלא תעשה ולטהרה עד שלא בא אצל הכהן טהור לאחר החלטו טמא אמר רבי עקיבא שאלתי את רבן גמליאל ואת רבי יהושע הולכין לגדוור בתוך הסגירו

4. Si quis avulſerit ſigna immunditiei, & aduſſerit vitalitatem, is tranſgreſſus eſt præceptum vetans; ratione purificationis, donec nondum ad ſacerdotem venerit, mundus eſt; poſtquam vero declaraverit eum, immundus eſt. Dixit R. Akiba, quæſivi a Rabban Gamaliele, & R. Joſua euntibus ad

הסגירו מה הוא אמרו לי לא שמענו אבל שמענו עד שלא בא אצל הכהן טהור לאחר החלטו טמא התחלתי מביא להם ראיות אחד עומד בפני הכהן ואחד בתוך הסגרו טהור עד שיטמאנו הכהן מאימתי היא טהרתו רבי אליעזר אומר לכשיולד לו נגע אחר ויטהר ממנו וחכמים אומרים עד שתפרח בכולו או עד שתתמעט בהרתו מכגרים :

ad Gadvad, quid ſit illud, *interea dum incluſus eſt?* reſponderunt mihi, non audivimus, ſed audivimus quod ſi nondum ad ſacerdotem venerit, mundus ſit, at poſt declarationem immundus eſt; incepi illis adferre demonſtrationes. Si unus ſtet coram ſacerdote, & alter in incluſione ſua, tum mundus eſt, donec ſacerdos eum immundum pronunciaverit. Sed quando eſt purificatio illius? R. Eliezer dicit, ex quo plaga alia nata fuerit, & mundus declaratus ſit ab ea. Sapientes dicunt, donec ea tota effloruerit, vel donec diminuta ſit papula ejus donec non amplius fabæ copiam habeat.

R. OB. DE BARTENORA.

התולש סימני טומאה *Si quis ſigna immunditiei evulſerit*, uti ſunt pili albi in pelle carnis, & pilus albus in vitiliginibus. *Et quis exuſſerit vitalitatem*, nam ex quo exuſta eſt, non amplius eſt immunditiei ſignum. עובר בלא תעשה *tranſgreditur præceptum vetans*, etenim verbum השמר dicitur de plaga lepræ; & ubi dicitur השמר פן vel אל, ibi etiam præceptum vetans notatur. ולטהרה & *pro purificatione*, id eſt ratione munditiei quodnam ſit jus, quæritur. *Donec ad ſacerdotem nondum venerit*, ſi evulſerit, mundus eſt; ſi vero poſt declarationem ſacerdotis evulſerit, immundus eſt.

הולכים לגדוד *Euntes ad Gadvad*, ita nos legimus, eſtque nomen loci alicujus. בתוך הסגירו מה הוא *interea dum incluſus eſt, quid hoc ſibi vult*, ſi evulſerit pilos in ſeptimana incluſionis primæ, vel incluſionis ſecundæ, quid tum? התחלתי מביא להם ראיות *incepi ipſis adferre demonſtrationes*, in Toſaphta dicitur, quod hæc fuerit demonſtratio, quia ad ſacerdotem nondum pervenerat, ideo mundus erat; non autem quod ſacerdos ſigna plagæ nondum inſpexerat; qui vero evulſerit ſigna immunditiei interea dum incluſus eſt, is quoque mundus eſt, quia ſacerdos non vidit illius immunditiei ſigna, idcirco unus ſtabat coram ſacerdote, ac ſi dixiſſet auctor, iſte unus qui coram ſacerdote ſtabat, feſtinanter evulſerat ſigna immunditiei, antequam ei dixiſſet ſacerdos, immundus tu es; ut iſte alter qui evulſerat interea dum incluſus erat, hi ambo ſunt mundi; ita deciſio eſt.

מאימתי היא טהרתו *Quando eſt purificatio illius?* illius nempe qui ſigna immunditiei evulſit poſt declarationem ſacerdotis. *Quando plaga nata eſt in ipſo poſtquam purificatus eſt ab illa*, nam cum is a ſecunda plaga ſanatus ſit, potiſſimum eſt quod Lex hoc in caſu pepercit illius incommodo, & licet primum ſignum immunditiei perduraſſet, tamen ab uno & ab altero ſanatus fuiſſet.

עד שתפרח בכולו *Donec effloruerit ubique*, per totam plagam ultimam, quia illic nihil ſuſpicandum eſt, nam licet prius in ipſo non fuerit, nunc tamen mundus eſt. או עד שתתמעט בהרתו כגרים *vel donec diminuta ſit papula illius in copia fabæ*, licet pili non avulſi ſint, nec vitalitas exuſta, tamen mundus factus eſt, quia plaga ita diminuta eſt ut non amplius fabæ copiam habeat, nihilominus tamen illa verba, *donec effloruerit undique*, duntaxat ad eum qui ſigna immunditiei evulſerit pertinent. Si vero quis exuſſerit vitalitatem, tum non purificatus eſt eo quod effloruit, etenim ſi vitalitas confirmata ſit, non factus eſt mundus per efflореſcendi actum; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

התולש סימני טומאה *Si quis evulſerit ſigna immunditiei*, ſi quis pilos albos evulſerit, vel diſciderit vitalitatem, & id genus alia. Cæterum jam expoſuimus capite ſexto codicis de Plagis, quod ubi dicitur, השמר פן *cave tibi ne* &c. Vel cum particula אל *ne*, notetur præceptum vetans ſive negans. Præterea Lex quoque dixit השמר de plagis lepræ, propterea omnis qui plagas lepræ removerit a corpore ſuo, vel a corpore conſortis illius, vel a veſte, plagis excipiendus eſt, atque hic eſt ſenſus conſtitutionis definitæ ſicuti in caſibus rerum licitarum & non licitarum; cæterum hic requiruntur conditiones omnium circumſtantiarum, nempe teſtes, monitiones, & judices, ſicuti in aliquibus locis expoſitum eſt. Negotium itaque munditiei & immunditiei ſe habet ſicuti tibi dixi, ſi plaga remota ſit antequam ſacerdos eam luſtraſſet, tum vir mundus eſt, ſi vero remota ſit poſt declarationem, tum immundus eſt; ſi vero removerit eam dum incluſus eſt, hoc in caſu quæſivit R. Akiba a Rabban Gamaliele, & a R. Jehoſua ad aliquem locum euntibus, at illi non reſponderunt, ſed poſtea ei reſponderunt quod mundus ſit. Cæterum in Toſaphta jam expoſitus eſt ſenſus demonſtrationis R. Akibæ; reſponſio vero Sapientum, *ſi nondum ad ſacerdotem venerit, mundus eſt*, non ita intelligenda eſt quaſi ſi ſacerdos nondum luſtraviſſet ſigna immunditiei, etiam in tempore incluſionis, mundus eſſet, niſi donec ſacerdos luſtraſſet immunditiem, reſponderunt ei, bene dixiſti, ne vero hoc tibi difficile ſit, quando dicitur, etiam in tempore incluſionis mundus eſt, ut cogitares hæc deſtruere fundamenta in principio libri expoſita, quod leproſus occluſus ſit immundus, quia ita eſt natura linguæ, etiam ſi ſigna immunditiei in incluſione evulſerit, mundus erit poſtquam incluſionis tempus eſt impletum, niſi ſacerdos in ipſo invenerit ſignum immunditiei, at demonſtratio ſigni non præceſſerit. Præterea cum ipſo conſentit doctor primus remotis immunditiei ſignis poſt declarationem, & quærit, quando ſit purificatio illius; deciſio eſt ſecundum Sapientes & R. Akibam.

ה מי שהיתה בו בהרת ונקצצה טהורה קצצה מתכוין רבי אליעזר אומר לבשיולד לו נגע אחר ויטהר ממנו וחכמים אומרים עד שתפרח בכולו היתה בראש הערלה ימול :

ƒ. Si in aliquo ſit papula, is vero exſciderit eam, munda eſt; ſi conſulto eam exſciderit, R. Eliezer dicit, ex quo plaga alia nata fuerit, & purificatus fuerit ab illa. Sapientes vero dicunt, donec undique effloruerit. Si ea ſit in capite præputii, tamen circumcidatur.

R. OB. DE BARTENORA.

ונקצצה טהורה *Si exſciſſa eſt, munda eſt*, ſicuti Lex præſcribit, *omnes dies in quibus plaga eſt, immundus ſit*, at non per iſtos dies quibus papula fuit & exſciſſa eſt. קצצה מתכון *ſi eam conſulto exſciderit*, in Toſaphta oſtenditur quod ubi totam papulam exciderit, & ſimul abſciderit de carne circum ipſam, nemo contradicit, quod hæc non ſit purifica-
tio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ſuperius locutus eſt de eo qui evellit ſigna immunditiei e plaga, idcirco hic loquitur de eo qui plagam omnino exſcidit; cæterum in Toſaphta jam expoſitum eſt, quod ſi quis papulam omnino exſciderit una cum fruſto carnis vivæ, & percuſſerit eam e ſuperficie corporis, non ſit purificatus in perpetuum, ſecundum omnium doctorum
con-

tio perpetua; nihilominus tamen Sapientes ipſum mulctarunt quod intenderit radicem papulæ exſcindere; hic vero ubi abſcidit, & aliquantulum reliquit, nemo contradicit, quod is purificatus ſit in eo quod papula effloruit; tamen non multarunt eum licet quid reliquerit. Diſſentiunt enim doctores in caſu quo accurate abſciſſa eſt papula, quantacunque ea ſit, non minus neque plus.

רבי אליעזר אומר לכשיולד לו נגע ויטהר ממנו *R. Eliezer dicit, ex quo nata eſt plaga, & purificatus fuerit ab illa*; Sapientes dicunt, donec plaga ubique effloruerit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Porro nos hic illa verba, donec papula diminuta ſit eo uſque ut ea non conficiat copiam fabæ, non attribuimus Sapientibus, quia duntaxat locum habent apud ſigna immunditiei ab aliquo in principio evulſa, relicta papula; ſed huic Miſnæ tantum conveniunt, ſi tota papula exciſa ſit.

היתה בראש הערלה ימול *Si ea ſit in extremitate præputii, circumcidatur*, hic non fit ſermo de circumciſione quæ fit in tempore ſuo, etenim res notiſſima eſt quod circumciſio propellat jus Sabbati, licet id edictum lapidationis ſit, nonne eo magis lepra propellat quietem Sabbaticum, utpote quæ duntaxat edicto Legis nititur? reſp. ſed etiamſi circumciſio non ſuo tempore peracta non propellat Sabbatam, propellit tamen lepram, nam præceptum affirmans circumciſionis propellit præceptum negans lepræ, etenim nos ſtatuimus quod ubicunque inveneris in Lege præceptum affirmativum & ſimul negativum, præſtet utrumque præceptum implere, ſin minus,* affirmativum propellat negativum.

conſenſum; ſi vero partem aliquam de papula abſciderit, & quantulacunque copia remanſerit, tum is mundus eſt ſi papula effloruerit undique, ſecundum omnium ſententiam; ſed diſſentiunt in Miſna, quando quis accurate abſcidit; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Inſuper auctor dicit, quod ſi plaga ſit in pelle præputii, circumcidatur tamen, licet plaga exciſa ſit, nam hic non eſt ſermo de die octavo, quia notum quod circumciſio in tempore ſuo propellat jus Sabbaticum, quod cæteroquin edictum lapidationis continet; quomodo ergo plaga lepræ non propelleret quæ præceptum negans in ſe comprehendit? Sed hic ſermo ſit de circumciſione extra ordinarium tempus peragenda, quæ propellit lepram, quia circumciſio nititur præcepto affirmanti, lepræ autem abſciſſio nititur præcepto neganti; at vero nobis hypotheſis eſt, quod ubi invenimus præceptum affirmans & negans, præſtet utrumque confirmare ſi fieri poſſit, ſin minus, affirmans propellat negans.

פרק ח הפורח מן הטמא טהור חזרו בו ראשי אברים טמא עד שתתמעט בהרתו מכגרים מן הטהור טמא חזרו בו ראשי אברים טמא עד שתחזור בהרתו לכמות שהיתה:

Caput 8. Quod effloreſcit ex immundo, id mundum eſt; ſi redierint extremitates membrorum, immundus eſt, donec papula illius diminuta ſit infra copiam fabæ ex mundo, immundus eſt; ſi redierint extremitates membrorum, immundus eſt donec redierit plaga quantulacunque ea fuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורח מן הטמא טהור *Quod effloruerit ex immundo, id mundum eſt*, puta eum qui ob aliquam plagam declaratus eſt immundus, qui mundus eſt poſtquam plaga ubique effloruit. חזרו בו ראשי איברים *ſi in eo redierint extremitates membrorum*, ſi poſt progerminationem detectæ fuerint, licet extremitates membrorum ſint duntaxat, tamen immundus eſt, ſicuti ſcriptum eſt, *in die quo in ea conſpicitur caro viva, immundus eſto*; ſi nempe copiam lentis habuerint.

עד שתתמעט בהרתו כגרים *Donec diminuta ſit adeo papula illius ut non habeat copiam fabæ*, ſi tota plaga evanuerit ita ut non remanſerit copia fabæ מטהור טמא *e mundo immundus*, mundus eſt, quando effloruerit plaga ubique, ut, ſi ob pilos albos, vel ob vitalitatem declaratus ſit, & poſtea exciderint pili albi, vel vitalitas contecta fuerit, quapropter ſacerdos eum abſolverit; vel ſi ſacerdos eum incluſerit ob papulam in copia fabæ, & ea in oculis ipſius duas ſteterit ſeptimanas, quamobrem abſolutus fuit; in omnibus hiſce caſibus, ſi poſt abſolutionem plaga effloruerit undique, immundus eſt.

עד שתחזור לכמות שהיתה *Donec ea redierit quemadmodum antea fuit*, etenim ſi quid remanſerit de progerminatione quantulacunque prope radicem, immundus eſt ob diffuſionem; cæterum proxime traditum eſt, quod ſi abierit vitalitas, & poſtea effloruerit undique, mundus eſt, quanto magis ſi ea non ſit in loco ſuo, vir mundus eſt; illic enim ſermo eſt de caſu quo ſacerdos eum adhuc non abſolverit, quando plaga undique effloruit, hic vero ſermo fit de caſu quo abſolvit eum ſacerdos, licet poſtea undique effloruerit plaga.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias quod leproſus declaratus a ſacerdote, ob quæcunque immunditiei ſigna, declarari debeat, vel ſi incluſus ſit, & lepra amplius effloreſcat, & utrobique alba facta ſit, tum is immundus eſto, ſicuti Lex dicit; at vero quum vir a ſacerdote dimiſſus eſt & liber exiit, & papula abiit ita ut non amplius ſit ſignum immunditiei, poſtea vero undique effloruerit, tum vir immundus eſt. Pariter ſi vir ab initio ad ſacerdotem venerit, & plaga tota alba facta ſit, tum is etiam immundus eſt, quia Lex de puritate illius nihil dicit, niſi poſtquam immundities præceſſit. Quæritur in Siphra, forſan tota plaga facta eſt alba in principio, idcirco mundus eſt? reſp. Lex dicit, *iſta munda eſt*, at non ea quæ tota alba facta eſt ab initio, ſed ea potius immunda eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor Miſnicus dixit, *quod effloruerit de mundo, id immundum eſt*. Præterea quoque in Siphra expoſitum eſt, quod mnndum ſit id quod effloruerit interea dum vir incluſus eſt, licet incluſus ſit immundus, ſicuti pro fundamento poſuimus, quia immundities jam præceſſit. Porro dicit Miſna, *ſi redierint extremitates membrorum, immundus eſt*, ſenſus eſt quod ſi plaga tota facta ſit alba poſt immunditiem, tum ea eſt munda; ſi vero vel in una e membrorum extremitate ſit caro viva, tum immunda eſt, licet extremitates membrorum non polluantur vitalitate, ſicuti dictum eſt ſuperius, & hoc eſt quod in Lege dicitur, *dum in ea conſpicitur caro viva, immunda eſto.* Sub hac tamen conditione, ſi plaga habeat lentis copiam & plus, ſicuti doctores dixerunt, hic dicitur in Lege, *caro viva*, & illic quoque dicitur, *caro viva*, quemadmodum capite ſexto expoſuimus, ita etiam hic requiritur copia lentis. Si vero tota pellis effloruerit in viro mundo, nempe poſtquam is dimiſſus fuerit a plaga ſua qua pollutus fuerat; porro ſi extremitates membrorum etiam detectæ fuerint, tum vir in immunditie ſua permanet, & nihil eſt quod carnem vivam detegat, proinde immundus eſt donec tota caro detecta fuerit, redieritque papula a qua antea jam liberatus erat, ſicuti ea erat antequam progerminata eſſet, quia is tum mundus eſt propter diffuſionem.

ב בהרת כגרים ובה מחיה כעדשה פרחה בכולו ואחר כך הלכה לה המחיה או שהלכה לה המחיה ואחר כך פרחה בכולו טהור נולדה לו מחיה טמא נולד

2. Si in papula fabæ copiam habente ſit vitalitas inſtar lentis, atque ea effloruerit undique, poſtea vero abierit vitalitas; vel ſi abierit vitalitas, & poſtea effloruerit undique, mundus eſt: ſi vero nata

ſit

נולד לו שער לבן רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרים :

fit vitalitas, immundus eſt. Si natus ſit pilus albus, R. Joſua immundum pronunciat, Sapientes vero mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ואחר כן הלכה לה מחיה *Et poſtea abierit vitalitas*, in quam diffudit plaga, ſed dum ea effloreſcit nondum abierat. Verum deinceps; ſi vero vitalitas non contecta fuerit, tum progerminatio ipſum non purificat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נולדה בו מחיה טמא *Si in ipſa nata ſit vitalitas, immundus eſt*, ſicuti Lex dixit, *dum in ea conſpicitur caro viva, immundus ſit.* R. Jehoſua dicit, quod vitalitas ſit immunditiei ſignum, & pilus albus quoque; & quemadmodum vir polluitur innovatione vitalitatis, ita etiam innovatione pili albi polluitur. Sapientes vero demonſtrationem petunt ex eo quod dicitur, *vel ſi redierit caro viva*, hinc is dixit, caro viva polluit, at non pilus albus, putat nempe virum qui totus factus eſt albus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג בהרת וכה שער לבן פרחה בכולו אף על פי ששער לבן במקומו טהור בהרת וכה פשיון פרחה בכולו טהור וכולן שחזרו בהן ראשי אברים הרי אלו טמאין פרחה במקצתו טמא פרחה בכולו טהור :

3. Si papula in qua pilus albus eſt, undique effloruerit, licet pilus albus in loco ſuo manſerit, mundus eſt. Si papula in qua diffuſio eſt, undique effloruerit, mundus eſt. Omnes vero leproſi ſi extremitates membrorum in iis redierint, immundi ſunt; ſi ea partim effloruerit, immundus eſt, ſi vero undique effloruerit, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בהרת כגרים ובה שער לבן *Si papula copiam fabæ habeat, & in ipſa ſit pilus albus*, jam nos docet qnod purificat res effloreſcens poſt omnia ſigna immunditiei. פרחה במקצתו טמא *Si ea effloruerit ex parte, immunda eſt*, requiritur ut doceat, quod etiam ſi plurima ex parte effloruerit, tamen non dicimus plurimam partem eſſe inſtar totius. Inſuper etiam monere voluit quod in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ vir immundus ſit, propterea quod plaga ex parte effloruit, & in quantulacunque copia ob diffuſionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor Miſnicus quod ſi pilus albus manſerit in loco ſuo, plaga ſit munda, imo etiam ſecundum R. Joſuam. Senſum vero illius quod dicitur, *ſi redierint extremitates membrorum*, jam expoſuimus, nempe, ſi redierit caro viva licet in copia lentis in extremitate membri. Senſus vero illius quod dicitur, *ſi effloruerit ex parte, immunda eſt, ſi undique, munda eſt*, ſignificare videtur quod per id quod Lex dixit, *ſi ea tota alba facta ſit*, intelligi debeat plagam uno momento rediiſſe; ſi vero ea paulatim effloruerit, tum munda eſt.

ד כל פריחת ראשי אברים שבפריחתן טהרו טמא כשיחזרו טמאים כל חזרת ראשי אברים שבחזירתם. טימאו טהור נתכסו טהור נתגלו טמא אפילו מאה פעמים :

4. Omne germen extremitatum membrorum quæ germine ſuo mundum reddunt immundum, ex quo redierunt, immunda ſunt. Omnis extremitatum membrorum reditus, quæ reditu ſuo polluunt mundum, ſi contectæ ſint, mundus eſt, ſi detectæ, immundus eſt, licet centies mutatæ ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

שבפריחתן טהרו טמא *Quæ progerminatione mundum reddunt immundum*, intellige ejuſmodi membrorum extremitates quæ ſua progerminatione immundum reddunt mundum, quando denuo detecta fuerint, poſtea redit ad immunditiem ſuam. שבחזירתן טמאו טהור *quæ reditu ſuo polluunt mundum*, quæ reditu ſuo & detectione polluunt mundum; hæ ſi denuo redierint & contectæ fuerint, poſtquam ſe diffuderit plaga, mundus eſt; ſi vero deinceps denuo detectæ fuerint, immundus eſt. Etenim notandum erat, licet ſæpius mutatæ ſint plagæ, & licet centies, hoc ordine procedendum eſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבפריחתן טהרו טמא *Quæ progerminatione ſua mundum reddunt immundum*, hoc eſt quod diximus, is immundus erat, & poſtea plaga undique effloruit, atque mundus factus eſt, ſi vero plaga effloruerit ad extremitates membrorum quæ lepra correptæ ſunt ratione redeundi, mundus eſt, quando ex ipſo plaga detecta fuerit, & caro viva redierit in copia lentis, tum vir denuo immundus fit, hinc dixerunt quod immundi ſunt ſi redierint, ſic etiam is qui mundus erat, quando plaga ipſum corripuiſſet, & rediiſſet ac contecta eſſet ſecunda vice, denuo fit mundus; ſi vero poſtea detecta fuerit plaga, tum immundus eſt, ita hoc modo ſemper, licet centies redierit, quando membrum aliquod detectum fuerit, immundus eſt, & cum lepra illud corripuerit, vir mundus eſt, & hoc ſecundum Legis mandatum, *& luſtrabit ſacerdos carnem vivam, atque eum immundum pronunciabit*; & paulo poſt dicit, *vel ſi redierit caro viva & alba facta fuerit, tum ſacerdos eum mundum pronunciabit.*

ה כל הראוי ליטמא בנגע הבהרת מעכב את הפריחה כל שאינו ראוי ליטמא בנגע הבהרת אינו מעכב את הפריחה כיצד פרחה בכולו אבל לא בראש ובזקן בשחין במכוה ובקרח המורדין חזר הראש והזקן ונקרחו השחין והמכוה והקרח ונעשו צרבת טהורים פרחה בכולו אבל לא בכחצי עדשה הסמוך לראש ולזקן לשחין למכוה ולקרח חזר הראש והזקן

5. Quicquid plaga papulæ pollui poteſt, id germen illius impedit, & quicquid pollui nequit plaga papulæ, id non impedit germen; quomodo? ſi ea effloruerit undique, at non in capite, nec in barba, nec in ulcere, nec in aduſtione, nec in inflammatione, quæ rebellant, at caput & barba denuo calvitium induxerint, ulcus vero, aduſtio, & inflammatio ardore contracta fuerint, munda ſunt. Si ea undique effloruerit, ſed non in copia lentis, quod proximum eſt capiti & barbæ, ulceri, aduſtioni, & inflammationi, ſi caput & barba denuo calvitium indu-

והזקן ונקרחו השחין והמכוה והקרח ונעשו צרבת אף על פי שנעשה מקום המחיה בהרת טמא עד שתפרח בכולו :

induxerint, ulcus vero, aduſtio, & inflammatio contracta fuerint, licet locus vitalitatis factus ſit papula, immundus eſt, donec plaga ubique effloruerit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הראוי ליטמא בנגע הבהרת *Quicquid aptum eſt ut id polluatur plaga papulæ*, ut pellis carnis: *impedit id quod effloruerit*, ſi reliquum fuerit quantulumcunque de corpore viri, in quo plaga non effloruerit, tum hoc purificationem illius impedit. *Et quicquid ineptum eſt ut id polluatur plaga papulæ*, ut caput & barba, quæque porro recenſentur.

אין מעכבין את הפריחה *Non impediunt id quod effloruit*, licet plaga non effloruerit in iis, tamen vir mundus eſt, quia in reliquis corporis partibus effloruit. Sed extremitates membrorum hic non enumerat auctor, quia iſtæ impediunt id quod effloruit, quandoquidem aptæ ſunt ad polluendum plaga papulæ, quia plaga ſe diffudit in illas. ונעשו צרבת טהורים *ſi præ ardore pelliculam aliquam induxerint, munda ſunt*, licet caput & barba calvitium induxerint, tamen apta ſunt ut pollui poſſint plaga papulæ; pariter ulcus, aduſtio, & inflammatio rebellantes quæ pellicula obductæ ſunt, habentur pro ulcere carnis, quandoquidem enim dum effloreſcebant non erant aptæ, idcirco non impediunt, & vir mundus eſt. *Licet locus vitalitatis factus ſit papula, tamen immundus eſt*, quia prima progerminatio non habetur pro germinatione, quia dimidium lentis reliquum eſt de pelle carnis prope extremitates; neque progerminatio quæ jam extat, cum vitalitas dimidii lentis tecta ſit, habetur pro germinatione, quia jam calvitium induxerunt, & pellicula obductæ ſunt, atque hæ ſunt inſtar pellis carnis, & non juvat quicquam niſi donec effloruerit in iis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna tota jam expoſita eſt capite ſexto hujuſce codicis; cum itaque dicat auctor, licet locus vitalitatis factus ſit in papulam, intelligit partem corporis reliquam, quæ lentis dimidium conficit, prope caput, vel vitalitatem, quod de corpore reliquum erat, antequam loci ad papulam apti rediiſſent, tum vir immundus eſt donec lepra corripuerit caput, vel barbam, vel ſi illa calvitium obduxerint. Pariter ulcus & aduſtio quando contracta fuerint, jam idonea facta ſunt ad plagas papulæ; idcirco impediunt.

ו שני בהרות אחת טמאה ואחת טהורה פרחה מזו לזו ואחר כך פרחה בכולו וטהור בשפתו העליונה בשפתו התחתונה בשתי אצבעותיו ובשני ריסי עיניו אף על פי שמודבקים זה לזה והם נראים כאחד טהור פרחה בכולו אבל לא כבוהק טמא חזרו בו ראשי אברים כמין בהק טהור חזרו בו ראשי אברים פחות מכערשה רבי מאיר מטמא וחכמים אומרים בוהק פחות מכערשה סימן טומאה בתחלה ואין סימן טומאה בסוף :

6. Si duæ ſint papulæ quarum una immunda, altera vero munda eſt; ſi plaga ab hac ad illam effloruerit, & poſtea effloruerit per totum corpus, mundus eſt; ſi dimidium fabæ ſit in labio ſuperiori, vel in inferiori, vel in duobus digitis, vel in duabus palpebris oculorum, licet cohæreant, & ſimul conſpiciantur, mundus eſt. Si ea per totum corpus effloruerit, ſed non in vitiligine, immundus eſt; ſi extremitates membrorum in figura vitiliginis redierint, mundus eſt. Si extremitates membrorum redierint in copia lente minori, R. Meyr virum immundum pronunciat, Sapientes dicunt, ſi vitiligo minor ſit lente, & ſignum immunditiei in principio, at non in fine.

R. OB. DE BARTENORA.

אחת טמאה *Una immunda*, quæ declarata eſt a ſacerdote; *altera munda*, poſt abſolutionem, quando plaga in ſtatu ſuo permanſit in fine ſeptimanæ ſecundæ; & effloruerit ab hac plaga ad illam, ſive ab immunda ad mundam, ſive contra, & poſtea effloruerit per totum corpus, vir mundus eſt, quia munda facta eſt immunda, quando illa verſus immundum effloruerit, quia diffudit ſe; ſi vero deinceps per totum corpus ſe diffuderit, ex immunda ad mundam effloreſcere potuit.

בשפתו העליונה *In labio ſuperiori*, dimidium fabæ, de papula, ſi ſit in labio ſuperiori, & tantundem in inferiori, ita ut tota faba in uno loco conſpiciatur quando os occluſum eſt. Pariter in duobus digitis & in duobus palpebris duo dimidia fabæ ut una integra apparent. Sed in vitiligine color albus non eſt inferior quatuor ſpeciebus, ſed impedit progerminationem.

חזרו בו ראשי אברים *Si redierint in eo extremitates membrorum*, ſi eæ detectæ fuerint, & in vitiligine natæ, vir mundus eſt; & ita ſe jus habet in reliquis corporis partibus, etſi enim porrigo impediat progerminationem ab initio, tamen non impedit in fine; & quia auctor in fine de extremitatibus membrorum agere voluit, proinde hic in principio idem agit; in fine enim de iis agit ſecundum ſententiam R. Meyr, nam licet in extremitatibus membrorum quæ detectæ ſunt copia lente minor ſit, & vitiliginem contraxerint, R. Meyr virum pronunciat immundum, & eo magis in reliquis corporis partibus. Hæc vero ultima verba quibus dicitur quod ſi extremitates membrorum habeant ſpeciem vitiliginis, vir mundus ſit, ita intelligenda ſunt ſecundum Sapientes, illi enim

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Papula eſt immunda ſi in ea ſit pilus albus, vel vitalitas, vel diffuſio; porro nos auctor docet quod ſi in homine duæ ſint papulæ, una immunda, & altera munda, & lepra ex munda effloruerit per totum corpus humanum, tum is mundus ſit, etenim nos rem non conſideramus ac ſi effloruiſſet e mundo quod immundum eſt, ſicuti ſuperius dictum eſt, licet una plaga ſit contigua alteri, & quaſi una videantur, vir tamen mundus eſt; ſenſus vero hujuſce rei eſt, quod ſi effloruerit lepra in totum corpus, & comprehenderit duo membra contigua, tum eorum contiguitas nihil prodeſt, ſed ex quo albedo apparet, comprehenderit totum, perinde ac ſi aliud membrum comprehendiſſet ipſum. Si vero duo ſint digiti, verbi gratia, quando illi a ſe invicem diſtincti ſunt, tum conſpicitur in quonam e duobus ſit caro viva, quum vero contigui ſunt, & quaſi albi apparent undique, tum vir mundus eſt, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, licet ſibi invicem contigui ſint, nempe, licet tota earum albedo non conſpicua ſit, ſed juxta conjunctionem duntaxat ex parte, tum vir mundus eſt; & dixit Deus, quando totum corpus albeſcit, & plaga contecta eſt, propterea requiritur ut ſpecies alba ſit, quum totum corpus comprehendit lepra, at non porrigo, & quando una e quatuor ſpeciebus comprehenderit corpus, vel omnes quatuor, tum vir mundus eſt, ſicuti ab initio codicis expoſitum eſt, quod illæ tum miſcentur ad liberandum id quod totum corpus album reddit. Si vero albedo corpus comprehenderit, & pars una hujuſce albedinis lepra facta ſit, altera vero vitiligo, tum is immundus eſt, donec hæc vitiligo redierit, ſed non una e quatuor ſpeciebus lepræ; ſin autem lepra comprehen-

enim mundum pronunciant, licet non accurate ſit copia lentis, quantacunque ſit, etiam ſit mundus, quia vitiligo in fine non impedit; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

prehenderit ipſum, mundus eſt, ſicuti diximus. Porro, ſi extremitates membrorum detectæ ſint, & in iis non redeat caro viva, ſed albedo variet a prima albedine ipſa, donec redierit vitiligo, tum mundus eſt, ſicuti fuit, quia Lex dicit, *in die quo caro viva in eo conſpicitur*, *mundus eſto*, at non locus albus; & præterea Lex dicit, *ſi in eo redierit caro viva & alba facta ſit*, at non dicit, ſi converſa ſit caro in lepram, ſicuti in principio dixit, & ſi contexerit lepra. Jam tibi ex hiſce omnibus liquet quod homo ratione lepræ non ſit purus. Sed dicitur de eo, *ſi ea tota in albedinem converſa ſit*, donec locus porriginis leproſus factus ſit; & de viſione carnis vivæ alius dicit, *hic non immundus ſit per eam*, donec albedo omnino redierit & vitiligo, tum nulla remanebit caro viva. *Si in eo redierint extremitates membrorum in copia lente minori*, nempe, ſi caro habeat copiam lentis, & minus quam copia lentis de hac lente ſit in vitiligine, R. Meyr dicit, quod hæcce caro viva non tota ſit vitiligo, ſed quod in ea ſit minus quam lentis copia, & omne id quod minus eſt lente, non adjungitur ei, idcirco vir mundus eſt; atque hæc verba protulit R. Meyr ad ſententiam R. Joſis, dicentis, quod ſi caro viva conſpiciatur in extremitatibus membrorum, vir non pollutus ſit, niſi donec copia lentis adſit. Reſpondit ei R. Meyr hac ſententia, licet pars lentis ſit, tamen vitiligo eſt; at ſecundum R. Meyr ſermo ſit de carne viva, quando reliqua caro alba eſt, tum vir immundus eſt in quantulacunque copia, ſicuti in Siphra expoſitum eſt. Sapientes vero dicunt quod ratione progerminationis in corpore, quando id totum a plaga correptum eſt, excepta parte quadam lente minori de carne viva, tota vero lentis menſura de vitiligine impleta, tum is in immunditie ſua permanet, dicimuſque quod copiæ lentis de carne viva ratio habeatur, ex eo quod dicitur, *& ſi contexerit lepra*, ubi intelligitur בהק *vitiligo*, ſicuti dictum eſt; at vero ſi lepra comprehenderit eam, tum homo mundus eſt, ſi detecta ſit caro viva in copia lentis, & illius pars aliqua ſit vitiligo, videlicet pars hujuſce lentis, tum non eſt ſignum immunditiei, neque ea tota caro viva eſſe cenſetur, niſi donec detecta ſit caro viva de vitiligine in copia lentis, ſicuti pro fundamento poſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ז הבא כולו לבן יסגיר נולד לו שער לבן יחליט השחירו שתיהם (ס"א) או אחת מהן הקצירו שתיהן או אחת מהן נסמך השחין לשתיהן או לאחת מהן הקיף השחין את שתיהן או את אחת מהן או חלקן השחין ומחית השחין המכוה ומחית המכוה והבוהק נולד לו מחיה או שער לבן טמא לא נולד לו לא מחיה ולא שער לבן טהור וכולן שחזרו בהן ראשי אברים הרי אלו כמות שהיו פרחה במקצתו טמא פרחה בכולו הרי הוא טהור :

7. Si corpus undique album ſit, vir includatur; ſi in eo pilus albus natus ſit, declaretur; ſi ambo ſigna nigra facta ſint, vel unum ex iis, vel ambo breviora facta ſint, vel unum ex iis, ulcere ambobus innitente, vel alterutri; ſi ulcus circumdederit ambo, vel alterutrum, vel diviſerit ea ulcus, vel vitalitas ulceris, vel aduſtio, vel vitalitas aduſtionis & vitiligo; ſi vitalitas in eo nata ſit, vel pilus albus, immundus eſt; ſi nec vitalitas, nec pilus albus in eo natus ſit, mundus eſt; omnia vero illa in quibus redierunt extremitates membrorum, ſunt quemadmodum fuerunt. Si in parte illius effloruerit lepra, immundus eſt, ſi vero per totum corpus effloruerit, tum is mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הבא כולו לבן *Qui totus advenerit albus*, quia ab initio dum ad ſacerdotem accedebat, undique lepra alba contectus erat. יסגיר *includat*, ſacerdos eum includat ſecundum jus papulæ in copia fabæ, quia pilus albus, vel vitalitas nata erat in ipſo, etenim progerminatio ab initio purificat. *Si pilus albus natus ſit in ipſo*, in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, declaret, & ſi non venerint ſigna immunditiei, abſolvat eum.

השחירו שתיהן *Si ambo nigra facta ſint*, hæc omnia quæ recenſet auctor, ſunt munditiei ſigna, quæ ſuperiori capite recenſita ſunt. נולד לו מחיה או שער לבן *ſi vitalitas nata ſit ei, vel pilus albus*, ſi poſtquam venerint ſigna munditiei, nata ſit vitalitas vel pilus albus, immundus eſt, ſin minus, mundus eſt.

כלן שחזרו בהם ראשי אברים *Et hæc omnia ſi extremitates membrorum in iis redierint*, ſi vir ab initio totus albus ad ſacerdotem venerit, & is alligatus ſit incluſioni, ſive declarandus, ſive dimittendus a ſacerdote, & redierint extremitates membrorum, tum ea ſunt quemadmodum fuerunt, & munda ſunt, quia non habentur pro vitalitate; quomodo? ſi is ab initio totus albus ad ſacerdotem acceſſerit, & duas ſeptimanas incluſus ſit, & non ſigna immunditiei nata fuerint in ipſo, tum mundus eſt; ſed ſi poſtea extremitates membrorum detectæ fuerint, id eſt, redierint extremitates membrorum interea dum dimiſſus erat; tum mundus eſt. Si vero declaraverit eum ſacerdos ob pilum album, & ii nigri facti fuerint, at poſtea detectæ fuerint extremitates membrorum, id eſt, redierint interea dum declaratus erat, tum mundus eſt. Si vero in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ extremitates membrorum detectæ fuerint, id eſt, ſi extremitates membrorum redierint interea dum incluſus erat; tum mundus eſt; ita hæc Miſna exponenda eſt ſecundum men-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod ſi leproſus in principio ad ſacerdotem acceſſerit, & illius caro undique albuerit, vocetur הבא בכולו לבן *qui undique venit albus*, & quod is ſit immundus; proinde in hac Miſna dicitur, *includatur*; ſed tu jam noſti quod incluſus ſit mundus. Si vero in corpore viri innovatus ſit pilus albus, tum declaret eum ſacerdos leproſum, quia in ipſo eſt immunditiei ſignum. Cæterum quodcunque ex hiſce quæ auctor recenſuit ſignum renovatum ſit, ſive ſit vitalitas, ſive pilus albus, tum vir immundus eſt; ſi vero non renovatus ſit pilus quiſpiam albus, neque vitalitas, ſed homo liberatus ſit a pilo primo, ob quem ſacerdos eum declaraverat, & ſignum immunditiei non renovatum fuerit, tum is mundus eſt. *Omnia vero ſi in iis redierint extremitates membrorum*, *ſunt quemadmodum fuerunt*, hoc ſenſu, ſi ſacerdos de homine judicaverit ratione immunditiei, & lepra eum adhuc totum corripuerit, tum is mundus eſt; ſicuti expoſitum eſt. Pariter ea corporis pars quam lepra corripuerit, antequam vir ad ſacerdotem acceſſiſſet, & ab ipſo incluſus eſſet, munda eſt poſt incluſionem, ut, ſi immunditiei ſignum non renovatum fuerit, vel ſi totum corpus humanum evaſerit album poſtquam a ſacerdote declaratus fuiſſet, & tum locum habet id quod dicitur, ſi ſacerdos eum declaraverit; at ſi is denuo mundus factus fuerit, ſicuti in hac Miſna expoſitum eſt, tum quiſque ex hiſce tribus viris quorum mentio facta eſt, mundus eſt; primus ob lepram in ipſo renovatam in qua aliæ genitæ ſunt poſt immunditiem; ſecundus vero, quia plaga jam eum corripuerat antequam ad ſacerdotem acceſſiſſet, dum adhuc incluſus & dimiſſus erat; tertius autem, quia plaga eum apprehenderat antequam ad ſacerdotem veniſſet, dum adhuc incluſus & declaratus erat, & tandem abſolutus poſt declarationem, dum ſignum immunditiei tollebatur, & tum quiſque ex iis poſt-

mentem Torat Cohanim; aliter vero Rambam exponit. *Si in illius parte effloruerit*, in parte extremitatum membrorum quæ detectæ ſunt, immundus eſt, quia plaga ſe diffudit. *Si per totum corpus effloruerit*, poſtquam in illius parte effloruerit, tum mundus eſt, quia effloruit ex immundo, ſed non ab initio poſtquam extremitates membrum detectæ fuerint; ſi vero per totum corpus effloruerit una vice, immundus eſt, ob diffuſionem. Quod vero auctor in principio tradit, ſi effloruerit in parte illius, immundus eſt, ejus ratio eſt, quod idem ſit jus ſi per totum corpus effloruerit, ut immundus ſit; ſed auctor de progerminatione in parte corporis duntaxat loquitur, quia in fine dicere voluit, quod ſi plaga per totum corpus effloruerit, mundus ſit, id eſt poſtquam in parte illius effloruerit.

poſtquam capita ſive extremitates membrorum detectæ ſunt, id eſt ſi caro viva detecta ſit in copia lentis, redit in eum ſtatum in quo antea fuit. Si igitur quis in principio totus fuerit albus, & poſtea redierit caro viva, tum is denuo immundus ſit, ſicuti erat antequam lepra eum apprehendiſſet; ſi vero lepra eum invaſiſſet poſthac, atque contexiſſet iſta loca quæ detecta ſunt, tum denuo mundus fit. Cæterum in hoc capite jam explicuimus ſenſum illius quod dicitur, ſi effloruerit in parte illius, immundus eſt, ſi in toto corpore, mundus eſt, id nempe intelligendum eſſe, licet ab initio plaga accreverit, donec comprehenderit totum corpus, quod vir tum ſit mundus. Sed non dicimus quod mundus ſit, ſi plaga totum corpus uno momento corripuerit; verum hæc jura ab auctore hic repetuntur, licet ea jam meminerit ſeorſim in hocce capite; pariter meminit extremitatum membrorum, dicitque, ſi contectæ ſint, mundus eſt, ſi detectæ ſint, immundus eſt, licet centies, ne quis cogitaret, quod hoc omnino ſit ſignum omnia in albedinem convertens poſt declarationem. Cæterum ſi quem plaga apprehenderit antequam ad ſacerdotem veniſſet, is eidem juri obnoxius eſt, cujus in præcedentibus mentio facta eſt.

ח אם בכולו פרחה כאחת מתוך הטהרה טמא ומתוך הטומאה טהור הטהור מתוך הסגר פטור מן הפריעה ומן הפרימה ומן התגלחת ומן הציפורים מתוך החלט חייב בכולן זה וזה מטמאים בביאה:

8. Si ea per totum corpus ſimul effloruerit dum mundus eſt, immundus eſt, ſi dum immundus eſt, mundus eſt. Qui mundus eſt dum incluſus eſt, liber eſt a retectione & a laceratione, a raſura, ab avibus. Interea vero dum declaratus eſt, tenetur omnibus; unuſquiſque autem polluit introitu.

R. OB. DE BARTENORA.

מתוך הטהרה טמא *E munditie, tum immundus eſt*, ut ſi quis ab initio totus albus ad ſacerdotem acceſſerit, & poſt incluſionem vel declarationem purificatus fuerit, nam ſi in ipſo redierint extremitates membrorum, & eæ detectæ fuerint, mundus eſt, ſicuti expoſuimus ſuperius. Si vero extremitates redierint dum mundus erat, & ſimul contectæ fuerint, immundus eſt, ſicuti expoſuimus ſuperiori Miſna, nam ſi effloruerit plaga ſimul per totum corpus, etiam immundus eſt, perinde ac ſi in parte quadam effloruiſſet. *Liber eſt a retectione & a laceratione*, quoties is incluſus eſt, nam ſi mundus ſit dum declaratus eſt, tum tenetur retectione & dilaceratione quando declaratus eſt. Vox פרימה uſurpatur de veſtium laceratione, פריעה vero de retectione capitis. *Polluunt introitu*, ſi intraverint tentorium, tum polluitur quicquid ſit in tentorio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt, præterea tibi aliquoties dixi jus illius qui incluſus vel declaratus eſt, dum raditur, & aves adducit, capite primo codicis de Vaſis. Senſus illius quod dicitur, *polluit introitu*, eſt quod ſi tentorium intraverit, immundum ſit quicquid in ipſo eſt, ſecundum conditiones quæ capite tertio hujuſce codicis dictæ ſunt.

ט הבא כולו לבן ובו מחיה כעדשה פרחה בכולו ואחר כך חזרו בו ראשי אברים רבי ישמעאל אומר כחזירת ראשי אברים בבהרת גדולה רבי אלעזר בן עזריה אומר כחזירת ראשי אברים בבהרת קטנה:

9. Si quis totus albus ad ſacerdotem venerit, & in ipſo ſit vitalitas in copia lentis, atque ea per totum corpus effloruerit, & poſtea redierint extremitates membrorum; R. Iſmaël dicit, ſi extremitates membrorum in papula magna redeant. R. Eleazar filius Azariæ dicit, ſi extremitates membrorum in papula parva redeant.

R. OB. DE BARTENORA.

פרחה בכולו *Si effloruerit per totum corpus*, & poſtea detectæ fuerint extremitates membrorum; hic ſermo eſt de caſu quo ſacerdos non habebat tempus declarandi, quia plaga per totum corpus effloruiſſet, & membrorum extremitates detectæ fuiſſent. R. Iſmaël putat quod homo totus albus venire dicitur ad ſacerdotem ab initio, extremitatibus membrorum exceptis, & includi debet. R. Eleazar filius Azariæ putat, quod cum lepra non effloruiſſet, ſacerdos eum declarare debuiſſet, & proinde obnoxius eſſet juri illius qui papula parva affectus eſt, in qua vitalitas eſt; nam ſi ea per totum corpus effloruiſſet, & deinceps detectæ fuiſſent extremitates membrorum, immundus eſt. Præterea quoque explicandum eſt quod etiamſi declaraſſet eum ſacerdos ob vitalitatem, eaque effloruerit per totum corpus, mundus ſit; putat enim R. Iſmaël quod non polluit lepra dum redeunt extremitates membrorum, nam quum polluit dum redeunt extremitates poſt progerminationem, tum eum mundum pronunciat ſecundum jus progerminationis; ſed hic non pronunciavit mundum ſecundum jus progerminationis, nam ſi vitalitas minor ſit copia lentis, tum homo mundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בהרת גדולה *Papula magna*, eſt ea quæ comprehendit generalem lepram per totum corpus diffuſam; dicit R. Iſmaël, quando copia lentis detecta eſt in extremitatibus membrorum, tum is immundus eſt ſecundum jus extremitatum redeuntium, quando totum corpus albeſcit, talis homo dicitur papula magna affectus eſſe. R. Eliezer filius Azariæ dicit, quod homo totus albus dicatur ab eo tempore quo ad ſacerdotem venit, & quum vitalitas in ipſo eſt, atque tum is ſubjicitur juri illius qui papula parva affectus eſt. Poſtquam vero lentis copia retecta fuerit de extremitatibus membrorum, tum homo non pollutus eſt propter vitalitatem in papula exigua, ſicuti pro fundamento poſuimus capite ſexto; deciſio eſt ſecundum R. Iſmaël.

י יש מראה נגעו לכהן ונשכר ויש מראה ומפסיד כיצד מי שהיה מוחלט והלכו להן סימני טומאה לא הספיק

10. Eſt qui oſtendit ſuam plagam ſacerdoti, & lucratur, eſt vero qui eam oſtendit, & perdit; quomodo? ſi quis declaratus ſit, & ſigna immunditiei

ſuæ

הספיק להראותה לכהן עד שפרחה בכולו טהור
שאילו הראה לכהן היה טמא בהרת ואין בה
כלום לא הספיק להראותה לכהן עד שפרחה בכולו
טמא שאילו הראה לכהן היה טהור:

ſuæ abierint, at non fuerit tempus ſe oſtendendi ſacerdoti, quin ea per totum corpus effloruiſſet, tum vir mundus eſt; nam ſi ſe oſtendiſſet ſacerdoti, tum immundus fuiſſet. Si in papula nihil ſit, & non fuerit tempus ſacerdoti eam oſtendendi, donec per totum corpus effloruerit, immundus eſt, nam ſi tempus fuerit ſe oſtendendi ſacerdoti, tum mundus eſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיה מוחלט *Si quis declaratus ſit*, ob pilum album, vel ob vitalitatem, vel ob diffuſionem. לא הספיק להראות לכהן *ſi ſacerdoti ſe oſtendendi non fuerit tempus*, & ſigna immunditiei interim abierint. *Nam ſi is ſe ſacerdoti oſtenderit*, ſi immunditiei ſigna jam abiiſſent, eum mundum ſacerdos pronunciaſſet; ſi vero poſtea effloruiſſet plaga, eum mundum pronunciaſſet; nam ei dicendum erat ſi effloruiſſet e loco mundo. Sed quum dicit, ſi effloruerit e loco immundo, mundus eſt. בהרת ואין בה כלום *ſi in papula nihil ſit*, ſi in ea nullum ſit immunditiei ſignum. *Donec per totum corpus effloruerit, immundus eſt*, ac ſi dixiſſet, includi debet ſi totus albus ad ſacerdotem acceſſerit; ſi vero ab initio ante progerminationem a ſacerdote luſtratus fuiſſet, includi debuiſſet; at in fine ſeptimanæ ſi effloruerit, interea dum incluſus erat, efloreſcere debuiſſet, idcirco mundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In prima conſtitutione Miſnica dictum eſt, ſi luſtraverit ſacerdos quando ſigna immunditiei abierunt, abſolvit leproſum, ſed quum poſtea effloruerit plaga per totum corpus, immundus eſt, ſicuti pro fundamento poſuimus, ſi totum corpus in albedinem ſe converterit dum abſolutus erat a ſacerdote, immundus eſt. In ſecunda vero Miſna dictum eſt, quod ſi in ipſo ſit papula in qua nullum eſt immunditiei ſignum, neque is a ſacerdote luſtratus ſit, includi debeat; ſi vero deinceps lepra effloruerit per totum corpus, tum mundus eſt, ſicuti expoſitum eſt, quod ſi totum corpus albuerit interea dum incluſus erat, mundus eſt, ſi vero ea effloruerit per totum corpus, immundus eſt, qui enim totus albus ad ſacerdotem acceſſerit, is includi debet, etenim notum eſt quod omnis qui incluſus eſt, immundus ſit.

פרק ט השחין והמכוה מיטמאים בשבוע אחת
(ס"א אחד) בשני סימנים בשער לבן ובפשיון איזה
הוא השחין לקה בעץ או באבן או בגפת או במי
טבריא כל שאינו מחמת האש זה הוא שחין איזו
הוא מכוה נכוה בגחלת או ברמץ כל שהוא מחמת
האש זו היא מכוה:

Caput 9. Ulcus & vitalitas polluuntur in una ſeptimana, duobus ſignis, pilo albo nempe & diffuſione; ſed quid eſt ulcus? quod ligno, lapide, cortice, vel aqua Tiberienſi percuſſum eſt, & quicquid non læſum eſt igne, id dicitur ulcus. Sed quid eſt aduſtio? quod aduſtum eſt carbone, & cinere ignito, & quicquid ope ignis læſum eſt, id dicitur aduſtio.

R. OB. DE BARTENORA.

השחין והמכוה מיטמאין בשבוע אחת *Ulcus & aduſtio polluuntur in una ſeptimana*, idcirco ſi in eorum locis nata ſit papula, tum illa includi debent unam ſeptimanam, at ſi in fine ſeptimanæ in ea ſit pilus albus, vel diffuſio, declaret ſacerdos virum leproſum, ſin minus, dimittat eum. Sed in vitalitate non polluuntur, quia in vitalitate carnem vivam requirimus; ſed hæc non eſt caro viva, quia in loco illius eſt ulcus, & aduſtio. גפת notat olivarum cortices, quæ ex ſe calidæ ſunt; pariter aquæ Tiberienſes calidæ ſunt propter fontes e quibus effluunt, & non propter ignem. כל שאינו מחמת האש *quicquid non provenit propter ignem*, id ulcus eſt, ad includendum plumbum ab origine ſua. רמץ notat cinerem ignitum in fornace accenſa. כל שהוא מחמת האש *quod provenit ob ignem*, ad docendum de iis quæ igne incaleſcunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod Tiberiade exiſtunt aquæ calidæ; & quando auctor dicit *aquæ calidæ*, intelligit aquas quæ ex fonte ſulphureo diffluunt, quæ non ſubjectæ ſunt ei juri cui aquæ igne calefactæ ſubjectæ ſunt; ſed hujuſce rei ſigna jam expoſita ſunt capite tertio.

ב השחין והמכוה אין מצטרפין זה עם זה ואין פושין
מזה לזה ואין פושין לעור הבשר ולא עור הבשר
פושה לתוכן היו מורדין טהורים עשו קרום כקליפת
השום זו היא צרבת השחין האמורה בתורה חזרו וחיו
אף על פי שמקומן צלקת נדונים כעור הבשר:

2\. Ulcus & aduſtio non commiſcentur inter ſe, nec diffundunt ſe ab uno ad alterum, neque diffundunt ſe ad pellem carnis, nec pellis carnis ſe diffundit ad illa. Si rebellent, munda ſunt; ſi cruſtam obduxerint inſtar corticis allii, tum illa ſunt ulceris contractio de qua in Lege ſermo fit; ſi revixerint, licet eorum locus cicatrice obductus ſit, tamen judicantur ut pellis carnis.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מצטרפין *Non conflantur*, dimidium fabæ de ulcere, & tantundem de aduſtione non conflantur in tota faba. ואין פושין מזה לזה *nec ſe diffundunt ab uno in alterum*, nam ſi ulcus & aduſtio vicina ſint, atque in alterutro ſit papula in copia fabæ, tum eam includat ſacerdos, at ſi in fine ſeptimanæ ſe diffuderit ad conſortem ſuam, vel ad pellem carnis, tum ſacerdos ne declaret virum leproſum. Pariter ſi papula ſit in pelle carnis, & diffuderit ſe in ulcus, at non in aduſtionem, tum non habetur pro diffuſione.

היו מורדין טהורין *Si rebellent, tum munda ſunt*, ita ut non recte ſanari poſſint, & pellis nondum contracta ſit, ſed hu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ expoſitio jam præceſſit in ſuperioribus, & illius hypotheſis jam memorata eſt in fine capitis ſexti, ita ut fere nihil reſtet explicandum ratione ulceris & aduſtionis; quando igitur corpus aliqua plaga affectum eſt, & pellis diſciſſa ac expanſa quocunque id fiat modo, ſive ope ignis ſive ope alius rei, tum iſte locus expanſus non eſt immundus plagis, quantumvis caro detecta ſit, & talis ſtatus vocatur מורד *rebellans*. Sed quando matura facta eſt plaga, & caro atque pellis contectæ ſint, nullo relicto ſigno, ſicuti in reliquis plagis relinqui ſolent, & in ulceribus ſanioſis quæ conſpiciuntur, tum illius jus ſimile eſt juri pellis ſanæ quæ

mores educant, tum non polluunt plagis, ſicuti Lex dicit, *ſi ulcus ſit & ſanatum ſit*; de aduſtione dictum eſt, *ſi vitalitas aduſtionis ſit.* אף על פי שמקומן צלקת *licet eorum locus cicatrice obductus ſit*, ſi locus cognoſci poſſit quod in ipſo ſit ulcus, vel aduſtio, & diſſimilis ſit reliquis pellis carnis, licet ita ſe res habeat, tamen judicatur ut pellis carnis ex quo firmiter incruſtatus eſt locus.

non affecta eſt plaga aliqua, ſed polluuntur plagis pellis carnis. Cæterum quando plaga matureſcere inceperit, & obdureſcere, atque in ſuperiori parte pelliculam aliquam contraxerit, tum ea vocatur שחין, vel מכוה, vel קרח prout illius cauſa eſt, & tum homo immundus eſt plagis ulceris & aduſtionis in Lege deſignatis. Signum vero quod in corpore remanet poſt perfectam ſanationem & contectionem, atque illa pellis expanſio vocatur צלקת: in Siphra quæritur hoc ſenſu, ſuper illis verbis Legis, *Si in pelle carnis ſit ulcus*, forſan etiam comprehenditur plaga rebellans? reſp. nequaquam, nam Lex dicit, *ſi ſanatum ſit*; ſi hoc ita ſe habeat, ergo forſan donec ſit צלקת *cicatrice obductum*? non, Lex dicit, *ulcus*; at quomodo, ſi id ſanatum ſit, vel non ſanatum. Pariter Lex dicit, צרבת השחין *contractio ulceris*, id eſt ulcus quod cruſtam obduxerit inſtar corticis allii. Cæterum jus aduſtionis & ulceris idem eſt, quia duæ ſunt ulceris ſpecies; ſi vero cauſa illius & ſalſugo adurat, tum קרח vocatur מכוה: ſin autem plaga ſive percuſſio facta ſit ope lapidis vel ligni, tum שחין vocatur: quæritur in Siphra, in Lege tantum memoratur שחין *ulcus*, quod ope ligni & lapidis efficitur? reſp. Lex bis dicit שחין, includatur ergo omne genus ulceris.

ג שאלו את רבי אליעזר מי שעלתה לתוך ידו בהרת כסלע ומקומה צרבת שחין אמר להם יסגיר אמרו לו למה לגדל שער לבן אינה ראויה ולפשיון אינה פושה ולמחיה אינה מטמאה אמר להן שמא תכנוס ותפשה אמרו לו והלא מקומה כגריס אמר להן לא שמעתי אמר לו רבי יהודה בן בתירא אלמד בו אמר לו אם לקיים דברי חכמים הין אמר לו שמא יולד לו שחין אחר חוצה לו ויפשה לתוכו אמר לו חכם גדול אתה שקיימת דברי חכמים :

3. Quæſiverunt a R. Eliezere, ſi in aliquem inciderit papula inſtar Selæ, & illius locus ſit ulcere contractus, quid tum? reſpondit iis, includatur. Porro ab ipſo quæſiverunt, quare? ad alendum pilum album non apta eſt, & pro diffuſione non diffundit ſe, & pro vitalitate non polluit? reſpondit iis, forſan intrabit & ſe diffundet; iterum quæſiverunt ab eo an non locus illius fabæ copiam habeat? reſpondit iis ſe non audiviſſe. Quæſivit ab eo R. Jehuda filius Beteræ, an concedis ut diſcam? reſpondit ei, ſi Sapientum verba confirmaveris. Porro quæſivit ab eo, num forſan aliud ulcus in ipſo natum ſit præter ipſum, & ſe diffundat intus? reſpondit ei, magnus tu es Sapiens utpote qui Sapientum verba confirmaveris.

R. OB. DE BARTENORA.

אמרו לו למה יסגיר *Dixerunt ei, quare includetur*, nam forſan in ipſo natum eſt ſignum immunditiei. לגדל שער *ad alendum pilum*, non apta eſt, quia vola pedis nunquam pilos alit. לפשיון אינו פושה *pro diffuſione non diffundit*, quia ulcus & aduſtio non diffundunt ſe per pellem carnis. למחיה אינה מטמא *pro vitalitate non polluit*, tradidit enim auctor de duobus immunditiei ſignis, pilo nempe albo, & diffuſione, ſed non de vitalitate. שמא תכנוס *forſan intravit*, in copia fabæ, ſi vero ſacerdos luſtraverit plagam in fine ſeptimanæ, dimittat eum, at ſi poſt dimiſſionem redierit & ſe diffuderit in ulcere, cujus locus habet copiam Selæ, declaret eum ſacerdos. *Dixerunt ei, ecce locus illius eſt inſtar fabæ*, ac ſi dixiſſet, ſi locus contractionis conficiat fabæ copiam, & papula ſit in ipſo, quare tum includet eam ſacerdos, utique hic non convenit dicere, forſan intravit & ſe diffudit. *Reſpondit iis, non audivi*, ac ſi dixiſſet quod hic etiam includi debeat, licet non audiviſſet rationem. אלמד בו *diſcam de eo*, an concedis mihi ut de hocce jure quid doceam. אם לקים דברי חכמים הן *ſi ad confirmandum verba Sapientum*, id eſt, ſi tu inveneris rationem qua verba Sapientum confirmari poſſunt, qui dixerunt quod includi debeat, tum dic. Sed docendum eſt quod non debeat includi, non dices, eo quod non intermittam quod accepi a magiſtris, ut diſcam a te. *Quia forſan aliud ulcus in eo natum eſt extra illud, & intus ſe diffudit*, quia unum ulcus ſe diffundit ad alterum; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus ſuperius quod ulcus & aduſtio non polluat vitalitate, cum immunditiei ſignum ſit in iis pilus albus, vel diffuſio; præterea quoque jam diximus quod ulcus & aduſtio non diffundant ſe ſuper carnis pellem, neque pellis carnis ſe diffundat in iis, videlicet ſi diffuſio exiſtat in ipſo ulcere. Cæterum notum eſt quod in vola manus non creſcant pili, attamen R. Eliezeri propoſuerunt, quod ſi in vola ſit ulcus ſecundum conditionem traditam, & papula in hocce ulcere, jam comprehenderint virum qui proinde includi debet. Porro ei oppoſuerunt, quiſnam ſit finis hujuſce incluſionis, quia pilus albus non effloruit in hacce papula, nec vitalitas in ipſa polluit, neque in ipſa ſit locus apprehendens, eo quod in ulcere & pelle carnis addere ſolet, & ulcus ſe non diffundere in pellem carnis. Porro R. Eliezer iis dixit commodum incluſionis de immundo, ſi nempe plaga intraverit die ſeptimo donec ea redierit in copia fabæ, & ſacerdos virum dimiſerit, & poſtea ſe diffuderit in reliqua parte ulceris quæ intravit de illo, ita ut diffuſio ſit, & vir declaratus ſit, quia diffuſio polluit poſt dimiſſionem, ſicuti dictum eſt capite tertio. Quando dicit, *fieri nequit, quando papula habet copiam Selæ*, ita intelligas, ſi nos conceſſerimus fieri poſſe ut plaga intret & ſubſiſtat in copia fabæ, & ſi illius locus habeat copiam fabæ, quodnam tunc erit commodum incluſionis? ac ſi dixiſſet, ſi in vola ſit ulcus, vel papula in copia fabæ in ulcere; is vero reſpondit, *non audivi*, ac ſi dixiſſet, non audivi quicquam de commodo incluſionis in hac propoſitione ſecunda. Dixit ei R. Jehuda filius Beteræ, nos in hac quæſtione diximus modo aliquid. Dixit ei R. Eliezer, ſi inveneris modum quo eum incluſioni alliges, & commodum incluſionis appareat, tum is mundus ſit. Si vero quæſtio confirmetur quod incluſio non ſit neceſſaria, non recipiam a te quicquam, etenim ego accepi quod incluſio ſit neceſſaria, at neſcio quænam res innovari debeat in hac incluſione qua immundities declaretur, quæ extrema eſt incluſio, didicimus enim a R. Jehuda commodum incluſionis, ſicuti vides.

פרק י׳ הנתקים מיטמאין בשני שבועות ובשני סימנים בשער צהוב דק ובפשיון בשער צהוב דק לקוי קצר דברי רבי עקיבא רבי יוחנן בן נורי אומר אפילו ארוך

Caput 10. Porrigines polluuntur in duabus ſeptimanis, & duobus ſignis, nempe pilo aureo tenui, & diffuſione, pilo aureo tenui, molli, brevi, ita R. Akiba. R. Jochanan filius Nuri dicit, etiam lon-

ארוך אמר רבי יוחנן בן נורי מה הלשון אומרים דק מקל זה דק קנה זה דק לקוי קצר או (נ"א ולא) דק לקוי ארוך אמר לו רבי עקיבא עד שאנו למדים מן הקנה נלמד מן השער דק שערו של פלוני דק לקוי קצר לא דק לקוי ארוך :

longo. Dixit R. Jochanan filius Nuri, quid ſibi vult phraſis dicentium, tenuis eſt hicce baculus, tenuis eſt hicce calamus, tenuis, percuſſus, brevis, vel tenuis, percuſſus, longus? reſpondit ei R. Akiba, donec nos diſcamus a calamo, diſcamus potius a pilo, tenuis pellis alicujus, tenuis, percuſſus, brevis, non tenuis, percuſſus, longus.

R. OB. DE BARTENORA.

נתקים Sunt plagæ in capite & in barba, quæ ita vocantur quod pili tum decidant in illis; hæ vero porrigines non polluuntur in quatuor ſpeciebus, ſicuti plaga in cujus loco caro eſt, ſed illæ in omni ſpecie polluunt. *In pilo aureo*, formæ aureæ ſimilis eſt. *Tenui*, *molli*, *brevi*, de quo Lex dixit, *ſi in eo ſit pilus aureus tenuis*, id eſt mollis. *Licet longus ſit*, non tenuis, ſed tenuiſſimus. מה הלשון אומרים *quænam eſt phraſis dicentium*, ſenſus eſt, e communi hominum modo loquendi tu id potiſſimum dices, quando illi dicunt, hic baculus eſt tenuis, quænam eſt differentia inter mollem, brevem, & inter concuſſum, longum; exemplaria quædam tradunt, an non concuſſus, longus interrogative, ac ſi dixiſſet, forſan mollis brevis, & non mollis longus. נלמוד מן השער *diſcamus a pilo*, more inter homines ſolito, quando dicunt de pilo quod is ſit tenuis, de concuſſo, brevi, dicunt, & non de concuſſo, longo; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod נתקים ſint plagæ in capite, vel in barba, notum quoque eſt quod caput & barba non conſentur inter ſe, neque diffundant ſe ex uno in alterum. Præterea noſti quod hæ plagæ, quæ continentur ſub hiſce duabus ſpeciebus, ita ſe habent quando pilus naturalis deeſt, & in illius loco efflorеſcit pilus aureus tenuis, vel diffuſio, atque porrigo protracta, & pilorum deciſio, & hoc eſt quod dicunt hunc pilum eſſe aureum, aureus enim color illius eſt propria ſpecies, eſtque ſpecies rubicunda viridis. Quæſiverunt autem quare hicce color ſimilis ſit colori aureo, & hic eſt ſenſus לקוי *percuſſus*, quia is quaſi conteritur; dixerunt doctores, quocunque modo quis percuſſus ſit, & pilum mollem vocarunt perditionem viſionis ſive ſpeciei, & derelictum; dixit Deus, tenuis, dixit R. Akiba, illius ſenſus eſt, quod brevis eſt; & is porro dixit, quod eum dixerint, aureus tenuis, intelligatur mollis brevis. R. Jochanan filius Beteræ dicit, quod דק idem ſit quod רקיק ſive brevis ſit, ſive contritus, & probationem attulit, ex eo quod plerumque dicitur, baculus tenuis, vel calamus tenuis, licet is longus ſit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, tenuis, mollis, longus, vult dicere quod is immundus ſit, & tenuis vocatur, ſive is ſit mollis longus, vel mollis brevis, quemadmodum eſt רקיק *laganum*, Sed R. Akiba probationem attulit ex eo quod dicitur, tenuis capillus alicujus, id eſt brevis, non craſſus, idcirco ſecundum ſententiam illius non tenuis eſt neque longus, nec ſignum immunditiei, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, non tenuis, mollis, longus, deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ב שער צהוב דק מטמא מכונס ומפוזר (ס"א מבוצר) מבוצר ושלא מבוצר הפוך ושלא הפוך דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר אינו מטמא אלא הפוך אמר רבי שמעון ודין הוא מה אם שער לבן שאין שער אחר מציל מידו אינו מטמא אלא הפוך שער צהוב דק ששער אחר מציל מידו אינו דין שלא יטמא אלא הפוך רבי יהודה אומר כל מקום שצריך לומר הפוך אמר הפוך אבל הנתק שנאמר בו לא היה בו שער צהוב מטמא הפוך ושלא הפוך :

2. Pilus aureus tenuis polluit, collectus, diſperſus, medius & non medius, converſus & non converſus, ita R. Jehuda. R. Simeon dicit, nullus niſi converſus polluit. Dixit R. Simeon, ſi fas ſit quod pilus albus, quia pilus albus non liberat e poteſtate illius, non polluat niſi converſus, nonne eo magis fas eſt ut pilus aureus tenuis, e cujus poteſtate alius pilus liberat, non polluat niſi converſus? R. Jehuda dicit, omnem locum qui converſus dici debet, dixit converſum; ſed porrigo de qua dictum eſt, non habuit pilum aureum, polluit, ſive converſus ſit, necne.

R. OB. DE BARTENORA.

מכונס *Collectus*, ſi duo ſint pili in uno loco. מפוזר *diſperſus*, ſi unus pilus ſit in parte orientali plagæ, & alter in occidentali. מבוצר eſt pilus in medio porriginis conſtitutus inſtar arcis, quæ in medio civitatis eſt. הפוך *converſus*, ſi pilus aureus factus ſit propter porriginem, ut, ſi porrigo præceſſerit pilis. שאינו הפוך *qui non converſus eſt*, ſi pilus aureus præceſſerit porrigini. *E cujus poteſtate non eripit alius pilus*, ſi in plaga duo ſint pili albi, licet plenitudo pilorum nigrorum ſit, tamen non liberant ſe per duos pilos albos, ne polluant; ſed pilus aureus ſi is quoque pilos nigros contineat, non polluit; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מבוצר *Medius*, videlicet pilus in medio porriginis poſitus, porrigine ſe undique extendente; שלא מבוצר *non medius*, eſt pilus qui exiſtit in latere porriginis. *Converſi & non converſi*, id eſt, ſive pilus aureus innovatus ſit in porrigine, hic eſt *pilus converſus*, ſive prævenerit innovatio pili aurei innovationi porriginis, hic eſt *pilus non converſus*, ſicuti expoſitum eſt de vitalitate capite quarto. R. Simeon dicit quod nullum ſit immunditiei ſignum, niſi porriginis pili denuo facti ſint tenues aurei inſtar pili albi in papula, ſicuti ſuperius dictum eſt. Quod autem R. Simeon dixit, id clarum eſt ſi duo intellexeris fundamenta, quorum unum eſt quod ſi in papula ſit pilus aureus & pilus albus, ea ſit immunda, dummodo ei ſint duo pili albi. Secundum fundamentum eſt, quod ſi in porrigine ſit pilus aureus tenuis duntaxat, ea ſit immunda, at ſi pilus aureus effloruerit in hacce porrigine cum pilo aureo, tum ea munda eſt, & hoc eſt quod Lex dixit, *ſi pilus ater non ſit in ea*; hinc probatur quod ſi in ea ſit pilus ater cum pilo aureo, munda ſit. R. Jehuda dicit, in qua pilus alius innovatus eſt poſt plagam, quia Lex dicit, *ſi converterit ſe*, ſicuti de lepra pellis carnis dictum eſt, *ſi ea converſa ſit in pilos albos*, & porrigo de qua dictum eſt, *ſi in ea non ſit pilus aureus*, & *non converſus ſit pilus albus*; hujuſce rei ſcopus eſt quod ſi in ea ſit pilus aureus, tum ea munda eſt, ſive præceſſerit pilus aureus porrigini, ſive præceſſerit porrigo pilo aureo; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג הצומח מציל מיד השער צהוב ומיד הפשיון מכונס ומפוזר ומבוצר ושלא מבוצר והמשואר מציל מיד שער צהוב ומיד הפשיון מכונס ומפוזר ומבוצר ואינו מציל מן הצד עד שיהא רחוק מן הקמה מקום שתי שערות אחת צהובה ואחת שחורה אחת צהובה ואחת לבנה אינן מצילות׃

3. Quod efflorùit, id liberat a pilo aureo, & a diffuſione; collectus, diſperſus, medius & non medius, & relictus liberat a pilo aureo, & a diffuſione, collectus, diſperſus, & medius; at non liberat a latere, niſi donec a ſegete diſtet duos pilos, unus aureus, & alter niger, vel unus aureus & alter albus, tum non liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

הצומח מציל *Quod effloruit, id liberat*, pilus niger qui in porrigine effloruit, eripit a pilo aureo, & a diffuſione, nam ſi declaratus ſit pilus aureus, ſive in diffuſione, & in ea duo pili effloruerint nigri, vir mundus eſt. בין מכונס *ſive collectus ſit*, quando duo pili in uno ſunt loco, ſive diſperſus ſit unus pilus ad orientem, & alter ad occidentem. והמשואר *& qui relictus eſt*, ſi duo pili nigri antecesſerint huic porrigini, nam ſi capilli deciderint, vel pili e barba in copia fabæ, tum duo pili nigri in porrigine remanere ſolent. המבוצר *medius*, ſi pili ſint in medio plagæ, tum liberant, at ſi in latere exiſtant, tum non liberant.

עד שיהיה רחוק מן הקמה *Donec procul diſtet a ſegete*, donec hi duo pili longe diſtent a pilis porriginem circumdantibus, ſecundum menſuram duorum pilorum; pili vero qui circum porriginem ſunt, vocantur קמה *ſeges*; ſi vero hi pili procul diſtent a ſegete in duorum pilorum ſpatio, tum illi in medio plagæ conſtituti cenſentur.

אחת צהובה ואחת שחורה *Si unus ſit aureus & alter niger*, loquitur de aureo qui acceſſit porrigini, nam cum ei non ſit immunditiei ſignum, hoc ſenſu loqui voluit auctor, quod aureus pilus non miſcetur cum nigro ad liberandum a poteſtate pili aurei, & diffuſionis; ſimplex Miſna eſt ſecundum mentem R. Eliezeris filius Jacobi, qui modo dixit quod pilus aureus qui præceſſit porrigini, non polluat neque liberet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod porrigo contineat pilos deciſos in capite, vel in barba, & ſi in hoc loco duo ſint pili de pilis aureis tenuibus, tum vir immundus eſt. Pariter ſi porrigo in capite vel in barba ſe diffuderit, & in ipſa ſit pilus aureus qui duos pilos nigros comprehendit, tum vir immundus eſt; ſi vero hicce pilus aureus effloreſcat in porrigine, tum ea dicitur צומח *effloreſcens*; & ſi is remanſerit in porrigine cum duobus pilis nigris, & ſuperius cum pilo aureo, tum vocatur המשואר *derelictus*, & hi omnes pili liberant. Senſus illius quod dicitur מצילים *liberant*, talis eſt, ſi plaga habeat pilum aureum, tum porrigo munda eſt; hæc vero inter utrumque eſt differentia, quod effloreſcens pilus liberet ſimulac effloruerit, derelictus vero quando is in ipſa porrigine derelictus eſt, donec is in medio conſtitutus ſit, tum is liberat. Si vero is conſtitutus ſit a latere porriginis, tum non liberat, quia hæc eſt figura porriginis cujus locus calvitium induxit, pilis undique relictis. At vero ſi hicce pilus aureus in latere porriginis exiſtens, procul ſit a circumferentia capilli, vel pili in barba, tum is quoque liberat, & hic eſt ſenſus verborum, *donec is duos pilos diſtet a pilis circumſtantibus.* Præterea exponendum eſt id quod dicitur, ſi pilus niger in ipſa effloruerit, quod duo pili & plures effloreſcere debent, atque duo nigri; ſi vero unus pilus ſit albus, vel aureus, & alter niger, tum non eripiunt.

ד שער צהוב שקדם את הנתק טהור רבי יהודה מטמא רבי אליעזר בן יעקב אומר לא מטמא ולא מציל רבי שמעון אומר כל שאינו סימן טומאה בנתק הרי הוא סימן טהרה בנתק׃

4. Pilus aureus qui præceſſit porrigini, mundus eſt. R. Jehuda eum immundum dicit. R. Eliezer filius Jacobi dicit, non polluit, neque liberat. R. Simeon dicit, quod non eſt immunditiei ſignum in porrigine, id munditiei ſignum eſt in porrigine.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה מטמא *R. Jehuda immundum pronunciat*, ſicuti traditum eſt ſuperius, quod R. Jehuda polluit pilum converſum & non converſum. R. Eliezer filius Jacobi dicit, non polluit neque liberat. R. Eliezer filius Jacobi & R. Simeon exponunt dictum doctoris primi, qui ſtatuit pilum aureum eſſe immundum. R. Eliezer filius Jacobi putat eum mundum eſſe & liberare; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam, uti ſuperius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententiam R. Meyri ſuperius jam expoſita eſt, videlicet quod pilus aureus qui porrigini præceſſit, non ſit immunditiei ſignum; atque is dicit in hoc loco quod quicquid non ſit immunditiei ſignum, liberet, & obnoxium ſit juri pili aurei; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam, ſicuti diximus.

ה כיצד מגלחין את הנתק מגלח חוצה לו ומניח שתי שערות סמוך לו כדי שיהא ניכר אם פשה החליטו בשער צהוב הלך שער צהוב וחזר שער צהוב וכן בפשיון בתחלה בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור הרי הוא כמות שהיה החליטו בפשיון הלך הפשיון וחזר הפשיון וכן בשער צהוב בסוף שבוע ראשון בסוף שבוע שני לאחר הפטור הרי הוא כמות שהיה׃

5. Quomodo radunt porriginem? radunt extra eam, & relinquunt duos pilos juxta eam, ut conſtet an diffuderit ſe. Si ſacerdos eam declaraverit ob pilum aureum, & abierit pilus aureus, ſed poſtea redierit, pariter in diffuſione, ab initio, in fine ſeptimanæ primæ, & in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem, tum ea ſe habet ſicuti antea fuit. Si declaraverit eam ob diffuſionem, & diffuſio abierit, & redierit, pari modo in pilo albo, in fine ſeptimanæ primæ, in fine ſeptimanæ ſecundæ, poſt dimiſſionem, tum ea eſt ſicuti antea fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מגלחין את הנתק *Quomodo abradunt porriginem*, in fine ſeptimanæ primæ ad includendum eam quæ ſe non diffudit, nec in ipſa pilus aureus eſt natus, de tali inquam dicitur in Lege, *& abradetur.* היה מגלח חוצה לו *abradit* ex-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex de porrigine dicit, quod ſi in ea non ſit pilus niger, neque aureus, & ipſa in eodem ſtatu maneat per ſeptiduum, intra quod tempus ſi neque pilus niger, neque aureus innovatus ſit, neque ſe diffuderit plaga, tum circumquaque abradi

extra eam, abradit circum porriginem, duos relinquens pilos, ſicuti Lex dicit, *& porriginem non abrades*; ſed ubi pilus eſt in ea, nonne jam eſt evulſio ſive exciſio pilorum, ſed prope porriginem abradere non debet; nam ſi circum porriginem duo ſint pili undiquaque, tum porrigo in forma coronæ erit circumdata pilis.

החליטו בשער צהוב *Si declaverit eam ſacerdos ob pilum aureum*, & poſtea evanuerit pilus aureus, deinde vero redierit. *Sic etiam in diffuſione*, ſi pilus aureus non redierit, ſed diffuderit ſe hoc illove modó, tum vir manet declaratus leproſus, ſicuti erat antea.

בתחלה בסוף שבוע ראשון *Ab initio, in fine ſeptimanæ primæ*, quaſi dixiſſet, hoc jus obtinet ſive dum ſacerdos eum declarabat ob pilum aureum ab initio dum ad ſacerdotem adducebatur, ſive dum declarabat eum ob pilum aureum in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem, ut, ſi plaga in eodem ſtatu permanſerit duas ſeptimanas, & ſacerdos dimiſerit virum, at poſt dimiſſionem pilus in ea aureus natus fuerit, & ſacerdos declaraverit, in omnibus caſibus ſi abierit pilus aureus & redierit; vel ſi non redierit, ſed porrigo ſe diffuderit; ecce illa eſt ſicuti antea erat.

החליטו בפשיון *Si declaraverit eum ob diffuſionem*, ſicuti expoſitum eſt de eo quem ſacerdos declaraverat leproſum ob pilum aureum, ita quoque ratione diffuſionis de declaratione exponendum eſt; ſed voci diffuſionis non adjungitur phraſis *ab initio*, quia diffuſio non polluit niſi poſt incluſionem.

radi debet, & denuo per ſeptiduum perſiſtere, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& abradet, ſed porriginem non abradet*; hinc nos docet quomodo abraſio circumquaque, & non in ipſa porrigine fieri debet in fine ſecundæ ſeptimanæ. Cæterum oportet ut exponam quod porrigo polluat ſpecie profunda & non profunda, Lex enim ſpeciei profundæ meminit; cæterum in Traditis hoc ſenſu objicitur, forſan ſi hominem corripuerit porrigo, immundus eſt? reſp. Lex dicit, *ſpecies profunda*, & ſicuti ſpecies profunda divinitus venit, ita etiam hoc in loco nulla alia intelligenda eſt. Sed ea quæ eſt in pelle carnis duntaxat, non vocatur נגע *plaga*, nec polluit diffuſione, niſi ſpecies illius profunda ſit, ſicuti ea in Lege deſcribitur. Porro doctores dixerunt, in Lege quidem ſcriptum eſt, ſi ſpecies illius profunda ſit, & non, ſi ipſum corpus ſive maſſa ſit profunda, ut ſpecies ſolis inferior eſt umbra; etenim intuenti manifeſtum eſt, quod ſpecies umbræ conſpicitur ſupra ſuperficiem lucentem. Jam redeamus ad reliquam Miſnæ declarationem, dicit itaque auctor, *ſi redierit pilus aureus, & ſic in diffuſione*; nempe, ſi abierit pilus aureus ob quem declaratus erat, & diffuſio in ea nata fuerit, tum vir in impuritate ſua permanet, ſive incluſerit eum ob pilum huncce aureum ab initio, ſive in fine ſeptimanæ primæ, ſive in fine ſeptimanæ ſecundæ, ſive poſt dimiſſionem, ſicuti expoſuimus de plagis pellis carnis capite quinto; ſi vero intellexeris ea quæ diximus, tum hæc Miſna tibi facilis erit.

ו שני נתקים זה בצד זה ושטה של שער מפסקת ביניהן נפרץ ממקום אחד טמא משני מקומות טהור כמה תהא הפרצה מקום שתי שערות נפרץ ממקום אחד כגריס טמא :

6. Si duæ ſint porrigines ſibi invicem vicinæ, & linea pilorum inter eas dividat, & pilus in uno loco diſruptus ſit, immundus eſt, ſi in duobus locis, mundus eſt. Sed quanta ſit diſruptio? locus duorum pilorum; ſi diſrupti ſint in uno loco in copia fabæ, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שני נתקים זה בצד זה *Si duæ ſint porrigines ſibi vicinæ*, ſi unaquæque contineat fabæ Ciliciæ copiam, nam in porriginibus quoque requiritur, ſicuti Lex dicit, *plaga lepræ*, ubi plaga & lepra conjunguntur, videlicet ſicuti plagæ menſura definita eſt in copia fabæ, ita etiam porriginis, ſi ambæ porrigines ſibi vicinæ ſint, & inter illas dividat ſeries pilorum in modum interſtitii alicujus. נפרץ *ſi diſruptus ſit*, pilus nempe iſtius lineæ in loco uno, in fine ſeptimanæ incluſionis, vel poſt dimiſſionem, immundus eſt, quia porrigo ſe diffudit. *In duobus locis*, nam ſi linea iſta rupta ſit ſurſum deorſum, relictis duobus pilis in medio, tum vir mundus eſt, quia pili in medio poſiti ſunt, & liberant.

כמה תהא הפרצה *Quanta ſit ruptura?* ſi duobus in locis diſrupti ſint pili, tum ſpatium rupturæ duos continet pilos, quia ita cenſentur pili in medio conſtituti, ſi in uno loco diſrupti ſint, qui immundus eſt, etenim licet in copia fabæ rupti ſint pili, tamen vir immundus eſt, quia pili nigri non ſunt in medio plagæ conſtituti, quia illi duobus in locis non diſrupti ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi quod pilus niger in porrigine relictus, liberet, dummodo in medio poſitus ſit, & hoc eſt quod dicitur, *ſi pilus niger non ſit in ea*, quæ verba in Traditis exponuntur ac ſi dictum eſſet, donec ea ſit in medio; & ſecundum hoc fundamentum dicimus quod ſi duæ ſint porrigines, una prope alteram, atque inter eas linea aliqua nigris conſtans pilis, una vero porrigo alteram apprehenderit ab utraque parte, ita ut illæ ambæ unam confecerint porriginem, pilo nigro in ipſa exiſtente, idcirco dicit auctor, ſi in duobus locis, tum mundus eſt. Scias autem quod menſura porriginis ſit ſtatuta in copia fabæ, ſecundum id quod Lex dicit, *plaga porriginis*, ubi plaga aſſimilatur porrigini, nimirum, ſicuti plaga definita eſt in copia fabæ, ita etiam porrigo; proinde ſi una e duabus hiſce conſtitutionibus ſit, quæ inter duas porrigines poſitæ ſunt, in copia fabæ, tum is immundus eſt, quia pilus niger advenit a latere hujuſce porriginis, quæ in copia fabæ definita eſt, nempe locus eruptionis, quia locus eruptionis jam porrigine correptus eſt incluſive, & quia menſura porriginis in eo continetur; ita dixerunt in Siphra, hoc dictum eſt quia pilus niger non ingreditur.

ז שני נתקין זה לפנים מזה ושטה של שער מפסקת ביניהן נפרץ ממקום אחד טמא משני מקומות טהור כמה תהא הפרצה מקום שתי שערות נפרץ ממקום אחד כגריס טהור :

7. Si duæ ſint porrigines, una intra alteram, & linea pilorum dividat inter illas, & diſrupta ſit in loco uno, immunda eſt, ſi in duobus locis, munda eſt; ſed quanta ſit ruptura? locus duorum pilorum; ſi diſrupta ſit in uno loco in copia fabæ, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

זה לפנים מזה *Hæc in illa*, ut, ſi porrigo in copia fabæ Ciliciæ quadratæ ſit, & eam circumdet linea pilorum, quæ circumdata eſt porrigine in copia fabæ, intellige ligulam porriginis quadratam inſtar lentis lineam pilorum circumdantem, hæc enim eſt forma porriginis quæ pilos medios circumdat. נפרץ ממקום אחד טמא *ſi diſrupta ſit in uno loco, tum im-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si una porrigo inſita ſit alteri, tum interior porrigo immunda eſt, eo quod pilus niger eſt a latere illius, & ſi linea pilorum facta ſit a duobus locis, tum omnes unam conficiunt porriginem, pilo nigro exiſtente in ea, in hac figura. Pariter ſi diſtracta ſit linea ab uno loco, tum hæc illius eſt figura in copia fabæ, & interior porrigo quoque munda fiet, ob

immunda eſt, interior nempe porrigo, quia a latere illius eſt pilus niger, qui non eſt in medio; ſed exterior porrigo munda eſt, quia duo pili nigri ſunt in medio illius. משתי מקומות טהור *ſi in duobus locis, munda eſt*, interior nempe, & eo magis exterior, quia e duabus una porrigo facta eſt, in medio exiſtentibus duobus pilis nigris. כמה תהא הפרצה *quanta ſit ruptura*? nempe in duobus locis ita ut ea munda ſit, ſi ſit ſpatium duorum pilorum; ſi vero ruptura ſit in uno loco in copia fabæ, tum munda eſt; nam quod dicimus, ſi ea diſrupta ſit in uno loco, immunda eſt, id ita intelligas ſi illa non habeat copiam fabæ, at ſi ruptura habeat fabæ copiam, etſi in uno loco duæ factæ ſint porrigines ex una, tamen pili reliqui in medio conſtituti ſunt.

ob nigredinem ſuam, exterior vero alia erit plaga, & in ipſa pilus niger ſit, non a latere ipſius, ſicuti ſe res habet cum eo quod in porrigine venit; hæc clara ſunt ſi inſpexeris utramque figuram quam delineavi.

ח מי שהיה בו נתק ובו שער צהוב טמא נולד לו שער שחור טהור אף על פי שהלך לו שער שחור טהור רבי שמעון בן יהודה אומר משום רבי שמעון כל נתק שטהר שעה אחת אין לו טומאה לעולם רבי שמעון אומר כל שער צהוב שטהר שעה אחת אין לו טומאה לעולם:

8. Si in quopiam ſit porrigo in qua pilus eſt aureus, immundus eſt; ſi pilus niger in ea natus ſit, mundus eſt, imo licet pilus niger abierit, mundus eſt. R. Simeon filius Jehudæ dicit in nomine R. Simeonis, nulla porrigo quæ ſemel pura fuit, unquam immunda eſt. R. Simeon dicit, nullus pilus aureus qui ſemel mundus fuit, unquam immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ובו שער צהוב טמא *Et in ea ſit pilus aureus, immundus eſt*, pilus aureus tum polluit, tam in principio, quam in fine primæ ſeptimanæ, ſive in fine ſecundæ ſeptimanæ, ſive poſt dimiſſionem. *Si pilus niger in ea natus ſit, mundus eſt*, ſive is poſt porriginem in germine natus ſit, etſi non ſit in medio conſtitutus, ſive in derelicto, tum is duntaxat ſit in medio, nam procul a pilis ſtantibus capitis eſt locus duorum pilorum, uti diximus. *Licet evanuerit pilus niger, mundus eſt*, nam ex quo purificatus eſt pilus aureus, tum porro non polluit, etſi niger pilus exciderit, ſin autem ſacerdos eum declaraverit ob diffuſionem, & pilus niger redierit & purificaverit diffuſionem, & poſtea evanuerit pilus niger redeunte diffuſione, & polluerit; vel ſi diffuderit ſe, intraverit, & poſtea denuo ſe diffuderit, non dicimus, quia munda eſt porrigo, idcirco non polluit.

כל נתק שטהר שעה אחת *Omnis porrigo quæ aliquando pura fuit*, ſive ſacerdos virum leproſum declaraverit ob diffuſionem; vel ſi pilus niger venerit, & ſacerdos eum mundum declaraverit, ſive eum mundum declaraverit ob pilum aureum, venerit autem pilus niger, & ſacerdos eum mundum dixerit, & poſtea abierit pilus niger, vel ſi id quod intraverit, redierit, & evulſerit, tum hæc porrigo impoſterum nullam admittit immunditiem. Licet illius immunditiei ſigna confirmemus, qualia ſunt pilus aureus & diffuſio, nam hic non requiritur quod is jam mundus pronunciatus ſit ob pilum nigrum, licet diffuderit ſe poſtquam abiiſſet niger, vel natus eſſet in ea pilus aureus alius, quia porrigo jam munda eſt, hinc ea denuo non admittit immunditiem. *R. Simeon dicit, omnis pilus aureus quem ſemel immundum dixit ſacerdos*, ut hic, qui fuit dum niger pilus veniebat, hujus nulla eſt immundities unquam. Cæterum ſi poſtquam abierit niger, in porrigine natus ſit alius pilus aureus, vel poſtea ſe diffuderit, immundus eſt, nam de omni porrigine quæ munda fuit, non locuti ſumus; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Secundum primi doctoris mentem porrigo munda eſt, licet pilus niger abierit ex ipſa, remanente pilo aureo, tum munda eſt; at ſi pilus aureus in ipſa effloruerit poſtquam pilus niger abiiſſet, qui in ipſa erat; vel ſi diffuderit ſe per pellem, immunda eſt. R. Simeon filius Jehudæ dicit, quod hæc porrigo, ſi ea ſit munda, non polluatur unquam, licet ea per pellem ſe diffuderit poſtquam pilus niger ablatus eſſet, licet pilus albus in ea natus ſit poſtea. R. Simeon dicit, ſi ea ſe diffuderit in pelle poſtquam remotus eſt pilus niger, tum immunda eſt. Si vero pilus aureus in ea natus ſit poſtea, tum mundus eſt hicce pilus aureus qui exiſtit in ea, & non eſt immunditiei ſignum ob pilum nigrum qui erat in ipſa. Pariter & illius pilus aureus innovatus in ea relictus, non eſt immunditiei ſignum in hac porrigine. Harum vero trium rerum demonſtratio petita eſt ex eo quod Lex dicit, *ſi porrigo ſanata ſit, mundus eſt*; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

ט מי שהיה בו נתק כגרים וניתק כל ראשו טהור הראש והזקן אין מעכבין זה את זה דברי רבי יהודה רבי שמעון אומר מעכבין זה את זה אמר רבי שמעון ודין הוא מה אם עור הפנים ועור הבשר שיש דבר אחר מפסיק ביניהם מעכבין זה את זה הראש והזקן שאין דבר אחר מפסיק ביניהן אינו דין שיעכבו זה את זה הראש והזקן אין מצטרפין זה עם זה ואין פושין מזה [illegible]ה איזה הוא זקן מן הפרק של לחי עד פיקה של גרגרת:

9. Si quis habeat porriginem in copia fabæ, & ea totum ſuum caput evulſerit, mundus eſt. Caput & barba inter ſe non impediunt, ita R. Jehuda. R. Simeon dicit, impediunt inter ſe. Dixit R. Simeon, ſi pellis faciei & pellis carnis, inter quas alia res dividit, impediant inter ſe, nonne etiam fas eſt ut caput & barba, inter quæ nulla res alia dividit, impediant inter ſe? Caput & barba non conflantur inter ſe, neque diffundunt ſe inter ſe; ſed quænam eſt barba? quæ incipit ab articulo maxillæ uſque ad gurgulionem.

R. OB. DE BARTENORA.

וניתק כל ראשו *Et totum caput evulſerit*, ſi porrigo per totum caput effloruerit, ſive vir declaratus ſit leproſus ob pilum aureum, ſive ob diffuſionem, mundus eſt, nam quod effloruit, id ubique purificat; quod vero progerminatio purificet, id probatur ex eo quod ſcriptum eſt, *ſi caput illius glabrum factum ſit, calvitium illud eſt, mundus eſt.* Negotium de barba colligimus ex eo quod Lex dicit, *& vir*, qua voce includitur barba; qui vero ab initio totus porrigine infectus ad ſacerdotem acceſſerit, is non eſt mundus, ſicuti is

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando omnes capilli evulſi ſunt, tum plaga non vocatur נתק *porrigo*, ſed קרח *calvitium*; pariter ſi pilus e barba omnino remotus eſt, tum non dicitur porrigo, ſed calvitii jus accipit, & polluitur plagis calvitii & recalvationis, ſicuti dictum eſt ſuperius, & hoc diſcimus ex eo quod Lex dicit, *& quum glabrum fiet caput illius*, quia hocce jus ſimile eſt in viris & in fœminis; ſed uſus eſt potius vocabulo viri, ut notum ſit eum eſſe virum poſtquam remotus eſt pilus, qui ei ſoli competit, videlicet pilus barbæ, vel pilus capi-

is qui ab initio totus lepra dealbatus ad ſacerdotem acceſſit, non mundus ſit ob papulam.

אין מעכבין זה את זה *Non impediunt inter ſe*, ſi in capite porriginis ſit copia fabæ, & poſtea omnes capilli evulſi fuerint, etſi pili in barba non evulſi fuerint, mundus eſt; pariter ſi porrigo effloruerit in barba, & non inceperit in capite, mundus eſt, quia inter ſe non impediunt. ודין הוא *& fas eſt*, ut impediant.

שיש דבר אחר מפסיק ביניהן *Quia res alia dividit inter eas*, nam capilli & pili in barba in papula non dividentes, dividunt inter pellem faciei & reliquum corpus, at vero faciei pellis & reliquum corpus inter ſe dividunt, etenim quicquid pollui poteſt plaga papulæ, id impedit germinationem papulæ.

אין מצטרפין זה עם זה *Non conflantur inter ſe*, in loco ubi caput & barba inter ſe conjunguntur, ſi dimidium olivæ natum ſit in hac, & tantundem in illa, tum non commiſcentur. *Neque ſe diffundunt inter ſe*, nam ſi copia fabæ de porrigine ſit in capite prope barbam, & in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ, vel poſt dimiſſionem ſe diffuderit in barba, tum non habetur pro diffuſione. *Ab articulo maxillæ*, videlicet a ſuperioris maxillæ articulo filum aliquod extenditur ab una aura ad alteram, & tum omne illud ſpatium quid eſt a filo & ſuperius, id cenſetur pro capite, & quod exiſtit a filo & inferius, id habetur pro barba. פיקה של גרגרת *gurgulio*, ſive uva gutturis in forma galeæ, quæ undique carne circumdata eſt.

capitis cujuſlibet hominis, tum omnia ſunt munda, & tum vocatur calvitium, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, & vir, ut barba includatur. Præterea dicitur in Miſna, *caput & barba non impediunt inter ſe*, quando barba evulſa eſt capite remanente integro, prout illa in omnibus juribus diſtincta ſunt, ſicuti aliquoties oſtenſum eſt. Verum R. Simeonis dictum de pelle faciei, & pelle carnis, inter quas alia res dividit, ſi nempe pilus barbæ impediat, referendum eſt ad virum omnino lepra alba infectum. Cæterum articulus maxillæ dividit maxillam ſuperiorem. In Toſaphta dicitur, extendit filum ab una aure ad alteram, quicquid eſt a fili loco & ſuperius, id dicitur caput, quod vero exiſtit a fili loco & inferius, id dicitur barba. פיקה של גרגרת *gurgulio*, quæ galeæ figuram habet & undique cincta eſt carne.

י הקרחת והגבחת מטמאות בשני שבועות בשני סימנים במחיה ובפסיון איזו היא קרחת אכל נשם סך נשם מכה שאינה ראויה לגדל שער איזו היא קרחת מן הקדקד השופע לאחוריו עד פיקה של צואר איזו היא גבחת מן הקדקד השופע לפניו עד כנגד שער מלמעלן הקרחת והגבחת אינן מצטרפות זו עם זו ואינן פושות מזו לזו רבי יהודה אומר אם יש שער ביניהן אינן מצטרפות ואם לאו הרי אלו מצטרפות :

10. Calvitium & recalvatio polluunt duabus ſeptimanis, & duobus ſignis, vitalitate nempe & diffuſione; ſed quid eſt calvitium? ſi comederit quis unguentum, vel unxerit unguento plagam quæ pilos alere nequit. Quid eſt calvitium? quod a vertice poſterius cum declivitate quadam deſinit uſque ad uvam colli. Quid eſt recalvatio? quæ a vertice cum declivitate quadam deſinit anterius uſque ad pilos ſuperius. Calvitium & recalvatio non miſcentur inter ſe, neque diffundunt ſe inter ſe. R. Jehuda dicit, ſi inter illa ſit pilus, tum non miſcentur, ſin minus, tum miſcentur.

R. OB. DE BARTENORA.

הקרחת והגבחת *Calvitium & recalvatio*, quæ ambo exiſtunt in capite, ſed plaga quæ cum declivitate deſcendit poſterius, ea vocatur *calvitium*; quæ vero anterius cum declivitate deſinit, ea dicitur *recalvatio*. Hæ vero plagæ differunt a porrigine, quia in porrigine denuo alii pili creſcere poſſunt, at non ita in calvitio & recalvatione.

מטמאות בשני שבועות *Polluunt in duabus ſeptimanis*, ſicuti ſcriptum eſt, *juxta ſpeciem lepræ pellis carnis*, ſicuti ergo pellis carnis in duabus ſeptimanis polluit, ita quoque calvitium & recalvatio. *Vitalitate & diffuſione*, ſicuti Lex dicit, *lepra effloreſcens illa eſt in calvitio*, vox *lepra* docet quod polluat vitalitate, *effloreſcens* docet quod polluat diffuſione, *illa* docet quod non polluat pilo albo. נשם eſt idem quod סם *unguentum*, qui enim comederit illud, illius capilli denuo non creſcunt, ut, plaga magna, in cujus carne cicatrix facta eſt. פיקה של צואר *uva colli*, eſt vertebra prima colli. *Et non diffundunt ſe inter ſe*, a calvitio ad recalvationem, & contra. *Si pilus dividat inter eas*, inter calvitium & recalvationem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor in principio quærit, quidnam ſit calvitium, tum is de ſtatu remotionis pilorum quærit, quam ob cauſam pili removeantur, ut calvitium dici queat; ſi itaque cauſa dependeat ab humoribus malis, vel a nimia ſiccitate, tum res clara eſt, ſuntque duæ res quarum una ſuam cauſam habet ab initio, ut plaga quæ pilos alere nequit; ſecunda vero eſt cauſa quod aliquam rem comedit qua pili excidunt funditus, licet autem fieri poſſit ut poſtea denuo effloreant pili alii, tamen cum ii jam deficiant, hinc jus calvitii & recalvationis de tali homine pronunciamus. נשם eſt genus aromatis quod efficit uti pili decidant, ſi quis eo ſe unxerit; idcirco quæritur, quid eſt calvitium? quod pilos alere nequit, ita nec recalvatio pilos alere poteſt; ſed unde hoc ita ſe habet ſi quis unguento ſe unxerit? quia Lex meminit bis calvitii, ubi hic caſus includitur; porro auctor deſignavit locum e quo pili remoti ſunt, & calvitium vel recalvatio dicitur. Verum ſecundum Legem remotio pilorum in loco qui antrorſum ſpectat, vocatur גבחת *recalvatio*, qui vero poſterius verſus cervicem ſpectat is קרחת *calvitium* dicitur, & ſuperior vertex vocatur גבנונית הראש *gibboſitas capitis*. Cæterum פיקה של צואר *uva colli*, eſt prima vertebra capitis. Lex vero dicit, *calvitium vel recalvatio illius*, ad quæ verba dixerunt quod calvitium & recalvatio non conflantur, ut, ſi plaga ſit in copia fabæ, cui contigua eſt extremitas calvitii & recalvationis, pariter ſi plaga exiſtat in uno ex iis uſque ad finem interſtitii, & diffundat ſe uſque ad finem, tum non eſt diffuſio, ſicuti aliquoties oſtendimus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק יא כל הבגדים מיטמאין בנגעים חוץ משל עכ"ום הלוקח בגדים מן העכ"ום יראו בתחלה ועורות הים אינן מיטמאין בנגעים חיבר להם מן הגדל בארץ אפילו חוט אפילו משיחה דבר שהוא מקבל טומאה טמא :

Caput 11. Omnes veſtes polluuntur plagis, exceptis peregrinorum veſtibus, quas ſi quis emerit, luſtrantur in principio. Pelles marinæ non polluuntur plagis. Hiſce adjunctorium eſt quod in terra creſcit, licet filum ſit vel funiculus, quod immunditiem recipit, id immundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הבגדים *Omnia veſtimenta*, ad ſervorum, mulierum & parvulorum veſtes includendas, imo licet ad proſelytum inquilinum pertineant, dummodo ea conſtent e lana vel lino, quia Lex meminit veſtis lineæ & laneæ, proinde veſtes e lana vel lino confectæ quidem polluuntur, at non aliæ veſtes. יראו בתחלה *luſtrantur ab initio*, etiam ob plagam quæ in iis fuit antequam ad Iſraëlitas pervenerint, nam cum hæc veſtis jam eſſet, proinde plagis obnoxia erat, ſed poteſtas gentilis hoc impediebat, idcirco dies iſti quibus veſtis fuit in poteſtate gentilis, non intrant numerum dierum quibus in poteſtate Iſraëlitæ fuit, hinc veſtis luſtranda eſt ex quo in Iſraëlitæ poteſtatem pervenit.

עורות הים אינן מיטמאים *Pelles marinæ non polluuntur*, quia Lex dicit, Levit. 13, 48. *linum*, *lana*, *vel pellis*, ſicuti ergo lana & linum ſunt ſpecies e terra naſcentes, ita quoque pellis. חיבר להן *adjunctorium illis eſt*, videlicet pelles piſcium magnorum in mari natorum habent ſpeciem pellium animantium in terra natarum, licet filum ſit, vel funiculus, dummodo conjunctio fiat iis, ſicuti ea fit duabus connexionibus, vel pluribus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit, *omnes veſtes*, intelligit omnium hominum veſtes, ſive magnæ, ſive parvæ ſint, tam eas quæ viris quam eas quæ fœminis conveniunt, proinde conditionem de gentilium veſtibus exemit. Sed quum auctor dicit, quod veſtes polluantur plagis, tum intelligit veſtes laneas & lineas; proinde quando Lex dicit, *ſi plaga lepræ ſit in veſte*, ſermo fit de veſte linea & lanea; ſed veſtes ſericæ & e goſſypio confectæ non polluuntur plagis. Præterea inſtrumenta coriacea quoque polluuntur, ſicuti Lex dicit, Levit. 13, 48. *ſive pellis*, *ſive omne opus pelliceum*; dummodo hæcce pellis conſtet ex animante quod incedit, & non ex eo quod natat, proinde Lex dicit Levit. 13, 48. *linum*, *lana*, *aut pellis*; dixerunt doctores, quid eſt linum & lana? quod provenit e terra, ita pellis quoque e terra provenire debet. Ne vero mireris quod de lana dicitur, eam non eſſe ſpeciem earum rerum quæ e terra naſcuntur, quia animantia vivunt e germinibus. Expoſuimus etiam capite ſexto decimo codicis de vaſis, quod mundum ſit quicquid in mari; ſi vero, exempli gratia, lini aliquid alligatum ſit pelli animantis marinæ, & hoc connexio fiat, qua utræque res ratione immunditiei conjunguntur, nempe ut polluta una etiam altera polluatur, dum connexio illa fiebat duabus juncturis & pluribus, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Vaſis. Si vero hæcce pellis integra ſit, tum ea polluitur plagis, quia Lex dicit, *vel pellis*, ſenſus itaque eſt quod quicquid immunditiem recipit, ſi eam tetigerit immundities e terra natam, tum hæc pellis polluitur plagis, licet ea ex animante marino petita ſit, hinc dicunt in Siphra, quando Lex dicit, *aut pellis*, includi debet id quod ei junctum eſt, nempe quicquid provenit e terra, licet filum ſit vel funiculus, dummodo conjunctio ita fiat ut ſit conjunctio pro immunditie.

ב צמר גמלים וצמר רחלים שטרפן זה בזה אם רוב מן הגמלים אינם מיטמאין בנגעים אם רוב מן הרחלים מיטמאין בנגעים מחצה למחצה מיטמאין בנגעים וכן הפשתן והקנבוס שטרפן זה בזה :

2. Lana camelorum & lana ovium quas inter ſe miſcent, ſi maxima pars ſit camelorum, tum non polluuntur plagis, ſi vero maxima pars ſit ovium, polluuntur plagis; ſi tantundem de utraque, polluuntur plagis; pariter linum & cannabis quæ inter ſe miſcent.

R. OB. DE BARTENORA.

שטרפן *Quas conflant*, quas commiſcent ut ex iis veſtis fiat. *Si maxima pars lanæ ſit camelorum* &c. nam lana ovium intercidit in maxima copia. מחצה למחצה *ſi de utraque lana ſit æqualis copia*, tam de camelorum quam ovium lana. *Pariter linum & cannabis*, quæ inter ſe miſcentur, & e quibus veſtes confici ſolent, illa inquam judicantur ut lana camelorum & lana ovium quæ commiſcentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנבוס *Cannabis*, Arabicè dicitur אלקנבא eſtque herba e qua pili proveniunt ſimiles lino, & hæc plebi ſatis nota eſt; ex ipſa quoque conficiuntur quædam veſtimenta ſatis pretioſa. Cæterum tu jam noſti fundamentum, quod nulla veſtis polluitur plagis niſi eæ quæ confectæ ſunt e lino vel lana.

ג העורות והבגדים הצבועים אינן מיטמאין בנגעים הבתים בין צבועים בין שאינן צבועים מיטמאין בנגעים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר העורות כבתים רבי שמעון אומר הצבועים בידי שמים מיטמאין ובידי אדם אינן מיטמאין :

3. Pelles & veſtes coloratæ non polluuntur plagis; domus vero ſive coloratæ, ſive non coloratæ, polluuntur plagis, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, pelles inſtar domuum ſunt. R. Simeon dicit, colorata divinitus, polluuntur, quæ vero per homines colorata ſunt, ea non polluuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

הצבועים *Coloratæ*, licet ita factæ ſint a Deo. *Domus ſive coloratæ ſint*, licet per homines. *Pelles ſunt inſtar domuum*, licet coloratæ ſint per homines, tamen polluuntur plagis, deciſio eſt quod veſtes non polluantur dum coloratæ ſunt, licet a Deo coloratæ ſint, quia Lex dicit, *lanea veſtis*, *vel linea veſtis*, ſicuti ergo linum ſe habet naturaliter, ita etiam lana; porro Lex dicit, *linum & lana*; ſicuti nempe linum eſt album, ita quoque lana. Sed pelles ab hominibus coloratæ non polluuntur plagis, at quæ ab hominibus coloratæ ſunt, eæ polluuntur plagis ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Putat R. Jehuda quod pelles coloratæ polluantur plagis ſicuti domus, & conſtitutio deciſa eſt, quod veſtes coloratæ non polluantur plagis, niſi ſpecies earum non habeat naturalem colorem album, vel artificialem donec albus ſit, idcirco dixerunt, quomodo comparatum eſt cum lino? quod naturaliter ſe habet, ita etiam lana naturalis eſſe debet; excipiantur ergo colorata per homines, at non ea quæ divinitus colorata ſunt? Lex dicit, linum & lana, ergo ſicuti linum eſt album, ita lana etiam alba eſt; at pelles ab hominibus coloratæ non polluuntur plagis, ſicuti dixit R. Simeon.

ד בגד ששתיו צבוע וערבו לבן ערבו צבוע ושתיו לבן הכל הולך אחר הנראה הבגדים מיטמאין בירקרק שבירוקים ובאדמדם שבאדומים היה ירקרק ופשה

4. Si veſtis ſtamen ſit coloratum, & ſubtegmen illius album, vel contra, tota res conſideratur ſecundum viſum. Veſtes polluuntur in viridiſſimis & rubicundiſſimis. Si plaga ſit viridis, & ea ſe diffuderit

ופשה אדמדם ופשה ירקרק טמא נשתנה ופשה נשתנה ולא פשה כאילו לא נשתנה רבי יהודה אומר יראה בתחלה (נ״ל) :

derit rubicunda, vel contra, immunda eſt; ſi ea mutata ſit & poſtea ſe diffundat, vel mutata quidem, ſed non ſe diffundat, ſe res habet ac ſi non mutata eſſet. R. Jehuda dicit, luſtretur ab initio.

R. OB. DE BARTENORA.

ששתיו צבוע *Cujus ſtamen coloratum eſt*, at quod coloratum eſt, id non polluitur. וערבו לבן *& cujus ſubtegmen eſt album*, etenim non ſequimur conditionem ſubtegminis, quod album eſt, & polluitur. הכל הולך אחר הנראה *omnia conſideranda ſunt ſecundum viſum*, in veſtibus ſimplicibus conſpicitur ſubtegmen, in pulvinaribus & pulvillis ſtamen conſpicitur, & omnia ſecundum artificium. אדמדם eſt *rubicundiſſimum*; ſed ירקרק eſt viridiſſimum inſtar alæ pavonis & palmitis. *Si igitur rubicunda ſit*, in copia fabæ, & in fine ſeptimanæ ſe diffuderit rubicunda ad viridem. נשתנה ופשה *ſi mutata ſit & diffuderit ſe*, ut, ſi ab initio viridis ſit inſtar fabæ, & in fine ſeptimanæ ſe diffuderit ut Selæ magnitudinem acceperit, & rubicunda facta ſit radix vel diffuſio illius. נשתנה ולא פשה *ſi mutata ſit, & non diffuderit ſe*, in principio, in copia fabæ viridis, at in fine in copia fabæ rubicundæ. *Perinde ac ſi non mutata eſſet*, quæ diffuderit ſe, ea comburi debet, quæ vero ſe non diffuderit, ea includi debet in ſeptimana ſecunda. יראה בתחלה *luſtretur ab initio*, quia cenſetur mutata ut alia plaga; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex de veſtium immunditie, *viridis vel rubicunda* eſt autem fundamentum aliquod e genio linguæ petitum, quod hæcce phraſis non caret additione aliqua & emphaſi, proinde quando Lex dixit ירקרק או אדמדם cum additione literarum, & non ſimpliciter ירוק או אדום denotantur colores viridiſſimi & rubicundiſſimi, pari modo Lex loquitur de plagis hominum לבנה אדמדמת ubi etiam fortiſſimi colores denotantur; ſenſus itaque eſt quod hicce color qui cum albedine mixtus eſt, ſit rubicundiſſimus, atque inde color aliquis exoritur qui vocatur פתו ſicuti ab initio codicis expoſuimus, porro ſcias volo quod plagæ veſtium etiam in copia fabæ ſtatutæ ſint, ſicuti expoſuimus capite ſexto, quando dicitur, ædificium patris eſt pro omni lepra, ut ea ſtatuatur in copia fabæ. *Si ea commutata ſit, & ſe diffuderit*, ſi defecerit ſpecies, & diffuderit ſe per ſuperficiem veſtis. *Si mutata fuerit, & non diffuderit ſe*, ſi ſpecies fortior facta ſit, at non diffuderit ſe per corpus, ac nullo modo immutata, ſed in ſtatu ſuo permanſerit, proinde includi debet ſecunda vice per ſeptiduum poſt lotionem ipſius, ſicuti in Lege expoſitum eſt. R. Jehuda dicit, *luſtretur ab initio*, & iſtius plagæ jus eſt ſicuti illius quæ ab initio occulta erat ante incluſionem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה העומד בראשון יכבס ויסגיר העומד בשני ישרף הפושה בזה ובזה ישרף הכהה בתחלה רבי ישמעאל אומר יכבס ויסגיר וחכמים אומרים אינו זקוק לו הכהה בראשון יכבס ויסגיר הכהה בשני קורעו ושורף מה שקרע וצריך מטלית רבי נחמיה אומר אינו צריך מטלית :

5. Quæ in prima conſtiterit, ea lavetur & includatur; ſi ea conſtiterit in ſecunda, comburatur; quæ diffuderit ſe in hac & illa, etiam comburatur. Si in principio obſcurata fuerit, R. Iſmaël dicit, lavetur & includatur; Sapientes dicunt, ſi obſcuritas ei non alligata ſit in prima, tum lavetur & includatur; ſi in ſecunda ei alligata ſit, diſrumpatur & comburatur quicquid ſit, & requiritur ſegmentum. R. Nehemia dicit, non requiritur ſegmentum.

R. OB. DE BARTENORA.

העומד בעיניו *Quæ in ſtatu ſuo permanſerit*, in fine ſecundæ ſeptimanæ, quando ſe non diffudit, nec ſpecies illius obſcurata fuit. יכבס *abluet*, locum plagæ, & poſtea includet. העומד בשני *ſi conſtiterit in ſecunda*, in fine ſeptimanæ ſecundæ ſi conſtiterit, & non obſcurata fuerit, nec diffuderit ſe. הפושה בזה ובזה *quæ diffuderit ſe in hac & in illa*, in fine ſeptimanæ primæ, vel in fine ſeptimanæ ſecundæ. הכהה בתחלה *ſi obſcurata ſit ab initio*, quando vir ad ſacerdotem deferebatur, & a ſacerdote luſtrabatur, at plaga jam obſcurata erat ante incluſionem. *Lavet & includat*, ac ſi plaga obſcurata fuiſſet in fine ſeptimanæ primæ. *Si obſcurata fuerit*, ſi plaga in principio viridiſſima, vel rubicundiſſima, & poſtea viridis vel rubicunda facta fuerit. אין זקוק לו *non incumbit ei*; ut includatur, ſed mundus eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Si illa obſcurata ſit in prima*, tum includatur poſt lotionem, perinde ac ſi non obſcurata fuiſſet. *Si obſcurata fuerit in ſecunda*, ſi in fine ſeptimanæ ſecundæ eam inveniſſet obſcuratam, tum excidatur & comburatur quod exciſum eſt. וצריך מטלית *& requiritur ſegmentum*, requiritur ut ſegmenta quædam imponantur loco e quo plaga exciſa eſt, ſicuti Lex dicit, *ſi adhuc conſpiciatur*, & ſi nihil niſi locus ſit, quod indicio eſt ſe ei loco ſegmentum aliquod applicare; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עומד *Conſtans* dicitur plaga quæ non accrevit ratione ſpatii ſui, & cujus ſpecies non apparet. כהה dicitur defectio coloris; hæc vero omnia in Lege denotantur, ut, Levit. 13, 56. *& abſcindet eam a veſte*, & Levit. 13, 55. *igne comburetis in quo plaga eſt*; quicquid autem in ſe continet plagam, id comburi debet. Cæterum R. Nechemia & doctor primus diſſentiunt de loco cui plaga exciſa eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam; at ſecundum Sapientes.

ו חזר נגע לבגד מציל את המטלית חזר למטלית שורף את הבגד הטולה מן המוסגר בטהור חזר נגע לבגד שורף את המטלית חזר למטלית הבגד ראשון ישרף והמטלית תשמש את הבגד השני בסימנין :

6. Si plaga redierit in veſtem, tum ea liberat ſegmentum; ſi ea redierit ad ſegmentum, comburat veſtem; ſi aſſuerit quid mundæ de incluſo, & plaga redierit in veſtem, comburat ſegmentum; ſi redierit ad ſegmentum, comburat veſtem primam; ſegmentum vero inſerviat veſti ſecundæ ſignis ſuis.

R. OB. DE BARTENORA.

חזר נגע לבגד *Si redierit plaga in veſtem*, ſi ea venerit in alium locum veſtis, & non in ſegmentum quod loco exciſo applicatum eſt. *Liberat ſegmentum*, quando totam veſtem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *ſi ea adhuc in veſte conſpiciatur*, quæ verba exponit Traditio, ſi ea non amplius in loco ſuo conſpiciatur, vel appareat quidem, ſed quemadmodum in principio; proinde

ſtem comburit, ſicuti Lex meminit, *ſi ea adhuc conſpiciatur in veſte* &c. *comburatur veſtis*, & tum liberat ſegmentum, iſtud nempe ſegmentum quod loco exciſo impoſitum eſt, liberat, idque non comburitur cum veſte.

חזר למטלית *Si redierit ad ſegmentum*, ſi redierit ad ſegmentum iſtud quod aſſuit, tum comburatur veſtis, ac ſi id rediiſſet ad ipſam veſtem; ſed ſegmentum non debet comburi, ſed includi ſi id quaquaverſum ſit trium digitorum. Si vero ea conſtiterit per duas ſeptimanas, vel in prima ſeptimana ſe extenderit, comburatur, ſi vero ea non habeat quaquaverſum tres digitos, tum non polluit plagis.

הטולה מן המוסגר *Qui aſſuerit quid de incluſo*, ſi quis ſegmentum aliquod de veſte hominis leproſi incluſi ſumpſerit, idque aſſuerit veſti hominis mundi; veſtis autem hic dicitur *incluſa*, quando plaga illius in prima ſeptimana in ſtatu ſuo permanſit, ſed in ſecunda obſcurata fuerit, cui plaga excidi debet, & comburi id quod exciſum eſt, quod reſtat de veſte, id vocatur מוסגר *incluſum*. חזר נגע לבגד *ſi redierit plaga ad veſtem*, incluſam veſtem cui hocce ſegmentum ademptum eſt, quod nunc aſſutum eſt veſti mundæ, licet veſtis incluſa debeat comburi, ſicuti Lex præcipit, *ſi ea adhuc conſpiciatur in veſte*, &c. *Liberat ſegmentum*, illud nempe ſegmentum quod ei ademptum eſt, & jam aſſutum eſt veſti mundæ, liberat, ita ut illud non comburatur cum veſte incluſa. חזר הנגע למטלית *ſi redierit plaga ad ſegmentum*, ad hocce ſegmentum quod veſti incluſæ ademptum eſt, tum comburatur veſtis incluſa quocunque in loco illa ſit, ac ſi ſegmentum aliud ei junctum ſit, & miniſtret veſti ſecundæ quæ ei juncta eſt per ſigna, quæ cum veſte ſecunda includi debet, etenim jus ſecundæ veſtis ſe habet perinde ac ſi plaga eſſet in ipſa, tam ratione incluſionis quam ratione combuſtionis, lotionis, & omnium caſuum, poſtquam vero ſecunda veſtis miniſtravit, licet plaga omnino abierit a ſegmento, tamen comburi debet, nam ex quo redierit plaga ab initio, jam obnoxia eſt combuſtioni.

inde ſi plaga conſpiciatur in loco cui exciſa eſt, ſive in loco lepræ primæ qui combuſtus eſt, tum tota veſtis comburatur, ſicuti Lex dicit, *ſi ea effloruerit, igne comburatur*. Si vero plaga conſpiciatur in alio quopiam loco in veſte, tum de ea judicium ferat ſicuti de veſte, in qua antea nulla plaga apparuit, non autem ut veſtis comburatur; etenim non dicimus plagam in hoc loco jam extitiſſe, & nunc rediiſſe, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *liberat ſegmentum. Quod mundo aſſutum eſt de incluſo*, ſi nempe quis ſumpſerit ſegmentum de veſte illius qui incluſus eſt, idque aſſuerit veſti illius qui mundus eſt, & plaga adhuc conſpiciatur in veſte prima, tum ſegmentum homini incluſo ablatum comburi debet, quia plaga conſpicua eſt in iſta veſte; at ſi plaga in ſegmento conſpicua ſit, tum ne comburatur veſtis viri incluſi cui exciſum eſt ſegmentum, ſi plaga adhuc conſpiciatur in hac veſte in qua antea apparuit, ut, ſi ea innovata ſit magis in hac veſte quam in reliquis veſtibus, & ſi in ea ſit immunditiei ſignum, comburatur veſtis, atque hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& ſegmentum inſervit veſti ſecundæ ſuis ſignis.*

ז קיטא שיש בה פספסים צבועים ולבנים פושין (ת״כ) מזה לזה שאלו את רבי אליעזר והרי הוא פספס יחידי אמר להן לא שמעתי אמר לו רבי יהודה בן בתירא אלמד בו אמר לו אם לקיים דברי חכמים הן אמר לו שמא יעמוד בו שני שבועות והעומד בבגדים שני שבועות טמא אמר לו חכם גדול אתה שקיימת דברי חכמים הפשיון הסמוך כל שהוא הרחוק כגריס והחוזר כגריס :

7. De veſte æſtiva ſegmentis coloratis & albis conſtanti, hinc inde ſe diffundentibus, a R. Eliezere quæſiverunt cum eſſet unicum ſegmentum, is vero reſpondit ipſis, non audivi. Quæſivit iterum ab *illo* R. Jehuda filius Beteræ, an tu mihi concedis ut diſcam inde? reſpondit ei, ita, ſi Sapientum verba confirmaveris. Dixit ei, forſan plaga in ipſo conſtitit per duas ſeptimanas, quæ vero in veſtibus conſtiterit per duas ſeptimanas, ea immunda eſt. Reſpondit ei, magnus ſane Sapiens tu es, utpote qui Sapientum verba confirmaveris. Diffuſio ei vicina, ſit quantulacunque, at longe remota, in copia fabæ, & quæ redit in copia fabæ.

R. OB. DE BARTENORA.

קיטא Notat veſtimentum quod æſtate induunt, קיטא enim Chaldaicum derivatur ab Hebræo קיץ *æſtas*; ſed ego puto eſſe vocabulum Romanum, etenim Romani habitum muliebrem vocant Cota. שיש לה פספסין *quæ ſegmentis conſtat*, quæ variis coloribus inſtar pardi diſtincta ſunt, videlicet albis, viridibus, nigris, & id genus aliis; vox פספסין derivatur a פס *vola*, quia hæc ſegmenta volæ figuram habent. ולבנים פושים מזה לזה *& alba ſe extendentia ab hoc ad illud*, ab uno albo ad alterum, licet autem ſegmentum coloratum dividat, tamen diffuſio locum habet, quia diffuſio procul diſſita polluit in copia fabæ.

והרי הוא פספס יחידי *Si illud ſit ſegmentum unicum*, ac ſi dixiſſet, ſi in veſte duntaxat unicum ſit ſegmentum album, reliqua vero omnia colorata, an requiritur incluſio, necne, quia hic non eſt locus ad quem ſe diffundere poteſt? reſpondit iis, non audivi, ac ſi dixiſſet, ego accepi a magiſtris meis, quod incluſione opus ſit, ſed rationem non addidit, ſed dixit, an ſibi diſcendi venia data eſſet, ut aliquam rationem daret, quod ei conceſſum eſt dummodo Sapientum ſententiam confirmaret, & non reticeret quod acceperat.

שמא יעמוד שני שבועות *Forſan conſtitit duas ſeptimanas*, etſi non ſit locus in quem ſe diffundat, tamen in immunditiem incidere poteſt, ſi duas ſeptimanas in ſtatu manſerit. פשיון הסמוך שהוא *diffuſio proxima quantulacunque*, quando illa ſe diffuderit ad radicem. הרחוק *quæ procul remota eſt*, ſi radix ſit in una extremitate veſtis, & diffuſio in altera. החוזר *quæ redit*, quæ obſcurata fuit in ſeptimana ſecunda, excidatur, quod

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Veſtimentum longum e ſegmentis exiguis quadratis verſicoloribus conſutum vocatur *שטרנגש* in lingua Iſmaëlitica, quia figuram שטרנג habet, qua veſte pueri & mulieres induuntur tempore æſtivo, proinde קיטא vocatur a קיץ *æſtas*, ſegmenta autem hujuſce veſtis vocantur פספסין a voce פס *vola*, quia quaſi volæ figuram habent. Porro dicit auctor quod ſi ſegmenta ſint alba, & in uno ſegmento albo innovata ſit plaga, tum tota veſtis includatur; ſi vero innovata ſit plaga in ſegmento alio albo, tum ea declaretur leproſa, quia jam ſe extendit, ſecundum iſtud fundamentum quod diffuſio extendat ſe ab uno ſegmento ad alterum, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſi diffuſio ſit ab hoc in illud*, tum illa omnia habentur pro una veſte, licet inter illa ſegmenta ſint colorata ſegmenta quæ non polluuntur plagis, ſicuti pro fundamento ſtatuimus; etenim non dicimus quod omne ſegmentum ſeorſim conficiat veſtem, proinde non requirimus ut omnis plaga ſit in ſegmento albo, quod trium undique eſt palmorum, quia illa omnia quaſi unam veſtem conficiunt. Cæterum jam dixit R. Nechemia in Toſaphta, quod veſtis nunquam polluat plagis, niſi donec in albedine illius quaquaverſum tres ſint palmæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer; quando unum ſegmentum album duntaxat eſt in hac veſte, reliqua vero colorata, plaga vero renovata fuerit in albo ſegmento, reſpondit ipſis, includatur; quæſiverunt ab illo, quænam ſit utilitas incluſionis, cum hic non ſit alia res alba in qua diffuſio eſt? reſpondit iis, ego ſane neſcio quænam ſit in hac incluſione utilitas, ſicuti etiam reſpon-

quod vero exciſum eſt, id comburi debet, Lex namque dicit, *ſi ea adhuc in plaga conſpiciatur*, & hæc eſt plaga quæ hoc in loco redire dicitur, illiuſque menſura in copia fabæ ſtatuta eſt.

reſpondit capite nono ſuperiori. Expoſuit R. Jehuda filius Beteræ, hæc eſt utilitas, ſi plaga in ſtatu ſuo manſerit in unico iſto ſegmento per duas ſeptimanas, tum ea eſt lepra declarata, & veſtis comburitur propter illam, ſicuti Lex dicit, *ſi plaga ſe non diffuderit, immundus eſto, igne comburatur*, & hoc veriſſimum eſt. Porro auctor ſe confert ad jus ſegmentorum, dicitque menſuram diffuſionis eſſe quantulamcunque; at ſi hæcce plaga non extenderit ſe per veſtem albam, ſed innovata ſit in alio loco hujuſce veſtis, tum requiritur ut copia fabæ ſit quæ eſt menſura plagæ ſecundum Legis dictum, ſi plaga ſe diffuderit in veſte, nempe donec additamentum habeat menſuram plagæ. *Quæ redierit in copia fabæ*, ſi redierit plaga in alia veſte & conſpiciatur, ſicuti Lex dicit, *ſi ea adhuc conſpicua ſit in veſte*, ſpatium itaque in quo plaga reſidet, debet menſuram plagæ habere dum comburitur.

ח השתי והערב מיטמאין בנגעים מיד רבי יהודה אומר השתי משישלק והערב מיד והאונין של פשתן משיתלבנו כמה יהא בפקערת ותהא מטמא בנגעים כדי לארוג ממנה שלש על שלש שתי וערב אפילו כולה שתי אפילו כולה ערב היתה פסיקות אינה מיטמאה בנגעים רבי יהודה אומר אפילו פסיקה אחת וקשרה אינה מיטמאה בנגעים :

8. Stamen & ſubtegmen polluuntur plagis ſtatim. R. Jehuda dicit, ſtamen ex quo elixatum eſt, at ſubtegmen ſtatim. Faſciculi lini, ex quo dealbati ſunt. At quantus ſit glomus ut polluatur plagis? tantus ut de ipſo trium undique digitorum menſura texi poſſit ſtaminis & ſubtegminis, licet totum ſit ſtamen, vel totum ſit ſubtegmen. Si diviſa ſint fila, tum glomus non polluitur plagis. R. Jehuda dicit, licet unum filum diviſum ſit, & colligatum, tamen non polluitur.

R. OB. DE BARTENORA.

השתי והערב *Stamen & ſubtegmen*, lanæ, in quibus differentia aliqua cernitur, quia ſtamen eſt tenue, & ſubtegmen craſſum. *Stamen ex quo elixatum eſt*, ſicuti Lex dicit, *veſtis lanea, vel veſtis linea, vel ſtamen, vel ſubtegmen*, quemadmodum veſtis dicitur cujus opus abſolutum eſt, ita etiam ſtamen & ſubtegmen dicuntur ex quo opus eorum abſolutum eſt. Putat autem doctor primus, illa Legis verba *aut ſtamen*, dividere ſenſum. משישלק *ex quo elixatum eſt*, aquis nempe ferventibus; nonnulla exemplaria legunt, משישלה, ſenſus eſt, donec linum maceraverint & ex olla deſumſerint, atque poſtea elixaverint donec dealbetur.

האונין של פשתן *Faſciculi lini*, faſculi lini neti, & quia in lino non cognoſcitur differentia inter ſtamen & ſubtegmen, ſicuti in lana, idcirco hic non eſt diſſenſio ratione ſtaminis & ſubtegminis. משיתלבנו *ex quo dealbati ſunt*, quando fornaci impoſiti ſunt, ut calefiant & deinceps dealbentur. פקעת notat lignum aliquod cui mulieres involvunt a fuſo & interius.

כדי לארוג ממנה שלש על שלש *Ad nendum de illo tres digitos quaquaverſum*, ut in eo ſit menſura lanæ qua veſtis trium digitorum neri poteſt, & inde quoque ſtamen & ſubtegmen, ſicuti tradidit auctor, *licet totum ſit ſtamen & totum ſit ſubtegmen.* היתה פסיקות *ſi diviſa ſint*, ſi fila fuſo applicata, ſint diviſa, & non conjuncta, at ſi colligata ſint, tum conjuncta ſunt, licet unica ſit diviſio, quia in toto glomo unica duntaxat diviſio eſt, quæ ſi ligata ſit, tamen non efficit conjunctionem; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lex dicit, *vel ſtamen, vel ſubtegmen*, differentia vero inter ſtamen & ſubtegmen nota eſt, ſtamen enim tenuiſſimum eſt, at ſubtegmen craſſum ratione filorum; ſed in veſtibus lineis ſtamen & ſubtegmen una eademque res eſt, ita ut nulla inter utrumque differentia cernatur. R. Jehuda attulit probationem ex eo quod dicitur, *veſtis linea, vel veſtis lanea, aut ſtamen, aut ſubtegmen*, & ſicuti veſtis dicitur ex quo opus illius abſolutum eſt, ita etiam hæc ex quo opus eorum abſolutum eſt, proinde non polluitur, licet ſtamen lanæ ſit, niſi donec aquis calidis ſit maceratum, ut illud conſtituatur tenue, & protrahatur, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *donec elixatum ſit.* מטוה *Netum*, linum donec id maceratum ſit & dealbatum.

אונין של פשתן *Faſciculi lini*, fila neta lini. Sapientes dicunt ſtamen aut ſubtegmen diſtingui a veſtibus, & omnia ſtatim pollui. At jam expoſuimus quod minima copia quæ polluit in plagis veſtium, ſit trium digitorum quaquaverſum. פקעת etiam vocatur רובנא, ſi ergo in eo quod netum eſt, ſit ea copia unde trium undique digitorum neri poteſt ſtamen & ſubtegmen, tum veſtis polluitur plagis lepræ. היתה פסיקות *ſi diviſio ſit*, ſi hicce glomus collectus ſit e filis diſperſis, quorum unum filum conjunctum eſt alteri, dicit R. Jehuda, licet conjunctio colligata ſit donec totus glomus ſit inſtar unius fili, nihilominus tamen non polluit.

ט המעלה מן הפקעת לחברתה מן הסליל לחברו מן הכובד העליונה לכובד התחתונה וכן שני דפי הלוק שנראה נגע באחד מהן הרי השני טהור בנפש המסכת ובשתי העומד הרי אלו מיטמאין בנגעים מיד רבי שמעון אומר השתי אם היה רצוף מיטמא :

9. Si quis e glomo uno quid deduxerit ad alterum, vel ab uno ligno in alterum, vel a ligno gravanti ſuperiori ad inferius, pariter ſi in alterutra parte induſii conſpiciatur plaga, tum ſecunda eſt munda. Si plaga ſit in anima liciatorii, & in ſtamine ſtante, tum illa ſtatim polluuntur plagis. R. Simeon dicit, ſi ſtamen ſit inſtar pavimenti, tum id polluitur.

R. OB. DE BARTENORA.

המעלה מן הפקעת לחברתה *Si quis netum ab uno glomo ad alterum traduxerit*, mulieres enim aliquando glomum conficere ſolent ulnæ, vel duplicis ulnæ, & fila convolvere ab uno glomo ad alterum, ad glomum magnum conficiendum; ſi vero antequam omnia traduxerit, plaga conſpiciatur in alterutro, eoſque filum conjungat, tum ſecundus glomus eſt mundus. סליל eſt lignum perforatum inſtar calami, cui netum applicant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Modo meminimus quod פקעת notat id quod netum eſt, ſolent enim conficere lignum aliquod perforatum circum quod volvunt id quod netum eſt, idque dicitur סליל. Cæterum per כובד העליון והתחתון intelliguntur duo ligna intra quæ protrahitur ſtamen; ſed nos hæc jam expoſuimus capite primo codicis de Vaſis. Quum vero id quod netum eſt, protrahatur ab uno glomo ad alterum, vel ab uno pectine ad alterum, atque hoc modo ſint duo glomi vel duo pecti-

כובד העליונה והתחתונה *Lignum ſuperius aggravans & inferius*, intellige duo ligna rotunda, in quibus texunt textores ſua ſtamina, atque convolvunt, tum ſi plaga conſpiciatur in uno ligno aggravante, alterum eſt mundum, quia non eſt conjunctio. וכן שני דפי חלוק *& ſic etiam duæ partes induſii*, non ſunt conjunctio, neque ſunt inſtar induſiorum noſtrorum, quæ diſcindunt & poſtea conſtringunt ipſa mediante domos brachii, & reliqua ſegmenta ſutura quædam conjunctionis perfectæ, quia hæc omnino conjunctio eſt, perinde ac ſi una eſſet veſtis; ſed hic ſermo fit de re quæ non tam firmiter conjuncta eſt.

נפש המסכת Ita vocatur filum ſubtegminis quod ingreditur ſtamen, ſicuti anima ingreditur corpus; atque donec inſideant ſuo loco apud texturam, ſunt inſtar ſtaminis, ut commiſceantur cum ipſo ratione plagæ, in copia fabæ; vel etiam ab initio, ſi textor in ipſo texuerit duo licia, antequam tres digitos quaquaverſum texuerit. שתי העומד *ſtamen ſtans*, puta fila ſtaminis quæ ſunt inter lignum aggravans, ſuperius & inferius, quæ illic texenda ſunt, & ad fila ſubtegminis implicanda; proinde auctor hæc nos docet, quod unumquodque filum non ſubſiſtat ſeorſim, nec quod in ipſo ſit latitudo fabæ, ſed quod omnia inter ſe conjuncta ſint. Si vero plaga in hoc latere conſpiciatur, tum altera veſtis immunda eſt. אם היה רצוף *ſi illud ſit inſtar pavimenti*, quia fila inſtar pavimenti alicujus ſibi invicem implexa ſunt, textores enim ſolent texturam ſuam rectam dirigere, & tum hæc actio pro conjunctione habetur; ſin ita ſe res non habeat, tum incidunt unumquodque filum, perinde ac ſi illa ſeorſim ſubſiſterent, & non eſſet conjunctio; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

nes ope fili conjuncti, & plaga in alterutro innovata ſit, tum ſecundus glomus vel pecten eſt mundus. Pariter ſi netum ligni ſuperioris conjunxerimus cum neto inferioris ligni, quod אלחאיך dicitur, & ſi plaga innovata ſit in neto quod alterutri ligno applicatum eſt, tum netum quod applicatum eſt ligno conjuncto, mundum eſt. Pari modo comparatum eſt cum duobus aſſeribus diviſionis, dum *illi* a ſe invicem disjuncti ſunt, & duo ſegmenta relinquuntur in *filo* ſtaminis ſtantis, nempe, ſi plaga conſpiciatur *in aliquo* horum filorum ſubtegminis, quod in hac *veſte immiſſum eſt*, atque in ſtamine, & in ſtanti ligno quod ei adhæret, quod non polluitur, atque hoc eſt ſtamen ſtans, & tum omnia polluta ſunt, quia illa omnia quaſi unam rem conficiunt, nempe id omne quod protenditur a ligno aggravanti ſuperiori ad lignum aggravans inferius, non vero id quod pollutum eſt ab illo, neque id quod conſpicitur ſtans. R. Simeon dicit, ſi lignum ſtans ſit inſtar pavimenti, & correctum, ſicuti textor facit dum textura perficitur, tum illud polluitur plaga lepræ, quæ conſpicitur in ipſo liciatorio; at ſi liciatorium non ſit inſtar pavimenti, neque correctum, tum plaga quaſi ſeparata cenſetur ab ipſo liciatorio; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

י נראה בשתי העומד הארוג טהור נראה בארוג השתי העומד טהור נראה בסדין שורף את הנימין נראה בנימין הסדין טהור חלוק שנראה בו נגע מציל את האומריות שבו אפילו הן ארגמן :

10. Si plaga conſpiciatur in ſtamine ſtante, tum textura eſt munda; ſi vero in textura conſpiciatur, tum ſtamen ſtans mundum eſt; ſi ea conſpiciatur in ſindone, tum comburat fila; ſi ea conſpiciatur in filis, tum ſindon eſt munda. Si in induſio conſpiciatur plaga, tum illud liberat fimbrias ſuas, licet illæ ſint purpureæ.

R. OB. DE BARTENORA.

נראה בשתי העומד *Si ea conſpiciatur in ſtamine ſtante*, plaga videlicet, tum munda eſt textura, quando eo non plus texere velit. *Stamen ſtans eſt mundum*, illud nempe quod amputari non debet de ſtamine cum textura. נימין ſunt fila in capite ſindonis, & in fine illius. מציל את האמריות *liberat fimbrias*, oras veſtis liberat, quæ non comburendæ ſunt, ſicuti Lex dicit, *& comburet veſtem cum lana aut cum lino*, etenim Lex disjunctive dicit, *cum lana aut cum lino*, ut doceat quod fimbriæ non comburuntur cum fimbriis. *Licet purpureæ ſint*, ne quis dicat, quod non liberat, niſi fimbrias unius ſpeciei, quæ non polluitur plagis, ut ſerica & aurea ſpecies, idcirco nos docet fimbrias liberari licet purpureæ ſint, quia lanam coloratam liberat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סדין Notat peplum parvum. נימין ſunt fila in principio & in fine cortinæ. אומריות ſunt fimbriæ, quod inde liquet quod auctor dicit, *comburat veſtes, vel ſtamen, vel ſubtegmen, tam lanea quam linea*; & quando dicit, lanea vel linea, tum docet quod in iis ſit aliquid quod comburendum eſt & relinquendum. Traditio vero docet, quod fimbriæ ſint relinquendæ, licet purpureæ ſint, quum veſtis lanea eſt, ne quis cogitet quod *iſtæ non liberent* a combuſtione, niſi e ſerico confectæ ſint, vel ex auro, & id genus aliis rebus, & non e lana, vel lino.

יא כל הראוי ליטמא טמא מת אף על פי שאינו ראוי ליטמא מדרס מיטמא בנגעים כגון קלע של ספינה ווילון ושבים של סבכה ומטפחות של ספרים וגלגלון ורצועות מנעל וסנדל שיש בהן רוחב כגריס הרי אלו מיטמאין בנגעים סגוס שנראה בו נגע רבי אליעזר בן יעקב אומר עד שיראה בארוג ובמוכין החמת והתורמל נראים כדרכן ופושה מתוכו לאחוריו ומאחוריו לתוכו :

11. Quicquid pollui poteſt per id quod mortuo pollutum eſt, licet pollui nequeat calcatione, tamen plagis polluitur, ut aulæum navis, & velum, & ornamentum vittæ, & mantilia tonſorum, involucra, & corrigæ calcei & ſandalii, quæ latitudinem fabæ habent, hæc omnia in plagis polluuntur. Si in ſago conſpiciatur plaga, R. Eliezer filius Jacobi dicit, donec ea conſpiciatur in textura & in mollibus. Uter, & pera conſpiciuntur more ſuo, plaga vero ſe diffundit ab interiori parte in poſteriorem, & contra.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הראוי ליטמא טמא מת *Quicquid pollui poteſt per id quod pollutum eſt mortuo*, in lana, lino, & in pelle. *Licet non polluatur calcatione*, ut, ſi veſtis undiquaque trium ſit digitorum, quæ non polluitur calcatione ſeminiflui, niſi donec illa trium ſit digitorum; tum polluitur mortuo; eo vero magis illæ quæ mortuo pollutæ ſunt, plagis polluuntur; dummodo albæ ſint & non coloratæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in aliquot locis codicis de Vaſis quod multæ res polluuntur mortuo, & non calcatione ſeminiflui, quia ſunt res ad cubitum non factæ, inter quas etiam refertur aulæum, operimentum, velum navis, & illius mali, videſis capite viceſimo quarto codicis de Vaſis, ibique expoſuimus quod operimenta quæ non polluta ſunt calcatione, polluantur mortuo, dummodo latitudinem fabæ habeant;

קלע של ספינה ווילון *Aulæum navis & velum*, hæc omnia quæ enumerat auctor, mortuo polluuntur, at non calcatione. שבים *reticulum*, videſis notationem vocis, Jeſ. 3,18. גלגלון notat cingulum. סגוס notat veſtem craſſiſſimam, inſtar pallii e pilis facti. באריג ובמוכין *in textura & in mollibus*, in ipſo pallio & in pilis ex ipſo prominentibus; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

החמת והתורמל *Uter & pera*, ſunt inſtrumenta coriacea quæ colligantur, & pellis duplicatur in loco ubi conſtringuntur, ita ut plaga in duplicatione non appareat, niſi poſtquam extenſum eſt corium, idcirco auctor dicit, *conſpiciuntur more ſuo*, nempe non extenſa conſtructione, ſed eo modo quo conſtricta ſunt. חמת eſt uter coriaceus: תורמל notat marſupium magnum in quo paſtor ſupellectilia recondit.

מתוכו ולאחריו *Ab interiori parte ad poſteriorem*, ſi ab initio plaga conſpiciatur interius, & ſacerdos eam incluſerit, at in fine ſeptimanæ plaga conſpiciatur in poſteriori parte exterius, tum ea pro diffuſione habetur. In Toſaphta dicitur, quod hic de coriis duntaxat ſermo factus ſit, & non de veſtibus.

beant; & hoc ſatis clarum eſt, quia nulla plaga minor eſt copia fabæ quadratæ, ſicuti pro fundamento poſuimus. גלגלון notat balteum quo homines accingunt ſe, vox derivatur a גליונים *ſpeculis*, videſis Jeſ. 3, 23. Cæterum סגים *ſagum*, eſt veſtimentum aliquod laneum & piloſum; fundamentum rei dictum eſt in Lege de plagis domuum, *ſi ea diminuta ſit in calvitio ejus*, *aut in illius recalvatione.* Hæc ita exponuntur in Siphra, *in calvitio ejus*, id eſt in veteri veſte cujus ſuperficies eſt æqualis; *in recalvatione illius*, id eſt in nova veſte quæ fila habet, & veſtis lanea quando illa nova eſt, & quanto magis craſſæ, ut veſtes Nareſiæ, quando novæ ſunt, tum quaſi grana quædam lanea prominent in ſuperficie texturæ, quæ vocantur מוכים *mollia*; eſtque lana qua implere ſolent, & id genus alia præſtare. Dicit R. Eliezer quod ſi plaga conſpiciatur in vicino loco, oportet ut plaga in ipſa textura conſpiciatur, & in granis in ſuperficie prominentibus; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi. Sed jam explicuimus capite viceſimo codicis de Vaſis quod חמת & תורמל ſint coriacea vaſcula; ſenſus vero illius quod dicitur, *inſpiciuntur more ſuo*, eſt, quod eas non pronunciamus immundas niſi donec appareat id quod innovatum eſt in ipſo, & non inquirendum eſſe inter plicas.

יב בגד המוסגר שנתערב באחרים כולם טהורים קצצו ועשאו מוכין טהור ומותר בהנייתו והמוחלט (ס"א) שנתערב באחרים כלם טמאים קצצו ועשאו מוכין טמא ואסור בהנייתו :

12. Veſtis incluſa cum aliis ſi mixta ſit, tum omnes mundæ ſunt; ſi exciderit eam, & inde mollia fecerit, munda eſt, & uſui licita. Si declarata veſtis mixta ſit cum aliis, tum omnes immundæ ſunt; ſi exciderit eam, & inde mollia fecerit, immunda eſt, & uſui illicita.

R. OB. DE BARTENORA.

בגד המוסגר *Veſtis occluſa*, in qua plaga lepræ erat, & poſtea colorata fuit, licet plaga in principio non cognoſceretur. *Omnes mundæ ſunt*, nam eam de qua nullum ratione immunditiei dubium eſt, polluit, at non eam de qua dubium eſt. *Et facit inde mollia*, ſegmenta exigua quæ undique non ſunt trium digitorum, ſed quæ nullo modo ſeparata ſunt. *Omnes ſunt immundæ*, etenim quia veſtis immunditiei alligata eſt, proinde dubia mundities eam non purificat. *Immunda eſt & uſui illicita*, at tum comburi debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia ſatis clara ſunt, quia veſtis illius qui lepra affectus eſt, uſui illicita ſit ſecundum Legem, quæ dicit, igne comburetur.

פרק יב כל הבתים מיטמאים בנגעים חוץ משל עכו"ם הלוקח בתים מן העכו"ם יראו בתחלה (ס"א) בית עגול בית טריגון בית הבנוי בספינה או באסקריא (נ"א באכסנדריה) על ארבע קורות אינו מיטמא בנגעים ואם היה מרובע אפילו על ארבעה עמודים מיטמא :

Caput 12. Omnia domicilia polluuntur plagis, gentilis plagis exceptis. Si quis domicilia emerit a gentili, tum ea luſtrantur ab initio. Domus circularis, & domus triangularis, domus in navi extructa, vel in malo (vel in ratibus,) ſuper quatuor lignis, non polluuntur plagis. Si vero domus quadrata ſit, licet quatuor columnis infixa ſit, polluitur tamen.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הבתים *Omnia domicilia*, illa tantum quæ in terra Iſraëlitica ſunt, nam de plagis domuum dicit Lex, *excepta hæreditate veſtra.* חוץ משל נכרים *domo gentilis excepta*, ſi is in terra Iſraëlis domum emerit, Lex enim dicit, *hæreditas veſtra*, & non gentilis hæreditas polluitur lepra; & ſicuti gentilium hæreditas non polluitur plagis lepræ, ita nec veſtes, nec corpora eorum. יראו בתחלה *luſtrantur ab initio*, tempus vero illud quo plaga in ipſis extitit, dum erant in poteſtate gentilis, non ingreditur numerum dierum quibus domus lepra polluuntur juxta Legem. בית עגול *domus circularis*, quod latera non habet. בית טריגין *eſt domus triangularis*, a voce Romana Tere; idem jus eſto de domo duorum vel quinque angulorum. אינו מיטמא בנגעים *non polluitur plagis*, nam de plagis domuum bis dicit Lex, קירות *parietes*, at minimus numerus in plurali duo conficit, qui ſi repetatur, quatuor conficit. אסקריא eſt malus navis, alia exemplaria legunt אכסדריא, quo denotantur aliquot tigna colligata in fluvio vel in mari, quæ in ſacris literis dicuntur רפסודות *rates*, & hæ non polluuntur plagis lepræ, quia Lex voce *terræ* utitur ubi de domuum lepra loquitur, oportet ergo ut domus ſit contigua terræ. *Super quatuor tignis*, ac ſi dixiſſet, aut ſuper quatuor tignis, quibus domus ſuperſtructa erat. *Licet ſuper quatuor columnis*, quæ terræ infixæ ſunt, & cenſentur quatuor anguli pro domo cui totum imponitur, & talis domus polluitur plagis, licet ea ab omnibus lateribus aperta ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus, *ego dabo plagam lepræ in domo terræ hæreditatis veſtræ*, hæc Traditio exponit, hæreditas veſtra polluitur plagis, at non gentilium hæreditas, & ſicuti hæreditas eorum non polluitur plagis, ita nec veſtes eorum. Repetit autem Lex vocem קירות *parietes* bis de plagis ædium, at minimus numerus in plurali eſt duorum, proinde nulla domus polluitur plaga lepræ niſi illa quatuor habeat parietes. אסקריה eſt genus ædificii quod terræ non eſt contiguum, ſed in aëre ſubſiſtit, idcirco non polluitur circumquaque; pariter nec domus quæ in navi eſt, etenim quia Lex dicit, *terra hæreditatis veſtræ*, requiritur ut domus ſit terræ contigua. Porro dicit, *licet ea quatuor columnis infixa ſit*, ac ſi dixiſſet, licet præter columnas quatuor terræ infixa ſit, & ei tectum impoſitum, tamen plagis polluitur, licet ea a quatuor lateribus aperta ſit.

ב בית שאחד מצדדיו מחופה בשיש אחד בסלע ואחד בלבנים ואחד בעפר טהור בית שלא היו בו אבנים ועצים ועפר ונראה בו נגע ואחר כך הביאו בו אבנים ועצים ועפר טהור וכן בגד שלא ארג בו שלש על שלש ונראה בו נגע ואחר כך ארג בו שלש על שלש טהור אין הבית מיטמא בנגעים עד שיהא בו אבנים ועצים ועפר :

2. Domus cujus unum latus marmore tectum eſt, alterum petra, tertium lateribus, & alterum pulvere, munda eſt. Domus quæ non conſtat lapidibus, nec ligno, nec pulvere, ſi plaga conſpiciatur in ea, & quis poſtea in eam introduxerit lapides, lignum, & pulverem, munda eſt. Pariter veſtis in qua non eſt textura trium undique digitorum, ſi plaga conſpiciatur in ea, & poſtea quis trium digitorum ſpatium texuerit in ea, munda eſt. Domus non polluitur plagis niſi donec ea conſtet lapidibus, ligno, & pulvere.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד מצדדיו *Unum e lateribus illius*, ſi unus e quatuor parietibus marmore contectus ſit. סלע eſt rupes, ex iis quæ in aliquo e ſex dierum creationis ſunt creatæ. לבנים lateres qui in fornacibus facti ſunt. עפר *pulvis*, e quo parietes conſtrui ſolent. *Munda eſt*, requiritur enim ut domus quatuor parietes habeat, ſi ea pollui poſſit plagis; ſi vero unus e parietibus non conſtet iſtis rebus quas recenſuimus, tum domus munda eſt. *Si domus non conſtet lapidibus, ligno, nec pulvere*, hiſce tribus, at ſi una ex iſtis duntaxat conſtiterit, & plaga conſpecta ſit in iſta una, tum domus munda eſt, quia oportet ut ante viſum plagæ domus pollui poſſit. *Donec ea conſtet lapidibus, ligno, & pulvere*, ſicuti Lex dicit, *lapides, ligna ejus, & omnem pulverem domus deſtruet.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיש Notat marmor, ſcopus Miſnæ eſt quod domus non polluatur plagis niſi donec parietes illius conſtent lapidibus, pulvere, & calce, & non ſimpliciter lapidibus, domus vero ex iis ædificata, ſit immunda plagis; dicitque Lex, *deſtruet domum, lapides, ligna illius, totumque domus pulverem*, hinc conſtat quod ſi domus conſtet ligno, lapidibus & pulvere, polluatur lepra.

ג וכמה אבנים יהו בו רבי ישמעאל אומר ארבע רבי עקיבא אומר שמנה שהיה רבי ישמעאל אומר עד שיראה כשני גריסין על שתי אבנים או על אבן אחת רבי עקיבא אומר עד שיראה כשני גריסין על שתי אבנים לא על אבן אחת רבי אליעזר ברבי שמעון אומר עד שיראה כשני גריסין על שתי אבנים בשני כתלים בזוית ארכו כשני גריסין ורחבו כגריס :

3. Quot lapidibus domus conſtare debet? quatuor ſecundum R. Iſmaël; ſed octo ſecundum R. Akibam. Dicebat enim R. Iſmaël, donec quaſi duarum fabarum copia conſpiciatur ſuper duos lapides, vel unum lapidem. R. Akiba dicit, donec duæ quaſi ſint fabæ ſuper duobus lapidibus, non ſuper uno lapide. R. Eliezer in nomine R. Simeonis dicit, donec quaſi duarum fabarum copia conſpicitur ſuper duos lapides, in duobus parietibus in angulo, longitudo illius ut duarum fabarum copia, latitudo autem in copia fabæ.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיראה כשני גריסין *Donec quaſi duarum fabarum copia appareat*, quia Lex dicit, *& conſpiciet plagam, & ecce plaga*, unde liquet plagam domuum non polluere, niſi donec duarum fabarum copia conſpicua ſit. *Vel ſuper uno lapide*, hoc eſt quod R. Iſmaël dixit, quatuor lapides pro quatuor parietibus domus, pro unoquoque pariete unus lapis. Sed ſecundum R. Akibam, donec conſpiciatur quaſi duarum fabarum copia ſuper duobus lapidibus, & non ſuper uno lapide, non minus quam octo lapides eſſe debent, duo pro omni pariete. R. Eliezer in nomine R. Simeonis dicit &c. illius ſententiæ ſenſus nititur illo Legis dicto de קירות *parietibus*, quærit enim de pariete qui quaſi duos repræſentet parietes? illi dicunt, quod hic ſit cornu anguli, omnis enim paries ratione plagæ debet habere copiam fabæ Ciliciæ quadratæ in unoquoque; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oportet ut in primis ſcias quod menſura plagarum quibus domus polluuntur, ſtatuta ſit in copia duarum fabarum; etenim quando Lex dicit, *& videbit plagam, & ecce plaga*, inde colligimus lepram non polluere niſi ea duarum fabarum copiam habeat. At vero ſecundum ſententiam R. Iſmaëlis, dicentis, quando duarum fabarum copia conſpicitur ſuper uno lapide, tum polluta eſt etiam minima res quæ in domo eſt, & requiruntur quatuor lapides, pro quolibet pariete unus lapis, donec omnis paries domus aptus ſit ad plagam recipiendam, & hoc ſecundum ſententiam R. Akibæ, dicentis, quod ſi duæ fabæ ſuper duobus lapidibus ſint, non minus quam octo lapides eſſe poſſunt. R. Eliezer in nomine R. Simeonis dicit, quod Lex de parietibus domus loquatur in copia fabæ, ſi nempe paries e quo angulus factus eſt, habeat plagam quæ in latitudine habet copiam fabæ, at in longitudine duarum fabarum copiam, & aſſociata ſit inter duos parietes donec ea ſit in duobus parietibus, quod fieri nequit, niſi donec anguli habeant hanc figuram; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ד עצים כדי ליתן תחת השקוף רבי יהודה אומר כדי לעשות סנדל לאחורי השקוף עפר כדי ליתן בין פצים לחברו קירות האבוס וקירות המחיצה אינן מיטמאים בנגעים ירושלם והוצה לארץ אינן מיטמאין בנגעים :

4. Ligna, ad ea ſupponenda ſuper limine, R. Jehuda dicit, ad faciendum ſandalium pro poſteriori parte liminis. Pulvis, ut is ponatur inter quamlibet fiſſuram. Parietes præſepis, & parietes interſtitii non polluuntur plagis. Jeruſolyma, & loca extra terram Iſraëlis, non polluuntur plagis.

R. OB. DE BARTENORA.

עצים *Ligna*, ſuperius dictum eſt quod nullum domicilium polluatur niſi donec id conſtiterit e ligno, jam oſtendit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Superius jam expoſuimus quod ſtructura domus requirat lignum; per משקוף hic intelligas ſuperliminare; porro dicit auctor

dit quantum eſſe debet pro quolibet pariete. כדי ליתן תחת המשקוף *ut ſupponantur ſuperliminari*, ita cuilibet parieti faciendum eſt; שקוף notat locum cui ſuperliminare inſidet, etenim ei ligna ſupponere ſolent. סנדל notat ſuperliminaris poſteriorem partem, ſolent enim illic relinquere lignum aliquod contegens, quod סנדל *ſandalium* vocatur, quia id inſtar ſandalii pedem contegentis, contegit pro ſuperliminari; præterea quoque שקוף vocatur foramen tam oſtii quam feneſtræ. פצים notat fiſſuras, radicem vocis videſis Pſal. 60, 4. קירות האבוס *parietes præſepis*, nempe beſtiarum præſepis. קירות המחיצה *parietes interſtitii*, intellige parietes atriorum, hortorum, & paradiſorum qui non polluuntur plagis, quia Lex dicit, *parietes domus*, & non parietes præſepis neque interſtitii. *Jeruſolyma & locus extra terram Iſraëlis non polluuntur plagis*, quia Lex dicit, *terra hæreditatis veſtræ*, & extra terram Iſraëlis nulla poſſeſſio fuit, neque Jeruſolyma diſtributa eſt tribubus.

ה כיצד ראיית הבית ובא אשר לו הבית והגיד לכהן לאמר כנגע נראה לי בבית אפילו תלמיד חכם ויודע שהוא נגע ודאי לא יגזור ויאמר נגע נראה לי בבית אלא כנגע נראה לי בבית וצוה הכהן ופנו את הבית (בטרם יבא הכהן לראות את הנגע ולא יטמא כל אשר בבית ואחר כך יבא הכהן לראות את הבית מהר"ם ל"ג) אפילו חבילי עצים ואפילו חבילי קנים דב"ר יהודה רבי שמעון אומר עסק הוא לפנוי א"ר מאיר וכי מה מטמא לו אם תאמר כלי עציו ובגדיו ומתכותיו מטבילן והן טהורין על מה חסה התורה על כלי חרסו ועל פכו ועל טפיו אם כך חסה התורה על ממונו הבזוי קל וחומר על ממונו החביב אם כך על ממונו קל וחומר על נפש בניו ובנותיו אם כך על של רשע קל וחומר על של צדיק:

5. Quomodo luſtratur domus? venit is ad quem domus pertinet, & ſacerdoti indicat, dicendo, *mihi videtur ac ſi plaga eſſet in domo*, licet diſcipulus Sapiens ſit & ſciat certam eſſe lepram, tamen ne decernat, & dicat, *plaga mihi videtur in domo exiſtere*, ſed dicat potius, *mihi videtur ac ſi plaga eſſet in domo*; ſacerdos vero præcipiat ut domus everratur. Cæterum antequam ſacerdos ad plagam luſtrandam venerit, & non pollutum fuerit quicquid in domo ſit, & ſacerdos poſtea acceſſerit inſpectum domum, licet faſciculi lignorum ſint, vel calamorum, ita R. Jehuda. Sed R. Simeon dicit, an hanc operam everrendi deſcribit Lex? Dixit R. Meyr, quid eam polluiſſet? ſi dixeris, inſtrumenta illius lignea, illius veſtes, & fuſilia lavantur, & tum munda ſunt; cui vero rei pepercit Lex? vaſi teſtaceo, lenticulæ, & ſtillatorio. Si ita pepercerit Lex opibus vilibus, quanto magis caris pepercit; ſi ita pepercerit opibus, quanto magis animæ filiorum & filiarum pepercit; ſi pepercerit improbo, quanto magis juſto.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יגזור *Non decernet*, non dicit ſententiam juris, eam eſſe plagam certam, ſicuti Lex dicit, *inſtar plagæ mihi in domicilio eſſe videtur*, at Lex non dicit, *plaga*, abſolute. *Licet faſciculi lignorum ſint*, qui non continentur ſub immunditie quæ everri debit; etenim quod Lex dicit, *& non pollutum erit quicquid in domo eſt*, indicat quod Deus velit ut immunda everrantur duntaxat. Putat autem R. Jehuda quod hoc per ſe manifeſtiſſimum ſit, quod vaſa quæ in domo fuerunt ab initio, polluantur, ſi ea illic relinquat poſſeſſor; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. עסק זה לפנוי *an hæc opera everrendi eſt*, interrogative hæç legenda ſunt, hoc ſenſu; ſi domus everri debeat, neceſſe eſt ſecundum Legem, ut res quæ immunditiem non recipiunt, obnoxiæ ſint immunditiei, omnino igitur Lex vult docere ſicuti docuit R. Meyr, nempe quod Lex Iſraëlitarum bonis pepercit. פכו *lenticula ejus*, vox nota eſt. תפיו eſt locus in quo coquunt ollas, ſicuti ſunt furnuli qui ex uno loco in alium transferri poſſunt. Alia exemplaria legunt טפיו eſtque tum vas teſtaceum exiguum, e quo liquor duntaxat guttatim effluit; hæc vero omnia vaſa in lavacris purificari nequeunt. *Si pepercit improbo*, eo quod plagæ lepræ veniunt propter maledicentiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עסק הוא לפנוי *An hæc opera irrita eſt*? ac ſi dixiſſet non eſt opus hoc miniſterio nec ullo inſtrumento, ſignificatio vocis עסק videſis Gen. 26, 20. Cæterum tu jam noſti quod vaſa teſtacea non purificentur in lavacro, meminit vero auctor vaſis teſtacei potius, quia illud minimi eſt pretii, eſtque lenticula olei. טפי eſt vas aliquod valde exiguum, e quo nihil exit niſi guttatim; ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis. Poſtea dicitur, *ſi Deus pepercerit improbo, quanto magis juſto parcet*, ſecundum illud fundamentum quod ratione ſpeciei lepræ in Lege memoratum eſt, dixerunt doctores lepram venire ob maledicentiam, hinc leproſus removeatur ab hominum conſortio, & elongetur ne amplius maledicat, ſed cum lepra in domo effloreſcit, tum ſi reſipiſcat, bene habet, ſin minus, in veſtes venit, ſi nec tum reſipiſcat, in corpus venit, & in pellem carnis illius, & hoc in caſtigationem, ut maledicus videat hancce plagam non venire a cauſa naturali aliqua, quia domus & veſtes conſtant e materia, quibus non competit plaga lepræ niſi juxta dictum Legis, ſicuti meminimus. Pariter de plagis hominum videbis, quod porrigines producant lepram, quæ vocatur חילי השיעל *morbus vulpinus*; purificata autem eſt plaga lepræ quando ea tota alba facta eſt, hic enim eſt finis lepræ maximæ & fortiſſimæ; ſed hæ ſunt res legales ſicuti meminimus, propterea homo leproſus vocatur רשע *improbus*.

ו אינו הולך (ס"א) לתוך ביתו ומסגיר ולא עומד בתוך הבית שהנגע בתוכו ומסגיר אלא עומד על פתח הבית שהנגע בתוכו ומסגיר שנאמר ויצא הכהן מן

6. Non confert ſe domum ſuam ut occludat, neque ſtat in domo in qua plaga eſt, ut occludat, ſed ſtat ante fores domus in qua plaga eſt, & tum occludit, ſicuti Lex dicit, & exibit ſacerdos domo ad

מן הבירת אל פתח הבית והסגיר את הבית שבעת ימים ובא בסוף השבוע וראה אם פשה וצוה הכהן וחלצו (האבנים אשר בהן הנגע והשליכו אתהן אל מחוץ לעיר אל מקום) טמא ולקחו אבנים אחרות והביאו אל תחת האבנים ועפר אחר יקח וטח את הבית אינו נוטל אבנים מצד זה ומביא לצד זה ולא עפר מצד זה ומביא לצד זה ולא סיד מכל מקום אינו מביא לא אחת תחת שתים ולא שתים תחת אחת אלא מביא שתים תחת שתים תחת שלש תחת ארבע מכאן אמרו אוי לרשע אוי לשכנו שניהן חולצים שניהם קוצעים שניהם מביאים את האבנים אבל הוא לבדו מביא את העפר שנאמר ועפר אחר יקח וטח את הבית אין חברו מטפל עמו בטיחה ;

ad oſtium domus, & per ſeptiduum occludet domum; in fine autem ſeptimanæ redibit ut videat, an diffuderit ſe, tum præcipiet ſacerdos ut eruantur lapides in quibus plaga eſt, & projiciantur extra urbem ad locum immundum; deinde alii ſument lapides, eoſque in locum aliorum adducent, atque alium pulverem ſumet, domus vero linetur. Non ſumunt lapides ab hoc latere, ut eos adducant ad latus alterum; neque pulverem ab hoc latere adducunt ad illud latus, neque calcem ex omni loco. Non adducit unum lapidem ſub duobus, nec contra, ſed duos ſub duobus, ſub tribus, ſub quatuor, hinc dixerunt, væ improbo, væ vicino illius; ambo eruunt, ambo excidunt, ambo lapides adducunt, at is ſolus pulverem adducit, ſicuti Lex dicit, & alium pulverem adducet, domumque illinet; ſocius ergo illius non adjuvat illinitionem.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו הולך לביתו *Non intrat domum ipſius*, ſicuti Lex dicit, *& exibit ſacerdos e domo ſua*, forſan itaque intrabit domum leproſam? nequaquam, quia Lex dicit, *ad oſtium domus*; ſtet ergo ſub ſuperliminari, & tum occludat? nequaquam, Lex dicit, *& exibit e domo*, id eſt eo uſque donec omnino ſeparatus ſit a domo. *Nec calcem omni ex loco*, licet Lex dicat, *& alium ſumet pulverem*, tamen calx non eſt pulvis, ſed e lapidibus conſtat combuſtis. *Non unum ſub duobus*, puta lapidem magnum qui duorum aliorum lapidum locum implere poteſt. *Hinc dixerunt, væ improbo, væ ipſius vicino*, nam ſi paries intergerinus ſit inter duas domus, & plaga conſpiciatur in pariete ad latus domus hujuſce patrisfamilias vicini, tum iſte vicinus alteri vicino operam dare tenetur, quia in numero plurali Lex dicit, *eruite lapides*; quia vero plaga eſt in pariete vicino, proinde *improbus vocatur*, quia lepra venit propter maledicentiam, uti diximus. *Ambo excidunt*, ſicuti Lex dicit, *& domum excident*. Dicitur autem, *accipe & illine*, in ſingulari ut vicinus excipiatur ab hac opera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *eruant lapides atque alios lapides ſumant*, proinde non plures quam tres lapides eruunt, & non minores quam duos adferunt. Dicit auctor, *neque calcem ex omni loco*, licet Lex dicit, *& alium pulverem ſumet*, at calx non eſt pulvis, ſed lapis combuſtus; quod autem Lex in plurali numero dicit, *eruent*, *ſument*, *& adducent*, id reſpicit patrisfamilias domum lepra percuſſam, & proximi illius, quando paries inter duo domicilia intermedius eſt, idcirco hic dicit auctor, væ improbo, væ vicino illius!

ז בא בסוף שבוע וראה אם חזר ונתץ את הבית את אבניו ואת עציו ואת כל עפר הבית והוציא אל מחוץ לעיר אל מקום טמא הפסיון הסמוך כל שהוא והרחוק בגריס והחוזר בבתים בשני גריסין ;

7. In fine ſeptimanæ ibit, & inſpiciet an redierit plaga, & tum domum, lapides, lignaque diruet, atque totius domus pulverem, & ea educet extra urbem ad locum immundum. Diffuſio ei vicina quantulacunque, remota vero in copia fabæ ſtatuta ſit, quæ autem in domos redierit, ea in duarum fabarum copia terminetur.

R. OB. DE BARTENORA.

ובא בסוף שבוע *Venit in fine ſeptimanæ*, poſtquam domus illinita eſt, redit ſacerdos & domum includit; ſi vero redierit plaga in fine ſeptimanæ, tum diruatur domus. *Diffuſio ei vicina*, ſi ea prope plagam ſe diffuderit. *Si ea redierit in duarum fabarum copia*, ſicuti ſcriptum eſt, *ſi redierit plaga*, hæc phraſis deſumpta eſt ab homine qui dicitur redire ad locum aliquem; plaga vero domum ab initio non polluit, niſi in duarum fabarum copia, quemadmodum ſuperius dictum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc ita ſe habet ſicuti dictum eſt ſuperius de plagis domuum, ſi itaque diffuderit ſe plaga in parietem domus, & diffuſio extiterit in pariete domus, non juxta plagam primam, requiritur ut plaga definiatur in copia fabæ. Porro de plaga dicit auctor, *ſi redierit*, ſi redierit ergo plaga & in domum effloruerit, ita ut menſura plagarum in domum prorepſerit in copia duarum fabarum in longitudine, & in copia fabæ unius in latitudine, ſicuti in hoc capite pro fundamento poſuimus.

פרק יג עשרה בתים הן הכהה בראשון והולך לו קולפו והוא טהור הכהה בשני והולך לו קולפו והוא טעון צפרים הפושה בראשון חולץ וקוצה וטח ונותן לו שבוע חזר נתץ לא חזר טעון צפרים עמד בראשון ופשה בשני חולץ וקוצה וטח ונותן לו שבוע חזר נתץ לא חזר טעון צפרים עמד בזה ובזה חולץ וקוצה וטח ונותן לו שבוע חזר נתץ לא חזר טעון צפרים אם עד שלא טיהרו בצפרים נראה בו נגע הרי

Caput 13. Hæ ſunt decem domus, cujus plaga contraxerit ſe in prima ſeptimana, & abierit, tum ea decorticetur, ut munda ſit; quæ in ſecunda contraxerit ſe, & abierit, ea decorticetur, & avibus opus habet; ſi ea diffuderit ſe in prima, tum eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur. Si ea redierit, deſtruatur, ſin minus, avibus opus habet. Si ea conſtiterit in prima & diffuderit ſe in ſecunda, tum eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur. Si ea redierit, deſtruatur, ſin minus, avibus opus habet. Si ea in utraque conſtiterit, eruatur, excidetur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; ſi redierit, deſtruatur, ſecus, avibus opus habet. Si plaga in ea conſpecta ſit ante-

quam

הרי זה ינתץ ואם משטהרו בצפרים נראה בו נגע יראה בתחלה׃

quam avibus purificata ſit, tum deſtruatur; ſin autem plaga conſpecta poſtquam ea avibus purificata eſt, tum ab initio luſtretur.

R. OB. DE BARTENORA.

עשרה בתים הן הכהה בראשון *Hæ decem domus ſunt, cujus plaga contraxerit ſe in prima ſeptimana*, quæ in fine ſeptimanæ primæ ſe remiſerit, vel plane abierit, hæ duæ domus pro duabus habentur. קולפו *ſi decorticaverit eam*, ſi locum plaga infectum duntaxat decorticaverit, tum domus munda eſt. הכהה בשני *ſi in ſecunda ſe contraxerit*, in fine ſecundæ ſeptimanæ, & omnino abierit, quæ ſunt duæ aliæ, hinc quatuor erunt.

הפושה בראשון *Quæ diffuderit ſe in prima*, in ſeptimana prima, ea eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; ſi vero redierit, & hæc quinta eſt plaga. *Si ea non redierit, avibus opus habet*, hæc ſexta eſt. *Si ea conſtiterit*, in ſeptimana prima, & diffuderit ſe in ſecunda, eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; ſi redierit, deſtruatur; hæc ſeptima eſt. *Si ea non redierit, tum avibus opus eſt*, hæc octava eſt.

עמד בראשון ופשה בשני *Si ea conſtiterit in prima, & diffuderit ſe in ſecunda*, ſupple in ſeptimana prima & ſecunda, tum eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; etenim jus plagæ quæ in ſecunda ſeptimana conſtitit, idem eſt ac illius quæ ſe diffudit. *Si redierit, deſtruatur*, hæc nona eſt. *Si non redierit, avibus opus eſt*, hæc decima eſt. *Si antequam avibus purificata ſit, plaga conſpecta fuerit in ea*, hæc ſimilis eſt ei quæ rediit, & proinde deſtrui debet; ſed ex quo domus purificata eſt, plaga quaſi nova eſt, idcirco domus occludi debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Statuit auctor in hac Miſna decem diverſa jura obſervanda eſſe in domibus lepra infectis, quæ hic pertractantur, quorum primum agit de plaga cujus ſpecies infirmior ſive obſcurior facta eſt in ſeptimana prima; ſecundum vero locum habet in plaga quæ omnino evanuit in ſeptimana prima; requiritur autem in hiſce ambobus ut locus plagæ decorticetur, & domus munda fiat. Tertium jus obtinet quando plagæ ſpecies infirmior facta eſt in ſecunda ſeptimana. Quartum vero obtinet in plaga quæ in ſecunda ſeptimana plane evanuit, & requiritur in ambobus iſtis caſibus ut domus decorticetur, & avibus purificetur. Si vero accreverit plaga in prima ſeptimana, tum requiritur ut plaga eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; ſi tum poſtea redierit plaga, tum tota domus deſtruatur, atque hoc quintum jus eſt. At vero ſi non redierit plaga, tum aves adducendæ ſunt, & hoc jus ſextum eſt. Sin autem plaga conſtiterit in priſtino ſtatu in prima ſeptimana, & accreverit in ſecunda ſeptimana, hoc eſt jus ſeptimum, & requiritur, ut plaga eruatur, excidatur, illinatur, & ei ſeptimana concedatur; ſi vero redierit plaga alia, tum tota domus deſtruatur; ſi non redierit plaga, tum aves requiruntur, atque hoc jus octavum eſt. Cæterum ſi plaga in priſtino ſtatu remanſerit in prima ſeptimana & in ſecunda, tum jus nonum notatur, & tum plaga erui, excidi, & illini debet, conceſſa ei ſeptimana, ſi tum redierit plaga, domus deſtruatur, ſin minus, aves adducantur, atque hoc decimum jus eſt. Hæc itaque jura quæ memoravimus, partim e Lege, partim ex Traditis oriuntur, Lex enim dicit quod ſi plaga ſe diffuderit in ſeptimana prima, erui, excidi, & illini debeat, conceſſa ei altera ſeptimana, in qua ſi redierit plaga, demoliatur domus, ſi non redierit, aves requiruntur. Dicit porro Lex, *accedet ſacerdos & videbit, an plaga ſe diffuderit in domo*, poſtea dicit; *& demoliet domum*; quæſitum vero eſt a doctoribus an Lex loquatur de prima plaga, an vero de ea quæ in fine ſeptimanæ primæ venerit, & conſtiterit, ſed poſtea in fine ſeptimanæ ſecundæ ſe diffuderit, cujus jus tum ſimile eſt juri illius quæ in prima ſeptimana ſe diffudit, eo quod de plaga in prima ſeptimana redeunte dicitur, *& redibit ſacerdos*, ſed hæc phraſis denotaverit, quod ſermo ſit de ea quæ ſe diffudit in ſecunda ſeptimana, & per illud, *venietque ſacerdos*, dixerunt intelligi illius reditum, quia itio & reditio hac in parte idem notant, nempe, ſicuti ſacerdos reditu ſuo diruit, excidit, illinit, & ſeptimanam ei concedit, ita quoque facit primo adventu ſuo. Porro dicit Lex, *ſi veniendo venerit ſacerdos, & viderit quod plaga ſe non diffuderit in domo*, quæritur autem an Lex loquatur de plaga quæ ſe diffudit in prima ſeptimana, an vero de ea quæ in ſecunda ſeptimana ſe diffudit, ſed reſpondetur Legem loqui de ea quæ in fine ſeptimanæ primæ & in fine ſeptimanæ ſecundæ acceſſerit; & illa verba, *& ſi viderit plagam ſe non diffudiſſe*, referenda ſunt ad eam quæ in prima & in ſecunda ſeptimana conſtitit, ſecundum jus illius quæ in ſecunda ſeptima ſe diffudit, quia Lex, *ſi veniendo venerit*, de ea agit quæ conſtiterit in prima vel in ſecunda ſeptimana; & de ea quæ in ſecunda ſeptimana ſe diffuderit, dicit, *& ſi veniat ſacerdos, ac videat*, ſicuti expoſuimus. Inſuper doctores dixerunt Legem dixiſſe lepram erodentem de domibus, & de veſtibus, propterea quod ſicuti lepra erodens in veſtibus facit eam quæ in ſecunda ſeptimana ſubſiſtit, ut eam quæ in ſecunda ſeptimana ſe diffudit, ita etiam plaga erodens in domibus idem præſtat. Sed tibi jam explicui quod jus plagæ quæ ſe diffudit in prima ſeptimana, idem ſit ac illius quæ in ſecunda ſe diffudit, & contra, quæ vero conſtiterit in prima & in ſecunda, ea eruatur, excidatur, & illinatur, atque ſeptimana ei concedatur, ſi vero redierit, deſtruatur, ſin minus, aves requiruntur, ſicuti in fine Miſnæ dictum eſt. Dixerunt etiam in hoc codice, id quod Lex dixit, *& mundam ſacerdos domum pronunciabit, quia ſanata eſt plaga, & accipiet ad domum expiandam*, &c. ubi non dicit Lex, ad ipſam expiandam, ſed dicit, *ad domum expiandam*, quia hic domum expiat aliam, hinc colligimus quod ea quæ in ſecunda ſeptimana ſe contraxit & evanuit, decorticetur, & avibus opus eſt. Cæterum quando jus locum habet in ea quæ in prima ſeptimana conſtitit, & contraxerit ſe in ſecunda, vel abierit plaga in ſecunda plaga, quæ avibus opus habet, tum nos ſtatuimus eam quæ ſe diffudit in prima; & evanuit in prima ſeptimana, non opus habere avibus; & hæc dicenda erant de iis quæ accepimus.

ב האבן שבזוית בזמן שהוא חולץ חולץ את כולו ובזמן שהוא נותץ נותץ את שלו ומניח את של חבירו נמצא חומר בחליצה מבנתיצה רבי אליעזר אומר בית הבנוי ראש ופתין נראה בראש (ס״א) נוטל את כולו נראה בפתין נוטל את שלו ומניח את של חבירו׃

2. Lapis angularis, quando extrahitur, totus extrahit, & quando deſtruit, tum deſtruit ſuum, & relinquit quod proximi eſt. Si in extructione plus ſit luti quam in deſtructione, R. Eliezer dicit, ſi domus ædificata ſit integris lapidibus & fragmentis, & plaga conſpiciatur in integris, tum omnino auferat, ſi ea conſpiciatur in fragmentis, tum ſuum auferat, quod proximi eſt, id relinquat.

R. OB. DE BARTENORA.

האבן שבזוית *Lapis qui in angulo eſt*, qui eſt in pariete intergerino duorum vicinorum. חולץ את כלו *extrahat omnia*, docemus enim e verbo וחלצו in numero plurali, quod am-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האבן שבזוית *Lapis in angulo*, ſi in angulo ſive latere parietis intergerini ſit lapis, tum is totus extrahendus eſt. ראש ופתין notant laterum ſpeciem, quæ tunc temporis nota erat,

bo vicini extrahere debent. Et quando is *deſtruit*, totam nempe domum. *Deſtruit ſuum*, nam Lex de domo deſtruenda dicit, *lapides ſuos*, *& ligna ſua.* ראש *caput*, auctor libri Aruch exponit quod lapis ſive lignum quod a parte domus occidentali apprehendit parietem ſuum, & a parte orientali vicini parietem, vocetur ראש *caput.* Cæterum פתין vocantur illa ligna aut lapides qui ſunt in hoc pariete ad occidentem, & in illo pariete ad orientem. ut נרבך *paries* & illius ligacula quibus parietes colligant, atque ex hac figura exponetur hocce jus.

ג בית שנראה בו נגע היתה עליה על גביו נותן את הקורות לעליה נראה בעליה נותן את הקורות לבית לא היתה עליה על גביו אבניו ועציו ועפרו נתצין עמו ומציל על המלבנים ועל שריגי החלונות רבי יהודה אומר מלבן הבנוי על גביו ניתץ עמו אבניו ועציו ועפרו מטמאין בכזית רבי אליעזר הסמא אומר בכה שהן :

3. Si plaga conſpiciatur in domo quæ cœnaculum habet ſuperius, tum tigna concedat cœnaculo; ſi ea in cœnaculo conſpiciatur, tum tigna concedat domui. Si domus non habeat cœnaculum, tum lapides, ligna, & pulvis ejus cum ipſa deſtruantur; lateres vero & clathros liberat. R. Jehuda dicit, later ſuperius extructus deſtruitur cum ipſa; lapides vero, ligna, & pulvis illius polluunt in copia olivæ. R. Eliezer Chaſma dicit, quantulacunque ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

נותן את הקורות לעליה *Concedat tigna cœnaculo*, & columnis illud ſuffulciunt, at tigna non deſtruuntur una cum domo, ſicuti Lex dicit, *lapides, ligna, & pulverem domus*, at non ea quæ ad cœnaculum pertinent. נתצין עמו *deſtruuntur cum ipſa*, nam ex eo quod Lex dicit, *lapides ejus, ligna ejus, & domus pulvis*, docemus quod omnes lapides cum domo exſtructi, & omnia ligna cum ipſa extructa, & omnis pulvis cum ipſa extructus deſtrui debet, at cum cœnaculum non impoſitum ſit domui, hinc omnes iſtæ res cum domo exſtructæ cenſentur. מלבנים ſunt lateres quadrati qui tectis imponi ſolent; nonnulli exponunt eos habere formam trabium, quas exterius in feneſtris faciunt in ornatum, & non luto conjunctæ ſunt. סריגין ſunt clathri per quos proſpiciunt in locum publicum. מלבן notat lignum oblongum parieti impoſitum, ut extremitates tignorum ei inſideant, ne tigna humoribus muri corrumpantur. *In copia olivæ*, quia lepra comparatur cum mortuo, ſicuti ſcriptum eſt, אל נא תהי כמת Num. 12, 12. *In quantulacunque copia*, ut membra mortui, nam in codice de Tentoriis dictum eſt quod membris nulla menſura ſtatuta ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Lateres nempe iſti qui conſtructi ſunt in ſuperficie contiguationis. סריגי החלונות ſunt clathri, qui plerumque e ligno, & rebus fuſilibus confici ſolent; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Eliezer.

ד בית המוסגר מטמא מתוכו והמוחלט מתוכו ומאחוריו זה וזה מטמאים בביאה :

4. Domus occluſa polluit interius, declarata vero polluit interius & poſterius; utraque vero polluit introitu.

R. OB. DE BARTENORA.

בית המוסגר מטמא מתוכו *Domus occluſa polluit interius*, ſicuti Lex dicit, *& veniet ad domicilium per omnes dies incluſionis, ipſam dicet mundam uſque ad veſperam*; lapides ergo ſoli qui lepra tacti ſunt, licet in domo occluſa exiſtant, tamen polluunt a poſteriori parte. *Declarata domus polluit interius & poſterius*, ſi quis tetigerit domum poſterius, is immundus eſt, quia Lex de lepra declarata dicit, *erodens plaga in domo eſt, proinde immunda eſt*; at quare Lex dicit, *immunda eſt ipſa?* ut ea interius & exterius immunda ſit. *Utraque polluit introitu*, ita ut polluant quicquid introducatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de domo occluſa, *& veniet ad domicilium per omnes dies occluſionis, ipſam declarabit immundam uſque ad veſperam*, ergo nihil immundum eſt præter id quod interius eſt. Præterea Lex dicit de lepra declarata, *ſi erodens ſit in domo, immunda eſt*; hinc domui immunditiem addidit Lex, ſive interius, ſive exterius, qui ergo domum tetigerit poſterius, is pollutus eſt. Sed tu jam noſti quod menſura eorum quæ polluunt introitu, polluat quicquid introductum fuerit.

ה הבונה מן המוסגר בטהור חזר נגע לבית חולץ האבנים חזר על האבנים הבית הראשון ינתץ והאבנים ישמשו את הבית השני בסימנין :

5. Si quis de materia occluſa quid ædificaverit pro munda, & plaga redierit in domum, extrahat lapides, ſi ea redierit in lapides, tum prima domus diruatur, lapides vero inſerviant domui ſecundæ per ſigna.

R. OB. DE BARTENORA.

הבונה מן המוסגר לטהור *Si quis de materia incluſa aliquid ædificaverit pro mundo*, ſi quis de domo extracta, exciſa, illinita, & cui ſeptimana conceſſa eſt, lapides aliquos ſumpſerit eoſque in alia domo extruxerit. *Si redierit plaga in domum occluſam*, tum eruat lapides, quos ab ipſa deſumpſit, & a domo munda removit, illi enim immundi ſunt immunditie domus e qua eos deſumpſit. *Si plaga redierit ad lapides*, quos conſtruxit in munda, tum domus occluſa deſtruatur ac ſi lapides ei inſiti eſſent, hi enim lapides quoque diruendi ſunt; ſed expectandum eſt donec domui ſecundæ miniſtraverint per ſigna ſua, nam incluſio requiritur, & illius jus omnino ſimile eſt domui in qua plaga ab initio conſpicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc affinitatem aliquam habent cum iis quæ dicta ſunt capite undecimo, *ſi quis de veſte incluſa quid aſſuerit mundæ*, ſenſus in ambabus Miſnis idem eſt.

ו בית שהוא מיסך על גבי בית המנוגע וכן אילן שהוא מיסך על גבי בית המנוגע הנכנס לחיצון טהור

6. Domus ſi domum lepra affectam contegat, vel ſi arbor domum leproſam contegat, mundus eſt qui

טהור דברי רבי אלעזר בן עזריה אמר רבי אלעזר מה אם אבן אחת ממנו מטמא בביאה הוא עצמו לא יטמא בביאה :

qui exterius intraverit, ita R. Eleazar filius Azariæ. Dixit R. Eleazar, ſi unus lapis polluat introitu, nonne is ipſe pollutus ſit introitu?

R. OB. DE BARTENORA.

בית שהוא מיסך על גבי בית המנוגע *Domus quæ contegit domum leproſam*, ut, ſi domus lepra affecta ædificata ſit in domo alia. Pari modo comparatum eſt cum arbore ſub qua domus lepræ eſt extructa. *Qui intraverit exteriorem, is mundus eſt*, quia exterior ſeorſim conſideranda eſt, & interior quoque, etenim hæ duæ domus aſſimilantur domui quæ cœnaculum habet, nam ſi lepra invaſerit domum, cœnaculum tamen mundum eſt. Si unus lapis domus leproſæ polluat quicquid ſit in tentorio, nonne eo magis tota domus quæ ſub alia domo eſt, polluat omne id quod in exteriori eſt; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Unus lapis polluit introitu, & ſi is conſtitutus ſit in tentorio, tum polluitur quicquid in tentorio eſt; & quanto magis domus in circumferentia ſua quando venerit ſub tentorio; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ז הטמא עומד תחת האילן והטהור עובר טמא טהור עומד תחת האילן והטמא עובר טהור אם עמד טמא וכן באבן המנוגעת טהור ואם הניחה הרי טמא :

7. Si immundus ſtet ſub arbore, & mundus tranſeat, immundus eſt, ſi mundus ſtet ſub arbore, & immundus tranſeat, mundus eſt, immundus, ſi ſtet. Sic etiam ſi quis lapidem leproſum portet, mundus eſt, ſi vero depoſuerit eum, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הטהור עובר טמא *Et mundus tranſeat, immundus eſt*, quia Lex de leproſo dicit, *extra caſtra erit habitatio illius*, hinc colligimus habitationem illius eſſe immundam; proinde ſi immundus ſtet ſub arbore, locus ſub arbore ſit habitatio illius, & mundus illac tranſiens polluitur; at ſi immundus tranſeat, & non ſtet ut quieſcat illic, tum locus iſte non vocatur habitatio illius, ita ut mundus qui illic ſederit, non polluatur. *Si vero ſteterit immundus*, tum locus ſub arbore pollutus eſt, & ſimul immundus illic tranſiens. *Eodem modo comparatum eſt cum lapide leproſo*, ſi homo eum portans tranſierit ſub arborem, tum mundus illic conſiſtens non polluitur. *Si reliquerit eum, immundus eſt*, idem jus eſt licet non reliquerit eum, ſed conſtiterit is qui eum portabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de leproſo, *extra caſtra erit habitatio illius*, hinc Traditio exponit quod habitatio illius immunda ſit, proinde ſi leproſus conſederit ſub arbore, tum iſte locus pollutus eſt, & qui introiverit ſub hancce umbram, is pollutus eſt. Si vero homo mundus conſederit ſub umbra, & leproſus ſub hoc tentorio tranſierit, mundus vero abierit, tum non pollutus eſt, niſi leproſus conſtiterit illic, tum habitatio illius illic eſſe cenſetur, & immundus eſt. Pariter lapides & vaſa lepra affecta, quando in tentorio relicta ſunt, polluunt, & quiſquis eo intraverit ſub tentorio, is polluitur; ego vero hæc impoſterum demonſtrabo.

ח טהור שהכניס ראשו ורובו לבית טמא נטמא וטמא שהכניס ראשו ורובו לבית טהור מטמאהו טלית טהורה שהכניס ממנה שלש על שלש לבית טמא נטמאה וטמאה שהכניס ממנה אפילו כזית לבית טהור מטמאתו :

8. Si mundus caput ſuum & maximam corporis partem in domum immundam introduxerit, pollutus eſt; ſi immundus caput ſuum & maximam corporis partem in domum mundam introduxerit, polluit eam. Si quis de pallio mundo trium undique digitorum ſegmentum in domum immundam introduxerit; pollutum eſt; immundum de quo copia olivæ in domum mundam introducta eſt, polluit eam.

R. OB. DE BARTENORA.

טהור שהכניס ראשו ורובו *Mundus qui introduxit caput ſuum & maximam corporis ſui partem*, ſin minus ſit quam caput & illius maxima pars, tum non habetur pro introitu. *Si trium digitorum ſpatium quaquaverſum introduxerit*, tum ſe res habet ac ſi totum pallium introductum eſſet. *Sin minus*, ſi non ſit trium digitorum copia, tum non admittit immunditiem. *Et immundum*, ſi de pallio leproſo olivæ copiam introduxerit in domicilium mundum, tum polluit ipſum, quia lepra aſſimilatur mortuo, quod autem pallium leproſum polluat introitu, id colligimus ex eo quod Lex dicit, *lepra veſtis & domus*, ubi veſtis & domus invicem comparantur, videlicet, ſicuti domus polluit introitu, ita etiam veſtis. Sed quomodo reliquæ res includi poſſunt, ut, ſtamen, ſubtegmen, & pelles? ex eo quod Lex addit, *hæc eſt Lex plagæ lepræ, in veſte lanea*, ubi omnia aſſimilantur veſti, videlicet, ſicuti veſtis introitu polluit, ita etiam omnia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis, ſi quis caput & maximam corporis ſui partem introduxerit, rem ſe habere ac ſi ſe totum introduxiſſet; & ſicuti veſtis non polluitur dum plaga renovatur in ipſa, niſi ea tres undique digitos habuerit, & plus, ſic etiam nec domo lepra affecta polluitur aliqua niſi ea undiquaque trium digitorum ſpatium habeat, & plus, tum enim tota veſtis polluitur. Cæterum ſi ipſa veſtis plaga affecta ſit, tum ſi de ipſa olivæ copia tetigerit domum mundam, polluit eam, quia leproſæ veſtes & lapides, ligna, & pulvis domus leproſæ, polluunt in copia olivæ res introductas. Siphra autem notat ex eo quod Lex dicit, *lepræ veſtis & ædium*, veſtem comparari cum domo, nempe, quod ſicuti domus polluit introitu, ita etiam veſtis; hic ergo de veſte tantum concluditur, unde vero de omnibus rebus idem concludi poteſt? reſp. Lex addit in fine, *hæc eſt Lex lepræ in veſtibus laneis*, ubi veſtes laneæ comparantur cum reliquis veſtibus, nimirum, ſicuti veſtis polluit introitu, ita quoque omnes introitu polluunt.

ט מי שנכנס לבית המנוגע וכליו על כתפו וסנדליו וטבעותיו בידיו הוא והן טמאים מיד היה לבוש בכליו וסנדליו

9. Si quis domum leproſam intraverit cum ſupellectili ſua humero impoſita, & cum ſandaliis & annulis ſuis in manibus ſuis, tum is atque illa ſtatim

וסנדליו ברגליו וטבעותיו בידיו הוא טמא מיד והן טהורין עד שישהא כדי אכילת פרס פת חטין ולא פת שעורים מיסב ואוכלן בלפתן :

tim polluta ſunt. Si indutus ſit ſupellectili ſua, & ſandaliis circum pedes, annuliſque circum manus ſuas, tum is ſtatim immundus eſt, illa vero munda, donec tamdiu expectaverit ut dimidium panis comedere poſſit, panis nempe triticei, & non hordeacei, ſi accubuerit atque ea comederit cum opſonio.

R. OB. DE BARTENORA.

וכליו על כתפו *Et inſtrumentis ſuis humero ſuo impoſitis*, ſicuti ſolent bajulatores. *Et annuli ejus in manibus ſuis*, conjecti in volam, non quaſi iis indutus eſſet. *Is atque illa ſunt immunda ſtatim*, nam de vaſis quoque dicimus, *qui acceſſerit ad domum, is immundus ſit.* היה לבוש בכליו *ſi indutus ſit inſtrumentis ſuis*, tum inſtrumenta non ſunt immunda, niſi per ipſum. הן טהורין *illa immunda ſunt*, donec tamdiu expectaverit ut פרס comedere poſſit; hic vero nihil traditur niſi de eo qui comedit & accumbit, ſed unde de eo qui non edit neque accumbit? ex eo quod Lex dicit, *lavabit veſtes ſuas*, ubi complexio pro reliquis; ſi ita ſe res habeat, quare dicit Lex, *qui edit & accumbit*? ad menſuram ſtatuendam pro eo qui ad domum acceſſerit, quod is non prius tenetur lavare veſtes quam expectaverit ut poſtquam accubuerit, & comedere poſſit dimidium panis quo termini Sabbatici commixtio fieri poſſit, qui ſecundum Raſchi quatuor ova comprehendit, vel ova tria ſecundum Maimonidem. *Accubuerit & ea comederit cum opſonio*, quia illorum exigua eſt menſura abſque opſoniis, eo quod propter ſaporem opſonii homo accelerat comeſtionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *ſi quis intraverit domum per omnes dies incluſionis illius, immundus eſto uſque ad veſperam*, hinc nos colligimus quod quicquid ad domum pertigerit leproſam, polluatur; porro dicit Lex, *qui comederit in domo, is lavato veſtes ſuas, & qui domum circuiverit, is lavato veſtes ſuas*; nulla itaque differentia eſt inter eum qui comedit, & cubat, quia abſque comeſtione polluitur. Cæterum Legis ſcopus eſt ut ea menſuram aliquam ſtatuat pro eo qui cubat in copia cibi, propterea ſi quis in domo leproſa tamdiu conſtiterit, ut accumbere & dimidium panis triticei cum opſonio comedere poſſit, tum illius veſtes polluuntur, ſi comederit, ſive non comederit, ſive cubuerit ſive ſteterit, ſive alio modo ſe habuerit. Dicit vero, *ut dimidium panis triticei comedere poſſit cum opſonio*, quia is cito comedi poteſt, eo quod optimus panis cum opſonio venditur in cibum, ita ut non requiratur magnam menſuram manducare, atque hæc menſura ſtatuta eſt in copia פרס ſive trium gallinaceorum ovorum mediocrium menſura, ſicuti expoſuimus capite octavo codicis de Commixtione Termini Sabbatici.

י היה עומד בפנים ופשט ידו לחוץ וטבעותיו בידיו אם שהה כדי אכילת פרס טמאות היה עומד בחוץ ופשט ידיו לפנים וטבעותיו בידיו רבי יהודה מטמא מיד וחכמים אומרים עד שישהה כדי אכילת פרס אמרו לרבי יהודה מה אם בזמן שכל גופו טמא לא טימא את מה שעליו עד שישהא כדי אכילת פרס בזמן שאין כל גופו טמא אינו דין שלא (ס"א) יטמא את מה שעליו עד שישהה כדי אכילת פרס :

10. Si quis ſtet intus & manum ſuam extendat foras, cum annulis in manibus ſuis, & tamdiu expectet donec Peras comedere poſſit, tum ii polluti ſunt. Si ſtet foris & manus ſuas extenderit intro cum annulis in manibus ſuis, R. Jehuda eos ſtatim pronunciat immundos. Sapientes dicunt, expectet donec comedere poſſit Peras. Dixerunt R. Jehudæ, quare, ſi quum totum illius corpus ſit immundum, non ſimul immundum dixit quod ſuper illo eſt, donec tam diu expectaverit ut Peras comedere poſſit, nam cum corpus illius non immundum ſit, nonne fas eſt ut non immundum reddat id quod ſuper illo eſt, niſi donec tamdiu expectaverit, ut Peras comedere poſſit?

R. OB. DE BARTENORA.

היה עומד בפנים *Si ſtet intus*, in domo leproſa. *Et manum ſuam extendat annulis manibus impoſitis*, hic ſermo eſt de annulis quibus digiti veſtiuntur, & hi polluuntur ſi tam diu expectaverit ut copiam Peras comedere poſſit, quia corporis naturam ſequuntur. Si vero quis in vola habeat annulos ut eos portet, tum ii ſtatim polluti ſunt ſecundum ſententiam Toſaphtæ. בזמן שאין כל גופו טמא *quando totum corpus immundum eſt*, ut, ſi quis ſtet foris, & non pollutus eſt quum caput & maximam corporis partem non introduxerit, non eſt fas ut non polluat id quod ei impoſitum eſt, donec tamdiu expectaverit ut copiam Peras comedere poſſit. R. Jehuda dicit, invenimus quod vis immundi præſtet ad liberandum e poteſtate mundi, etenim Iſraëlitæ recipientes immunditiem, vaſa liberant ab immunditie in domo leproſa, quia non polluunt niſi donec expectaverit ut copiam Cabi Peras comedere potuiſſet; gentilis vero & beſtiæ non recipientes immunditiem, non liberant vaſa ſive ſupellectilia in domo leproſa, nam veſtes quas induerunt, ſtatim immundæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sententia R. Jehudæ ea eſt quam tibi dicam, nam ſecundum omnium ſententiam ſi gentilis intraverit domum leproſam, ſtatim veſtes illius polluuntur quibus indutus eſt, quia is ſeorſim non polluitur, ſicuti ab initio ſtatuimus. Si vero invenerimus illic quemquam pollutum, tum is liberat ab immunditie inſtrumenta ei impoſita, ſed non prius illa liberat quam tam diu expectaverit donec copiam Peras ſive trium ovorum gallinaceorum copiam comedere poſſit; vir autem qui non pollutus eſt, non liberat ei impoſita vaſa, ſed polluitur quoque is qui manum ſuam in domum leproſam introduxerit, & quamvis ipſe non pollutus ſit, tamen vaſa ei impoſita polluuntur.

יא מצורע שנכנס לבית כל הכלים שיש (ס"א) שם טמאין אפילו עד הקורות רבי שמעון אומר עד ארבע אמות כלים מיד טמאין רבי יהודה אומר אם שהה כדי הדלקת הנר :

11. Si leproſus intraverit domum, tum omnia vaſa illic exiſtentia, ſunt immunda, uſque ad ipſa tigna. R. Simeon dicit, uſque ad quatuor cubitos, vaſa ſtatim polluta ſunt. R. Jehuda dicit, ſi tamdiu expectaverit ut lucerna accendi poſſit.

R. OB.

R. OB. DE BARTENORA. עד ארבע אמות *Uſque ad quatuor palmos*, putat enim R. Simeon quod ſi plus ſpatii ſit quam quatuor cubitorum, alia ſit poteſtas, quia mediocris hominis ſtatura trium eſt palmorum, unus autem cubitus reliquus eſt ad manus pedeſque extendendos; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Vaſa ſtatim immunda ſunt*, illa nempe quæ ad tigna uſque pertingunt ſecundum doctorem primum, vel uſque ad quatuor cubitos ſecundum R. Simeon, ſtatim polluuntur ſi cum illis quis ingreſſus fuerit domum leproſam. *Si tamdiu expectaverit ut lucerna accendi poſſit*, ſi cum venia intraverit, tum concedit R. Jehuda quod vaſa polluantur ſtatim, ſed is diſſentit tantum ſi abſque venia ingreſſus fuiſſet, quia ſedes leproſi polluit, ſicut diximus, at cum is cum venia intraverit, tum ſtatim fit ſedes illius, at contra fit, ſi abſque venia intraverit, niſi tamdiu expectaverit donec lucerna accendi poſſit, ſed non expulerit leproſum, ergo ſi non expectaverit tamdiu ut lucerna accendi poſſit, tum non eſt ſedes ſive habitatio illius, etenim quod eum non expulit ejus ratio, eſt quia in accenſione lucernæ detinetur veſperi, vel die profano, & leproſum e domo expellere nequit.

יב נכנס לבית הכנסת עושים לו מחיצה גבוהה עשרה טפחים על רוחב ארבע אמות נכנס ראשון ויוצא אחרון כל המציל צמיד פתיל באהל המת מציל צמיד פתיל בבית המנוגע וכל המציל מכוסה באהל המת מציל מכוסה בבית המנוגע דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר כל המציל צמיד פתיל באהל המת מציל מכוסה בבית המנוגע כל המציל מכוסה באהל המת אפילו מגולה בבית המנוגע טהור׃

12. Si leproſus intraverit cœtum, tum ei interſtitium faciunt decem palmos altum, & quatuor cubitos latum, at is primus ingrediatur, & ultimus egrediatur. Quod conjunctorium liberat in tentorio mortui, id etiam liberat in domo leproſa, & quod liberat rem in tentorio contectam, id etiam in domo leproſa liberat rem contectam, ita R. Meyr. R. Joſe dicit, quod liberat conjunctorium in tentorio mortui, id etiam liberat rem contectam in domo leproſa, & quod liberat rem contectam in tentorio mortui, licet retectum ſit in domo leproſa, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נכנס לבית הכנסת *Si intraverit eccleſiam*, leproſus nempe. *Tum pro eo faciunt parietem intergerinum*, *decem palmos altum*, etenim paries qui non altus eſt decem palmos, nequit ab immunditie liberare. *In latitudine quatuor cubitorum*, reſpectu quatuor cubitorum adjunctorii; vel quia hæcce menſura eſt pro hominis ſtatura, ſicuti diximus in codice de Commixtionibus Sabbaticis capite quarto. *Primus intret & ultimus abeat*, ita ut ii qui in eccleſia ſtabant, non polluti fuerint introitu illius, nec exitu illius, dum ex oſtio tranſiret a porta uſque ad parietem intergerinum, nam ſi pauliſper ſubſtiterit, dum tranſiret, tum omnes illic exiſtentes polluuntur. *Quicquid liberat ope conjunctorii*, ut vas teſtaceum, atque illa omnia quæ deſcripta ſunt capite decimo codicis de Vaſis. *Quicquid liberat ab immunditie rem contectam in tentorio mortui*, ut fovea & ciſterna, quæ non opus habent conjunctorio, ſed operculo, quemadmodum oſtenſum eſt capite quinto codicis de Tentoriis; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על רוחב ארבע אמות *In latitudine quatuor cubitos*, ſenſus eſt de loco quatuor cubitorum quaquaverſum, donec pro ipſo leproſo ſit habitatio, atque is iſtum locum intraverit antequam quiſquam eccleſiam intraverit, & ultimus poſt omnes homines exiverit, donec nemo pollutus fuerit propter leproſum, nam ſi is conſtiterit dum adhuc incedit, tum polluitur quiſquis tentorium fecerit, ſicut ſuperius dictum eſt. Putat autem R. Meyr quod domus leproſa polluat quicquid in ipſa eſt, ut & tentorium mortui, utriuſque enim jus æquale eſt ſecundum ipſum. R. Joſe putat quod immundities mortui gravis ſit, quia ſeptem dierum immundities eſt, ſed domus leproſæ immundities duntaxat ad veſperam durat, proinde illam a gradu ſuo deturbat. Cæterum jus צמיד פתיל *fili conjunctorii*, atque vaſorum in tentorio mortui ab immunditie liberantium jam præmiſimus in codicibus de Vaſis & Tentoriis, & expoſuimus quoque omnia vaſa quæ ope conjunctorii ab immunditie liberant, ſicuti expoſitum eſt capite viceſimo codicis de Vaſis. Etenim dictum eſt quod tentorium ab immunditie liberet quicquid in ipſo eſt contectum duntaxat, & ope conjunctorii, videſis capite quinto codicis de Tentoriis, ibique dictum eſt in Siphra dici quod vaſa ab immunditie liberent in tentorio mortui, & tentoria ope operculi. Cæterum in Toſaphta dicitur quod puteus & ciſterna in domo leproſa conſtituti, licet retecti ſint, Vaſa tamen ei impoſita, ſint munda. Præterea quoque capite quinto codicis de Vaſis expoſuimus, quod puteus & ciſterna non mundi ſint in tentorio mortui, niſi contecti ſint, atque hoc ita ſe habet ſecundum R. Joſen, juxta quem etiam deciditur jus.

פרק יד כיצד מטהרין את המצורע היה מביא פיילי של חרש חדשה ונותן לתוכה רביעית מים חיים ומביא שתי צפורים דרור שחט את אחת מהן על כלי חרש ועל מים חיים חפר וקוברה בפניו נטל עץ ארז ואזוב ושני תולעת וכרכן בשירי הלשון והקיף להם ראשי אגפים וראש הזנב של שניה טבל והזה שבע פעמים לאחר ידו של מצורע ויש אומרים על מצחו וכך היה מזה על השקוף שבבית מבחוץ׃

Caput 14. Quomodo purificant leproſum? is adducit phialam teſtaceam novam, eique quartarium aquæ vivæ imponit, & adducit duas aves libertatis, quarum unam mactat ſuper vaſe teſtaceo, & ſuper aquis vivis, deinde effodit, & ſepelit avem coram leproſo, ſumptis ligno cedri & hyſſopo, & coccineo, quæ convolvit in reliquiis ligulæ, quibus circumdat extremitates alarum. Caudæ vero extremitatem avis ſecundæ intinget, atque ſepties ſparget in poſteriori parte manus leproſi; ſunt qui ſtatuunt ſuper fronte ſpargendum eſſe. Porro etiam ſuper limine domus ſpargebat exterius.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד מטהרין *Quomodo purificant*? adducit פיילי *phialam*. Targum enim vocem מזרק *aſperſorium* vertit per פיילי *phiala*. אל של חרש חדשה *e teſta nova*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 5. כלי חרש על מים ubi vas teſtaceum aſſimilatur aquis, ſicuti ergo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ordo purificationis leproſi totus in Lege deſcriptus eſt, quod autem vas teſtaceum requiratur, id Traditione receptum eſt; cæterum Jonathan in ſua paraphraſi Chaldaica vocem מזרק *aſperſorium*, vertit per פיילי *phiala*; quod vero quartarius

ergo aquis nullum opus peractum eſt, ita nec vaſe illius aliquod opus peractum eſſe debet. *Quartarius*, Logi ſcil. quia ſcriptum eſt, *in ſanguine avis mactatæ*, *& ſuper aquis vivis*, in quibus ſanguis avis cognoſcitur, proinde Sapientes menſuram quartarii ſtatuerunt. *Aquæ vivæ*, ſunt aquæ ſemper fluentes. צפורי דרור *aves libertatis*, ſunt aves quæ domi & in agro commorantur. וקוברה בפניו *& ſepelit eam coram ipſo*, quia uſui interdicta eſt. שני תולעת notat ligulam laneam coccino tinctam, barbare Carmoſin: וכרכן בשירי לשון *& convolvit ea in reliquiis ligulæ*, hæc cum ligno cedrino & coccino conjungebat, & ligula iſta croci redundabat circum lignum cedrinum & hyſſopum, quæ ope illius colligabantur in uno faſciculo. הקיף notat idem quod סמך *conjunxit*, quo ſenſu dicunt, conjungunt duo dolia, ne quid ſumatur de circumdato, conjungebat nempe extremitates alarum & caudæ avis vivæ, eaſque omnes intingebat ſimul in ſanguine & in aqua, qui ſunt in vaſe teſtaceo. לאחר ידו *a poſteriori parte manus ipſius*, ſuper manu leproſi. Nonnulli dicunt, ſuper fronte illius, ſed deciſio non eſt ſecundum ipſos. *Super limine*, domus leproſæ.

tarius aquæ requiratur, id quoque Traditione recepimus, dixeruntque, quod ſanguis avis in iſta quartarii menſura cognoſcitur, quæ ſecundum Sapientes ita definita eſt, ut & in ſanguine avis mactatæ. שירי הלשון *reliquiæ ligulæ*, puta extremitates ligulæ coccini, quæ conſtant e lana coccino tincta, & hoc denotatur per id quod dicitur שני תולעת *coccinum dibaphum*. Menſura autem eſt Sicli pondus. *In poſteriori parte manus* leproſi, nempe ſuper manu ipſius; ſunt qui dicunt, is eſt R. Nathan; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Nathan.

ב בא לו לשלח את הצפור החיה אינו הופך פניו לא לים ולא לעיר ולא למדבר שנאמר ושלח את הצפור החיה אל מחוץ לעיר אל פני השדה בא לו לגלח את המצורע העביר תער על כל בשרו וכבס בגדיו וטבל טהר מלטמא בביאה והרי הוא מטמא כשרץ נכנס לפנים מן החומה מנודה מביתו שבעת ימים ואסור בתשמיש המטה :

2. Deinde ſe confert ad avem vivam dimittendam, ſed non vertit illius faciem ad mare, neque ad urbem, neque ad deſertum, ſicuti Lex dicit, *& dimittet avem vivam extra urbem in agrum.* Porro radit leproſum, & novaculam ſuper omnem illius carnem traducit, veſtes lavat, eaſque immergit. Si purificaverit eum ut introitu polluere nequeat, tamen polluit ut reptile, & ſi intraverit muros, tum per ſeptiduum arcetur a domicilio ſuo, & ab officio conjugii.

R. OB. DE BARTENORA.

לא לים *Non ad mare*, ſi is conſideat in urbe ad oram maris. *Neque ad deſertum*, ſi urbs ſita ſit circa deſertum; ſicuti dicitur, *& dimittet avem vivam extra caſtra, ad agrum*, hinc colligimus quod avis faciem ad civitatem non debeat convertere. העביר תער על כל בשרו *ſi traduxerit novaculam ſuper omnem illius carnem*, non accurate, nullus enim locus radebatur qui non haberet pilos, hic autem excipiendi ſunt loci quos natura occultavit, nam quæ Lex dicit, *& fiet die ſeptimo ut tota illius caro detondeatur*, in genere dicit, & porro, *caput*, *barba*, *& ſupercilia* in ſpecie dicit, & tandem iterum in genere, *omnes pilos illius detondet*; at vero quando Lex in genere, in ſpecie, & iterum in genere loquitur, judicium duntaxat in ſpecie pronunciatur, nimirum ſicuti ſententia ſpecialis loquitur de locis piloſis qui conſpiciuntur & detonderi debent, ita etiam locus piloſus & qui in oculos incurrit, detondetur. Detonſionem autem primam qua detondetur dum declaratus leproſus dicitur, colligimus per argumentum a pari e ſecunda detonſione qua detondetur poſt enumerationem ſeptem dierum, nam de diebus declarationis dicitur, *& detondebit omnes illius pilos* &c. quæ verba repetuntur de diebus enumerationis illius, quemadmodum ergo detonſio de diebus enumerationis dicta, intelligi debeat in ſpecie ad excludenda ſecreta loca, ita etiam detonſio de diebus impletionis dicta, intelligi debet in ſpecie ad loca ſecreta excipienda. *Mundus eſt ut non polluat ingreſſu*, ita ut nec cubitu, nec ſeſſu polluere poſſit, quemadmodum in tempore declarationis ſuæ polluebat. *Polluit ut reptile*, ad homines & vaſa polluenda tactu, at non onere. מנודה בביתו *excluſus eſt a domicilio ſuo*, quia uſus conjugii ei prohibitus eſt, ſicuti dicitur, *& conſidebit extra tentorium ſuum*, at is nullum habet tentorium præter uxorem ſuam; eodem ſenſu dicitur, Deut. 5, 30. *redite ad tentoria veſtra*, poſtquam ipſis conceſſiſſet uſum conjugii poſt ſtationem ad montem Sinai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt & e Lege petita, etenim ſi poſtquam purificatus eſt avibus, veſtes illius lotæ, pili omnes detonſi, & aquis ablotus eſt, redibit ad caſtra, & extra tentorium ſuum conſidebit per ſeptiduum. Quando auctor dicit, *mundus eſt*, ſenſus eſt eum eſſe ita mundum ut introitu nequeat polluere, ſicuti fuit, neque polluit cubitu, nec ſeſſu, ſicuti antea, quia per aliquod tempus ab hoc elongatus fuit, ut mundus factus ſit. Senſus vero ejus quod caro ejus polluat, id intelligas de tactu, & non onere, ad hominem & vaſa polluendum; ſed nos hæc jam demonſtravimus in codice de Vaſis, dixeruntque doctores, illa extra tentorium commoratio indicat, quod copula conjugalis ei prohibita ſit.

ג ביום השביעי מגלח תגלחת שנייה כתגלחת הראשונה כבס בגדיו וטבל טהר מלטמא כשרץ והרי הוא טבול יום אוכל במעשר העריב שמשו אוכל בתרומה הביא כפרתו אוכל בקדשים נמצאו שלש טהרות במצורע ושלש טהרות ביולדת :

3. Die ſeptimo eum ſecunda vice detondet ſicuti prima, lavat illius veſtes & immergit. Si ita purificaverit eum ut polluere nequeat ut reptile, tum die lotus eſt, & comedere poteſt de decimis, ſed ex quo veſpera venit, de oblatione prima comedere poteſt. Si adduxerit expiationem ſuam, tum comedere poteſt de ſanctis; hinc tres erunt purificationes in leproſo & totidem in puerpera.

R. OB. DE BARTENORA.

טהור מלטמא כשרץ *Mundus eſt ita ut non polluat ſicut reptile*, ſed oblationem primam tamen inficit, & non ulterius. *Tres purificationes dictæ ſunt de puerpera*, pariter ſeminifluus atque ſeminiflua ter luſtrari debent, etenim hi omnes poſtquam loti ſunt & ex aquis aſcenderunt, comedere poſſunt de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia quoque clara ſunt ex eo quod Lex dicit, *die ſeptimo tondentur omnes pili illius*, *caput*, *barba*, *& ſupercilia ejus*, *omnes pili illius detondebuntur*, *veſtis lavabitur*, *& caro illius aquis abluetur*, *& tum purus eſto*; tres itaque purificationes dictæ ſunt de leproſo, & totidem de puerpera, qua-

de decimis, & de oblatione prima poſt occaſum ſolis, atque de rebus ſacris poſt adductionem ſacrificii expiatorii; en tibi tres purificationes. Quod vero auctor hic potius de puerpera quam de feminiflua loquatur, ejus ratio eſt quod de puerpera dicit Lex, *& expiabit eam ſacerdos, ac purificabit*, nempe ad ſancta comedenda.

quarum una fit poſt ſeptiduum propter partum maſculi, altera vero poſt tredecim dies ob partum fœminæ, quibus illa eſt in impuritate menſtrua ſua, hocce vero tempore finito, ea aquis immergitur & purificata eſt ita ut non polluat cubitu, nec ſeſſu. Præterea ſupererunt triginta & tres dies ob partum maſculi & ſexaginta ſex ob fœmellæ partum, quibus puerpera ſedet ibi in ſanguine impuritatis, & nullam rem ſanctam tangat; at ſi illa in iſto tempore tetigerit, polluit ſancta, ſicuti expoſitum eſt in fine codicis de Menſtruis. Fœmina ergo primus eſt immunditiei gradus in hoc tempore, illo autem tranſacto, jam purificata eſt purificatione ſecunda, & in aquis immergitur, atque hinc illa fit טבולת יום *die lota.* Præterea ſacrificium adducere debet, ut purificata ſit ad ſancta comedenda, atque hæc tertia eſt purificatio, ſicuti Lex dicit, *expiabit eam ſacerdos & immunda erit.* Cæterum in codice de Benedictionibus jam dictum eſt quod vir die lotus nequeat comedere de oblatione prima, ſed de decimis ei comedere licet. Sed adhuc exponendum erit quod is cui deeſt expiatio, prohibitus ſit ab eſu ſacrorum, ſed non ab eſu oblationis primæ. In codice de Excidiis expoſitum eſt, quod leproſus & puerpera comprehenduntur inter ea quibus expiatio deeſt; hæc omnia clara ſunt, utpote in Lege præſcripta.

ד שלשה מגלחין ותגלחתן מצוה הנזיר והמצורע והלוים וכולן שגלחו שלא בתער או ששיירו שתי שערות לא עשו כלום :

4. Tres ſunt tonſiones ex præcepto, ut tonſio Nazyræi, leproſi, & Levitarum, & ſi hæ omnes fiant abſque novacula, & ſi duo pili remanſerint, nihil factum eſt.

R. OB. DE BARTENORA

והלויים *Et Levitarum*, videlicet quando illi a Domino electi ſunt ad miniſterium in deſerto, ſed non deinceps.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia facilia ſunt e Lege, de Levitis autem dicitur, dum elegiſſet eos Dominus in deſerto ad miniſterium ſuum, novaculam ſuper totam eorum carnem ducendam eſſe, veſteſque abluendas ut mundi eſſent; hæc vero tonſio in deſerto tantum obtinuit, at non poſtea.

ה שתי צפורים מצותן שיהו שוות במראה ובקומה ובדמים ולקיחתן כאחת אף על פי שאינם שוות כשרות לקח אחת היום ואחת למחר כשרות שחט אחת מהן ונמצאת שלא דרור יקח זוג לשניה הראשונה מותרת באכילה שחטה ונמצאת טרפה יקח זוג לשניה הראשונה מותרת בהנאה נשפך הדם תמות המשתלחת מתה המשתלחת ישפך הדם :

5. Duæ aves ex præcepto æquales eſſe debent, ſpecie, forma, & pretio, atque etiam ſimul emtæ, ſi vero inæquales ſint, tamen legitimæ ſunt. Si unam emerit hodie, & alteram poſtridie, legitimæ ſunt; ſi mactaverit unam & poſtea compertum fuerit eam non eſſe libertatis avem, tum conſortem ſumat pro altera, & prima comedi poteſt. Si mactaverit, ſed avis diſcerpta fuerit, etiam conſortem ſumat pro altera, & prima uſui prohibita ſit. Si ſanguis effuſus ſit, moriatur emiſſaria, ſi obierit emiſſaria, ſanguis effundatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מצותן שיהו שוות *Ex præcepto æquales eſſe debent*, quia Lex dixit, צפרים *aves*, at numerus pluralis ſaltem duo notat, ſed cum addit, שתי *duas*, colligimus inde quod ambæ æquales eſſe debent. *Et ea diſcerpta inventa ſit*, etenim quando Lex dicit, *viva*, excipitur avis diſcerpta. *Moriatur emiſſaria*, donec ea ſponte obierit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si Lex dixiſſet, *& accipiet aves*, tum duas cepiſſimus, quia numerus pluralis ſaltem duo notat; at vero cum illa dixerit, duas aves ſumendas eſſe, colligimus inde quod ambæ omnino æquales eſſe debeant. Præterea Lex dixit, *avis una, avis viva*, ut opus earum diſtinguatur, non vero ut ratione ſpeciei & formæ diſtinguantur; at ſi fieri non poſſit ut ambæ ſint æquales, tamen idoneæ ſunt ad miniſterium ſacrum. Senſus illius quod dicitur, *moriatur emiſſaria*, eſt, quod avis ſponte ſua mori debeat, ſicuti dictum eſt de duobus hircis diei expiationis. Et quando Lex dicit, *viva*, præcepit ne ea ſit diſcerpta.

ו מצות עץ ארז ארכו אמה ועביו כרביע כרע המטה אחד לשנים ושנים לארבעה מצות אזוב לא אזוב יון לא אזוב כוחלי לא אזוב רומי לא אזוב מדברית ולא כל אזוב שיש לו שם לווי :

6. Præceptum eſt de ligno cedri ut id in longitudine habeat cubitum, & in craſſitie quartam partem cruris lecti, unum pro duobus, & duo pro quatuor. Præceptum de hyſſopo eſt, ne ea ſit Græca, nec fucata, nec Romana, nec ſylveſtris, neque ut ea adjunctum nomen habeat.

R. OB. DE BARTENORA.

כרביע כרע המטה *Ut quarta pars cruris lecti*, ſicuti auctor ſtatim declarat, quod crus lecti in duo dividatur, & duo iterum in quatuor, & hæc eſt quarta pars cruris, non plus nec minus, quo nos docet auctor quod præcepti intentio ſit ut accurate ſit copia quartæ partis cruris. שם לווי *nomen conjunctorii*, quod cum alio nomine conjungi ſolet, ut hyſſopus Romana, hyſſopus fucata eſt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחד לשנים ושנים לארבעה *Unum pro duobus, & duo pro quatuor*, ſi quis lecti crus diviſerit in duo, & porro quodque dimidium in duo dimidia diviſerit, tum erunt quatuor; & hic requiritur ne dividantur. Cæterum auctor dixit, *in craſſitie quartæ partis cruris lecti*, ne quis cogitaret hic non requiri accuratam menſuram, & nihil intereſſe an aliquantulum craſſius vel tenuius ſit lignum cedri, proinde docet requiri omnino quartæ partis cruris menſuram, non minus. *Hyſſopus* eſt ארנגי quo utuntur homines in cibis; ſenſus illius quod dicit שם לווי *nomen conjunctum*, eſt; quod ei nullum epitheton addi debeat, ſicuti herbæ quædam dicuntur fluviatiles, hortenſes, & ſylveſtres, vel quæ denominantur

tur a civitate, vel monte quodam; ſed hic hyſſopus ſimplex intelligi debet. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt quod hyſſopus in longitudine ſua ſaltem palmum continere debeat.

ז ביום השמיני מביא שלשה בהמות חטאת ואשם ועולה והדל היה מביא חטאת העוף ועולת העוף :

7. Die octavo adducit tria pecora, in ſacrificium pro peccato, in ſacrificium pro reatu, & in holocauſtum. Pauper vero adducit ſacrificium pro peccato, & holocauſtum ex avibus.

R. OB. DE BARTENORA.

ביום השמיני *Die octavo*, quando die ſeptimo tonſus eſt, tum die octavo adducit ſacrificia ſua, at ſi tardaverit & octavo die ſe demum totonderit, tum ſacrificia ſua adducit, quia oportet ut ſol occiderit inter tonſionem & ſacrificiorum adductionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ita ſe habent ex præſcripto Legis, dicentis, *& die octavo accipiet duos agnos* &c. *at vero ſi is tenuis ſit fortunæ, duos turtures adducat*; & ſic porro.

ח בא לו אצל האשם וסמך שתי ידיו עליו ושחטו וקבלו שני כהנים את דמו אחד בכלי ואחד ביד זה שקבל בכלי בא וזרקו על קיר מזבח וזה שקבל ביד בא לו אצל המצורע והמצורע טבל בלשכת המצורעים בא ועמד בשער נקנור רבי יהודה אומר לא היה צריך טבילה :

8. Deinde ſe confert ad ſacrificium pro reatu, idque ambabus ei impoſitis manibus mactat, & duo ſacerdotes ſanguinem excipiunt, unus in vaſculo, & alter in manu, qui excepit in vaſculo, ſpargit ad parietem altaris, qui vero in manu excepit, is accedit ad leproſum, & leproſus immergit ſe in conclavi leproſorum; deinde ſtat in porta Nicanoris. R. Jehuda dicit, non opus erat ut ſe immergeret.

R. OB. DE BARTENORA.

וסמך שתי ידיו עליו *Et ambas manus ei imponet*, nam ante impoſitionem manuum agitatio requiritur, nam ſacrificium pro reatu leproſi agitandum eſt vivum. *Et alter manu*, ſicuti Lex præcipit, *& excipiet ſacerdos, eumque auriculæ imponet illius qui purificandus eſt*, ſicuti ergo impoſitio ſanguinis per ſolum ſacerdotem fit, ita quoque exceptio illius. *Non requirit lotionem*, quia veſperi jam lotus eſt, ſicuti Lex dicit, *& die ſeptimo tondetur, & lavabuntur veſtes, atque caro illius aquis abluetur*. Sapientes vero dicunt, quandoquidem immunditiei expoſitus eſt, proinde forſan ſibi non cavit a puritate, ſicuti oportebat, ſed pollutus eſt poſt lotionem, idcirco alia lotio requiritur propter dubium; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sanguis ſuper leproſo ſpargendus excipi debet in manu, & non in vaſculo, quia Lex dicit, *& accipiet ſacerdos e ſanguine ſacrificii pro reatu, & eum imponet auriculæ illius qui purificari debet*; ad quæ verba doctores quæſiverunt quare Lex in ſpecie meminerit ſacerdotis, & reſponderunt, propterea quod ſanguis ab ipſo ſolo excipi debeat; etenim convenit ut leproſus jam ſit aquis immerſus die octavo, & proinde ſanguine aſpergendus. R. Jehuda dicit, quod die octavo non immerſus ſit, ſed jam veſperi diei ſeptimi, eo quod Lex dicit, *die ſeptimo tondetur* &c. Sapientes vero dicunt quod tum leproſus intraverit immunditiem in tempore declaratæ lepræ, & hæc eſt cauſa quod non ſervavit ſe ab immunditie, proinde die ſeptimo forſan pollutus fuit poſt lotionem ipſius, & propterea lavari debet ex dubio. Quamvis enim non abſtraxerit mentem ſuam, tamen non requiritur lotio, & non dicimus, forſan in immunditiei introitu pollutus eſt inſcius; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ט הכנים ראשו ונתן על תנוך אזנו ידו ונתן על בהן ידו רגלו ונתן על בוהן רגלו רבי יהודה אומר שלשתם היה מכנים כאחד אין לו בוהן יד בוהן רגל אוזן ימנית אין לו טהרה עולמית רבי אליעזר אומר נותן הוא על מקומן רבי שמעון אומר אם נתן על של שמאל יצא :

9. Si introduxerit caput ſuum, & auris oſſiculo impoſuerit, vel manum, & impoſuerit pollici illius, vel pedem, & impoſuerit illius pollici. R. Jehuda dicit, omnes tres ſimul introduxit, ſi non eſt ei pollex manus, vel pedis, vel auris dextra, tum nunquam purificari poteſt. R. Eliezer dicit, is imponit locis ſuis. R. Simeon dicit, ſi ſiniſtræ pollici impoſuerit, ſatisfecit.

R. OB. DE BARTENORA.

הכנים ראשו *Si caput ſuum introduxerit*, quia atrium Iſraëlis non carebat expiatione, idcirco ſi intraſſet id, tum ſanguis ſacrificii pro reatu infectus erat ſi is educeretur, ſi nempe exiiſſet extra atrium, proinde leproſus ſtabat in porta Nicanoris, quæ eſt inter atrium mulierum & atrium Iſraëlitarum, & caput ſuum introducebat in atrium, ut dona illius auriculæ imponi poſſent, & manum pedemque ſuum introducebat ut pollici imponi poſſet. Per תנוך intelligi debet media pars auris; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Nunquam purificatur*, etenim nos requirimus id quod Lex dicit, nempe quando ei auris amputata eſt, vel pollex, poſtquam puritati jam alligatus eſſet. *R. Eliezer dicit, is imponit locis ſuis*, quia is non requirit id quod in Lege dicitur, ſed deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon, dicentem, ſi impoſuerit pollici ſiniſtræ, ſatisfecit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

E figuris Templi a nobis depictis in codice de Templi menſuris tibi liquet, quod porta Nicanoris ſit inter atrium mulierum & atrium Iſraëlitarum, & capite primo codicis de Vaſis expoſitum eſt, quod atrium Iſraëlitarum non intrare poterat is cui expiatio deerat; nec ſanguis ſacrificii pro reatu extra atrium deferri debebat, idcirco leproſus ſtabat extra portam & caput ſuum in atrium Iſraëlitarum introducebat, ut ſanguis in ipſum ſpargeretur. תנוך אזן notat eam auris partem quam tibi depingemus, corpus nempe exit ſuper auris ſuperficiem, de eo quod interius protenditur, & ſi quis illud tetigerit, inveniet id ipſum forte inſtar oſſis, exterius vero eſt caro tenuis undiquaque circumdans aurem, ſed interius eſt proprie auris, & illud corpus exterius eſt præcipua pars auris incurvatæ, & dicitur תנוך אזן quacunque in parte ſit, vel ſuper totam aurem ſparget oleum & ſanguinem, hinc dicunt תנוך אזן eſſe parietem in medio auris; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda, nec ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Eliezer.

י נטל מלוג השמן ויצק לתוך כפו של חבירו ואם יצק לתוך כף עצמו יצא טבל והזה שבעה פעמים כנגד בית קודש הקדשים על כל הזיה טבילה בא לו אצל המצורע מקום שהוא נותן את הדם שם הוא נותן את השמן שנאמר אל מקום דם האשם והנותר מן השמן אשר על כף הכהן יתן על ראש המטהר לכפר אם נתן כפר ואם לא נתן לא כפר דברי רבי עקיבא רבי יוחנן בן נורי אומר שירי מצוה הן בין שנתן בין שלא נתן כפר ומעלין עליו כאילו לא כפר חסר הלוג עד שלא יצק ימלאנו משיצק יביא אחר בתחילה דברי רבי עקיבא רבי שמעון אומר חסר הלוג עד שלא נתן ימלאנו משנתן יביא אחר בתחילה :

10. Sumit de Logo olei, & effundit in volam ſocii ſui, at ſi effuderit in volam ſuam, tamen ſatisfecit. Si immerſerit ſe, & ſparſerit ſepties e regione ſancti ſanctorum, tum pro omni ſparſione requiritur lotio. Si venerit ad leproſum, tum ubi ſpargit ſanguinem, ibi etiam ſpargit oleum, ſicuti Lex dicit, *ad locum ſanguinis ſacrificii pro reatu*; quod vero reſtat de oleo manui ſacerdotis aſperſo, id aſpergat capiti purificandi in expiationem illius; ſi ſparſerit, expiavit, ſi non ſparſerit, non expiavit, ita R. Akiba. R. Jochanan filius Nuri dicit, reſidua præcepti illa ſunt, ſive ſparſerit, ſive non ſparſerit, expiavit, & prævaricantur in iis ac ſi non expiaſſet. Si deficiat Logus antequam effuderit, impleat eum, ſi poſtquam effuderit, adducat alium in initio, ita R. Akiba. R. Simeon dicit, ſi deficiat Logus antequam ſparſerit, impleat eum, ſi poſtquam ſparſerit, alium adducat in principio.

R. OB. DE BARTENORA.

נטל מלוג השמן *Sumit de Logo olei*, Logus enim cum ſacrificio pro reatu jam allatus erat in locum mactationis ad orientem, ibique paratus erat. לתוך כפו של חברו *in manum ſocii ſui*, nam quia Lex dicit, *& effundet in volam ſacerdotis*, inde colligimus quod ſacerdos aſperſionem peragens, ſpargeret ſuper volam alterius ſacerdotis. *E regione ſancti ſanctorum*, quia aliquoties dicitur, *coram Domino*, proinde non adducebat oleum in Templum ut ſpargeret coram velo, ſed in atrio ſtabat, & faciem obvertebat ſancto ſanctorum, atque ita ſpargebat ſuper ſolo atrii. *Pro omni ſparſione lotio*, quoties ſpargit, toties digitum ſuum debet intingere in oleum, non autem ut digitum ſuum intingat ſemel & de iſta intinctione ſpargat duas vel tres ſparſiones, nam ſepties digitus intingi debet. *Sive ſparſerit, ſive non ſparſerit, expiavit*, & homo mundus eſt. *Et prævaricantur in eo ac ſi non expiaſſet*, coram Deo, quod non fecit præceptum de ſelectiſſimo; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri. *Si deficiat Logus olei*, leproſi Logus, antequam nondum effudiſſet in volam ſiniſtram, tum impleat eum, quia non dicimus quod Logus ei jam deſtinatus erat, qui eſt vas miniſterii, ſed effuſio olei jam deſtinata erat. *Antequam ſparſiſſet*, nempe tres ſparſiones. Putat enim R. Simeon, quod ſeptima aſperſio fixa dicatur, & non effuſio; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt, quum dicit, *pro omni ſparſione lotio requiritur*, ſenſus eſt quod ſacerdos digitum ſuum in oleum intingit quod in manu ipſius eſt, ſed non intingit digitum ſuum ſemel ut inde bis ſpargat, vel ter; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri, nec ſecundum R. Simeon.

יא מצורע שהביא קרבנו עני והעשיר או עשיר והעני הכל הולך אחר החטאת דברי רבי שמעון רבי יהודה אומר אחר האשם :

11. Si leproſus pauper obtulerit ſacrificium ſuum, & is poſtea dives factus fuerit, vel contra, tum omnia dependent a ſacrificio pro peccato, ita R. Simeon. R. Jehuda dicit, omnia dependent a ſacrificio pro reatu.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל הולך אחר החטאת *Omnia dependent a ſacrificio pro peccato*, nam ratione ſacrificii pro peccato & holocauſti dives atque pauper diſtincti ſunt, nam dives adducit de pecore, & pauper adducit duos turtures e volucribus, vel duos columbæ pullos; proinde ſi dum ſacrificium pro peccato offertur, pauper eſſet, & ſacrificium pro peccato e volucribus, licet dives factus fuerit poſtea, tamen perficit ſacrificium pauperis adducendo holocauſtum ex volucribus. Sic etiam ſi dives ſit & obtulerit ſacrificium pro peccato e pecore, licet pauper debeat offerre holocauſtum de pecore. R. Jehuda putat omnia dependere a ſacrificio pro reatu, quia dives & pauper æquales ſunt ratione iſtius ſacrificii, eſtque id ipſum inter ſacrificia leproſi primum, & purificationi magis proprium quam reliqua omnia; ambo vero ex uno Legis dicto rem docent, ubi dicitur, *ſi manus illius non aſſequatur dum purificatur*. R. Simeon putat rem dependere a re expiante quæ eſt ſacrificium pro peccato. R. Jehuda ſtatuit rem dependere ab eo quod purificat, quod eſt ſacrificium pro reatu; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon intendit rationem temporis ſacrificii pro peccato offerendi habendam eſſe, quia tum pauper diſtinguitur a divite; etenim ſi leproſus pauper obtulerit ſacrificium ex avibus pro peccato, & poſtea dives factus fuerit, tum perficiat oblationem pauperis, quia non alligamus cum ſacrificio divitis. Pari modo comparatum eſt, ſi de pecore obtulerit ſacrificium dum dives erat, & poſtea pauper factus fuerit, perficiat ſacrificium divitis. Sed R. Jehuda fundamentum ponit in ſacrificio pro reatu offerendo, in quo dives atque pauper æquales tenent partes, ſicuti Lex docet, quia illud purificationi leproſi deſtinatum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

יב מצורע עני שהביא קרבן עשיר יצא ועשיר שהביא קרבן עני לא יצא מביא אדם על ידי בנו על ידי בתו על ידי עבדו ושפחתו קרבן עני ומאכילן

12. Si leproſus pauper obtulerit ſacrificium divitis, ſatisfecit, ſi vero dives obtulerit ſacrificium pauperis, non ſatisfecit. Quiſque pro filio, filia, ſervo, & ſerva ſua offerre poteſt ſacrificium pauperis,

בזבחים רבי יהודה אומר אף על ידי אשתו מביא. קרבן עשיר וכן כל קרבן שהיא חייבת :

ris, & cibare eos ſacrificiis. R. Jehuda dicit, etiam pro uxore ſua offert oblationem divitis, & ſic omnem oblationem quam illa debet.

R. OB. DE BARTENORA.

שהביא קרבן עשיר יצא *Qui divitis oblationem obtulit, is ſatisfecit*, & benedictio ei imputatur, quia autem in fine tradere voluit auctor, ſatisfecit, propterea idem in fine tradit. *Offert homo pro filio & pro filia ſua ſacrificium pauperis*, licet is dives ſit, dummodo illi pauperes ſint, atque iſtud ſacrificium illos purificat ut de ſacrificiis aliis comedere poſſint, ſicuti diximus, adducta oblatione ſua comedat de ſacris. *Etiam pro uxore ſua adducat ſacrificium divitis*, quia illa eſt corpus ipſius; & hæc non tantum de oblatione leproſi intelligenda ſunt, ſed etiam de omnibus reliquis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſacrificium pauperis offertur ob inopiam; quod porro dicit, *hominem pro filio & filia ſua poſſe offerre ſacrificium pauperis*, illius ſenſus eſt, ipſum offerre poſſe propter filium ſuum, filiamve, licet ipſe dives ſit, quia ſacrificium illud non offert pro ſe ipſo, ſed pro aliis; dummodo filius & filia illius pauperes ſint. Sed propter uxorem ſuam utpote conſortem ſuam, offerre nequit ſacrificium. Dixit autem R. Jehuda quod ſicuti is pro uxore ſua offert ſacrificium divitis, ita etiam omnia reliqua ſacrificia offerenda ſint, ac ſi dives ſit; deciſio eſt ſecundum R. Jehuda.

יג שני מצורעים שנתערבו קרבנותיהם קרב קרבנו של אחר מהם ומרת אחד מהם זו ששאלו אנשי אלכסנדריא את רבי יהושע אמר להם יכתוב נכסיו לאחר ויביא קרבן עני :

13. Si duorum leproſorum ſacrificia commixta ſint, atque unius ſacrificium oblatum ſit, alterius vero mortuum, de hoc caſu viri Alexandrini a R. Jehoſua quæſiverunt, qui reſpondit, conſcribantur bona illius alii, & ſacrificium pauperis adducat.

R. OB. DE BARTENORA.

זו ששאלו אנשי אלכסנדריא את רבי יהושע *Hoc quæſiverunt viri Alexandrini a R. Jehoſua*, quomodo nempe leproſus ſecundus adhuc vivens purificetur ut de ſacris comedere queat, nam ſi leproſus ſecundus vivat, licet oblationes eorum mixtæ ſint, tamen hic offerre poteſt in nomine illius ad quem pertinet, & ille offert in nomine illius ad quem pertinet ſacrificium; vel ſi alteruter obierit, & ambo ſacrificia adſint, eaque obierint, tum iſte alter unum offerat ſacrificium, ſed jam illud offerre nequit, quia forſan ad mortuum pertinet, at ſacrificia quorum domini obierint, mori debent; aliud vero ſacrificium offerre nequit, quia forſan ſuum obtulit, ita ut liber ſit, & profana ad atrium adducere videatur; neque cum oblatione ſpontanea mutari poteſt, quia ſacrificium pro peccato non adducitur pro oblatione ſpontanea.

יכתוב נכסיו לאחר *Conſcribat bona ſua alii*, ſi pauper ſit, tum offerre debet oblationem paupertatis; nam ſacrificium pro peccato ex volucribus quidem offertur in caſu dubio, ſed in eo nihil eſt nomine profani in atrio. Si vero bona ſua non legaverit alicui, & ſacrificium pro peccato e volucribus obtulerit, non purificatus eſt, nec dives qui oblationem pauperis obtulit, ſatisfecit. Inſuper eſt ex conditionibus ſacrificii pro peccato, quod quæri non poſſit quomodo adduci poſſit ſacrificium pro reatu ex dubio, quia forſan profana in atrium intulit, quandoquidem ſacrificium pro reatu aſſimilatur ſacrificiis pacificis, proinde ſacrificium pro reatu adducere poteſt, & hoc pacto conditionem inſtituere, ſi ego debeam ſacrificium pro reatu, ſit hoc ſacrificium pro reatu, ſin minus, ſit hoc in pacificum. Sed hoc ita fieri nequit in ſacrificio pro peccato, quia aſperſio ſanguinis illius non æqualis eſt pretio pacifici, etenim ſacrificii pro peccato ſanguis quater ad altare ſpargi debet ultra filum Sicra vocatum, pacifici vero ſanguis bis infra iſtud filum Sicra.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Toſaphta, quod ſi ſanguis ſparſus ſit ſuper uno ex iis, & alteruter obierit ex leproſis, id eſt ſi ſanguis alterutrius ſacrificii pro peccato mixtus ſit cum alio, de hoc viri Alexandrini quæſiverunt a R. Jehoſua, qui ipſis reſpondit, quod talis homo nequeat offerre ſacrificium pro peccato e pecore, quia tale ſacrificium non adducitur in re dubia, neque ſacrificium e pecore adducere poteſt e volucribus, quia dives ſi ſacrificium pauperis obtulerit, non ſatisfecit; at quomodo faciet? bona ſua conſcribet alii, & tum adducet ſacrificium pauperis. Sin autem ſit pauper & adduxerit ſacrificium pro peccato e volucribus, dixit R. Jehoſua, quæſiviſtis rem ſapientem. Sed tibi exponetur donec codex abſolutus ſit, quod purificatio leproſi primi, nempe dum plaga lepræ removetur fiat ope duarum avium, & ligni cedrini atque hyſſopi, qui ritus obtinet etiam non ſtante Templo & extra terram Iſraëlis, quia is non dependet a Templo ita ut purificatus ſit leproſus, & maneat expiatione deſtitutus, ſicut ſeminiflui, ſeminifluæ, & puerperæ hocce noſtro tempore deſtituti ſunt expiatione, poſtquam purificati ſunt. Cæterum in Toſaphta dicitur quod leproſi purificatio obtineat in terra Iſraëlis, & extra eam, ibique etiam dixerunt quod omnes idonei ſint ad leproſum purificandum, licet ſeminifluus, vel mortuo immundus factus ſit, & ſicuti præceptum eſt pro illius purificatione, ita quoque pro illius pollutione præceptum datum eſt, ſacerdoti itaque ſi polluerit ipſum, incumbit ut denuo purificet ipſum, ſicuti dicitur, *ad purificandum & ad polluendum ipſum*; porro etiam quod leproſus purificet, ſed hoc intelligendum eſt poſtquam in tonſione ſua fuerit ſecunda, quia is tum propellit præceptum negans de raſione capitis, & barbæ, ſed extremam Legis perfectionem nos non aſſequimur, quia hodierno tempore hæc expiatio adferri nequit, qua leproſus omnino purificetur a plaga ſua, propter tonſionem ſecundam. Extrema vero perfectio illius quod dicitur, præceptum affirmans propellit præceptum negans, eſt quando præceptum affirmans conſummationem ſuam aſſequitur, & hic eſt locus dubitationis qui inquiſitione opus habet. Cæterum in Siphra dicit R. Jehuda, ego ſequutus ſum R. Tarphonem ad domicilium ſuum, dixit is mihi, Jehuda fili mi, da mihi ſandalium tuum, ego vero ei dedi illud, is porro extendit manum ſuam in feneſtram, & inde mihi porrexit baculum, dixitque mihi Jehuda fili mi, per hunc ego tres leproſos purificavi, ſeptemque conſtitutiones Miſnicas docui, quæ ſunt, de periſchelide, de extremitatibus mixturæ, & longitudine illius cubiti, craſſitie quartarii cruris lecti, qua una pars in duas, & duæ in quatuor dividuntur, ſpargunt, & iterum iterumque ſpargunt, ac purificant Templo ſtante, & eodem non ſtante, & in terminis extra terram Iſraëlis purificant quoque. Hinc tu colligere poteris quod R. Tarphon vixerit poſt devaſtationem Templi, & hanc hiſtoriam extra terram Iſraëlis contigiſſe, quemadmodum enarratio illius docet.

Finis Tractatus de Plagis Lepræ.

מסכת פרה

Tractatus de Vacca Rufa.

פרק א רבי אליעזר אומר עגלה בת שנתה ופרה בת שתים והכמים אומרים עגלה בת שתים ופרה בת שלש או ברת ארבע רבי מאיר אומר אף ברת חמש כשרה הזקנה אלא שאין ממתינין לה שמא תשחיר שלא תפסל אמר רבי יהושע לא שמעתי אלא שלשית אמרו לו מה הלשון שלשית אמר להם כך שמעתי סתם אמר בן עזאי אני אפרש אם אומר אתה שלישית לאחרות במנין ובאתה אומר שלשית בת שלש שנים כיוצא בו אמרו כרם רבעי אמרו לו מה הלשון רבעי אמר להם כך שמעתי סתם אמר בן עזאי אני אפרש אם אומר אתה רביעי לאחרים במנין וכשאתה אומר רבעי בן ארבע שנים כיוצא בו אמרו האוכל בבית המנוגע פרס משלשה לקב אמרו לו אמור משמנה עשרה לסאה אמר להם כך שמעתי סתם אמר בן עזאי אני אפרש אם אומר אתה משלש לקב אין בו חלה וכשאתה אומר משמנה עשרה לסאה מיעטתו חלתו :

CAput 1. R. Eliezer dicit, vitula annicula, & vacca biennis. Sapientes dicunt, vitulus biennis, & vacca triennis, vel quadriennis. R. Meyr dicit, etiam quinquennis ſenectutis eſt legitima, ſed non expectant donec nigra facta ſit, ne profanetur. Dixit R. Jehoſua, ego non audivi niſi de שלשית. Dixerunt ei, quid eſt שלשית? reſpondit iis, ita audivi ſimpliciter. Dixit filius Azai, ego explicabo, ſi tu dicas tertium pro aliis in numero, & quando tu dicis שלשית, tum triennis intelligi debet. Simili modo dixerunt ei, vinea רבעי; dixerunt ei, quis ſenſus רבעי? reſpondit, ita audivi ſimpliciter. Dixit filius Azai, ego explicabo, ſi tu dixeris, רביעי tum intelligitur quarta pro aliis in numero, & quando tu dicis רבעי intelligitur vinea quadriennis. Sic porro dixerunt, ſi quis comederit in domo leproſa Peras trium in Cabo; dixerunt ei, dic, ſi de eo comederit qui octodecim in Sato continet; reſpondit iis, ita audivi ſimpliciter. Dixit filius Azai, ego exponam, ſi tu dixeris, de eo qui tres continet in Cabo, tum in ipſo non eſt placenta; ſi vero dixeris, de eo qui octodecim continet in Sato, diminuatur placenta illius.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר עגלה בת שנתה *R. Eliezer dicit, vitula annicula*, vitula nempe decollanda debet eſſe annicula & non major natu. *Et vacca biennis*, vacca nempe rufa, nam פרה *vacca* indicat quod certe major natu eſſe debeat quam vitula. Sapientes vero dicunt vitulam decollandam eſſe legitimam, licet biennis ſit, & eo magis quando annicula eſt, licet autem biennis ſit, tamen עגלה *vitula* dicitur. Quamvis enim rem de vacca confirmemus iſtis in locis ubi dicitur, *vitulus anniculus*, Sapientes tamen putant aliam eſſe rationem in vacca decollanda, quia de illa ſcriptum eſt עגלת בקר *vitula jumenti*, & non ſimpliciter עגלה *vitula*.

שמא תשחור שלא הפסל *Forſan nigreſcet ne profanetur*, nam ſi vacca acceperit duos pilos nigros, tum illa profanata eſt ad miniſterium ſacrum, eo quod Lex dicit, *rufa integra*, ergo perfecta eſſe debet in rubedine; deciſio eſt quod vacca rufa triennis, vel quadriennis, & vetula ſit legitima niſi quod non expectandum ſit donec pilos albos acceperit, & inepta facta ſit.

לא שמעתי אלא שלשית *Non audivi niſi de tertia*, audivi nempe nullam vaccam rufam eſſe idoneam præter tertiam. *Ita audivi ſimpliciter*, & mihi non expoſitum eſt. שלישית notat tertiam pro aliis, ſi nempe duæ aliæ natæ fuerint ante eam, ita ut hæc tertia ſit reſpectu præcedentium. Præterea quando dicitur שלשית cogitandum eſt eam eſſe triennem. רביעי *quarta*, ratione aliarum, quum quatuor ſunt vineæ, tum ultima dici poteſt quarta; ſed רבעי notat vineam quadriennem.

האוכל בבית המנוגע פרס *Si quis in domo leproſa comederit Peras*, ſi quis in domo leproſa tam diu moratus fuerit ut Peras comedere poſſit, tum pollutæ ſunt veſtes quibus indutus eſt; פרס *Peras* notat dimidium panis, cujuſmodi tres conficiunt Cabum. *Dixerunt ei, dic, ex octodecim qui Satum conficiunt*, ſenſus eſt quod dicendum fuiſſet octodecim panes conficere Satum, quia Satum ſex Cabos continet, tres vero panes Cabum continentes conficiunt octodecim panes. *Ita audivi a magiſtris meis*, ſed ego nequeo explicare quare non dixerunt, octodecim in Sato. *Ego exponam* quæ ſit differentia inter utrumque. *Ex tribus in Cabo*, tum non obtinet obligatio placentæ, quia quinque ſunt quartarii farinæ & amplius, tenentur ad placentam ſeparandam, qui vero Cabum depſerit duntaxat, is ne ſeparet placentam, proinde ſi tu dixeris, tres panes in Cabo, inde conſtat quod exinde placenta non ſeparata ſit; & quando tu dixeris, octodecim in Sato, tum omnis panis minor erit quia diminuit ipſum placenta, etenim qui depſerit Satum, is de eo placentam ſeparet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia Lex de vitula decollanda dixit, עגלה *vitula*, idcirco dixit R. Eliezer eam eſſe anniculam, ſecundum fundamentum ei annexum, quando Lex dixit, *vitulus agnuſque anniculi*. Sapientes vero, ſi dixerit עגלת הבקר *vitula jumenti*, beſtia referri debet ad jumentum, & proinde biennis erit. *Tertia pro aliis in numero*, quæ tertia vice nata eſt, ſicuti ipſa in Gemara vocatur *vitula tertia*, id eſt ea quæ ex tertio partu nata quando duo præceſſerint, & tum caro ipſius eſt dulcis, & æqualis pinguedinis. Pari modo res intelligi debet de *vinea quadrima*, quæ eſt quarta planta in iſto fundo plantata. Cæterum capite tertio decimo codicis de Plagis dictum eſt quod ſi quis in domo leproſa tamdiu commoratus fuerit, ut Peras comedere poſſit, illius veſtes pollutæ ſint, ſed Peras eſt dimidium placentæ; dixit autem hancce placentam quaſi tres conficere placentas in quolibet Cabo, hinc menſura Peras comprehendet ſextarium Cabi. Quod autem dicit Peras conficere dimidium placentæ, eas intelligit quarum octodecim conficiunt Satum; ſed tu jam noſti quod Satum contineat ſex Cabos, nec dubium eſt quin tertia pars Cabi ſit octodecima pars Sati. Cæterum e controverſia poſtea audivi, ſed exponere nequeo, poſtea vero filius Azai ambos ſententias hoc ſenſu expoſuit, nempe quod Satum teneatur ad obligationem placentæ, qui vero unum depſerit Cabum, is non tenetur ad obligationem placentæ, ſicuti expoſitum eſt in codice de Placenta. Si vero quis depſerit Satum, & ex eo ſeparaverit placentam ex octodecim, de reſiduo, minus quam tertia pars Cabi ſecundum menſuram portionis octodecimæ de placenta, & hic eſt ſenſus illius quod in Miſna dicitur, *ſi diminuerit placentam*. Præterea quoque explicatum eſt in codice de Commixtionibus Sabbaticis, quod panis cujus dimidium dicitur Peras, & menſura eſt pro domo leproſa, quatenus conficiat Cabum; ibique expoſuimus quod Cabus viginti quatuor ova contineat, Peras vero tria ova, ſive octavam Cabi partem, & non ſextam Cabi, ſicuti dixit R. Jehoſua; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב רבי יוסי הגלילי אומר פרים בני שתים שנאמר ופר שני בן בקר תקח לחטאת וחכמים אומרים אף (נ"א ל"נ) בני שלש רבי מאיר אומר אף בני ארבע ובני חמש כשרים אלא שאין מביאים זקנים מפני הכבוד :

2. R. Joſe Galilæus dicit, juvenci biennes ſunt, ſicuti Lex dicit, *& juvencum ſecundum filium jumenti accipies in ſacrificium pro peccato.* Sapientes vero dicunt, etiam triennes. R. Meyr dicit, etiam quadriennes & quinquennes legitimi ſunt; ſed vetulos non adducunt honoris ergo.

R. OB. DE BARTENORA.

ופר שני בן בקר תקח לחטאת *Et juvencum ſecundum filium jumenti accipies in ſacrificium pro peccato*, nam de purificatione Levitarum ſcriptum eſt Num. 8, 12. hic vero ſecundus redundat, quia de duobus juvencis ſcriptum eſt, *unum conficiat in ſacrificium pro peccato, & alterum in ſacrificium holocauſticum*, certe igitur cognoſcimus quod duo ſint; ſed ſcriptum eſt, *ſecundus*, ut doceat juvencum eſſe biennem, nam cum illic natum triennium vocaverit auctor שלשית *tertium*, proinde hic duos annos natum vocat שני *ſecundum*; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio eſt ſecundum Sapientes, & quia vetula animantia abominabilia ſunt in omnibus ſacrificiis, quod veriſſimum eſt, quia iſta animantia plerumque aliquo vitio laborant, ſicuti capite ſexto codicis de Primogenitis dictum eſt.

ג כבשים בני שנה ואילים בני שתים וכולם מיום ליום בן (ס"א) שלשה עשר חדש אינו כשר לא לאיל ולא לכבש רבי טרפון קורהו פלגס בן עזאי קורהו נוקד רבי ישמעאל קורהו פרכדיגמא הקריבו מביא עליו נסכי איל ולא (ס"א) עלה לו מזבחו בן שלשה עשר חדש ויום אחד הרי זה איל :

3. Agni ſunt anniculi, arietes biennes, omnes vero de die in diem. Tredecim menſes natus idoneus eſt, ſive ſit aries, ſive agnus. R. Tarphon eum vocat vervecem. Ben Azai eum vocat punctatum. R. Iſmaël eum vocat monetam abrogatam. Si obtulerit eum, tum adducit cum eo libamina arietis, ſed de ſacrificio ipſius ei nihil cedit. Natus tredecim menſes & unum diem, eſt aries.

R. OB. DE BARTENORA.

מיום ליום *A die in diem*, ſi nata ſit primo die menſis Elul, tum ei annus non eſt integer niſi primo die anni ſequentis, nos enim hic ſequimur illius annos, & non annos ſecundum quos computus mundi inſtituitur, & ſi annus ſit hyperbolimæus, tum iſtud tempus hyperbolimæum vaccæ tribuendum eſt, ut & arietibus biennibus. אינו כשר לא לאיל ולא לכבש *non legitimum eſt tempus pro ariete, nec pro agno*, niſi donec triginta dies anni ſecundi intraverit. פלגס derivatur a פלג *dimidio*, quia vervex quaſi medius eſt inter arietem & agnum. נוקד eſt paſtor, videſis Amos 1, 1. פרדגמא ita vocant monetam depravatam in lingua Græca, & hoc ſenſu vervecis genus quaſi depravatum eſt a genere agni & arietis. *Adducit cum eo libamina arietis*, quia tertiam partem Hin conficiunt, & hoc colligimus ex eo quod dicitur, *vel pro ariete*, quibus includuntur libamina pro vervecibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וכולן מיום ליום *Et omnes de die in diem*, duodecim nempe menſium, & hæc eſt opinio ei conveniens, atque eo ſenſu in Toſaphta quoque docetur. *Sapientes dicunt*, a primo die Niſan ad primum diem Niſan, a nono die Ab ad nonum diem Ab, *ſi annus hyperbolimæus ſit*, ei hyperbolimæus eſt, atque *hic eſt ſenſus* illius quod dicitur, *de die in diem.* Hæc enim nomina omnia hic enumerata, unum habent ſenſum, & hoc eſt quod exit e definitione & non pertingit ad definitionem ſequentem, ſed relinquitur inter duas definitiones, & ex hiſce nominibus aliqua ſunt Græca, alia vera Aramæa, פלגס *vervex*, eſt vox compoſita e פלג & גס ac ſi dixeris, partim magnus. נוקד eſt paſtor, videſis Amos 1, 1. פרכדיגמא eſt vox Græca, & vervex ſimilis imperatori novo qui innovat & irritam reddit monetam primam, ſic etiam hic, qui legitimus erat donec agnus eſſet, ſed ex genere agni exierit & arietis genus non intraverit. *Libamina arietis*, hæc continent tertiam partem Hin, ſicuti aliquoties expoſitum eſt.

ד חטאות הצבור ועולותיהן חטאת היחיד ואשם נזיר ואשם מצורע כשרין מיום שלשים והלאה ואף ביום שלשים ואם הקריבום ביום שמיני כשרים נדרים ונדבות הבכור והמעשר והפסח כשרים מיום השמיני והלאה ואף ביום השמיני :

4. Sacrificia pro peccato cœtus, ejuſdemque holocauſta, ſacrificium pro peccato hominis privati, ſacrificium pro peccato Nazyræi, ſacrificium pro reatu leproſi, legitima ſunt a die triceſimo & ulterius, imo etiam in ipſo triceſimo die; ſi vero die octavo oblata ſint, legitima ſunt. Promiſſa & vota, primogenita & decimæ, ac Paſcha legitima ſunt, a die octavo & ulterius, imo etiam ipſo die octavo.

R. OB. DE BARTENORA.

חטאות הצבור *Sacrificia publica pro peccato*, ut hirci noviluniorum, & ſtatorum dierum, eorumque holocauſta, omnia anniculis conſtant animantibus. *Sacrificium privatum pro peccato*, id conſtat agna aut capra. *Si obtulerit ea die octavo, legitima ſunt*, quia Lex dicit, *& a die octavo & ulterius acceptum erit*, & de primogenito dicit, *& die octavo dabitis ipſum mihi*, ſicuti ergo primogeniti oblatio diem octavum facit ut octavum, & ulterius, ita etiam in reliquis oblationibus dies octavus fit ut dies octavus & ulterius; ſed quod ex debito offertur, illius præceptum eſt præſtantiſſimum, ut oblatio fiat a die triceſimo & ulterius. והפסח *Et Pa-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit, חטאת הצבור ועולותיהן *Sacrificia publica pro peccato, ejuſdemque holocauſtum*, non intelligit omnia ſacrificia pro peccato publica, nec omnia holocauſta publica, etenim ex iis aliqua ſunt quæ juvencis & arietibus conſtant, ſicuti in Lege denotatum eſt, & in principio quinti libri Miſnici; ſed hic alluditur ad agnos holocauſti, & hircos ſacrificii publici pro peccato, nam ſi luſtraveris omnia ſacrificia in principio libri quinti ordine recenſita, invenies quod omne ſacrificium privatum conſtet e pecore agnino vel hircino, ita quoque ſacrificium pro reatu Nazyræi & ſacrificium pro reatu leproſi conſtat agnis. Porro dicit auctor, *ſi vero*

Paſcha, licet illud ex debito offeratur, Sapientes tamen ratione iſtius debiti nihil curant, quandoquidem illud paratur juxta numerum animarum ſecundum animas, ne Paſcha fiat reſiduum aliquod, quia illud non comeditur a ſodalitio uno.

vero die octavo obtulerit ea, hæc e Lege proveniunt, *a die octavo & ulterius*; ſic etiam de primogenito dicit Lex, *die octavo ipſum tradetis mihi*; hinc docuerunt doctores de matre per argumentum a pari, quod ſicuti mater primogeniti legitima eſt die octavo, ita quoque mater hic memorata eſt legitima die octavo. Sed hæc oblatio permittitur ſi illa fortuito facta ſit, ſed conſulto duntaxat diei triceſimi oblatio permittitur; & quando addit, *& ulterius*, primogenitum intelligit, de quo dictum eſt, *die octavo ipſum dabitis mihi*; decimæ vero comparantur cum illo ratione ſparſionis, ſicuti capite quinto oſtenſum eſt.

פרק ב רבי אליעזר אומר פרת חטאת המעוברת כשרה וחכמים פוסלים רבי אליעזר אומר אינה נלקחת מן עכ״ום וחכמים מכשירים ולא זו בלבד אלא כל קרבנות הציבור והיחיד באין מהארץ ומחוצה לארץ מן החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם שאינן באין אלא מן החדש ומן הארץ:

Caput 2. R. Eliezer dicit, vacca ſacrificii pro peccato prægnans eſt legitima, Sapientes eam illegitimam dicunt. R. Eliezer dicit, illa non emitur a peregrinis, at Sapientes concedunt, & non tantum de hoc ſacrificio, ſed etiam de omnibus ſacrificiis tam publicis quam privatis, quod e terra Iſraëlis & extra ipſam adduci poſſunt, de novo & de veteri, manipulo duobuſque panibus exceptis, qui e novo & terra Iſraëlis duntaxat adduci poſſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר פרה מעוברת כשרה *R. Eliezer dicit, vacca prægnans eſt legitima*, R. Eliezer & Sapientes hic confirmant ſermonem R. Jehudæ, qui ſuperius dixit, quod illa non ſit illegitima ſi mas ſuper ipſa aſcenderit, niſi ille aſcenderit ſuper vacca, ſciente id ipſius domino. Diſſentiunt autem de prægnante in quam mas aſcendit ſponte, domino neſciente. Sed R. Eliezer qui vaccam legitimam dicit, putat quod embryo ſit femur matris ſuæ, & veluti corpus vaccæ; Sapientes vero qui illam dicunt illegitimam, putant embryonem non eſſe femur matris ſuæ, & proinde illegitimam eſſe quod embryonem in utero tulerit; deciſio vero eſt eam eſſe illegitimam ex quo mas in eam aſcenderit, licet id domino ipſius inſcio factum ſit, & nondum gravida facta ſit; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

אינה נלקחת מן נכרים *Non emitur a peregrinis*, quia gentiles ſuſpecti ſunt de coitu cum quadrupedibus. וחכמים מכשירין *Sapientes vero legitimam dicunt*, quia beſtia ſterilis ſit ſi quis cum ipſa congreſſus ſit, at vero gentilis curat ne beſtia ipſius ſterilis fiat.

ולא זו בלבד *Et non tantum de hoc*, non tantum de vacca ſacrificii pro peccato diſſentit R. Eliezer a Sapientibus, ſed etiam de omnibus ſacrificiis tam publicis quam privatis, quæ R. Eliezer illegitima pronunciat, ſi illa a gentili ſumantur, quia ſuſpicio eſt de coitu humano; Sapientes legitima pronunciant; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Veniunt e terra Iſraëlis & extra eam*, tam de veteri quam de novo, manipulo, & duobus panibus exceptis, Lex enim dicit, *ſi veneritis in terram, meſſemque veſtram demeſſueritis, tum adducetis manipulum*; & porro de duobus panibus Lex dicit, *ex habitaculis veſtris adducetis panem*; ſed illa de novo proventu duntaxat offeruntur, quia Lex dicit, *munus novum*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer metuit ne cum vacca forſan gentilis rem habuerit, & illegitima facta fuerit; ſed Sapientes hac de re non ſolliciti ſunt, quia gentilis hac in parte non depravabit ſuam beſtiam; ſcopus vero eſt quod vacca ſacrificii pro peccato quæ coitum viri paſſa eſt, ſit immunda, quia Deus præcepit Levit. 22, 25. *nam corruptio eorum eſt in iis, quia vitium eſt in illis*, quod ergo vitio ſit illegitimum, id pudicitia in primis ſit illegitimum, nam ſenſus verbi משחתם *corruptio eorum* intelligi debet de retectione pudicitiæ, ſicuti dicitur Gen. 6, 12. *Nam omnis caro corruperat viam ſuam*, ſicuti expoſuimus in codice Miſnico, cui titulus Temura eſt, capite ſexto. Porro dixit R. Eliezer quod vacca rufa a gentili emi non debeat, niſi nobis clare conſtet eam non paſſam eſſe coitum a viro gentili, quia Deus præcepit, Num. 19, 2. *Loquere ad filios Iſraëlis, ut mihi ſumant vaccam rufam &c.* ergo filii Iſraëlis eam ſument, & non gentiles. Sapientes vero dicunt, quod ſi Iſraëlita eam acquiſiverit, ſit legitima, quia tum dici poteſt eam ſumpſiſſe Iſraëlitam; & hoc ſenſu de reliquis oblationibus. R. Eliezer dicit quod non ſumunt vaccam a gentili propter ſuſpicionem coitus humani. Sapientes dicunt gentilem non habere rem cum beſtia ſua, quia non perdet eam. Cæterum ſenſus illius quod dicitur, de novo & de veteri dari poſſe, eſt de oblationibus e proventu veteri & novo offerendis, manipulo & duobus panibus exceptis, ſicuti diximus capite octavo codicis de Muneribus; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

ב פרה שקרניה וטלפיה שחורים יגור גלגל העין והשינים והלשון אינם פוסלין בפרה והננסת כשרה היתה בה יבלת וחתכה רבי יהודה פוסל רבי שמעון אומר כל מקום שניטל (ס״א) ולא העלה מקומו שער אדום פסולה:

2. Vaccæ cornua & ungulæ ſi nigra ſint, excidat, albumen oculi, dentes, & lingua non reprobant vaccam. Parvula eſt legitima. Si in ea fuerit verruca, & illa exciſa ſit, illegitima eſt ſecundum R. Jehudam. R. Simeon dicit, ſi locus aliquis ſublatus fuerit, & in ipſo non producti fuerint pili rubri, tum illa eſt illegitima.

R. OB. DE BARTENORA.

יגור *Excidatur*, videſis Dan. 2, 11. Cæterum טלפא in Targum notat unguem. ננסת *nani inſtar*, eſt parvula, hoc enim in homine vitium eſt, ſed non in pecude. יבלת barbare dicitur *verruca*. *R. Jehuda eam pronunciat reprobam*, & deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יגור *Excidat*, ſignificationem verbi videſis Dan. 4, 11. Cæterum vox טלפא in Targum occurrit pro Hebraico פרס *ungula*. ננסת *inſtar nani*, eſt brevis & parva vacca, Lex enim requirit vaccam omnino perfectam, proinde etiam in rubedine requiritur color perfectus; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ג יוצא דופן ואתנן ומחיר פסולה רבי אליעזר מכשיר

3. Quod e latere exiit, merces meretricia, & pre-

מכשיר שנאמר לא תביא אתנן זונה ומחיר כלב בית ה' אלהיך ואין זו באה (ס"א) לבית כל המומים הפוסלים במוקדשים פוסלים בפרה רכב עליה נשען עליה נתלה בזנבה עבר בה את הנהר קיפל עליה את המוסרה נתן טליתו עליה פסולה אבל קשרה במוסרה עשה לה סנדל בשביל שלא תחליק פרס טליתו עליה מפני הזבובים כשרה זה הכלל כל שהוא לצורכה כשירה לצורך אחר פסולה :

pretium canis, reproba ſunt: R. Elieʒer ea probat, ſicuti dicitur Deut. 25, 19. *Non adduces mercedem meretriciam & pretium canis domum Domini Dei tui*; ſed hæc non adducitur domum. Omnia vitia quæ in conſecratis reprobant, ea quoque in vacca reprobant. Si quis inſederit vaccæ, vel ei innixus ſit, vel illius caudam appenderit, vel cum ea fluvium trajecerit, vel capiſtrum ſuper ea poſuerit, vel pallium ei impoſuerit, reproba eſt. Cæterum ſi eam ligaverit capiſtro, vel ei ſandalium fecerit ne vacillet, vel extenderit ſuper ea pallium ad muſcas abigendas, tum proba eſt. Hoc generale eſt, quicquid fit in neceſſitatem illius, id probum eſt, quod fit in neceſſitatem alterius, id reprobum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצא דופן פסולה *Quod e latere exiit, id reprobum eſt*, ſicut reliqua ſacra, quia Lex dicit, *quando natum fuerit*, hinc excipitur id quod e latere matris exſectum eſt, licet vacca non ſit res ſacra pro altari, ſed pro refectione Templi, nihilominus tamen id quod e latere exſectum eſt, reprobum eſt, nam Lex id ipſum vocat ſacrificium pro peccato. *R. Elieʒer approbat*, de mercede meretricia & pretio canis duntaxat; deciſio non eſt ſecundum R. Elieʒer.

כל המומין הפוסלים במוקדשים *Omnia vitia quæ reprobant in conſecratis*, codice de Primogenitis capite ſecundo expoſita ſunt vitia in conſecratis reprobantia. פוסלין בפרה *reprobant in vacca*, ſicuti ſcriptum eſt, *in quo non eſt macula. Si cum ea tranſierit fluvium, vel caudam illius apprehenderit*, ita ut vacca opem tulerit in tranſitu fluvii.

קיפל עליה את המוסרה *Si duplicaverit ei capiſtrum*, intellige funiculum quo vacca ligatur, quem duplicaverat & corpori illius impoſuerat. *Si pallium ſuum ei impoſuerit, reproba facta eſt*, dicitur de vacca, *in quam non aſcenderit jugum*; & de vitula decollanda dicitur, *qua non laboratum eſt, & quæ non traxerit jugo*, ſicuti ergo jugum de vitula decollanda dictum reprobat in cultu ſacro, ita etiam jugum de vacca dictum ſacrum cultum deſtruit. *Ne vacillet*, ne vacillando cadat. *Si in neceſſitatem alterius, reproba eſt*, imo vero quod factum eſt in neceſſitatem vaccæ & in neceſſitatem alterius, id reprobat vaccam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes putant quod vacca ſit ſancta res pro altari, & propterea eam reprobare omne vitium quod ſacra altari deſtinata reprobat. Cæterum nos tibi omnia vitia jam expoſuimus capite ſecundo codicis de Primogenitis, quæ omnia quoque in vacca rufa reprobant, quando Lex dicit, *ſi in eo nullum eſt vitium*; ſed vaccæ jus hoc habet ſupra jus rerum ſacrarum, quod vacca inficiatur omni genere ſervitii, quia Lex præcipit, ei nullum jugum imponendum eſſe; & de vitula decollanda etiam dicit cum ipſa non debere quicquam fieri, nec jugo ſubmitti, quemadmodum ergo ſe res habet cum jugo, ita etiam cum jugo altero, nempe quod nullum opus fieri debet cum vitula & cum vacca. Porro dicit, *ſi trajecerit cum ipſa fluvium*, ita ut adjutus ſit vacca dum trajiciebat. *Si duplicaverit ſuper ea capiſtrum illius*, ſi duplicaverit funes quibus vacca ligatur, & impoſuerit eos ſpinæ dorſi, ne vacillaret; deciſio non eſt ſecundum R. Elieʒer.

ד שכן עליה עוף כשרה עלה עליה זכר פסולה רבי יהודה אומר אם העלהו פסולה ואם מעצמו כשרה :

4. Si habitaverit ſuper ea avis, proba eſt; ſi mas aſcenderit in eam, reproba eſt. R. Jehuda dicit, ſi eum erexerit in eam, reproba eſt, ſi vero ſponte, tum proba eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עלה עליה זכר פסולה *Si aſcenderit in eam mas, reproba facta eſt*, licet proprietario non lubuerit, quia vaccæ pretium eſt carum, & multum perdit, idcirco opere non reproba facta eſt, quia de vitula decollanda Lex dicit, אשר לא עבד בה *qua non laboratum eſt*, ubi nos legimus עובד cum vav, nimirum ut עובד dicitur de ea quæ volens operatur, ita etiam עבד dicitur de ea quæ volens operatur. Et de hac docemus negotium de vacca ſacrificii pro peccato, videlicet ſicuti in reliquis vaccis pro lubitu factum eſt, ita quoque in vacca ſacrificii pro peccato. Pariter ſi legitimam velit pronunciare, etiam ei lubebit, proinde vacca eſt illegitima. העלהו פסולה *ſi eum erexerit in eam, reproba eſt*, & ſi id domino ipſius inſcio factum eſt, legitima eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi ſignificavi quod nos ſciamus jura vaccæ e juribus vitulæ decollandæ, ratione miniſterii ſacri; dicit enim Lex de vitula decollanda, *qua non laboratum eſt*, & verbum עבד *laboratum eſt*, ſcribitur defective abſque vav, quo defectu alluditur ad opus quod conſulto factum cum ipſa; at ſi vacca ſponte ſua laboraverit, tum ea proba eſt. Porro quando ſcriptum eſt עבד & legitur עובד tum duæ ſignificationes conjunguntur, videlicet ſicuti עבד dicitur de opere quod conſulto fit, ita etiam עובד dicitur de opere quod conſulto fit. Si vero cum ipſa aliquod opus factum ſit, vel aliqua res ei impoſita ſit, licet illud factum ſit ipſa volente, tamen jam reproba facta eſt; & ſi in eam aſcenderit mas, quod ipſa volente factum eſt, tum etiam reproba facta eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה היו בה שתי שערות שחורות או לבנות בתוך גומא אחת פסולה רבי יהודה אומר אפילו בתוך כוס אחד היו בתוך שני כוסות והן מוכיחות זו את זו פסולה רבי עקיבא אומר אפילו ארבע אפילו חמש והן מפוזרות יתלוש רבי אליעזר אומר אפילו חמשים רבי יהושע בן בתירא אומר אפילו אחד בראשה ואחד

5. Si duo pili nigri ſint in ea, vel albi, in una fovea, reproba eſt. R. Jehuda dicit, licet in uno ſint poro; ſi vero in duobus ſint poris, & unus coarguat alterum, reproba eſt. R. Akiba dicit, licet quatuor ſint vel quinque, & hi diſperſi, evellat. R. Elieʒer dicit, licet quinquaginta ſint. R. Jehoſua filius Beteræ dicit, licet unus ſit in capite, &

ואחד בזנבה פסולה היו בה שתי שערות עיקרן משחיר וראשן מאדים עיקרן מאדים וראשן משחיר הכל הולך אחר הנראה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אחר העיקר :

& alter in cauda, reproba eſt. Si duo in ipſa ſint pili, quorum radix nigreſcit, & caput rubeſcit, vel contra, tum omnia dependent ab aſpectu, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, a fundamento.

R. OB. DE BARTENORA.

היו בה שתי שערות שחורות פסולה *Si in ipſa ſint duo pili nigri, immunda eſt*, quia Lex de vacca rufa dicit, *perfecta ſit ea*, quæ perfectio ratione rubedinis intelligi debet, quia ratione vitiorum jam dictum eſt, *in qua nullum eſt vitium*. Cæterum R. Jehuda dicit, in uno poro, ita nos legimus, ſed non legimus vocem אפילו *etiamſi*, & ubi doctor primus tradit גומא *fovea*, illic R. Jehuda tradit כוס *porus*, ſed res eadem eſt, quiſque enim magiſtri ſui phraſes imitari ſolet, nam magiſter R. Jehudæ גומא vocavit כוס & ita docetur in Toſaphta. מוכיחות *coarguunt*, ſibi invicem e regione oppoſiti ſunt pori. *R. Eliezer dicit*, *licet ſint quinque*, nempe, licet multi ſint & diſperſi, evellantur; deciſio eſt ſecundum doctorem primum. הכל הולך אחר הנראה *omnia dependent ab aſpectu*, id eſt poſt primum pilum. אחר העקר *a radice*, ſi radix eorum rubra ſit, & primus niger, atque in radice rubra ſit copia quæ auferri poteſt a forfice, tum excidatur primus niger, & tum legitima vacca erit. Verum ſi in radice rubra ſit copia quæ auferri poteſt a forfice, tum illegitima erit, etiam ſecundum Sapientes, menſura enim duorum pilorum ubique dicta, ea eſt quæ forfice auferri poteſt; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex quod vacca rufa debeat eſſe integra, hinc doctores dixerunt, ſi ea integra ſit vitiorum; etenim jam dixerat, in qua nullum eſt vitium, colligimus ergo inde quod ea rubedine perfecta eſſe debeat. *In fovea una*, intendit quod una eſſe debeat progerminatio. *R. Jehuda dicit, licet in uno ſit poro*, per כוס hic intelligitur orbiculus de corpore, qui comprehenditur in ſuperficie una corporis. *Et unus coarguat alterum*, ita ut uterque uni juri obnoxium ſit, ſi nempe unus porus ſit prope alterum, & in alia ſuperficie e regione. Cæterum capite ſexto codicis de Menſtrua dictum eſt, quod menſura duorum pilorum ubique dicta eſt, ut ambo pili pares auferantur; hinc ſi in radice pili rubeſcentis pares auferri poſſint, & quis exciderit primum qui albeſcit, tum vacca legitima eſt ſecundum Sapientes, ſecundum quos etiam deciditur, & ſecundum doctorem primum, qui dixit duos pilos duntaxat reprobare, ſive nigri ſint, ſive albi.

פרק ג׳ שבעת ימים קודם לשריפת הפרה מפרישין כהן השורף את הפרה מביתו ללשכה שעל פני הבירה צפונה מזרחה ובית אבן היתה נקראת ומזין עליו כל שבעת הימים מכל חטאות שהיו שם רבי יוסי אומר לא היו מזין עליו אלא בשלישי ובשביעי בלבד רבי חנניה סגן הכהנים אומר על כהן השורף את הפרה מזין עליו כל שבעת הימים ועל של יום הכפורים לא היו מזין עליו אלא בשלישי ובשביעי בלבד :

Caput 3. Septem dies ante combuſtionem vaccæ ſacerdos vaccam combuſturus ſeparatur, a domo ſua ad conclave quod in palatio eſt, ſeptentrionale orientale, quod vocabatur domus lapidis; & ſpargebant ſuper eo per totum ſeptiduum de omnibus ſacrificiis pro peccato quæ illic erant. R. Joſe dicit, tertio & ſeptimo die duntaxat ſuper eo ſpargebant. R. Chanania ſacerdotum princeps dicit, ſuper ſacerdote vaccam combuſturo totum ſeptiduum ſpargunt; ſed ſuper eo qui die expiationis operabatur, die tertio & ſeptimo tantum ſpargebant.

R. OB. DE BARTENORA.

שבעת ימים מפרישין וכו׳ *Septem dies ſeparant* &c. ſacerdotem qui vaccam combuſturus eſt, ſegregant per ſeptiduum, ſicuti dicitur Levit. 8, 34. *quemadmodum fecit hoc die quo Deus præcepit peragere expiationem ſuper vos*; hinc doctores noſtri docuerunt לעשות *ad faciendum*, hoc denotatur opus vaccæ; לכפר *ad expiandum*, eo denotatur opus diei expiationis; ſacerdos enim qui vaccam combuſturus eſt, & pontifex maximus qui die Expiationis operari debet, per ſeptiduum ſegregandi ſunt, ſicuti Aharon & illius filii in diebus Implementorum, ſicuti dicitur, Levit. 8, 33. *Et ex oſtio tentorii conventus non exibunt per ſeptiduum*; ſeparabantur ita a communione uxorum, ne quis cum uxore menſtrua rem haberet, qui enim cum uxore menſtrua rem habuit, is vaccam comburere nequit. הבירה *palatium*, nonnulli dicunt in atrio fuiſſe locum quendam cui erat nomen בירה: nonnulli vero dicunt, quod totum Sanctuarium vocetur בירה *palatium*, ſicuti dicitur 1 Chron. 29, 19. אל הבירה *ad palatium*.

צפונה מזרחה *Septentrionale orientale*, ſenſus eſt quod ſacerdotem vaccam combuſturum ſegregent ad conclave ſeptentrionale orientale, quia vacca eſt ſacrificium pro peccato, at ſacrificium pro peccato in ſeptentrionali parte atrii parari debet, hinc doctores deſtinarunt locum ſeptentrionalem orientalem, nam Sapientes deſignarunt locum pro ſeparatione ſacerdotis ad plagam iſtam, ut de vacca conſtet eam eſſe ſacrificium pro peccato.

ובית אבן היתה נקראת *Et domus lapidum vocata eſt*, quia omnia opera vaccæ fiebant in vaſis marmoreis, quæ non reci-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sermo hic fit de peculiari ſacerdote vaccam combuſturo, ſed ſcias volo quod omnis ſacerdos aptus ſit ad combuſtionem; dicit Lex, Num. 19, 3. *& dabitis eam ſacerdoti Eleazari*, is autem ſacerdotum inſpector erat iſto tempore. Dixerunt in Siphra, hoc factum eſt ab Eleazare, & in reliquis vaccis, tam a ſummo pontifice, quam a ſacerdote vulgari, Lex vero dicit de Aharone & ipſius filiis, *ſeptem dies ſedebunt in Sanctuario*, qui ſunt dies feſti Implementorum; & porro dicit, *& ab oſtio tentorii conventus non recedetis per ſeptiduum*; & deinceps, *ſicuti fecit eo die quo Deus præcepit ad faciendum, ad expiandum ſuper vobis*; ubi denotatur opus diei Expiationis. Cæterum nos Traditione recepimus, quod ſacerdos vaccam combuſturus, & pontifex maximus die Expiationis ſacris operans, per ſeptiduum ſegregari debeant ante ſolennem diem, ut ab uxoribus ſuis abſtineant, & non rem habeant cum menſtruis, hypotheſis namque eſt nobis quod ſi quis cum menſtrua rem habuerit, per ſeptiduum immundus ſit, ſicuti capite primo codicis de Vaſis expoſitum eſt, & amplius videri poterit in fine Codicis de Seminifluis, quod is qui corpus ſuum miſcuerit cum menſtrua, ſimilis ſit ei qui cadavere humano pollutus eſt. בירה notat totum Sanctuarium, ſicuti ſcriptum eſt 1 Chron. 29, 19. *& ad ædificandum palatium quod paravi*. Porro requiritur ut conclave ſit in parte ſeptentrionali orientali, quia vacca rufa vocatur ſacrificium pro peccato, quod partem ſeptentrionalem in atrio requirit ratione mactationis & ſanguinis exceptionis, ſicuti expoſitum eſt capite quinto codicis de Sacrificiis. Præterea teſtati ſunt id quod ſcriptum eſt

recipiunt immunditiem ; ſed in hiſce duntaxat miniſterium ſacrum fiebat per ſeptiduum quo ſacerdos ſegregatus erat, quia is qui die lotus erat, vaccæ rufæ cinere expiabatur; nam ſacerdos qui vaccam comburebat, immundus erat, & propterea eum ſtatim comburebant, ut Sadducæis falſam opinionem adimerent, dicentibus hunc ritum fieri debere occidente ſole, proinde inſtituerunt Sapientes gradus excellentiores hac in parte, ne illi flocci penderent huncce ritum. כל שבעת הימים *per totum ſeptiduum*, in tempore ſegregationis.

מכל חטאות שהיו שם *Ex omnibus ſacrificiis pro peccato quæ illic erant*, ex omnibus vaccis quæ illic paratæ ſunt a tempore Moſis uſque ad iſtud tempus, de qualibet enim vacca aliquid cedebat vigiliis ſacerdotum; die autem primo ſpargebat ſuper conclavi illo de cinere vaççæ unius; & die ſecundo, tertio ſpargebat de alterius vaccæ cinere. *Die tertio & ſeptimo*, a ſegregatione ſacerdotis ; cæterum doctor primus & R. Joſe ambo conſentiunt, quod lotio in tempore ſuo ſit præceptum, ſed de ſparſione diſſentiunt, & quærunt an ea poſſit temperari lotione neçne, doctor primus lotionem comparat cum aſperſione, at lotio quæ fit in tempore ſuo, eſt præceptum, de omni vero die e tribus prioribus, dubitari poteſt, num ſit forſan dies tertius ab immunditie illius, tres vero ſequentes ſive ultimi dubii ſunt ratione immunditiei num ſint ſeptimus, & quartus dies non requirit ſparſionem, quia de tertio non dubitandum eſt, neque de ſeptimo, quia ſparſio diei ſeptimi non juvat quicquam, niſi donec tertio die ſparſum fuerit. Cæterum omnis ſeptimi diei ſparſio non ſtricte intelligenda eſt, etenim nos omnino confirmamus ſparſionem ob prohibitionem Sapientum, quæ non propellit Sabbatum. R. Joſe non comparat ſparſionem cum lotione, proinde ſparſio in tempore ſuo non eſt præceptum, & tertia ac ſeptima ſparſio duntaxat requiritur. Sed R. Chanania præfectus ſacerdotum ſentit ut R. Joſe, quod ſparſio in tempore ſuo non contineat præceptum, hinc ſacerdos vaccam combuſturus, ſimpliciter prævaricatur, ne quis parvi vaccam penderet, quia ea paratur ab eo qui die lotus eſt.

eſt mactationem illius foris fieri debere, ita dici quia mactatio illius fit ad ſeptentrionem. Porro hoc conclave vocarunt *conclave lapidum*, eo quod omnia vaſa quibus per totum ſeptiduum utebantur, lapidea erant, & ſimilia, ne illa immunditiem reciperent, ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis. Ratio eſt quod vaccæ rufæ operam dare poterat is qui die lotus erat & occaſu ſolis adhuc carebat ut omnino mundus eſſet, qui potiſſimum ad hocce miniſterium admittebatur, quia is non magna purificatione opus habebat, proinde ab hoc loco arcebantur vaſa, ne illa immunditiem contraherent. Spargebant autem ſuper hoc ſacerdote ſepties de omni ſacrificio pro peccato illic exiſtenti, nempe de omnium vaccarum rufarum cinere, quæ paratæ erant a tempore Moſis uſque ad iſtum diem, reſidua enim omnia coaſſervabantur, & inde quotidie ſpargebatur, præter cinerem qui quotidie ſpargebatur ſuper ſacerdote iſto. Omnes vero doctores concedunt quod lotio in tempore ſuo ſit præceptum aliquod; ſed doctor primus, R. Joſe, & R. Chanania ſacerdotum præfectus inter ſe diſſentiunt de ſparſione. Sed tu jam noſti quod is qui cadavere humano pollutus eſt, ter & ſepties conſpergi debeat. Doctor primus dicit quod ſparſio in tempore ſuo ſit præceptum, ſicuti lotio, proinde per totum ſeptiduum ſuper ſacerdote ſpargebant, quia neſciebatur quando pollutus eſſet, forſan enim dies ſparſionis erat dies tertius ab immunditie ipſius, vel ſeptimus; & ita dicimus de die ſecundo & tertio. At vero de quarto die & ſequentibus hoc dicere non convenit, ſed tantum de ſeptimo ab immunditie ipſius. R. Joſe dicit quod ſparſio non debeat comparari cum lotione, quia ſparſio in tempore ſuo non eſt præceptum, proinde is ſtatuit quod tertio & ſeptimo die duntaxat ſuper ſacerdote ſpargunt. Ita etiam Chanania ſacerdotum præfectus ſtatuit, niſi quod is dixit ſacerdotem vaccam combuſturum quotidie conſpergendum eſſe, vaccæ rufæ præſtantiæ ergo, & ad ſanctitatem ei additam deſignandam, quemadmodum illa habet excellentiam ſuam in animantibus ſacris, ſicuti in codice de Feſtis Solennibus expoſitum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Chananiam ſacerdotum præfectum. Cæterum in Toſaphta dicitur, præfectus ſacerdotum vaccam comburens, ſegregatus eſt in puritate, & fratres illius ſacerdotes non tangunt eum; ſed hæc omnia præſtantiæ gratia, ne miniſterium ſacrum hac in parte ſperneretur.

ב חצרות היו בירושלם בנויות על גבי סלע ותחתיהם חלול מפני קבר התהום ומביאים נשים עוברות ויולדות שם ומגדלות שם את בניהן ומביאים שורים ועל גביהן דלתות ותנוקות יושבים על גביהן וכוסות של אבן בידיהם הגיעו לשילוח ירדו ומלאום ועלו וישבו על גביהן רבי יוסי אומר ממקומו היה משלשל וממלא :

2. Jeruſolymæ atria conſtructa erant ſuper petra, & ſub iis concavum ob ſepulchrum abyſſi, eoque mulieres gravidas & puerperas ducebant, quæ illic liberos ſuos educarent; præterea eo ducebant boves, qui valvas in humeris ferrent, quibus parvuli inſidebant cum poculis lapideis in manibus ſuis; poſtquam ad Siloa perveniſſent, deſcendebant & iis aquam hauriebant, & quum aſcendiſſent, conſidebant ſuper iis. R. Joſe dicit, in loco ſuo ope catenæ hauriebat aquam.

R. OB. DE BARTENORA.

בנויות על גבי הסלע *Ædificata ſuper petra*, ſuper rupe quadam illic exiſtente ab antiquo, & quamvis ita ſe res haberet, tamen non permiſerunt ſub illa conſtruere aliquod concavum, propter ſepulchrum abyſſi, quia ſub ipſa forſan aliquod ſepulchrum eſſe poſſet, & mortuus qui non haberet tentorium quod concavum palmi habet, immundities autem contigua findit & aſcendit, proinde conſtruebant ipſum ſuper fornicibus, ut etiamſi ſepulchrum eſſet ſub iis, concavum tamen divideret; quum vero mentio fit immunditiei abyſſi, tum ea de dubia & contecta immunditie intelligi debet, ſicuti eſt hæc abyſſus quæ non retecta eſt.

ומביאים נשים עוברות ויורדות שם *Et eo deducunt mulieres prægnantes & puerperas*, omnes hi gradus excellentiores in vacca conſtituti ſunt, ne miniſterium illius ſperneretur, quia illud peragi poterat a ſacerdote die loto, qui tamen ſolis occaſum adhuc expectabat, ut perfectam puritatem ſibi acquireret.

מגדלות שם את בניהם *Educantes illic liberos ſuos*, donec octo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חלול *Concavum*, intellige ſtructuram in forma fornicis. Cæterum nos jam expoſuimus quid ſit קבר התהום *ſepulchrum abyſſi*, videſis in fine codicis de Nazyræis. Præterea notum eſt ex iis quæ in codice de Tentoriis dicta ſunt, quod ſi ſuper mortuo ſint mille cubiti pulveris, tamen is polluat, at ſi tentorium aliquod ſuper eo exſtructum ſit, idque circumdet ipſum, tum mundus eſt, ſicuti ibidem expoſuimus. Eliguntur autem potius boves, quia illi craſſum habent ventrem, ita ut parvulorum pedes non attingant terram, quando iis inſideant, & non faciant tentorium ſuper ſepulchro abyſſi pedibus ſuis, & polluantur, ſicuti expoſitum eſt in codice de Tentoriis, propterea aſſeres imponebant bobus donec tentorium rediiſſet, parvulus autem ſedebat ſuperius, & propterea quoque pocula lapidea ſeligebantur, quia illa non recipiunt immunditiem, licet ea tetigerit mortuus, ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis. שלוח *Siloa* eſt nomen fluvii, proinde ipſis licitum erat eo deſcendere, cum illic non ſit ſtagnum ut ſolliciti eſſe poſſimus de ſepulchro abyſſi.

R. Jo-

octo eſſent annorum, & non ultra, ne viderent fluxum ſeminis. *Et ducebant eo boves*, qui latum habent ventrem, ne pedes parvuli iis inſidentis tentorium facerent ſuper terra propter ſepulchrum abyſſi. *Super iis erant valvæ*, hic iterum eſt gradus quiſpiam excellentior, ne pedes parvuli tentorium facerent ſuper terra. *Et pocula lapidea in eorum manibus erant*, etenim omnia miniſteria vaccæ fiebant in vaſis marmoreis quæ non recipiunt immunditiem, uti nec terrea. *Deſcendebant & hauriebant*, hi nempe parvuli deſcendebant & e fluvio Siloa hauriebant aquas ad aquas ſacrificii pro peccato conſecrandas, e quibus per ſeptiduum ſpargebant ſuper ſacerdote vaccam combuſturo; nam in fluvio nihil timendum eſt de ſepulchro abyſſi, quia in fluviis non parantur ſepulchra. R. Joſe dicit quod ſuper bobus conſtruebant funes in modum catenarum, quibus mediantibus aquam hauriebant, ita ut non eſſet neceſſe in fluvium Siloa deſcendere; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. Joſe dicit, quod is hauriebat ſuper bobus; deciſio non eſt ſecundum ipſum.

ג באו להר הבית וירדו הר הבית והעזרות תחתיהם הלול מפני קבר התהום ובפתח העזרה היה מתוקן קלל של חטאת ומביאים זכר של רחלים וקושרין חבל בין קרניו וקושרין מקל ומסבך (נ"א או מסבך) בראשו של חבל וזורקו לתוך הקלל ומכה את הזכר ונרתע לאחוריו ונוטל ומקדש כדי שיראה על פני המים רבי יוסי אומר אל תתנו מקום לצדוקים לרדות אלא הוא נוטל ומקדש :

3. Quum perveniſſent ad montem domus, & deſcendiſſent, ſub monte domus & atriorum erat concavum propter ſepulchrum abyſſi, ſed in porta atrii paratus erat cadus ſacrificii pro peccato. Adducebantque maſculum ovium, & funem ligabant inter cornua illius, & baculum ac implexum in extremitate funis, & injiciebat eum in cadum, maſculumque percutiebat ut retrocederet, deinde ſumebat & conſecrabat ut conſpiceretur ſuper facie aquarum. R. Joſe dicit, ne concedite Sadducæis locum in nos imperandi, ſed is ſumebat & conſecrabat.

R. OB. DE BARTENORA.

באו להר הבית *Venerunt ad montem Templi*, nempe parvuli qui bobus inſidebant cum poculis aqua plenis. *Et in porta atrii*, atrii mulierum quod antemurali vicinum erat. *Illic paratus erat cadus ſacrificii pro peccato*, קלל enim notat vas in quod repoſitus erat cinis vaccæ rufæ, & in Targum vocatur קולתא videſis Gen. 24, 16. Porro dicit auctor, *& injiciebat in cadum*, proinde ſi maſculus retrocederet, baculus prodibat e cado, & ſumpſit aliquid e cinere, & ſuper bobus effundebatur quem parvulus auferebat, quia non requirebatur ut manum ſuam extenderet foras. Cæterum in Toſaphta dicitur quod non ſit neceſſe ita facere; ſed hoc factum eſt quando e captivitate aſcenderant, & quum omnes polluti erant, & eum tangere non poterant, nam ſi vaccæ cinerem tetigiſſent, polluiſſent eum; quod autem baculum jaciebant in cadum, & non ponebant, ejus ratio erat ne cinis motione pollueretur propter dubium fluxus ſeminis.

אל תתנו מקום למינים לרדות *Ne detis hæreticis occaſionem dominandi*, deridendo & illudendo nos; putat enim R. Joſe quod inter Iſraëlitas mundi erant poſtquam e captivitate rediiſſent, quia cinere vaccæ rufæ purificati erant, videlicet ii qui cum illis Babelem deſcenderant, & iterum cum illis aſcenderant Jeruſolymam, eo quod terra gentilium non polluti erant, cum immunditiesde terra gentilium demum decreta ſit poſtquam e captivitate Babylonica aſcendiſſent, hinc fieri potuit ut vir mundus ſumpſerit cinerem vaccæ, ita ut non opus fuerit maſculus ovium; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלל של חטאת *Cadus ſacrificii pro peccato*, in quo erat cinis vaccæ rufæ, hoc ſenſu vox קלתא occurrit Targum Num. 24, 15. Porro res ita peragebatur, capiti illius alligabatur funiculus, in cujus extremitate erat baculus, & illa extremitas immittebatur in vaſculum aliquod cinerem vaccæ rufæ continens, poſtea huncce agnum percutiebat ut cinis vaccæ decideret coram ipſo, quem ſumebat atque in aquas conjiciebat; ſed hæc omnia fiebant, ne ſacerdos cinerem attingeret, quia immundus eſt, & polluit, quia cinis vaccæ polluit, & perit, ſicuti expoſitum eſt. Neque is in vaſe recipi poterat, ne eum dimoveret, & pollueretur. *Ne concedite locum Sadducæis imperandi in nos*, hæc phraſis deſumpta eſt ab eo quod dicitur, & deſcenderunt ad piſces maris; ſenſus eſt quod non invenerint locum dominandi ſuper nos, & ad os dilatandum cum ignominia & opprobrio; deciſio eſt ſecundum R. Joſen. Cæterum oportet ut ſcias quod hoc negotium non ſit omnino neceſſarium quoties quis conſecrat aquas ſacrificii pro peccato, proinde ego tibi totam rem enarrabo, nempe, omnis qui mortuo pollutus eſt, tertia & ſeptima aſperſione duntaxat purificari poteſt, ſicuti Lex dicit, Num. 19, 18. *& immergat ſe aquis, vir mundus eſt*; ſi vero nos conſideramus, quod nemo purus ſit, ſed quod omnes polluti ſint immunditie mortui, ſicuti temporibus noſtris, quomodo tum ſacerdos vaccam combuſturus purificaretur? etenim is qui ſanguinem ſparſurus eſſet, mundus eſſe debebat, at illic nemo eſſet qui ſpargeret ſuper eo, propterea hoc præceptum deſtructum eſt, cum rufæ vaccæ cinis immundum purificet, ſi ſuper eo ſparſerit vir mundus, & hicce vir non ſit mundus niſi ope cineris vaccæ? ſed ego ad hancce objectionem reſpondeo quod ſolertia quadam uti poſſumus, cum ſint viri qui non polluti ſunt immunditie mortui, & hoc modo nos elongare poſſumus a tactu eorum ope cineris vaccæ, qui conſecratus eſt in vaſis immunditiem non recipientibus, & ſpargitur ſuper ſacerdote vaccam combuſturo. Sed quando apud nos eſt vir mundus, tum notum eſt quod nulla ſit differentia inter virum qui nunquam pollutus eſt mortuo, & inter eum qui per totam vitam ſuam pollutus eſt, & poſtea lotus eſt & ter ſeptieſque conſperſus, niſi quod hic qui conſperſus eſt, majorem acquiſivit puritatis gradum, quia Lex eum jam mundum pronunciavit, idcirco non ſollicita eſt de ipſo ratione ſepulchri abyſſi, niſi donec vere ita ſit. Cæterum in Toſaphta dicitur quod hæc opera ita fiebant ex quo captivi Babylone aſcendiſſent Jeruſolymam, quia nempe inter ipſos nemo inveniebatur mundus. R. Simeon dicit, quod pulvis eorum cum ipſis aſcendat & deſcendat, videlicet quod mundi erant ab immunditie mortui, & inter eos non defuit vir mundus, quia omnes doctores conſentiunt quod immundities de terra gentilium demum decreta ſit, ex quo e captivitate Babylonica redierint in terram Iſraëliticam.

ד לא היו עושין לא חטאת על גבי חטאת ולא תינוק על גבי חבירו וצריכין היו התנוקות להזות דברי רבי יוסי הגלילי רבי עקיבא אומר לא היו צריכין להזות :

4. Non parabant ſacrificium pro peccato propter ſacrificium pro peccato, neque parvulus unus propter alterum, & parvuli conſpergendi erant, ita R. Joſe Galilæus. R. Akiba dicit, non erant conſpergendi.

R. OB. DE BARTENORA.

לא היו עושין לא חטאת על גבי חטאת *Non parabant ſacrificium pro peccato poſt ſacrificium pro peccato*, ſi purificaſſent ſe pro vacca unius ſacrificii pro peccato, & quid illegitimi accidiſſet, tum non parabant aliud, ſed cuſtodiendi ſunt, ſicuti ab initio. ולא תינוק על גבי תינוק *nec parvulus poſt parvulum* ſi enim duo ſint parvuli, unus cuſtodiendus eſt pro vacca ſacrificii pro peccato, & alter cuſtodiendus eſt ſimpliciter propter huncce parvulum, ſed non in neceſſitatem vaccæ ſacrificii pro peccato, hic enim pro illo non fit legitimus. צריכין היו תינוקות להזות *neceſſarii erant juniores ſacerdotes ad ſparſionem*, licet cuſtoditi ſint per omnes haſce cuſtodias, tamen ſolliciti ſumus an attulerit mixtuam copiæ olivæ de mortuo, 'jecerit in parvulum, hi vero omnes ſunt excellentiores gradus. *Non erant neceſſario conſpergendi*, quia non metuimus de immunditie mortui, attamen lavandi erant ſecundum omnium opinionem, quia forſan polluti ſunt reptili quodam; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt quod ſi iſta ſacrificia parata ſint pro ſacrificio pro peccato in vaſe mundo de una vel pluribus ſpeciebus, deſumptio eorum munda ſit ab opere hujuſce ſacrificii pro peccato; ſed non ſumuntur pro ſacrificio pro peccato ſecundo per hanc purificationem, niſi donec vaſa purificata fuerint, licet mundi ſint pro hoc ſecundo ſacrificio pro peccato. Pariter ſi parvulus purificatus ſit pro aquis ſacrificii pro peccato hauriendis, hocce vaſculum aquis non implebit alius parvulus, licet purus ſit, niſi donec lotus ſit ſecundum inſtitutum hujuſce impletionis aquæ, & hic eſt ordo illius quod dictum eſt in codice de Diebus Feſtis intermediis, ſicuti illic expoſuimus. Quod autem parvuli lavandi ſint, id omnes ſtatuunt, ita quoque expoſitum eſt in Toſaphta. Quamvis vero nos illos cuſtodiviſſemus ab immunditie mortui, tamen polluti ſunt immunditie aliqua uſque ad veſperam durante. Cæterum controverſia eſt de ſparſione, quam R. Joſe neceſſariam putat, quandoquidem eos magna cura cuſtodimus, eos videlicet qui ſpargunt, unus in alterum, quia apud nos nulli ſunt puriores; ſed hæc omnia ad magnificentiam illius extollendam. R. Akiba dicit, quod huic aſperſioni non ſit locus; quicquid autem facimus, id facimus donec apud nos ſit vir, qui non indiget aſperſione; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ה לא מצאו משבע עושין משש מחמש מארבע משלש משתים ומאחת ומי עשאם הראשונה עשה משה והשניה עשה עזרא וחמש מעזרא ואילך דברי ר"מ וחכמים אומרים שבע מעזרא ואילך ומי עשאם שמעון הצדיק ויוחנן כהן גדול עשו שתים שתים אליהועיני בן הקוף וחנמאל המצרי וישמעאל בן פיאני עשו אחת אחת:

5. Si non inveniatur ſanguis de ſeptem vaccis, tamen ſpargunt de ſex, vel quinque, vel quatuor, vel tribus, vel duabus, vel una. Et quis paraverit eas? primam paravit Moſes, ſecundam Ezra, quinta ab Ezræ temporibus & deinceps parata eſt, ita R. Meyr. Sapientes vero dicunt, ſeptem fuerunt a temporibus Ezræ & deinceps; at quis eas paravit? Simeon Juſtus & Jochanan pontifex maximus quiſque duas paravit, Elias, Eni filius Haccoph, & Chanamel Ægyptius atque Iſmaël filius Piani quiſque unam paravit.

R. OB. DE BARTENORA.

לא מצאו משבע *Si non inveniatur de ſeptem*, diximus enim quod de omnibus ſacrificiis pro peccato illic exiſtentibus ſpargebant ſuper eo qui vaccam combuſturus erat, propterea dicitur, ſi non inveniatur de ſeptem, tamen ſpargunt, licet id fiat de unius ſacrificii ſanguine. וחמש מעזרא ואילך *& quintam ab Ezra & deinceps*, R. Meyr non recenſet quartum ſacrificium quod paravit Simeon Juſtus, & Jochanan pontifex maximus, ſed pro ambobus, quia is putat propter infortunium prius contigiſſe ut ſecundum paratum fuerit. Sapientes vero dicunt ſeptem parata eſſe a temporibus Ezræ & deinceps, etenim ii putant quod omnia eſſent legitima.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc referenda ſunt ad ea quæ ab initio capitis dicta ſunt, *& ſpargunt ſuper eo per totum ſeptiduum de omnibus ſacrificiis pro peccato illic exiſtentibus*; porro dicit auctor quod ſi de unius vaccæ ſanguine duntaxat reſtet, de illo ſpargi poſſit per integrum ſeptiduum; ſed ſcopus eſt ut de omnibus ſacrificiis pro peccato ſpargat. R. Meyr non recenſet duas vaccas quas combuſſit Simeon Juſtus pro una; ſic etiam nec duas quas combuſſit Simeon cognomine juſtus, qui fuit pontifex maximus. Sapientes vero quatuor recenſent, ratio eſt quod negotium comburendi variat, vel quod in ipſis vaccis aliquid fuerit quod impulit R. Meyrum ut eas reprobet, idcirco non computat eas. Verum ſecundum Sapientes vacca legitima eſt ſi unaquæque earum bene cuſtodita ſit, quicquid autem acciderit iis, ſecundum id quod in Toſaphta explicatum eſt de nova ſententia R. Iſmaëlis filii Phiâni qui unam combuſſit circa ſolis occaſum, & putavit quod puritate excelleret, ſed hæc res prolixe a Synedris tractata eſt; alii vero dicent ſi nos illud confirmemus, malam famam ſpargeremus de vaccis prioribus, dicentque eas immundas fuiſſe, proinde decreverunt de iis, & effuderunt cinerem, aliumque fecerunt per eum qui die lotus eſt.

ו וכבש היו עושים מהר הבית להר המשחה כיפין גבי כיפין וכיפה כנגד האוטם מפני קבר התהום שבו כהן השורף את הפרה ופרה וכל מסעדיה יוצאין להר המשחה:

6. Clivum vero faciebant a monte Templi uſque ad montem Miſcha, & fornicem e regione fornicis, & fornicem e regione ſtylobatæ, ob ſepulchrum abyſſi, in quo ibat ſacerdos combuſturus vaccam, & vacca atque adjutores illius egrediebantur ad montem Miſcha.

R. OB. DE BARTENORA.

כיפה כנגד האוטם *Fornicem e regione obſtructionis*, puta pedes fornicis quibus iſte innititur, vocantur אוטם *ſtylobates*. Sed pedes fornicis ſuperioris non ſunt e regione inferioris pedum, ſed e regione ipſius fornicis, nam e regione obſtructionis ſuperioris extat concavum inferius. *Propter ſepulchrum abyſſi*, ubi non eſt immundities contigua quæ penetrat & aſcendit. פרה וכל מסעדיה *vacca & omnes ei operam dan-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod כבש *clivus* vocetur דלאקה per quem vacca tendebat ad locum excelſum, & dicitur quod hicce clivus conſtructus erat ſuper variis fornicibus; poſtea auctor dicit quomodo hicce clivus opus habeat fornice juxta fornicem, & non unum fuiſſe fornicem, & rationem reddit quod fornix erat e regione אוטם *ſtylobatæ*, ob ſepulchrum abyſſi, nempe ſi fornix ſub clivo ſtructus hanc

dantes, qui in hoc negotio operam ſuam præſtabant, licet vacca non recipiebat immunditiem dum viveret, tamen majoris præſtantiæ ergo id fecerunt.

hanc figuram habeat, tum ſi ſepulchrum tetigerit inter duas columnas ſub fornice, is qui ſupra fornicem ſtat, eſt mundus abſque dubio. Si vero mortuus conſtitutus ſit ſuper aliqua ex hiſce columnis, tum immundus eſt is qui ſtat ſuper fornicem, quia ſtat ſuper mortuo, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo codicis de Tentoriis, proinde requiritur ut hæ columnæ poſitæ ſint ſub fornice uno, atque hæ columnæ dicuntur אטום, eſtque res condenſata quæ non habet foramen, in hac figura. Structura vero eſt ſub viam qua a monte Templi uſque ad montem Miſcha procedunt, donec columnæ fornicis in qua ſacerdos incedit, inſitæ ſint aliis fornicibus gibboſis, qui ſubtus exiſtunt, ſicuti e figura tibi expoſitum eſt. מסעריה ſunt ii qui opem ferunt in hoc negotio, hoc ſenſu verbum occurrit in Targum, videſis Gen. 24, 17. Sed & Hebraice idem notat in ſacris literis.

ז לא היתה פרה רוצה לצאת אין מוציאין עמה שחורה שלא יאמרו שחורה שחטו ולא אדומה שלא יאמרו שתים שחטו רבי יוסי אומר לא משום זה אלא משום שנאמר והוציא אותה לבדה וזקני ישראל היו מקדימים ברגליהם להר המשחה ובית טבילה היה שם ומטמאים היו את הכהן השורף את הפרה מפני הצדוקים שלא יהיו אומרים (שהיו רש"י) במעורבי שמש היתה נעשית :

7. Si vacca exire nollet, tamen cum ipſa non educebant nigram, ne quis diceret, nigram mactant; neque rubram, ne dicerent, duas mactant. R. Joſe dicit, non propterea, ſed quia dicitur, *& educito eam*, ſolam nempe. Seniores vero Iſraëlis præibant uſque ad montem Miſcha, ubi erat lavacrum aliquod; ſacerdotem vero vaccam combuſturum pollutum dicebant ob Sadducæos, ne dicerent hæc fieri circa occaſum ſolis.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא אדומה *Neque rubram*, non ducebant aliam vaccam rufam cum prima ſuper clivo, ne dicerent, duas mactant. Lex enim præcipit, *& mactabis eam*, ergo non alia mactabitur cum ipſa. *Ibique erat domus lotionis*, iſtud lavacrum ſuum concavum habebat ſub fornice propter ſepulchrum abyſſi; locus vero diſpoſitionis illius & foveæ illius ſuperius jam expoſitus eſt juxta fornices. ומטמאין היו את הכהן *& pollutum dicebant ſacerdotem*, quia ei manus imponebant, propterea polluebat, etenim veſtes eorum qui res ſacras comedunt, ſunt calcatio ſeminiflui pro vacca ſacrificii pro peccato. Sed Rambam exponit quod ipſum reptili pollutum eſſe dicebant, vel reliquis impuritatibus, quæ polluunt uſque ad veſperam. במעורבי שמש היתה נעשית *circa occaſum ſolis id fiebat*, Sadducæi enim ex eo quod in Lege dicitur, *& congregabit vir mundus*, docent, neminem mundum eſſe niſi ſol occiderit, ſicuti Lex dicit, *ſole occidente mundus erit.* Sapientes vero dicunt eum qui dicitur mundus in loco ubi de ſacrificio pro peccato, mundum eſſe ad decimas comedendas, qui eſt is qui die lotus eſt & occaſum ſolis adhuc expectat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias volo quod ſi omnes qui operam dant vaccæ, vel illius combuſtioni, vel cineris collectioni, vel aquis hauriendis, vel cineri aquis imponendo, ſint ut ii qui die quidem loti ſint, ſed occaſum ſolis adhuc expectent donec plane purificati ſint, quando enim in Lege de vacca rufa dicitur, *vir mundus*, intelligitur is qui mundus quidem eſt ad decimas comedendas, ſicuti eſt is qui die lotus eſt; qui vero non credunt Traditis noſtris, ii pereant citiſſime, dicentes במעורבי שמש היתה נעשית *circa occaſum ſolis hæc fiunt*, etenim Lex dicit, *vir mundus*, *ſole vero occidente mundus ſit*, proinde non prius vocatur mundus quam ſol occidiſſet; porro plebs pollutos pronunciabant eos qui operam dabant propter adductionem impuritatis, quorum impuritas durabat uſque ad veſperam; at poſtea lavabatur & denuo fiebat die lotus, atque iſto die operam dare incipiebat uſque dum intentio illius non aberraſſet, & dubitaſſet de eo quod nonnulli Sadducæorum ſtatuebant de occaſu ſolis.

ח סמכו ידיהם עליו ואומרים לו אישי כהן גדול טבול אחת ירד וטבל ועלה ונסתפג ועצים היו מסודרים שם עצי ארזים וארנים וברושים ועצי תאנה חלקה ועושין אותה כמין מגדל ומפתחין בה חלונות וחזיתה מערבה :

8. Imponunt ei manus ſuas, dicuntque ei, Domine pontifex maxime, immerge te ſemel, tum is deſcendit, ſe immergit, aſcendit, & abſtergit ſe. Præterea illic ligna diſpoſita erant, ligna cedrina, ornea, & abietina, ac ligna ficulnia lævia, unde quaſi turrim quandam faciebant, in qua feneſtras excavabant; illius aſpectus erat ad occidentem.

R. OB. DE BARTENORA.

אישי כהן גדול *Domine pontifex maxime*, quia negotium de vacca rufa aliquoties factum eſt per pontificem maximum, licet id ipſum etiam rite fieri poſſet per quemlibet ſacerdotem gregarium, & per præfectum ſacerdotum. ונסתפג id eſt, *& abſterſerit ſe. Ligna illic diſpoſita erant*, ad faciendum ex iis ſtruem lignorum pro foco. וארנים denotat plantas orni, quæ eſt ſpecies cedri, videſis Jeſ. 44, 14. Sic etiam ברושים notat ſpeciem cedri; hæc vero omnia ligna quæ recenſet illic præſtantiora ſunt reliquis lignis in uſtionem. כמין מגדל *in forma turris*, lata inferius & anguſta ſuperius. *Et feneſtras excavant in ea*, ad ignem per eas introducendum ut ligna eo facilius comburantur. וחזיתה מערבה *& viſio illius ad occidentem*, puta ſtruis lignorum aſpectum ſive locum qui prius ab igne apprehenditur, is enim verſus occidentem ſitus erat ratione Sanctuarii, nam San-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod pontificem maximum immundum dicunt ratione hujuſce operis, ac ſi quis reptile aliquod tetigiſſet, vel menſtruam, vel id genus alia; poſtea præcipitur de lotione illius, dicitque, *domine pontifex maxime*, hæc enim erat formula alloquendi quotidiana, quia pontifex maximus vaccam comburebat, licet id fieri poſſet per ſacerdotem gregarium, ſicuti expoſuimus. ארזים ארנים ſunt ſpecies cedri, ita etiam ברושים quemadmodum dixerunt ſeptem eſſe cedri ſpecies. Per ligna ficina lævia intellige fici lævis ligna, ſed auctor non requiſivit lævitatem inter ſpecies cedrinas. *In forma turris*, nempe ut ſub ipſo ſit latitudo, quicquid autem aſcendit, id coarctatur. *Et feneſtras excavabant*, in craſſitie lignorum, ut ignis introiret per illas & cito combureretur vacca. וחזיתה מערבה *& viſio illius erat ad occidentem*, aſpectus nempe illius erat ad plagam occidentalem, ibi-

Sanctuarium ſitum erat ad meridionalem plagam montis oliveti. ibique erat locus unde ignem projiciebant verſus meridiem e regione ſancti ſanctorum, etenim mons Miſcha ſitus erat ad orientalem plagam Jeruſolymæ, e regione portæ orientalis Sanctuarii, ſicuti capite ſecundo codicis de Menſuris Templi expoſitum eſt.

ט כפתוה בחבל של מגג ונתנוה על גבי המערכה
ראשה בדרום ופניה למערב הכהן עומד במזרח
ופניו למערב שחט בימינו וקבל בשמאלו רבי יהודה
אומר בימינו היה מקבל ונותן לשמאלו ומזה בימינו
טבל והזה שבע פעמים כנגד בית קדש הקדשים
על כל הזייה טבילה גמר מלהזות קינח את ידו
בגופה של פרה ירד והצית את האש באליתות רבי
עקיבא אומר בהריות :

9. Colligaverunt eam fune junci, poſueruntque ſuper ſtrue, capite verſus meridiem, facie vero ad occidentem verſa, ſacerdos vero ſtabat ad orientem facie ad occidentem verſa, & mactabat dextra ſua, ſiniſtra vero ſanguinem excipiebat. R. Jehuda dicit, dextra ſua excipiebat ſanguinem, & ſiniſtræ imponebat, & dextra ſua ſpargebat; quum immerſiſſet digitum, ſepties ſpargebat e regione ſancti ſanctorum, quoties ſpargebat, toties immergebat digitum; ex quo ſparſionem perfeciſſet, manum ſuam abſtergebat ad corpus vaccæ. Ex quo deſcendiſſet, ignem incendebat ope Eltit. R. Akiba dicit, ope palmitum.

R. OB. DE BARTENORA.

בחבל של מגג *Fune junci*, puta funem qui factus eſt ex aliqua ſpecie junci, ut omnia opera vaccæ fiant rebus quæ non recipiunt immunditiem. *Facie ad occidentem verſa*, verſus Sanctuarium. *R. Jehuda dicit, dextra ſua excipiebat ſanguinem*, ſicuti reliquæ exceptiones ſanguinis fiebant, etenim ſi ſiniſtra excepiſſet ſanguinem, perverſe egerat, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam; nam cum ſanguis non ſpargatur ſuper altare, aliter hic ſe res habet quam in reliquis rebus ſacris. *Et ſpargit manu ſua dextra*, ſicuti dicitur, *& accepit ſacerdos Eleazar de ſanguine digito ſuo*, nempe promptiſſimo digito, puta digitum manus dextræ, quo homines ad omnia negotia uti ſolent. *E regione domus ſancti ſanctorum*, ſicut Lex præcipit, *& ſparget e regione tentorii conventus.* על כל הזייה טבילה *pro omni ſparſione immerſio*, quoties ſpargebat, toties digitum immergebat in ſanguinem, etenim reliquiæ ſanguinis ſuper digito exiſtentes reprobi ſunt pro ſparſione. גמר מלהזות *ſi perfeciſſet ſparſionem*, tum manum ſuam abſtergebat ad corpus vaccæ, ut ſanguis ſimul cum ipſa combureretur, ſicuti Lex dicit, *& comburet vaccam, pellem ejus, carnem ejus & ſanguinem ejus :* Cæterum inter quamlibet ſparſionem digitos abſtergebat in margine aſperſorii, & non ad corpus vaccæ, propter fila digito adhærentia, quibus opprobrium erat. אלתית ſunt exigua ligna quibus ligna ſtruis accendebant; & quia hocce lignum habet figuram caudæ, proinde ei applicarunt id quod dicitur Jeſ. 7, 4. זנבות האודים חריות ſunt palmites dactylorum; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגג eſt ſpecies חילפין *ſalicum.* Dixit autem Deus, *& accipiet Eleazar ſacerdos digito ſuo de ſanguine*, hinc habemus præceptum de manu & non de vaſe, fundamentum namque eſt nobis quod digitorum mentio in Lege ſimpliciter facta, intelligi debeat de aliquibus digitis dextris, quoties enim in Lege fit mentio ſimpliciter, toties digitus manus dextræ intelligi debet, & is vocatur שבאבה de digitis, & hic eſt ſenſus illius quod dicunt, הרגילה באצבעות eſt digitus quo palpare ſolet. ועל כל הזייה טבילה *& ſuper omni aſparſione immerſio*, quoties ſpargit, toties digitum in ſanguinem immergit, & non ſæpius ſpargit quum ſemel digitum immerſerit in ſanguinem, ſicuti dixit auctor, *& immerget & ſparget.* אליתות notat ſegmenta lignea exigua quæ igne comburuntur, & lignis magnis ſubmoventur; & in Gemara dixerunt, הוה מפסח להו אליתא *diffindebat parva ligna.* חריות ſunt palmites dactyli. Cæterum R. Jehuda vaccam eximit a gradu rerum ſacrarum, ſicuti enim ſanguis rerum ſacrarum reprobus eſt, ſi is ſiniſtra exceptus ſit, quemadmodum capite ſecundo codicis de Sacrificiis expoſuimus, ita quoque ſanguis vaccæ; ſed ita non eſt ſenſus, nam ſanguis rerum ſacrarum ſpargitur ſuper altari, at non ſanguis vaccæ; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, neque ſecundum R. Akibam.

י נבקעה ועמד חוץ מגתה נטל עץ ארז ואזוב
ושני תולעת אמר להן עץ ארז זה עץ ארז זה אזוב
זה אזוב זה שני תולעת זה שני תולעת זה שלשה
פעמים על כל דבר ודבר והם אומרים לו הין הין
שלשה פעמים על כל דבר ודבר :

10. Si diffiſſa ſit vacca, & ſacerdos ſteterit extra foveam, ſumit cedrum, hyſſopum, & coccinum, dicitque, lignum cedri hoc eſt, lignum cedri hoc eſt, hyſſopum hoc eſt, hyſſopum hoc eſt, coccinum hoc eſt, coccinum hoc eſt, ita ter locutus eſt pro qualibet re; ii vero ter reſpondebant, ita, pro qualibet re.

R. OB. DE BARTENORA.

נבקעה *Si ea diffiſſa ſit*, vacca nempe, propter ignem, at ſi illa non diffiſſa ſit, tum ita non dixit nec fecit ſicuti Lex dicit, Num. 19, 5. *In medio combuſtionis vaccæ*, ergo non antequam ignis maximam partem apprehenderit, nec poſteaquam factus ſit pulvis combuſtionis; eodem ſenſu ſe res habet, ſi vacca cultro diſcindatur poſteaquam flamma maximam illius partem apprehenderit. *Et ſteterit*, ſacerdos nempe ſi extra גתה *torcular* ſteterit. גתה enim notat foveam in forma torcularis, quæ facta erat ad vaccam comburendam; quum vero projiciebat lignum cedri, hyſſopum, & coccinum, extra iſtam foveam ſtare ſolebat. Quando dicit *lignum cedri*, intelligas faſciculum aliquod lignum cedri, & coccinum colligata continens, & iſte faſciculus potius vocatur lignum cedri, quia multæ ſunt lignorum ſpecies

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si ignis apprehenderit vaccam, & ligna incenſa ſint ita ut defecerit ignis, illa autem craſſities lignorum vocatur גתה *torcular*, quia torcularis formam habet in quo uvas calcant, ex quo grana ſive baccæ remotæ ſunt, & partim expreſſæ, partim vero relictæ. In Siphri quærunt quod illa Legis verba, *& projiciet in medium combuſtionis vaccæ*, indicant quaſi ex quo parata eſt vacca, res projici debeant in ignem? at nequaquam, quia Lex dicit, *vaccæ*; iterum quærunt, ſi dicatur, *vaccæ*, intelligam inde quod projici debeant, ex quo vacca in cinerem redacta eſt? nullo modo, *in mediam combuſtionem*, id eſt quum flamma maximam vaccæ partem incenderit. Porro etiam ex eo quod dicitur, *& projiciet in mediam combuſtionem*, collegerunt medium vaccæ intelligendum eſſe, nimirum ex quo vacca diffinditur igne. Cæterum

cies quæ ſimiles ſunt ligno cedrino, attamen non legitimæ ſunt; proinde ſignificet oportet quod hoc ſit cedrinum genus quod Lex præcepit. Pari modo comparatum eſt cum hyſſopo, & coccino; hyſſopum vero Arabice vocant צעתר: per שני תולעת intelligitur lana tincta, quæ Arabice כרמז & barbare Carmoſi dicitur.

terum in Gemara jam expoſitum eſt quod coccinum quod in ignem projiciebatur, decem Zuzarum pondus contineret, & non minus. Cæterum in codice de oblatione prima capite decimo dictum eſt, quod hæc ſit menſura סלעים *Siclorum*; ſicli vero pondus jam expoſuimus in principio codicis de Sponſalibus. Hyſſopi vero menſura non minor eſſe debet, quam culmus, in longitudine palmi, ſed major quidem menſura eſſe poteſt. Cedrino autem ligno non poſita eſt menſura; ego vero doctorum verba recenſebo, itaque lignum cedrinum ter conduplicabatur, ita etiam hyſſopum & coccinum in cubitum, ſicuti dixit Deus, nam ſeptem ſunt ſpecies cedri, ſicuti diximus; Lex vero cedri duntaxat meminit, ut doceret iſtud cedri genus in Arabia eſſe notiſſimum, quo ubique locorum utuntur, & quod אלסאפין vocatur. Ego vero teſtari non poſſum de iſto genere quod in terra Cananæa inveni, & non in Ægypto uſque in hodiernum diem. Porro hyſſopum quoque multas ſpecies in ſe comprehendit, ſicuti expoſitum eſt in codice de Plagis Lepræ, & propterea in ſpecie זה *hoc* in Lege dictum eſt, & hoc eſt quo homines plerumque utuntur in cibum, noſque ipſum melle condire ſolemus. שני תולעת eſt lana tincta colore quodam qui Arabice dicitur כרמז proinde auctor nos docet quod color de quo præcipitur ſit כרמז qui גרגרה vocatur, & non color לקא neque ברזי neque רוייא vel alius quiſpiam color ruber.

יא כרכן בשירי הלשון והשליך לתוך שרפתה נשרפה חובטין אותה במקלות וכוברין אותה בכברות (ס"א) רבי ישמעאל אומר במקבות של אבן ובכברות של אבן היתה נעשית שחור שיש בו אפר כותשין אותו ושאין בו מניחים אותו העצם בין כך ובין כך היה נכתש וחולקים אותו לשלשה חלקים אחד נותן בחיל ואחד נותן בהר המשחה ואחד היה מתחלק לכל המשמרות:

11. Si convolverit ea in reliquiis ligulæ, & in mediam combuſtionem projecerit, eaque combuſta fuerit, tum percutiunt bacillis, & cribrant in cribris. R. Iſmaël dicit, fiebat ope mallei lapidei, vel cribrorum lapideorum. Si ea facta fuerit in carbones, in quibus cinis eſt, tum illos contundunt, ſi non ſit in iis, tum relinquunt ipſius oſſa, ſive hoc ſive iſto modo, contundebatur, & ipſum in tres partes dividebant; una ponebatur in antemurali, altera in monte Miſcha, tertia cum omnibus vigiliis diſtribuebatur.

R. OB. DE BARTENORA.

כרכן *Convolvit*, cum ligno cedrino & hyſſopo. שירי לשון *reliquiæ ligulæ*, puta ligulam lanæ coccino tinctæ, quæ longa erat, & quia illa redundabat ſuper lignum cedri & hyſſopum, propterea requirebatur ut illa tria ſimul colligarentur, ut gravitatem aliquam haberent, & facile in combuſtionem vaccæ incidere poſſent, & cum flamma non coaleſceret ligula; ſi vero ſingulæ res ſeorſim injectæ eſſent, bene ſe habebat.

וכוברין אותה בכברות. *Et cribrant eum in cribris*, lapidis perforati foraminibus exiguis inſtar cribri, deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël. שחור שיש בו אפר *pruna in qua eſt cinis*, pruna enim ſi contuſa ſit, fit ex ipſa pulvis. כותשין אותו *contundunt eam*, ſi vero pruna non ſit inſtar pulveris, tum relinquunt eam. *Sive hoc ſive illo modo*, ſive redeat in pulverem, ſive non redeat. *Diſtribuunt eum in tres portiones*, poſtquam totum cinerem cribraverint in cribris, ſive cinerem vaccæ, ſive cinerem lignorum cum vacca combuſtorum, cinerem diſtribuunt in duas portiones.

אחד נותן בחיל למשמרת *Una poſita erat in antemurali, in cuſtodiam*, ſicuti Lex dicit, Num. 19, 9. *Et erit pro cœtu Iſraëlitico in cuſtodiam. Altera ponebatur in monte Miſcha*, ibique ſacerdotes cinerem conſecrabant. *Tertia pars omnibus vigiliis diſtribuebatur*, & ex iſta portione omnes Iſraëlitæ conſpergebantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per שירי הלשון *Reliquias linguæ*, intelliguntur extremitates lanæ tonſæ; hæ vero res convolvebantur ut eo commodius in vaccam projici poſſent, ne flamma perderentur; ſi vero ſigillatim injectæ eſſent, tamen ſe res bene habebat. Porro cinerem cribrabant ope cribri, quod קריבול vocabatur. R. Iſmaël dicit, quod miniſterium in vaſis lapideis tantum fiebat, quæ non recipiunt immunditiem ob magnam cuſtodiam, ita non eſt deciſio; *carbo* in quo eſt pulvis fragmenti nigri quod combuſtum eſt, vel de lignis, vel de carne illius, ſi contritus ſit, & fiat denuo cinis, contuſus, ſin autem flamma non pertigerit uſque ad hunc locum definitum, ſed apprehenſio partium, tum deſerat rem. Cæterum oportet ut ſcias, quod cinis vaccæ cum cinere ligni qui iis combuſtus, ſimul colliguntur; hæ vero omnes res conficiunt cinerem vaccæ. Siphri autem notat per id quod Lex dicit, *comburendo comburetur*, notetur quod Lex multiplicat faſciculos ligni & hyſſopi, ne diminuantur ligna pro vacca comburenda, ſed ut pulvis eo abundantior eſſet. Cæterum in principio codicis de Plagis tibi jam expoſui definitionem viginti quatuor locorum in quibus erant vigiliæ ſacerdotum, atque iſtis viginti quatuor vigiliis diſtribuebatur tertia cineris pars; ſed de cinere vaccæ ruſæ nihil in atrium Templi introducebatur, quia Lex dicit de cinere vaccæ, Num. 19,9. *& linquet eum extra caſtra, in loco mundo*; hinc in Toſaphta dicunt, quæ portio ad vigilias pertinebat, de ea ſumebant Iſraëlitæ urbani, quæ in monte Miſcha ponebatur, ea pro aliis vaccis erat, quæ in antemurali ponebatur, ea pro cuſtodia erat, quia Lex dicit, *pro filiis Iſraëliticis in cuſtodiam*, ſenſus eſt quod de cinere vaccæ aliquantulum coaſſervabatur in ſtatutum vigiliarum.

פרק ד פרת חטאת ששחטה שלא לשמה קבל והזה שלא לשמה או לשמה ושלא לשמה או שלא לשמה ולשמה (ס"א) פסולה רבי אלעזר מכשיר ושלא רחוץ ידים ורגלים פסולה רבי אלעזר מכשיר ושלא בכהן גדול פסולה רבי יהודה מכשיר ומחוסר בגדים פסולה ובבגדי לבן היתה נעשית:

Caput 4. Vacca ſacrificii pro peccato ſub alieno titulo mactata, cujus ſanguinem exceperit & conſperſerit ſub alieno titulo, vel ſub titulo ſuo & non ſub titulo ſuo, vel contra, reproba eſt; at ſecundum R. Eleazar proba. Pariter quoque illa reproba eſt ſi manus & pedes non abluti ſunt; ſed R. Eleazar approbat. Sic etiam reprobum eſt id quod abſque pontifice maximo factum eſt, ſed ſecundum R. Jehudam probum eſt. Quod factum eſt per ſacerdotem veſte deſtitutum, id etiam reprobum eſt, & in veſtimento albo fiebat.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

פרת חטאת *Vacca ſacrificii pro peccato*, ſi ea ſub alieno titulo ſit mactata, reproba eſt, quia Lex dicit, *ipſa ſacrificium pro peccato eſt*, jam vero cum Lex eam vocet ſacrificium pro peccato, oportet ut ipſa in ſuo nomine mactetur. רבי אליעזר מכשיר *R. Eliezer legitimam dicit*, quia vacca extra atrium mactata eſt; ſed deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ושלא רחוץ ידים ורגלים פסולה *Si nec manus ſacerdotis nec pedes loti ſint, reproba eſt*, quia Lex vaccam vocat ſacrificium pro peccato, propterea hic requiritur manuum pedumque lotio; ſed auctor non tradit קדש quia hoc verbum uſurpari ſolet de lotione in ſanctuario peragenda, & extra illud, ſive ritus fiat in veſtibus ſacris, ſive in profanis, ſatisfecit. *R. Eliezer legitimam pronunciat*, nam quando ſacerdotes tentorium conventus ingrediuntur, vel ad altare accedunt, Lex dicit, *lavent ſe*; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

שלא בכהן גדול פסולה *Abſque pontifice maximo, reproba eſt*, quia Lex Num. 19, 3. dicit, *& dabitis eam Eleazari ſacerdoti*, hæc quidem Eleazari ſacerdoti tradita fuit, ſed reliquæ omnes vaccæ rufæ pontifici maximo tradi debent. *R. Jehuda approbat*, is enim ex voce *eam* ritum per ſacerdotum præfectum peragi poſſe ſtatuit, reliquarum vero vaccarum ritum ſive per pontificem maximum, ſive per gregarium peragendum eſſe; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. Tandem dicit auctor quod miniſterium in veſtimentis albis perfici deberet, quia in Lege de vacca dicitur, *ſtatutum perpetuum*, quæ phraſis repetitur in Lege de die Expiationis, propterea utriuſque cerimoniæ officium in veſtimentis albis exequendum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de vacca Num. 19, 9. *Sacrificium pro peccato eſt*, quia igitur Lex vaccam vocavit ſacrificium pro peccato, proinde ritibus ſacrificii pro peccato obnoxia eſt, & reproba eſt ſi ſub alieno titulo mactata ſit, ſicuti explicatum eſt capite primo codicis de Sacrificiis; inſuper illius manus & pedes quoque lavandi ſunt, ſicuti fit in Sacris altaris. R. Eliezer dicit, quandoquidem vacca mactatur extra atrium, jus rerum ſacrarum ab ipſa diſparuit. Dicit autem Lex de vacca rufa, *& dabitis illam Eleazari ſacerdoti*, Num. 19, 3. Hinc dicit R. Meyr, hoc factum eſt iſto tempore per Eleazarem, in reliquis autem vaccis per ſummum pontificem, & hoc eſt quod in hac Miſna dicitur, *ſi non per pontificem maximum, reproba eſt*. Cæterum nos ſuperius jam diximus quod ſi ritus peractus ſit per ſacerdotem gregarium, bene ſe res habeat. Per *veſtimenta alba* intelligas illa veſtimenta quæ pontifex maximus induebat die Expiationis ad illius diei miniſterium peragendum, ſicuti Lex docet, & ea quadruplicia erant. Sed in Toſaphta dicitur quatuor eſſe veſtimenta pro ſacerdote gregario; ſi vero miniſtraſſet in veſtimentis aureis, vel in albis quæ diebus profeſtis induebant, reprobum erat illius miniſterium. Et hoc nos docemus per argumenta a pari deſumpta, Deus enim dixit de Die Expiationis, quod quatuor veſtes requiruntur pro pontifice maximo tum ſacris operante, idque fieri debere *in ſtatutum perpetuum*, qua phraſi etiam utitur in loco ubi de vacca rufa agit, proinde utriuſque rei eadem eſt conditio; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ב שרפה חוץ מגתה או בשתי גתות או ששרף שתים בגת אחת פסולה הזה ולא כיון כנגד הפתח פסולה הזה מששית שביעית וחזר והזה שביעית פסולה משביעית שמינית וחזר והזה שמינית כשרה :

2. Si vacca combuſta ſit extra foveam, vel in duabus foveis, vel duæ in una fovea, reproba eſt. Si ſanguinem illius ſparſerit, & non e regione portæ aſperſerit, reproba eſt. Si pro ſeptima aſperſerit ſextam aſperſionem, & poſtea denuo ſeptimam aſperſerit, reproba eſt; ſi pro ſeptima aſperſerit octavam, & poſtea denuo octavam ſparſerit, proba eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מגיתה *Extra foveam*, ſpatium aliquod in forma torcularis faciebant pro vacca comburenda, e regione portæ Templi; ſi vero mactaverit eam foris, & non e regione portæ Templi, tum reproba eſt tota res. או בשתי גיתות *vel in duabus foveis*, ut, ſi vacca in duas partes diſciſſa ſit, quælibet pars in peculiari fovea comburi debet. *Vel ſi duæ in una fovea combuſtæ ſint*, licet quæque ſeorſim educta ſit, tamen actio reproba eſt propter opus, quia unum reprobat alterum, at vero ſi unum peregerit poſt alterum, tum ſe res bene habet.

ולא כיון כנגד הפתח פסולה *Et non intenderit e regione portæ, tum reproba res eſt*, quia Lex præcipit, *e regione faciei Templi*. מששית שביעית *e ſexta ſeptimam aſperſionem fecerit*, quia ſepties ſcriptum eſt ſecundum ordinem, hic vero ſacerdos ſeptimam vicem numeraverat ante ſextam, & poſtea denuo ſeptima vice aſperſerat, hinc reproba erat actio, oportet enim ut ſacerdos ſextam dixerit ſextam, & ſeptimam dixerit ſeptimam; at vero ſi e ſeptima fecerit octavam, bene habet, quia in vacca locum habet octava ſparſio, atque hic eſt error ſermonis duntaxat. וחזר והזה שמינית *Et poſtea denuo octava vice ſparſerit*, hoc non ſtricte intelligi debet, nam in omnibus hujuſmodi ſenſus eſt, ſive denuo ſparſerit, ſive non ſparſerit, vacca eſt legitima, & quia ita in principio locutus eſt, hinc etiam in fine nos docet quod licet aſperſionibus quid additum ſit, actio non ſit reproba, nam poſtquam abſolverit ſeptem aſperſionibus, præceptum impletum eſt, deinceps vero non ſolliciti ſumus de eo quod additum fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בשתי גיתות *In duabus foveis torcularis formam habentibus*, ſi vacca diſrupta ſit atque pro ipſa duæ foveæ factæ ſint; porro dicit auctor, licet quæque vacca egrediatur ſola, ſicuti dictum eſt. Dicit autem Lex Num. 19, 4. *Et aſperget e regione faciei tentorii conventus*, proinde requiritur ut aſpergat e regione portæ Templi, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Menſuris Templi. הזה מששית שביעית *ſi aſperſerit de ſexta ſeptimam*, ſi ſacerdos nempe digitum ſuum intinxit ſexta vice in ſanguinem, & exinde ſextam aſperſionem peregit & ſeptimam, tum miniſterium reprobum eſt; etenim quoties aſpergat ſacerdos, toties digitum in ſanguinem intingere debet, licet is poſtea ſeptima vice intinxerit, & inde ſeptimam aſperſionem aſperſerit, hoc tamen non diſtinguit, quia ſparſio jam reproba facta eſt. Cæterum ſi ſacerdos de ſeptima intinctione duas aſperſiones peregerit, ſeptimam nempe & octavam, tum bene ſe res habet, quia ſeptem aſperſiones jam peractæ ſunt ſecundum Legem, quicquid autem poſtea factum fuerit, id antecedentia non deſtruit, videlicet ſi octava, vel nona, vel decima vice facta ſit aſperſio, tum non eſt actio reproba.

ג שרפה שלא בעצים או בכל עצים אפילו בקש או בגבבה כשרה הפשיטה ונתחה כשרה שחטה על מנת לאכול מבשרה ולשתות מדמה כשרה

3. Combuſtio quæ non lignis facta eſt, vel omni ligno, licet ſtramine vel ſtipula, legitima eſt. Si excoriaverit vaccam, eamque in fruſta ſecuerit, legitima eſt; ſi mactaverit eam ea conditione ut de carne illius comedat, & bibat de illius ſanguine, legi-

(ס"א) רבי אליעזר אומר אין מחשבה פוסלת בפרה:

legitima eſt. R. Eliezer dicit, intentio in vacca non reprobat.

R. OB. DE BARTENORA.

שרפה שלא בעצים *Si combuſſerit eam abſque lignis*, ſed ignem accenderit ſub ipſo corpore vaccæ, bene ſe res habet, quia Lex non deſignat vocem עצים *ligna*, ſed שרפה *combuſtionem* ſimpliciter. *Vel omnibus lignis*, ſi non combuſſerit ope ligni cedrini, ornini, abietini, & ficini, quorum omnium mentio jam facta eſt ſuperiori capite. הפשיטה ונתחה כשרה *ſi excoriaverit eam*, *& in partes diſſecuerit*, *ſe res bene habet*, etenim quia Lex meminit pellis & carnis vaccæ, proinde res tam de excoriatione & diſſectione in fruſta, quam de pelle carni juncta, ſive de integra vacca intelligi debet. *Ea conditione ut comedat de illius carne*, *vel bibat de illius ſanguine*, *bene ſe res habet*, eſum & potum duntaxat doctor primus concedit, nam omnia ſacrificia hoc ſenſu legitima ſunt, ſicuti explicatum eſt capite ſecundo codicis de Sacrificiis, ſi comederit aliquam rem quæ comedi non ſolet, tum bene eſt, ſicuti ſi comederit id quod altare conſumit. Cæterum ſi intenderit de illius ſanguine aſpergere inſequenti die, tum doctor primus reprobat, quia Lex vaccam vocavit ſacrificium pro peccato. R. Eliezer putat quod intentio in ritu de vacca nihil reprobet, ne quidem in aſperſionibus, & amplectitur ſententiam ſuam quam ab initio capitis dixit, quod ſi vacca ſub alieno titulo mactata ſit, bene ſe res habet, quia illa non ſubjecta eſt juri ſacrarum rerum, quia vacca extra atrium Templi paratur; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Sententia R. Eliezeris tibi jam nota eſt ex iis quæ ab initio hujuſce capitis dicta ſunt, is enim non comparat jus reliquarum rerum ſacrarum cum vacca, & quod nos eam reprobamus, ſi cogitaverit de ea comedere, imo ne quidem ſecundum Sapientes, quia iſtud ſacrificium non offertur in odorem gratum.

ד כל העוסקין בפרה מתחלה ועד סוף מטמאין בגדים ופוסלים אותה במלאכה אירע בה פסול בשחיטתה אינה מטמאה בגדים אירע בה בהזייתה כל שעוסק בה לפני פסולה מטמאה בגדים לאחר פסולה אינה מטמאה בגדים נמצאה הומרה קולה לעולם מועלין בה ומרבין לה עצים ומעשיה ביום ובכהן המלאכה פוסלת בה עד שתעשה אפר והמלאכה פוסלת במים עד שיטילו את האפר:

4. Omnes illi qui ab initio uſque ad finem dant operam vaccæ, veſtes polluunt, & vaccam opere ſuo reprobant. Si quid reprobi acciderit vaccæ inter mactandum, veſtes tamen non polluuntur; ſi quid reprobi acciderit inter ſpargendum, tum cujuſlibet viri veſtes vaccæ ante caſum reprobum operantis polluuntur, eorum vero qui ei poſt caſum reprobum operantur, veſtes non pollutæ ſunt; hinc conditio gravior fiet levior. Semper in ea prævaricantur, & illius ligna multiplicant, ejuſdemque opera die fieri debent, & per ſacerdotem, & opus reprobat eam, donec in cinerem redacta fuerit. Opus etiam aquis polluit donec pulverem adjecerint.

R. OB. DE BARTENORA.

כל העוסקין בפרה *Omnes qui vaccæ dant operam*, vaccæ rufæ, in omni opere, ſive ab initio, in fine, ſive in medio, illi omnes veſtes polluunt, quia Lex dicit, *& projiciet in mediam combuſtionem vaccæ*, & ſtatim addit, *& lavabit ſacerdos veſtes ſuas ſi combuſſerit.* Sic etiam ſi hyſſopum injecerit, veſtes polluit, nonne eo magis is qui combuſſit vaccam? reſp. Lex vult docere quod omnes ii qui vaccæ operam dederunt, veſtes ſuas lavare debeant.

ופוסלין אותה במלאכה *Et reprobant eam opere*, quia Lex dicit, *& mactabit eam*, non autem ut aliud opus cum ipſa peragat inter mactandum; pariter de combuſtione illius dicit Lex, *comburat vaccam*, non autem ut aliud opus fiat cum combuſtione; hinc colligimus quod aliud opus reprobare poſſit vaccam uſque dum in cinerem redacta fuerit.

אירע בה פסול בשחיטה *ſi quid reprobi acciderit ei inter mactandum*, non quod illa cadaver facta ſit mactatione, nam ſi is veſtes polluat ratione cadaveris, ſe reprobat propter opus, perinde ac ſi reprobi quid accidiſſet in ſparſione. *Non polluit veſtes*, nam cum mactatio reprobet, proinde in vacca adhuc nihil recti factum eſt in nomine vaccæ, ſed cum in aſperſionem aliquid reprobi inciderit, mactatio tamen jam rite facta eſt.

לעולם מועלין בה *Semper prævaricantur in ipſa*, qui ex ipſa commodum perceperit ſive ante ſive poſt combuſtionem vaccæ, is adducere debet ſacrificium prævaricationis, donec cinis factus fuerit, ſed poſtquam cinis factus fuerit, tum in ipſo nulla prævaricatio committi poteſt, quia Lex dicit, *ſacrificium pro peccato eſt illa*, ex voce חטאת *ſacrificium pro peccato*, docemus quod prævaricatio obtineat in vacca, e voce היא docemus etiam quod prævaricantur in vacca, ſed non in pulvere illius.

ומרבין לה עצים *Et multiplicant ei ligna*, donec vacca in cinerem redacta ſit. *Et opera illius die fiunt*, in Toſaphta di-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna multis nititur fundamentis, quæ intelligere oportet, quando enim Lex dicit, *& mactabit eam*, colligitur quod opus illius reprobet ratione mactationis, & hoc eſt quod dixerunt, ne quis inter mactandum quid aliud agat. Pariter quia Lex dicit, *& mactabit vaccam*, dixerunt Legis ſcopum eſſe ut ea doceat de vacca, quod illius opus reprobare poſſit a tempore mactationis uſque ad parationem cineris; omnes vero qui huic ritui operam dant, polluunt veſtes ſuas, quia Lex dicit, *quando mactaverit eam*, *& lignum cedrinum*, *hyſſopum*, *& coccinum conjiciet in eam*, *& ſacerdos lavabit ſuas veſtes*, *& carnem ſuam aquis lavabit*; dicit itaque; *quando combuſſerit eam*, *tum is qui combuſſit eam lavabit veſtes ſuas*; & præterea, quando contriverit, & cribraverit cinerem, cumque collegerit, dicit Lex, *& lavabit veſtes ſuas is qui cinerem vaccæ collegerit*, *& immundus erit uſque ad veſperam*; ad hæc verba doctores dixerunt, quod cum Deus dixerit, quod ſi veſtes polluat is qui hyſſopum in combuſtionem injecerit, eo magis is qui vaccam combuſſerit; & quando Lex dicit, *& qui combuſſerit eam*, *is lavet veſtes ſuas*, indicare vult eum qui ab initio ad finem operam dederit vaccæ, veſtes polluere, & lavari debere, & uſque ad veſperam immundum eſſe. Cæterum ab initio hujuſce libri jam dictus eſt ſenſus verborum, *polluit veſtes*, nempe, omnis veſtis vel vas quod tetigerit eo tempore, quo vaccæ comburendæ operam dabat, ipſo polluitur. Quando Deus dixit, *ſacrificium pro peccato illud eſt*, docet quod in vacca prævaricari poſſunt, proinde ſi quis Prutæ pretium inde perceperit, ſacrificium prævaricationis offerre debet, ſicuti is qui e ſacris altaris commodum aliquod perceperit, ſicuti expoſitum eſt in principio codicis de Prævaricatione. Dicit Lex לעולם *in perpetuum*, ſive ante combuſtionem, ſive poſt eam prævaricantur in ipſa, donec pulvis paratus ſit, ſed tum in hoc cinere nulla prævaricatio obtinet. Pariter quo-

dicitur, excepta collectione vaccæ, implementis, & ſacris, nam colligere poſſunt cinerem vaccæ nocte, & aquas haurire e puteo, & hoc vocatur מלואי *implementa*, quæ in cinerem immitti debent, quæ actio vocatur קדוש *conſecratio*, hæc omnia nocte agi poſſunt, & omnia opera per ſacerdotem agi debent, collectione cineris, implementis, & conſecratione, & aſperſionibus exceptis, quæ per gregarium Iſraëlitam peragi poſſunt; de cineris collectione dicit Lex, *& colliget vir mundus*, hinc elicitur quod collectio cineris per quemlibet Iſraëlitam fieri poſſit; & de aſperſione ſanguinis dicit, *& ſparget mundus ſuper immundum*, ſive is ſit ſacerdos, ſive non ſit ſacerdos.

והמלאכה פוסלת במים *Et opus reprobat per aquas*, quia Lex dicit, *& erit pro cœtu Iſraëlitico in cuſtodiam, pro aquis menſtruæ*, ſicuti ergo ſacrificium pro peccato opere reprobat, ita etiam aquæ reprobant opere ex quo hauriuntur. עד שיטילו את האפר *donec adjecerint cinerem*, nam cinerem vaccæ in aquas immittunt, ita ut cinis in aqua conſpici queat, & ex iſta maſſa conſpergunt immundum; ſi vero quis poſtquam cinis in aquam conjectus eſt, opus fecerit aliud inter ſpargendum, tum nulla reprobatio commiſſa eſt.

que licet cinerem colligere nocte, & abſque ſacerdote, nec reprobus ſit ritus de cinere removendo, licet interea temporis aliquod opus fecerit, ſicuti dictum eſt, in perpetuum prævaricantur in ipſa, donec cinis paratus ſit, & opera illius fiant per ſacerdotem, donec cinis factus ſit; ligna vero in vacca comburenda multiplicant, uſque dum ea in cinerem redacta ſit. Porro dicit Lex, *& colliget vir mundus*, quia omnia opera vaccæ per ſacerdotem fiant; dixero itaque quod collectio cineris etiam fiat per ſacerdotem? nequaquam. Lex enim dicit, *vir mundus*, docet itaque collectionem cineris per quemlibet virum peragi poſſe. Porro dicit auctor quod opus polluat aquis, donec cinerem adjecerint, quæ fundamenta ſemper in memoria teneas oportet, quia hæc Miſna iſtis innixa eſt. Aquæ vero affundebantur e fluvio, quæ aquæ vivæ dicuntur, quibus aliquid cineris adjiciebatur quocum miſcebantur aquæ, cineris autem tanta copia acquirebatur, quanta ſatis erat ut in aquis apparere poſſet, atque iſta mixtura vocatur in Lege מינדה *aquæ pro menſtruis purificandis*. Miſna vero eas vocat חטאת *ſacrificium pro peccato*, vocantur etiam מים מקודשים* *aquæ conſecratæ*; quando igitur in hoc codice legeris quicquam de מקודש *conſecrato*, & quod de ipſo inſervit ritibus Sanctuarii, id intelligitur in Lege per cinerem in aquas immiſſum. Et quando legeris voces ממלא, ממלאין, והממלא etiam intelligitur iſtius aquæ hauſtio quæ adjiciebatur cineri vaccæ, proinde aquis quæ adducebantur ad conſecrationem, non licebat uti ad alias res dum haſce aquas adhuc haurit, at non dum eas portat, vel ex uno vaſe in aliud effundit, & quando cinis nondum injectus eſt, opus reprobat; ſi vero cinerem injecerit, & is denuo מקודש *conſecratus* factus ſit, tum vacca non reproba facta eſt iſto opere, neque eo tempore dum fiebat ſparſio ſanguinis ſuper immundum. Dixerunt in Siphri, hinc conſtat quod opus in vacca duntaxat reprobet, ſed unde docetur de aquis? ex eo quod Lex dicit, *& erit pro cœtu Iſraëlitico in cuſtodiam pro aquis*, ſenſus eſt, quod aquæ ad menſtruas purificandas ſimiles ſint aquis vaccæ, videlicet, ſicuti vacca reproba fit opere, ita etiam aquæ. Porro ibidem, forſan conſecrarunt eam? nequaquam, *pro aquis menſtruæ*, ergo iſta jam erant aqua ad menſtruas purificandas, iſtæ nempe aquæ reprobæ fiunt opere, quæ hypotheſis tibi ſemper in memoria tenenda eſt, videlicet quid ſit קדוש, & מילוי etenim מלוי *hauſtio* opere fit reproba, & quia aquæ præcedunt cineri, proinde in iis opus non reprobat. Cæterum in Toſaphta dicitur, omnia illius opera fiunt die, collectione cineris, hauſtione, conſecratione, & aſperſione exceptis; ſed conſecratio & omnia illius opera fiunt per ſacerdotem, collectione cineris, hauſtione, conſecratione, & aſperſione exceptis; ſed de hoc mixtura nihil unquam conſecrant vel ſpargunt niſi in aliquo vaſe, omne enim opus reprobat in illa, collectione cineris & ſparſione exceptis.

פרק ה המביא כלי חרס לחטאת טובל ולן על הכבשן רבי יהודה אומר אף מן הבית הוא מביא וכשר שהכל נאמנים על החטאת ובתרומה פותח את הכבשן ונוטל רבי שמעון אומר מן הסדר השני רבי יוסי אומר מן הסדר השלישי׃

Caput 5. Si quis adduxerit vas teſtaceum pro ſacrificio pro peccato, immergit illud, & pernoctat apud fornacem. R. Jehuda dicit, etiam ſi e domo adduxit, bene ſe res habet, quia omnes fide digni ſunt de ſacrificio pro peccato. Sed ratione oblationis primæ aperit fornacem, & aufert. R. Simeon dicit, ex ordine ſecundo. R. Joſe dicit, ex ordine tertio.

R. OB. DE BARTENORA.

המביא כלי חרש לחטאת *Si quis adduxerit vas teſtaceum pro ſacrificio pro peccato*, ſi quis ad figulum ſe contulerit ut ab ipſo emat vas teſtaceum, cui cinerem vaccæ imponat, vel aquas ſacrificii pro peccato. *Immergit & pernoctat apud fornacem*, incipit ea cuſtodire in puritate ne quis plebejus illa attingat, antequam in fornace conflata ſint, quia opus eorum jam perfectum eſt pro immunditie recipienda. רבי יהודה אומר אף מן הבית הוא מביא וכשר *R. Jehuda dicit, etiam e domo is adducit, & bene ſe res habet*, quia hac in parte fidimus plebejo, ſi is dixerit quod cuſtodit ipſum in puritate ſacrificii pro peccato, ſicuti diximus capite tertio codicis de Feſtis Solennibus quod plebeji fide digni ſint de puritate vini, libaminum, & olei pro muneribus, ne unuſquiſque pro ſe ædificet, & vaccam rufam pro ſe ipſo comburat; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. ובתרומה *& ratione oblationis primæ*, ſi quis adduxerit vas teſtaceum ut oblatio prima ei imponatur, is aperiat fornacem, idque auferat, licet conflatio vaſis perfecta ſit, at non cuſtodia; etenim quia fornax nondum apertus fuit, & plenus eſt pulvere, tamen non ſuſpicamur plebejum forſan tetigiſſe illum, nam ratione oblationis primæ Sapientes non aggravarunt. רבי שמעון אומר מסדר השני *R. Simeon dicit, ex ordine ſecundo*, ſi plebejus aperuerit fornacem, & vaſa inde deſumpſerit, tum non ſumit de ordine primo, quia omnes eum apprehendunt; ſed de ordine ſecundo qui ſub primo eſt, id licet. R. Joſe aggravat, & vetat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המביא כלי חרש לחטאת *Si quis vas teſtaceum adduxerit, pro ſacrificio pro peccato*, ſive ad conſecrandum in iſto vaſe, ſive ad hauriendum, immergi debet in aquis, & pernoctare ſuper fornace in quo vas coctum eſt, donec aperuerit eum coram ipſo, & tum vas illud in puritate apprehenditur. Sed tibi jam expoſuimus in codice de Tentoriis, omnes eſſe fide dignos de vaſculo ſacrificium pro peccato comprehendente, quod id mundum ſit, quia Lex dicit, *& erit pro filiis Iſraëlis in cuſtodiam*, proinde omnes Iſraëlitæ apti ſunt ad cinerem cuſtodiendum, licet plebejus e domo ſua vaſculum adduxerit, idque mundum eſſe pro ſacrificio pro peccato affirmaverit, tamen is fide dignus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. *Sed ratione oblationis primæ aperit fornacem, & aufert*, fornacem videlicet aperit adſtante figulo, & accedit quiſquis voluerit, atque vas mundum pro oblatione prima accipit ex hoc furno aperto, quia plebejus vas teſtaceum polluit poſtquam id ipſum coctum fuerit, & adhuc in fornace eſt, atque a nemine contactum fuerit, vel e loco ſuo dimotum. *Dixit R. Simeon, ſumat ex ordine ſecundo*, & non e primo qui eſt e regione fornacis, quia plebejus aliquando attingere ſolet iſtud vas teſtaceum dum fornax aperitur. *R. Joſe dicit, ex ordine tertio*, quia vas teſtaceum aliquoties accipit ut id contempletur, & hinc id conjungitur cum vaſe quod ſub ipſo eſt in ordine ſecundo, poſtea vas de ordine primo deſumptum redit in locum ſuum, pro-

tat ne ſumatur de ordine ſecundo; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Joſen: Cæterum licet fornacem invenerit apertum, tamen omnia verſantur in ſuſpicione puritatis, & proinde ex ordine primo deſumi poteſt.

proinde de tertio ordine duntaxat ſumit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Joſen, ſed quicquid de fornace deſumptum eſt, licet apertus ſit, id habetur pro immundo.

ב המטביל כלי לחטאת במים שאינם ראוים לקדש צריך לנגב במים שהם ראויים לקדש אינו צריך לנגב אם להוסיף (ס"א לאסוף) לתוכו מים מקודשין בין כך ובין כך צריך לנגב:

2. Si quis vas immerſerit pro ſacrificio pro peccato in aquas quæ ad conſecrationem ineptæ ſunt, tum illud abſtergat; ſi illud immerſerit in aquas quæ ad conſecrationem aptæ ſunt, non eſt ut abſtergat. Si id fecerit ut aquas conſecratas adjiciat, ſive hoc ſive illo modo fecerit, abſtergat.

R. OB. DE BARTENORA.

המטביל כלי לחטאת *Si quis immerſerit vas pro ſacrificio pro peccato*, puta vas ablutorium quod aquis immerſerunt ut ei aquas indant, & eæ conſecrentur cinere vaccæ, quod immerſum erat aquis ad conſecrationem ineptis, quia aquæ lavacri ineptæ ſunt ad conſecrationem. צריך לנגב *abſtergat illud*, vas nempe abſtergendum eſt ne aquæ ineptæ conjungantur cum iis quæ aptæ ſunt ad conſecrationem; at ſi vas immerſum ſit aquis vivis quæ ad conſecrationem aptæ ſunt, tum non requiritur ut abſtergatur. אם לאסוף *ſi ad colligendum*, ad aquas conſecratas colligendas in illud; ſi vero immerſerit vas ut aquas in ipſum introducat quibus cinis jam adjectus eſt, tum iſtud abſtergendum eſt licet ante immerſus ſit aquis vivis, ne aquæ conſecratæ commiſceantur cum iis quæ non conſecratæ ſunt; inferius vero traditur quod ſi in ampullam ſacrificii pro peccato inciderint aquæ, reproba facta ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponendum tibi erit quod vas aquis impleri & conſecrari debeat, ſi vero id ſit vas teſtaceum, vel fuſile, immundum eſt, & immerguntur aquis, ut aquæ ſacrificii pro peccato iis imponantur; quamvis aquis lavacri jam immerſa ſint, quia iſtæ aquæ non valent ad conſecrationem, ſed fontanæ duntaxat, quia Lex dicit quod aquæ vivæ requirantur, idcirco abſtergendæ ſunt vaſa ab inquinamentis aquarum lavacri, & tum in iſtis vaſis conſecratio peragi poteſt. Si vero aquis vivis immerſa ſint iſta vaſa, tum non requiritur ut abſtergantur. Sin autem cogitaverit ſacerdos ſe iſtis vaſis impoſiturum aquas conſecratas, & non conſecraverit in ipſis vaſis, omnino ea tenetur abſtergere, quia non licet iis addere aquas, licet diminuta ſit menſura aquarum conſecratarum, ne commiſceantur, quia non ſunt conſecratæ in conſecratis. Sed ex quo aquæ cinericeæ pervenerint ad aquas fontanas vaſi inditas, tum requiritur ut inde conſpergatur, donec iſtæ aquæ conſummatæ ſint, nec novæ aquæ addi debent, licet adhuc aliquid cineris reſtet.

ג קרויה שהטבילוה במים שאין-ראויין לקדש מקדשין בה עד שתטמא נטמאת אין מקדשין בה רבי יהושע אומר אם מקדש הוא בה בתחלה אף בסוף יקדש בה אם אינו מקדש בה בסוף אף לא בתחלה בין כך ובין כך לא יוסיף (ס"א יאסוף) לתוכה מים מקודשים:

3. In cucurbita quæ aquis ad conſecrationem ineptis immerſa eſt, conſecrare poſſunt donec ea polluta ſit, ſi vero ipſa polluta ſit, non conſecrant in ea. R. Jehoſua dicit, ſi in illa conſecraverit ab initio, etiam in fine in ipſa conſecrare poteſt; ſi non conſecraverit in ipſa in fine, nec in principio conſecrabit in ipſa, ſive hoc ſive iſto modo, ne addat aquas conſecratas.

R. OB. DE BARTENORA.

קרויה Eſt cucurbita ſicca, & perforata ut in ea aqua hauriri poſſit. שהטבילוה *quam immerſerunt*, in ſignum excellentioris gradus pro ſacrificio pro peccato duntaxat, & non ad ſordes abluendas, etenim hic ſermo eſt de nova cucurbita, quæ nunquam polluta fuit. *In aquis ad conſervationem ineptis*, tum conſecret in ipſa poſtquam abſterſa eſt, namque non ſolliciti ſumus an cucurbita abſorpſerit aquas ad conſecrationem ineptas, quas poſtea denuo evomit. נטמאת אין מקדש בה *ſi ea polluta ſit, tum non conſecrat in ipſa*, licet poſtea denuo immerſerit eam, quia nobis ſuſpicio eſt quod evomit potus immundos ab ipſa abſorptos, Sapientes enim putant quod in aquis immundis magis aggravamus, quam in aquis ad conſecrationem ineptis. R. Jehoſua æquales ponit menſuras, nempe ſi timendum ſit ne vas aquas immundas, etiam timendum eſt ne ineptas emittat, verum ſive hoc ſive iſto modo, nempe ſive ab initio, ſi immerſerit cucurbitam aquis ad conſecrationem ineptis, & abſterſerit eam, ſive in fine quum ipſa polluta fuit, & immerſa aquis ad conſecrationem aptis, eamque abſterſerit, non adjiciet iis aquas conſecratas; quia ſuſpicamur quod forſan emittet; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרויה Eſt cucurbita qua aquas hauriunt e puteis, dicimus ergo, ſi quis omnem materiam in tali cucurbita contentam removerit, tum ipſa eſt inſtar alicujus vaſis lignei; at vero ſi homo quotidie in illa aquas haurire ſoleat, tum humores cum ipſa coaleſcere ſolent. Porro dicit auctor quod hæcce cucurbita, quando ea maceratur dum aquas hauriunt in ipſa ad conſecrationem ineptas, tum conſecratio in ipſa peracta, eſt legitima, quia nos non curamus aquas ab ipſa abſorptas & cum aqua ſacrificii pro peccato commixtas, quæ ipſum os ingrediuntur. Si vero polluta ſit cucurbita, licet eam immerſerint aquis ad conſecrationem aptis, tamen in ipſa non conſecrant, nam dum immunditiès eſt in ipſa, liquores in ipſam ingredientes, ſunt liquores immundi, & cum aquis ſacrificii pro peccato commiſcentur. Dicit R. Joſua, cum conſecratio in ipſa ante pollutionem peracta, ſit legitima, & non curemus liquores qui os illius intrarunt, proinde nec eos curamus poſt pollutionem, quia illa jam munda erat. Si vero poſt immunditiem rem curemus, tum non conſecramus in cucurbita ob liquores, nec conſecramus in ipſa, antequam polluta eſt leviſſime, quia liquores ex ipſa prodierunt, qui commixti ſunt cum aquis pro menſtruis purificandis. Cæterum doctor primus dicit, *ſive hoc ſive iſto modo*, id eſt, ſive antequam polluta fuerit, ſive poſtquam polluta fuerit, ſi immerſerint eam, licet in aquas vivas, tamen in cucurbitam non colligunt aquas conſecratas, ne aquæ quæ ex ipſa prodierunt, cum iſtis miſceantur, quia aquis pro menſtruis purificandis nihil addendum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ד שפופרת שחתכה לחטאת רבי אליעזר אומר יטביל

4. Fiſtula cava quæ diſciſſa eſt pro ſacrificio pro pec-

יטביל מיד רבי יהושע אומר יטמא ויטביל הכל כשרים לקדש חוץ מחרש שוטה וקטן רבי יהודה מכשיר בקטן ופוסל באשה ובאנדרוגינוס :

peccato, R. Elieʒer dicit, immergatur ſtatim. R. Jehoſua dicit, polluta eſt, proinde immergatur, omnes ſunt idonei ad conſecrationem, ſurdo, ſtulto, & parvulo exceptis. R. Jehuda parvulum idoneum dicit, ſed mulierem, & androgynum inidoneos dicit.

R. OB. DE BARTENORA.

שפופרת *Fiſtula cava*, e calamo fiſſo confecta, & aptata ut ei imponantur aquæ ſacrificii pro peccato, vel ejuſdem cinis, licet eam diſciderit חבר doctus & probus quiſpiam, qui non ſuſpectus eſt immunditiei. *R. Elieʒer dicit, immergatur ſtatim*, propterea is novit quod opus vaccæ ſit per eum qui die lotus eſt & occaſum ſolis adhuc expectat, ut mundus dici queat, quia vaſa in puritate perfecta, aquis immergenda ſunt conſecrationis ergo, ne forſan in vaſis remaneat ſputum quod ex ore plebeji exiit, ita ut ipſum adhuc madidum ſit dum perficiatur, & ſputum polluit. Quamvis autem hæc immundities non requirat occaſum ſolis, ſed immerſionem duntaxat, nihilominus tamen dictum eſt, quod hocce vaſculum quod pro ſacrificio pro peccato fecerunt, ſimile eſt ei qui mortuo pollutus eſt die ſeptimo ſuo, & polluit denuo homines & vaſa. Si vero de vacca locutus fuiſſet, occaſus ſolis neceſſarius fuiſſet, tum etiam vaſa occaſum ſolis deſiderarent. רבי יהושע אומר יטמא ויטביל *R. Jehoſua dicit, immundum eſt, propterea immergatur*, nam alio ſenſu non eſt diſcrimen, quia vaſa in puritate perfecta non requirunt occaſum ſolis ratione ſanctitatis; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam. הכל כשרים לקדש *omnes ſunt idonei ad conſecrationem*, omnes Iſraëlitæ mundi ſunt idonei ad cinerem in aquam conjiciendam, licet mulieres ſint, quia Lex dicit, *& vir mundus colliget cinerem vaccæ eamque deponet extra caſtra*, ubi voce איש *viri* includimus quemlibet Iſraëlitam, imo etiam mulierem dummodo pura ſit & ſapiat, ſtulto, & minorenni, quia non ſapiunt, exceptis. Cæterum poſt cineris collectionem dicitur, *hic ſit cultus ſacer*; ſed cultus non dividit inter utramque, hinc nos diſcimus, quod quiſquis aptus ſit ad cinerem colligendum, etiam aptus ſit ad conſecrationem illius. R. Jehuda parvulum dicit legitimum, ſed mulierem reprobat; nam ſi dicamus quod quis idoneus ſit ad collectionem cineris, is etiam idoneus ſit ad conſecrationem, tum Lex dicere debuiſſet, *& accipiet*, in numero ſingulari, de conſecratione, nam de collectione dicit, *& colliget*, quid ergo ſibi vult illud *& accipient*, licet enim illegitimi iſti illic ſint, legitimi tamen ſunt hic, ut parvulus, ſed non mulier, quia Lex dicit in maſculino genere, ונתן *& dabit*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis nobis eſt quod vaſa in puritate perfecta, aquis immergi debeant propter miniſterium ſacrum, at non dubium eſt quin ſacrificium pro peccato ſit res ſacra; ſed hæc jam expoſita ſunt in codice de Feſtis Solennibus. Dicit autem R. Elieʒer quod hoc factum ſit in excellentiorem vaſis gradum; & quamvis iſte vaſis gradus perfectus ſit in puritate, tamen immundum eſt & immergi debet, atque ſole occidente conſequitur puritatem ſuam. Si vero ſtatim immerſerit, eique aquas ſacrificii pro peccato impoſuerit, vel cinerem illius, tum ex hoc caſu Sadducæorum controverſia emergit, quia ſol nondum excidit pro hoc vaſe; proinde nos dicimus illis, hocce vas habet gradum impuritatis, & immergi debet, ſed occaſum ſolis non requirimus, ſicuti expoſuimus, quod opus vaccæ & quod ei annexum eſt, legitime peragi poſſit per eum qui die lotus eſt & occaſum ſolis adhuc expectat. Dicit autem R. Jehoſua, hoc non ſufficit, quia hæcce fiſtula eſt inſtrumentum immundum ex decreto Sapientum, ſicuti expoſitum eſt in codice de Feſtis Solennibus; ſed vas ratione immunditiei dubium polluit certo immundum; & tum iſta fiſtula immergi debet, & poſtea ea uti licet ad ſacrificium pro peccato, donec res certo innotuerit Sadducæis, quod nos in toto negotio ſacrificii pro peccato adhibere poſſimus viros qui die loti ſunt, licet occaſum ſolis nondum habeant. שפופרת eſt fiſtula ſive calamus excavatus ſublata omni ipſius medulla, vocaturque פלוס: Cæterum capite decimo ſexto codicis de Vaſis expoſuimus quod אבוב poſtquam medulla ipſius ablata eſt, vocetur פלוס, eſtque vas immunditiem recipiens, quando illud totum ex ligno conſtat, ſicut dicit Lex Levit. 19, 17. *Et accipient pro immundo de pulvere combuſtionis ſacrificii pro peccato, & adjiciet ei aquas vivas in vas*; quiſquis ergo reprobus eſt ad collectionem cineris, is etiam reprobus eſt ad conſecrationem illius. Dicit autem de collectione cineris, *& colliget vir mundus*, ubi voce טהור *mundi* includitur mulier. R. Jehuda dicit, quia Lex dixit, *& accipient*, & non, *& accipiet*, ſenſus eſt quod tam adultus quam adoleſcens rem perficere poſſit, at non mulier, nec androgynus, quia Lex dicit ונתן *& dabit* in maſculino genere, & non ונתנה in fœminino genere; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Elieʒer.

ה בכל הכלים מקדשים אפילו בכלי גללים בכלי אבנים ובכלי אדמה ובספינה מקדשין בה אין מקדשין לא בדפנות הכלים ולא בשולי המחץ ולא במגופת החבית ולא בחפניו מפני שאין ממלאין ואין מקדשים ואין מזין מי חטאת אלא בכלי אין מצילים בצמיד פתיל אלא כלים שאין מצילים מיד כלי חרס אלא כלים :

5. In omnibus vaſis conſecrant, in vaſis ſtercoreis, in lapideis, & in terreis, atque in navi. Non conſecrant in aſſeribus vaſorum, neque in vaſis magni fundo, neque in ſponda dolii, neque in pugillis, quia non hauriunt, neque conſecrant, neque ſpargunt aquas ſacrificii pro peccato niſi in vaſe. Non liberant ope conjunctorii niſi vaſa, quia non liberant e poteſtate vaſis teſtacei niſi vaſa.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל הכלים מקדשין *In omnibus vaſis conſecrant*, ſive lignea ſint, ſive oſſea, ſive vitrea, imo licet ſtercorea ſint, quia non habentur pro vaſis ratione immunditiei, nec ex inſtituto Legis, neque ex decreto ſcribarum, quia Lex dicit, מים חיים אל כלי *aqua vivæ in vas*, at non dicit אל הכלי cum He demonſtrativo. מחץ notat vas magnum teſtaceum, quod Arabice vocant אלמחגיר in una illius extremitate veluti aliqua anſa eſt, quæ vocatur שולי המחץ ita exponit Rambam. ואין מזין אלא בכלי *Et non ſpargunt niſi in vaſe*, oportet enim ut aquæ ſint in vaſis dum ſparguntur. *Non liberant quicquid in ipſis eſt*, ab immunditie tentorii mortui ope con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Num. 19, 17. *Et adjiciet ei aquas vivas in vaſe*, ad hæc verba dicit Maggid, Deum omnia vaſa ſubjeciſſe juri vaſis teſtacei, quando dixit אל כלי *in vas*, id eſt in omne genus vaſis, quia cæteroquin dixiſſet הכלי *illud vas*. Cæterum capite ſecundo codicis de Vaſis expoſuimus quod מחץ notat vas profundum quod interius incurvatum eſt, hinc dicimus שולי מחץ *fundus vaſis profundi*. ואין מזין אלא בכלים *Et non ſpargunt niſi in vaſis*, quia aquæ conſecratæ in vaſe eſſe debent, etiam eo momento quo ex ipſo ſpargunt. Præterea capite decimo codicis de Vaſis quoque expoſuimus, quod vaſa duntaxat ab immunditie liberant ope con-

conjunctorii, niſi vaſa duntaxat. שאין מצילין כלים מיד כלי חרש אלא כלים *quia non liberant vaſa e poteſtate vaſis teſtacei, niſi vaſa*, nam ſi reptile aliquod inciderit in vaſis teſtacei aërem, tum immnudum eſt quicquid in ipſo continetur, licet reptile nullam rem attigerit, præter vaſa quæ non polluuntur aëre vaſis teſtacei, ſicuti Lex dicit, *quicquid in ipſo eſt, id pollutum eſt de omni cibo qui comeditur*, proinde cibi & potus duntaxat ab aëre vas teſtacei polluuntur, at non vaſa polluuntur a vaſis teſtacei aëre; dicit auctor, *quod non liberant*, ſicuti dicitur capite primo codicis de Diebus Feſti intermediis, quod cinis fornacis ſit paratus; & Rabba dixit in Gemara, ita dicendum eſt, cinis fornacis eſt paratus.

conjunctorii in tentorio mortui; & octavo capite codicis de Vaſis expoſuimus, quod vaſa non polluuntur ab aëre vaſis teſtacei, nam ſi reptile aliquod inciderit in concavum illius, pollutum eſt omne id quod in ipſo eſt, præter vaſa duntaxat; & dixit quod non ſit ratio quod hæc non cohærent cum præcedentibus, ſed is putat ea quæ habentur pro vaſis ex quo illa ſunt vaſa.

ו ביצת היוצרים כשרה רבי יוסי פוסל ביצת התרנגולת רבי מאיר ורבי יהודה מכשירים וחכמים פוסלין :

6. Ovum figulorum eſt legitimum. R. Joſe id dicit illegitimum. Ovum gallinaceum ſecundum R. Meyr & R. Jehudam legitimum eſt, at ſecundum Sapientes illegitimum.

R. OB. DE BARTENORA.

ביצת היוצרים *Ovum figulorum*, ſi figulus aliquod vas conficere velit, tum prius aliquam maſſam orbicularem parare ſolet in figura ovi, cui receptaculum aliquod facit. כשרה *legitimum eſt*, ad aquas ſacrificii pro peccato conſecrandas. *R. Joſe illegitimum ſtatuit*, quia illud non cenſet eſſe aliquod vas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Ovum gallinaceum*, ratione corticis exterioris. *Sapientes vero illegitimum dicunt*, quia id non habent pro vaſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent figuli de luto aliquid abſcindere, idque abſtergere & ſeponere, & poſtea aliquam maſſam ſumere e qua vas conſtruant, quæ vocatur ביצה *ovum*, de quo tum facit quicquid lubuerit, atque iſtud vas quaſi terreum eſt, quia curvitates habet, propterea hauriunt in ipſo, & conſecrant; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, ſed ſecundum Sapientes.

ז השוקת שבסלע אין ממלאין בה ואין מקדשין בה ואין מזין ממנה ואינה צריכה צמיד פתיל ואינה פוסלת את המקוה היתה כלי וחברה בסיד ממלאין ומקדשין בה ומזין ממנה וצריכה צמיד פתיל ופוסלת את המקוה ניקבה מלמטן ופקקה בסמרטוט המים שבתוכה פסולים מפני שאינן עגולים כלי מן הצד ופקקה בסמרטוט המים שבתוכה כשרים מפני שהם עגולים כלי עשה לה עטרה של טיט והלכו המים לשם פסולים אם היה בריא כדי שינטל עמה כשרים :

7. In lapide perforato in petra, non hauriunt, neque conſecrant in ipſo, neque ſpargunt ex ipſo, neque conjunctorio indiget, neque lavacrum polluit. Vaſe conjuncto calce haurire licet, in ipſo conſecrare, ex ipſo ſpargere, & conjunctorium requirit, atque lavacrum reprobat. Si is inferius perforatus ſit, obſtruunt ipſum veteramento, aquæ vero in ipſo exiſtentes reprobæ ſunt, quia non circumeunt vas; ſi is a latere perforatus ſit, & veteramento obturatus, tum aquæ in ipſo exiſtentes ſunt legitimæ, quia vas circumeunt. Si ei fecerit coronam luteam, & eo fluxerint aquæ, reprobæ ſunt. Si illud ſit integrum, ita ut auferri poſſit cum ipſo, probæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

השוקת שבסלע *Lapis perforatus in petra*, eſt lapis oræ fontis adjacens, e quo aquæ in ipſum effluunt per foramen quod eſt in pariete ipſius, hujus lapidis ope quoque jumentis potum præbent; hic autem ſermo fit de petra contigua quam excavarunt, quæ non habetur pro vaſe, quia illa non habebat nomen vaſis dum avulſa erat, imo licet avulſa ſit, ſed compegerint eam & obturaverint tandem.

ואינה צריכה צמיד פתיל *Et non requirit conjunctorium aliquod*, ſi iſte lapis ſit in tentorio mortui, tum ab immunditie liberat quicquid in ipſo eſt, ope operculi duntaxat, & abſque conjunctorio, quia non habetur pro vaſe, ſed pro fovea vel ciſterna quæ ab immunditie liberant id quod in ipſis eſt ope tegumenti, abſque conjunctorio, ſicuti docuimus capite quinto codicis de Tentoriis.

ואינה פוסלת את המקוה *Sed non inficit lavacrum*, ſi ex lapide perforato aquæ inciderint in lavacrum, tum non habentur pro aquis hauſtis quæ inficiunt lavacrum. פקקה *ſi obſtruxerit eum*, ac ſi dixiſſet סתמה *obturaſſet eum.*

מפני שאינן עגולים כלי *Quia non circumeunt vas*, ac ſi dixiſſet, quod vas non circumdet aquas, quia foramen quod inferius eſt, lapidem eximit a jure vaſis, quia obturatio ope veteramenti facta non efficit ut habeatur pro vaſe; at ſi foramen ſit in medio, tum naturam vaſis habet, proinde aquas in ipſo conſecrare poſſunt, quia vas circumeunt, & hic eſt ſenſus verborum עגולים כלי *circumeunt vas.* עשה לה עטרה *ſi ei coronam fecerit*, ſi lapis perforatus evulſus ſit & calce obturatus, tum habetur pro vaſe, & ſi quis ei fecerit oram luteam undiquaque, & lapidem perforatum impleverit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוקת Notat locum fœdum in quo aquæ congregantur, & copia aquæ illic congregata vocatur שוקתות המים: dixit autem quod ſi in monte ſit effoſſio quædam, & illius figura redeat ad hocce vas, ſicuti plerumque in montibus inveniri ſolet, tum nos illam rem non habemus pro vaſe lapideo, ſed pro fovea, uti ipſa terra eſt, proinde in ipſo non hauriunt, neque conſecrant, neque ſpargunt ex ipſo. Sin autem iſte lapis in tentorio mortui poſitus ſit, tum conjunctorio non opus eſt, ſed foveæ & ciſternæ ſimilis eſt, quæ in domicilio exiſtunt, & ab immunditie liberant quicquid in ipſis eſt abſque conjunctorio, ſicuti expoſuimus capite quinto codicis de Tentoriis. ואינה פוסלת את המקוה *& non inficit lavacrum*, ſi aquæ effluant ex hoc lapide perforato, & in lavacris colligantur, quia tum non ſunt aquæ hauſtæ, ſicuti in codice de Lavacris expoſitum eſt. Si vero quis lapideum vas ſumpſerit, vel aliud quoddam, idque calce obleverit, vel luto tenui in ipſa terra, vel in montibus, tum id habet naturam vaſorum quibus hauriunt, & in quibus conſecrant, & e quibus ſpargunt, & non liberat ab immunditie id quod in ipſo eſt, ſi id in tentorio mortui conſtitutum ſit, niſi ope conjunctorii. Si vero hæc vaſa inferius perforata ſint, & quis illud foramen veteramentis quibuſdam obturaverit, quæ nos vocamus סמרטוט, tum aquæ in hoc vaſculo exiſtentes, ſunt reprobæ pro conſecratione & aſperſione, quia iſtæ aquæ non quieſcunt in circuitu vaſis. Si vero corona quadam lutea circumdatum ſit hocce vas dum illud petræ contiguum eſt, idque plenum ſit aquis donec circa oram effluant, quod autem eſt in circuitu illius, id lutum eſt

rit aquis uſque ad oram, tum aquæ ſunt reprobæ pro conſecratione, quia additamentum non habetur pro vaſe. ואם היה בריא *ſi integer ſit*, videlicet ſi hæc ora ſit valida in lapide perforato, ita ut ſi auferatur lapis, ſimul ora auferatur, tum aquæ legitimæ ſunt.

eſt quod ſuperioribus vaſis partibus additum eſt, tum non licet de hiſce aquis quicquam conſecrare, neque aſpergere de iis, ſi conſecratæ ſint, quia non ſunt in vaſe, ſed in petra diffuſæ. Si vero hocce lutum contiguum ſit ori vaſis, fieri poteſt ut id ipſum removeatur una cum vaſe, & tum lutum iſtud referri debet ad vas, eſtque vas terreum, & aptum ad conſecrationem & ſparſionem, ſicuti tibi dixi.

ח שתי שקתות שבאבן אחת קדש אחת מהם המים שבשניה אינן מקודשים היו נקובות זו לזו כשפופרת הנוד או שהיו המים צפין על גביהן אפילו בקליפת השום וקדש את אחת מהן המים שבשנייה מקודשים :

8. Duo foramina ſi in uno lapide ſint, & quis unum conſecraverit, tum aquæ in ſecundo exiſtentes, non ſunt conſecratæ. Si unum e regione alterius perforatum ſit ut fiſtula utris, vel aquæ contegant ſuper iis, licet in copia corticis allii, & conſecraverit unum ex iis, tum aquæ in ſecundo exiſtentes ſunt conſecratæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי שקתות שבאבן אחת *Duo foramina in uno lapide*; hic ſermo fit de lapide mobili, qui non habetur pro petra terræ infixa; hæc vero duo שקתות juri vaſorum expoſita ſunt. *Si unum ex iis conſecraverit*, ſi in alterutro poſuerit cinerem vaccæ cum aqua. כשפופרת הנוד *in fiſtula utris*, in forma calami ori utris impoſiti, nam ope illius vinum aut aquam in utrem immittunt; hujuſce calami menſura tanta eſſe debet ut duo priores digiti pollici vicini concavum illius intrare poſſint, ſed non pollex. *Vel aqua contegat ſuper iis*, ut, ſi paries medius dividat inter duo שקתות infra reliquos parietes. בקליפת השום *inſtar corticis allii*, quando ambo שקתות impleta ſunt, tum aquæ contegunt parietem medium in cortice allii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diſtinctio eſt inter id quod dicitur שוקת שבאבן & inter שוקת שבסלע quia סלע auctor vocat lapidem terræ infixum, qui naturam montium habet, אבן vero eſt lapis qui ubique dimoveri poteſt; fovea autem in qua is eſt, abſque dubio habenda eſt pro vaſe, proinde in ipſa hauriunt & conſecrant: Cæterum tibi conſtat quod Deus præceperit ut cinis in aquam conjiciatur. שפופרת הנוד *fiſtula utris*, intellige אבוב *calamum* ori utris impoſitum, ad vinum ex ipſo exſugendum, vel aquam, ſi igitur commixtæ ſint aquæ in hac fovea exiſtentes cum aquis quæ ſunt in alia fovea; vel ſi foramen quod eſt in interſtitio inter utrumque, ſit inſtar fiſtulæ utris, vel ſi aquæ contegant ſuper hoc interſtitio, donec una aqua cum altera conjungatur, & quis in alterutrum שוקת immerſerit cinerem, tum aquæ in iis jam conſecratæ ſunt.

ט שתי אבנים שהקיפן זו לזו ועשאן שוקת וכן שתי עריבות וכן השוקת שנחלקה המים שביניהם אינן מקודשים עשאם בסיד או בגבסים והן יכולות להנטל כאחד המים שביניהם מקודשים :

9. Si duo lapides ſibi invicem ſint impoſiti, & facti perforati, eodem modo duæ mactræ, & lapis excavatus diviſus ſit, tum aquæ inter illa exiſtentes non conſecratæ ſunt. Si illi refecti ſint calce, vel gypſo, & ſimul auferri poſſint, tum aquæ inter illa exiſtentes ſunt conſecratæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שהקיפן זו לזו *Si ſibi invicem impoſita ſint*, etenim verbum היקיף hic idem notat quod סמך *conjunxit*, hoc ſenſu dicitur in codice de Diebus Feſti Intermediis מקיפין שתי חביות *conjungunt duo dolia*. *Aquæ inter ipſas exiſtentes*, inter duas mactras, & inter fiſſuram שוקת: reliquæ vero aquæ ſunt conſecratæ, ſed in eas quæ ſunt in fiſſura, non incidit conſecratio. גפסים eſt ſpecies calcis, & albior ipſa calce, quæ barbare dicitur ייסו.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סיד *Calx*, barbare [illegible] dicitur. גפסים eſt idem quod חרסית tenuis pulvis qui barbare גיאס dicitur; ſi igitur vaſa firmiſſima conjunctione conjuncta ſint, tum interſtitium eorum quaſi unum ſit vas, & ex quo cinis projectus eſt in unum locum ex iis, tum omnes aquæ conſecratæ ſunt.

פרק ו המקדש ונפל הקדוש על ידו או על הצד ואחר כך נפל לשוקת פסול. נפל מן השפופרת לשוקת פסול נטל משפופרת וכסה או שהגיף את הדלת הקידוש כשר והמים פסולים זקפה בארץ פסול לתוך ידו כשר מפני שאיפשר (נ״א שאי אפשר) :

Caput 6. Si quis conſecret & conſecratio inciderit in manum ipſius, vel in latus illius, & poſtea inciderit in lapidem perforatum, reproba eſt conſecratio. Si aqua e fiſtula inciderit in lapidem perforatum, reproba eſt conſecratio; ſi eam ex fiſtula deſumpſerit, & contexerit, vel januam clauſerit, proba eſt conſecratio, aquæ vero reprobæ. Si poſuerit eum in terra, reproba eſt, ſi in manum ipſius, proba eſt, quia fieri poteſt, (quia fieri nequit.)

R. OB. DE BARTENORA.

המקדש *Si quis conſecraverit*, nempe aquas multas ſacrificii pro peccato, ut de cinere vaccæ aliquid indat aquis, hæc actio ubique in hoc codice vocatur קדוש *conſecratio*. או על הצד *vel in latus*, in latus vaſis. *Et poſtea inciderit in lapidem perforatum*, in aquas quæ ſunt in lapide perforato, tum iſtæ aquæ ſunt reprobæ pro ſparſione, quia Lex dicit Num. 19, 17. *Et accipient & dabit*, donec nempe cinis ope hominis alicujus in aquam immittatur.

נטל

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Num. 19, 17. *Et accipient pro immundo de pulvere combuſtionis ſacrificii pro peccato*, unde conſequitur eum qui colligit aquas ſive cinerem colligit, ſeorſim eſſe debere; proinde ſi in illius manum inciderit cinis, vel in latus vaſis, & poſtea in aquas inciderit, vel ſi effuderit pulverem e vaſe ſuo in aquas, hæ non ſunt aquæ conſecratæ, atque hæc eſt *conſecratio reproba*. Si vero quis retexerit fiſtulam in qua cinis eſt, & ſumpſerit inde quantum ſufficit

pro

נטל מן השפופרת וכסה *Si deſumpſerit e fiſtula & contexerit*, ſi cinerem e fiſtula ſumpſerit, atque fiſtulam contexerit antequam conſecraſſet, id eſt antequam cinis aquæ inditus fuerit. או שהגיף את הדלת *vel ſi clauſerit januam*, nempe ante conſecrationem. הקדוש כשר *conſecratio reproba eſt*, cinis nempe qui in ipſius manu eſt, quia opus in cinere non reprobat, ſicuti diximus. *Aquæ ſunt reprobæ*, quia opus factum eſt cum aquis, ſupra vero capite quarto expoſuimus quod opus reprobet in aquis, donec cinis adjectus ſit.

וקפה בארץ *Poſuerit in terra*, poſtquam cinerem e fiſtula deſumpſiſſet, fiſtulam in terra reliquerat, antequam cinerem in aquam immiſiſſet. *Illegitima eſt*, impletio ſive hauſtio aquarum, quia opus fecit cum aquis; ſi vero reliquerit fiſtulam in manu ſua, eamque manu ſua contexerit ut cinerem quæ in ipſa eſt, non diſperſerit, poſtea vero cinerem impoſuerit aquis, tum legitima eſt impletio iſta aquarum, quia hoc non habetur pro opere.

מפני שאי אפשר *Eo quod fieri nequit*, ut nempe cinis cuſtodiatur quæ in fiſtula eſt, niſi manu ſua illius os contegat, quia obturationem reſtituere nequit ori illius, niſi donec conſecraverit; aliter, *ſi erexerit eum in terra*, ſi cinerem in terra reliquerit, reprobus eſt cinis, quia Lex dicit, *in cuſtodiam*. Sin autem manui ſuæ impoſuerit cinerem, legitime egit, quia cinis conſervari poteſt, & propterea bene quadrat illud dictum Legis, *in cuſtodiam*, & propterea legimus, pro hiſce aquis, & deinceps obturaverit hancce fiſtulam in qua cinis eſt, vel domus oſtium clauſerit, vel ſimile quid egerit antequam cinerem conjecerit in aquas, tum hic cinis legitimus eſt, & dignus ut in aliam aquam conjiciatur, & conſacretur in ea, quia opus non reprobat in cinere. Sed iſtæ aquæ in quas cinerem hunc conjicere velit, jam profanatæ ſunt, quia fiſtulam denuo obturabit, vel oſtium claudet, antequam pulverem immiſiſſet in eam. Cæterum jam dixi tibi capite quarto hujuſce codicis, quod opus reprobet in aquis, donec cinerem adjecerit. Pariter ſi hæc fiſtula in terra poſita ſit, etiam reprobas reddidit haſce aquas, quia impoſitio fiſtulæ in terram eſt opus. Si vero eam manu ſua tenuerit, & ita contexerit ut diſpergi nequeat id quod in ipſa eſt de cinere, & poſtea cinerem in aquam conjecerit, tum res bene ſe habet, quia aliter fieri nequit, quia nos jam diximus hæc intelligenda eſſe ſi quis fiſtulam retexerit, & cinerem acceperit, nam ſi obturationem reſtituerit in fiſtula, tum aquas infecit; ſi vero illic ſit fiſtula in terra, tum aquas infecit, & ei nihil reſtat agendum quam ut cinerem injiciat, & poſtea reſtituat obturationem, fiſtulamque deponat de manu ſua, & faciat quicquid voluerit. Cæterum jam expoſuimus quod cinis vaccæ etiam קדוש *conſecratio* vocetur; hoc ſemper in memoria habendum eſt in hoc codice.

מפני שאפשר quia fieri poteſt.

ב היה קדוש צף על פני המים רבי מאיר ורבי שמעון אומרים נוטל ומקדש וחכמים אומרים כל שנגע במים אין מקדשין בו זלף את המים ונמצא קדוש מלמטן רבי מאיר ורבי שמעון אומרים מנגב ומקדש וחכמים אומרים כל שנגע במים אין מקדשין בו׃

2. Si conſecratio natet ſuper aquis, R. Meyr & R. Simeon dicunt, ſumat & conſecret. Sapientes vero dicunt, quod aquas tetigit, eo non conſecrant; ſi aquas ſparſerit & cinis inferius inventus fuerit, R. Meyr & R. Simeon dicunt, abſtergat & conſecret. Sapientes vero dicunt, quod aquas tetigerit, eo non conſecrant.

R. OB. DE BARTENORA.

היה קדוש צף על פני המים *Si cinis innatet aquis*, ſi multum cineris in aquam immiſerit, tum is poſtea vocatur קדוש *conſecratio*. נוטל ומקדש *ſumat & conſecrat*, ſumat de iſto cinere & ope illius conſecret alias aquas, etiam ope illius qui aquas tetigit, conſecret, & denuo conſecret quoties voluerit, dummodo abſtergat. זלף את המים *ſi ſparſerit aquas*, ſi de aquis conſecratis ſpargat ſuper hominem & vaſa, donec omnes conſumptæ ſint, cinere remanente in fundo vaſis; deciſio eſt ſecundum Sapientes in ambabus ſententiis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod cinis vaccæ vocetur קדוש *conſecratio*, ſi vero cinis vaccæ innatet aquis, dicunt R. Meyr & R. Simeon, quod ſacerdos de iſto cinere ſumere poſſit, & ope illius conſecrare aquas alias. Pariter ſi aquas conſecraverit, & poſt iſtas aquas cinis vaccæ inventus ſit in curvaturis vaſorum, dicunt R. Meyr & R. Simeon, quod iſte cinis abſtergi debeat, & ſecunda vice eum conſecret; Sapientes vero hoc non concedunt; deciſio in omnibus eſt ſecundum Sapientes.

ג המקדש בשוקת והטפי בתוכה אף על פי שפיו צר כל שהוא המים שבתוכה מקודשים אם היה ספוג המים שבתוכה פסולים כיצד יעשה זולף עד שהוא מגיע לספוג נגע בספוג אף על פי שהמים צפין על גביו כל שהן פסולים׃

3. Si quis conſecraverit in lapide excavato, & lenticula ei impoſita ſit, quantumvis anguſtum ſit os illius, aquæ in ipſa contentæ, ſunt conſecratæ. Si ſpongia ſit, tum aquæ in ipſa contentæ, ſunt reprobæ; quomodo faciet? ſpargit donec ad ſpongiam pertigerit, ſi ad ſpongiam pertigerit, licet quantulacunque aqua eam contegat, reproba eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

טפי Notat parvam lenticulam os habentem anguſtum, e qua aquæ guttatim effluunt. *Licet os illius ſit anguſtum*, anguſtius fiſtula utris aquis conſecratis pleni, & ad ſparſionem aptis, licet cinis vaccæ eo non pervenerit, quia iſtæ aquæ quaſi cum lapidis perforati aquis conjunctæ cenſentur. היה ספוג *ſi ſpongia ſit*, ſi in lapide perforato dum aqua hauriebatur ſit ſpongia aquis plena, tum iſtæ aquæ ſunt plenæ, quia requirimus ut aquæ vivæ ſint in vaſe, at ſpongia non eſt vas. זלף *ſi ſparſerit*, donec ad ſpongiam pertigerit, quando enim ſumpſerit aquas ut eas imponat ampullæ, tum omnes aquas effundit donec ad ſpongiam pervenerit, ſed de aquis in ſpongia exiſtentibus nihil effundit, ne aquæ reprobæ in ſpongia miſceantur cum aquis in lapide perforato, quæ legitimæ ſunt, & hoc modo omnes commiſceantur. נגע בספוג *ſi pertigerit ad ſpongiam*, ſi aquæ ſpongiæ expreſſæ ſint in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Vaſis quod טפי ſit vas quod anguſtiſſimum habet os, e quo liquores guttatim effluunt; ſi vero in vaſe ſint aquæ multæ, & in ipſo præterea vas aliud os habens anguſtum, quod etiam aquis plenum eſt, & quis cinerem vaccæ in vas immiſerit in quo multæ ſunt aquæ, tum iſtæ aquæ fiunt aquæ conſecratæ, cum aquis quæ ſunt in vaſe oris anguſti, quod etiam aquis plenum eſt, & ſi cinerem vaccæ immiſerit in vas in quo aquæ ſunt multæ, tum iſtæ aquæ fiunt aquæ conſecratæ in vaſe os anguſtum habente, quia aquæ inter ſe commiſcentur; licet autem illius os anguſtum ſit, & nihil cineris intraverit, tum aquas in lenticula exiſtentes non conſideramus abſtractas ab aquis in lapide perforato exiſtentibus. Spongia vero quæ eſt lana maris, non eſt vas; proinde aquæ in ipſa exiſtentes non ſunt aquæ conſecratæ; quia tibi ſuperius jam diximus quod in vaſe

in lapide perforato, & aquæ illegitimæ commixtæ ſint cum legitimis, & ſic omnes reprobæ factæ.

vaſe duntaxat conſecrant, hic arte quadam utuntur ut effundant quicquid fuerit in hiſce aquis, & non pertigerit quicquam ad hancce ſpongiam, nam ſi quid aquæ ad ipſam pertigerit, faciet ut effluant de aquis quæ in ſpongia ſunt, quæ non ſunt conſecratæ ſicuti expoſitum eſt, ſed commixtæ cum aquis conſecratis, ita ut omnes aquæ depraventur; ſed hæc ſuperiori capite jam expoſita ſunt.

ד נתן ידו או רגלו או עלי ירקות כדי שיעברו המים לחבית פסולים עלי קנים ועלי אגוז כשרים זה הכלל דבר שהוא מקבל טומאה פסול ודבר שאינו מקבל טומאה כשר :

4. Si poſuerit manum ſuam, vel pedem ſuum, vel folia olerum, ut aquæ in dolium tranſeant, reprobæ ſunt. Si folia calamorum & nucum, ſunt legitimæ: hoc generale eſt, quod immunditiem recipit, id illegitimum eſt, quod vero non recipit immunditiem, id legitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נתן ידו או רגלו *Si dederit manum ſuam, vel pedem ſuum*, ſi defluxus aliquis de monte deſcendat obliquo, & non deſcendat in dolium quod nonnemo implere voluerit pro conſecratione, & pedem ſuum poſuerit in ſummitate montis, ut canalem aliquem faciat per quem aquæ tranſeant juxta manum ſuam ad dolium conſecrationis. Pariter folia olerum quæ apta ſunt ut comedantur, & immunditiem recipiunt ſi adhibuerit, aquæ ſunt reprobæ, ſicuti docuimus capite ſecundo codicis de Sacrificiis, quia Lex dicit, *congregatio aquæ*, hinc eſſentia aquæ munda eſt ope rerum purarum, licet e loco ubi dicitur, *congregatio illa eſt*, nos docemus omnes aſperſionem, & e ſenſu Legis colligimus eſſentiam omnium aquarum quæ purificant, ope puritatis purificare ſive tu iſtarum aquarum eſſentiam tribueris lavacro, ſive impletioni pro conſecrata aqua ope rei quæ non recipit immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod folia olerum polluantur immunditie ciborum, quia continentur ſub genere ciborum, proinde dicitur, ſi quis impleverit aquis dolium, tum illud conſecrare tenetur ſecundum conditiones implendi, ut conſecratio fiat in vaſe. Si vero aquas adjuverit, ut iſtæ per vas fluant ope manus, vel pedis ipſius, vel rei alicujus immunditiem recipientis de cibis, tum id reprobatur, quia aquæ in vaſe non ſunt impletæ, & hoc aſſimilatur ei qui hauſerit eas, vel e fonte deduxerit, atque in dolium poſuerit. In Toſaphta dicitur, ſi quis percuſſerit manibus, pedibus, & luto tenui lapidis perforati, reprobum eſt, quia aquæ non impletæ ſunt in vaſis. Si vero adjuverit aquas ut iſtæ perveniant ad hocce vas ope rei quæ non recipit immunditiem, tum iſtæ aquæ ſunt legitimæ, quia iſtæ res quæ in hoc caſu aliquam operam præſtiterunt, ſimiles ſunt lapidi per quem aquæ impletionis fluunt. Si vero ſint in dolio ad quod aquæ pervenerunt, tum nos requirimus fluxionem ſuper rem quæ non recipit immunditiem, quæ ſunt aquæ vivæ, cujuſmodi ſunt in fonte, & non vocantur hauſtæ, niſi donec ad dolium pertigerint, ſicuti expoſitum eſt in codice de Lavacris.

ה המפנה את המעיין לתוך הגת או לתוך הגבים פסולים לזבים למצורעים ולקדש בהן מי חטאת מפני שלא נתמלאו בכלי :

5. Si quis fontem evacuet in torcular, vel in foveas, tum iſtæ reprobæ ſunt pro feminifluis, leproſis, & ad conſecrandum in iis aquas ſacrificii pro peccato, quia non impletæ ſunt in vaſe.

R. OB. DE BARTENORA.

המפנה את המעין לתוך הגת *Si quis evacuet fontem in torcular*, ſi quis a fonte uſque ad torcular fecerit foveam aliquam, ut per eam ducat aquam a fonte ad torcular, & poſtea abduxerit eas. גת hic notat puteum quem faciunt coram torculari, ut vinum in ipſo recipiatur. גבים *foveas*, hanc vocem eo ſenſu occurrentem videſis 2 Reg. 3, 16. Et per ejuſmodi foſſas ducuntur aquæ. פסולין לזבים *reprobæ ſunt pro feminifluis*, pro immerſione, quia non ſunt aquæ vivæ. *Et pro leproſis*, quia aquæ vivæ requiruntur quibus leproſus conſpergendus eſt cum ſanguine avis. ולקדש מי חטאת & *ad aquas ſacrificii pro peccato conſecrandas*, requiruntur enim aquæ vivæ, hæ vero quia deſinunt, non ſunt aquæ vivæ. Quod auctor tradit, *eo quod non impletæ ſunt in vaſe*, ejus ratio eſt quod reprobent conſecrationem omni modo, licet quis conſecraverit in torculari, vel in ipſis foſſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt quod in latere fontis ſit labrum effoſſum, vel torcular, in quem fontem homo immittit manum ſuam, ut inde aquæ aſcendant in hocce labrum, ut aquæ fontanæ aſcendant & impleatur hocce labrum, tum iſtæ aquæ, quæ ſunt in hocce labro, non aptæ ſunt ad immerſionem feminiflui, quia non ſunt aquæ vivæ, at vero feminifluus duntaxat aquis vivis purificatur. Præterea non convenit ut de hiſce aquis quicquam ſumatur pro purificatione leproſi, ad quam referri debet id quod dicitur, *in vaſe teſtaceo ſuper aquis vivis*, hinc oportet ut iſtæ aquæ deſumptæ ſint e fonte in vaſe teſtaceo; ſic etiam de aquis ſacrificii pro peccato dixit, *affundantur ei aquæ vivæ in vaſe*, ut colligitur quod iſtæ aquæ e fonte hauriendæ ſint; & hoc ita fit, *quia non impletæ ſunt in vaſe*, ita ſtatuente auctore, quia illegitimæ ſunt pro leproſis, & pro aquis ſacrificii pro peccato conſecrandis. Sed pro feminifluis non valent ſi in vaſe hauſtæ ſint, quia denuo fiunt aquæ hauſtæ, & reprobæ pro omnibus immundis.

פרק ז חמשה שמלאו חמשה חביות לקדשן חמשה קדושין ונמלכו לקדשן קדוש אחד או לקדשן קדוש אחד ונמלכו לקדשן חמשה קדושין הרי כולן כשרים יחיד שמלא חמשה חביות לקדשן חמשה קדושין ונמלך לקדשן קדוש אחד אין כשר אלא אחרון לקדשן (ס"א) קדוש אחד ונמלך לקדשן חמשה קדושים אין כשר אלא זה שקידש ראשון אמר לאחד קדש

Caput 7. Si quinque impleverint quinque dolia, ad quinque conſecrationes conſecrandas, & poſtea cogitaverint de unica duntaxat conſecratione; vel ſi prius de unica conſecratione cogitaverint, & poſtea quinque perfecerint, tum omnes rectæ ſunt. Si unus impleverit quinque dolia ad quinque conſecrationes perficiendas, poſtea unicam modo perfecerit, ultima tantum recta eſt. Si cogitaverit de unica conſecratione, & poſtea perfecerit quinque, prima tantum recta eſt. Si dixerit cuipiam, *conſe-*

cra

קדש לך את אלו אין כשר אלא ראשון קדש לי את אלו הרי כולם כשרים :

cra tibi haſce, prima tantum recta eſt; ſi dixerit, *conſecra mihi haſce*, omnes rectæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

לקדשן חמשה קדושין *Ad quinque conſecrationes peragendas*, ſi unumquodque dolium ſeorſim impleverit, & poſtea cogitaverit ex omnibus unam perficere conſecrationem, quapropter omnia iſta dolia evacuavit in unum vas magnum. *Tum omnes ſunt legitimæ*, etenim quia unuſquiſque ſuum vas implet, hinc nullum fit opus quod reprobat aquas inter implendum, quum cinis adjicitur aquis. *Unus ſi quinque dolia impleverit* &c. *tum ultima impletio duntaxat legitima eſt*, quia prima impletio reproba facta eſt opere quod fecit, quando dolium ſecundum implebat, antequam primo vaſi impoſuiſſet cinerem. Pariter ſecunda impletio reproba facta eſt, quando implevit dolium tertium, & ſic porro omnes. Si vero ab initio quinque dolia impleviſſet, unum poſt aliud, imo licet centum impleverit, ut unam perficiat conſecrationem, ut, ſi multa vaſa conſpergenda ſint, tum unum non reprobat alterum, ſed omnia ſunt legitima, quia ſub una impletione continentur omnes. At vero ſi ab initio impleverit pro quinque conſecrationibus, tum una reprobat aliam, quia opus reprobat aquis donec cinis adjectus ſit, proinde ultima impletio duntaxat legitima eſt.

ונמלך לקדשן חמשה קדושין *Et cogitaverit de quinque conſecrationibus*, ſi unamquamque conſecrationem ſeorſim perfecerit. *Tum nulla legitima eſt niſi prima*, quia prima conſecratio cenſetur aliquod opus pro aliis quæ impleta ſunt, ſi cinerem non adjecerit, nam donec cinerem adjecerit, opus reprobat aquis.

אמר לאחר קדש לך את אלו *Si uni dixerit, conſecra tibi has*, ſi unus impleverit quinque dolia ad unam conſecrationem perficiendam, & dixerit alii cuipiam, conſecra tibi haſce, & iſte alius quinque conſecrationes perfecerit, tum prima tantum legitima eſt, nam cum dixerit, conſecra tibi, & eas dederit illi, proinde ei imputantur perinde ac ſi ipſe eas impleſſet; conſecratio vero illa quam prius conſecravit, facta eſt opus aliquod quo aliæ reprobentur. *Si vero dixerit, conſecra mihi haſce*, tum omnes rectæ ſunt, quia is qui implevit, non fecit opus, & conſecravit eas quæ ad ipſum non pertinent, ut inficerentur per ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Memineris ex iis quæ præceſſerunt, quod aquæ impletio ſit opus quod reprobat impletione, donec cinis adjectus ſit. Cæterum in Toſaphta dicitur, ſi unus impleverit pro aliis, imo licet centum conſecrationes peregerit, id eſſe licitum; ſi vero pro ſe ipſo vas impleverit, tum prima impletio jam reproba facta eſt, quia jam opus fecit antequam cinerem adjeciſſet, & hocce opus impletionem ſecundam comprehendit, dum illic ſunt aquæ conſecratæ. Si vero impleverit vaſa multa diverſis vicibus, ut ex iis faciat aliam conſecrationem, hoc ei licet, quia ſe res habet ac ſi una vice hauſiſſet. Senſus vero quinque conſecrationum talis eſt, cinis immittitur in quodlibet dolium ſeorſim, poſtea aquæ commiſcentur, & una vice cinis conjicitur in omnia vaſa, hoc ſenſu dicit auctor, ſi multa ſint vaſa, & quodque vas impleverit, ad unum vas ſeorſim conſecrandum, bene ſe res habet, & ex omnibus una fieri poteſt conſecratio, vel contra, omnes ſunt legitimæ, quia hic nihil factum eſt reprobi. Si vero unus quinque dolia conſecraverit, & unum poſt alterum impleverit, tum primum infectum eſt propter impletionem ſecundi, & pariter ſecundum propter impletionem tertii, & ſic porro, ſicuti expoſuimus. Sed dolium ultimum poſt quod nullum opus factum eſt, rectum eſt, quia poſtea nihil impletum eſt. Sed hoc jus duntaxat obtinet, ſi cogitaverit de una conſecratione, quia hoc ei nihil prodeſt a tempore impletionis; ſed cum impleverit dolia ad quatuor conſecrationes perficiendas, verum poſtea ſententiam ſuam mutaverit, & unum vas poſt aliud impleverit, atque unam tantum conſecrationem perfecerit, tum illa ſunt recta, licet una conſecratione conſecrata ſint. Si vero denuo ea conſecraverit quinque conſecrationibus, tum dolium in quod cinerem prius immiſit, rectum eſt, ſive cinerem immiſerit in dolium quod prius implevit, vel poſterius, quia aquæ omnes legitimæ ſunt, quandoquidem nihil reprobi accidit in impletione, quicquid autem ex hiſce doliis conſecraverit, id reprobum eſt, quicquid enim de aquis reliquum fuerit, id reprobum eſt, quia impletio facta eſt ſuper una conſecratione. Sin autem quis alii dixerit, conſecra tibi hæcce dolia, & is in locum illius ſucceſſerit, tum dolium quod prius conſecratum eſt, duntaxat rectum eſt, quia omnia una impletione continentur. At vero ſi dixerit, conſecra mihi iſta dolia, tum omnia ſunt recta, quia homo præterea multas peragere ſolet conſecrationes, unam poſt aliam, & hoc modo nihil reprobi accidit, ſicuti expoſuimus in Toſaphta, ſi quis conſecraverit pro ſocio ſuo, unum poſt aliud, tum omnia vaſa ſunt recta, quia hic non eſt iſte homo qui implevit.

ב הממלא באחת ידו ועושה מלאכה באחת ידו הממלא לו ולאחר או שמלא לשנים כאחת שניהם פסולין שהמלאכה פוסלת במלוי בין לו בין לאחר :

2. Si quis una manu impleverit, & altera manu ſua operatus fuerit, vel ſi quis pro ſe & pro alio impleverit, vel pro duobus ſimul impleverit, tum ambæ ſunt reprobæ, quia opus reprobat impletione, tam pro ſe, quam pro alio.

R. OB. DE BARTENORA.

ועשה מלאכה בידו אחת פסול *Et operatus fuerit una manu ſua, reproba eſt*, impletio nempe, quia ſub opere comprehenditur. *Pro ſe & pro alio ſimul*, tum ambæ ſunt illegitimæ, etenim quia illa impletio duos ſpectat homines, proinde unum opus eſſe cenſetur pro ſocio ſuo. *Sive pro ſe ſive pro alio*, licet aquæ ipſius non reprobent opere inter implendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בין לו בין לאחר *Sive pro ſe, ſive pro alio*, ſenſus eſt quod res eadem ſit, ſive pro ſe, ſive pro aliis impleverit, ſi inceperit operam dare alii inter implendum, tum reprobe egit, hauſtio enim continetur ſub operibus, proinde ſi pro duobus impleverit una hauſtione pro unoquoque opere, tum reprobam fecit hauſtionem pro alio, idcirco ambæ ſunt reprobæ.

ג המקדש באחת ידו והעושה מלאכה באחת ידו אם לו פסול ואם לאחר כשר המקדש לו ולאחר שלו פסול ושל אחר כשר המקדש לשנים כאחד שניהם כשרין :

3. Si quis conſecraverit una manu ſua, & operatus fuerit altera manu pro ſe, reproba eſt, ſi pro alio, proba eſt. Si quis pro ſe & pro alio conſecraverit, tum ipſius conſecratio reproba eſt, alterius vero proba. Si quis pro duobus ſimul conſecraverit, tum ambæ probæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אם לו פסול *Si pro ipſo, reproba eſt*, conſecratio ipſius reproba eſt, quia opus forſan anteceſſit conſecrationi, ut aquæ reprobæ factæ ſint, ואם לאחר *ſi vero pro alio*, tum conſecratio recta eſt, quia poſſeſſor aquæ nullum opus peregit. *Si quis ſibi & aliis conſecraverit*, & ambæ conſecrationes ſimul factæ fuerint; vel ſi pro alio prius conſecraverit, & poſtea pro ſe. *Tum ipſius reproba eſt*, quia ſocii ſui conſecratio ſit opus aliquod quo aquæ inficiuntur. *Ambæ ſunt rectæ*, quia ipſius aquæ non infectæ ſunt manu ipſius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם לו פסול *Si ipſius ſit, reproba eſt*, ſi nempe pro ſe ipſo conſecraverit, reproba eſt conſecratio, quia una manu opem ferebat dum ſumebantur aquæ, proinde ipſius aquæ reprobæ factæ ſunt, antequam iis addidiſſet pulverem, idcirco in aquas reprobas duntaxat aquam immiſit. Si vero pro alio conſecraverit, & non pro ſe, tum de hiſce aquis nihil ad ipſum pertinet, & conſecratio recta eſt, quia non pro ſe ipſo operam navavit dum aquas ſumebat. Si vero dixeris eum jam ſtudio ſumpſiſſe aquas dum conſecrabantur, jam noſti quod conſecratio non fiat reproba opere; at ſi pro ſe ipſo conſecraverit, tum conſecratio illius reproba facta eſt, quia incepit operam dare antequam cinerem injecerit in haſce aquas, quæ hauſtæ ſunt, opus vero aquas inficit, donec cinerem injecerit, & propter hanc rationem ſi ſibi & aliis conſecraverit uno tempore, tum id quod pro ipſo conſecravit, reprobum eſt, quia ille opus ſuum jam inchoaverat antequam cinerem in aquas ſuas immiſiſſet, proinde opere ſuo infectæ ſunt. Si vero pro duobus conſecraverit ſimul, tum ambæ conſecrationes rectæ ſunt, ſecundum hypotheſin quam tibi ſignificavi, quia ei non eſt poteſtas operam dandi aquis infectis, quas præter ſcopum hauſit; hæc recte intelligas & memoriæ mandes volo.

ד קדש לי ואקדש לך הראשון כשר מלא לי ואמלא לך האחרון כשר קדש לי ואמלא לך שניהם כשרים מלא לי ואקדש לך שניהם פסולים:

4. (Si dixerit,) conſecra pro me, ego conſecrabo pro te, tum prima recta eſt. (Si dixerit,) imple pro me, ego implebo pro te, tum ultima recta eſt. (Si dixerit,) conſecra pro me, ego implebo pro te, tum ambæ ſunt rectæ. (Si dixerit,) imple pro me, ego conſecrabo pro te, tum ambæ ſunt reprobæ.

R. OB. DE BARTENORA.

קדש לי ואקדש לך *Conſecra mihi, ego conſecrabo tibi*, ut, ſi quiſque impleverit aquas pro ſe, & poſtea hic conſecraverit aquas illius, & contra, tum id quod primus pro ſocio conſecravit, recte conſecratum eſt, quia ſocius nullum opus fecit niſi poſtquam aquæ illius conſecratæ ſunt; ſed ex quo conſecratæ ſunt aquæ, opus non amplius reprobat. Quod autem pro primo conſecravit ſecundus, id reprobum eſt, quia primus reprobas reddidit aquas ex eo quod conſecravit aquas ſecundi antequam ipſius aquæ conſecratæ ſunt. מלא לי ואמלא לך *impleto mihi, ego implebo tibi*, tum ultima impletio recta eſt, ſed prima impletio reproba eſt, videlicet aquæ quæ prius impletæ ſunt, quia iſtæ reprobæ factæ ſunt opere impletionis pro ſocio factæ. קדש לי ואמלא לך *Conſecra mihi, ego implebo tibi*, quia is habebat impletas, proinde ſocio ſuo dixit, conſecra mihi aquas meas, poſtea ego tibi implebo, tum ambæ ſunt legitimæ, quia opus non reprobat poſt conſecrationem; hujuſce vero cujus aquæ impletæ ſunt, legitimæ ſunt, nam ex quo aquæ impletæ ſunt, non fecit opus. *Impleto mihi, ego conſecrabo tibi*, alius cui erant aquæ impletæ, dixit ei, tu pro me prius impleto, poſtea ego pro te conſecrabo, tum ambæ ſunt illegitimæ, nempe illius qui implevit antequam conſecratæ eſſent aquæ ipſius, & illius qui pro ſocio ſuo implevit ex quo impletæ ſunt ipſius aquæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc tria fundamenta recte obſervanda ſunt, ut, ſi quis conſecraverit pro mercede, tum hæc conſecratio atque ſparſio ſunt reprobæ; nam capite tertio codicis de Primogenitis jam dictum eſt, ſi quis ſumpſerit mercedem pro ſparſione, & pro conſecratione aquæ, ipſius aquæ ſimiles ſunt aquis ciſternæ, & cinis illius eſt cinis combuſtionis. Secundum fundamentum eſt, quod pro impletione aquarum liceat mercedem ſumere. Tertium eſt quod aliquoties diximus, nempe, quod opus reddat aquas reprobas, donec adjecerint cinerem, hiſce fundamentis conſtitutis ſi quis dixerit cuipiam, conſecra pro me, ego pro te conſecrabo, tum recte conſecratum eſt id quod ab initio conſecratum eſt; quod vero in fine conſecratum eſt, id male conſecratum eſt, quia pro mercede conſecravit perinde ac ſi detulerit id quod coram ipſo eſt, & pro ſe ipſo fecerit, & commutationem aliquam inſtituerit de eo quod pro ſe conſecravit vere. Sin autem quis dixerit cuipiam, imple pro me, ego implebo pro te, tum reprobum eſt id quod ab initio conſecratum eſt, quia inter implendum intendit ut pro ſe impleret, hæc eſt commutatio, perinde ac ſi pro ſe impleviſſet, & pro alio ſimul, qui prævenit, quia hoc reprobum eſt, quod vero in fine impletum eſt, id rectum eſt, quia is pro mercede implevit. Si vero quis dixerit cuipiam, tu pro me conſecrato, tum utrumque bene ſe habet, & conſecratio ab initio facta, eſt legitima, licet homo videatur quaſi opus facere inter conſecrationem, quia hoc eſt abſque damno conſecrationis, quod vero poſterius conſecratum eſt, id recte conſecratum eſt, quia implevit pro mercede, atque hoc licet, & contrarium eſt ei quod expoſuimus.

ה הממלא לו ולחטאת ממלא את שלו תחלה וקושרו באסל ואחר כך ממלא את של חטאת ואם מלא את של חטאת תחלה ואחר כך מלא את שלו פסול נותן את שלו לאחוריו ואת של חטאת לפניו ואם נתן את של חטאת לאחוריו פסול היו שניהן של חטאת נותן אחד לפניו ואחד לאחוריו וכשר מפני שאי אפשר (ס"א שאפשר):

5. Si quis pro ſe & pro ſacrificio pro peccato impleat, is cadum ſuum implet prius, eumque alligat perticæ, & poſtea implet cadum pro ſacrificio pro peccato. Si vero cadum ſacrificii pro peccato impleverit prius, & poſtea ſuum, male habet. Suum ponat poſterius, & cadum ſacrificii pro peccato anterius; ſi vero ſacrificii pro peccato cadum poſterius poſuerit, male habet. Si ambo ſacrificio pro peccato deſtinati ſint, tum unum ponat anterius, alterum vero poſterius, id bene ſe habet, quia fieri nequit.

R. OB. DE BARTENORA.

הממלא לו ולחטאת *Si quis pro ſe & pro ſacrificio pro peccato imple-*

pleve-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הממלא לו ולחטאת *Si quis pro ſe & pro ſacrificio pro pec-*

cato

pleverit, ſi quis aquas impleverit partim in uſum ſuum, partim vero ut cinerem adjiciat ſacrificii pro peccato. כאסל *pertica*, vecte, etenim ii qui aquas hauriunt, ſolent vectem imponere humeris ſuis, cado uno pendente ab una extremitate anteriori, altero vero ab altera extremitate poſteriori. *Et poſtea impleverit ſuum, male egit*, operis ergo. *Et cadum ſacrificii pro peccato ante ſe*, at aquæ cuſtodientur optime. *Si vero cadum ſacrificii pro peccato poſuerit ante ſe*, perverſe egit, quia Lex dicit, *in cuſtodiam pro aquis menſtruæ*, ergo aquæ menſtruæ ſunt dum cuſtodiuntur, ſed non ſunt aquæ menſtruæ dum non cuſtodiuntur. *Si ambo ſint pro ſacrificio pro peccato*, quandoquidem ſibi in memoriam revocat cadum quem anterius ponit, proinde etiam meminit illius quem poſterius ponere ſolent; & hoc, *quia fieri poteſt*, ac ſi dixiſſet, quod fieri poſſit ut qui poſterius ponitur, aſſervetur juxta eum qui anterius ponitur.

cato impleverit, ſi quis impleverit id quod ipſi deſtinatum eſt, ſive ad bibendum, ſive ad lavandum, & alius quisquam impleverit pro conſecratione, is vero debuerit conſecrare id quod ipſi deſtinatum eſt, donec aquæ ſacrificii pro peccato nondum reprobæ factæ fuerint opere. Cæterum in codice de Tentoriis jam expoſitum eſt quod אסל ſit calamus quem humero imponunt cui aliquid appenditur quo onus fertur; Lex dicit, *pro cuſtodia*, *pro aquis menſtruæ*, ergo aquæ menſtruæ ſunt dum cuſtodiuntur, proinde eas ante ſe ponit, donec in conſpectu ipſius cuſtodiantur. Sin autem duos cados impleverit, tum id fieri nequit, ſed unum coram ſe ponit, alterum vero a tergo.

ו המוליך את החבל בידו לדרכו כשר ושלא לדרכו פסול זה הלך ליבנה שלשה מועדות ובמועד שלישי הכשירו לו הוראת שעה׃

6. Si quis reduxerit funiculum manu ſua in via ſua, bene habet, ſi non in via ſua, male habet. Nonnemo ſe contrahit Jabnen per tria feſta ſolennia, tertio autem feſto approbarunt doctrinam pro iſto tempore.

R. OB. DE BARTENORA.

המוליך את החבל בידו לדרכו *Si quis duxerit funiculum manu ſua in viam ſuam*, poſtquam impleverit ſitulam ope funiculi, reddiderat funiculum domino ſuo in via ſua, ita ut non opus eſſet viam ſuam obliquam reddere vel dilatare, ſed ſecundum greſſum ſuum invenerit dominum funiculi, & reddiderit ei ſuum, hoc non eſt opus, & impletio legitima eſt. שלא לדרכו *non in via ſua*, ſi incurvaverit viam ſuam ut reſtituerit funiculum, illud eſt opus, & reprobum. זה הלך *hic ivit*, ac ſi dixiſſet, hujuſce rei gratia nonnemo Sapiens ſe contulit Jabnem rogatum iſtius urbis Sapientes, qui illic ſynedrium magnum repræſentabant poſt deſtructionem Jeruſolymæ. הוראת שעה *doctrina temporanea*, quia tempus anguſtiarum tunc erat, propterea ei id conceſſerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitus eſt in Toſaphta ſenſus hujuſce conſtitutionis Miſnicæ, dixeruntque, ſi quis porrexerit funiculum domino in via ſua, bene habet, hujuſce dicti ſenſus eſt, quod ſi is impleverit aquas pro ſacrificio pro peccato, & funiculus iſte apud ipſum paratus fuerit, iſque manu ſua acceperit funiculum, dum aquas portabat, ut eum redderet domino ſuo. Si in via occurrerit domino funiculi, tum ei reddat ipſum propter iſtum occurſum, & deinceps iter ſuum perficiat, & hoc licet; at ſi in via inſolita id fecerit, perverſe egit, quia propter funiculum exivit de via ſua, ut funiculum redderet domino ſuo, & poſtea redierit in viam ſuam. Hæ vero aquæ ſunt reprobæ, quia cum impletione jam opus aliquod fecit. Sapientes vero in urbe Jabne approbarunt doctrina temporanea, id eſſe legitimum, licet non duxerit funem in via ſua.

ז המכנן את החבל על יד (על יד ס״א) כשר ואם כננו באחרונה פסול אמר רבי יוסי לזה הכשירו הוראת שעה׃

7. Si quis funiculum circum manum ſuam contorſerit, bene habet; ſi vero eum poſtea contorſerit, male habet. Dixit R. Joſe, huic approbarunt doctrinam pro tempore.

R. OB. DE BARTENORA.

המכנן את החבל *Si quis circumvolverit funiculum*, etenim quando catenam ſive funem e puteo ſurſum attrahunt, tum eam contorquere ſolent in forma annuli, ne in terram protrahatur; verbum מכנן in Gemara titulo de Profanis ubi dicitur הדרא דכנתא occurrit, ſi vero in modum impletionis ſitulæ circumvolverit funem ſuper manu ſua, tum ſitula aſcendere debet, ſed hoc non eſt opus aliquod, impletio vero legitima eſt. ואם באחרונה *ſi vero ultima vice*, ſi funem contorſerit poſtquam eum ſurſum attraxerit, tum opus aliquod peractum eſt, & actio tota reproba eſt. לזה הכשירו הוראת שעה *idcirco approbarunt doctrinam temporaneam*, quod ei in urbe Jabnenſi comprobarunt Sapientes doctrinam temporaneam, id non debet intelligi quaſi funis non ſuo more duci debeat, ſed qui funem contorſerit ad poſtremum, ei comprobarunt neceſſitatis ergo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis hauſerit aquas, & funem collegerit manu ſua inter hauriendum, ſicuti moris eſt dum hauriunt, hoc licitum eſt, quia more ſolito fit, ſi vero hauſerit & funem in terram conjecerit, donec ſitulam aſcendere fecerit, poſtea vero funem collegerit manu ſua per varias partes, tum reprobe egit, quia opus peregit quod non pertinet ad hauſtionem aquæ, antequam cinerem in aquam immiſiſſet.

ח המצניע את החבית שלא תשבר או שכפאה על פיה על מנת לנגבה למלאות בה כשר להוליך בה את הקדוש פסול המפנה חרסין מתוך השוקת בשביל שתחזיק מים הרבה כשרין ואם בשביל שלא יהיו מעכבין אותו בשעה שהוא זולף את המים פסול׃

8. Si quis dolium occultaverit ne id frangatur, vel inverterit, ea conditione ut illud abſtergatur ad implendum in ipſum, bene egit; ſi vero id fecerit ad conſecrationem ferendam, reprobe egit. Si quis lutum e lapide perforato evacuaverit, ut is comprehendat aquas multas, tum iſtæ ſunt legitimæ. Si vero id fecerit ne impedirent ipſum quando is aquas haurit, male egit.

R. OB. DE BARTENORA.

המצניע את החבית *Si quis abſconderit dolium*, ſi quis ope dolii

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias hunc eſſe ſcopum Miſnæ, ſi quis aquas pro conſecra-

dolii hauriat aquas, ut eas imponat שוקת *lapidi excavato*, ſed poſtquam eas evacuaverit ex ipſo, occultaverit ipſum antequam aquas conſecraverit in lapide excavato, tum hæc occultatio non habetur pro opere, quia adhuc implere debet. Pariter ſi dolium inverterit; etiam abſtergi debet, quia in ipſo vult implere, proinde nondum opus aliquod peractum eſſe cenſetur, ſed impletio legitima eſt. Sin autem id fecerit ad conſecratas aquas in ipſo ferendas, quandoquidem impletio non eſt neceſſaria, opus cenſetur reprobare impletionem. *Ut multas aquas contineat*, tum hoc evacuatio non habetur pro opere. בשעה שהוא זולף *quando is haurit aquas*, ſi ex iis ſparſerit, male egit, quia hæc evacuatio eſt opus.

cratione velit haurire, is in vaſe haurire debet, ſicuti convenit, ut aquæ congregentur in unum locum, qui vocatur שוקת, quicquid autem illic eſt de aquis in שוקת, illud legitimum eſt, & conſecrari poteſt quum illa copia aquæ in שוקת eſt; ſin autem ex ipſo שוקת hauriatur aqua paulatim donec ea omnino conſumpta ſit, & non intermiſſa ſit hauſtio ex hoc שוקת, & quis conſecraverit ipſum, atque aſperſerit de illius aqua donec illa conſumpta ſit, & poſtea denuo e שוקת impleverit, tum illa hauſtio ex שוקת vocatur זולף: cæterum tu jam noſti hypotheſin illam, quod ſi quis opus fecerit quod non adjuvat hauſtionem, neque ſcopum illius, reprobas reddidit aquas. Propterea ſi occultaverit dolium, quod implere voluerit, ne id frangatur, vel id inverterit ut abſtergatur, ſecundum illam aquæ copiam quam haurit, tum non reprobe egit, quia hoc ad hauſtionem pertinet. Pariter ſi lutum removerit e שוקת inter hauriendum, ut in ipſo aquæ multæ congregentur, id omne pertinet ad negotium impletionis. Sin autem hocce dolium aptaverit, vel elevaverit ut portet in ipſo cinerem vaccæ, vel aquas conſecratas, vel שוקת evacuaverit, ita ut lutum non faciat eum turbulentum dum aquas haurit e שוקת, hæc omnia non pertinent ad impletionem; ſed is jam opera fecit impletione, proinde perverſe egit.

ט מי שהיו מימיו על כתפו והורה הוראה והראה לאחרים את הדרך והרג נחש ועקרב ונטל אוכלים להצניעם פסול אוכלים לאכלן כשר הנחש והעקרב שהיו מעכבים אותו כשר אמר רבי יהודה זה הכלל דבר שהוא משום מלאכה בין עמד בין לא עמד פסול ודבר שאינו משום מלאכה עמד פסול ואם לא עמד כשר :

9. Si quis aquas habeat humero impoſitas, & doceat, vel aliis viam oſtenderit, vel occiderit ſerpentem, vel ſcorpionem, ciboſque ſumpſerit ut eos occultet, male egit; ſi cibos ad comedendum eos, bene egit. Si ſerpentem, & ſcorpionem ipſum impedientes, bene habet. R. Jehuda dixit, hoc eſt generale, omnis res quæ fit nomine operis, ſive ea conſtiterit, necne, reproba eſt; quæ vero non fit nomine operis, at conſtiterit, reproba eſt; ſi non conſtiterit, proba eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והורה הוראה *Et doceat doctrinam*, ſive ad licitum ſive ad illicitum pronunciandum, ſive ad mundum ſive ad immundum declarandum. *Res quæ non fit in nomine operis*, ut, ſi docuerit, vel viam monſtraverit, & ſi ſubſtiterit hujuſce rei gratia, reprobus eſt propter incogitantiam; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Demonſtrationem docuit quæ diſcrimen inter licitum & vetitum continet, pariter ſi quis judicaverit judicia pecuniaria, vel de calceo extrahendo, & fratria renuerit coram facie leviri, ſicuti expoſitum eſt in Toſaphta; ſi vero homo incedat & comedat id quod non perdit impletionem; ſermo R. Jehudæ clarus eſt.

י המוסר מימיו לטמא פסולין ולטהור כשרין רבי אליעזר אומר אף לטמא כשרין אם לא עשו הבעלים מלאכה :

10. Si quis tradiderit aquas ſuas immundo, tum reprobæ ſunt, ſi mundo, probæ ſunt. R. Eliezer dicit, etiamſi immundo tradiderit, tamen probæ ſunt, ſi domini non fecerint opus.

R. OB. DE BARTENORA.

המוסר מימיו לטמא *Si quis aquas ſuas tradiderit immundo*, ut cuſtodiat eas, tum reprobæ ſunt, ſive domini primi fecerint opus, ſive non fecerint, quia aquæ ſubſiſtunt in poteſtate cuſtodis, is vero eas cuſtodire non curat, quia mundus eſt, Lex vero dixit, *in cuſtodiam pro aquis menſtruæ.* לטהור כשרים *ſi mundo eas tradiderit, legitimæ ſunt*, licet domini primi opus fecerint, quia e poteſtate dominorum jam abierunt, & ſubſiſtunt in poteſtate cuſtodis; nihilominus tamen ſi cuſtos fecerit opus, reprobæ ſunt. *Etiamſi immundo, tamen legitimæ ſunt*, putat enim R. Eliezer quod ſi quis aquas ſuas tradiderit immundo, tamen iſtæ in poteſtate primorum dominorum ſubſiſtere cenſentur, proinde ſi domini opus fecerint, legitimæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi conſtat quod is qui implet, quoties opus aliquod fecerit antequam cinis ad haſce aquas pervenerit, toties reprobe egit; ſi vero aquas tradiderit cuſtodi alicui, tum aquæ venerunt in poteſtatem cuſtodis, quoties vero cuſtos fecerit opus dum haſce aquas cuſtodiebat, toties is reprobas reddidit haſce aquas. At vero ſi dominus operis opus fecerit, tum eas non reprobas reddidit, quia aquæ ſunt in poteſtate hujuſce cuſtodis, ſi hicce cuſtos mundus ſit; at ſi is ſit immundus, tum aquæ ſunt reprobæ, quia cuſtos verſatur in ſuſpicione immunditiei. Dixit autem R. Eliezer, licet judicaverit de eſſentia ejus in poteſtate immundi, tamen relinquitur ſub cuſtodia dominorum, & aquæ reprobæ ſunt, quando opus fecerunt, quia hicce cuſtos non curavit cuſtodiam illam, quia mundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

יא שנים שהיו ממלאין לחטאת והגביהו זה על זה ונטל זה לזה קוץ בקדוש אחד כשר בשני קדושין פסול רבי יוסי אומר אף בשני קדושין כשר אם התנו ביניהן :

11. Duo ſi impleant pro ſacrificio pro peccato, & ſi unus elevaverit alteri, & unus alteri ſpinam extraxerit, in una conſecratione, bene eſt; ſi vero in duabus conſecrationibus, male habet. R. Joſe dicit, etiamſi in duabus conſecrationibus, bene habet, ſi pacti ſint inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

והגביהו זה על זה *Et elevaverit unus alteri*, ſi unus alteri operam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בקדוש אחד *In conſecratione una*, ſi aquæ commixtæ ſint, &

opem tulerit. *Et unus alteri ſpinam abſtulerit*, vel ſi unus alteri abſtulerit ſpinam manui ipſius infixam. *In una conſecratione*, ſi ambo impleverint in neceſſitatem unius conſecrationis, tum bene habet, quia unus alterum adjuvare poteſt, & præterea ablatio ſpinæ etiam eſt ex neceſſitate impletionis. *Si in duabus conſecrationibus*, *male habet*, ſi quis aquas ſuas reprobas reddiderit, in eo quod ſocio ſuo opem tulit, vel ei ſpinam abſtulit propter opus. *Si inter ſe pacti ſint*, ſi unus dixerit alteri, quando elevo pro te, meum & tuum ſit in poteſtate tua, & eodem modo alter dixerit, poſt elevationem vero quiſque ſumpſerit unum ex iis vaſis in poteſtate ſua; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

& quis alium cinerem injecerit ſicuti expoſuimus, tum ii ſunt quaſi unus vir; licet quiſque impleverit, & portaverit pro ſe, abieritque quiſque ſuam viam, quia hoc licet, ſicuti ante dictum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

יב הפורץ על מנת לגדור כשר ואם גדר פסול * האוכל על מנת לקצות כשר ואם קצה פסול היה אוכל והותיר וזרק מה שבידו לתחת התאנה או לתוך המוקצה בשביל שלא יאבד פסול :

12. Si quis rumpat ut parietem ſtruat, bene habet, ſi vero parietem ſtruxerit, male habet. Si quis comedat ut exſecet, bene habet, ſi vero exſecuerit, male habet. Si comedat & relinquat, aſperſeritque id quod in manu ipſius eſt ſub ficu, vel quod in loco exſiccationis eſt, ne id pereat, male habet.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורץ על מנת לגדור *Si quis ruperit ut parietem extruat*, etiamſi id fecerit ut parietem ſtruat, tamen non habetur pro opere, & proba eſt impletio. האוכל על מנת לקצות *ſi quis comederit ut exſiccet*, poſtquam aquam implevit ante conſecrationem, ſi collegiſſet ficus ut eas exſiccaret, & ex iis caricas faceret, & poſt collectionem eas comederit, tum non intendit ut eas exſiccet, & propterea aquis inficiuntur; ſed cum iſto homine ſe res habet ac ſi collegiſſet eas ad comedendum, ubi nihil reprobi commiſſum eſt, perinde ac ſi quis diruat ea conditione ut parietem extruat, quia intentio ad parietem ſtruendum non reprobat opus, niſi donec extruxerit; eodem ſenſu hic comparatum eſt. אם קצה *ſi amputaverit*, ſi reliquerit ficus in loco ubi depoſuerat eas ad exſiccandum, tum actio reproba eſt. *Ne pereat*, *tum negotium reprobum eſt*, qui enim cibos occultaverit ne pereant, is opus aliquod feciſſe cenſetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האוכל על מנת לקצות *Si quis comederit ea conditione ut amputet*, ut fructus amputet quando ii immaturi ſunt ut exſiccentur, & ab arbore decidant; poſtea vero eos comederit, tum is non infecit aquas, perinde ac ſi e fonte quodam eas adduxiſſet, ſi voluerit exſtruere parietem, tum is hac voluntate nihil infecit, niſi donec exſtruxerit, etſi de hiſce fructibus remanſerint, & cum jam perfecta ſit intentio, opuſque perfecerit; atque hæc omnia facta fuerint ſecundum ea quæ expoſuimus, eo quod impletio non omni modo reproba eſt. Dixerunt autem, *ne pereat*, hæc nempe conditio eſt in eo quod reprobum eſt, nam eos projecerit illic quia non opus habet, proinde non curat quicquam, an relinquantur, an vero pereant, quamobrem nec eos reprobos reddidit.

פרק ח שנים שהיו שומרים את השוקת נטמא אחד מהם כשרים מפני שהן ברשותו של שני טהר ונטמא שני כשרים מפני שהן ברשותו של ראשון נטמאו שניהן כאחת פסולין עשה אחד מהן מלאכה כשרין מפני שהן ברשותו של שני עמד ועשה השני מלאכה כשרין מפני שהן ברשותו של ראשון עשו שניהן כאחת פסולין :

Caput 8. Duo ſi cuſtodiant aquæ collectionem & unus pollutus ſit, legitimæ ſunt, quia ſunt in poteſtate ſecundi. Si mundus ſit & poſtea pollutus fuerit ſecundus, tum illegitimæ ſunt, quia aquæ ſunt in poteſtate primi; ſi ambo ſimul polluti ſint, illegitimæ ſunt; ſi vero unus eorum fecerit opus, legitimæ ſunt, quia ſunt in poteſtate ſecundi. Sin autem ſecundus fecerit opus, legitimæ ſunt, quia ſunt in poteſtate primi; ſi ambo ſimul fecerint, illegitimæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שהיו שומרים את השוקת *Duo ſi cuſtodiant congregationem aquæ*, quæ impleta eſt, pro ſacrificio pro peccato, tum mundus eſt is qui eam implevit, ſed ſecundus ſive illius ſocius polluitur, quia antea erat mundus, aquæ vero in collectione iſta, ſunt probæ; *ſi vero ſecundus fecerit opus*, ſed primus deſtiterit ab opere, aquæ ſunt probæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc fere omnia præmiſſa ſunt capite ſuperiori, ego enim jam expoſui quod שוקת ſit aquarum collectio quæ diſpoſita eſt ut conſecretur, quæque immunda eſt quando cuſtoditur, quia cuſtos aquas inficere poſſit, ſi opus fecerit, & non aquarum proprietarius, quia is aquas jam tradidit cuſtodi. Porro huic Miſnæ aliquod fundamentum additum eſt, nempe, licet multi ſint cuſtodes pro aquis, omnes opus fecerint uno excepto, tum aquæ ſunt legitimæ, quia iſte unus eſt cuſtos conſtitutus, reliquos vero conſideramus ut eos qui cuſtodiam reliquerunt.

ב המקדש מי חטאת לא ינעול את הסנדל שאם נפלו משקין על הסנדל נטמא וטמאהו הרי הוא (מצאתי זה) אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני נפלו משקין על בשרו טהור נפלו על כסותו נטמאת וטמאתו הרי זה אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני :

2. Qui aquas ſacrificii pro peccato conſecravit, is ne induat ſandalium, nam ſi potus inciderit in ſandalium, pollutum eſt, & illud polluit hominem; is vero dicit, ea quæ polluerunt te, non polluunt me, tu vero me pollueres? ſi potus inciderit in carnem ipſius, munda eſt; ſi in veſtem ipſius inciderint, polluta eſt, & immundities ipſius polluit hominem, dixit, qui polluerunt te non polluerunt me, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA.

נטמא וטמאהו *Pollutum eſt & polluit ipſum*, ſi ſandalium ſit pollutum, tum id polluit hominem pro ſacrificio pro peccato, vaſa enim potibus polluta hominem polluunt pro ſacrificio pro peccato, quia non enumerant primum nec ſecundum immunditiei gradum ratione ſacrificii pro peccato, ſicuti traditur capite decimo, licet mundus ſit, ſi hi potus inciderint in carnem ipſius, etenim is qui mundus eſt pro vacca, ſi potus immundus tetigerit carnem ipſius, mundus manet ſicuti fuit; præterquam ſi tetigerit manus illius, quia potus immundi polluunt manus; ſed ratione puritatis ſacrificii pro peccato ſtatuimus, quod pollutis manibus polluatur corpus. מטמאיך לא טמאוני *qui polluunt te, non polluunt me*, liquores qui polluunt ſandalium, non poſſunt polluere eum qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſi tetigerint carnem ipſius, ſandalium vero quod ope aquæ pollutum eſt, polluit eum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio hujuſce libri, quod potus immundi polluant cibos, at non homines, quia hi potus ſunt proles immunditiei; ſed cibi & potus polluunt manus duntaxat. Inſuper in codice de Feſtis Solennibus dicitur, quod ſi viri pro ſacrificio pro peccato mundi manus pollutæ fuerint, etiam corpus illius pollutum ſit. Porro capite decimo hujuſce codicis expoſitum eſt, quod ſi illius qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, potus immundi tetigerint carnem, tum pollutus ſit, ſicuti erat, niſi manus ipſius tetigerint; ſicuti illic expoſuimus. Pariter quoque is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſi tetigerit vaſa immunda, jam pollutus eſt, licet hæc vaſa non ſint patres immunditiei, ſicuti expoſitum eſt capite decimo hujuſce codicis; & ſecundum hanc hypotheſin ſi potus immundi ceciderint ſuper carnem conſecrantis, tum is in puritate ſua manet, at ſi in ſandalium illius inciderint, vel in veſtimentum ipſius, tum pollutus eſt, & polluit ipſum, quia vaſa immunda tetigit, at vero ſi quis vaſa tetigerit immunda, immundus eſt pro ſacrificio pro peccato. Sed hic non cogitandum eſt de potibus immundis, quod ii immundi ſint vere, ſed etiamſi mundi ſint pro conſecratione, tamen ii ſunt inſtar potus immundi ratione ſacrificii pro peccato; hæc fideliter retineas volo.

ג השורף פרה ופרים והמשלח את השעיר מטמא בגדים פרה פרים ושעיר המשתלח עצמן אין מטמאין בגדים הרי זה אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני:

3. Si quis combuſſerit juvencam & juvencos, & dimiſerit hircum, polluit veſtes; juvenca & juvenci atque hircus emiſſarius non polluunt veſtes. Et hic dicit, qui polluunt te, ii non polluunt me, tu vero pollueres me?

R. OB. DE BARTENORA.

השורף פרה *Si quis combuſſerit vaccam*, vaccam rufam, & juvencos qui comburendi ſunt, ut eſt juvencus diei expiationis, juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus qui offertur pro re occulta in eccleſia. *Polluunt veſtes*, quia de omnibus dicit Lex, *lavabit veſtes ſuas*, ſed non tradit veſtes quæ ſunt indumentum, nec tradit veſtes, quas tangit quis, eidem enim juri omnia ſupellectilia obnoxia ſunt, quia nihil excipimus præter hominem & vaſa teſtacea; quæ non polluunt ſi ipſa tetigerint. פרה ופרים עצמן *juvenca & juvenci ipſi*, ut & hircus emiſſarius, ſi ii tetigerint veſtes, tum iſtæ ſunt mundæ, & hoc eſt quod homini dicunt, qui te polluunt, non polluunt me &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרים הנשרפים *Juvenci comburendi*, dicuntur juvencus ſacerdotis uncti, & juvencus qui offertur pro re occulta in doctrina, & juvencus diei Expiationis, atque hirci pro idololatria offerendi. Sed nos jam expoſuimus capite quinto codicis de Sacrificiis rationem, quamobrem hi omnes polluant veſtes, & hoc denotatur ſententia eorum qui dicunt, ædificium patris hoc eſt, cujus ſanguis beſtiæ intro fertur, illius combuſtionem ſi quis peregerit, polluit veſtes. Cæterum de vacca rufa dicit Lex, *qui combuſſerit eam, is lavet veſtes ſuas*; eodem ſenſu loquitur Lex de juvenco diei Expiationis, hinc itaque colligimus ædificium patris, ſicuti expoſuimus in codice de Sacrificiis. Verum in Toſaphta jam expoſuimus quod juvenca & juvenci comburendi polluant cibos & potus, ſed quod hircus emiſſarius non polluat quicquam, quia iſte vivit, at beſtia vivens non polluit, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus. Auctor vero Miſnicus dixit, והמשלח *& emiſſarius*, quia Lex ita locuta eſt, proinde addit auctor, *non polluunt veſtes*, quia vacca polluit cibos & potus, ſicuti ſupra diximus.

ד האוכל מנבלת העוף הטהור והיא בבית הבליעה מטמא בגדים הנבלה עצמה אינה מטמאה בגדים הר״ז אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני:

4. Si quis comederit de cadavere avis mundæ, idque pervenerit ad œſophagum, tum polluit veſtes. Cadaver ipſum non polluit veſtes, en hic dicit, qui te polluunt, ii non polluunt me, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל מנבלת עוף הטהור *Qui comederit de cadavere avis mundæ*, nam cadaver avis mundæ non habet immunditiem, ſi id ipſum tetigerit hominem vel vaſa, ſi vero in gulam venerit, tum hominem polluit qui denuo veſtes polluit, ſicuti expoſuimus in codice de Puritatibus, hinc veſtes dicunt homini, quæ te polluunt, ea non polluunt me &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio quod cadaver avis polluat in gula, & quod veſtes tum polluantur, & hoc ita ſe habet ex inſtituto Sapientum. Si vero tetigerit cadaver ipſum avis mundæ veſtes, non polluit eas, neque homo polluitur tactu; ſed hæc tibi demonſtrabimus in principio codicis de Purificationibus.*

ה כל ולד הטומאות אינו מטמא כלים אלא משקה נטמא משקה טימאן הרי זה אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני:

5. Nulla immunditiei proles polluit vaſa, ſed potus, ſi potus pollutus ſit, tum polluit ea, en hic dicit, quæ polluunt te, ea non polluunt me, tu vero pollueres me?

R. OB. DE BARTENORA.

כל ולד הטומאה *Omnis proles immunditiei*, ut, primus immun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hanc Miſnam jam copioſiſſime explicuimus ab initio hujuſce

juſce libri, propterea ſi tu recte obſervaveris ea quæ ibidem dicta ſunt, non opus erit ut tecum pluribus agam.

munditiei gradus atque ſecundus, qui non polluunt vaſa, ſed pater immunditiei & potus qui primo gradu pollutus eſt, & ſecundus vaſa polluit quia timemus de potu ſeminiflui, & ſeminifluæ, videlicet de ſputo, fluxu, & urina illius, quæ pater immunditiei habentur.

ו אין כלי חרש מטמא חבירו אלא משקה נטמא משקה טימאהו הרי זה אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני׃

6. Vas teſtaceum unum non polluit alterum, ſed potus, ſi potus pollutus ſit, polluit ipſum, en hic dicit, quæ te polluunt, ea me non polluunt, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA.

אין כלי חרס מטמא חברו *Vas teſtaceum unum non polluit alterum*, quia vas teſtaceum nunquam fit immunditiei pater, at vas teſtaceum ab immunditiei patre duntaxat pollui poteſt, ſequitur ergo quod unum vas teſtaceum nequeat polluere alterum. *Sed potus*, ſed polluit potus, potus vero denuo polluunt alios potus, quia timendum eſt de ſeminiflui & ſeminifluæ fluxu, ſicuti dictum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio hujuſce libri quoque expoſuimus, quod vas teſtaceum non ſit immunditiei pater, quia vas teſtaceum duntaxat patre immunditiei polluitur, potibuſque immundis, & quia vas teſtaceum unum non polluitur altero, ſtatuente Miſna, ſi tetigerint ſe. Præterea ſuperius quoque poſuimus fundamentum quod vas teſtaceum polluat potus, & hi potus denuo polluunt vaſa teſtacea, quia immundi ſunt; ſed omnia hæc fundamenta in principio libri ſatis ſuperque expoſita ſunt.

ז כל הפוסל את התרומה מטמא את המשקין להיות תחלה לטמא אחד ולפסול אחד חוץ מטבול יום הרי זה אומר מטמאיך לא טמאוני ואתה טמאתני׃

7. Quicquid polluit oblationem primam, id polluit potus, quia principium eſt ad unum polluendum & unum inficiendum, excepto eo qui die lotus eſt, en hic dicit, quæ te polluunt, ea me non polluunt, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA.

כל הפוסל את התרומה *Quicquid inficit oblationem primam*, ut, manus quæ ſunt ſecundus immunditiei gradus, faciunt potus in principium, ut polluere poſſint profana, & manus ipſas, quæ tetigerunt cibum; profana vero ſunt munda, quia ſecundus gradus in profanis non facit tertium. *Excepto eo qui die lotus eſt*, ſed occaſum ſolis adhuc expectat, licet enim is inficit oblationem primam, tamen non polluit potus, ita ut ii fiant principium immunditiei; & quamvis potus oblationis primæ tetigerit is qui die lotus eſt, tamen duntaxat infecti ſunt & non polluti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ fundamentum quoque præmiſimus in principio libri, nempe, quod ſi primus & ſecundus immunditiei gradus tetigerint potus, immundi facti ſint, & principium impuritatis conſtituti, at omnis immunditiei gradus ſecundus polluit oblationem primam, ſicuti ibidem meminimus. Præterea in codice de Purificationibus expoſuimus quod is qui die lotus eſt, polluat oblationem primam, quia is non polluit potus, licet potus oblationis primæ, ſed inficit eos duntaxat, & hinc potus fiunt infecti, at non immundi, ſicuti ab initio expoſuimus.

ח כל הימים כמקוה שנאמר ולמקוה המים קרא ימים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר הים הגדול כמקוה לא נאמר ימים אלא שיש בו מי ימים הרבה רבי יוסי אומר כל הימים מטהרין בזוחלין ופסולין לזבים ולמצורעים ולקדש מהן מי חטאת׃

8. Omnia maria ſunt ut lavacrum, ſicuti dicitur Gen. 1, 10. *Et congregationem aquarum vocavit maria*, ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, mare magnum eſt ut lavacrum, & non dicitur *maria*, niſi quod multæ aquæ ſint in eo. R. Joſe dicit; omnia maria purificant in fluentibus, & reproba ſunt pro ſeminifluis & leproſis, & ad aquas ſacrificii pro peccato conſecrandas.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הימים כמקוה *Omnia maria ſunt ut lavacrum*, ad hæc verba in fine dicit, non purificant ope aquæ fluentis, quia lavacrum non purificat aqua fluenti, ſed collecta, quia Lex dicit, Levit. 11, 36. אך מעין *ſed fons*, fons ergo purificat aqua fluenti, at non lavacrum; & hæc aqua reproba eſt pro ſeminifluis immergendis, & pro leproſis, quia ii in aquam vivam immergi debent. הים הגדול כמקוה *mare magnum eſt ut lavacrum*, quia Sacra Scriptura mare magnum duntaxat vocavit aquæ congregationem in principio creationis, quia tunc temporis omnes aquæ confluebant, proinde illic in numero plurali dicitur ימים *maria*, quatenus omnia aquarum genera commiſcebantur, quandoquidem ex omnibus fluviis aquæ eo ſe conferebant. כל הימים מטהרין בזוחלין *omnia maria purificant aquis fluentibus*, proinde mare magnum expoſitum eſt juri fontium, quatenus aquæ illius purificant fluentes, quia fluviorum aquæ in haſce effluunt, attamen reprobæ ſunt reſpectu aquarum vivarum, quas Lex vocat מקוה *lavacrum*; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia maria obnoxia ſunt juri lavacrorum, quatenus aqua marina non eſt aqua viva, ut fluviorum ac fontium, neque ea ad ſeminifluos purificandos apta eſt, neque ad leproſos luſtrandos, neque ad aquam in ſacrificium pro peccato. R. Jehuda dicit quod mare magnum quod omnia reliqua maria comprehendit, duntaxat juri lavacrorum obnoxium ſit, & non habeatur pro fonte. Reliqua vero maria is habet pro fontibus, & in iis immerſionem rite fieri ſeminifluorum, & aquam ſacrificii pro peccato in iis conſecrari poſſe dicit; Deus vero mare omnia reliqua maria continens vocavit ימים *maria*, quia omnia genera aquarum in ipſo continentur, non quod omne mare vocetur מקוה *congregatio*, ſicuti dixit R. Meyr. זוחלין ſunt aquæ fluentes; ſed in codice de Lavacris exponetur, quod fontes purificent ope ejuſmodi aquarum fluentium, nempe ſi ſint ſpecies fluentium aquarum juxta fontem, & tum ex iſtis aquis fluentibus immerſio ſeminiflui fieri poteſt, quantulacunque ſit aquæ copia, ſicuti in fonte. Sed ita non comparatum eſt cum aquis e lavacro fluentibus, nec illæ purificant, niſi donec quadraginta Satorum copia ſit. Dixit R. Joſe quod omnia maria præter mare magnum habentur ut fon-

fontes, quatenus purificent וזחלין *aquis fluentibus*; & quod aquæ e vaſis fluentes purificent in quantulacunque copia, ut aqua fontana, & habeantur eodem loco quo habetur aqua lavacri, quatenus iſtæ ſint reprobæ pro aquis ſacrificii pro peccato, & pro purificatione leproſi, & immerſione ſeminiflui, deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ט המים המוכים פסולים אלו הם המוכים המלוחים והפושרים המים המכזבים פסולין אלו הם המים המכזבים המכזבים אחד בשבוע המכזבים בפולמסיות ובשני בצרון כשרים רבי יהודה פוסל :

9. Aquæ molles ſunt reprobæ, hæ vero ſunt aquæ molles; ſalitæ & tepidæ; fallentes, reprobæ ſunt; hæ vero ſunt aquæ fallentes, quæ ſemel fallunt in ſeptennio, quæ fallunt in bello, & in annis detentionis pluviæ, legitimæ ſunt. R. Jehuda eas pronunciat illegitimas.

R. OB. DE BARTENORA.

מים המוכים *Aquæ molles*, quæ nocent, ut eæ quæ ſalitæ ſunt vel tepefactæ, quæ illegitimæ ſunt pro aquis ſacrificii pro peccato. מים מכזבים *aquæ fallaces*, ſunt aquæ quæ ſe detrahunt, ſicuti dicitur Jeſ. 58, 11. *cujus aquæ non fallunt.* פסולין *reprobæ ſunt*, quia aquas vivas requirimus. *Semel in ſeptennio*, at ſi ſemel in Jubilæo fallant, tamen dici poſſunt aquæ vivæ. פולמסיות notat bella, & exercitus militum, qui iſtas aquas bibunt & corrumpunt. ובשני בצרון *& in annis retentionis*, in annis detentionis pluviæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוכין *Molles*, ſunt aquæ nocivæ, ſi nempe ſalitæ ſint, vel tepidæ, licet fluant, tamen non ſunt aquæ vivæ; ſic etiam aquæ fontium exſiccatorum vocantur aquæ fallentes ſive fallaces. Dicitur autem in Sacris literis Jeſ. 58, 11. *aquæ quæ non fallunt unquam*, quæ ſunt quæ nunquam deficiunt, nec exſiccantur. Poſtea dicit auctor quod ſi aquæ poſtea demum exſiccentur, legitimæ ſint. פולמסיות notat bellum; cæterum in codice de Uxore adulterii ſuſpecta dictum eſt de bello Veſpaſiani, putat ergo auctor hic intelligi aquam fontium tempore belli, vel externi dominii exſiccatorum, vel periculoſis temporibus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

י מי קרמיון ומי פוגה פסולין מפני שהם מי בצים מי הירדן ומי ירמוך פסולים מפני שהם מי תערובות ואלו הן מי תערובות אחד כשר ואחד פסול שנתערבו שניהם כשרים ונתערבו כשרין רבי יהודה פוסל :

10. Aquæ Carmionis & Pugæ ſunt reprobæ, quia ſunt aquæ cœnoſæ. Aquæ Jordanis & Jarmog ſunt reprobæ, quia ſunt aquæ miſcellaneæ; hæ vero ſunt aquæ miſcellaneæ, ſi aqua proba mixta ſit cum reproba; ſi ambæ probæ mixtæ ſint, probæ ſunt; R. Jehuda eas reprobat.

R. OB. DE BARTENORA.

Aquæ Carmionis & Pugæ ſunt aquæ fluviorum in terra Iſraëlitica. מי בצים *aquæ cœnorum*, ſunt cœnoſæ ſicuti dicitur Jobi 8, 11. *an juncus extollet ſe abſque cœno*, intellige aquas cum luto cœnoque mixtas; Lex autem requirit aquas vivas in vaſe, hic vero aliquod interſtitium eſt inter aquas & vas. מי תערובות *aquæ miſcellaneæ*, ſunt aquæ reprobæ & commixtæ. *Una aqua reproba, & altera proba*, & iſtæ commixtæ fuerint, tum prohibitum eſt e loco mixto & inferius conſecrare. *R. Jehuda eas reprobat*, R. Jehuda reprobat, licet ambæ aquæ legitimæ commixtæ ſint, ne e lavacro capiantur mixtæ aquæ, quia timendum eſt ne alterutra ſit reproba; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרמיון & פוגה atque ירמוך ſunt nomina fluviorum in terra Iſraëlitica. *Aquæ cœnoſæ*, ſunt aquæ quibus humectant, ex eo quod dicitur, Ezech. 47, 11. ambæ ſunt legitimæ, & commiſcentur, ut, ſi aqua hujuſce fontis commixta ſit cum aqua illius fontis, qui ambo habent aquas legitimas. R. Jehuda reprobat mixturam, ita ut ea non apta ſit ad conſecrationem aquæ ſacrificii pro peccato; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

יא באר אחאב ומערת פמיים כשרה המים שנשתנו ושינויין מחמת עצמן כשרין אמת המים הבאה מרחוק כשרה ובלבד שישמרנה שלא יפסיקנה אדם רבי יהודה אומר הרי היא בחזקת מותרת באר שנפל (ס"א) לתוכה חרסית או אדמה ימתין לה עד שתצל דברי רבי ישמעאל רבי עקיבא אומר אינו צריך להמתין :

11. Aqua in fonte Achab & in ſpelunca Pamias eſt legitima. Aquæ quæ mutatæ ſunt & mutatæ propter ſe, legitimæ ſunt. Scaturigo aquæ quæ e longinquo provenit, eſt legitima, dummodo ea cuſtodiatur ne obturet eam quiſpiam. R. Jehuda dicit, hæc verſatur in opinione licentiæ. Si in fontem inciderit lutum, vel terra, tum expectant donec aqua clara ſit, ita R. Iſmaël. R. Akiba dicit, non eſt ut expectetur.

R. OB. DE BARTENORA.

באר אחאב *Fons Achab*, non exponitur ubinam hic ſit fons; ſed auctor nos docet quod aquæ vivæ requirantur. *Et ſpelunca Pamias*, eſt ſpelunca urbi Dan proxima, e qua provenit Jardan; & in lingua Iſmaëlitica vocatur Banias. R. Jehuda dicit, illa eſt in ſuſpicione licentæ; deciſio non eſt ſecundum R. Jehuda. *Donec clara fiat*, donec denuo fiant limpidæ, ſicuti ab initio fuerunt; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda dixit quod non opus eſt ut hæc ſcaturigo cuſtodiatur, cum notum ſit eam provenire e fonte, præterea in viis fontium unde aqua derivatur, ſi lutum projectum ſit, & id genus alia, diſponere ſolent aquas, quia ex angulis fontis pulvis provenire ſolet. Pariter ſi quis lutum in aqua conjecerit, tum ea turbatur pro tempore, ſed poſtea lutum profundum petit, & aquæ purificantur, & tum aquæ puræ & limpidæ vocantur, proinde dicitur, עד שתצל id eſt, donec purificatæ fuerint; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Iſmaëlem.

פרק ט צלוחית שנפל לתוכה מים כל שהן רבי אליעזר

Caput 9. Si in amphoram inciderit aqua quantulacun-

אליעזר אומר יזה שתי הזיות וחכמים פוסלין ירד לתוכה טל רבי אליעזר אומר יניחנה בחמה והטל עולה וחכמים פוסלים נפל לתוכה משקין ומי פירות יערה וצריך לנגב דיו קומוס וקנקנתום וכל דבר שהוא רושם יערה ואינו צריך לנגב :

lacunque. R. Eliezer dicit, duas ſparſiones ſpargat; Sapientes reprobant. Si in ipſam deſcenderit ros, R. Eliezer dicit, deponat coram ſole, ut ros aſcendat; Sapientes reprobant. Si potus & aquæ fructuum in eam inciderint, evacuet, & abſtergat. Atramentum vero, gummi, chalcanthum, & quicquid ſignet, evacuet, & non requiritur ut abſtergat.

R. OB. DE BARTENORA.

צלוחית Eſt vas cui aquas conſecratas imponunt poſtquam cinerem ex ipſo ejecerint; illud autem vas cui aquas imponunt ut conſecrentur antequam cinerem impoſuerint, שוקת vocatur. *Aqua quantulacunque*, quæ non apta eſt ad ſparſionem. *Duas ſpargat aſperſiones*, nam ſi aſperſerit ſemel, forſan non ſparſit ex aqua legitima, at ſi duas ſparſerit, fieri nequit quin una aſperſio facta ſit ex aqua legitima, ſed ſparſio non requirit menſuram. *Sapientes reprobant*, putant enim quod ſparſio requirit menſuram, & quod aſperſiones non conflantur; deciſio eſt ſecundum Sapientes. Rambam vero exponit, ſi duas ſparſiones ſparſerit, & projecerit eas extra vas, tum reliqua aquæ copia apta eſt pro aqua ſacrificii pro peccato. Sed hoc mihi mirum videtur ad titulum de Sacrificiis idem doceri in Gemara, quemadmodum ego expoſui. *Deponat eum coram ſole, ut ros aſcendat*, ros enim coram ſole aſcendere ſolet, ita dicitur Exod. 16, 13. *& factum eſt ut mane aſcenderet cubatio roris*; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Evacuet*, quod in vaſe eſt, ſed non licet aquas ſacrificii pro peccato in ipſum immittere, donec ab aquis fructuum & potibus abſterſum ſit. *Evacuet, ſed non requiritur ut abſtergat*, nam ſi aliquid remanſiſſet de iſta materia in vaſe, tum illius ſignatura innotuiſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quemadmodum vas in quo eſt aqua pro conſecratione parata, vocatur שוקת ita quoque vas in quo aqua conſecrata eſt, vocatur צלוחית, ſi vero in haſce aquas inciderint aliæ aquæ non conſecratæ, dixit R. Eliezer quod duæ aſperſiones aſpergi poſſint, & reliqua aqua ſacrificii pro peccato ſit legitima, ſi illegitima aqua ſit extra vas conjecta. Pariter ſi ros inciderit in aquam ſacrificii pro peccato, vas ponatur coram ſole, tum pro vaſe habetur aqua quæ prius ſiccata fuerit, & reliqua aquæ copia eſt legitima. Vas autem abſtergi debet poſt evacuationem, & tum aquæ ſacrificii pro peccato intromitti poſſunt; & ſi inciderit res aliqua ſigna imprimens, ut atramentum, vitriolum, & auripigmentum, tum non requiritur ut vas abſtergatur, nam ſi in ipſo quid remanſerit, tum id conſpicitur, quia ſignat. Si vero abluerit vas ut non remanſerit aliquod ſignum, vel ſi dum aqua pro menſtruis luſtranda effundebatur, in hocce vaſe non remanſerit quid, tum iſta ſignatura non abſtergenda eſt.

ב נפל לתוכה שקצים ורמשים ונתבקעו או שנשתנו מראיהם פסולין חפושית בין כך ובין כך פוסלת מפני שהיא כשפופרת רבי שמעון ורבי אליעזר בן יעקב אומרים הדירה והכנה שבתבואה כשרים מפני שאין בהם לחה :

2. Si inciderint in eas abominabilia & repentia, & illa diffiſſa fuerint, vel ſpecie ſua mutata fuerint, reprobæ ſunt. Scarabæus ſive hoc ſive iſto modo reprobus eſt, quia is eſt inſtar fiſtulæ. R. Simeon & R. Eliezer filius Jacobi dicit, vermiculi in proventu legitimi ſunt, quia non habent humorem.

R. OB. DE BARTENORA.

נתבקעו *Si diffiſſa ſint*, ſi in aqua figuram ſuam amiſerint per longum aliquod tempus, donec diſrupta ſint, vel ſi non diſrupta ſint, ſed aquæ ſpecies immutata, tum iſtæ aquæ ſunt reprobæ. חפושית *ſcarabæus* notat vermiculum nigrum. *Sive hoc ſive iſto modo*, ſive diſruptus ſit, ſive non diſruptus ſit. מפני שהיא כשפופרת *quia inſtar fiſtulæ eſt*, inſtar calami excavati, & aquæ ab una parte ingrediuntur, ab altera vero egrediuntur, & cum iis miſcetur humor qui proxime adjacet. דירא notat vermiculum in tritico. כנה eſt ſpecies vermis qui in proventu nutritur. *Legitimi ſunt*, licet non diſrupti ſint, ſed ita non deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi abominabilia & reptilia inciderint in haſce aquas conſecratas, & hæc animalia diffiſſa fuerint, ſicuti contingere ſolet, & ipſa per aliquod tempus remanſerint in aquis poſt mortem ipſorum, tum iſtæ aquæ reprobæ ſunt; & licet ſpecies eorum non immutata ſit, vel ſi mutata ſit ipſorum ſpecies, etſi non diffiſſa ſint in aquis, tamen eæ reprobæ ſunt. Cæterum ſi reptilia non diffiſſa ſint, & ſpecies aquarum non mutata ſit, tamen probæ ſunt; at ſi ſcarabæus in aquas inciderit, tum reprobæ ſunt, licet non diſrupta ſint, nec ſpecies aquarum immutata, ratio eſt quod ſcarabæus perforatus ſit ut culmus, vel calamus, in quem aquæ ab una parte ingrediuntur, ab altera vero egrediuntur, quibuſcum multi humores & inquinamenta commiſceri ſolent, proinde aquæ fiunt reprobæ. דירא & כנה ſunt vermiculi in proventu naſcentes, ſicuti in farina quoque vermiculi naſci ſolent, ſuntque animalcula arida, in quibus non eſt humoris aliquid; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundnm R. Eliezer filium Jacobi.

ג שתת מהן בהמה או חיה פסולין כל העופות פוסלין (ס"א) חוץ מן היונה מפני שהיא מוצצת כל השרצים אינם פוסלין (ס"א) חוץ מן החולדה מפני שהיא מלקת רבן גמליאל אומר אף הנחש מפני שהיא מקיאה (ס"א שהוא מקיא) רבי אליעזר אומר אף העכבר :

3. Si biberit ex iis pecus vel fera, tum reprobæ ſunt. Omnia volucria reprobant, columba excepta, quia illa exprimit. Nulla reptilia reprobant, muſtela excepta, quia lingit. Rabban Gamaliel dicit, etiam ſerpens, quia evomit. R. Eliezer dicit, etiam mus.

R. OB. DE BARTENORA.

שתת מהן בהמה או חיה פסולין *Si biberit ex iis beſtia vel fera, reprobæ ſunt*, propter liquorem qui in ore earum eſt, hinc

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתה מהם בהמה או חיה פסולין *Si biberit ex iis pecus aut fera, reprobæ ſunt*, quia ex ore eorum liquoris aliquid effluere ſolet

hinc ſputum & aqua commiſcentur. מוצצת *exſugit*, hinc liquor in ore ipſius exiſtens non redit ad aquas. מלקקת idem quod לוקקת *lambit*, lingua ſua, hinc ſputum ipſius cum aqua commiſcetur. אף הנחש *etiam ſerpens*, eo quod evomit; ita deciſio eſt; ſed non ſecundum R. Eliezer.

ſolet in vas, quo aqua depravatur. שהיא מלקקת *quia lingit*, lambit lingua ſua, hinc liquor qui ſub illius eſt lingua, commiſcetur cum aqua; deciſio eſt ſecundum Rabban Gamaliel, at non ſecundum R. Eliezer.

ד החושב על מי חטאת לשתות רבי אליעזר אומר פסול רבי יהושע אומר כשיטה אמר רבי יוסי במה דברים אמורים במים שאינם מקודשין אבל במים המקודשין רבי אליעזר אומר כשיטה רבי יהושע אומר כשישתה ואם גרגר כשר :

4. Si quis cogitaverit de aquis ſacrificii pro peccato bibendis, R. Eliezer dicit, reprobæ ſunt. R. Jehoſua dicit, ſi inclinaverit. Dixit R. Joſe, de quo dicta ſunt hæc verba? de aquis non conſecratis; ſed de aquis conſecratis R. Eliezer dicit, ſi inclinaverit. R. Jehoſua dicit, ſi biberit, ſi ſorbuerit, probæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

החושב על מי חטאת לשתות *Si quis cogitaverit de aquis ſacrificii pro peccato bibendis*, R. Eliezer dicit, actionem reprobam eſſe, quia aquæ iſta intentione reprobæ factæ ſunt. *Quando inclinaverit*, ſi e dolio ſumpſerit aquas, & eas biberit, ſed intentione tantum, non reddidit reprobas eas, quia non conſecratæ ſunt, cum eas impleverit ut cinerem in ipſas immittat, ſed adhuc nondum impoſuerit. *R. Eliezer dicit, ſi inclinaverit*, hic enim nulla reprobatio facta eſt per intentionem, nam cum aquæ conſecratæ ſint, deſiſtit a propoſito, & intentio illius redit, idcirco eas non reddidit reprobas ſecundum R. Eliezer, niſi donec vas inclinaverit in latus. R. Jehoſua dicit, ſi biberit, propter liquorem qui eſt in ore ipſius, & commiſcetur cum aquis, quas reprobas reddidit. ואם גרגר *& ſi abſorbuerit*, ſi nempe non biberit ſicuti moris eſt, ſed aquas effuderit per guttur ſuum, tum bene habet, quia liquor oris ipſius eſt in aquis; deciſio in duobus ſermonibus eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כשיטה *Si inclinaverit*, ſi inclinaverit vas ut ex ipſo bibat, tum eduxit aquas a præparatione conſecrationis. R. Jehoſua dicit, quando ebiberit, tum eadem illius eſt ratio cujus eſt ſerpentis & beſtiæ, & dum is bibit, liquor oris ipſius commiſcetur cum aqua ſacrificii pro peccato, proinde ſi aquas effuderit ore ſuo e vaſe, quando ſuum os conjungit cum ore vaſis, tum non reprobas reddidit aquas, atque hic eſt ſcopus illius quod dicitur גרגר id eſt *gutture ſorbet*, ſi nempe in guttur ſuum effuderit. Quod autem R. Joſe in hac controverſia profert, id veriſſimum eſt, quia is ſequitur præcedentia fundamenta; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam in duabus ſententiis.

ה מי חטאת שנפסלו לא יגבלם בטיט שלא יעשם תקלה לאחרים רבי יהודה אומר בטלו פרה ששתת מי חטאת בשרה טמא מעת לעת רבי יהודה אומר בטלו במעיה :

5. Aquæ ſacrificii pro peccato ſi reprobæ factæ ſint, tum non ſubiget eas luto, ne aliis ſit offendiculo. R. Jehuda dicit, intercidunt. Vacca ſi aquas ſacrificii pro peccato biberit, caro illius immunda eſt de tempore in tempus. R. Jehuda dicit, intercidunt in viſceribus ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא יעשה תקלה לאחרים *Ne aliis ſit offendiculo*, ſi tetigerit lutum, polluuntur aquis ſacrificii pro peccato. *R. Jehuda dicit, intercidunt in luto*, & porro non polluunt poſtquam eas ſubegit. מעת לעת *de tempore in tempus*, ſi mactaverit eam de tempore in tempus bibitionis, ſed ſi expectaverit diutius, tum aquæ in viſceribus conſumptæ ſunt. R. Jehuda dicit, intercidunt in viſceribus ipſius, & quamvis mactaverit de tempore in tempus, caro tamen eſt munda; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam in duabus ſententiis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Adhuc tibi exponendum erit in hoc capite quod aquæ ſacrificii pro peccato reprobæ polluant, proinde dicit auctor, *non ſubiget eas cum luto*, cum hoc ſit paratum quid pro eo qui hocce lutum tetigerit, ipſe vero neſciverit, rem eſſe immundam. R. Jehuda dicit, ex quo lutum cum aquis mixtum fuit, intercidit jus earum, & non polluunt. Dixerunt in Siphri, Lex dicit, *ſacrificium pro peccato illud eſt*, hinc dixerunt, vacca ſi biberit aquas ſacrificii pro peccato, caro illius immunda eſt a tempore in tempus, nempe, ſi mactaverit poſtea intra viginti quatuor horas, caro illius immunda eſt, ſi vero poſt quatuor & viginti horas mactaverit, a tempore bibitionis, caro illius munda eſt. Hujuſce vero rei ſignum aliquod accepit auctor, quod illius jus idem ſit cum jure ſacrificii pro peccato, licet ea mutata ſit foramine ſacrificii pro peccato, vel commixta cum cinere; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam in duabus ſententiis.

ו מי חטאת ואפר חטאת לא יעבירם בנהר ובספינה ולא ישיטם על פני המים ולא יעמוד בצד זה ויזרקם לצד זה אבל עובר הוא במים עד צוארו עובר הוא הטהור לחטאת ובידיו כלי ריקם הטהור לחטאת ובמים שאינם מקודשים :

6. Aquas ſacrificii pro peccato & cinerem ſacrificii pro peccato ne traducat in fluvium nec in navem, nec natare faciet eas ſuper aquas, nec ſtet in latere uno & ſpargat in latus alterum, ſed is per aquam tranſeat uſque ad collum. Qui proficiſcitur, is mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, & in manu ipſius habet vas vacuum quod mundum eſt pro ſacrificio pro peccato, & aquas non conſecratas.

R. OB. DE BARTENORA.

מי חטאת *Aquæ ſacrificii pro peccato*, de conſecratis loquitur, ſed de aquis non conſecratis rem concedit, ſicuti tradit in fine. *Cinis ſacrificii pro peccato*, licet cinis ipſe ſit abſque aquis. *Non traducet ea in fluvium nec in navem*, quia timendum eſt de hiſtoria cujuſdam hominis qui traduxerat,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam meminimus quod aliquando vas *portaverint ad ſacrificii pro peccato aquas in navi, & quod copiam olivæ de* mortuo invenerint in locis tortuoſis navis, *unde pollutæ fuerunt*, quia erant in loco immundo, *ſecundum fundamentum* quod capite ſequenti traditum eſt, hinc decretum aliquod

rat, aquam ſacrificii pro peccato & ejuſdem cinerem per navem in Jardane, & copia olivæ de cadavere mortui inventa fuerit in navis fundo. *Nec natare faciat ea ſuper aquas*, quia navi aſſimilantur; neque ſtabit in uno latere fluvii ut conſpergat in alterum, quia hæc actio quoque aliquo modo aſſimilatur navi. *Sed is tranſit*, pedibus ſuis. *Cum aquis*, cum aquis ſacrificii pro peccato quas in manu habet. *Qui tranſit, is pro ſacrificio pro peccato mundus eſt*, ſive ſit in navi, ſive natet, tum nihil ſuſpicandum eſt. Pariter ſi in manu ferat, vel ſuper aquas natare faciat vas, id mundum eſt ut ei imponatur aqua ſacrificii pro peccato, quando id ipſum eſt vacuum, vel quum in ipſo ſunt aquæ nondum conſecratæ cinere vaccæ, quia de aquis conſecratis duntaxat decreverunt, & de cinere, & non de homine & vaſis mundis, aquiſve non conſecratis.

quod ſtatutum eſt, ne portarent eas aquas unquam in navi, neque traducerent vas in quo eſt cinis ſacrificii pro peccato, vel ejuſdem aqua, ne id projiciatur ab uno littore in alterum, & tranſeat fluvium, quia hujuſmodi actiones omnes aſſimilantur trajectioni navis, atque hoc erat decreti argumentum. Cæterum conſentaneum erat ut ipſas aquas ſacrificii pro peccato traduceret, nempe ut in fluvium ſe conferret & abſcinderet aquas manu ſua, non ut nataret cum aquis ſacrificii pro peccato in manu ſua, quia decreverunt, ne natet ullo modo, & hoc eſt quod auctor dicit, *ſed is per aquam tranſit uſque ad collum ſuum*; poſtea dicit, *qui tranſit, is mundus eſt pro ſacrificio pro peccato*, ſi nataverit per aquam, vel tranſierit ope navis, tum is mundus eſt. Pariter ſi nataverit cum vaſe vacuo in manu ſua, tum mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, vel pro aquis non conſecratis, quæ mundæ manent, ſicuti antea erant, quia Sapientes duntaxat de cinere & de aqua conſecrata decreverunt; ſed de homine, vaſe & aqua non conſecrata non decreverunt quicquam.

ז אפר כשר שנתערב באפר מקלה הולכין אחר הרוב ליטמא ואין מקדשים בו רבי אליעזר אומר מקדשים בכולן:

7. In cinere legitimo qui mixtus eſt cum cinere combuſtionis, res conſideratur ſecundum multitudinem ratione pollutionis, & non conſecrant eo. R. Eliezer dicit, conſecrant omnibus.

R. OB. DE BARTENORA.

אפר כשר *Cinis legitimus*, eſt cinis vaccæ qui legitimus eſt ad ſparſionem. *Qui mixtus eſt cum cinere combuſtionis*, cum cinere fornacis. *Sequuntur maximam partem ratione pollutionis*, cinis vaccæ polluit, ſi vero maxima illius pars conſtet e cinere combuſtionis, tum ipſe non polluit, neque eo conſecratur, & quamvis maxima pars ſit ſacrificii pro peccato cinis, tamen non eo conſecratur, quia cinis fornacis quantuluſcunque mixtus eſt cum ipſo. *R. Eliezer dicit*, *conſecrant omnibus*, putat enim R. Eliezer quod non requirimus aſperſionem, quia fieri non poteſt cum aliquid ſit de cinere vaccæ ſacrificii pro peccato; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפר מקלה *Cinis combuſtionis*, qui Arabice אלסועאים vocatur; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח מי חטאת שנפסלו מטמאין את הטהור לתרומה בידיו ובגופו ואת הטהור לחטאת לא בידיו ולא בגופו נטמאו מטמאין את הטהור לתרומה בידיו ובגופו ואת הטהור לחטאת בידיו אבל לא בגופו:

8. Aquæ ſacrificii pro peccato reprobæ factæ, polluunt mundum pro oblatione prima, ſi tetigerit manibus aut corpore ſuo, & mundum pro ſacrificio pro peccato, ſi non tetigerit manibus nec corpore ſuo. Si eæ pollutæ ſint, tum polluunt mundum pro oblatione prima, ſi manibus aut corpore ſuo tetigerit, & mundum pro ſacrificio pro peccato ſi tetigerit manibus, ſed non corpore ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

מי חטאת שנפסלו *Aquæ ſacrificii pro peccato, quæ pollutæ ſunt*, ut, ſi commutata ſit ſpecies earum non propter ſe ipſas, vel per res quæ aquas ſacrificii pro peccato reprobas reddunt, quæ polluunt hominem mundum pro oblatione prima, ſive eam tetigerit manibus ſuis, ſive corpore ſuo, nam ſicut aquæ ſacrificii pro peccato legitimæ cenſentur, proinde hæc immunditiès a Sapientibus determinata eſt, nam juxta Legem immunditiès gravis ab ipſis ſublata eſt, cum reprobæ factæ fuerint, idcirco tradit auctor, *polluunt hominem mundum pro oblatione prima*, ut ſignificaret tantum pollui oblationem primam, & non profana. ואת הטהור לחטאת *Et mundum pro ſacrificio pro peccato*, non manibus ſuis, ſenſus eſt, quod non polluunt mundum ad polluendum ipſum, ſive tetigerit eas manibus ſuis, ſive corpore ſuo, nam ſicuti aquæ ſacrificii pro peccato legitimæ habentur, etiamſi enim qui tulerit aquas ſacrificii pro peccato, in quibus tanta eſt copia quanta ad ſparſionem ſufficit, vel tetigerit eas, immundus ſit pro omni re, pro ſacrificio pro peccato tamen mundus eſt. נטמאו מטמאין את הטהור לתרומה *ſi pollutæ ſint*, *polluunt mundum pro oblatione prima*, ut aquæ ſacrificii pro peccato legitimæ, ſed polluunt eum qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſi manibus tetigerit eas, etenim quia pollutæ ſunt, non ſunt inferiores reliquis cibis potibuſque immundis, qui manus polluunt, nos vero ſtatuimus quod ſi quis manus ſuas polluerit aquis mundis ſacrificii, etiam corpus ſuum polluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum in principio codicis de Vaſis eſt, quod aquæ ſacrificii pro peccato polluant hominem & vas, ibique expoſuimus quomodo polluunt tactu, & onere, & quomodo non polluunt, ſi nempe per ſe mundæ ſint, at ſi aquæ ſacrificii pro peccato reprobæ factæ ſint, ut, ſi iſtæ cum aliis aquis mixtæ fuerint, vel beſtia ex iis biberit, ſicuti in hocce capite expoſitum eſt, vel ſi aquæ ſacrificii pro peccato pollutæ ſint, ut, ſi immundus quiſpiam tetigerit eas, vel aliqua immunditie potuum pollutæ fuerint, ſicuti ſuperius expoſitum eſt, de quibus auctor in hac Miſna agit. Cæterum in codice de Feſtis Solennibus dictum eſt quod vir mundus non ſit mundus ad omnia, ſed mundus atque immundus ad rem, quia excellentior eſt in ſanctitate quam iſta res pro qua is mundus eſt. Dixit autem loco citato, quod hæ aquæ ſacrificii pro peccato reprobæ factæ polluant mundum pro oblatione prima, quando tetigerit eas manibus, ſive quando aliquid de iis inciderit in corpus ipſius, quia ei non licet de oblatione prima comedere, cum immundus ſit, licet mundus ſit pro ſacrificio pro peccato, nempe ad impletionem capiendam, ad conſecrandum, & ad ſpargendum, tum is manet in puritate ſua, & eam non polluit, ſive manu tetigerit eam, ſive corpore ſuo, quia eſt ſpecies rei quæ munda eſt pro ipſo; ſi vero pollutæ ſint hæ aquæ ſacrificii pro peccato, & quiſpiam mundus pro ſacrificio pro peccato tetigerit eas manibus ſuis, tum is polluitur; ratio eſt quod ſi quis tetigerit potus immundos, illius manus pollutæ ſint, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſitum eſt. Sin autem potus immundi inciderint in reliquum corpus, tum non polluitur homo, ſecundum hypotheſin a nobis receptam, & ſicuti

in codice de Feſtis Solennibus dictum eſt. Sed ratione ſacrificii pro peccato ſi manus pollutæ ſint, corpus quoque pollutum eſt, ſi vero manibus ſuis tetigerit is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, tum totum corpus pollutum eſt.

ט אפר כשר שנתנו על גבי המים שאינן ראויין לקדש מטמאין את הטהור לתרומה בידיו ובגופו את הטהור (נ"א ארת ידי הטהור לתרומה וארת ידי הטהור) לחטאת לא בידיו ולא בגופו :

9. Cinis legitimus ſi adjectus ſit aquis ad conſecrationem ineptis, polluunt mundum pro oblatione prima, ſi manibus aut corpore tetigerit; mundum (alia lectio, manus mundi pro oblatione prima, & manus mundi) pro ſacrificio pro peccato, ſi non manu nec corpore ſuo tetigerit.

R. OB. DE BARTENORA.

אפר כשר *Cinis legitimus*, eſt is qui aquis inditus eſt, quæ ad conſecrationem ineptæ ſunt, illius jus ſe habet ut jus aquæ ſacrificii pro peccato, quæ reproba facta eſt. *Polluunt mundum pro oblatione prima*, ſi manibus vel corpore tetigerit eam, ſecundum jus reliquarum aquarum legitimarum ſacrificii pro peccato, ſed non polluunt mundum pro ſacrificio pro peccato, quia aquæ ſacrificii pro peccato non polluunt eum qui eas portat & tangit, ſed reliquas immundities polluunt, & non puritatem aquæ ſacrificii pro peccato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc fere omnia nota ſunt ex iis quæ Miſna ſuperiori præceſſerunt, quia hæ aquæ non ſunt immundæ, niſi ratione mundi pro oblatione prima, quæ non ſunt e ſpecie quæ munda eſt pro ipſo.

פרק י כל הראוי ליטמא (ס"א) מדרס מדף לחטאת בין טמא בין טהור ואדם כיוצא בו כל הראוי ליטמא טמא מת בין טמא בין טהור רבי אליעזר אומר אינו מדף רבי יהושע אומר מדף וחכמים אומרים הטמא מדף והטהור אינו מדף :

Caput 10. Quod pollui poteſt calcatione, id eſt Maddaph pro ſacrificio pro peccato, ſive immundum ſit, ſive mundum, ita etiam ſe res habet cum homine, ut quiſque pollui poſſit per eum qui mortuo pollutus eſt, ſive immundus ſit, ſive mundus. R. Elieżer dicit, non eſt Maddaph. R. Jehoſua dicit, eſt Maddaph. Sapientes dicunt, immundus eſt Maddaph, mundus vero non eſt Maddaph.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הראוי לטמא מדרס *Quicquid ad immunditiem calcationis recipiendam aptum eſt*, ut vaſa cubationi, ſeſſioni, & equitationi deſtinata: מדף לחטאת *Maddaph pro ſacrificio pro peccato*, ſi is qui mundus eſt pro aquis ſacrificii pro peccato, commoverit eas, licet mundæ ſint pro oblatione prima, tamen pollutus eſt is qui commovit eas, ac ſi eſſent calcatione pollutæ, eſtque hæc conditio levior duntaxat, ſicuti diximus, veſtes comedentium oblationem primam, ſunt calcatio pro eo qui conſecrat, & vocemus eas Maddaph, quia iſta immundities a Sapientibus inſtituta eſt, & conditionem graviorem continet.

ואדם כיוצא בהן *Pari modo cum homine comparatum eſt*, nam ſi is mundus ſit pro ſacrificio pro peccato, & homo mundus dimoverit oblationem primam, tum is pollutus eſt pro ſacrificio pro peccato, etenim qui mundi ſunt pro oblatione prima, ut ſeminiflui cenſentur ratione ſacrificii pro peccato. *Et quicquid aptum eſt ut polluatur per eum qui mortuo pollutus eſt*, ut vaſa, quæ non continent immunditiem calcationis. *R. Eliezer dicit, non eſt Maddaph*, & ſi moverit eas, non pollutus eſt pro ſacrificio pro peccato. R. Jehoſua dicit, eſt Maddaph, ſi ea dimoverit, licet munda ſint, tamen pollutus eſt pro ſacrificio pro peccato; Sapientes vero diſſentiunt, eſtque triplex de hac re controverſia; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi præmiſimus quod non omnis homo ſit mundus, nec omne vas mundum ſit omnino mundum ratione ſacrificii pro peccato, niſi donec id purificatum fuerit pro ſacrificio pro peccato, ſicuti capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus expoſitum eſt, ibique dicitur quod Jochanan filius Gudgudæ comederit in puritate ſanctitatis per omnem vitam ſuam, & quod mantile ipſius fuerit calcatio ratione ſacrificii pro peccato, ſicuti calcatio ſeminiflui plerumque, quamvis fuerit in perfectiſſima puritate, quod fundamentum recte intelligas volo. Porro etiam vas omnino immundum, vel calcatione, vel tactu mortui pollutum, ſi motus ope hominis excitatus ſit, & non ope dimotionis, at vero ſi debilior ſit motus, ſicuti in hac Miſna exponimus, tum iſte homo polluitur, & hæc vocatur immundities Maddaph, eſtque immundities levis ex inſtituto Sapientum. Cæterum in principio codicis de Menſtruis dicitur de immunditie Maddaph ex inſtituto Sapientum, ſcriptum eſt Levit. 26, 36. קול עלה נדף *vox folii agitati*, id eſt leviter commoti, atque hæc eſt una diſtributio immunditiei Maddaph; reſtat altera diſtributio, quæ hæc eſt, quicquid ſeminifluum tetigerit ſuperius de vaſis, licet inter illa ſint plurima operimenta, tum vas illud ſuperius polluitur, & vocatur Maddaph, quia eſt vas ad quod pervenit motio debilis de Seminifluo, ſed hocce vas immunditie levi pollutum eſt, quatenus id non polluit hominem nec vaſa, ſicut cubatio, ſed potus & cibos duntaxat polluit, atque hæc Maddaph eſt proles immunditiei, & non pater immunditiei ſecundum hypotheſes a nobis præmiſſas in hujuſce libri principio; præterea ritum immunditiei Maddaph in omnibus ſuis fundamentis & demonſtrationibus expoſuimus ex aliquot locis Legis capite ultimo codicis de Sacrificiis, ſed & in codice de Vaſis jam præmiſimus de vaſis quæ calcatione polluuntur, hiſce fundamentis tibi enumeratis, jam attende ad ea quæ tibi exponam in hanc Miſnam, quod omne vas dicatur pollui poſſe calcatione, id intelligendum eſt de ejuſmodi vaſis quæ ad cubationem & ſeſſionem apta ſunt, ſicuti in codice de Vaſis expoſuimus, ſed nihil intereſt ſive immunda ſive munda ſint, quando is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, tetigerit hocce vas motione Maddaph, cum ſit pollutus, quicquid enim aptum eſt ut calcatione pollui poſſit apud ſacrificium pro peccato, id calcatio eſt, non ratione tangendi vel portandi, ſed ratione immunditiei calcationis, quia nos id ipſum conſtituimus in gradu veræ calcationis. *Pari modo cum homine comparatum eſt*, nempe cum omni homine, licet mundus ſit, tamen is conſiderandus eſt ut hocce vas quod calcatione pollui poteſt, ſicuti diximus quod is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, polluatur, licet id fiat ope Maddaph; ſed de tactu nihil dixit. Si vero hocce vas aptum ſit ut polluatur per eum qui pollutus eſt mortuo, ſed ineptum ut calcatione pollui poſſit, dicit R. Jehoſua rem ſe habere cum iſto vaſe, ac ſi aptum eſſet ad calcationem, & quando motus ipſum affecerit, tum pollutum eſt id quod tetigit, licet vas commotum ſit mundum. R. Eliezer dicit, licet vas commotum ſit pollutum mortuo, tamen quod ipſum movit, id non pollutum eſt pro ſacrificio pro peccato, quia hoc vas factum eſt duntaxat id quod ad

calca-

calcationem aptum eſt. Sapientes vero dicunt, ſi nobis conſtet id pollutum eſſe immunditie, & non alia immunditie, tum id eſt Maddaph pro ſacrificio pro peccato. Audias jam ea quæ tibi e Toſaphta relaturus ſum de immunditie Maddaph, controverſia eſt inter R. Eliezerem & Sapientes atque R. Jehoſuam de caſu quo quis oſtium occluſerit, clave pendente ab hocce oſtio atque ipſum inter occludendum tangente, dicit R. Eliezer, licet clavis polluta ſit per eum qui mortuo pollutus eſt, tamen is qui domum clauſerit eſt mundus pro ſacrificio pro peccato, nempe ad implendum, conſecrandum, & ad ſpargendum, ſicuti ab initio. R. Jehoſua dicit, licet clavis ſit munda, tamen hic vir immundus eſt ad implendum. Cæterum in Toſaphta dixerunt, exemplum habemus in R. Iſmaël qui ſequebatur R. Jehoſuam, qui ei dixit, mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, qui commovit clavem, mundus vero pro oblatione prima, iſne immundus eſt, an vero mundus? dixit ei, immundus eſt. Sapientes vero dicunt, ſi clavis ſit polluta mortuo, tum is qui oſtium claudit, eſt immundus pro ſacrificio pro peccato; ſi vero is qui oſtium claudit, ſit mundus, etiam mundus ſit pro ſacrificio pro peccato, quare tum Miſna dicit Maddaph de eo qui pollutus eſt, & non dicit Maddaph de eo qui mundus eſt, hinc confuſio orta fuit, an hoc vas immundum ſit quacunque id fiat immunditie, quæ polluit Maddaph; proinde in Toſaphta exponenda erat opinio Sapientum, & dicitur, ſi immundus pollutus ſit per eum qui mortuo pollutus eſt, & non immundus Maddaph, ſenſus eſt quod hocce vas ſit dudum mortuo pollutum, non quod ipſum vas ſit pollutum Maddaph, ſicuti meminimus, ſed proles immunditiei.

ב הטהור לחטאת שנגע במדף טמא לגין של חטאת שנגע במדף טמא הטהור לחטאת שנגע באוכלים ומשקים בידו טמא וברגלו טהור הסיטן בידו רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרים :

2. Mundus pro ſacrificio pro peccato ſi tetigerit Maddaph, immundus eſt. Lagena ſacrificii pro peccato ſi tetigerit Maddaph, immunda eſt. Mundus pro ſacrificio pro peccato ſi tetigerit cibos & potus manu ſua, immundus eſt, ſi pede, mundus eſt. Si commoverit ea manu ſua, R. Jehoſua immunda dicit, Sapientes vero munda dicunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Qui tetigerit Maddaph, is immundus eſt, ſupremum vero ſeminiflui operimentum vocatur Maddaph, nam ſi ſuper ſeminifluo ſint decem ſtrata uno ſuper altero poſito, tum ea omnia ſunt immunda Maddaph, imo etiam ſupremum quod non tetigit ſeminifluus, ac ſi decem eſſent ſtrata ſibi invicem impoſita, & ſeminifluus cubaverit in ſupremo, tum omnia ſunt immunda ex Lege propter cubationem, licet non tetigerit infimum; ſic etiam ſtrata ſuperiora ſeminifluo impoſita, immunda ſunt ex inſtituto Sapientum, propter Maddaph, licet is non tetigerit illa; etenim differentia eſt inter cubationem & Maddaph, eo quod cubatio fieri poſſit immunditiei pater ad hominem & vaſa polluenda, Maddaph autem eſt immunditiei proles ad hominem & vaſa polluenda, nam propter conditionem graviorem ſacrificii pro peccato, homo & vaſa quæ tetigerunt Maddaph, immunda ſunt pro ſacrificio pro peccato. *Lagena ſacrificii pro peccato*, intellige vas aliquod ablutorium, in quod nonnemo aquas ſacrificii pro peccato immittere voluerit. *Qui tetigerit Maddaph, is immundus eſt*, & lotione opus eſt. *Qui tetigerit cibos & potus*, licet ii ſint mundi pro oblatione prima, & pro ſacris. *Si manu ſua, immundus eſt*, ſecundum jus ciborum & potuum, qui polluunt manus, qui enim pro oblatione prima & pro ſacris mundus eſt, is reprobat ratione ſacrificii pro peccato. Præterea etiam gravior quædam conditio eſt reſpectu ſacrificii pro peccato, quia tum illius corpus polluitur, proinde ſi manu ſua tetigerit cibos & potus, immundus eſt. R. Jehoſua immundum dicit, quia is timet de motione ob tactum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod Maddaph ſit nomen ſupellectilis quod impoſitum eſt ſeminifluo, eſtque proles immunditiei, & non polluit præter cibos & potus, niſi ſuperiores gradus ſacrificii pro peccato, ſicuti exponetur, quod numerarunt Maddaph illud polluere hominem & vaſa quæ munda ſunt pro ſacrificio pro peccato. Cæterum quando mentio fit lagenæ ſacrificii pro peccato, intelligas vas aliquod in quo ſunt aquæ conſecratæ. Sed ab initio hujuſce codicis jam expoſuimus, quod cibi & potus immundi non polluant hominem tactu, ſed ſi manu ſua tetigerit, tum manus illius duntaxat pollutæ ſunt. Verum nos jam expoſuimus de fundamento ſacrificii pro peccato, quod ſi manus ipſius pollutæ ſint, etiam corpus ipſius pollutum ſit, proinde ſi is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, tetigerit cibos & potus immundos, totum illius corpus pollutum ſit, & quod omnes cibi & potus, licet mundi ſint pro conſecratione, tamen immundi ſint pro ſacrificio pro peccato. R. Jehoſua dicit, ſi ea commoverit manu ſua, ſe res habet ac ſi tetigiſſet manu ſua; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ג קלל של חטאת שנגע בשרץ טהור נתנו על גביו רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאים נגע באוכלים ומשקים ובכתבי הקדש טהור נתנו על גביהן רבי יוסי מטהר וחכמים מטמאים :

3. Cadus ſacrificii pro peccato ſi tetigerit reptile, mundus eſt, ſi ei impoſitus ſit, R. Eliezer eum dicit mundum, Sapientes vero immundum. Si tetigerit cibos & potus, atque ſcripturam ſacram, eſt mundus; ſi impoſitus ſit iis, R. Joſe eum dicit mundum, Sapientes vero immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

קלל של חטאת, *Cadus ſacrificii pro peccato*, intellige vaſculum teſtaceum in quo reconditus eſt cinis vaccæ rufæ, videſis de voce קלל in Targum Gen. 24, 15. *Et tetigerit reptile mundum*, quia vas teſtaceum non polluit exterius. נתנו על גביו *ſi impoſuerint ſuper eo*, ſi cadum poſuerit ſuper reptili. *Sapientes mundum pronunciant*, eo quod res relicta eſt in loco immundo, at Lex dixit, *& relinquet extra caſtra in loco mundo*. R. Eliezer putat, cum vas in quo cinis eſt, ſit mundum, proinde ei optime applicari illa verba, *locus mundus*; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *R. Joſe mundum pronunciat*, id quod ſupra cibos relictum eſt, & potus, & ſcripturas ſacras, quia locus illius mundus eſt a patre

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלל Notat vaſculum, ita vocabatur cadus in quo erat cinis vaccæ rufæ, qui & קולתא dicitur, videſis in Targum Gen. 24, 15. Hic autem ſermo fit de cado teſtaceo, qui non polluit exterius, vel de vaſe lapideo, atque id genus aliis, in quibus vinum recondunt, quæ vaſcula non recipiunt immunditiem ullo modo, ſecundum id quod in codice de Vaſis expoſitum eſt; ſi nempe tetigerit reptile mundum. Cæterum nos jam diximus, quod ſi quis hocce vas reliquerit ſuper reptili, pulvis polluat, quod tibi ex fundamento expoſiturus ſum, & hoc eſt quod Lex dicit Num. 19, 2. *Et deponit extra caſtra in loco mundo*; dixerunt Sapientes, ſi cinis ipſe tetigerit rem immundam, tum hic non eſt locus mun-

patre immunditiei. *Sapientes immundum pronunciant*, quia illud ab omni immunditie mundum ſtatuimus; & de ſacris ſcripturis Sapientes decreverunt, quod iſtæ manus polluant; deciſio eſt ſecundum Sapientes,

mundus. R. Eliezer dicit, ſi vas ſit mundum, locus etiam mundus eſt. Sed nos in principio hujuſce libri jam expoſuimus quod cibi & potus immundi polluant vaſa ex decreto Sapientum. Præterea in fine codicis de Sacrificiis expoſuimus, quod ſcripturæ ſacræ polluant oblationem primam, uti ſecundus immunditiei gradus, & ratio rei illic addita eſt, quia Sapientes decreverunt, hocce vas non pollui niſi ex inſtituto Sapientum, ſi vas tetigerit cinerem vaccæ ſuperius, tum non eſſe locum mundum, & propterea pollui cinerem. R. Joſe hoc non obſervat in immunditie Sapientum; deciſio eſt ſecundum Sapientes in omnibus.

ד הטהור לחטאת שנגע בתנור בידו טמא וברגלו טהור היה עומד על גבי תנור ופשט ידו חוץ לתנור והלגין בתוכה וכן האסל שהוא נתון על גבי התנור ובו שני קללות אחד מכאן ואחד מכאן רבי עקיבא מטהר וחכמים מטמאים :

4. Mundus pro ſacrificio pro peccato, ſi tetigerit fornacem manu ſua, immundus eſt, ſi pede ſuo, mundus eſt. Si is ſtet ſuper fornacem, & manum ſuam extenderit extra fornacem, atque in ipſo ſit lagena; pariter ſi vectis ſuper fornace poſita ſit, & in ipſo duo cadi, unus ab hac, & alter ab illa parte, R. Akiba mundum pronunciat, Sapientes vero immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

שנגע בתנור *Qui tetigerit fornacem*, licet is mundus ſit pro rebus ſacris, tamen ſi eum tetigerit is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, immundus eſt, & lotio pro ſacrificio pro peccato requiritur, quia is qui mundus eſt pro ſacrificiis, reprobus eſt pro ſacrificio pro peccato, & ſtricte quidem ſi manu ſua tetigerit, nam cujus manus pollutæ ſunt, illius etiam corpus pollutum eſt, at ſi pede tetigerit, mundus eſt, quia manui tributa eſt hæc excellentia, & non pedi, ſicuti in cibis & potibus ſupra.

והלגין בתוכו *Et lagena in medio ejus*, puta vaſculum cui aquas ſacrificii pro peccato impoſuerunt, illius manibus impoſitum erat. וכן האסל *ſic etiam ſe res habet cum vecte*, puta vectem cui ab utraque extremitate imponunt cadum.

ובו שני קללות *Et in eo duo caniſtra*, duo vaſcula quibus cinis vaccæ impoſitus eſt, ita ut unum vaſculum alligatum ſit uni extremitati, alterum vero alteri extremitati, & homo atque vectis ſint ſupra fornace, lagena vero & vaſculum in quo eſt cinis & aquæ, ſint extra fornacem. *R. Akiba mundum dicit*, quia vas in quo cinis eſt, non ſtat ſuper fornace, ſed in loco mundo. *Sapientes vero immundum pronunciant*, quandoquidem homo qui portat aquas, ſtat ſuper fornace, proinde pro vaſe haberi debet, ac ſi ſtetiſſet ſuper fornace, & in loco immundo poſitus; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne cogites quod hicce fornax pollutus ſit reptili, vel aliquo patre immunditiei, & ſi quis ea tetigerit, manus ipſius pollutæ ſint, ſicuti expoſitum eſt capite tertio codicis de Manibus, ſed ſi fornax ſit, mundus eſt, quia vas quod mundum eſt pro ſacris, immundum eſt pro ſacrificio pro peccato, ſicuti expoſitum eſt. Sed tu jam noſti fundamentum de ſacrificio pro peccato, quod ſi alicujus manus pollutæ ſint, etiam totum corpus pollutum ſit. Præterea jam expoſuimus quod אסל ſit calamus quo onus elevant, ſin autem ſuper fornace extenderit calamum, immundus eſt in extremitatibus ipſius, & duos cados in quibus eſt cinis vaccæ, tum immundus eſt cinis, præter locum mundum. Pariter is qui ſuper fornace ſtat, immundus eſt pro ſacrificio pro peccato; ſi vero ſtet in loco immundo, & in manu ſua habeat aquas, tum cinis pollutus eſt, quia in manu ipſius eſt, hoc eſt in loco immundo, quia vas eſt in loco immundo. R. Akiba dicit, cum vaſa non ſint poſita in ipſo fornace, ſed prodeant ex ipſo, proinde non ſunt in loco immundo; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. Ego vero miror quod ſi tetigerit fornacem; immundus ſit pro ſacrificio pro peccato, ſi vero pede, mundus ſit. Sed nos jam expoſuimus eum qui tetigerit vas immundum pro ſacrificio pro peccato, & non tetigerit illud aliquo membro, mundum eſſe pro ſacrificio pro peccato, quamvis hocce vas pollutum fuerit potibus, ſicuti capite octavo expoſuimus; ratio vero iſtius rei apud me hæc eſt, quod cum hæc ſit ſpecies vaſis, nunquam ſit pater immunditiei, niſi donec homo polluatur, vas nempe teſtaceum cujus jus definitum eſt, & cujus vas idem eſt, ſicuti in locis codicis de Vaſis expoſuimus, quod reliquerant apud ſacrificium pro peccato, pollutis duntaxat manibus.

ה היה עומד חוץ לתנור ופשט ידיו לחלון ונטל את הלגין והעבירו על גבי התנור רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין אבל עומד הוא הטהור לחטאת על גבי תנור ובידו כלי ריקן הטהור לחטאת ובמים שאינן מקודשין :

5. Si quis ſtet extra fornacem, & manus ſuas extendat ad feneſtram, & lagenam ſumpſerit, atque ſuper fornacem traduxerit eam, R. Akiba eam dicit immundam, Sapientes vero mundam. At vero ſi is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſtet ſuper fornacem, & in manu habeat vas vacuum, quod pro ſacrificio pro peccato mundum eſt, & cum aqua non conſecrata.

R. OB. DE BARTENORA.

היה עומד חוץ לתנור *Si ſtet extra fornacem*, ita ut fornax dividat inter ipſum & parietem, & inter feneſtram & parietem, in quo lagena eſt aquas ſacrificii pro peccato continens, & is traduxerit lagenam ſuper os fornacis, quia omnium fornacium ora ſunt ſuperius. *R. Akiba immundam pronunciat*, putat enim ſe rem habere cum receptione ac ſi depoſuiſſet eam; & eo tempore quo traducebat eam ſuper os fornacis, ſe res habet ac ſi in ipſo depoſuiſſet eam, proinde polluta eſt lagena. *Sapientes eam mundam dicunt*, ii enim putant non eſſe receptionem ut ſe res habeat ac ſi depoſuiſſet eam; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Et in ma-*

nu

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Capite undecimo codicis de Sabbato jam expoſuimus ſententiam R. Akibæ, quod is ſtatuat cohæſionem eſſe ut depoſitionem, & nunc iterat ſententiam ipſius auctor, dicitque, ſi quis hancce lagenam traduxerit ſuper fornacem, immundus eſt, perinde ac ſi illic relictus eſſet. Sapientes vero dicunt, ſi non relicta ſit in loco immundo, tum munda eſt. Poſtea exponit, quod ſi quis mundus pro ſacrificio pro peccato ſteterit ſuper fornacem, immundus ſit, & ſi in manu ipſius ſit vas mundum pro ſacrificio pro peccato vacuum, tum iſtud vas mundum manet pro ſacrificio pro peccato. Pariter ſi is in manu habeat vas quod aquis plenum eſt, non

con-

nu ſua habeat vas vacuum, quia non requiritur ut id ipſum deponatur in loco mundo, niſi ratione cineris vaccæ ruſæ, & aquarum conſecratarum ope cineris.

ו לגין של חטאת שנגע בשל קדש ושל תרומה של חטאת טמא ושל קדש ושל תרומה טהורין שניהן בשתי ידיו שניהם טמאים שניהם בשני ניירות שניהם טהורים של חטאת בנייר ושל תרומה בידו שניהם טמאים של תרומה בנייר ושל חטאת בידו שניהן טהורין רבי יהושע אומר של חטאת טמא היו נתונין על גבי הארץ ונגע בהם של חטאת טמא של קדש ושל תרומה טהורים הסיטן רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרים :

R. OB. DE BARTENORA.

של חטאת טמא *Lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt*, nam res ſacra & oblatio prima ſunt immundæ reſpectu ſacrificii pro peccato. *Si ambæ ſint in ambabus manibus*, ſi lagenam ſacrificii pro peccato teneat una manu, rei vero ſacræ vel oblationis primæ lagenam altera manu. *Ambæ polluunt lagenam ſacrificii pro peccato*, quia oblationem primam manu ſua tetigit, & inde manus pollutæ ſunt, etiam corpus illius pollutum eſt, & polluit porro aquas ſacrificii pro peccato, & lagena oblationis primæ immunda eſt ob eos qui portant aquas ſacrificii pro peccato. בשני ניירות *in duabus chartis*, licet homo polluatur ſi aquas ſacrificii pro peccato tulerit, oblatio prima tamen munda eſt, quia charta dividit, ita ut oblationem primam non tangat manu.

של חטאת בנייר ושל תרומה בידו שניהם טמאים *Lagena ſacrificii pro peccato, & oblationis primæ ſi in manu poſitæ ſint, ambæ immundæ ſunt*, qui enim manu ſua tetigerit oblationem primam, is pollutus eſt pro ſacrificio pro peccato, charta vero ratione ſacrificii pro peccato dividit, & quamvis manu ſua tetigerit ſacrificium pro peccato, ambæ tamen ſunt mundæ; licet enim immundus ſit quia portavit aquas ſacrificii pro peccato, tamen aquæ ſacrificii pro peccato denuo non polluunt immunditie ſua.

רבי יהושע אומר של חטאת טמא *R. Jehoſua dicit, lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt*, R. Jehoſua ſequitur ſententiam Toſaphtæ, qua ſtatuitur, eum qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato ſi commoverit clavem, quique mundus eſt pro oblatione prima, immundum eſſe, quia forſan rem immundam movebit, idcirco etiam hic immundus eſt, licet in duabus chartis res poſitæ ſint, nam quia oblationem primam portavit, licet non tetigerit eam, tamen eſt Maddaph pro ſacrificio pro peccato; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam

היו נתונין על גבי ארץ ונגע בהם *Si poſitæ ſint in terra, & tetigerit eas*, ſi unam manum impoſuerit lagenæ ſacrificio pro peccato, & manum alteram lagenæ rem ſanctam continenti, vel lagenæ oblationem primam continenti. *Lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt*, quia homo polluitur lagena oblationis primæ, & polluit lagenam ſacrificii pro peccato. *Rem vero ſacram & oblationem primam continens lagena eſt munda*, quia homo mundus eſt ad ſacra & oblationem primam, cum non tetigerit aquas ſacrificii pro peccato, ſed lagenam. *Si commoverit eas, tum ſecundum R. Jehoſuam immundæ ſunt*, ſecundum ſententiam illius qui dixit, mundus pro ſacrificio pro peccato ſi commoverit clavem, qui mundus eſt pro oblatione prima, eſt immundus; deciſio non eſt ſecundum ipſum.

conſecratis, tum iſtæ quoque manent legitimæ, quia locus mundus tantum pro cinere vaccæ requiritur, aut pro aquis conſecratis, ob cinerem in eas conjectum.

6. Lagena ſacrificii pro peccato quæ rei ſacræ & oblationis primæ lagenam tetigit, immunda eſt, ſed rei ſacræ & oblationis primæ lagenæ ſunt mundæ; ſi ambæ ſint in ambabus manibus, tum ambæ ſunt immundæ; ſi ambæ ſint in duabus chartis, ambæ ſunt mundæ. Si lagena ſacrificii pro peccato poſita ſit in charta, & lagena oblationis primæ ſit in manu ipſius, ambæ ſunt immundæ. Lagena oblationis primæ ſi poſita ſit in charta, & ſacrificii pro peccato lagena in manu, utraque munda eſt. R. Jehoſua dicit, lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt. Si eas poſuerit in terra, & is tetigerit eas, tum lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt, rei vero ſacræ lagena & oblationis primæ, munda eſt. Si moverit eas, tum ſecundum R. Jehoſuam immundæ ſunt, at mundæ ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna inveſtigatu difficillima eſt, propterea aliquot fundamenta præmittam quibus argumentum ipſius manifeſtum fiet, licet ea hinc inde hoc tractatu diſperſa ſint, ſeptem itaque ſunt fundamenta quibus illa nititur potiſſimum, quorum primum eſt, quod vaſa pro re ſacra vel pro oblatione prima munda, pro ſacrificio pro peccato ſint immunda, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus. Secundum eſt quod omnis qui mundus eſt pro oblatione prima aut pro re ſacra, immundus ſit pro ſacrificio pro peccato. Tertium eſt quod omne id quod in principio hujuſce libri diximus de ritu primo, ſecundo, tertio, & quarto, & quod pater immunditiei duntaxat polluat, id intelligendum quod hominem & vaſa polluat, & quod immunditiei proles non polluat hominem nec vaſa, nec vas unum polluat alterum, niſi hocce vas reſpectu puritatis rei ſacræ, & reſpectu oblationis primæ; ſed omne vas immundum pro ſacrificio pro peccato polluit alterum, & hoc denuo aliud, licet centum ſint; ſed hoc amplius exponetur capite ſequenti. Quartum eſt quod ſi mundus pro ſacrificio pro peccato tetigerit vas immundum pro ſacrificio pro peccato, manus ipſius pollutæ ſint. Quintum eſt quod is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſi manus ipſius pollutæ ſint, etiam corpus pollutum ſit. Sextum eſt quod id quod manus polluat, intelligendum ſit ope contrectationis, ſi vero inter manus & id quod polluit, ſit tegumentum aliquod inſtar folii papyri, tum id non polluit manus, licet quis id manibus commoverit, apprehenderit, & poſuerit in manu. Septimum fundamentum eſt quod aqua ſacrificii pro peccato non polluat virum mundum pro ſacrificio pro peccato quando aquam ſumit, ſicuti id quod tactu & onere polluit, ſecundum id quod capite primo codicis de Vaſis expoſitum eſt. Sin autem immundus ſit pro ſacrificio pro peccato is qui non deſtinatus eſt ſacrificio pro peccato, tum aquæ ſacrificii pro peccato ipſum polluunt tactu & onere, ſicuti capite primo codicis de Vaſis expoſuimus. Hiſce ſeptem fundamentis enumeratis hæc Miſna tibi erit facillima intellectu. Dicit itaque auctor quod ſi lagenam in qua eſt aqua ſacrificii pro peccato, tetigerit lagenam in qua eſt res ſacra, vel oblatio prima, tum lagena ſacrificii pro peccato jam polluta eſt; quia lagena rei ſacræ & oblationis primæ immunda eſt ratione ſacrificii pro peccato; ſed lagena rei ſacræ & oblationis primæ in ſua ſanctitate relinquitur, ſi quis duas lagenas tenuerit duabus manibus, videlicet lagenam ſacrificii pro peccato, & rei ſacræ, vel oblationis primæ, cum iſtæ ſint immundæ ratione ſacrificii pro peccato, & ſi manus ipſius pollutæ ſint, etiam corpus ipſius pollutum eſt, & homo ſit immundus pro ſacrificio pro peccato, quia apprehendit lagenam rei ſacræ manu ſua, hinc lagena ſacrificii pro peccato polluta eſt, quam habet in manu ſua altera, & quia iſta quoque immunda eſt pro ſacrificio pro peccato, hinc aquæ ſacrificii pro peccato quoque polluuntur,

tur, quas manu ſua fert, ſicuti expoſuimus fundamento ſeptimo, & denuo polluitur reſpectu oblationis primæ, proinde lagena ſacrificii pro peccato polluta eſt, ut & oblationis primæ lagena, quam manu tenet, propter aquas ſacrificii pro peccato quæ ſunt in manu altera, perinde ac ſi hicce ritus per ſe ſtringat, ac ſi lagena ſacrificii pro peccato involuta eſſet chartæ quam manu tenet, rei vero ſacræ lagena quam altera manu tenet abſque tegumento, quia hujuſce lagenæ apertio, quæ immunda eſt ratione ſacrificii pro peccato, polluit corpus ſuum, donec polluat ſacrificium pro peccato; qui vero oblationem primam fert, is polluit oblationem primam quæ eſt in manu ipſius, vel rem ſacram; proinde dicimus quod ſi lagena oblationis primæ impoſita ſit chartæ, lagena vero ſacrificii pro peccato in altera manu, tum mundæ ſunt, quia non polluit lagenam oblationis primæ, quia charta dividit inter eas, hinc immunda manet pro ſacrificio pro peccato, ſicuti antea fuit. Lagena vero ſacrificii pro peccato quæ erat in manu ſecunda, munda eſt, neque portatio aquæ ſacrificii pro peccato polluit eam, quia illa apta eſt ad ſparſionem, proinde lagena ſacrificii pro peccato munda eſt. Pari modo ſe res habet ſi ſecunda ſit in duabus chartis, cum fundamentum ſit quod lagena rei ſacræ & oblationis primæ impoſita eſt chartæ. Sed R. Jehoſua ſe opponit huic diſtinctioni, dicitque, licet lagena oblationis primæ poſita ſit in charta, & lagena ſacrificii pro peccato in manu ſua, immunda eſt, dum duæ lagenæ feruntur in ambabus manibus, quia iſta lagena quæ immunda eſt pro ſacrificio pro peccato quaſi polluit mundum pro ſacrificio pro peccato, ſi tetigerit eam, vel ſi tulerit eam, ſicuti hoc capite expoſuimus de eo qui commovet cibos & potus manu ſua, ubi dictum eſt quod is immundus ſit pro ſacrificio pro peccato, licet non tetigerit. Cæterum in Toſaphta traditur hæc generalis regula, quiſquis polluit aquas ſacrificii pro peccato tactu, is quoque polluit onere, & hæc dicuntur ut ratio redderetur illius quod dicit R. Jehoſua de lagena ſacrificii pro peccato, quod ea immunda ſit. Poſtea dicit auctor Miſhicus, *ſi eæ poſitæ ſint in terra, & tetigerit eas*, ſi nempe lagena rei ſacræ, vel oblationis primæ poſita ſit in terra, & lagena quæ fertur tetigerit lagenam mundam pro re ſacra vel pro oblatione prima, tum lagena ſacrificii pro peccato immunda eſt, quia hæcce munda eſt immunda pro ſacrificio pro peccato, ſed oblationis primæ, vel rei ſacræ lagena, eſt munda; licet enim immundus eſſet pro ſacrificio pro peccato, & lagenam polluerit, tamen non polluit aquas ſacrificii pro peccato quæ in lagena ſunt, niſi donec polluerit oblationem primam, quia is non tulit aquas ſacrificii pro peccato, nec attigit eas, ſed lagenam duntaxat tetigit. Scias vero hoc eſſe negotium ſubtile, nam ſi hicce mundus pro re ſacra commoverit lagenam rei ſacræ, & ſacrificio pro peccato, tum ambæ lagenæ ſunt mundæ ſecundum Sapientes, poſtquam non tetigerit. R. Joſe pollutam eſſe dicit lagenam ſacrificii pro peccato, ac ſi tetigiſſet eam, etenim qui commovit lagenam ſecundum ipſius ſententiam ſimilis eſt ei qui tetigit, ſicuti jam expoſitum eſt hocce capite; deciſio non eſt ſecundum R. Joſuam in duabus ſententiis.

פרק יא צלוחית שהניחה מגולה ובא ומצאה מכוסה פסולה הניחה מכוסה ובא ומצאה מגולה אם יכולה החולדה לשתות הימנה או נחש לדברי רבן גמליאל או שירד בה טל בלילה פסולה החטאת אינה נצולה בצמיד פתיל ומים שאינן מקודשין נצולין בצמיד פתיל:

Caput 11. Amphoram ſi quis apertam poſuerit, & poſtea eam contectam invenerit, reproba eſt; ſi poſuerit eam contectam, & poſtea eam detectam invenerit, tum ſi muſtela ex ipſa bibere poſſit, aut ſerpens ſecundum Rabban Gamalielem, vel ſi ros in eam deſcenderit nocte, reproba eſt. Sacrificium pro peccato non liberatur ope conjunctorii, aquæ vero non conſecratæ liberantur ope fili conjunctorii.

R. OB. DE BARTENORA.

צלוחית *Amphora*, in qua eſt aqua ſacrificii pro peccato, *ſi eam invenerit contectam, reproba eſt*, etenim ego dico, nonnemo eo ſe contulit, & amphoram contexit, & quod plurimi homines non ſunt mundi pro ſacrificio pro peccato. *Si muſtela ex ipſa bibere poſſit, reproba eſt*, at ſi non poterit bibere, tum eam non dicimus reprobam, quia homo immundus forſan illam retexit, quia homines non ſolent retegere, ſeu contegere propter reptilia, ſed reptilia ſolent retegere, & non contegere, cum igitur invenerit amphoram retectam quam antea contexerat, ſuſpicio eſt de muſtela; at ſi ea aperta ſit, & poſtea quoque eam apertam invenerit, tum hac in parte non ſolliciti ſumus, licet ſolliciti fuerunt de dubio aquæ contectæ, namque periculum eſt gravius edicto. או נחש לדברי רבן גמליאל *vel ſerpens ſecundum Rabban Gamalielem*, qui ſupra dixit, etiam ſerpens reprobum eſt, quia evomit. חטאת *ſacrificium pro peccato*, intellige cinerem ſacrificii pro peccato, vel aquas conſecratas, quæ ſunt in tentorio mortui in vaſe quod conjunctorio quodam circumdatum eſt quæ non liberantur, ſed reprobæ fiunt, quia Lex dicit, *& ponet eam in loco mundo*, hic vero non eſt locus mundus, ſed vaſa in quibus ponendæ ſunt aquæ ſacrificii pro peccato, vel ejuſdem cinis, vel hyſſopus quæ pro ſparſione parata eſt, liberantur ope conjunctorii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם מצאה מכוסה *Si invenerit eam contectam*, notum eſt quod homo amphoram contexerat, qui pro ſacrificio pro peccato mundus eſſe debebat, ipſe vero non erat, quia plurimi homines non ſunt mundi pro ſacrificio pro peccato, proinde reprobam reddiderat amphoram; ſin autem eam inveniſſet retectam, tum non dicimus hominem retexiſſe eam, ſed animans quiſpiam, qui aquas ſacrificii pro peccato non reprobas reddidit tactu ſuo, ſed bibendo aliquid de aquis ipſius, ſicuti capite nono expoſitum eſt, ibique expoſitum eſt Rabban Gamalielem dixiſſe, quod ſi ſerpens biberit de aquis ſacrificii pro peccato, & de cinere illius, eæ tamen ſunt in loco mundo; ſed de aquis conſecratis hoc non obſervandum eſt. Siphri vero dicit, vaſculum ſacrificii pro peccato conjunctorio quodam circumdatum, & in tentorio mortui poſitum, ſicuti Lex dicit, *in loco mundo*, at hic non eſt locus immundus.

ב כל הספק טהור לתרומה טהור (ס"א) לחטאת כל התלוי לתרומה נשפך לחטאת אם עשו על גביו טהרות תלויות הרפפות טהורות לקדש ולתרומה ולחטאת רבי אליעזר אומר הרעדות טמאות לחטאת:

2. Omne dubium quod mundum eſt pro oblatione prima, mundum eſt pro ſacrificio pro peccato. Quicquid dubium eſt in oblatione prima, id effunditur ratione ſacrificii pro peccato. Si fecerint ſuper ipſis purificationes, tum dubiæ ſunt. Tabulæ reticulatæ mundæ ſunt pro ſacris, oblatione prima, & pro ſacrificio pro peccato. R. Eliezer dicit, ligna remiſſa ſunt immunda pro ſacrificio pro peccato.

R. OB.

R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הספק טהור לתרומה *Omne dubium mundum pro oblatione prima*, ſi dubium iſtud abortum ſit in oblatione prima, tum munda eſt oblatio prima; ſi vero ſimile quid contigerit in ſacrificio pro peccato, mundum eſt. וכל התלוי בתרומה *& quod dubium eſt in oblatione prima*, omne dubium quod in oblatione prima natum eſt, dubium eſt, idcirco non comedunt, neque comburunt; ſi vero ſimile quid in ſacrificio pro peccato natum fuerit, effundatur cinis, vel aquæ conſecratæ. Cæterum in codice de Purificationibus capite quarto docemus dubium eſſe mundum, & ope illius dubiam eſſe oblationem primam.

אם עשו על גביו טהרות *Si fecerunt ſuper iis purificationes*, ſi cinere hoc ſparſerint, pollutus eſt dubio quod ab oblatione prima dependet, & ope iſtius ſparſionis purificaverit, tum dubias habent iſtas purificationes, & non edunt neque bibunt de illis. רפפות ſunt tabulæ reticulatæ mundæ pro ſacris, pro oblatione prima, & pro ſacrificio pro peccato, quia non ſunt vaſa, nec idonea ad calcationem ſeminiflui. ערות ſunt ligna laxe conjuncta inter ſe, quæ ſi homo iis innitatur, remittuntur, & commoventur, ſuntque immunda pro ſacrificio pro peccato, aliquando enim homines iis inſident, & propterea apta fiunt ut ſeſſione pollui poſſint; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In ſequenti Miſna exponendum erit illic eſſe dubium immunditiei, ſuper quo comburitur, & eſſe dubium immunditiei quod non comburitur neque comeditur, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur תולין *ſuſpendunt*. Præterea quoque eſt immunditiei dubium quod non polluit oblationem primam ullo modo, ſed ea munda relinquitur, ſicuti erat, & eſui licita eſt, propterea dicit, cum omni dubio immunditiei quod ſacrificio pro peccato innovatum eſt, ſe res habet ac ſi id innovatum eſſet pro oblatione prima; ſi id mundum eſſet & poſtea licitum factum ad eſum, tum mundum eſt pro ſacrificio pro peccato, & ſicuti hocce dubium pro ſacrificio pro peccato effundi debet, ita hæ purificationes quoque comburi debent; ſed effuſio ſacrificii pro peccato non comparanda eſt cum combuſtione purificationum, quia eæ non factæ ſunt ad eſum; hæ vero ad eſum factæ ſint. רפפות ſunt ligna reticulata, ſicuti decimo tertio capite de Purificationibus diximus. רערות ſunt ligna leviſſime conjuncta a radice רער *tremuit*, quia tremunt quando commoventur. Porro dicit auctor, quod non ſunt vaſa immunditiem recipientia, idcirco non rem ſacram, nec oblationem primam polluunt, nec ſacrificium pro peccato, quia non apta ſunt ad immunditiem. R. Eliezer dicit quod homines aliquando hiſce רערות inſidere ſolent, & quod apta ſint ad ſeſſionem, proinde immunda ſunt pro ſacrificio pro peccato, ſed mihi omnino incongruum videtur id quod de רפפות & רערות dicitur, quandoquidem neque in Toſaphta neque in Beraita quicquam invenitur quod hanc veritatem confirmat.

ג דבלה שלֿ תרומה שנפלה לתוך מי חטאת ונטלה ואכלה אם יש בה כביצה בין טמאה בין טהורה המים טמאים והאוכלה חייב מיתה (אין בה כביצה המים טהורין והאוכלה חייב מיתה) רבי יוסי אומר בטהורה המים טהורים הטהור לחטאת שהכנים ראשו ורובו לתוך מי חטאת נטמא :

3. Palatha oblationis primæ ſi in aquas ſacrificii pro peccato inciderit, & quis eam deſumpſerit atque comederit, tum ſi in ipſa ſit ovi copia, ſive munda ſit, ſive immunda, aquæ immundæ ſunt, qui vero comederit ipſam, is morte dignus eſt; ſi vero in ipſa non ſit ovi copia, aquæ ſunt mundæ, & qui comederit eam, is morte dignus eſt. R. Joſe dicit, in munda aquæ ſunt mundæ. Qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, ſi caput & maximam corporis partem in aquas ſacrificii pro peccato immiſerit, pollutus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יש בה כביצה *Si in ipſa ſit ovi copia*, nam ſi minus quam ovi copiam comederit, tum ea copia non polluit. *Sive munda, ſive immunda ſit, aquæ ſunt immundæ*, nam purificatio oblationis primæ eſt impuritas apud ſacrificium pro peccato. והאוכלה חייב מיתה *& qui comederit eam*, quia aquis ſacrificii pro peccato pollutus eſt dum eam comedebat, oblatio autem prima obligat ad mortem. *R. Joſe dicit, in munda aquæ ſunt mundæ*, putat enim R. Joſe quod is qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, non polluat aquas ſacrificii pro peccato; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. שהכניס ראשו ורובו בתוך מי חטאת *qui introduxerit caput ſuum & maximam corporis ſui partem in aquas ſacrificii pro peccato*, decreverunt Sapientes immunditiem de eo qui caput & maximam corporis partem immiſerit in aquas hauſtas, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Sabbato, atque hæc eſt una ex octodecim conſtitutionibus quæ uno die conſtitutæ ſunt. Cæterum aquæ ſacrificii pro peccato ſunt aquæ hauſtæ, proinde ſi quis caput & ipſius corporis maximam partem immiſerit, pollutus eſt iis, & cum non mundus ſit pro aquis ſacrificii pro peccato, hinc aquæ ſacrificii pro peccato eum polluunt, & fit primus immunditiei gradus, quia aquæ ſacrificii pro peccato non polluunt eum qui pro ipſis mundus eſt, ſed eum qui immundus eſt pro ipſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod cibi immundi non polluant potus, nec alios cibos, niſi copia ovi ſit ſaltem; ſic etiam jam expoſuimus quod cibi ſint immundi apud ſacrificium pro peccato, imo etiam pro re ſacra. Et ſecundum hæc fundamenta ſi palatha oblationis primæ in copia ovi inciderit in aquas ſacrificii pro peccato, tum aquæ pollutæ ſunt, licet oblatio prima ſit munda, tamen is qui poſthac comederit eam, morte dignus eſt, quia pollutus fuit dum comedebat, poſtquam aquas ad menſtrua purificanda tetigerit, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Vaſis. Qui vero olivæ copiam comederit de oblatione prima, is immundus eſt, & tenetur, ſicuti expoſuimus capite nono codicis de Synedriis. Porro etiam exponemus cum qui mundus eſt pro ſacrificio pro peccato, pollui non poſſe aquis ſacrificii pro peccato dum eas ſumit. Præterea in codice de Seminifluis exponetur quod ſi quis caput ſuum & maximam corporis partem introduxerit in aquas hauſtas, immundus ſit ex decreto Sapientum, & polluat oblationem primam; etenim notum eſt quod ſacrificii pro peccato aquæ ſint hauſtæ. Sin autem caput ſuum & maximam corporis partem in aquam ſacrificii pro peccato immiſerit, polluit eum aqua ſacrificii pro peccato, quam tetigit, ſitque primus immunditiei gradus; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ד כל הטעון ביאת מים מדברי תורה מטמא את הקדש ואת התרומה ואת החולין ואת המעשר ואסור

4. Quiſquis eſt lavandus aquis ſecundum Legem, is polluit rem ſacram, oblationem primam, profana, & decimas, & prohibitus eſt ab introitu in San-

על ביאת המקדש לאחר ביאתו מטמא את הקדש ופוסל את התרומה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים פוסל בקדש ובתרומה (מצאתי) ומותר בחולין ובמעשר ואם בא אל המקדש בין לפני ביאתו בין לאחר ביאתו חייב :

ctuarium; poſt ipſius ingreſſum polluit ſacra, & oblationem primam reprobat, ita R. Meyr. Sapientes dicunt, reprobat ſacra & oblationem primam; ſed profana & decimæ ei licita ſunt. Si vero introiverit Sanctuarium, ſive ante ingreſſum ſive poſt ipſius ingreſſum, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הטעון ביאת מים מדברי תורה *Quiſquis lavandus eſt aquis ſecundum Legem*, ut, ſi quis tetigerit patrem aliquem immunditiei. *Polluit rem ſacram & oblationem primam*, quia primus immunditiei gradus facit ſecundum in profanis & in decimis, ſed tertium in oblatione prima, & quartum in ſacris. אחר ביאתו *poſt ingreſſum ipſius*, ſi aquis ſe immerſerit, at nondum ſolis occaſum habuerit, tum ſecundo immunditiei juri obnoxius eſt, & tertium immunditiei gradum efficit in oblatione prima, ſed quartum in ſacris. *Sapientes dicunt, rem ſacram reddit reprobam*, nam ſicuti is qui die lotus eſt, oblationem primam reddit reprobam, ita etiam rem ſacram reddit reprobam, ſed non polluit rem ſacram, etenim quia ſe aquis immerſit, debilis eſt ipſius immunditıes, & reproba reddere poteſt, at non polluere. ואם בא אל המקדש *ſi vero ad Sanctuarium venerit*, quiſquis immergendus eſt ſi Sanctuarium ſive atrium Iſraëlitarum intraverit, licet poſtquam immerſerit ſe ante ſolis occaſum, tenetur; imo nequidem atrium mulierum intrare licet ei qui die lotus eſt, ſed non tenetur niſi Iſraëlitarum atrium intraverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si intellexeris ea quæ præmiſimus fundamenta in principio hujuſce libri, invenies quod quiſquis lavandus eſt ex Lege, ſit pater vel primus immunditiei gradus, ibique expoſuimus quod primus immunditiei gradus facit ſecundum in profanis, & multo magis in decimis & oblationibus primis, atque in ſacris; ſed hoc amplius exponetur in codice de Purificationibus, quod poſt immerſionem in aquam is qui die lotus eſt, reprobam reddat oblationem primam, & polluat rem ſacram ſecundum R. Meyr. Sapientes vero dicunt quod ſicuti is qui die lotus eſt oblationem primam reddit reprobam, ita etiam reprobam reddit rem ſacram, ſed nullo modo polluit; at vero nos hæc in principio libri jam diximus de immunditie potuum. Sapientes vero dixerunt quod ſi is qui die lotus eſt, ſecundum Legem aquæ immergendus ſit, tenetur ratione introitus in ſanctarium, donec ſol occiderit, licet ſe immerſerit aquis, ſed capite primo codicis de Vaſis dictum eſt quod is qui die lotus eſt, non poſſit atrium mulierum intrare, ſed tamen non tenetur, niſi propter atrium Iſraëlitarum, ſicuti illic expoſuimus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה כל הטעון ביאת מים מדברי סופרים מטמא את הקדש ופוסל את התרומה ומותר בחולין ובמעשר דברי רבי מאיר וחכמים אומרים במעשר לאחר ביאתו מותר בכולן ואם בא אל המקדש בין לפני ביאתו ובין לאחר ביאתו פטור :

5. Quiſquis ex inſtituto Sapientum aquis lavandus eſt, is polluit ſacra, & oblationem primam reddit reprobam, profana autem & decimæ ei licita ſunt, ita R. Meir. Sapientes ei decimas, concedunt ſed poſt ingreſſionem ipſius omnia ei ſunt licita, & ſi Sanctuarium intraverit, ſive ante ingreſſum ipſius, ſive poſt ingreſſum ipſius, liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל טעון ביאת מים מדברי סופרים *Quiſquis lavandus eſt aquis ex inſtituto Sapientum*, ut, ſi quis cibos immundos ederit, vel potus immundos biberit, manibus & vaſis pollutis potibus, vel ſimili re. *Sapientes vero ei concedunt decimas*, deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Poſt ipſius ingreſſionem*, poſtquam immerſerit ſe aquis, tum ſtatim omnia ei licita ſunt, & non requiritur occaſus ſolis. *Si acceſſerit ad Sanctuarium, mundus eſt*, quia interdictum de introitu in Sanctuarium ſpectat eum qui pater immunditiei eſt ex Lege, ſicuti ſcriptum eſt de immunditie hominis, vel beſtia immunda, vel de omni reptili immundo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טעון ביאת מים מדברי סופרים *Lavandus eſt aquis ex inſtituto Sapientum*, ut, ſi quis comederit cibos immundos, & biberit potus immundos, is polluit ſacra, & aquas reddit reprobas. Sed nos in principio hujuſce libri jam expoſuimus, quod is non indigeat occaſu ſolis, propterea poſt ingreſſionem ipſius omnia ei licita ſunt, nempe poſt ingreſſionem in aquam; ſed non tenetur ob introitum in Sanctuarium, quia eſt immunditics levis ex inſtituto Sapientum, ſed Lex non interdixit niſi ei qui pollutus eſt patre immunditiei ex Lege, ſicuti dixit de immunditie hominis, vel beſtiæ immundæ, vel omni reptili immundo.

ו כל הטעון ביאת מים בין מדברי תורה בין מדברי סופרים מטמא את מי חטאת ואת אפר חטאת ואת המזה (ס"א) מי חטאת במגע ובמשא האזוב המוכשר והמים שאינן מקודשים וכלי ריקם הטהור לחטאת במגע ובמשא דברי רבי מאיר וחכמים אומרים במגע אבל לא במשא :

6. Quiſquis lavandus eſt, ſive ex Lege, ſive ex inſtituto Sapientum, is polluit aquas ſacrificii pro peccato, & cinerem ejuſdem, & eum qui aquas ſacrificii pro peccato ſpargit, polluit tactu & onere. Hyſſopus diſpoſita, & aquæ non conſecratæ, atque vas vacuum quod pro ſacrificio pro peccato mundum eſt, polluit tactu & onere, ita R. Meir. Sapientes vero dicunt, tactu, at non onere.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמא את מי חטאת *Polluit aquas ſacrificii pro peccato*, etiam poſtquam ſe immerſerit, ſi non immerſerit ſe in nomine ſacrificii pro peccato, ſe res habet perinde ac ſi non immerſiſſet ſe, nam capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus tradimus, ſi immerſerit ſe pro ſacris, & ſacris dignus factus fuerit, tamen negotium ſacrificii pro peccato ei prohibitum eſt. Cæterum ſi in nomine ſacrificii pro peccato ſe im-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hyſſopus continetur ſub cibis, proinde illa poſt diſpoſitionem duntaxat polluit, & ſi eam tetigerit is qui cibos immundos comedit, tum polluit eam, & ope illius non ſparguntur aquæ ſacrificii pro peccato, proinde polluitur is qui aquis immergi debet, imo etiam ex inſtituto Sapientum, ratione aquæ non conſecratæ, quæ parata eſt pro conſecratione & vaſe vacuo, quod mundum eſt pro ſacrificio pro pec-

immerſerit, licet die lotus ſit ex Lege, cui oblatio prima & ſacra prohibita ſunt, ſacrificium pro peccato ei licitum eſt, quia is qui die lotus eſt, ad negotium vaccæ admitti poteſt. *Et polluit eum qui aquas ſacrificii pro peccato ſparſerit, tactu & onere*, de hoc ritu nemo eſt qui in contrariam eat partem, ſed hyſſopum ad immunditiem recipiendam diſpoſitum, quia id cibus eſt, diſpoſitione opus habet per aquas. Sic etiam diſſentiunt doctores de aquis non conſecratis, ſi quæ conſecrandæ ſunt, & de vaſe vacuo mundo, in quod cinis ſacrificii pro peccato conjiciendus eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

peccato, videlicet vas mundum pro ſacrificio pro peccato ut cinis vaccæ rufæ ei imponatur, vel aquæ conſecratæ, & ſimilia; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ז כל אזוב שיש לו שם לווי פסול אזוב זה כשר אזוב יון אזוב כוחלית אזוב רומי אזוב מדברי פסול ושל תרומה טמאה פסול ושל טהורה לא יזה ואם הזה כשר אין מזין לא בינוקות ולא בתמרות אין חייבין על הינוקות על ביאת המקדש רבי אליעזר אומר אף לא על התמרות אלו הן הינוקות גבעולין שלא גמלו:

7. Omne hyſſopum quod nomen adjunctum habet, reprobum eſt; ſed hyſſopum ſimplex eſt probum; hyſſopum Græcum, hyſſopum fucatum, hyſſopum Romanum, hyſſopum ſylveſtre, reproba ſunt; oblationis primæ immundæ hyſſopum eſt reprobum, mundæ vero hyſſopo ne conſpergat, ſi vero ſparſerit, tamen bene habet. Non ſpargunt ramo tenero, nec granis hyſſopi. Propter ramos teneros non tenentur de introitu in Templum. R. Eliezer dicit, neque ob grana hyſſopi; hi vero rami teneri ſunt culmi qui nondum maturi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל אזוב שיש לו שם לווי *Omne hyſſopum cui eſt nomen adjunctum*, tale nimirum hyſſopum, quocum aliud nomen conjungere ſolent, ſicuti ea quæ deinceps in Miſna recenſentur. אזוב זה *hoc hyſſopum*, hyſſopum nempe in genere, quod cum videret quiſpiam dixit, hoc eſt hyſſopum, ſimpliciter & abſque adjectivo.

של תרומה טמאה *Oblationis primæ immundæ*, nam hyſſopum hortenſe tenetur ad oblationem primam quando id colligitur ad eſum; porro nos docet auctor quod etiamſi id non habeat ovi copiam, quia non polluit aquas ſacrificii pro peccato, nihilominus tamen ſparſio illius ſit reproba, quia ipſum hyſſopum eſt immundum. ושל טהורה לא יזה *immundæ vero oblationis primæ hyſſopo ne ſpargat*, quia oblationem primam perdit. תמרות notat ſpeciem granorum in extremitatibus hyſſopi.

אין חייבין על הינוקות *Non tenentur ob ramos teneros*, immundus ſi hiſce ramis teneris conſperſus ſit, & ita Sanctuarium intraverit, non tenetur. R. Eliezer dicit &c. deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. גבעולים שלא גמלו *culmi qui nondum maturi facti ſunt*, quando flos adhuc continetur in marſupio ſuo antequam id ſe aperuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שם לווי *Nomen conjunctum*, nomen hyſſopi cui aliquando adjectivum additur, ſenſus itaque eſt quod ſi quis tale hyſſopum viderit, dicet, hyſſopum hoc eſt, abſque ulla ſignificatione rei. Cæterum hyſſopum ad oblationem primam tenetur, ſi illud in hortis ſatum ſit, ſecundum ea quæ expoſuimus fundamenta de ſeminibus. Porro dicit auctor quod hyſſopum oblationis primæ immundæ ſit reprobum; dices autem quomodo aſperſio fieri poſſit ipſo, cum id polluat aquas ſacrificii pro peccato, imo licet oblatio prima ſit munda, ſicuti expoſuimus, cum jam dictum ſit quod oblatio prima non polluat aquas ſacrificii pro peccato, niſi ovi copia ſit ſaltem, etiamſi immunda ſit. תמרות hic denotat marſupium aliquod in quo ſemen continetur in extremitate ramorum. יונקות ſunt culmi, ſive fructus antequam is apertus ſit, ſed quum in crumena ſua adhuc clauditur. Poſtea dicit auctor, *ſed non tenentur ob ramos teneros de introitu in Templum*, cujus dicti hic eſt ſenſus, ſi is immundus ſit, & conſperſerit ſuper ipſo teneris ramis, is vero Templum intraverit, tum liber eſt, licet cum hac aſperſione non tranſierit, ſed paulo poſt tum non dicimus quod Templum Domini polluit; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח אזוב שהזה בו כשר לטהר בו את המצורע לקטו לעצים ונפלו עליו משקין מנגבו והוא כשר לקטו לאוכלין ונפלו עליו משקין אף על פי שנגבו פסול לקטו לחטאת כמלקט לאוכלין דברי רבי מאיר רבי יהודה ורבי יוסי ורבי שמעון אומרים כמלקט לעצים:

8. Hyſſopus qua conſperſum eſt, legitima eſt ad leproſum purificandum; ſi collegerit eam in ligna, & in ipſam inciderint potus, abſtergat ipſam, & tum legitima eſt; ſi collegerit ipſam in cibos, & in ipſam inciderint potus, licet abſterſerit ipſam, reproba eſt. Si collegerit ipſam in ſacrificium pro peccato, tum colligit ſicuti in cibos, ita R. Meyr. R. Jehuda, R. Joſe & R. Simeon dicunt, ſicut is qui colligit in ligna.

R. OB. DE BARTENORA.

מנגבו *Abſtergat eam*, ne aquæ legitimæ cum illegitimis miſceantur; & quum abſterſerit hyſſopum, tum illegitima eſt, & quamvis non polluta ſit, tamen ex quo diſpoſita eſt ad immunditiem recipiendam, illegitima eſt. *Si collegerit eam in ſacrificium pro peccato*, ad conſpergendum ea aquas ſacrificii pro peccato. *Sicuti is qui colligit in ligna*, & abſtergit, tum ea legitima eſt, & ita deciditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi potus non habentur pro potibus immundis, ſed quamvis potus mundi ſint, tamen ex quo diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, reproba eſt hyſſopus ne ea ſpargatur; deciſio non eſt ſecundum R. Meyr.

ט מצות אזוב שלשה קלחים ובהם שלשה גבעולין רבי יהודה אומר של שלשה שלשה אזוב שיש בו שלשה קלחים מפסגו ואוגדו פסגו ולא אגדו אגדו

9. Præceptum de hyſſopo eſt de tribus caulibus, in quibus tres ſunt culmi. R. Jehuda dicit, trium culmorum quilibet caulis. Hyſſopum ſi tres caules contineat, diſcindat illud & colliget, at ſi diſciderit ſed non colligaverit, vel colligaverit ſed non diſciderit, vel ſi neutrum fecerit, bene habet. R.

ולא פסגו לא פסגו ולא אגדו כשר רבי יוסי אומר מצות אזוב שלשה קלחים ובהם שלשה גבעולים ושיריו שנים וגרדומיו כל שהוא :

Joſe dicit, præceptum hyſſopi eſt de tribus caulibus, in quibus tres ſunt culmi, reſidua vero illius duos continent, & fruſta ejus poſſunt eſſe quantulacunque.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה קלחים *Tres caules*, & in iis tres culmi, in quolibet nempe caule unus culmus; quod autem tres caules requirantur, id colligimus e Lege duobus in locis verbo לקח utente, nimirum ſicuti in ritu Paſchali tres requiruntur caules, ita etiam hic tres requiruntur. מפסגו *divellat*, & in tres caules dividat diſtinctos. *R. Joſe dicit, præceptum hyſſopi eſt de tribus*, R. Joſe magis aggravat quam doctor primus, nam ſecundum R. Joſen in principio ſi duo ſint caules, illegitimus eſt faſciculus, at ſecundum doctorem primum legitimus eſt, ſi duo ſint, nec is reprobus eſt niſi donec principium & reſidua ipſius unus culmus ſint. Quod autem doctor primus tradit præceptum de hyſſopo tres caules requirere, id ſimplex duntaxat eſt præceptum, quod tamen rem non prohibet, ſi ea alio modo facta ſit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen. וגרדומיו כל שהוא *& fruſta ejus quantulaque*, intellige culmi fruſta quantulacunque; ſed וגרדומיו & שיריו duo ſunt nomina, nam per שיריו intelliguntur trium caulium reſidua, id eſt duo caules, ſed גרדומיו denotat ipſum culmum, quia is diffringitur, remanente de ipſo quantulacunque copia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלשה קלחים *Tres caules*, intellige tres radices quarum unaquaque continet culmum, hinc in tribus ramis tres erunt culmi. R. Jehuda dicit, quod in quolibet caule tres culmi eſſe debeant. מפסגו eſt idem quod יפסגו *diſcindat ipſum*, ſi nempe una ſit radix & in ipſa tres rami, is vero eas amputaverit donec tres ſint caules, tum colligat eos in unum faſciculum, quia Lex dicit, *& accipiet hyſſopum*. Et de Paſchate Ægyptio dicit, *& accipietis faſciculum hyſſopi*, hinc obligatio eſt de faſciculo, qui ſaltem tres continet ramos. In Siphri dicitur, Lex in ambobus locis utitur verbo לקח *accipere*, propterea quod utriuſque loci idem eſt ſenſus. גרדומיו notat reliquias culmorum, ſi folia remanſerint, & tempus tranſierit, licet exigua admodum copia reliqua ſit de omni culmo; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

פ״ק יב האזוב הקצר מספקו בחוט ובכוש וטובל ומעלה ואוחז באזוב ומזה רבי יהודה ורבי שמעון אומרים כשם שהזייה באזוב כך טבילה באזוב :

Caput 12. Hyſſopus brevis compenſetur ope fili, vel fuſi; immergatur & extrahatur, hyſſopum capiat & conſpergat. R. Jehuda & R. Simeon dicunt, ſicuti ſparſio fit hyſſopo, ita etiam immerſio fit hyſſopo.

R. OB. DE BARTENORA.

אזוב הקצר מספקו *Hyſſopum parvam compenſat*, longiorem reddit. כוש idem eſt quod פלך *fuſus*, in quo mulieres nent. *Immergat & extrahat*, licet dicat Lex, *& accipiet hyſſopum aquiſque immerget*, hic autem ubi fuſus accipitur cujus extremitati hyſſopus impoſita eſt, optime dicimus, & accipiet hyſſopum, nam recte vocatur acceptio quod ope alius rei accipitur. *Et hyſſopum capit, atque conſpergit*, nam ratione ſparſionis requirimus ut hyſſopum in manu teneat ſacerdos; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Simeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מספקו בחוט *Compenſat eam filo*, colligat extremitatem fuſi, donec aquas ſacrificii pro peccato conſecutus fuerit quæ ſunt in fuſo, & poſtea educit ipſum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Simeonem.

ב הזה ספק מן החוט ספק מן הכוש ספק מן הגבעול הזייתו פסולה הזה על שני כלים ספק על שניהם הזה ספק מחבירו מיצה עליו הזייתו פסולה מחט שהיא נתונה על החרס והזה עליה ספק על המחט הזה ספק מן החרס מיצה עליה הזייתו פסולה צלוחית שפיה צר טובל ומעלה כדרכו רבי יהודה אומר הזייה ראשונה מי חטאת שנתמעטו טובל אפילו ראשי גבעולין ומזה ובלבד שלא יספג נתכוון להזות לפניו והזה לאחוריו לאחוריו והזה לפניו הזייתו פסולה לפניו והזה על (ש״ס) הצדדין שלפניו הזייתו כשרה מזין על האדם מדעתו ושלא מדעתו מזין על האדם ועל הכלים ואפילו הן מאה :

2. Si aſperſerit, at dubitaverit an aqua provenerit e filo, an vero de fuſo, vel e culmo, ſparſio reproba eſt. Si ſparſerit ſuper duo vaſa, ſed dubitaverit an ſuper ambobus ſparſerit, an vero de uno in alterum ſparſerit, ſparſio ipſius reproba eſt. Si quis in acum ſartoriam teſtæ impoſitam ſparſerit, is vero dubitaverit an ſuper acum ſartoriam, an vero ſuper teſtam ſparſerit, ſparſio illius reproba eſt. Amphoram os habentem anguſtum immergat, & extrahat more ſuo. R. Jehuda dicit, ſparſio prima eſt bona, aquæ ſacrificii pro peccato diminutæ immergat, licet extremitates culmorum ſint, & ſpargat dummodo non abſtergat. Si intenderit coram ſe ſpargere, & poſt ſe ſparſerit, vel contra, reproba eſt ipſius ſparſio. Si intenderit coram ſe ſpargere, & ſparſerit ſuper latera coram ſe, proba eſt ſparſio ipſius. Spargunt ſuper hominem conſulto & non conſulto; ſpargunt ſuper hominem & vaſa, licet centum ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק מן החוט ספק מן הכוש *Si dubium ſit an de filo, an vero de fuſo*, quia ſparſionem requirimus certam de hyſſopo, conſtituimus enim immundum in ſtatu certo immunditiei. *An vero de altero ſparſerit ſuper ipſam*, quia forſan ex ſparſione expreſſio aquæ ſacrificii pro peccato tranſiit ex uno vaſe in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מיצה *Si expreſſerit*, & effuderit, hac ſignificatione verbum מצה occurrit Levit. 1, 15. *Immergat & extrahat more ſuo*, etenim non dicimus, hæ ſunt aquæ quæ aſcendunt cum hyſſopo; ſed ſunt aquæ quæ exiſtunt in ore vaſis ob anguſtiam ipſius, ita ut hyſſopus cum ipſis aquis conjungatur, &

in alterum. *Sparſio illius reproba eſt*, nam ſi de altero vaſe ſuper ipſo ſparſerit, tum hæc non eſt ſparſio de hyſſopo. טובל ומעלה כדרכו *immergat & extrahat more ſuo*, etenim non dicimus quod cum impellitur hyſſopus in ore illius ut exeat, forſan aquæ in vas redibunt, ita ut in hyſſopo non remaneat juſta menſura. *R. Jehuda dicit, prima ſparſio bona eſt*, quia de prima ſparſione non ſolliciti ſumus, ſed de aſperſione ſecunda, quia aqua impellitur ut exeat, & quia de hac aqua aſperſit, hinc ea admodum diminuta eſt, & ſolliciti ſumus quod in hyſſopo remanſerit juſta menſura; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. שלא יספג *ne abſtergat*, a parte vaſis, vel fundi ipſius, quia Lex dicit, *& lavabit*, non vero, & abſtergat. *Sparſio illius reproba eſt*, quia requirimus ut ſparſio cum intentione fiat, quod hic non factum eſt. *Licet centum ſint*, & non requirimus ſparſionem ſeorſim factam pro unoquoque viro, vel pro unoquoque vaſe.

& proinde non requiri immerſionem. R. Jehuda dicit ſparſionem primam duntaxat ſpargi de hocce vaſe anguſto; *dummodo non abſtergat*, nempe vas non abſtergendum eſt hacce hyſſopo, ſicuti lutum a veſtibus abſtergunt, quia Lex dicit, *& immerget aquis*, ergo donec immerſio fiat; proinde dicunt doctores, donec tanta aquæ copia ſit, quanta ad immerſionem ſufficit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Sparſio ipſius reproba eſt*, quia aſperſio requirit intentionem ſpargentis. *Licet centum ſint*, ſenſus eſt quod ſub una aſperſione omnes contineri poſſunt, ita ut non requiratur ſparſio pro unoquoque homine.

ג נתכון להזות על דבר שהוא מקבל טומאה והזה על דבר שאינו מקבל טומאה אם יש באזוב לא ישנה על דבר שאינו מקבל טומאה והזה על דבר שמקבל טומאה אם יש באזוב ישנה על האדם והזה על הבהמה אם יש באזוב לא ישנה על הבהמה והזה על האדם אם יש באזוב ישנה המים המנטפין כשרים לפיכך הם מטמאין לשם מי חטאת:

3. Si intenderit ut ſuper re immunditiem recipiente ſpargat, ſed is ſuper re immunditiem non recipiente ſparſerit, tum ſi in hyſſopo juſta copia remanſerit, ne repetat; vel ſi intenderit ut ſpargat ſuper re immunditiem non recipiente, ſed ſparſerit ſuper re immunditiem recipiente, tum ſi in hyſſopo ſit juſta copia, repetat. Si ſuper homine intenderit ſpargere, at is ſuper beſtia ſparſerit, tum ſi in hyſſopo ſit juſta copia, ne repetat; vel ſi ſuper beſtia ſpargere cogitaverit, ſed ſparſerit ſuper homine, tum ſi in hyſſopo ſit juſta copia, repetat. Aquæ ſtillantes ſunt legitimæ, proinde eæ polluunt in nomine aquæ ſacrificii pro peccato.

R. OB. DE BARTENORA.

על דבר המקבל טומאה *Super re immunditiem recipiente*, videlicet ſuper homine, vel vaſis. *Vel ſuper re quæ non recipit immunditiem*, ut ſuper beſtia, vaſiſque lapideis. אם יש באזוב לא ישנה *ſi in hyſſopo ſit, tum ne repetat*, hoc ſenſu, ſi in hyſſopo remanſerit quantum ad ſparſionem ſatis eſt, tum non opus eſt repetitione immerſionis, ſed ſufficit ut ſpargat de eo quod in hyſſopo remanſerit, ſuper re immunda, & aſperſio ei imputatur, ſicuti in Lege ſcriptum eſt Num. 19, 19. *Et mundus ſparget ſuper immundo*, ſi nempe cum intentione ſparſerit ſuper immundo, proinde ſi dum hyſſopum immergebat ut ſuper immundo ſpargeret, intenderit, ne repetat, ſed ſpargat de eo quod in hyſſopo reliquum eſt. Sin autem hyſſopum immerſerit ut ſpargat ſuper re non recipiente immunditiem, tum quandoquidem in principio illius immerſio reproba erat, etiam ſparſio illius reproba eſt, idcirco ne ſpargat de eo quod reliquum fuerit de hyſſopo, donec repetiverit.

המים המנטפין כשרים *Aquæ ſtillantes ſunt rectæ*, quæ de hyſſopo ſtillant, quam immerſit in nomine rei immunditiem non recipientis, ſi immerſerit in iſtas guttas hyſſopi, tum ſi de iſtis aſperſerit, legitimæ ſunt aquæ, propterea polluunt, cum non fecerint præcepta ipſarum, etenim cum prima vice aſperſerit, reprobæ factæ ſunt, guttæ vero hyſſopi manent aquæ ſacrificii pro peccato legitimæ, quæ polluunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, *& conſpergat mundus ſuper immundo*, hinc requiritur ut cum intentione ſpargat ſuper immundo, proinde ſi hyſſopum immerſerit, & intenderit ut ſpargat ſuper re recipiente immunditiem, vel ſuper homine immundo, qui conſpergi debet, tum immerſio recta eſt. Si vero de hac immerſione ſparſerit ſuper re immunditiem non recipiente, & in hyſſopo tantum remanſerit quantum ad ſecundam ſparſionem ſatis eſt, tum non requiritur ut hyſſopus ſecunda vice immergatur, ſed ſpargat potius de hyſſopo ſuper re quæ conſpergi debet, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, אם יש באזוב לא ישנה *ſi in hyſſopo ſit, tum ne repetat*, quia hyſſopum immerſit ad conſpergendum ſuper re immunditiem recipiente, ſed non requiritur lotio ſecunda. Cæterum ſi immerſerit hyſſopum ut conſpergat ſuper re immunditiem non recipiente, & poſtea ſparſerit ſuper re immunditiem recipiente, tum reproba ſparſio eſt, quia immerſio non fuit legitima dum hyſſopum immergebat, propterea licet de hyſſopo remanſerit copia aquæ, tamen inde non perficitur ſecunda ſparſio, niſi donec hyſſopum ſecunda vice immerſerit, ea intentione ut ſpargat ſuper immundo, & hic eſt ſenſus illius quod ſuperius dictum eſt, *ſi ſit in hyſſopo, tum repetat*, licet enim in hyſſopo ſint aquæ quibus ſecunda ſparſio peragi poſſit, tamen immergat. Cæterum in Toſaphta hujuſce diſcriminis rationem dederunt, quandoquidem principium immerſionis reprobum eſt, proinde aſperſio quoque reproba eſt. *Aquæ ſtillantes*, nam ſi immerſerit hyſſopum ut ſpargat ſuper re immunditiem non recipiente, & aquæ ex hyſſopo ſtillaverint guttatim, tum iſtæ guttæ ſunt rectæ pro aſperſione; nimirum ut hyſſopus iis immergatur, & poſtea inde conſpergatur; proinde immundæ ſunt aquæ ſacrificii pro peccato, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Vaſis. Etenim nos haſce guttas non eo loco collocamus, quo id quod de re immunda ſpargendum eſt tempore aſperſionis collocamus, quod non polluit, ſicuti expoſitum. *Quia hæc non fecerunt præcepta ipſorum*, quia immerſione illegitima immerſit, cum in nomine rei immunditiem non recipientis immerſerit; hoc ſenſu hæc Miſna in Toſaphta explanata eſt.

ד המזה מחלון של רבים ונכנס למקדש ונמצאו המים פסולין פטור מחלון של יחיד ונכנס למקדש ונמצאו המים פסולין חייב אבל כהן גדול בין מחלון של יחיד בין מחלון של רבים פטור שאין כהן גדול חייב

4. Si quis ſparſerit e feneſtra loci publici, & Sanctuarium intraverit, & aquæ reprobæ factæ fuerint, liber eſt. Si ſparſerit e feneſtra loci privati, & Sanctuarium intraverit, aquæque reprobæ factæ fuerint, tenetur. Sed pontifex maximus ſive e feneſtra loci privati, ſive publici ſparſerit, liber eſt, quia

חייב על ביאת מקדש מחליקין היו לפני חלון של רבים ודורסין ולא נמנעין מפני שאמרו מי חטאת שעשו מצותן אינן מטמאין :

quia pontifex maximus non tenetur de introitu in Sanctuarium. Vacillabant coram feneſtra loci publici, calcabant & non cohibebantur; & quia dixerunt, aquæ ſacrificii pro peccato quarum præcepta fecerunt, non polluunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המזה מחלון של רבים *Si quis ſparſerit e feneſtra loci publici*, ſi quis ſtet in loco publico, atque illic ſparſerit ſuper tranſeuntes immundos; & ſuper immundo ſparſerit ea opinione quod aquæ quas in manu tenet, mundæ ſint ad ſparſionem. *Eæ vero reprobæ inventæ fuerint*, & is cum hac aſperſione Templum intraverit, immunis eſt immundus a ſacrificio, quia quaſi dubium immunditiei eſt in loco publico, cujus dubium eſt mundum. Rambam vero ſenſum exponit quod hicce immundus neceſſitate coactus ſit. Cum is animum non attendere debuiſſet, nec inquirere an aquæ ad ſparſionem aptæ eſſent, necne, quia ſtabat in loco publico & ſpargebat ſuper plures. Qui vero ſtat in feneſtra loci privati, & ſpargit ſuper immundo ei inquirendum fuiſſet de aquis ſintne legitimæ necne; quia vero non inquiſivit, error dicendus eſt, & non coactio. At vero ſi cum hac ſparſione intraverit Templum, ſacrificium adferre tenetur, quia quaſi dubium immunditiei eſt in loco publico, cujus dubium eſt immundum.

שאין כהן גדול חייב על ביאת המקדש *Quia pontifex maximus non tenetur de introitu in Sanctuarium*, quia Lex dicit Levit. 19, 18. *Et excidetur anima iſta e medio cœtus*, cujus vero peccatum aſſimilatur cœtui, is privatus eſſe cenſetur, & excidendus, excepto pontifice maximo, cujus peccatum non eſt ſimile hominis privati peccato, & propterea non excidendus. מחליקין היו *vacillabant*, ſenſus eſt quod tanta illic eſſet aquæ copia ſacrificii pro peccato ut homines vacillarent; nihilominus tamen in iis incedebant quia non polluebant aquæ, quia præceptum earum jam peractum erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dictum eſt quod conſulto ſit ſpargendum ſuper homine, & non conſulto, & ſi quis e feneſtra loci publici ſparſerit, ut purificet aliquem, is vero ſparſerit ſuper hominem immundum, putaveritque eum purificatum eſſe, & Sanctuarium intraverit, atque deinceps iſtæ aquæ reprobæ factæ fuerint, quando purificatio non rite peracta fuit, tum is hac de cauſa non tenetur oblationem offerre, cum feneſtra loci publici aſſimiletur dubiæ immunditiei in loco privato, cujus dubium eſt mundum, ſicuti codice inſequenti exponetur. Etenim non dicimus ei, quamobrem non inquiſiviſti de hiſce aquis legitimis, & tum ad Templum acceſſiſti? etenim notum eſt quod multos purificare nequit, niſi aquis legitimis. Cæterum ſi feneſtra ad privatum hominem pertineat, tum anquirere debet, & poſtea Templum intret, propterea ſacrificium offerre debet, quia etiam aſſimilatur dubio immunditiei in loco privato, cujus dubium immundum. Pontifex vero maximus immunis eſt a ſacrificio propter duas rationes ſimul, quia is non debet ſacrificium offerre propter immunditiem Templi, ejuſdemque rerum ſacrarum, ſicuti expoſuimus capite ſecundo codicis de Judicum Documentis. מחליקים *vacillant*, ſenſus enim eſt quod feneſtra in loco publico, circa quam ſolum maceratum eſt, quia aquæ ſacrificii pro peccato illic jugiter decidunt, hinc homines ibi conſiſtentes veſtes ſuas convolvebant, pedibuſque ſuis calcabant, ſed non cohibebantur ab introitu in Templum, & ab opere rerum ſacrarum, quia aquæ ſacrificii pro peccato quibus ſparſio jam facta eſt, non polluunt, ſicuti ipſæ aquæ ſacrificii pro peccato, ſicuti in principio codicis de Vaſis expoſuimus; & hic eſt ſenſus illius quod dicitur in hac Miſna, aquæ ſacrificii pro peccato quarum præceptum jam peractum eſt, non polluunt.

ה אוחז הוא הטהור בקרדום הטמא בכנפו ומזה (ס"א) עליו אף על פי שיש עליו מים כדי הזיה טהור כמה יהא במים ויהיה בהם כדי הזיה כדי שיטביל ראשי גבעולין ויזה רבי יהודה אומר רואין אותם כאלו הן על אזוב של נחשת :

5. Si quis mundus teneat ſecurim immundam ala veſtis ſuæ, & ſpargat ſuper ipſam, licet in ipſo ſit copia ſparſionis, mundus eſt. Sed quanta ſit copia ſparſionis? ut immergere poſſit extremitates culmorum, & ſpargere. R. Jehuda dicit, conſiderant eas ac ſi ſuper hyſſopum æreum eſſent.

R. OB. DE BARTENORA.

בכנפו *Ala ſua*, ſupple veſtis ipſius, cum itaque ſecuris quæ ſparſione indiget, ſit pater immunditiei, hinc ſi eam ala veſtis apprehenderit, ala fit primus immunditiei gradus, ſed is qui apprehendit, non eſt pollutus, quia homo & vaſa a patre immunditiei duntaxat immunditiem recipiunt; etſi enim ſuper ſecuri ſit aquæ copia quæ pro ſparſione ſatis eſt, tamen non pollutus eſt qui eam apprehendit, propterea quod aquas ſacrificii menſtrui pro peccato portavit, quia præceptum ipſarum jam peractum eſt.

כדי שיטביל ראשי גבעולין *Ut immergat extremitates culmorum*, & ſpargat præter id quod hyſſopus imbibit. *Perinde ac ſi eſſent ſuper hyſſopo æreo*, quod non imbibit quicquam, aquas enim ab hyſſopo abſorptas conſiderant, ac ſi iſtæ perficerent menſuram ſparſionis, cum pollutus ſit is qui eas portat. Quod autem Lex dicit, Num. 19, 21. *Et ſparget aquas menſtrui*, exinde colligimus pro eo qui menſuram ſparſionis portat, id intelligas, ſi ita videatur ac ſi in iis eſſet copia quæ ad ſparſionem ſufficit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac Miſna commemoratur unus ex iſtis ſenſibus qui ſuperius jam expoſiti ſunt, videlicet quod aquæ ſacrificii pro peccato quarum præceptum jam peractum eſt, non polluant, proinde ſi vir mundus ceperit ſecurim immundam, eamque ala veſtis illius apprehenderit, & ſparſerit is qui aquas ſacrificii pro peccato ſpargit, licet ſuper hac ſecuri ſit aliquid de aquis ſacrificii pro peccato, quod ad ſparſionem ſufficit, tamen is qui ſecurim manu tenet, mundus eſt, ſicuti antea erat. Sed non dicimus quod is portat aquas ſacrificii pro peccato, quia præceptum earum jam expoſitum eſt. Cæterum nos jam in principio hujuſce libri expoſuimus, quod quicquid immunditie mortui per ſeptiduum polluitur, ſit immunditiei pater, & præterea quoque notum eſt quod ſparſione non opus ſit niſi pro eo qui per ſeptiduum pollutus eſt. Sic etiam expoſuimus quod immunditiei pater hominem polluat, at non immunditiei proles; de hiſce fundamentis dicit, ſi mundus apprehenderit ſecurim immundam ope veſtimenti, tum veſtimentum ipſius erit immunditiei proles, ſed non polluit ipſum. Inſuper quoque notum eſt quod in ſecuri nihil ſit ad quod mortui immundities pertingere poſſit, nam tunc in hanc veſtis alam veniet pater immunditiei. Poſtea exponit auctor quanta ſit copia ſparſionis, quæ onere polluit, dicitque tantam requiri quanta ſufficit ad culmorum extremitates immergendas. Cæterum ſententia R. Jehudæ eſt de hyſſopo æreo, quocum nihil cohærere ſolet, nec aqua haurienda eſt ſuper quibus quicquam exiſtit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו המזה באזוב טמא אם יש בו כביצה המים פסולים והזייתו פסולה אין בו כביצה המים כשרים והזייתו פסולה ומטמא את חבירו וחבירו את חבירו אפילו הן מאה׃

6. Si quis hyſſopo ſparſerit immundo, & in ipſo ſit ovi copia, aquæ ſunt reprobæ, & ſparſio illius reproba eſt. Si in ipſo non ſit copia ovi, aquæ ſunt legitimæ, ſed ſparſio eſt reproba, & polluit alium, & is denuo alium, licet centum ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

המזה באזוב טמא *Si quis ſparſerit hyſſopo immundo*, ſi ſparſerit hyſſopo hortenſi, quod in cibum collegerat, quodque ovi copiam habebat, hæc enim eſt menſura illius qui comedit, ſive ad immunditiem recipiendam, ſive ad alios polluendos. *Sparſio illius reproba eſt*, nam cum Lex dicat, *& conſperget*, requiritur ut is qui ſpargit, mundus ſit, & hyſſopum quoque. *Licet centum ſint*, omnes immundi ſunt pro ſacrificio pro peccato, quia ratione ſacrificii pro peccato non enumerant primum & ſecundum immunditiei gradum, ſed omnes ſunt principium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod cibi immundi non polluant niſi in copia ovi; poſtea vero dicit quod hocce hyſſopum immundum, ſi id copiam ovi contineat, hyſſopum aliud polluat gradu immunditiei ſecundo, & ſecundus denuo tertio gradu, & ſic porro, ratione aquæ ſacrificii pro peccato duntaxat, quia de hac non dixit auctor, quartus, nec decimus, ſed omnes gradus immundi ſunt. Scias autem hic dici, *qui ſparſerit hyſſopo immundo*, cujus dicti ſenſus eſt quod hyſſopum pro ſacrificio pro peccato immundum, licet id decem gradus diſtet ab immunditie, tamen immundum ſit, proinde aquæ ſunt reprobæ. Verum ſi hyſſopum ſit immundum pro ſacris, vel pro oblatione prima, tum aquæ ſunt immundæ, ſicuti præcedenti capite expoſuimus.

ז הטהור לחטאת שנטמאו (ס"א) ידיו נטמא גופו ומטמא את חברו וחברו את חברו אפילו הן מאה׃

7. Si manus illius qui pro ſacrificio pro peccato mundus eſt, pollutæ ſint, etiam corpus pollutum eſt, & polluit ſocium ſuum, & is denuo ſocium ſuum, licet centum ſint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Jam tibi expoſui quod ratione ſacrificii pro peccato, homo polluat hominem, & vaſa polluant vaſa, uſque in indefinitum, neque illius reſpectu dicitur ſecundus vel tertius immunditiei gradus. Cæterum in Toſaphta dicitur, de ſacrificio pro peccato non dicunt, hic primus, ille vero ſecundus eſt immunditiei gradus, ſed licet centum ſint, omnes ſunt principium immunditiei, quia pro ſacrificii pro peccato aquis non enumerant, ut, *ſi maſſæ quædam factæ ſint ſicuti ſacrificium pro peccato, quarum una tetigerit reptile, licet centum ſint, omnes ſunt principium immunditiei, quia pro aquis ſacrificii pro peccato non enumerant gradus.*

ח לגין של חטאת שנטמאו אחוריו נטמא תוכו ומטמא את חברו וחבירו את חברו אפילו הן מאה הזוג והענבול חבור כוש של רובן (ס"א אורבן) לא יזה לא על הכוש ולא על הפיקה ואם הזה כוזה של פשתן חבור עור של עריסה שהוא מחובר לפיקות חבור המלבן אינו חבור לא לטומאה ולא לטהרה כל ידות הכלים הקדוחות חבור רבי יוחנן בן נורי אומר אף החרוקות׃

8. Lagenæ ſacrificii pro peccato exterior pars ſi polluta ſit, etiam interior polluta eſt, & polluit alteram, quæ denuo aliam, & ſic porro, licet centum ſint. Tintinnabulum & malleus conjunguntur. Fuſum ſtorearum ne conſpergat, nec verticulum illius; ſi vero ſparſerit, fiat; lini fuſus eſt conjunctio. Corium cunarum cum verticulis junctum, eſt conjunctio. Tabula quadrata non eſt conjunctio pro immunditie, neque pro munditie. Omnes anſæ vaſorum perforatæ ſunt conjunctio. R. Jochanan Nuri filius dicit, etiam interſectæ.

R. OB. DE BARTENORA.

שנטמאו אחוריו *Cujus exteriora polluta ſunt*, potibus immundis, tum pro reliquis puritatibus interiora non polluta ſunt; ſed non ita pro ſacrificio pro peccato. הזוג והענבל חבור *tintinnabulum & malleus ſunt conjunctio*, ſi nempe unum ſit conſperſum, alterum eſt purificatum. זוג idem eſt quod פעמון *tintinnabulum*, ſed ענבול eſt malleus in tintinnabulo, qui ſonum excitat. כוש של רובן *fuſus ſtorearum*, eſt fuſus in quo nent. ארבן notat juncos e quibus ſtoreas conficiunt. לא על הכוש ולא על הפיקה *Non ſuper fuſo neque ſuper verticillo*, ac ſi dixiſſet, non ſparget ſuper uno neque altero ſeorſim, quia non ſunt conjuncta, ſed ſuper ambobus ſpargendum eſt. פיקה vocatur id quod fuſo in fine imponunt ad aggravandum, & barbare Poſerlo vocatur; ſin autem ſuper alterutro ſparſerit, conſperſum eſto. Rambam exponit, neque ſuper fuſo, neque ſuper verticillo, ſed ſuper calamo ferreo, quod ſummitati fuſi imponere ſolent, & צנורא vocatur, atque ſuper ipſo ſpargunt quia inſtrumenti præcipua pars eſt, hinc aſperſio imputatur fuſo & verticillo. של פשתן חבור *lini fuſus eſt conjunctio*, quia fuſus in quo linum nent ſolet conjungi cum verticillo. עור של עריסה *corium cunarum*, eſt corium quod cunis applicant, & cum ipſis conjungi ſolet. מלבן eſt tabula quædam excavata, cui crura lecti imponunt, ne humoribus in terra putreſcant, ſic in codice tertio de Damnis capite quarto mentio fit de tabulis qua-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Figura פעמון *tintinnabuli* nota eſt, & illius circumferentia vocatur זוג: quod vero intus ſonum edit, id ענבול vocatur, ſed ambo conjuncta ſunt; quando autem aquæ ſacrificii pro peccato ſuper alterutro ſparſæ ſunt, tum utrumque purificatum eſt. כוש fuſus autem in quo nent, tribus modis conjunctus eſt, quorum unus fit ope ligni cui impoſitum eſt quod netum eſt, vel contortum; ſecundus modus fit ope extremitatis ferri, vel æris fragmenti quod eſt in extremitate hujuſce ligni, & צנורה vocatur; tertius fit ope depreſſorii alicujus quod פיקה vocatur, & in Arabia נולה dicitur. Porro dicit auctor quod fuſus, in quo funiculos e juncis nent, ſit fuſus רובן ſtorearum, qui ſi pollutus ſit, aquæ ſacrificii pro peccato non ſparguntur ſuper ipſum lignum quod funiculo conjunctum eſt, neque ſuper depreſſorium, ſed ſuper extremitatem ferri duntaxat, quia illud verum eſt inſtrumentum. Sin autem ſuper alterutro ſparſerit, tum id ipſum ita conſperſum eſt ut fuſus quoque purificatus ſit. Sed fuſi lini omnes partes ſunt conjunctio, quia is variis conjunctionibus paratus eſt. Si ſparſerit ſuper inſtrumento pelliceo uno, tum omnia reliqua ſunt munda. מלבן eſt lignum quadratum ſuperius lecto impoſitum, ſed illius figuram aliquoties expoſuimus in codice de Vaſis. Porro dicit auctor, *non eſt conjunctio pro immunditie, neque pro munditie*, quia cum non tetigit immunditiem, lectus non pollutus eſt; ſi vero

quadratis cruribus lecto impoſitis. *Non eſt conjunctio pro immunditie*, ita ut polluto uno non pollutum ſit alterum. *Neque pro munditie*, ita ut ſi unum ſit conſperſum, alterum tamen non conſperſum ſit. הקרוחות חבור *excavatæ ſunt conjunctio*, ut anſæ cultrorum in quibus ferrum ingredi poteſt, ſive eæ e ligno ſive ex oſſibus factæ ſint, quod igitur cum hiſce anſis conjunctum eſt, id vera conjunctio habetur, & proinde polluto uno, etiam alterum eſt pollutum; & ſic etiam ſi ſuper uno ſparſerit, etiam alterum pollutum eſſe cenſetur. החרוקות *interſectæ*, intellige anſas quæ in extremitatibus ſuis acuminatæ ſunt, quæ acumina in foramen immittuntur in ſummitate inſtrumenti iſtius, ſicuti eſt anſa lanceæ, etiamſi ſint conjunctio; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

vero immundities tetigerit lectum, tum non pollutus eſt. Pariter ſi ſparſerit ſuper tabula quadrata, tum lectus hujuſce aſperſionis ope non purificatus eſt, nec tabula quadrata purificata eſt aſperſione in lecto peracta. Per ידות הקרוחות *anſas excavatas*, intellige tabulas vaſorum terebratas, quorum foramen ſit in columna ita ut pars hujuſce vaſis inſita ſit huic foramini, ſicut culter, & foramen iſtud אלחריר vocatur, hinc inſtrumenta ita conſtructa cum ſede ipſorum unum corpus eſſe cenſentur ratione immunditiei. Sic etiam ratione aſperſionis, ſi quis ſparſerit ſuper una parte, totum inſtrumentum eſt purificatum. חרוקות ſunt ligulæ, extremitas nempe columnæ ingreditur inſtrumentum, ſicuti lancea inſidet ferro; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ט הסלים שבקנתל והמטה של טרבל וקרן של כליבה וקרנין של יוצאי דרכים ושלשלת המפתחות ושלל הכובסים והבגד שהוא תפור בכלאים חבור לטומאה ואינו חבור להזייה :

9. Cophini aſino impoſiti, & lectus tribulæ, cornu arcæ, & arcæ viatorum, catena clavium, ſutura fullonum, veſtis conſuta miſcellis, ſunt conjunctio pro immunditie, ſed non pro ſparſione.

R. OB. DE BARTENORA.

סלים שבקנתל *Cophini in aſino*, ſunt cophini in quibus fructus vel ſtercus portare ſolent aſini, iique inter ſe conjuncti ſunt. מטה של טרבל *lectus tribulæ*, habet figuram hirci ferrei quo proventum triturant. קרן כליבה *cornu arcæ*, notat lectum mortuorum, qui conſtruitur quaſi in forma cornu ferrei, quo mortuum colligant ne decidat, & כליבה vocatur lectus mortuorum, quia iſte lectus habet formam arcæ avium. וקרנים של יוצאו דרכים *Et corna viatorum*, intellige cornua pecoris & ferarum quæ viatores ſecum portant, ad aquas hauriendas quas bibunt. *Catena clavium*, eſt catena cui claves appendunt. שלל של כובסין *ſutura fullonum*, ſolent enim fullones veſtes conſuere, parvas cum magnis, ne pereant. *Veſtis miſcellis conſuta*, ſi duo ſegmenta veſtis laneæ conſuta ſint filis linteis, quæ tandem ſeparari debent propter edictum de miſcellis; ſic etiam fullonum ſutura tandem ſeparari debet, nihilominus tamen illa eſt conjunctio pro immunditie.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סלים & קנתל ſunt inſtrumenta e calamis compoſita, quibus סלים inſident, donec omnia una vice conferantur. מטה של טרבל notat inſtrumentum ligneum, quod ſimile eſt ligno quo triturant proventum, atque illud multos habet articulos, quorum aliqui ſibi invicem inſident. כליבה arca quæ conſtruitur multis membris, quorum unum vocatur קרן *cornu*. Pariter cornua viatorum ſunt vaſcula multis conſtantia vertebris, a quibus viatores aquam bibunt. שלשלת המפתחות *catena clavium*, eſt catena qua claves colligant. שלל הכובסין notat ſuturam fullonum, etenim fullones conſuunt veſtes, ut eo facilius dealbentur dum aſcendunt ſimul; ſed hæc non eſt ſutura arte parata; verum hæ leviſſime conjunctæ ſuturæ ſunt conjunctio pro immunditie, ita ut polluta una omnes pollutæ ſint; ſed non ſunt conjunctio pro ſparſione, quia quilibet articulus conſpergendus eſt.

י כיסוי מיחם שהוא מחובר לשלשלת בית שמאי אומרים חבור לטומאה ואינו חבור להזייה בית הלל אומרים הזה על המיחם הזה על הכסוי הזה על הכסוי לא הזה על המחים הכל כשרים להזות חוץ מטומטום ואנדרוגינוס והאשה ותינוק שאין בו דעת האשה מסעדתו ומזה ואוחזת לו במים והוא טובל ומזה אם אחזה בידו אפילו בשעת הזייה פסול :

10. Operimentum cucumæ catenæ junctum, ſecundum Scholam Schammai eſt conjunctio pro immunditie, at non pro ſparſione. Schola Hillelis dicit, ſi ſparſerit ſuper cucuma, etiam ſuper operimento ipſius ſparſit, & non contra. Omnes legitimi ſunt ad ſpargendum, obturato, androgyno, muliere, & puerulo nondum intellectu prædito exceptis. Mulier juvare poteſt eum in ſparſione, & aquam porrigere ut is immergat, & ſpargat; ſi hyſſopum manu tenuerit, etiam inter ſpargendum, reproba ſparſio eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מחם notat cucumam æream in qua aquam calefaciunt. *Obturato & androgyno exceptis*, quia iſti homines dubia ſigna muliebria in ſe habent, at mulier inepta eſt ad ſparſionem, ſicuti Lex dicit Num. 19, 19. *Et immerget aquis vir mundus*, vir ergo, & non mulier id faciet; porro voce *mundi* includitur parvulus; ſparſio autem docetur ab immerſione, quæ hic inter ſe comparantur. האשה מסעדתו *mulier ei opem fert*, quia ea ſpargenti manum porrigere poteſt; ſicuti in fine traditur, ſin autem aquam parvulus prehenderit manu ſua, etiam inter ſpargendum, actio reproba eſt. Sed hæc dicere non opus erat inter immerſionem, nam cum in Lege ſcriptum ſit *vir*, & non mulier, proinde ipſa ad immerſionem inepta eſt; imo ne quidem tempore ſparſionis, quia Lex de aſperſione non ſcripſit nomen viri, nihilominus tamen ſi mulier aquam manu tenuerit, actio reproba eſt, etenim ſparſionem docemus ab immerſione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex Num. 19, 19. *Et aquis immerget vir mundus ſuper immundo*, ubi voce *mundi* includitur parvulus qui cognitione præditus eſt; poſtea dicit auctor quod mulier opem ferre poſſit, ut ſpargat, ſi nempe mulier inepta ſit ad ſparſionem, tamen apta eſt ut opem ferat in negotio ſparſionis, nempe in aquis quo menſtruæ ſparguntur, ſed manum ſpargentis illa nullo modo ſuſtentabit.

יא טבל את האזוב ביום והזה ביום כשר ביום והזה בלילה בלילה והזה ביום (ביום והזה ביום שלאחריו) פסול אבל הוא עצמו טובל בלילה ומזה ביום שאין מזין

11. Si hyſſopum die intinxerit, & die ſparſerit, bene egit; ſi die intinxerit & nocte ſparſerit, vel contra, (vel die intinxerit & ſparſerit poſtridie) male egit. Se ipſum vero immergit nocte, & die ſpar-

מזין עד שתנץ החמה. וכלן שעשו משעלה עמוד השחר כשר :

ſpargit, quia non ſpargunt donec ſol ſcintillaverit; ſi vero id fecerint ex quo auroræ columna aſcendit, bene habet.

R. OB. DE BARTENORA.

ביום והזה בלילה *Si* (*intinxerit*) *die & ſparſerit nocte*, quia Lex dicit, *& conſperget mundus ſuper immundo die tertio & die ſeptimo*, ergo non nocte ſed die ſpargendum eſt; immerſio autem cum aſperſione comparatur, ſicuti Lex dicit, *& aquis immerget vir mundus*, *& conſperget*, ſicuti ergo ſparſio die fiat, ita quoque immerſio hyſſopi die fiat. *Immergit nocte*, *& ſpargit die*, ſi dilata fuerit ſparſio, & non die ſeptimo peracta fuerit, ſi igitur ſpargat die octavo, nono, vel decimo, tum immerſio præcedere poteſt ſparſioni; qui vero ex præcepto immergit die ſeptimo, is prius ſpargat & poſtea immergat, quia Lex dicit, *& expiabit ipſum die ſeptimo*, & poſtea addit, *& lavabit veſtes ſuas*, *& aquis abluet.* ***Ex quo columna auroræ aſcenderit***, ***bene habet***, quia ab illo tempore & deinceps dies eſt, ſicuti dicitur apud Nehem. 4, 15. *Nos vero opus perficiebamus ab ortu auroræ uſque ad occaſum ſtellarum*, &c. & poſtea ſequitur, *& nox erat nobis in vigiliam*, *dies vero in opus.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex, Num. 19, 19. *Et ſparget mundus ſuper immundo die tertio & ſeptimo*, ergo omnis ſparſio die fieri debet; & ſic etiam immerſio hyſſopi in aquas; ſed ipſius viri immundi immerſio nocte fieri debet, & ſparſio die matutino, ſi nempe aſperſio tardaverit poſt diem ſeptimum, quum ſpargit quocunque die voluerit. Sed in Siphri dicitur, Lex diei ſeptimi duntaxat meminit, ubi docet de octavo, nono, decimo? ex eo quod Lex dicit, וחטאו *& expiabit ipſum*, quod in genere dicitur. At vero ſi non tardaverit ſparſio, & res ſecundum præceptum perfecta ſit, tum requiritur ut ſparſio die præcedat ſeptimo, & poſt eam ſequatur eodem die viri immerſio in aquis lavacri, & deinde ſolis occaſus, ſicuti Lex dicit, *& expiabit ipſum die ſeptimo*, *lavabit veſtes ſuas*, *& aquis abluet*, *& veſperi mundus erit.* In Siphri dicitur, ſi immerſio præceſſerit ſparſioni, an ſatisfecit? nequaquam, Lex enim dicit, *& expiabit ipſum*, & poſtea, *& abluet veſtes ſuas.*

Finis Codicis de Vacca Rufa.

מסכת טהרות

Tractatus de Puritatibus.

פרק א שלשה עשר דבר (מצא׳) בנבלת העוף הטהור צריכה מחשבה ואינה צריכה הכשר ומטמא טומאת אוכלין בכביצה וכזית בבית הבליעה והאוכלה טעון הערב שמש וחייבין עליה על ביאת המקדש ושורפין עליה את התרומה והאוכל אבר מן החי׳ ממנה סופג את הארבעים. שחיטתה ומליקתה מטהרות את טריפתה דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר אינן מטהרות רבי יוסי אומר שחיטתה מטהרת אבל לא מליקתה :

Caput I. Tredecim res occurrunt in cadavere volucrium mundarum, requiritur attentio, ſed diſpoſitio non eſt neceſſaria, & polluit immunditie ciborum in copia ovi, & in copia olivæ in gula, & qui comederit de ipſo, is ſolus occaſu indiget, atque propterea tenentur de introitu in Templum, & oblationem primam ejus gratia comburunt. Qui comederit de membro vivi animantis, is luat quadraginta plagas. Mactatio atque unguceſectio eorum purificat diſcerpta eorum; ita R. Meyr. R. Jehuda dicit, non purificant. R. Joſe dicit, mactatio eorum purificat, at non ungueſectio.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה עשר דבר צריכה מחשבה *Tredecim res ſunt quarum prima requirit intentionem*, ut de ea veluti de cibo humano cogitet, etenim non omnes cibi liciti requirunt iſtam attentionem, ſed quia hæc comeſtio de cadaveribus volucrium prohibita eſt, proinde attentio requiritur, & poſtea polluit. Sed hæc duntaxat de villicis intelligenda ſunt, quia illic non magna hominum frequentia eſt, ſed in loco publico attentio non eſt neceſſaria, quia illic magna hominum multitudo eſt, proinde illic multi ſunt qui comedunt cadaver volucrium mundarum, ita explicatur capite ultimo codicis de Petiolis.

ואינה צריכה הכשר *Sed non opus habet diſpoſitione*, ſed polluit immunditie cibi, ut omnes reliqui cibi quos tetigerit reptile, qui fiunt primus immunditiei gradus; ſed non requiritur ut aquis purgentur, vel reliquis potibus, neque ut tangat reptile, nam de diſpoſitione ad immunditiem ſcriptum eſt Levit. 11, 38. *Et quum effuderit aquas ſuper ſemina* &c. hinc nos docemus quod ſicuti ſemina quæ non polluuntur immunditie gravi, opus habent diſpoſitione, ita etiam omne

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sciendum tibi eſt quod de cadaveribus volucrium mundarum in Lege non clare dictum ſit, ſed nos hæc in præfatione hujuſce libri jam expoſuimus, verum ea per conſequentias e Lege petita ſunt, quando Deus dicit, Levit. 17, 15. *Et omnis anima quæ comederit cadaver & diſcerptum in incolis & peregrinis*, *lavabit veſtes ſuas*, *& aquis abluet*, *atque ad veſperam immundus erit*, *ſed poſtea mundus*, ad quæ verba notatur in Traditis quod hicce locus intelligi debeat de cadavere avis mundæ duntaxat, qui nihil prohibet niſi ratione cadaveris & diſcerpti, & hoc eſt quod polluit. Dicit Miſna quod attentio requiratur, nempe, quod ſi cogitaverit ſe comedere de cadavere avis immundæ, tum id ipſum polluit immunditie cibi, atque hæc ſunt ea quæ nobis licita ſunt ut iis veſcamur, ſicuti ſunt fici, dactyli, & caro mactata, atque id genus alia, quæ non requirunt attentionem edendi, quia parata ſunt eſui; quando autem immunditiеs aliqua tetigerit illa poſt diſpoſitionem, tum polluta ſunt, quod autem comedi non licet, ut cadaver avis immundæ, de quo omnino cogitare debet ſi comedat, tum id

ne id quod non polluitur immunditie gravi, opus habet diſpoſitione, excepto volucrium mundarum cadavere quod polluitur immunditie gravi, & denuo polluit hominem & veſtes in gula, & non requirit diſpoſitionem ad immunditiem.

ומטמאה טומאת אוכלים בכביצה *Et polluit immunditie ciborum in copia ovi*, nam ſi ovi copia tetigerit cibos mundos, polluti ſunt. *Et olivæ copia in gula*, ſi homo olivæ copiam de ipſo comederit, tum ipſe & veſtes ipſius polluti ſunt, ſi res ad gulam pertigerit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 17, 15. *Et omnis anima, quæ comederit cadaver & diſcerptum* &c. Sic etiam Lex de cadavere volucrium mundarum dicit, *comederit*, at vero minima comeſtio olivæ copiam comprehendit.

ומעון ערב שמש *Et requirit occaſum ſolis*, quia immerſio ſola non ſufficit. *Et tenentur illius cauſa de introitu in Templum*, ſicuti ob reliquas impuritates, nam de immunditie Templi ejuſdemque ſanctitatum dicit Lex, Levit. 5, 3. *pro omni immunditie ſua qua polluatur*; ſub hiſce nos eum comprehendimus qui cadaver avis mundæ inglutiverit. ושורפין עליה את התרומה *& comburunt propter ipſum oblationem primam*, ſi cadaver avis immundæ tetigerit oblationem primam, tum ea comburenda eſt, nam cum ea nondum ſit in œſophago, proinde primo immunditiei juri obnoxia eſt & polluit oblationem primam, ita ut ea ſit ſecundus immunditiei gradus.

האוכל אבר מן החי ממנה סופג את הארבעים *Si quis comederit de membro vivi animalis, quadraginta luat plagas*, licet membrum non habeat olivæ copiam; ſimplex Miſna non eſt ſecundum R. Meir, nam R. Meir jam ſignificavit in fine capitis ſeptimi codicis de Profanis, dixit enim quod negotium de nervo luxato in beſtiis mundis tantum obtineat.

שחיטתה ומליקתה מטהרת את טרפתה *Mactatio & unguesſectio illius purificat diſcerptum ipſius*, & e poteſtate cadaveris liberat, ne polluat ut cadaver, quia unguesſectio in Templo permiſſum reddit ſacerdotibus, ſicuti mactatio extra Templum permiſſum reddit, & ſicuti mactatio ipſius purificat ipſum, ita etiam unguesſectio & mactatio ipſum purum reddit, quia mactatio purificat diſcerptum ne ſit cadaver; & hoc nos colligimus ex eo quod dicitur Levit. 11, 39. *Et ſi obierit de pecore* &c. & porro, *omnis qui tetigerit cadaver, immundus ſit.* Sunt autem pecora quæ polluunt, ſunt etiam quæ non polluunt, excepto diſcerpto quod mactatum eſt; & ſic etiam cum diſcerpto volucrium comparatum eſt. *R. Jehuda dicit, non purificant*, quia non docemus diſcerptum avis a diſcerpto beſtiæ. *R. Joſe dicit, mactatio illius purificat, at non unguesſectio illius*; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

id comprehenditur ſub cibis, & polluit immuniditie cibi. Porro dicit, *non opus habet attentione*, ſed ipſum cadaver eſt primus immunditiei gradus, ut polluit cibus immundus, licet tibi non præmiſerimus diſpoſitionem, nam diſpoſitio ad immunditiem fit ope cibi, ſicuti præſcribit Lex Levit. 11, 38. *Et quum affunditur aqua ſuper ſemen* &c. Cæterum immunditieſ ciborum eſt immunditieſ levis, quia illa non polluit hominem, nec vaſa, ſicuti ab initio expoſuimus. Sed cadaver avis mundæ polluit hominem & vaſa in œſophago, ſicuti exponetur in poſterum, atque hæc eſt immunditieſ gravis, ſicuti in principio codicis de Vaſis expoſuimus. Et quia cadaver polluit immunditie gravi, hinc abrogatur jus diſpoſitionis, ſicuti dicitur in Siphri, Lex dicit, *Et quum aqua affunditur ſemini* &c. ſicuti ergo ſemina tandem non polluuntur immunditie gravi, ſed diſpoſitionem requirunt, ita etiam omne id quod non polluitur immunditie gravi, requirit diſpoſitionem; porro ibidem in Siphri quæritur, quare dicatur in Miſna, *cadaver avis mundæ non requirit diſpoſitionem*, quia tandem immunditie gravi pollui poteſt; ſcias autem quod ipſa pro ſe ſit immunda, & polluat immunditie ciborum. Cæterum in Gemara codice de Menſtruis dicitur, quare variat diſpoſitio reptilis, nam cum illa ſecundum R. Iſmaël non requirat diſpoſitionem aquæ, hic etiam non requiritur, ſicuti traditur ſecundum R. Iſmaël. Quod autem in Schola R. Iſmaëlis traditur, id conſiſtit in eo quod diximus, nempe, quod tandem non polluitur immunditie gravi, id requirit diſpoſitionem, & ſecundum hoc fundamentum ovi copia polluet immunditie cibi, ſed non polluet hominem, licet eam in os immiſerit. Sin autem inglutiverit olivæ copiam quæ in œſophagum tranſiit, tum iſte homo pollutus eſt, & ipſius veſtes polluuntur, omne vero vas aut veſtis quod gula quis tenuerit, polluit ipſum, vaſe teſtaceo excepto, ſicuti in principio expoſuimus. Si vero quis pertigerit ventrem illius, jam pollutus eſt, at ſi tunc tetigerit vaſa, tum non pollutus eſt, & hoc colligimus ex eo quod dicitur, *& anima tetigerit*, hinc dixerunt, anima polluit, ſed non polluit in ore, neque in viſceribus; porro dixerunt, ubi Lex dicit, *ſi comederit*, intelligi ſaltem debet eſus in copia olivæ, & præterea occaſus ſolis requiritur, ſicut Lex dicit, Levit. 11, 35. *ſi laverit ſe aquis, immundus erit uſque ad veſperam.* Sin autem Templum intraverit poſt comeſtionem antequam purificatus fuerit, tum is ſacrificium offerre tenetur, ſi imprudenter erraverit, ſi vero conſulto id fecerit, excidio dignus eſt, ſicuti in codicibus de Jurejurando, & de Excidiis diximus. Lex vero de immunditie Templi, ejuſdemque rerum ſacrarum dicit, *ſecundum omnem immunditiem qua pollutus eſt*, quibus includi debet is qui inglutiverit de cadavere avis mundæ; ſic etiam is qui olivæ copiam inglutiverit, ſi tetigerit oblationem primam, etiam poſt eſum, comburetur, quia illa fit ſecundus immunditiei gradus, at ſecundus gradus in oblatione prima immundus eſt, ſecundum fundamenta in principio præmiſſa. *Qui de vivi animalis membro comederit, is quadraginta luat plagas*, quia edictum de membro animalis non comedendo dicit, *ſed carnem in anima ipſius non comedetis* &c. de omni autem beſtia quam nobis comedere licet poſt mactationem ipſius, ſi quis comederit membrum vivum, is quadraginta luit plagas, licet iſtud membrum non habeat copiam olivæ, ſicuti dictum eſt capite primo codicis de Tentoriis, ubi dicitur, membris non eſt ſtatuta menſura. Sin autem hæc avis diſcerpta ſit, de quo caſu jam egimus in codice de Profanis, & poſtea mactata, atque diſcerpta inventa, vel unguesſecta in Templo, cum ea eſui prohibita ſit, non habemus eam pro cadavere, neque polluit in œſophago. Sed R. Meir hoc in caſu notavit, quod ſi beſtiæ cadaver polluit tactu & onere, & ejus mactatio purificat diſcerptum ipſius, eo magis avis, cujus cadaver non polluit tactu & onere, mactatio purificet ipſum, & unguesſectio ipſius intus, ſicuti mactatio foris, ſive extra Templum, etenim unguesſectio rem licitam reddit ſacerdotibus, ſicuti mactatio extra Templum, & ſicuti mactatio eam purificat, ita etiam unguesſectio. R. Jehuda dicit, cum illius multa ſint jura, & e juribus beſtiæ proveniant, quæ munda eſt pro eo qui tetigerit eam, ita ut non polluat eum, neque polluat niſi inter edendum, proinde jus beſtiæ ei non impoſitum eſt, ſed mactatio ipſius ipſam non liberat ſi diſcerpta ſit, ne polluatur immunditie quæ ipſi deſtinata eſt. R. Joſe dicit, ſufficit ei ut ſit inſtar cadaveris beſtiæ cujus mactatio purificat, & non unguesſectio. Sed in vocem diſcerpti numerus cadit pluralis, quod inter beſtias mundas mactatum eſt, ſicuti Lex dicit Levit. 11, 39. *Et ſi obierit de beſtiis quæ vobis cedunt in cibum*, ubi in maſculino genere dicitur ימות & non תמות in fœminino, ſed Lex diſtinguit inter cadavera, hinc doctores dixerunt, ſunt beſtiæ quæ polluunt, & ſunt quæ non polluunt, exceptis diſcerptis mactatis; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ב הכנפים והנוצה מיטמאין ומטמאות ולא מצטרפות רבי ישמעאל אומר הנוצה מצטרפת החרטום והצפרנים מיטמאין ומטמאין ומצטרפים רבי יוסי אומר אף ראשי אגפים וראש הזנב מצטרפים שכן מניחים בפטומות ;

2. Alæ & plumæ polluuntur & polluunt, ſed non conflantur. R. Iſmaël dicit, plumæ conflantur; roſtrum & ungulæ polluuntur & *polluunt*, atque conflantur. R. Joſe dicit, etiam extremitates alarum, & extremitas caudæ conflantur, quia ſic eas ponunt in ſaginatis.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

מיטמאות *Polluuntur*, ſi reptile tetigerit eas, polluuntur, & ſi pollutæ ſint, & alæ atque plumæ tetigerint cibos mundos, tum ii polluti ſunt, quia illa quaſi aliqua anſa cenſentur ad introducendum & educendum, quod autem anſa eſt, id polluitur & polluit. *Sed non conjunguntur*, ſi minus quam ovi copiam comederit, tum alæ & plumæ non commiſcentur ut ovi copiam compleant, & polluant immunditie cibi, quia alæ & plumæ non cenſentur cuſtodes eſſe, qui commiſcent, ſicuti traditum eſt in principio codicis de Petiolis.

נוצה מצטרפת *Pluma conſlatur*, quia cuſtos eſſe cenſetur; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël. חרטום *roſtrum*, quo avis perforare ſolet. *Extremitates alarum*, *&* *caudæ extremitas*, quæ poſt depilationem corpori conjunctæ remanent, abſcindi ſolent & projici, quia non conducunt in cibum. Sed in avibus quæ condiuntur, conſervant eas & cum pelle comedunt, propterea dicit auctor, *quia ita eas relinquunt in ſaginatis*; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. Hæ vero tredecim res quas enumerat auctor in ordine primo, duntaxat ſunt novem, quia mactationem & ungueſectionem pro una habet, quia ambæ ſunt purificatio pro diſcerpto, alæ vero, pluma, roſtrum, & ungulæ, hinc tredecim erunt res.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per כנפים hic intelliguntur plumæ tenuiſſimæ in alis, remanentibus reliquis magnis, ſic etiam eſt aliqua pluma parva, poſtquam omnes plumæ ablatæ ſunt. Et hæ polluere dicuntur ſicuti cibi polluunt, & polluere etiam immunditie cibi; ſed de carne non requiritur ut olivæ copiam conficiat, ſi poſtea inglutiverit olivæ copiam ſtricte; hæc enim pluma non polluit. Roſtrum vero, id quo avis perfodit, ungulæ, fiſſura ungulæ, hic conjunctio ſunt cum carne, & cum illis ſe res habet ſicuti cum multis locis carni proximis, quæ ſi exciſa ſint ab ave, ipſa adhuc vivente; ſanguis effluit e loco exciſionis. Extremitates alarum, & extremitas plumæ ſunt eæ quæ poſt evulſionem remanſerint, quia hæc ſunt loca ſicca & protuberantia, quæ excidi & projici ſolent. Sin autem aves ſint admodum pingues, ita ut ineptæ ſint ad comeſtionem, tum locum habet id quod R. Joſe dicit, *imponunt eas ſaginatas*, Targum enim illa verba בראות בשר Gen. 41, 18. vertit per פטימן בשר *ſaginati carne*; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Iſmaëlem. Hæc vero ſunt tredecim jura quæ apud cadaver avis mundæ memorata ſunt, primum requirit attentionem; ſecundum non requirit diſpoſitionem; tertium eſt quod polluit præter cibos in copia olivæ, ſicuti polluunt cibi immundi. Præterea hoc fundamentum quoque memoriæ mandes volo, quod immundities cibi ſit immundities ſeorſim, licet minima ſit copia, & polluat alios cibos ac potus, donec ſit copia ovi. Etenim in Siphri notatur, quod cum Lex dicat, *cibus immundus*, hinc colligi debeat eum polluere in quantulacunque copia; & porro ibidem quæritur, an cibus immundus quoque polluat alios cibos in quantulacunque copia, & reſpondetur id fieri non poſſe, niſi ſaltem ſit copia olivæ. Quartum jus eſt, quod ſi quis olivæ copiam de cadavere avis immundæ inglutiverit, immundus ſit donec occiderit ſol. Quintum, quod ſi quis inglutiendo pollutus fuerit, tenetur de introitu in Sanctuarium. Sextum eſt, quod oblationem primam ob cadaveris tactum comburant. Septimum eſt, quod ſi quis de membro vivo comederit, quadraginta plagis afficiendus ſit. Octavum, quod mactatio purificet ipſum. Nonum, quod ungueſectio quoque purificat ipſum. Decimum, quod pluma quæ גירט vocatur in alis, polluatur ipſa & polluat, ſicuti reliqui cibi. Undecimum, quod hæcce pluma non conſlatur cum carne, ad olivæ copiam conficiendam. Duodecimum, quod roſtrum & ungula polluantur, & polluant ut reliqui cibi, ſicuti expoſuimus. Decimum tertium eſt quod conjunctio fiat in copia olivæ, ad œſaphagum polluendum.

ג נבלת העוף הטמא צריכה מחשבה והכשר
ומטמאה טומאת אוכלין בכביצה וכחצי פרס לפסול
את הגויה ואין בה כזית בבית הבליעה והאוכלה
אין טעון הערב שמש ואין חייבין עליה על ביאת
המקדש אבל שורפין עליה את התרומה והאוכל
אבר מן החי ממנה אינו סופג את הארבעים ואין
שחיטתה מטהרתה הכנפים והנוצה מיטמאות
ומטמאות ומצטרפות החרטום והצפרנים מיטמאין
ומטמאים ומצטרפים :

3. Cadaver volucrium immundarum requirit attentionem & diſpoſitionem, & polluit immunditie cibi in copia ovi, & in dimidio Peras, ad inficiendum corpus. Sin autem de ipſo non ſit olivæ copia in œſophago, & quis comederit illud, tum is non indiget occaſu ſolis. Nec illius gratia tenentur de introitu in Templum, ſed oblationem primam illius ergo comburunt. Qui de membro vivo comederit, is non quadraginta plagis plectitur; neque mactatio ipſius ipſum purificat. Alæ, & plumæ polluuntur, polluunt, & conſlantur. Roſtrum, & ungulæ polluuntur, polluunt, & conſlantur.

R. OB. DE BARTENORA.

נבלת עוף טמא *Cadaver avis immundæ*, quod non polluit immunditie gravi, quia id non polluit hominem, nec veſtes, proinde requiritur ut cogitet ſe comedere de ipſo. הכשר *diſpoſitio* conſiſtit in affuſione aquæ, vel reliquorum potuum, ſi cadaver poſtea tetigerit reptile. לפסול את הגויה *ad inficiendum corpus*, ſi pollutus ſit & de eo comederit dimidium Peras, ſive copiam ovi & ipſius mediam partem, tum corpus ipſius infectum eſt ut oblationem primam comedere nequeat, niſi donec ſe aquis immerſerit. *Si in œſophago non ſit copia olivæ*, ſicuti Lex dicit, Levit. 22, 8. *cadaver & diſcerptum non comedes, ut iis polluaris*, edictum ergo de eo qui comedit de cadavere in œſophago polluente, excipit edictum quod non datum eſt pro eo qui comedit de cadavere, ſed pro eo qui rem immundam comederit.

והאוכלה אינו טעון הערב שמש *Et qui comederit de ipſo, is opus non habet occaſu ſolis*, ſi quis dimidium Peras comederit de cadavere poſtquam pollutus fuerit, tum is inficit corpus ad oblationem primam comedendam, ſi vero ſe immerſerit aquis poſtquam comederit, tum ſtatim ei oblatio prima eſt licita, ita ut non opus habeat occaſu ſolis.

ואין חייבים עליה על ביאת מקדש *Et non tenentur illius gratia*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicuimus ad Miſnam præcedentem, quod cadaver avis immundæ opus habeat diſpoſitione, quia id non polluit immunditie gravi, ſed quemadmodum reliqui cibi immundi in copia ovi, & ſi quis comederit de ipſo poſt attentionem, & diſpoſitionem quæ fit ope dimidii פרס ſive ope ovi & dimidio, tum corpus ipſius infectum eſt, ſicuti eſt copia cujuſlibet hominis qui comederit cibos immundos. Si vero cadaver tetigerit oblationem primam immundam, tum qui de ipſa comederit dimidium Peras, is non debet ſolis occaſum expectare, ſicuti in principio libri expoſuimus, quod ſi quis cibos immundos comederit, & ſe aquis immerſerit, liber ſit ſtatim, & non teneatur excidio ob introitum in Templum, licet præceſſerit immerſio ſicuti capite undecimo codicis de Vacca Rufa explicuimus, de immunditie Sanctuarii Lex dicit Levit. 5, 2. *vel anima tetigerit cadaver* &c. objecerunt doctores, forſan etiam ſi potus & cibi tetigerint ipſum & vas teſtaceum, immundus ſit, reſpondetur negando, quia Lex addit, *beſtia immunda*, ergo cum beſtia immunda ſola deſignatur pater immunditiei, excipiuntur ea quæ non ſunt immunditiei pater. Sed jam diximus quod debitum de membro vivo non ſtringat niſi illud membrum ani-

tia de introitu in Templum, ſi dimidium Peras comederit de cadavere avis immundæ, & in Templum intraverit; nam hæc eſt immundities ſecundum Sapientes, licet oblationem primam illius gratia comburant. *Qui vero de membro vivo comederit, is non plectitur quadraginta plagis*, licet is comederit olivæ copiam inter carnem, nervos, & oſſa, nam nunc etiam ſecundum eum qui dicit, membrum vivum requirit olivæ copiam, nam de ipſo voce comeſtionis Lex dicit utitur, nihilominus tamen non afficitur quadraginta plagis, & propter immundum Lex non condemnat ipſum, quia non eſt olivæ copia de carne.

ואין שחיטתה מטהרתה *Nec mactatio ipſius purificat ipſum*, in comeſtione, pro filiis Noachi, quibus aves immundæ ſunt licitæ, ſed membra viva illicita. Sin autem mactaverit avem immundam & ea ſe commoverit inter mactandum, tum mactatio ipſius non purificat ipſam pro eſu, niſi donec obierit. Et quamvis avis munda ſe commoverit, mactatio tamen ipſam reddit licitam pro filiis Noachi, quia pro Iſraelita reddit legitimam; hæc vero Miſna jam expoſita eſt capite ſeptimo codicis de Profanis.

animanti exciſum ſit, & remanſerit ut poſt mactationem comedatur. Notum quoque eſt quod mactatio nihil proſit in animantibus quorum genus illicitum eſt eſui. Porro in hac Miſna dicitur quod conſlentur ad ovi copiam conficiendam, quæ alia polluere poteſt, vel ad dimidium Peras conficiendum, quod corpus inficere poteſt. Oportet etiam ut ſcias quod membrum de vivo, vel ave impura, vel ave pura, non polluat aliquo modo, ſicuti Lex dicit, Levit. 11, 24. *Et hiſce polluemini, omnis qui tetigerit cadavera eorum, immundus erit uſque ad veſperam*; ſed hic alluditur ad membrum de vivo, quia ſtatim ſequitur, *& omnis beſtia ungulam dividens* &c. hinc doctores dubia moverunt, & quæſiverunt an avis excipiatur quæ non habet ungulam diviſam; ſed membrum de mortuo, & de ave, huic avis juri obnoxium eſt, ſi avis iſta ſit immunda, tum obtinet jus avis immundæ, de quo ſuperius dictum eſt, ſin autem avis ſit mundæ, obtinet jus avis mundæ; & præterea menſura recte obſervanda eſt, ſcil. quod in hocce membrum ſaltem olivæ copia eſſe debeat, & tum polluat in œſophago, ſi id ſit de ave munda, tum etiam ovi copia requiritur, & tum polluit immunditie cibi, vel dimidium Peras, tum polluit corpus, ſi id ſit de ave immunda, ſed non judicatur de eo ſecundum judicium de membris, quibus non ſtatuta eſt menſura, quemadmodum expoſuimus capite primo codicis de Tentoriis. Sed hæc materia multis tractata eſt in libro Siphri.

ד ובבהמה העור והרוטב והקיפה והאליל והעצמות והגידים והקרנים והטלפים מצטרפים לטמא טומאת אוכלים אבל לא טומאת נבלות כיוצא בו השוחט בהמה טמאה לעכו"ם והיא מפרכסת מטמאה טומאת אוכלין אבל לא טומאת נבלות עד שתמות או עד שיתיז את ראשה ריבה לטמא טומאת אוכלין ממה שריבה לטמא טומאת נבלות :

4. Et in beſtia pellis, liquor, juſculum, Alil, oſſa, nervi, cornua, & ungulæ, conſlantur ad polluendum immunditie cibi, at non immunditie cadaveris. Sic etiam ſi quis mactaverit beſtiam immundam pro gentili, & ea ſe commoverit, tum ipſa polluit immunditie cibi, at non immunditie cadaveris, niſi donec obierit, vel illius caput abſciderit, & hæ ſpecies quæ polluunt immunditie cibi, plures ſunt, quam eæ quæ immunditie cadaveris polluunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Tota hæcce Miſna jam expoſita eſt in codice de Profanis capite nono.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna tota jam explicata eſt capite nono codicis de Profanis; repetam ergo inde quarundam vocum expoſitionem. רוטב eſt liquor, קיפה eſt juſculum, אליל notat ſegmentum carnis quod inter excoriandum divellitur; quod autem in pelle & nervis remanet, id vocatur הקשורים, עצבים, עורקים, מותרים, & קרומות, ſuntque in cornibus loca tenuia, quæ ſi feris excidantur, ſanguis emittitur. Sic etiam ſe res habet cum ungulis, nam ſi de iis & de carne abſciſſa ſit copia olivæ de mortuo, tum non polluunt, quia caro cadaveris duntaxat polluit, ſicuti in principio expoſuimus; beſtia vero immunda quando ea non trepidavit, polluit immunditie cibi, quia deliciæ ſunt in cibum, & in cibum mactatur, proinde non polluit ſecundum jus de cadavere, niſi donec beſtia obierit, & mactatio ceſſaverit, vel caput amputatum fuerit. Porro dixerunt multiplicationem aliquam quatenus pollutio cibi committitur, proinde auctor exponit quod immundities cibi latius pateat quam immundities cadaveris, quicquid enim nomine cadaveris polluit, id etiam immunditie cibi polluit, licet non ſit cadaver, ſed caro mactata.

ה האוכל שנטמא באב הטומאה ושנטמא בולד הטומאה מצטרפין זה עם זה לטמא בקל שבשניהן כיצד כחצי ביצה אוכל ראשון וכחצי ביצה אוכל שני שבללן זה בזה שני כחצי ביצה אוכל שני וכחצי ביצה אוכל שלישי שבללן זה בזה שלישי כביצה אוכל ראשון וכביצה אוכל שני שבללן זה בזה ראשון חלקן זה שני וזה שני נפל זה לעצמו וזה לעצמו על ככר של תרומה פסלוהו נפלו שניהן כאחד עשאוהו שני :

5. Si quis comederit quod patre immunditiei pollutum eſt, & quod prole immunditiei pollutum, tum ea conſlantur inter ſe, ad polluendum quod leviſſimum eſt e duobus; quomodo? ſi dimidium ovi de cibis qui primum immunditiei gradum habent, & tantumdem de cibis quæ ſecundum habent, commiſta ſint inter ſe, ſit inde ſecundus; vel dimidium ovi de cibis ſecundum immunditiei gradum habentibus, & tantundem de cibis tertium gradum habentibus & commixtis, ſit inde tertius; vel ovi copia primum immunditiei gradum habens, & tantundem de cibis ſecundum gradum habentibus commixta ſint inter ſe, ſit inde primus; ſi ea dividit, hic atque illic ſit ſecundus, & uterque ſeorſim ceciderit in panem oblationis primæ, reprobarunt ipſum; ſi uterque ſimul ceciderint, tum fecerunt gradum ſecundum.

R. OB. DE BARTENORA.

מצטרפין זה עם זה לטמא *Conſlantur inter ſe ad polluendum,*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi ab initio expoſui id quod aliquo immunditiei

ſi in neutra re ſit ovi copia, tum ambæ conflantur ad conficiendam menſuram quæ polluere poteſt. כקל שבשניהם *ſecundum leviſſimum inter ambas*, proinde ſi id tetigerit oblationem primam, tum reprobam reddidit eam, ſecundum jus cibi qui prole immunditiei pollutus eſt, quique oblationem primam reddit reprobam, ſed non polluit eam. *Dimidium ovi de cibis* &c. *quæ inter ſe commixta fuerint*, tum hæ duæ mixturæ habent naturam ſecundi immunditiei gradus, & oblationem primam polluunt. *Tertius gradus*, qui res ſacras polluit. *Primus*, qui tactu facit ſecundum immunditiei gradum, quia illic eſt menſura primi in corpore ad immunditiem efficiendam. חלקן זה שני וזה שני *ſi diviſerit ea, utrumque eſt ſecundus gradus immunditiei*, quia in unoquoque eſt dimidium menſuræ primi gradus, & dimidium ſecundi gradus, at ſuperius jam traditum eſt quod primus & ſecundus gradus conjungantur in leviſſimo utriuſque. patre pollutum eſt, primum eſſe immunditiei gradum, ſecundum vero qui hunc tetigerit, tertium autem qui illum tetigerit, & quod primus, ſecundus, tertius, & quartus vocentur ולד הטומאה *proles immunditiei*. Inſuper ibi quoque expoſuimus quod unus cibus polluat alterum, ex decreto Sapientum, ſed ex Lege unus cibus non polluit alterum; porro capite ſequenti exponetur quod tertius immunditiei gradus in oblatione prima, ſit reprobus, ſed non polluit res alias, propterea *reprobus* vocatur; neque ſecundus immunditiei gradus in oblatione prima polluit tertium gradum, ſicuti in principio jam expoſuimus; hæc memoriæ mandes volo ne ea aliquoties repetere cogar. Sin autem menſura immunditie potuum polluens ſit collecta in copia ovi e primo, ſecundo, & tertio cibo, vel e cibo ſecundo & tertio, tum ea polluit in leviſſima duarum, ſicuti expoſitum eſt. Verum ſi ſit copia ovi, ab hac & illa parte, tum iſta collectio polluit, ſecundum copiam maximam e duabus, & hoc notiſſimum eſt, quia in hac collectione de maxima copia ſit menſura quæ polluit; poſtquam vero hæ duæ copiæ diviſæ ſunt a ſe invicem, tum unaquæque earum polluit in minima copia, quia hæc menſura jam ſtricte conſideratur, nempe ſi copia ovi mixta ſit a minori ad majus, proinde minor copia polluit. Porro dicit auctor, *ſi quælibet copia ſeorſim inciderit in panem oblationis primæ*, tum naſcitur gradus immunditiei ſecundus, & collectio duarum partium fit gradus primus. Sin autem panis ſit ſecundus gradus, tum is non inficit, attamen mundus eſt & panem oblationis primæ polluit, ſi tetigerit eum, & tum conſtituitur tertius gradus, atque hic eſt panis ultimus qui reprobus eſt, ſicuti dixerunt, & fecerunt eum ſecundum immunditiei gradum, ſecundus nempe efficit tertium in oblatione prima.

ו כביצה אוכל שני וכביצה אוכל שלישי שבללן זה בזה שני חלקן זה שלישי וזה שלישי נפל זה לעצמו וזה לעצמו על ככר של תרומה לא פסלוהו נפלו שניהן כאחד עשאוהו שלישי כביצה אוכל ראשון וכביצה אוכל שלישי שבללן זה בזה ראשון חלקן זה שני וזה שני שאף השלישי שנגע בראשון נעשה שני כשתי ביצים אוכל ראשון וכשתי בצים אוכל שני שבללן זה בזה ראשון חלקן זה ראשון וזה ראשון לשלשה או לארבעה הרי אלו שני. כשתי ביצים אוכל שני וכשתי ביצים אוכל שלישי שבללן זה בזה שני חלקן זה שני וזה שני לשלשה או לארבעה הרי אלא שלישי:

6\. Si ſit copia cibi ſecundi gradus, & tantundem cibi tertii gradus inter ſe commixta, tum naſcitur inde ſecundus; ſi diviſerit copias, tum hæc & illa eſt tertius gradus; ſi utraque copia ſeorſim inciderit in panem oblationis primæ, non infecerunt eum; ſi ambæ ſimul inciderint, tertium fecerunt. Si ſit copia ovi cibi primi gradus, & tantundem tertii inter ſe mixta, fit inde primus; ſi diviſerit eas, tum utraque fit ſecundus gradus, quia tertius qui tetigerit primum, etiam fit ſecundus. Si duorum ovorum cibi copia primi gradus, & tantundem cibi ſecundi gradus inter ſe commixta, fit inde primus gradus; ſi vero diviſerit eas, tum quæque fit primus; ſi cum tertio aut quarto mixta ſit, tum fit gradus ſecundus. Si ſit duorum ovorum copia cibi ſecundi gradus, & tantundem cibi tertii gradus inter ſe mixta, oritur inde ſecundus; ſi diviſerit eas, utraque fit ſecundus; ſi cum tertia aut quarta mixta ſit, tum exoritur tertius.

R. OB. DE BARTENORA.

Hæc jura omnia ſunt clara, omni enim in loco ubi copiam ovi de eo quod graviſſimæ conditionis eſt ratione immunditiei in utraque parte oſtendere poſſumus, ibi ſequimur naturam illius quod graviſſimæ conditionis eſt., ſin minus, ſequimur naturam illius quod leviſſimæ conditionis eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis mixturam in duo dimidia diviſerit, tum unumquodque dimidium fit primus immunditiei gradus, ſicuti ſuperiori Miſna expoſitum eſt. Verum ſi hæc mixtura in tres partes dividatur, & in unaquaque parte non fuerit copia ovi de cibis primi gradus, tum hæc menſura de cibis collecta fit primus immunditiei gradus, & ſecundus; ſi vero in neutra ſit copia ovi, tum polluit in minima parte e duabus. Cæterum auctor conditionem ponit, quando dicit, quod ſi cum ipſo conjungatur gradatim, ut de cibo primi immunditiei gradus, qui cum cibo tertio immunditiei gradus commixtus eſt, aliquid conſervetur, ita ut deſumatur de parte collecta, exinde fiet portio quæ non habet copiam ovi de cibo primi immunditiei gradus, tum hæc portio polluit, ſicuti ſecundus gradus polluit, ſecundum fundamentum præmiſſum, quod primus gradus quando is tetigerit tertium, fiat ſecundus, ſicuti ſuperius hocce capite diximus, quod ſi primum tetigerit tertius, oriatur inde ſecundus.

ז מקרצות נושכות זו בזו וככרים נושכין זה בזה נטמאת אחת מהן בשרץ כלן תחלה פרשו כלן תחלה במשקין כלן שניות פרשו כלן שניות בידים כלן שלישיות פרשו כולן שלישיות:

7\. Maſſæ farinaceæ ſibi invicem adhærentes, & panes ſibi invicem adhærentes, alterutro polluto a reptili, omnes ſunt principium; ſi vero ſeparati ſint, etiam omnes ſunt principium; ſed in potibus omnes ſunt ſecundi; ſi ſeparati ſint, omnes ſunt ſecundi; ſed in manibus omnes ſunt tertii, ſi ſeparati ſint, omnes ſunt tertii.

R. OB. DE BARTENORA.

מקרצות Notat ſegmenta maſſæ farinaceæ. נושכות זו בזו *hæc*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio vocis מקרצות eadem eſt ac vocis חתיכות *ſegmen-*

hæc illam mordens, ſibi invicem adhærentes, ita ut divelli nequeant niſi aliquid abripiant ſecum. *Omnes ſunt principium*, quia pro uno habentur, & omnes tacti ſunt. פירשו *ſi ſeparaverit eos*, ſi panem ſive maſſam diſciderit in varia fruſta. במשקין כולן שניות *in potibus omnes ſunt ſecundi*, nempe immunditiei gradus, quia potus erant principium immunditiei, quod efficit gradum ſecundum. *In manibus omnes ſunt tertii*, quia manus habent ſecundum gradum, qui tertium facit in oblatione prima.

ſegmenta, quo ſenſu verbum קרץ occurrit apud Jobum capite 33, 6. Porro moris erat placentas conficere in forma magnarum tabularum, & eas poſtea diſcindere inſtrumento ferreo, ſed non plane abſcindebantur, verum aliquo modo ſibi invicem adhærentes relinquebantur, ita tabula concreta ope maſſæ coquebatur; quando autem coctura illius fiebat, tum hoc ſegmentum partim dividebatur, ſed minimo motu divellebatur, atque ſic apud nos facere ſolent bis cocta. Senſus vero illius quod dicitur, *ſe invicem mordent*, eſt quod unus panis alteri adhæreat, ita ut omnes quaſi unum panem conſtituant. Cæterum notum eſt quod vir ſit immunditiei pater, ſecundus vero immunditiei gradus eſt is qui ipſum tetigit; præterea primus gradus quoque principium vocatur in cibis & potibus duntaxat, ſicuti ab initio expoſuimus. Præterea in hujuſce libri prologo etiam expoſuimus, quod potus ſemper ſint gradus ſecundus, licet ſecundo immunditiei gradu polluti ſint, & cum potus ſemper ſint principium, proinde rem quam tetigerunt, conſtituunt ſecundum immunditiei gradum. Porro tibi in codice de Manibus exponetur quod manus ſemper ſecundum contrahant gradum; & in fine codicis de Seminifluis dicitur, quod manus polluant oblationem primam, ſi tetigerint eam, ipſamque conſtituunt gradum tertium, donec laverit manus; ſicuti inſequenti Miſna exponetur, proinde de manibus dicit, quod iſtæ ſint tertius gradus, quia omnes unum conficiunt corpus.

ח מקרצת שהיתה תחלה והשיך לה אחרות כולן
תחלה פרשו היא תחלה וכולן שניות היתה שניה
והשיך לה אחרות כולן שניות פרשו היא שניה וכולן
שלישיות היתה שלישית והשיך לה אחרות היא
שלישית וכולן טהורות בין שפרשו בין שלא פרשו :

8. Si maſſæ farinaceæ quæ erat principium alias agglutinaverit, tum omnes ſunt principium; *ſi ſeparatæ ſint, tum ipſa principium, omnes vero ſecundæ ſunt. Si ipſa ſit ſecunda*, & alias ei agglutinaverit, tum omnes ſunt ſecundæ; *ſi ſeparatæ ſint, tum ipſa eſt ſecunda*, omnes vero tertiæ. Si ipſa *ſit tertia*, & alias ei agglutinaverit, tum *ipſa eſt* tertia, ſed omnes ſunt mundæ, ſive ſeparatæ ſint, vel ſecus.

R. OB. DE BARTENORA.

מקרצת Notat ſegmentum maſſæ farinaceæ, quod immunditiei initium erat, *quocum alia ſegmenta conjuncta erant. Omnes ſunt principium*, quod vero alios tetigerit, id quaſi primum immunditiei gradum tetigit, quia hic conjunctio conſideratur. Pariter ſecundus gradus quoque conjunctio eſt, nam ſi maſſa ſeparata ſit, tum immundities in ipſa remanet. Verum ſi ea contineat tertium gradum, tum in ipſa non eſt immundities, quia diviſa eſt, & quia tertius gradus non facit quartum in oblatione prima, licet enim non ſeparatæ ſint, tamen non ſunt conjunctio, proindæ mundæ ſunt maſſæ farinaceæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic ſermo ſit de cibis oblationis primæ, notum vero eſt quod tertius immunditiei gradus in oblatione prima non polluat ullo modo, & quod neque quartus immunditiei gradus ſit in oblatione prima; ſed nos hoc aliquoties expoſuimus, proinde res tam clara eſt ut non amplius explicari debeat, ſi intellexeris ea quæ in prologo diximus.

ט ככרות הקדש שבתוך גומותיהם מים מקודשי
(נ״א בתוך גומותיהם והמים המקודשים) נטמאת
אחת מהן בשרץ כולן טמאות בתרומה מטמא שני
ופוסל אחד אם יש ביניהם משקה טופח אף בתרומ
הכל טמא :

9. Panes ſacri in quorum foveis ſunt aquæ conſecratæ (alia lectio, in foveis eorum, & aquæ conſecratæ,) ſi unus eorum pollutus ſit reptili, tum omnes polluti ſunt. In oblatione prima duo polluit & unum inficit. Si inter eos ſit potus humectans, tum in oblatione prima omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

ככרית הקדש *Panes ſacri*, ut duo panes hebdomadalium, anis facierum, & fertorum panes, & id genus alii. *In cu-us foveis ſunt aquæ conſecratæ*, ſi nempe in foveis quæ ſunt ı ſuperficie panis, exiſtant aquæ ad ſacra luſtranda factæ, tque unus panis reptili pollutus ſit, & panis pollutus teti-erit ſecundum, ſecundus vero tertium, & ſic porro, licet entum ſint, tum omnes immundi ſunt, imo licet non tegerint aquas quæ ſunt in pane, ſed unus panis tetigerit al-erum, tum omnes polluti ſunt, quia obligatio in ſacris ef-cit ac ſi potus qui eſt in quolibet pane qui principium im-nunditiei eſt, tetigiſſet panem, eumque polluiſſet. Sed cum blatione prima res aliter comparata eſt, ibi enim panis pri-nus qui pollutus eſt reptili, duntaxat alterum polluit, ut pri-nus immunditiei gradus fiat, & ſecundus denuo polluit ter-um, ſed non ulterius. Etenim non ſolliciti ſumus de po-ı in foſſa, ſi inter panes ſit potus ſtillans, etiam in obla-one prima omnes ſunt immundi, potus ſtillans inter quem-bet panem exiſtens jam denuo ſit principium immunditiei, polluit panem quem tetigerit, ut is fiat ſecundus gradus, ſic in indefinitum. *Alia* expoſitio, panes ſacri ſi tabulæ npoſiti ſint, quæ plena eſt foſſis quibus ſingulis panis impoſitus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גומות Sunt foſſulæ in ſuperficie panis dum coquitur. Sed per aquas conſecratas hic non intelliguntur aquæ ſacrificii pro peccato, ſed aquæ quæ ad ſacra purificanda adhibentur, quemadmodum in panibus ſacris, donec hæ aquæ ſint potus immundi, & hi panes ſint cibus ſacer. Sin autem reptile tetigerit alterutrum panem, & primus immunditiei gradus tetigerit ſecundum, ſecundus tertium, & tertius quartum, & ſic in indefinitum, tum omnes panes ſunt immundi ob exiguum potum qui in quodlibet pane eſt, quia hicce potus eſt principium immunditiei, licet potus non tetigerit panem ſecundum; nos enim propter obligationem rei ſacræ cenſemus quod potus in fovea tetigerit unumquemque panem, unde omnes panes accipiunt ſecundum immunditiei gradnm, propter potum qui principium eſt. Si vero hi ſint panes oblationis primæ, tum reptile polluit duos, unumque inficit, ſecundum fundamentum quod jam expoſuimus in hujuſce libri prologo, nam ſi tetigerit panem oblationis primæ, ſit inde primus immunditiei gradus. Sin autem panis primi gradus tetigerit panem ſecundi gradus, tum polluit ipſum, atque hi duo panes ſunt immundi, tertius vero panis eſt reprobus, ſed qui tertium panem ſequuntur, ii omnes

poſitus eſt. והמים המקודשים *& aquæ conſecratæ*, ita nos legimus, ac ſi dixiſſet, ſic etiam ſe res habet cum aquis conſecratis, quæ impoſitæ ſunt vaſi foſſis pleno, ſi alterutra polluta ſit reptili, tum omnes pollutæ ſunt, quia vas conflat ea quæ continentur in ipſo ratione rei ſacræ, & non ratione oblationis primæ, quia ipſius reſpectu primus immunditiei gradus duntaxat pòlluit, atque ſecundus, tertius vero inficit ubi unus tetigerit alterum; ſed vas non conflat. *Si inter foveas ſit potus humectans, tum omnes ſunt immundi*, panis enim primi immunditiei gradus e potu facit primum, & denuo alium polluit panem, & ſic porro.

nes ſunt immundi, licet mille ſint, quia panes oblationis primæ ſunt; ſenſus vero eſt quod ſi reptile tetigerit huncce panem, illius nomen ſit primus ratione immunditiei, potus vero ſtillans qui eſt in pane, eſt principium; ſi vero panis ſecundus tetigerit huncce potum humectantem qui eſt in pane primo, tum panis ſecundus denuo fit principium immunditiei; & ſi panis tertius tetigerit potum qui inter illos conjungitur, tum panis tertius quoque fit ſecundus ratione immunditiei, atque hoc ſenſu omnes panes fiunt ſecundus immunditiei gradus, niſi quod panis primus qui tetigit reptile, ſit primus immunditiei gradus propter potum qui eſt inter quemlibet panem, qui ſemper principium immunditiei habet, licet is pollutus ſit ſecundo immunditiei gradu. Sed nos in prologo hæc fundamenta omnia jam expoſuimus, quæ tibi adhuc animo obverſari debent, ſi ea quæ hic dicuntur, recte intelligere velis.

פרק ב האשה שהיתה כובשת ירק בקדרה ונגעה בעלה חוץ לקדרה במקום (ס״א) הנגוב. אף על פי שיש בו כביצה הוא טמא והכל טהור נגעה במקום המשקה אם יש בו כביצה הכל טמא אין בו כביצה (ס״א) הוא טמא והכל טהור חזר לקדרה הכל טמא היתה מגע טמא מת ונגעה בין במקום המשקה בין במקום הנגוב אם יש בו כביצה הכל טמא אין בו כביצה הוא טמא והכל טהור היתה טבולת יום מנערת את הקדרה בידים מסואבות. וראתה (נ״א ראת) משקין על ידיה ספק מן הקדרה נתזו ספק שחקלח נגע בידיה הירק פסול והקדרה טהורה:

Caput 2. Mulier ſi olus in olla ſubigat, & ea folium illius tangat extra ollam in loco ſicco, licet in ipſo ſit copia ovi, tum id immundum eſt, ſed omnia reliqua ſunt munda. Si illa tetigerit locum potum continentem, & in ipſo ſit copia ovi, tum omnia immunda ſunt; ſi in ipſo non ſit copia ovi, tum id immundum eſt, reliqua vero omnia munda ſunt. Si id redierit in ollam, omnia ſunt immunda. Si ea ſit tactio illius qui mortuo pollutus eſt, & locum potum continentem vel locum ſiccum tetigerit, & in ipſo fuerit copia ovi, tum omnia ſunt immunda, ſi non ſit in ipſo copia ovi, tum id immundum eſt, reliqua vero omnia munda. Si ea quæ die lota eſt, evacuaverit ollam manibus inquinatis, & illa viderit potus ſuper manus ipſius, at dubium ſit an illi ex olla diſperſi ſint, an vero caulis tetigerit manus ipſius, tum olus eſt reprobum, olla vero munda.

R. OB. DE BARTENORA.

Hic ſermo fit de muliere munda, quæ olus oblationis primæ in olla ſubigebat, cujuſmodi olus non diſpoſitum eſt ad immunditiem recipiendam, ſed more eorum qui olera ſubigere ſolent, & olus diſcindunt abſque liquoribus, quod bene ſalitum ollæ vel dolio alicui imponunt, & cui poſtea vinum, vel acetum, vel oleum affundunt.

נגעה בידים מסואבות *Si tetigerit illam manibus inquinatis*, quæ oblationem primam polluunt. בעלה *folium*, nempe oleris, quod partim erat in olla cum potu, & partim extra ollam in loco ſicco, tum ſi folium tetigerit locum ſiccum, licet in ipſo ſit ovi copia, quæ eſt menſura ad polluendum cibos, tamen illud folium eſt immundum. *Sed omnia munda ſunt*, reliqua nempe olera & potus in olla exiſtentia, quia hoc folium quod partim in olla eſt, ea non polluit, manus enim ſunt ſecundus immunditiei gradus, folium vero tertius, ſed tertius gradus in oblatione prima non facit quartum. *Si tetigerit illa*, ſi manibus ſuis ſimpliciter tetigerit, quæ ſunt ſecundus immunditiei gradus. *In loco potus*, eo nempe in loco ubi non eſt folium ſiccum, tum potus fit principium immunditiei, quicquid enim oblationem primam inficit, id polluit potus ut fiant immunditiei principium, & hi potus ex folio faciunt gradum immunditiei ſecundum; proinde ſi in folio ſubacta ſit menſura quæ polluere poteſt alia, tum omnia ſunt immunda, imo ipſa olla, etenim ea pars folii quæ in olla eſt, facit potus in olla exiſtentes in principium; & denuo ollam polluunt, ſicuti oſtenſum eſt capite primo codicis de Sabbato, ubi de cibis & vaſis quæ potibus polluta ſunt, agitur.

אין בו כביצה *Si in eo non ſit copia ovi*, tum immundum eſt iſtud folium quod tetigerit. חזר לקדרה *ſi redierit in ollam*, iſtud nempe folium humidum, & quod illa tetigit, tum omnia immunda ſunt, licet in folio non ſit ovi copia, quia potus quem illa tetigit, denuo polluit quicquid in olla eſt, imo etiam ipſam ollam. היתה מגע טמא מת *ſi ea ſit tacta ab eo qui mortuo pollutus eſt*, mulier nempe illa quæ olus ſubigit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In primis tibi ſciendum eſt quod iſtud olus de quo in hac Miſna ſermo fit, ſit olus profanum; mulier vero quæ hic olus ſubigere dicitur, eſt mulier menſtrua, quæ eſt immunditiei pater; ſed quando mulier ſubigere dicitur, non intelligendum eſt quaſi illa ſubigeret dum menſtrua erat, ſed quod in olla eſſet olus ſubactum, & folium illius tetigiſſet ollam exterius, tum ſi tetigerit folium oleris quod ex olla prodiit, & iſtud folium fuerit ſiccum, licet in ipſo eſſet copia ovi de olere præter ollam, folium eſt immundum, reliqua vero olera in olla exiſtentia, ſunt munda, & pariter olla potuſque quibus olus ſubactum eſt, munda ſunt, quia hocce folium ab omni eo quod in olla eſt, quaſi ſeparatum eſt, quia extra ollam prodit, licet extremitas illius ſit intra ollam. Si vero iſtud folium quod extra ollam prodiit, in ſe contineat potum, & in eo ſit copiæ ovi, tum iſta copia polluit potum qui in ipſo eſt, atque hicce potus conjungitur cum potu qui in olla eſt, & in qua hæc res ſubacta eſt, quæ omnes deinde potus polluit qui ſunt in olla, proinde omne olus atque ipſa olla polluitur, quia potus immundi polluunt vaſa & cibos, ſicuti expoſitum eſt. Poſtea dicit auctor, *ſi redierit in ollam, tum omnia ſunt immunda*, ſi nempe in eo ſit copia ovi, & ea exſiccata ſit, & fœmina tetigerit iſtud folium extra ollam, tum dicimus folium eſſe pollutum, ſed reliqua omnia immunda eſſe. Sed hoc intelligendum eſt ſi folium extra ollam prominuerit, at ſi illud in ollam redierit, tum potus pollutus eſt in olla, in qua olus contuſum eſt, & hicce potus denuo ollam inficit & quicquid in ipſa eſt. *Si ea ſit tactio illius qui mortuo pollutus eſt*, tum primus inde immunditiei gradus oritur, ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis capite octavo; ſi igitur mulier tetigerit olus quod in olla eſt, ſive in loco humido, ſive in loco ſicco, & ibi ſit copia ovi, omnia ſunt immunda, quia hujuſce ovi copia fit ſecundus immunditiei gradus, & cum ea ſit in olla, hinc omne olus ſubactum erit conjunctio quædam, & polluit potus in olla exiſtentes, ſicuti hoc capite expoſitum eſt,

git, eſt primus immunditiei gradus, & folium quod illa tetigerit, eſt ſecundus gradus, proinde omnia ſunt immunda, ſi in eo ſit ovi copia.

היתה טבולת יום מנערת את הקדרה *Si ea quæ die lota eſt, evacuet ollam*, nunc enim duæ ſunt impuritates in muliere, una quia die lota eſt, altera quia manus ſimpliciter ſint ſecundus immunditiei gradus, ſicuti tradit auctor de manibus inquinatis, quæ ambæ neceſſariæ erant propter finem. מערה *evacuet*, nos autem non legimus מנערת id eſt commovet id quod eſt in olla per acerram quam in manu habet.

ספק מן הקדרה נתזו *Si dubium ſit an ex olla diſperſa ſint*, ita tamen ut non pollutum ſit quod in olla continetur. *An vero dubium ſit num caulis tetigerit manus ipſius*, an nempe res aliqua potu plena in olla tetigerit manus mulieris. *Olus eſt reprobum*, ob dubium illius fœminæ quæ die lota eſt, at non ob dubium de manibus, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de eo qui die lotus eſt; etenim conditio gravior eſt in eo qui die lotus eſt, quia illius dubium reprobam reddit oblationem primam, manuum vero dubium eſt mundum. *Olla eſt munda*, nam ob eum qui die lotus eſt non polluit, licet certo tetigerit potus, quia qui die lotus eſt e potu non facit principium immunditiei, ſicuti tradidimus, quicquid polluit oblationem primam, id polluit potum, ut principium immunditiei fiat, excepto eo qui die lotus eſt; nec polluit propter manus, nam cum dubium ſit, quia forſan diſperſus eſt liquor ex olla ſuper manum, tum propter dubium olla eſt munda, quia dubium manuum ad polluendum, eſt mundum.

eſt, quia ſecundus gradus in profanis polluit potus profanos. *Si ea quæ die lota eſt, ollam evacuaverit manibus inquinatis*, quia mulier die lota non polluit profana, proinde manuum inquinatarum mentio fieri debebat, ut diſtinguatur ratione illius quæ die lota eſt, ut nos doceat per id quod expoſitum eſt in Toſaphta, quum dicitur, *mundus*, intelligendus ſit is eſt cujus manus immundæ ſint, polluit potus profanos. R. Eliezer filius Simeonis dicit, qui de die lotus eſt, is non habet manus, nimirum, non intereſt ſive manus immundæ ſint, ſive mundæ; ſed deciſio non eſt ſecundum hunc ſenſum, quem hic intendit. Cæterum ratio eſt quod olus ſit reprobum, & olla munda, quia potus propter manus polluti non polluant vas ullo modo, ſicuti in hujuſce libri prologo expoſuimus.

ב רבי אליעזר אומר האוכל אוכל ראשון ראשון אוכל שני שני אוכל שלישי שלישי רבי יהושע אומר האוכל אוכל ראשון ואוכל שני שני שלישי שני לקדש ולא שני לתרומה בחולין שנעשו לטהרת תרומה :

2. R. Eliezer dicit, ſi quis primum cibum comederit, tum is etiam ſit primus, ſi comederit ſecundum, tum ſit ſecundus, ſi tertium, ſit tertius. R. Jehoſua dicit, ſi quis cibum primum comederit & ſecundum, tum ſit ſecundus, tertius eſt ſecundus pro ſacris, at non pro oblatione prima, nempe in profanis quæ facta ſunt pro puritate oblationis primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל אוכל ראשון *Si quis comederit cibum primi immunditiei gradus*, tum corpus illius primum immunditiei gradum contraxit, quia contactio illius ſecundus eſt gradus, qui vero comederit cibum ſecundi immunditiei gradus, illius corpus factum eſt gradus ſecundus, & oblationem primam infecit, ſi tetigerit eam; & hæc una eſt ex octodecim rebus quæ uno die conſtitutæ ſunt; ſed hoc duntaxat intelligendum eſt ſi quis dimidium Peras comederit, quod eſt ovum cum dimidio ipſius ſecundum Rambam, ſed duo ova ſecundum Raſchi, eſtque hæc menſura ciborum qua corpus inficitur.

רבי יהושע אומר האוכל אוכל ראשון *Jehoſua dicit, qui comederit cibum primi immunditiei gradus*, &c. illius corpus accipit ſecundum immunditiei gradum, putat enim quod cibus & is qui comedit non eodem gradu ponendi ſint, quod autem is eum qui comederit cibum ſecundi immunditiei gradus, facit gradum ſecundum, & non tertium ita eſt, quia invenimus quod ſecundus gradus ope potuum faciat gradum ſecundum, potus enim ſecundo gradu polluti fiunt principium immunditiei, qui vero eos tetigerit, is fit ſecundus gradus. Sin autem conſtituamus eum qui comedit cibum ſecundi immunditiei gradus, ut fiat tertius immunditiei gradus, tum non inficit oblationem primam, quia in oblatione prima tertius gradus non facit quartum. Sapientes vero de cibo ſecundi gradus immunditiei ſtatuunt, quod is inficiat oblationem primam, quia homo aliquando comedit cibos immundos, & potus ſuper oblatione prima in os ingerit, dum cibi in ore adhuc immundi ſunt, & inficit eam, propterea licet non comparamus eum qui comedit cibum primi gradus immunditiei cum eo qui cibum comedit ſecundi gradus, ſicuti ipſe cibus eſt, tamen eum qui comedit cibum primi gradus comparamus cum eo qui cibum ſecundi gradus comedit, ut fiat ſicut ipſe cibus, ut oblationem primam inficiat.

שלישי שני לקדש *Tertius eſt ſecundus gradus pro ſacris*, ſi quis comederit cibum tertii gradus, illius corporis afficitur ſecundo pro ſacris, & tertium ac quartum facit in ſacris, & non ſecundum pro oblatione prima, nam ſi tetigerit eam, tum non inficit ipſam, nihilominus ei prohibitum eſt de oblatione prima comedere, ita docetur in Gemara capite ſecun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliezer dicit, quod nos invenimus jus illius qui comedit rem immundam, pejus eſſe illa re quam comedit, & ipſum polluit, atque hoc eſt cadaver avis mundæ quod per ſe non polluit hominem, nec vaſa tactu, qui vero id comedit, is pollutus; jam non dicit auctor quod nos conſtituimus eum qui comedit cibum primi immunditiei gradus fieri primum immunditiei gradum, & eum qui comederit cibum ſecundi gradus, fieri ſecundum, eum vero qui comederit cibum tertii gradus, fieri tertium gradum. R. Jehoſua dicit, quod nos id neſciamus de cadavere avis mundæ, quia illius jus peregrinum eſt, & e ſimilitudine quadam provenit, proinde id novum quid eſſe dicit. Cæterum dicimus, quod jus illius qui comedit, ſit levius jure rei immundæ quæ comeſa eſt, quia cibi immundi polluunt in copia ovi, qui vero ovi copiam comederit de cibo immundo, is mundus eſt, niſi donec dimidium Peras comederit, ſicuti in hoc codice expoſuimus. Sed R. Jehoſua dicit, qui comederit cibum primi gradus immunditiei, is fit ſecundus gradus, & non detruſit ipſum a gradu ſuo, nos enim ſtatuimus quod potus immundi cibos faciant in ſecundum immunditiei gradum, ſi hi potus jam polluti ſint ſecundo immunditiei gradu, ſicuti ab initio expoſuimus, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, *ſecundus facit ſecundum*, nempe ope potuum. Sed R. Jehuda tradit, *qui comedit cibum ſecundi gradus immunditiei, is fit ſecundus gradus*, & ſignificat id nobis medio potuum, ſicuti in Gemara titulo de Sabbato oſtenſum eſt, nam ſi ponamus eum qui comederit cibum ſecundi gradus immunditiei, fieri tertium, tamen non inficiet oblationem primam, quia ſecundus gradus inficit, ſicuti ſæpius oſtendimus. Cæterum nos jam inter octodecim res quæ uno die decretæ ſunt, retulimus eum qui comederit cibum ſecundi gradus immunditiei, inficere oblationem primam, & hoc eſt quod aliquoties expoſuimus. Poſtea dicit auctor, qui comederit cibum tertii immunditiei gradus, is fit ſecundus ratione rerum ſacrarum duntaxat, nam ſi is tetigerit ſacra, tum factus eſt tertius gradus, idcirco eum non cenſemus ſecundum pro oblatione prima, donec dicamus quod ſi is tetigerit oblationem primam, eam infecerit, ſicuti facit ſecundus. Cæterum ſi oblationem primam tetigerit

ſecundo codicis de Profanis, quæ facta ſunt ſuper puritatibus oblationis primæ, nimirum, qui comedit cibum primi gradus immunditiei, & cibum ſecundi gradus, ac tertii, nam in Miſna codicis de Profanis traditur de profanis quæ facta ſunt ſuper puritatibus oblationis primæ, quod in profanis non obtineat tertius immunditiei gradus. rit is qui comedit cibum gradus tertii, non infecit eam, ac ſi tetigiſſet eam cibus tertii gradus, qui non inficit alios, ſicuti ibidem expoſitum eſt. Porro dicit quod is qui tertium immunditiei gradum comederit, de quo diximus, quod illius cibus fiat ſecundus gradus pro ſacris, & tertius pro oblatione prima, ſit tertius pro profanis, quæ parata ſunt ſuper puritate oblationis primæ, quia in ipſis profanis non invenitur tertius gradus ullo modo, ſicuti hoc capite exponetur. Senſus vero illius quod dicitur, *quæ facta ſunt ſuper puritate rei ſacræ, & ſuper puritate oblationis primæ*, eſt is quem tibi narrabo, nempe ſocii ſunt honoratiſſimi qui ſe ſeparare volunt a multitudine plebis, donec ea non comedant, nec bibant, quod hic bene fit ſicuti e verbis noſtris in codicem de Capitibus Patrum ſcriptis liquet, quod ii plebem coëgerint ut profana ſua in puritate comederet, & ſi cibus eſſet ſuper cibo oblationis primæ, tum hæc profana ſunt inſtar oblationis primæ ratione immunditiei & damni; ſin autem cibus ſit in munditie rei ſacræ, tum illius gradus eſt, ac ſi res ſacra eſſet, ſed nos hæc jam expoſuimus in fine codicis de Feſtis Solennibus, & in fine codicis de Vacca Rufa, quod ſuper puritate ſacrificii pro peccato faciant profana, id eſt vaccam rufam. Cæterum eſt res nota quod tertius gradus in oblatione prima reproba ſit, qui vero cibum tertii gradus comederit in profanis, quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ; is fit ſecundus gradus pro ſacris, nam inter rem ſacram & oblationem primam unus gradus intereſt, proinde ſi rem ſacram tetigerit, fit tertius gradus, ſed pro oblatione prima non fit ſecundus gradus; ſed hicce homo eſt ut ipſe cibus tertii gradus, qui reprobus eſt, ſed non polluit alios. Senſus itaque Miſnæ hic eſto, ſi quis comederit cibum tertii gradus immunditiei in profanis quæ in puritate oblationis primæ parata ſunt, tum is fit ſecundus gradus pro ſacris, at non ſecundus pro oblatione prima, ſed tertius. At vero e verbis R. Jehoſuæ tibi jam expoſitum eſt quod ſi quis cibum tertii gradus in profanis comederit, quæ in puritate oblationis primæ parata ſunt, tum is fit reprobus pro oblatione prima, ita ut ea inepta fiat ad eſum; at ſi is tetigerit oblationem primam, tum non polluit eam; atque hic agitur duntaxat de eo qui comederit cibum tertii gradus, in ipſa oblatione prima, quique ad oblationem edendam reprobus eſt, ſed is tactu non inficit oblationem primam, ſicuti eam polluit is qui cibum ſecundi gradus comedit, & hæc declaratio adfert Gemara in codice de Profanis; hæc fundamenta obſerves volo ad ea quæ ſequuntur, recte intelligenda; deciſio eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ג הראשון שבחולין טמא ומטמא השני פוסל ולא מטמא והשלישי נאכל בנזיד הדמע׃

3. Primus gradus in profanis pollutus eſt & polluit, ſecundus reprobat, ſed non polluit, tertius comeditur cum juſculo mixto.

R. OB. DE BARTENORA.

הראשון שבחולין טמא ומטמא *Primus gradus in profanis eſt pollutus & polluit*, oblationem nempe primam, nam ſi panis oblationis primæ tetigerit primum gradum in profanis, tum is fit ſecundus, & tertium inficit, ſecundus autem in profanis inficit oblationem primam, ſed non polluit, quia tertius in oblatione prima facit quartum, proinde tertius in oblatione prima non vocatur immundus, ſed reprobus.

והשלישי של חולין *Et tertius in profanis*, cum juſculo quocum oblatio prima mixta eſt, oblatio enim prima vocatur דמע, ſicuti dicitur Exod. 22, 29. מלאתך ודמעך לא תאחר Et capite ſecundo de Profanis docetur, rem intelligendam eſſe ſi in juſculo mixto non ſit copia olivæ de oblatione, ſed copia Peras, & tum licitum eſſe comedere cibum tertii gradus. Verum ſi illic ſit copia olivæ de oblatione prima in cibo Peras, tum ei prohibitum eſt, ſtatuimus enim quod ſi quis comederit cibum tertii gradus in profanis, quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ, tum illius corpus infectum eſt ut oblationem primam edere nequeat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in hujuſce libri prologo quod omnis cibus ſit immundus ſed non polluat alium, & vocetur פסול *reprobus*; inſuper ſcias volo quod gradus immunditiei qui reprobus vocatur, etiam vocetur פוסל *reprobans*, ne decipiaris in hiſce duabus vocibus, cogitans in utraque eſſe aliquam differentiam, cum idem notent. Novimus quoque ſecundum gradum in profanis eſſe immundum, quia Lex dicit Levit. 11, 33. *ſi in vas teſtaceum inciderit intus*, quicquid ergo habet aliquod תוך *interius ſpatium*, id polluitur; reptile vero eſt pater immunditiei, & vas eſt primus gradus immunditiei, cibus autem qui in ipſo eſt, is ſecundus eſt immunditiei gradus, Lex enim dicit; *pollutus eſt*, ſed in profanis nunquam eſt tertius gradus. Gemara dicit, ſecundus non facit tertium in profanis, ſed nos hæc jam meminimus capite quinto codicis de Uxore adulterii ſuſpecta. Quando hic mentio fit tertii gradus, tum is de tertio in profanis intelligendus eſt, quæ in puritate oblationis primæ parata ſunt, ſic etiam in Gemara in titulo de Profanis exponitur. נזיד eſt decoctum aliquod in quo oblatio prima eſt, quæ דמע vocatur, videſis Exod. 22, 29. Cæterum in Gemara aliqua conditio de hocce decocto proponitur, videlicet ne in hoc decocto quid ſit de oblatione prima, in ea copia quæ olivam conficere poteſt ratione prandii Peras, proinde menſuram oblationis primæ diminuere licet. Cæterum ſi oblationis primæ copia ſit magis conſpicua quam altera, tum ei non erit integrum de hoc cibo comedere in gradu tertio, quia nos præcedenti Miſna jam expoſuimus, quod ſi quis comederit de cibo tertii immunditiei gradus in profanis quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ, ei non liceat comedere de oblatione prima, licet non infecerit eam tactu. Cæterum capite duodecimo codicis de Sacrificiis dictum eſt, quod ipſe gradus tertius in oblatione prima prohibitus ſit, ne comedatur, ſed quod eam tangere liceat, proinde Sapientes aliquam excellentiam poſuerunt in eſu, & non in tactu; hæc fundamenta bene obſervato.

ד הראשון והשני שבתרומה טמאים ומטמאים השלישי פוסל ולא מטמא הרביעי נאכל בנזיד הקדש׃

4. Primus & ſecundus in oblatione prima immundi ſunt & polluunt, tertius vero inficit, & non polluit, & quartus comeditur cum juſculo ſacro.

R. OB. DE BARTENORA.

הרביעי נאכל בנזיד הקדש *Quartus comeditur cum juſculo ſacro*, ut, ſi in hacce prima oblatione ſit gradus quartus, qui paratus eſt in puritate rei ſacræ, & ſic etiam quintus gradus comeditur cum juſculo ſacro, ſicuti poſtea tradit, proinde dicit, ſi in hac re ſacra ſit gradus quintus, ut, ſi is paratus ſit in

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Statutum eſt quod ſecundus gradus inficiat tertium in oblatione prima, quandoquidem invenimus quod Lex vetat ei qui die lotus eſt, ne comedat de oblatione prima, quando dicit, *cum occiderit ſol, tum mundus erit, & poſtea comedet de ſacris*, etenim Lex eum vocavit immundum, quando dicit,

in puritate cineris vaccæ ruſæ, dicimus enim quod veſtes eorum qui comederunt rem ſacram, ſint calcatio ſeminiflui ratione ſacrificii pro peccato. *Comeditur cum juſculo ſacro*, licet nempe decoctum rei ſacræ mundæ cum ipſo miſcere.

dicit, Levit. 11, 32. *aquis abluetur & ad veſperam uſque immundus erit, ſed deinceps mundus.* Cæterum tu jam noſti quod is qui ſemen concubitus emiſerit, ſit pater impuritatis; qui vero caſu nocturno ſemen emiſerit, ſit primus immunditiei gradus; ſicuti in præfatione hujuſce libri expoſuimus. Præterea tibi exponetur, quomodo conſtituatur tertius in qui oblatione prima reprobus eſt, ſed quartus eſt mundus, & licitus ut cum juſculo ſacro comedatur, nam ſi is comederit tertium gradum in oblatione prima, tum inde ſit ſecundus pro ſacris.

ה הראשון והשני והשלישי שבקדש טמאין ומטמאין הרביעי פוסל ולא מטמא והחמישי נאכל בנזיד הקדש:

5. Primus, ſecundus, tertiuſque in ſacris polluti ſunt & polluunt, quartus autem inficit, ſed non polluit, quintus comeditur cum juſculo ſacro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Eſt unum e fundamentis quæ præmiſimus, quod is qui expiatione deſtitutus eſt, poſſit comedere de oblatione prima, at non de ſacris, donec obtulerit ſacrificium pro peccato, ſicuti Lex dicit Levit. 12, 8. וכפר עליה הכהן וטהרה Cæterum nos jam expoſuimus quod ſecundus gradus ſit impurus in profanis, quia Lex dicit, *quicquid in ipſo eſt, id immundum eſto*; & de carne ſacra dicit Lex Levit. 7, 19. *Et caro quæ tetigerit omne immundum, non comedetur, igne comburetur*, hinc doctores dixerunt, dixit Lex, *omne immundum*, ſub hoc continetur ſecundus immunditiei gradus, quem & ipſa Lex dicit immundum, ſicuti expoſuimus, & ſi hæc caro tetigerit ſecundum immunditiei gradum, ſit ex ipſo tertius gradus, quem Deus comburi juſſit, cum is ſit immundus. At vero in Lege invenimus quod in ſacris detur tertius immunditiei gradus; & diximus quoque quod ſi quis deſtitutus ſit expiatione, cui de oblatione prima comedere licet, ei non licet de iſta re ſacra edere, & eo magis is qui reprobus eſt ratione oblationis primæ, non excipitur quo minus in ſacris polluat gradum quartum, & ſi tertium gradum nos ipſa Lex doceat, eo magis etiam de quarto docet; & ſicuti cibus tertii gradus in oblatione prima prohibet ne oblatio prima comedatur, licet tertius gradus in oblatione prima non polluat alios tactu, ita quoque is qui comederit tertium in cibis ſacris, reprobus eſt ita ut ei non amplius liceat de ſacris comedere, proinde ei licet comedere de juſculo ſacro, ſed de quinto & non de quarto gradu, qui inter comeſtionem quarti gradus infecit corpus ipſius, hinc non ei licebat de ſacro juſculo comedere; etenim hic non dicimus ſicuti de oblatione prima diximus, ſi non ſit olivæ copia ad cibum Peras conficiendum, tum hoc ei licet, quia res ſacra excellentioris eſt gradus quam oblatio prima in multis rebus, ſicuti capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus expoſitum eſt; res vero ſacra cujus hic facta eſt mentio, intelligi debet de carne ſacra, & panibus ſacris. Verum in Toſaphta dicitur omnem rem ſacram intelligendam eſſe, cujuſmodi ſunt placentæ ſacrificii euchariſtici, & lagana Nazyræi, ſuper quibus non mactatum eſt ſacrificium, & ferta quæ non conſecrata ſunt in vaſe, quæ non ſunt ſimilia rei ſacræ, neque profanæ, ſed oblationi primæ. Reptile autem polluit gradum ſecundum, & inficit unum ex iis; ibique etiam expoſuimus quod placenta, primitivi fructus, & ſolutiones oblationis primæ, & quinta ſint inſtar oblationis. Quod vero illibatum eſt vel mixtum, vel renaſcentia oblationis primæ, vel decimæ ſecundæ, ea ſunt inſtar profanorum; ſed decimæ primæ jam diſputatæ ſunt capite undecimo codicis de Vacca Rufa.

ו השני שבחולין מטמא משקה חולין ופוסל לאוכלי תרומה השלישי שבתרומה מטמא משקה קדש ופוסל לאוכלי קדש שנעשו לטהרת הקדש אבל אם נעשו לטהרת תרומה מטמא שנים ופוסל אחד בקדש:

6. Secundus in profanis polluit potus profanos, & reprobat cibos oblationis primæ. Tertius in oblatione prima polluit potus ſacros, & reprobat cibos ſacros, qui parati ſunt in puritate rei ſacræ. Verum ſi ii parati fuerint in puritate oblationis primæ, tum polluit duos & reprobat unum in ſacris.

R. OB. DE BARTENORA.

השני שבחולין מטמא משקה חולין *Secundus in profanis polluit potus profanos*, etenim quod oblationem primam reprobat, id polluit potus ut fiant principium immunditiei. *Polluit potus ſacros*, quod enim ſacra polluit, id polluit potus ut fiant principium immunditiei in ſacris. *Quæ parata ſunt in puritate rei ſacræ*, nam quando dictum eſt quod tertius gradus in oblatione prima reprobet, & non polluat cibum ſacrum, id intelligendum eſt ſi is paratus ſit in puritate rei ſacræ, at ſi is paratus ſit in puritate oblationis primæ, & non cuſtoditus fuerit pro puritate rei ſacræ, tum tertius gradus polluit duos, & unum reprobat in ſacris, quia puritas oblationis primæ ſit impuritas ratione rei ſacræ, atque hic tertius eſt gradus, oblatio enim prima ratione rei ſacræ cenſetur ac ſi ea polluta eſſet reptili aliquo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara codice de Oblatione prima, & de profanis, quod ſenſus illius quod hic dicitur, *quæ facta ſunt in puritate rei ſacræ*, ſit de cibo tertii gradus immunditiei qui tetigerit quartum in ſacris, & infecerit ipſum. Pariter ſe res habet, ſi is tetigerit profana in puritate rei ſacræ parata, & hæc eſt Miſna prima quæ dixit, profana in puritate rei ſacræ facta ſunt omnino inſtar rei ſacræ. Expoſuimus quoque ad caput ſecundum codicis de Feſtis Solennibus de ſex gradibus primis duntaxat, verum quinque poſteriores hi ſunt, vas conflat ea quæ in ipſo continentur in ſacris, quartus gradus in ſacris reprobus eſt, una manus polluit aliam in ſacris, cibi mundi abſterguntur manibus inquinatis in ſacris, lugens & expiatione deſtitutus lavandi ſunt ratione rei ſacræ, quia res ſacræ duntaxat hæc jura habent, & non profana, quæ in puritate rei ſacræ parata ſunt. Cæterum tibi jam expoſuimus quod quartus gradus in iis non ſit reprobus, nec tertius, ſed ratione tactus ii ſunt immundi in profanis, ſicuti in codice de Menſtruis expoſuimus; quicquid autem in hac Miſna memoratum inveneris de gradu tertio in puritate rei ſacræ parato, id ad primam Miſnam pertinet, poſtea vero exponit id quod diximus quod tertius gradus in oblatione prima quartum faciat in ſacris, ſed hic eſt tertius gradus ipſius oblationis primæ. Verum tertius gradus in profanis quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ, ſemper duos immundos continet, & unum reprobum, vel in ipſis rebus ſacris, & immundities non tranſit ab ipſo pro cibo quarti gradus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, verum ſi parata ſint in puritate oblationis primæ, polluit duos, & reprobat unum, verbi gratia, ſi cibus primi ſit gradus immunditiei in profanis, quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ, quem tetigerunt cibi ſacri, tum is conſtituit eos in ſecundum gradum, & immundi ſunt. Sin autem hi cibi tetigerint cibos ſacros, tum etiam is qui comederit,

ſit reprobus, ſed non polluit alios, licet res ſacra ſit, & tetigerit immunditiem illius. Sed e profanis quæ parata ſunt in puritate rei ſacræ, immundities non tranſiit, neque in tertium tranſiit, licet ſecundus & tertius gradus diſpoſiti ſint ab immunditie rei ſacræ; hæc bene obſerves volo quia illa ſummopere perſcrutanda; tertius vero gradus in oblatione prima polluit ſacra, & inficit cibos ſacros, & profanos qui parati ſunt in puritate rei ſacræ. Sed hæc intelligenda ſunt de oblatione prima ipſa, ſed in profanis quæ facta ſunt in puritate oblationis primæ duo ſunt immundi, & tertius reprobus, imo quamvis ſecundus atque tertius gradus ſint ſacri, tamen in ſacris non fit quartus, quandoquidem primus eſt in profanis quæ parata ſunt in puritate oblationis primæ, hæc intelligas volo & ea quæ in præfatione hujuſce libri dicta ſunt.

ז רבי אליעזר אומר שלשתן שוין האחד שבקדש ושבתרומה ושבחולין מטמא שנים ופוסל אחד בקדש מטמא אחת ופוסל אחת בתרומה ופוסל את החולין השני שבכלן מטמא אחד ופוסל אחד בקדש ומטמא משקה חולין ופוסל לאוכלי תרומה השלישי שבכלן מטמא משקה קדש ופוסל לאוכלי קדש :

7. R. Eliezer dicit, hi tres cibi ſunt æquales, unus in ſacris, oblatione prima, & in profanis polluit duos & duos reprobat in ſacris, polluit unum & unum reprobat in oblatione prima, reprobatque profana; ſecundus qui in omnibus eſt, polluit unum & reprobat unum in ſacris, potuſque profanos polluit, & cibos oblationis primæ polluit; tertius qui in omnibus eſt, polluit potus ſacros, & reprobat cibos ſacros.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר שלשתן שוין *R. Eliezer dicit, hi tres ſunt æquales*, ſicuti is ſtatim exponit, nam ſecundum R. Eliezer munditties oblationis primæ non eſt immunditties pro re ſacra. *Tertius in omnibus non obtinet in profanis*, niſi illa facta ſint in puritate oblationis primæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic ſermo totus eſt clarus, uno articulo excepto, & hic eſt de quo diſſentit R. Eliezer, ſicuti dicit quod immundities rei ſacræ licet principium ipſius veniat e profanis, tamen ea comprehendit quartum immunditiei gradum, quando dicit, e primo gradu in profanis remota eſt immundities uſque ad quartum in ſacris, polluitque ſecundum & tertium, & reprobat quartum; pariter is dixit quod tertius in profanis reprobet etiam quartum in ſacris, potuſque polluat ſacros, & eos conſtituat immundos. Cæterum e dicto primi doctoris jam patet, quod hicce gradus duntaxat tertium faciat in oblatione prima ipſa, ſed profana in puritate oblationis primæ parata duos duntaxat immundos continent, & unum reprobum, licet e ſacris non tranſeat immundities, ſed tertius gradus, & eo magis, ſi fundamentum immunditiei in profanis ipſis ſit, deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח האוכל אוכל שני לא יעשה בבית הבד וחולין שנעשו על גבי קדש הרי אלו כחולין רבי אליעזר בר צדוק אומר הרי אלו כתרומה לטמא שנים ולפסול אחד

8. Si quis comederit cibum primi gradus, is ne operetur in torculari. Profana quæ parata ſunt in puritate rei ſacræ, ea ſunt ut profana. R. Eliezer filius Zadoci dicit, ea ſunt ut oblatio prima, ad duo polluenda & unum reprobum reddendum.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל אוכל שני לא יעשה בבית הבד *Si quis comederit cibum ſecundi gradus immunditiei, is ne operetur in torculari*, non operabitur ut oleum paret in torculari, etenim ſuperius R. Jehoſua conceſſit R. Eliezeri, quod ſi quis ſecundi immunditiei gradus cibum comederit, fiat ſecundus immunditiei gradus, & oblationem primam reprobam reddat, potuſque polluat ut principium fiant immunditiei. על גבי הקדש *ſuper re ſacra*, in puritate rei ſacræ, tum iſti cibi ſunt ut profana, & non habent tertium immunditiei gradum. *Ea ſunt ut oblatio prima*, & tum in iis obtinet gradus tertius; ſed hi duo doctores putant quod profana in puritate rei ſacræ parata non ſimilia ſint rei ſacræ, quia nulla res in ſacris facit quartum gradum, ſed res ſacra conſecrat duntaxat; & hæc pugnant contra ſuperiorem Miſnam, ubi tradidit quod tertius in omnibus reprobum reddat cibum ſacrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod ſi quis comederit cibum ſecundi gradus immunditiei, is fiat quoque ſecundus immunditiei gradus, & præterea quoque expoſuimus quod ſecundus immunditiei gradus polluat potus profanos. Expoſuimus etiam aliquoties quod hi potus immundi fiant principium immunditiei, proinde homo non operabitur in torculari, ne oleum polluat. In Toſaphta, hæc verba, *qui comederit cibum ſecundi gradus immunditiei, is non operabitur in torculari*, exponuntur quod ei non liceat in torculari operari, quia ſecundus eſt gradus immunditiei, at ſecundus polluit potus ut fiant principium immunditiei, *ſuper potu ſacro*, id eſt in puritate potus ſacri; & dicit, *ad polluendum duos, & ad reprobum reddendum unum*, quoties hanc phraſin in Miſna, vel in Gemara legeris, illius ſenſus eſt quod primus atque ſecundus gradus immundi ſint, tertius vero reprobus, ſicuti de jure immunditiei oblationis primæ docuimus, & auctor dicit quod ratione ciborum primus gradus ſit immundus, & ſecundus reprobus; atque hæ tres opiniones ſunt de profanis quæ parata ſunt in puritate rei ſacræ, & rei ſacræ ſimilia ſunt; ſed primus non eſt immundus, & ſecundus duntaxat reprobus eſt, tertius vero mundus eſt in profanis.

פרק ג הרוטב והגריסין והחלב בזמן שהן משקה טופח הרי אלו תחלה קרשו הרי אלו שניים הזרו ונמוחו בביצה מכוון טהור יותר מכביצה טמא שכיון שיצאת טפה הראשונה נטמאה בכביצה :

Caput 3. Juſculum, fabæ contuſæ, & lac, quando ea ſunt potus ſtillans, tum ſunt principium; ſi ea coagulata ſint, tum ſunt ſecundana. Si deinde liquefacta fuerint in copia ovi ſtricte, munda ſunt, ſi plus ſit quam ovi copia, immunda ſunt, nam cum gutta prima exierit, polluta ſunt in copia ovi.

R. OB. DE BARTENORA.

הרוטב והגריסין *Juſculentum & fabæ contuſæ*, quæ ſunt potus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod potus ſemper ſint principium

tus humectans, & ita humidi ut continuo humectent humores exſtillantes. *Hæc ſunt principium immunditiei*, quia pro potibus habentur. קרשו הרי אלו שניים *ſi coagulata ſint, tum ſunt ſecundana*, nam cum ea coagulata ſint, proinde pro cibis habentur, qui tetigerunt potus. *Si deinceps liquefacta fuerint, in copia ovi ſtricte, munda ſunt*, & judicantur ut cibi, & potus, eorumque immunditiès efflorescit quando mutata ſunt, ſed nemo eſt qui hunc potum polluat, etenim poſtquam prima gutta prodiit, diminuitur cibus ut non ſit copia ovi, at copia ovo minor non polluit alia; quæ vero major eſt ovo, ea immunda eſt, nam ex quo prima gutta exiit, polluta eſt gutta iſta in copia ovi de cibo immundo, poſtquam vero ea liquefacta fuerit tota, tum gutta denuo omnia polluit.

pium immunditiei, licet ii polluti ſint cibo ſecundi gradus. Expoſuimus quoque quod רוטב ſit juſculentum quod ſi condenſetur, ſimile ſit pulveri. גריסין notat juſculum fabaceum, quod etiam condenſatur poſtquam friguerit; pariter adeps ſi is aliquamdiu ſubſtiterit, condenſatur. Sin autem unus ex hiſce liquoribus qui coagulari ſolent, jam inceperit coagulari, & remanſerit in ipſo copia humoris quo manus humectatur, tum iſte liquor aliis liquoribus ſimilis eſt, & ſit principium immunditiei ſi pollutus fuerit. Si vero pollutus fuerit poſtquam liquores polluti ſunt, & perfecta fuerit coagulatio illius, tum liquor iſte ſit ſecundus immunditiei gradus, quia is tum cibus eſt, perinde ac ſi cibus tetigiſſet potus immundos, qui eſt ſecundus gradus immunditiei. Si vero converſus ſit ſenſus, & liquor pollutus ſit coagulatus, atque ſecundus ſit immunditiei gradus, & poſtea quis liquorem coagulatum effundere velit, cum is eſſet gradus ſecundus ad polluendum, tum hæc eſt differentia, nam ſi res coagulata in ſe contineat ovi copiam accuratam, & poſtea effuſa ſit, tum hoc ſegmentum eſt mundum, quia liquor non polluit aliam rem, etenim cibi facies jam polluti mutata eſt. Sin autem hicce cibus ſit gradus ſecundus coagulatus, & ſit major copia ovi, tum totus liquor ei affuſus, eſt immundus, & omnes liquores fiunt immundi, quia eo momento quo capiebatur iſtud ſegmentum, in principio pollutum fuit cibo ſecundi gradus immunditiei, qui ſeparatus erat ab ipſo, quia ovi copia coagulata remanſerat dum hæc gutta egrediebatur. Cæterum jam expoſuimus quod copia ovi de cibis immundis polluat potus, ſi tetigerit eos, quicquid autem poſtea effluxerit, id miſcetur cum hiſce potibus immundis, qui prodierunt prius, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, quandoquidem gutta prima exiit, *proinde pollutum eſt in copia ovi.*

ב רבי מאיר אומר השמן תהלה לעולם וחכמים אומרים אף הדבש רבי שמעון שזורי אומר אף היין וגוש של זיתים שנפל לתנור והוסק כביצה מכוון טהור יותר מכביצה טמא שכיון שיצאת טפה הראשונה נטמאת בכביצה אם היו פרודין אפילו הן מאה טהור :

2. R. Meir dicit, oleum ſemper eſt primum, Sapientes vero dicunt, etiam mel. R. Simeon Schezuri dicit, etiam vinum. Maſſa olivarum ſi in fornacem inciderit, & in copia ovi ſtricte accenſus fuerit fornax, mundus eſt, ſi plus ſit quam ovi copia, tum immundus eſt, nam cum prima gutta exierit, is pollutus eſt in copia ovi; ſi vero ſeparatæ ſint, tum is mundus eſt, licet ſint centum.

R. OB. DE BARTENORA.

השמן תחלה לעולם *Oleum ſemper eſt principium*, & quamvis illud coagulatum ſit, tamen exit e Lege potus. *R. Simeon Schezuri dicit, etiam vinum quod coagulatum eſt*, id non egreditur e Lege potus, ſed deciſio non eſt ſecundum ipſum. גוש של זיתים *ramentum olivarum*, quæ circum olivas quaſi unum corpus faciunt, ea immunda ſunt. הביצה מכוון *ovum exactum*, tum fornax mundus eſt, quia cibus non polluit vas, & potus qui exit e ramento propter incenſionem, non polluit, nam cum gutta exierit prima, deeſt ei copia ovi. Verum ſi in ramento plus ſit quam ovi copia, quando exiit gutta prima, tum in ramento adhuc remanet copia ovi, & gutta polluitur maſſa, & denuo ſit principium immunditiei, & gutta polluit fornacem, quia potus polluunt vas. ואם היו פרודים *& ſi ſeparatæ ſint*, ſi nempe olivæ ſeparatæ ſint, & non conficiant unum corpus, tum licet centum ſint ovorum copiæ, tamen non conjunguntur in copia ovi ad oleum exiens polluendum, ut principium immunditiei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus illius quod dicitur, *ſemper ſunt principium*, hic eſt, ſi oleum pollutum ſit & poſtea coagulatum, & tandem liquefactum, licet id centies factum ſit, tum illud eſt principium immunditiei, quia coagulatio non vere facta eſt, & proinde pro liquore habetur, vel ipſo tempore coagulationis. גוש idem eſt quod גוף *corpus*, exterior nempe olivæ ſuperficies pulverea; hujuſce porro dicti ſenſus eſt quod id quod olivis exterius veluti unum corpus annexum eſt, ſit unum corpus. Cæterum in principio libri jam diximus quod cibi immundi non polluant vaſa, ſed potus immundi polluunt vaſa; inſuper in codice de Vaſis quoque expoſuimus quod potus immundi polluant fornacem aëre ſuo, ſi plus eſſet quam ovi copia dum oleum exibat in calorem ignis, polluitur copia ovi quæ de reliquis olivis reſtat ante combuſtionem, & potus immundi polluunt fornacem, quia aërem ipſius tetigerunt, ſed hoc intelligendum eſt ſi olivæ ſint collectæ, at ſi diviſæ ſint, tum in omni oliva non debet eſſe copia ovi, ſed poteſt eſſe quantulacunque menſura, & tum fornax non polluitur, quia oleum quod exiit a copia ovi de cibo immundo, tangi debuit, & omnia conjuncta eſſe, & tum demum polluitur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon Schezuri.

ג טמא מת שסחט זיתים וענבים כביצה מכוון טהור ובלבד שלא יגע במקום המשקה יותר מכביצה טמא שכיון שיצאה טפה הראשונה נטמאת בכביצה אם היה זב או זבה אפילו גרגר יחידי טמא שכיון שיצאת טיפה הראשונה נטמאה במשא זב שחלב את העז החלב טמא שכיון שיצאת טיפה הראשונה נטמאה במשא :

3. Mortuo pollutus ſi olivas expreſſerit & uvas in copia ovi exacti, liquor mundus eſt, dummodo locum potus non tetigerit, ſi plus quam ovi copia, immundus eſt, nam cum prima gutta exierit, copia ovi polluta eſt. Si ſit ſeminifluus vel ſeminiflua, licet unicum granum expreſſerit, id immundum eſt, nam cum prima gutta exierit, liquor pollutus eſt onere. Seminifluus ſi mulſerit capram, lac immundum eſt, nam cum prima gutta exierit, pollutum eſt onere.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

ובלבד שלא יגע במשקין *Dummodo non tangat potus*, ſi baculis calcaverit, qui non polluuntur, proinde hic nemo eſt qui polluat potus. Sed vinacea quæ tetigit pollutus mortuo, polluuntur, etenim de tactu eorum nihil monuerunt, niſi ex quo liquor exierit, quum autem potus tetigerint vinacea, tum jam deficit copia ovi, cibus autem minor copia ovi non polluit. *Si plus ſit quam copia ovi*, *immundus eſt*, liquor; nam cum gutta prima exierit, pollutus eſt in copia ovi, licet enim potus abſorptus a cibo, non recipiat immunditiem, tamen perficit menſuram cum ipſo, nam illius copiam invenimus prope illa ubi agitur de copia olivæ mortui & cadaveris, quæ calore diminuta ſunt, & pluviæ expoſita quam inbiberunt, quia pluviæ abſorptæ complent menſuram.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si memineris ea quæ ſuperius dicta ſunt, tum clara tibi erunt quæ hic pertractantur. Cæterum oportet ut unum fundamentum hic obſerves, nempe, quod ſeminifluus, ſeminiflua, menſtrua, & puerpera polluant quicquid portant, licet non tetigerint ea, quia portatione polluunt, & hoc ſenſu cibi & potus ſunt æquales, ſicuti in codice de Seminifluis oſtendimus.

ד כביצת אוכלין שהניחן בחמה ונתמעטו וכן כזית מן המת וכזית מן הנבלה וכעדשה מן השרץ כזית פגול כזית נותר כזית חלב הרי אלו טהורין ואין חייבין עליהן משום פיגול נותר וטמא הניחן בגשמים ונתפחו טמאין וחייבין עליהן משום פיגול נותר וטמא:

4. Ovi copia de cibo ſoli expoſita & diminuta, ſic etiam olivæ copia de mortuo, & tantundem de cadavere, & lentis copia de reptili, olivæ copia de reſiduo, & tantundem de abominando & adipe, munda ſunt, & nemo propter illa tenetur nomine abominandi, reſidui, & immundi. Si pluviæ expoſita ſint, & intumeſcant, immunda ſunt, & tenentur ob illa nomine abominandi, reſidui, & immundi.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו טהורים *En hæc munda ſunt*, hæc pertinent ad copiam ovi de cibis, & tantundem de mortuo, & tantundem de cadavere, deque copia lentis de reptili. *Si expoſuerit ea pluviis*, & *intumuerint*, tum impura ſunt, etenim in omnibus quæ cuſtodiuntur ſequimur incrementa ipſorum, ex his enim confirmamus quod apud edicta non eſt locus propulſioni.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſol conſumat humores corporeos, eoſque abſtergat, propterea flacceſcunt, & aquæ vapores emittunt, ſol vero eos remittit, nutrit, & promovet; ego vero tibi notum faciam unum fundamentum, quod in omnibus menſuris obſervari debet menſura pollicis, abſque reſpectu partium; ſed hic nihil intelligi debet ratione immunditiei, vel illius quod prohibitum eſt vel licitum, ſenſus vero illius quod dicitur נתפחו *intumeſcunt*, eſt quod accreſcunt.

ה כל הטומאות בשעת מציאתן אם טמאות טמאות ואם טהורות טהורות אם מכוסות מכוסות אם מגולות מגולות מחט שנמצאת מליאה חלודה או שבורה טהורה שכל הטומאות כשעת מציאתן:

5. Omnes impuritates ſunt ſicuti inveniuntur, ſi impuritates ſint, tales maneant, ſi vero puritates ſint, etiam maneant tales, ſi contectæ ſint, tales maneant, ſi retectæ, tales maneant. Si acus ſartoria inventa ſit plena ærugine, vel fracta, munda eſt, quia omnes impuritates ſunt ſicuti inveniuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

אם טמאות טמאות *Si immundæ ſint*, *immundæ ſunto*, etenim inferius capite quinto expoſuimus, ſi quis reptile vel ranam tetigerit nocte, & neſciverit an vivum, an vero mortuum tetigerit, ſed poſtridie mortuum invenerit, tum Sapientes eum declarant pollutum, quia omnes impuritates conſiderandæ ſunt prout inveniuntur, ſed a ſtatu in quo erant dum inveniebantur, excipitur, ſi alterutrum tetigerit nocte in hoc latere, & poſtridie invenerit mortuum in iſto latere. אם מכוסות מכוסות *ſi contectæ ſint*, *contectæ ſunto*, ſicuti vas teſtaceum quod conjunctorio aliquo indutum eſt, de quo non dicimus id forſan apertum fuiſſe dum in tentorio mortuus inveniebatur, jam vero apertum eſſe; vel ſi illud apertum invenerit, non dicimus id ipſum forſan contectum fuiſſe dum mortuus erat in tentorio, & conjunctorio circumdatum. *Acus ſartoria quæ plena ærugine inventa fuit*, quæ ærugo impedit futuram, ſed purificat eam ab immunditie. *Vel ſi confracta ſit*, *munda eſt*, & non dicimus eam immundam eſſe, quod dum integra erat, polluta eſſet, quum vero reparata erat atque denuo integra facta, immunda facta eſſet, & hic eſt Miſnæ ſenſus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt, in impuritatum & puritatum caſibus ſequi debemus rerum ſtatum in quo ſunt dum inveniuntur, nam ſi inveniantur eo in ſtatu quo immunditiem recipere poſſunt, tum immundæ ſunt, ſin autem in contrario ſtatu inveniantur, tum mundæ ſunt, exempli gratia, ſi inventa ſit acus plena ærugine, vel confracta, quæ non polluta eſt, tum illa non polluit futuram, ſicuti expoſuimus capite tertio decimo codicis de Vaſis, proinde hæcce acus ſecundum nos verſatur in jure puritatis, & non dicimus illam forſan immundam fuiſſe dum adhuc integra erat, & poſtea fractam eſſe & mundam factam eſſe, ita ut non remanſerit impuritas, ſicuti expoſuimus de vaſis fuſilibus ad priorem immunditiem redeuntibus; ſed non hic acum cenſemus mundam eſſe, ſi ea in ſtatu puritatis inventa ſit.

ו חרש שוטה וקטן שנמצאו במבוי שיש בו טומאה הרי אלו בחזקת טהרה וכל הפיקח בחזקת טומאה וכל שאין בו דעת להשאל ספיקו טהור:

6. Surdus, ſtultus, & parvulus ſi ſint in introitu in quo immunditiæs eſt, verſantur in opinione puritatis. Omnis Sapiens verſatur in opinione impuritatis; qui vero non aptus eſt ut quærat, illius dubium eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

בחזקת טהרה *In opinione puritatis*, licet dubium immunditiei in loco privato immundum habeatur, hic autem ſermo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties diximus quod dubium immunditiei in loco privato ſit immundum, in publico autem mundum, & hoc

mo ſit de introitu loci privati, tamen quia dubium erat de iis quibus non erat quærendi facultas; cujuſmodi ſunt ſtultus, ſurdus, & parvulus, dubium eorum erat mundum, & hoc colligimus ex eo quod Lex dicit Levit. 7, 19. *Et carnem quæ rem immundam tetigerit, non comedet*, ubi innuitur quod certo immunda non comedetur, ſed dubia caro immunda comedi poteſt, ſicuti ſcriptum eſt ibidem, *omnis mundus comedet carnem*, ergo dixerit quis, is qui certo mundus eſt, comedet, qui vero dubitat an mundus ſit necne, is non comedet; ſed reſpondetur, in quo quærendi facultas eſt, is ne comedat niſi certo mundus ſit, qui vero non facultate quærendi præditus eſt, is comedat. וכל הפיקח & *omnis ſapiens*, qui facultatem rogandi habet, ſi is neſciat an in loco immundo incedat necne, non verſatur in opinione impuritatis, quia dubium immunditiei in loco privato eſt immundum, quod colligimus e Lege de muliere ad adulterium declinante, de qua dubium eſt an polluta ſit poſtquam ſola fuerit cum viro alieno in loco privato, cujuſmodi dubium immundum pronunciatur in Lege, dicente, *ſi occultata fuerit & polluta*, ſed hæc mulier rogare potuerat an polluta eſſet necne.

hoc novimus e Lege de muliere adulterii ſuſpecta, etenim ſi illa ſe occultaverit cum viro alio in loco privato, tum ea marito ſuo prohibita eſt, & hic eſt ſenſus dubii, quia vir iſte aliquando cum ipſa congredi poteſt, hinc in Lege Num. 5, 13. dicitur, *ſi ipſa occultata*, *& polluta fuerit*, quæ nos docent quod omne dubium immunditiei in loco privato ſit immundum, dummodo is cui hocce dubium contigit, habeat facultatem interrogandi, ſed illius dubium qui non habet facultatem rogandi, mundum eſt in loco privato; etenim nos ſcimus dubium immunditiei in loco privato immundum eſſe ex eo quod dicit, de muliere ad adulterium declinante, quæ maritum ſuum rogare potuerat an polluta eſſet necne, ita ut judicari potuiſſet eam pollutam eſſe; cui igitur dubium immunditiei contigit in loco privato, & is rogandi facultatem habuerit, illius dubium eſt immundum, & ſecundum hoc fundamentum dixit auctor, quod ſurdus, ſtultus, & parvulus in introitu ubi immunditieseſt, inventi, ſint mundi, licet introitus ſive atrium ſit in loco privato, nos enim neſcimus an immunditiem tetigerint necne, quia non præditi ſunt intelligentia; ſed ſapiens in loco privato immundus eſt. Cæterum in Toſaphta dixerunt quod Ben Zuma rogarunt quare dubium in loco privato ſit immundum, reſpondit iis, quomodo ſe res habet cum muliere ad adulterium declinante, an illa apud maritum ſuum certa an dubia habetur, reſponderunt ei, dubia eſt; is denuo regeſſit iis, invenimus tamen quod ea marito ſuo prohibita ſit, & hinc judicandum eſt de reptili, quod nempe in utroque caſu idem ſit jus ratione loci privati, videlicet quod de dubia immunditie rogandum fuiſſet. Hinc dixerunt, ſi ei qui facultate rogandi pollet, aliquod immunditiei dubium acciderit in loco privato, illius dubium eſt immundum, ſi vero in loco publico, tum mundum eſt. Iterum ab ipſo quæſiverunt quare dubium immunditiei in loco publico ſit mundum, reſpondit iis, ex eo quod invenimus cœtum poſſe ſuum Paſcha parare in immunditie, quando maxima populi pars polluta eſt, ſi ergo immundities certa concedatur toti populo, quanto magis dubia immundities. R. Simeon filius Gamalielis dicit, quare dubium immunditiei in loco privato immundum eſt, contra vero mundum in loco publico? quia hominem privatum interrogare poſſumus, at non eos qui in loco publico nobis occurrunt.

ז תנוק שנמצא בצד בית הקברות והשושנים בידו ואין השושנים אלא במקום הטומאה טהור שאני אומר אחר לקטן ונתן לו וכן חמור בין הקברות כליו טהורין׃

7. Si parvulus inveniatur ad latus cœmeterii cum liliis in manu ſua, & lilia iſta duntaxat ſint in loco immundo, mundus eſt, dico enim quod alius ea collegerit, eique dederit. Ita quoque aſini inſtrumenta inter ſepulchra conſiſtentis ſunt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין השושנים אלא במקום הטומאה *Sed lilia ſunt duntaxat in loco immundo*, quia parvulus lilia capere nequit, niſi poſtea intret cœmeterium, & tum mundus ſit, quia hic alii rei cauſam attribuere poſſumus, quod forſan alius dederit parvulo, quia parvulus non pollet facultate quærendi, proinde dubia illius immundities munda habetur. *Ita quoque aſini inſtrumenta inter ſepulchra conſiſtentis ſunt munda*, quia is ſtabat in loco mundo, & nemo ſciebat an locum immundum ingreſſus fuiſſet, proinde ipſius inſtrumenta ſunt munda, quia in aſino non eſt quærendi facultas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus eſt quod cum lilia ſint in loco immundo *tantum*, proinde ad ea pertingere nequit parvulus niſi poſtquam pollutus ſit, etenim non dicimus dubium immunditiei ablatum, proinde non dubium eſt quin eo ſe contulerit infans, & pollutus fuerit immunditie mortui. Attamen dubium remanet, quia alius quiſpiam ea collegit, ſed quum immundities eſt dubia, tum mundus eſt ſicuti expoſuimus. Pariter ſi aſinus ſtet inter ſepulchra, vaſa ei impoſita dubia ſunt ratione immunditiei, nam ſi ſe proſtraverit aſinus in terram, & ſepulchrum tetigerit, tum polluta ſunt inſtrumenta, ſi vero non tetigerit ea, tum munda ſunt, & propter hoc dubium illa ſunt munda, quia in aſino non eſt quærendi facultas.

ח תנוק שנמצא בצד העסה והבצק בידו רבי מאיר מטהר וחכמים מטמאים שדרך התנוק לטפח בבצק שיש בו נקירת תרנגולים ומשקין טמאין בתוך הבית אם יש בין משקין לככרות כדי שינגבו את פיהם בארץ הרי אלו טהורין ובפרה ובכלב כדי שילחכו את לשונו ושאר כל הבהמה כדי שתנגב רבי אליעזר בן יעקב מטהר בכלב שהוא פיקח שאין דרכו להניח את המזון ולילך למים׃

8. Si parvulus inventus ſit ad latus maſſæ cum fruſto maſſæ farinaceæ in manu ſua, munda eſt ſecundum R. Meir, ſed immunda ſecundum Sapientes, quia parvuli palpare ſolent. Si in maſſa farinacea ſint perforationes gallinarum, & immundi potus in domo, atque inter potus & panes ſit ſpatium ut ora ipſorum in terra abſtergere poſſint, tum maſſæ mundæ ſunt; ſed pro vacca & cane requiritur ſpatium in quo lingere poſſint; pro reliquis vero beſtiis, quod ſufficit ad abſtergendum. R. Eliezer filius Jacobi maſſam mundam dicit pro cane, quia callidus eſt, & non ſolet relinquere cibum, eumve ad aquam deferre.

R. OB. DE BARTENORA.

תינוק שנמצא בצד העסה *Parvulus ſi inventus ſit ad latus artocreatis*, ſi nempe parvulus immundus adſtiterit maſſæ mundæ, & ſegmentum de maſſa ſit in manus ipſius, R. Meir maſ-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hicce parvulus eſt immundus, artocreas vero mundum, videlicet in loco privato; ſi igitur ſegmentum aliquod de hac maſſa inventum ſit in manu ipſius, tum ſecundum R. Meir du-

maſſam *dicit* mundam, quia putat hic eſſe diminuendum, & plurimos parvulos ſolere maſſas contrectare, proinde ipſe parvulus forſan accepit maſſam farinaceam; cæterum pauci ſunt qui non contrectant, & forſan homo mundus ceperit eam, eamque ei tradiderit; & hæcce maſſa in ſuſpicione puritatis verſatur, junge ergo minimam partem puerorum cum ſuſpicione, tum maxima pars debilitatur, & fit inde æqualis portio, & ipſa eſt munda ratione parvuli in quo non eſt facultas quærendi. *Sapientes vero immundam dicunt*, ii enim non curant diminutionem nec additionem parvulorum contrectantium; deciſio eſt ſecundum Sapientes. נקירות ſunt foramina, quæ propter gallinaceos perforantes veniunt in artocreas. *Ut ora ſua in terra abſtergere poſſint*, gallinacei enim poſtquam biberunt, ora ſua in terra abſtergere ſolent, propterea ſi inter potus & panes tantum ſit ſpatium quantum ad oris abſterſionem ſufficit poſtquam dubium eſt an manu ſua abſciderit, & maſſam polluerit, an vero alius præter ipſum abſciderit, proinde dubium illius eſt mundum, ſed maſſa munda, quia in parvulo non eſt facultas quærendi. Sapientes dicunt hic nullum eſſe dubium, quia parvulus contrectat, proinde artocreas immundum eſt propter parvulum. Et eodem modo fere ſe habet jus gallinarum, potuumque immundorum, & reliquorum animantium, licet in hiſce ſpeciebus non ſit ſcientia quærendi de ſtatu immunditiei, quia illa verſantur in illa opinione quod biberunt, & de artocreate iſto comederunt. Si vero interſtitium aliquod ſit inter artocreas & potum immundum, eo uſque ut humor remaneat in ore eorum de hiſce potibus, tum immundum eſt artocreas abſque dubio; deciſio non eſt ſecundum R. Meir, ſed ſecundum R. Eliezer Jacobi filium.

biberunt, tum panes ſunt mundi, ſin minus, immundi, quia polluti ſunt potibus immundis, qui erant in ore gallinaceorum. Quamvis autem in terra ſit interſtitium, tamen nos dubitamus an ora ſua abſterſerint necne, cum ſit dubia immundities in re quæ non pollet facultate quærendi, cujus dubium eſt immundum. שהוא פיקח *quia is callidus eſt*, qui bibere non ſolet quamdiu aliquid invenit quod comedet, nam R. Eliezer filius Jacobi dicit, ſemper inveniri potus, at non cibos; & deciſio eſt ſecundum ipſum.

פרק ד הזורק טומאה ממקום למקום ככר לבין המפתחות מפתח לבין הככרות טהור רבי יהודה אמור ככר לבין המפתחות טמא מפתח לבין הככרות טהור :

Caput 4. Si quis immunditiem ſparſerit de loco in locum, pane exiſtente inter claves, vel clave inter panes, mundus eſt. R. Jehuda dicit, panis inter claves immundus eſt, clavis inter panes eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורק *Si quis ſparſerit*, panem nempe inter claves, ſed non inter eſt an panem mundum inter claves immundas ſparſerit, neque an claves immundas ſparſerit inter panes; proinde non innotuerat an panis mundus tetigiſſet claves immundas, ut panis ſit mundus, hoc in caſu putat doctor Miſnicus quod is qui hic ſparſit, ſimilis ſit ei qui abſque notitia quærendi eſt. *R. Jehuda dicit, panis inter claves eſt immundus*. Putat enim R. Jehuda eum qui ſparſit, ſimilem eſſe ei qui quærendi facultate præditus eſt, & proinde illius dubium eſſe immundum. Nihilominus tamen ſi quis clavem immundam projecerit inter panes, quia immundities non quievit in loco, ſed tranſiit ſuper re munda, dubium projicientis eſt mundum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Cæterum de pane & clavibus hic memoratis ad alias res concludi poteſt, ſed quia homines panes & claves inter ſe projicere ſolent, proinde de hiſce ambobus potiſſimum dicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הזורק טומאה *Si quis ſparſerit immunditiem*, id eſt, ſi rem immundam projecerit, dixerit auctor, ſive projiciat panem mundum inter claves immundas, ſive projecerit clavem immundam inter panes, & panis non tetigerit claves, tum panis eſt mundus, atque hoc eſt dubium immunditiei, ſed non dicimus ei, quod panis tetigerit claves, dum is ſuper claves tranſiret, quia immundities non quievit ſuper iis, ſed tranſiit. R. Jehuda dicit quod ſi quis panem mundum projecerit inter claves, & is tranſierit ſuper clavibus, panis ſit immundus, quia claves immundæ quieſcunt, ita ut immunditiei ſit locus. Sin autem clavem immundam projecerit inter panes mundos, tum ea eſt munda, quia eſt immunditiei abſque quiete, cui locus non eſt. Ex negotio de clavibus poſſumus concludere ad alias immundities; ſenſus itaque eſt quod ſi projecerit rem immundam, & is inter tranſeundum neſciverit an tetigerit necne, ſed ſciverit tantum ſe projeciſſe; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב השרץ בפי (ס"א) החולדה ומהלכת על גבי ככרות של תרומה ספק נגע ספק לא נגע ספקו טהור :

2. Si muſtela cum reptili in ore ipſius tranſierit juxta panes oblationis primæ, dubiumque ſit an tetigerit eos necne, tum dubium illius mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק נגע ספק לא נגע ספיקו טהור *Si dubium ſit tetigerit necne, dubium illius mundum eſt*, licet id factum ſit in loco privato, & ab homine qui quærendi facultate præditus eſt & res apprehenderit immundas; quia immunditiei non erat locus in quo quieſcere poterat, quando enim reptile eſt ex ore muſtelæ, vel in ore canis, tum illud non cenſetur in aliquo loco quieviſſe, ſed eſt immundities tranſiens, proinde dubium illius eſt mundum, imo licet homo quærendi facultate præditus tetigerit immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספקו טהור *Dubium illius eſt mundum*, licet oblatio prima ſit, tamen cum immundities non quievit in certo loco, dubium illius eſt mundum.

ג השרץ בפי החולדה והנבלה בפי הכלב ועברו בין הטהורים או שעברו טהורים ביניהן ספקן טהור מפני שאין לטומאה מקום היו מנקרין בהן על הארץ ואמר הלכתי למקום הלז ואיני יודע (ס"א) אם נגעתי אם לא נגעתי ספיקו טמא מפני שיש לטומאה מקום :

3. Si muſtela in ore habeat reptile, canis vero cadaver, & ii tranſierint inter mundos, vel mundi tranſierint inter illos, tum eorum dubium eſt mundum, quia immunditiei non eſt locus. Si perfoderint in iis in terra, & quis dixerit, ivi ad locum hunc, ſed neſcio an tetigerim necne, tum dubium illius immundum eſt, quia immunditiei locus eſt.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

היו מנקרין בהן על הארץ *Perfodiebant in iis ſuper terra*, ſi muſtela projeciſſet reptile, & canis cadaver ſuum ex ore ipſorum in terram, eaque perfodiſſent, tum immunditiei locus eſt, atque dubium illius immundum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ſunt clara, dicit autem, *ſi perfoderint in iis in terra*, ſenſus eſt, quod ſi hoc reptile diſpoſuerint in terra, idque perforaverint, & comederint in loco privato, propterea ſi dubitaverit an tetigerit necne, dubium illius eſt mimundum.

ד כזית מן המרת בפי העורב ספק האהיל על האדם ועל הכלים ברשות היחיד ספק אדם טמא ספק כלים טהור הממלא בעשרה דליים ונמצא שרץ באחד מהן הוא טמא וכולן טהורין המערה לכלי מכלי ונמצא שרץ בתחתון העליון טהור :

4. Si olivæ copia ſit in ore corvi, dubiumque ſit an ſuper hominem, an vero ſuper vaſa tentorium fecerint in loco privato, tum dubium de homine eſt immundum, de vaſe autem mundum eſt. Si quis decem ſitulis hauſerit, & in alterutra inventum fuerit reptile, tum ea immunda eſt, reliquæ vero mundæ. Si quis ex uno vaſe in alterum evacuet, & in inferiori reptile inveniat, tum ſuperius eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק אדם *Si dubium ſit de homine*, ſi dubium ſit an ſuper homine tentorium fecerit, tum dubium eſt immundum, in quo eſt quærendi facultas, ſed is non eſt mundus propterea quod res immunda eſt in ore corvi, quia hæc eſt immundities tranſiens, ea enim omnia quæ tentorium faciunt, cenſentur habere locum immunditiei, licet projecta ſint. ספק כלים *vel dubium ſit de vaſis*, an tentorium fecerit ſuper vaſa, tum mundum eſt, quia in iis non eſt quærendi facultas. *Si quis cum decem ſitulis hauſerit*, cum una poſt alteram, & in alterutra reptile inventum ſit, tum hæc munda eſt, omnes vero reliquæ mundæ ſunt; hæc autem ita intelligenda ſunt ſi ſitulæ non habeant anſas, ſi vero anſas habeant, tum omnes ſunt immundæ, quia reptile forſan fuit in primo, at vero cum hæc non ceciderit cum aquis, anſæ forſan impediverint. *Superius mundum eſt*, & non ſuſpicandum immunditiem a ſuperiori vaſe incidiſſe in inferius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt in codice de Tentoriis, quod olivæ copia de mortuo polluat in tentorio; pariter quoque expoſitum eſt, id quod polluitur in tentorio mortui, ſi id ſuper hominem vel ſuper vaſa tentorium fecerit, ea polluiſſe, licet ea in loco privato poſita ſint, ſecundum fundamentum quod meminimus, quia nempe in eo non eſt facultas interrogandi, licet dubium ſit in re, quia aliquando quodque vas tangit reptile inter hauriendum; aliquando vero reptile eſſe ſolet in vaſe ſuperiori, de quo effudit, ita ut illud in quo eſt reptile inter hauriendum tetigerit vas inferius, nihilominus tamen nos hocce dubium pronunciamus immundum, dicimuſque ſuperius vas mundum eſſe, ut & reliqua vaſa, præter id in quo reptile eſt.

ה על ששה ספקות שורפין את התרומה על ספק בית הפרס על ספק (ש"ס) עפר הבא מארץ העמים על ספק בגדי עם הארץ על ספק כלים הנמצאים על ספק הרוקין הנמצאים על ספק מי רגלי אדם שהן כנגד מי רגלי בהמה על ודאי מגען שהוא ספק טומאתן שורפין את התרומה רבי יוסי אומר אף על ספק מגען ברשות היחיד וחכמים אומרים ברשות היחיד תולין וברשות הרבים טהור :

5. Propter ſex dubia comburunt oblationem primam, ob dubium ſpatii Peras, ob dubium pulveris e terra gentilium allati, ob dubium veſtis plebeji, ob dubium ſupellectilium inventorum, ob dubium ſputi inventi, ob dubium urinæ hominis quæ eſt e regione urinæ beſtiæ, ob contactum eorum certum, quia dubia eſt immundities eorum, comburunt oblationem primam. R. Joſe dicit, ob dubium eorum tactum in loco privato; Sapientes dicunt, in loco privato dubium eſt. Sed in loco publico mundus eſt tactus.

R. OB. DE BARTENORA.

על ספק בית הפרס *Propter dubium domus Peras*, ut, ſi oblatio prima intraverit domum Peras, nam Peras notat agrum in quo exaratum eſt ſepulchrum, de quo dubium eſt an in ipſo inveniatur os in copia grani hordeacei de mortuo. *Et propter dubium pulveris e terra gentilium venientis*, omnis enim pulvis qui venerit e terra gentilium, a nobis habetur pro putredine mortui; & de hiſce duabus terris gentilium, & domo Peras decreverunt, quod polluant tactu, & onere.

ועל ספק בגדי עם הארץ *Et ob dubium veſtis plebeji*, nam nos omnes dubitamus an non mulier ſeminiflua conſederit in iſta veſte. *Et ob dubium ſupellectilium inventorum*, quia de iis non conſtat nobis an immunda ſint. ועל ספק רוקין *Et ob dubium ſputi*, quia forſan eſt ſputum ſeminiflui vel ſeminifluæ, vel menſtruæ, vel puerperæ.

מי רגלי אדם שהן כנגד מי רגלי בהמה *Urina hominis quæ eſt e regione urinæ beſtiæ*, incluſionem aliquam nobis auctor ſuppetit, nam non dicimus hanc eſſe urinam beſtiæ, proinde etiam alteram eſſe beſtiæ, licet in duobus dubiis alevandum ſit, ſicuti ſunt dubium beſtiæ & dubium hominis, imo licet hominis urina ſit, quia homo mundus eſt. Mai-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio quod cum auctor dicit, *immundi ſint*, intelligat potus immundos; ſic etiam cum tradit, *beſtiæ*, intelligat beſtias mundas. Cæterum in Toſaphta jam expoſitum eſt, quod ſi urina munda commixta ſit cum urina immunda, eas conſiderant ac ſi vinum eſſet in aquis, eaſque mundas eſſe ſi defecerit ſpecies earum, ſin minus, immundas eſſe. Porro ibidem dicitur, ſi urina hominis immundi mixta ſit cum urina beſtiæ in æquali copia, tum de hac mixtura dubium eſt, an illius ſpecies defierit, ut munda ſit, tum urina humana non intercidit, ut tota mixtura fiat immunda, & hæc ſunt dubia ob quæ comburunt oblationem primam. Præterea in codice de Tentoriis dictum eſt quod terra gentilium atque ager Peras polluant tactu & onere, dubium vero eſt an in ipſo ſit copia grani hordeacei necne; pariter ſputum in loco publico inventum aliquando poteſt eſſe viri immundi, quod ſimile eſt potibus immundis, vel poteſt eſſe ſputum viri mundi; ita etiam ſupellectilia inventa poſſunt eſſe munda vel immunda, & veſtes plebeji quoque mundæ vel immundæ eſſe poſſunt; quando igitur oblatio prima unam ex hiſce rebus tetigerit, quæ pollutæ ſunt dubia immunditie, tum ipſa comburatur eo quod pol-

Maimonides vero exponit ſecundum Toſaphta, ut, ſi immundæ urinæ humanæ mixtæ ſint cum urina beſtiæ in æquali copia, & hic ſecundum ipſum eſt ſenſus verborum, כנגד מי רגלי בהמה *ratione habita urinæ beſtiæ*. Præterea nobis dubium eſt an urinæ humanæ ſpecies interciderit, ut omnes mundæ ſint, an vero non interciderit ſpecies illius, ut omnes ſint immundæ.

על ספק מגען שהוא ספק טומאתן *Ob dubium tactus eorum quod eſt dubium immunditiei ipſorum*, ſciebat certo quod oblatio prima tetigiſſet ea, ſed neſciebat an ea immunda eſſent necne, ſicuti omnium dubiorum ratio eſt. *Sapientes dicunt in loco privato*, totam rem tribuunt dubio tactus eorum, & non comburunt oblationem primam, quia in ipſa duo ſunt dubia ad allevandum, videlicet dubium an tetigerit necne, imo licet dixerit quod ea tetigerit, tamen dubium eſt an immunda, an vero munda ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, qui dixit, ob dubium tactus eorum comburunt. polluta eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *propter certam contractionem, quæ eſt dubia immundities eorum*, quia nempe oblatio prima certo tetigerit aliquem ex hiſce rebus, atque hæc eſt dubia immundities, cum hæ res ſeorſim ſint immundæ propter dubium, ſicuti expoſuimus, & R. Joſe dixit, quod ob dubiam immunditiem eorum in loco privato quoque comburant oblationem primam. Sapientes vero dicunt quod in loco privato dubium ſit, quia illic duo ſunt dubia, quorum unum eſt an tetigerit necne, nam ſi dixerit, ſi tetigit, dubium eſt immundum, hoc ſputum, vel hoc vas, tamen purum eſt, hypotheſis namque eſt nobis, quod ob duplex dubium non comburatur oblatio prima, ſicuti expoſitum capite quarto codicis de Menſtruis, propterea in loco privato dubitant, ſed in loco publico munda eſt oblatio prima ſecundum hypotheſin jam datam; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו שני רוקין אחד טמא ואחד טהור תולין על מגען ועל משאן ועל הסיטן ברשות היחיד ועל מגען ברשות הרבים בזמן שהן לחין ועל משאן בין לחין בין יבשין היה רוק יחידי ונגע בו ונשאו והסיטו ברשות הרבים שורפין עליו את התרומה ואין צריך לומר ברשות היחיד:

6. Si duo ſint ſputa quorum unum immundum eſt, alterum mundum, tum dubitant de tactu eorum, & onere, & motione eorum in loco privato, de tactu autem in loco publico quando humida ſunt, & de onere eorum dubitant ſive humida ſint ſive ſicca. Si unicum ſit ſputum & quis tetigerit illud, tulerit, & moverit in locum publicum, tum propter ipſum comburunt oblationem primam, ſed non eſt ut dicamus, in loco privato.

R. OB. DE BARTENORA.

Quando auctor dicit, *immundum eſt*, tum non intelligit immundum certum, quod notum eſt, ſicuti eſt ſputum ſeminiflui & ſeminifluæ, nam hoc ſenſu in loco privato comburendum eſt ob reliqua immunditiei dubia, ſed unum ſputum ſimpliciter immundum eſt, & alterum mundum, nam notum eſt quod ſputum humanum ſit mundum; & quamvis certo tetigerit immundum, quod ſimplex ſputum eſt, tamen id duntaxat ab inſtituto Sapientum dependet, jam vero cum dubium ſit an tetigerit mundum, dubitant in loco privato, tam de tactu, quam de onere, & motione, ſive ſputum ſit humidum, ſive ſiccum, at non valde ſiccum, ut denuo macerari nequeat uti fuit, quia tale ſputum omnino mundum eſt, imo vero ſputum certum ſeminiflui, niſi id in tantum reſtituere poſſit quantum fuit.

ועל מגען ברשות הרבים *Et ob tactum eorum in loco publico*, quando ea ſunt humida, tum fieri nequit ut de illis quid adhæreat corpori illius qui tetigit illa, quia e regula dubiæ immunditiei exit in loco publico, ſed obnoxium eſt juri loci privati, quando corpori humano quid adhæſerit. Verum ſputum ſiccum quod non adhæret, ſi quis illud tetigerit, eſt dubia immundities in loco publico, quia dubium illius mundum eſt.

ועל משאן בין לחין בין יבשין *Et ob onus eorum, ſive humida ſint, ſive ſicca*, nam cum immundities evulſa ſit in loco publico, & homini impoſita, tum non amplius habetur pro immunditie in loco publico, ſed pro immunditie in loco privato, uti diximus. *Si ſit unicum ſputum*, de iis ſputis quæ inventa ſunt, tum dubium eſt an hominis ſputum ſit immundum, an vero mundum. *Et tetigerit illud, tulerit, & moverit*, licet id fecerit in loco publico, & poſtea tetigerit oblationem primam, tum propter ipſum comburunt oblationem primam, ſicuti ab initio expoſuimus de tactu certo, qui eſt dubia immundities, ob quam comburunt oblationem primam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio hujuſce libri quod ſputum ſeminiflui ſit pater immunditiei, & in codice de Seminifluis expoſitum eſt quod ſputum polluat tactu, onere, & motione; præterea etiam capite ſeptimo codicis de Menſtruis quoque exponitur quod ſputum ſeminiflui omnino polluat quando illud humidum eſt, at ſi aridum ſit & penitus exſiccatum, tum non polluit. Si vero duo ſputa exiſtant in loco privato, unum immundum & alterum mundum, & quis alterutrum tetigerit, ſed neſciverit quodnam tetigerit. Quando autem hic dicitur, טמא *immundum eſt*, tum auctor non intelligit ſputum certo immundum, ſed intelligit unum ex ſputis quæ inventa ſunt, & ſuperius dicta ſunt immunda, quorum cauſa comburitur oblatio prima, ac ſi dixiſſet quod unum ſputum ſit mundum, & nonnemo invenerit ſputum, idque tulerit, & moverit poſtea in locum privatum, at neſciverit quodnam ſputum tetigerit, tum ſi hic vir poſtea tetigerit oblationem primam, res in dubio verſatur, & non comburunt, quia duo ſunt dubia, atque hæc eſt explicatio illius quod dictum eſt ſuperiori Miſna, quod dubius tactus eorum in loco privato in ſuſpenſo manet, quia nihil intereſt inter dubium quod in panem oblationis primæ incidit, ſi non tetigerit, & inter dubium quod in virum, qui tetigit oblationem, ſive tetigerit ſputum mundum, vel ſputum quod inventum eſt. Pari modo ſe res habet cum reliquis dubiis ob quæ oblationem primam comburunt. Porro de tactu eorum in loco publico, vel de ſputo invento dixit, quod dubitant ob ipſum de oblatione prima; ratio adfertur in Toſaphta, de membro quod tetigerit, quodque in quantulacunque copia polluit. Si vero exinde quid inciderit in corpus hujuſce viri in quantulacunque etiam copia, tum id eſt dubium in loco privato, quia corpus hominis non eſt poteſtas publica. Cæterum ſi ſputum aridum ſit inventum, & ſputum mundum, & quis alterutrum tetigerit in loco privato, ita ut corpori illius nihil adhæſerit, tum is plane mundus eſt, & nullo modo corrumpitur oblatio prima, ſicuti ſuperiori Miſna expoſitum eſt, quod dubia contactio in loco publico ſit munda. Verum ſi portaverit ea, videlicet unum ex iis, at neſciverit quodnam ex iis, tum de oblatione prima quoque propter ſputum dubitant, licet aridum ſit ſputum, quia id jam portavit, ut dubium exierit e loco publico, cum hocce ſputum portatur ab hocce homine; ſed concluſio rei eſt, quod auctor dixit dubiam eſſe immunditiem in loco publico mundam, & ſi tetigerit dubium, vel non tetigerit ea in quæ ceciderit dubium in loco publico, id non ita ſe habet ſecundum fundamentum quod meminimus, & hoc eſt quod doctores dixerunt, quia avulſum eſt, idcirco factum eſt locus privatus. Porro dicit auctor, *ſi unicum ſit ſputum*, unius nempe viri, idque tetigerit quiſpiam, vel dimoverit, licet id fecerit in loco publico, tum propter hunc virum comburunt oblatio-

lationem primam, ſicuti expoſitum eſt, quia propter contactum eorum certum, qui eſt dubia immunditiès, comburunt, imo vel in ipſo loco publico, ſecundum id quod expoſuimus ſuperiori Miſna. Cæterum clarum eſt id quod hic diximus de ſputis aridis, non intelligendum eſſe de ſputis aridiſſimis, quæ tum non polluunt, ſicuti expoſitum eſt in codice de Menſtruis, imo licet ſputum ſeminiflui certum ſit, dummodo illa ex eo quod abſterſa ſunt, talia facta ſint ne adhæreant manui, ſi id contrectaverit eo ſenſu ſicuti diximus, proinde Toſaphta dicit, *abſterſa*, & non arida.

ז אלו ספקות שיטהרו חכמים ספק מים שאובין למקוה ספק טומאה צפה על פני המים ספק משקין ליטמא טמא ולטמא טהור ספק ידים ליטמא ולטמא וליטהר טהור ספק רשות הרבים ספק דברי סופרים ספק החולין ספק שרצים ספק נגעים ספק נזירות ספק בכורות וספק קרבנות:

7. Hæc ſunt dubia quæ Sapientes munda pronunciarunt, dubium aquæ hauſtæ pro lavacro, dubium immunditiei ſuper aquas contegentis, dubium potuum ut polluatur, eſt immundum, & ad polluendum, eſt mundum; dubium manuum ut polluatur & polluat, & ut purificetur, eſt mundum. Dubium loci publici, dubium verborum Scribarum, dubium profanorum, dubium reptilium, dubium plagarum, dubium Nazyræatus, dubium primogenitorum, & dubium oblationum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק מים שאובים *Dubium aquæ hauſtæ*, ſi dubium ſit an aqua in lavacrum inciderit, & illud infecerit, an vero non inciderit; vel ſi viderit quis aquam hauſtam incidiſſe, ſed addubitaverit an ea trium Logorum copiam habeat, quæ menſura lavacrum inficere poteſt, an vero in aqua non fuerit copia; reliqua vero dubia expoſita ſunt inferius in hoc capite.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod tres Logi aquæ hauſtæ inficiant lavacrum, ſi vero dubium inciderit, an aquæ hauſtæ inciderint in hoc lavacrum, necne, vel an dubium inciderit, num in aquis ſit ea copia quæ inficere poteſt necne, tum lavacrum eſt legitimum, ſicuti capite ſecundo codicis de Lavacris expoſitum eſt; jam vero auctor incipit quodlibet dubium de hiſce undecim dubiis reliquis.

ח ספק טומאה צפה על פני המים בין בכלים בין בקרקע רבי שמעון אומר בכלים טמא ובקרקע טהור רבי יהודה אומר ספק ירידתו טמא וספק עלייתו טהור רבי יוסי אומר אפילו אין שם אלא מלא אדם וטומאה טהור:

8. Dubium immunditiei ſuper aquas natantis, ſive id ſit in vaſe, ſive in terra, R. Simeon dicit, in vaſis immundus eſt, in terra vero mundus. R. Jehuda dicit, ſi dubium ſit de deſcenſu ejus, tum immundus eſt, ſi dubium de aſcenſu ejus, mundus eſt. R. Joſe dicit, licet illic ſit duntaxat plenitudo hominis atque immunditiès, tamen mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק טומאה צפה על פני המים *Dubium impuritatis ſuper faciem aquarum nantis*, ſi dubitaverit an rem immundam aquam contegentem tetigerit necne. *Sive in vaſis ſive in terra*, ſive aqua ſit in vaſis ſive in terra, mundus eſt, cenſetur enim quaſi nullus ſit immunditiei locus. בכלים טמא *ſi in vaſis ſit, immundus eſt*, quia cenſetur ac ſi impuritati locus eſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ספק ירידתו טמא *Si dubium ſit de deſcenſu illius, tum eſt immundus*, etenim quando homines in piſcinam deſcendunt, ſe aquis immergunt, tum omne id quod circa ipſos aquis innatat, ad ipſos fluere ſolet propter motionem aquæ, quum ſe lavare incipiunt. Cæterum quando homines ex aqua aſcendunt, tum aquæ marinæ ab ipſis recedere ſolent, & in piſcinas effluere.

אפילו אין שם אלא מלא אדם והטומאה *Licet illic duntaxat plenitudo hominis ſit, & immunditiei*, quia locus anguſtus eſt in via, ita ut attingere debeat immunditiem, nihilominus tamen mundus eſt, putat enim quod res immunda natans non polluat, ita inveni ego. Sed Rambam dicit, quando homo nondum certo novit ſe tetigiſſe rem immundam, tum is mundus eſſe videtur, nam ſi is ſit in via ubi omnino rem immundam tangere debet, immundus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem hæc immunditiès non quievit ſuper terra, proinde dubium illius mundum eſt, nam dubium eſt an tetigerit necne. R. Simeon dicit, ſi aqua ſuper qua immunditiès, ſit in vaſe, tum dubium illius immundum eſt. R. Jehuda dicit, licet aqua ſit in terra, & dubium ſit an immunditiem tetigerit necne, quia aqua tum quieſcit, ut & immunditiès; proinde hic ſermo eſt de eo qui deſcenderit & ſe huic aquæ immerſerit, vel in iis ſe laverit, ſed poſt aſcenſionem dubitaverit, an immunditiem inter aſcendendum tetigerit necne, tum is mundus eſt, quia inter aſcendendum in aquas propulſa fuit immunditiès ad latera, & ab ipſo elongata; propterea in Toſaphta dicitur, quia aqua immunditiem propellit ad latera. R. Joſe dicit, licet locus ſit anguſtus, tamen immunditiès venire poſſit & homini adhærere, ſicuti exponetur, quando nondum certo cognitum fuerit quod tetigit, tum illius dubium eſt mundum cum res immunda contegat aquas. Sed notum eſt quod hæc omnia intelligenda ſint in loco privato, verum in loco publico dubium illius eſt mundum; & hocce jus quoque in codice de Nazyræis expoſitum eſt, ibique dicitur id intelligendum eſſe ratione reptilis duntaxat, & hoc quod doctor primus dixit, quod Lex dicit, *de omni reptili quod reptat*, id docet reptile polluere in omni loco ubi reptat, licet reptet ſuper aquis; & quando Lex dicit, *ſuper terram*, eo docet, reptile non polluere niſi in terra; at vero ſi reptile non ſit ſuper terra, & homo dubitaverit an tetigerit necne, dubium illius eſt mundum. R. Jehoſua probationem adfert ex eo quod dicitur Levit. 11, 36. *Sed fons, puteus, & aquarum congregatio erunt pura*, & hinc probare conatur quod reptile non polluat aquis; poſtea dicit Lex, *qui tetigerit cadavera eorum, is immundus eſto uſque ad veſperam*, hinc probatur quod ſi quis tetigerit reptile, & in aquas deſcenderit, immundus ſit, atque exinde conſequitur ipſum eſſe immundum ſi certo tetigerit, ſi vero dubitaverit an tetigerit necne, mundum eſſe; ſed intelligenda ſunt de fonte & puteo, quorum aquæ exiſtunt in terra; at ſi aquæ ſint in vaſis, tum dubium illius immundum eſt; deciſio eſt ſecundum doctorem primum; R. Joſis expoſitio eſt veriſſima.

ט ספק משקין ליטמא טמא כיצד טמא שפשט את רגלו לבין משקין טהורין ספק נגע ספק לא נגע ספקו

9. Dubium potuum de polluendo immundo quomodo ſe habet? ſi immundus extenderit pedem inter potus mundos, dubiumque fuerit an tetigerit necne,

ספקו טמא היתה ככר טמאה בידו וזרקה (נ"א ופשטה) לבין משקין טהורין ספק נגע ספק לא נגע ספקו טמא (ס"א) ולטמא טהור כיצד היתה מקל בידו ובראשה משקין טמאין וזרקה לבין ככרות טהורין ספק נגע ספק לא נגע ספקו טהור :

ne, tum dubium illius immundum eſt. Si panis immundus ſit in manu ipſius, & is projecerit eum inter potus mundos, & dubitaverit an tetigerit necne, tum dubium illius eſt immundum. Sed ad polluendum mundum, quomodo? ſi baculus ſit in manu ipſius, & in extremitate illius potus immundi, projeceritque eum inter panes mundos, & is dubitaverit an tetigerit necne, tum dubium illius eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק משקים ליטמא טמא *Dubium potuum de polluendo immundo*, potuum mundorum in quibus dubium aliquod natum eſt, an immunditiem receperint necne, dubium eſt immundum, ſicuti ſtatim explicat. *Ad polluendum mundum*, ſi vero potus immundi ſint, at nobis dubium ſit, an polluerint rem immundam necne, tum dubium illius eſt mundum.

וזרקה לבין ככרות טהורין *Si projecerit inter panes mundos*, tum dubium illius eſt mundum, & ſicuti nobis dubium fuit an poſtquam baculus quievit, potus tetigerint panes, necne, nam ſi inter projiciendum tetigiſſet, tum fuiſſet immundities abſque loco, imo ratione reptilis ſecundum Legem dubium illius eſt mundum, quia immundities diſperſa eſt; ſi vero dixeris, jam res conſequitur de reptili quia in ipſo non eſt quærendi facultas, reſpondendum eſt quod hæc Miſna exponenda ſit de homine qui panes apprehendit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ſunt clara, ſicuti dixit, ſi dubium in ipſam immunditiem inciderit, & dubitaverit an pollutus ſit necne, tum illius dubium eſt immundum, & potus fiunt immundi. Si vero dubium in rem aliam inciderit, tum iſta res munda eſt, ſicuti auctor locutus eſt de viro immundo. *Panis eſt immundus*, eo nos docet nihil intereſſe inter eum in quo facultas quærendi eſt & inter eum in quo illa non eſt, ſi in alterutrum inciderit dubium, proinde dubium de potibus, quatenus illi per ſe polluti ſunt, immundum eſt.

י רבי יוסי אומר ספק משקין לאוכלים טמא ולכלים טהור כיצד שתי חביות אחת טמאה ואחת טהורה ועשה עיסה מאחת מהן ספק מן הטמאה עשה ספק מן הטהורה עשה זה הוא ספק משקין לאוכלין טמא ולכלים טהור :

10. R. Joſe dicit, dubium potuum pro cibis eſt immundum, ſed pro vaſis mundum; quomodo? ſi duo ſint dolia quorum unum eſt immundum, alterum vero mundum, & quis artocreas ex alterutro confecerit, ſed dubium fuerit an de immundo, an vero de mundo confecerit, hoc eſt dubium potuum quod pro cibis immundum eſt, ſed pro vaſis mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק משקים לאוכלים טמא *Dubium potuum pro cibis eſt immundum*, putat enim R. Joſe quod immundities potuum polluat alia ex Lege, Levit. 11, 34. *Et omnis potus qui bibitur ex omni vaſe, pollutus eſt*, ita ut alios polluat, proinde dubium potuum pro cibis polluendis eſt immundum, pro vaſis autem mundum, quia immundities potuum polluit vaſa ex decreto Sapientum, eſtque una ex octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt. Sed R. Joſe ſe opponit doctori primo, quia Lex dicit, *& omnis potus qui bibitur ex vaſis, immundus ſit*, ſed is non polluit alios, immundities vero potuum polluit cibos & potus ex inſtituto Sapientum, proinde dubium impuritatis in potibus quod polluit alios, mundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe dicit quod artocreas ſit immundum, mactra autem in qua ſubactum eſt hoc artocreas, munda eſt, cum ea ſit vas, de immunditie potuum tres ſunt ſententiæ, quarum prima eſt quod omnino non ſint impuritates potuum definitæ ex Lege, imo ne quidem ad ſe ipſos polluendos, ſed ex decreto Sapientum. Nam quando Lex dicit Levit. 11, 34. *Et omnis potus qui bibitur e vaſe, immundus ſit*, ſermo fit de potibus a terra diſtinctis, qui diſpoſiti ſunt, licet in vaſe ſint; ſenſus vero illius quod dicit, *immundus ſit*, eſt quod diſpoſitus ſit ad immunditiem recipiendam. Qui vero putat quod immundities potuum ex Lege definita ſit, is eſt in opinione doctoris primi, proinde dicit, ſi dubium inciderit in ipſam immunditiem, tum dubium illius eſt immundum, ſi vero dubium inciderit in aliam rem, tum dubium illius eſt mundum, cum hoc ita ſit ex inſtituto Sapientum. Qui vero putat, quod potus polluat res alias ex Lege, quia Deus dixit, *immundus eſt*, is eſt in ſententia R. Joſis, idcirco dicit, ſi dubium inciderit in immundum potum pro cibis, tum cibi ſunt immundi. At vero ſi dubium inciderit in id quod immundum eſt pro vaſis, tum iſta vaſa ſunt munda, quia potus immundi qui polluunt vaſa, ita ſtatuti ſunt a Sapientibus ſecundum omnium conſenſum, ſicuti ab initio hujuſce libri dictum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

יא ספק ידים ליטמא ולטמא וליטהר טהור ספק רשות הרבים טהור ספק דברי סופרים אכל אוכלים טמאים שתה משקים טמאים בא ראשו ורובו במים שאובין או שנפלו על ראשו ועל רובו שלשה לוגין מים שאובין ספקו טהור אבל דבר שהוא אב טומאות והוא מדברי סופרים ספקו טמא :

11. Dubium manuum quod pollui & quod polluere poteſt, & purificari, id eſt mundum. Dubium loci publici eſt mundum, dubium verborum Scribarum, ſi comederit cibos immundos, vel biberit potus immundos, & caput maximaque illius pars venerit in aquas hauſtas, vel ſi inciderint in caput & maximam illius partem tres Logi aquæ hauſtæ, tum dubium illius mundum eſt. Rei vero quæ pater immunditiei eſt ex decreto Sapientum, dubium eſt immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק ידים ליטמא *Dubium manuum ut polluantur*, ſi alicujus manus ſint mundæ, & is dubitaverit an tetigerit cibos mundos, an vero immundos, & manus pollutæ fuerint, necne, tum manus pollutæ ſunt. ולטמא *& ad polluendum*, ſi manus ipſius ſint immundæ, & is dubitaverit an tetigerit cibos potuſque immundos necne. וליטהר *& ut purificentur*, ſi manus illius ſint immundæ, & is purificaverit eas, ſed dubitaverit an rite purificatæ ſint necne, in hoc & reliquis dubiam nos purificationem præſtitam aſſeveramus.

ספק רשות הרבים טהור *Dubium loci publici eſt mundum*, dubia nempe immundities in loco publico munda eſt, invenimus enim quod cœtus Iſraëliticus in impuritate Paſcha poſſit parare, ſi ergo immundities certa ſit licita cœtui, quanto magis dubia immundities. ספק דברי סופרים *dubium verborum ſcribarum*, hæc & reliqua omnia dubia quæ recenſet auctor, ſunt ex octodecim rebus quæ uno die conſtitutæ ſunt, videſis capite primo codicis de Sabbato.

אבל דבר שהוא אב הטומאה מדברי סופרים *Sed res quæ pater immunditiei eſt ſecundum Sapientes*, ſicuti eſt ſanguis conculcationis, & gentiles, qui juxta Sapientes ſunt ut ſeminiflui, ſimileſque, ſi dubitaverit an haſce res tetigerit necne, tum illius dubium eſt immundum. Nihilominus tamen pater immunditiei ex decreto ſcribarum eſt, qui ipſe eſt dubius ut ager Peras, quia de hoc dubium eſt an os in copia grani hordeacei contineat necne, de hoc caſu ſuperius traditum eſt, quod ob certum eorum contactum comburant oblationem primam, at non ob dubium contactum, quia duplex dubium eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod ſi quis tetigerit cibos immundos, vel potus immundos, vel vaſa, ſit primus immunditiei gradus, ſi tetigerit manibus, manus ſunt pollutæ, explicuimus enim quod manus pollutæ polluant potus; & in codice de Feſtis Solennibus dicunt, quod una manus polluat alteram in ſacris, & ſi dubium inciderit an manus polluta ſit necne, ſi nempe illius manus polluta ſit, & inciderit dubium an iſta manus polluerit alteram necne, tum ea non polluta eſt; vel ſi purificaverit alteram manum ſuam quæ polluta erat, & dubium fuerit an munda ſit facta ſicuti convenit, an vero depravata ſit illius purificatio, ita ut ea manſerit in immunditie ſua, tum nos purificationem in hiſce tribus modis factam eſſe confirmamus, ita ut dubium declaretur mundum, ſicuti capite ſecundo codicis de Manibus expoſitum eſt. Dicit autem doctor Miſnicus, *dubium loci publici eſt mundum*, hæc aggreditur auctor, quia multa de hoc diſcrimina poſuit, quæ nos inſequenti capite exponemus; poſtea ſe confert ad dubium verborum ſcribarum, atque hæ quatuor ſpecies quas recenſet auctor, quæ omnes ſunt immundæ ſecundum ſcribas, ſunt ex octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt, & oblationem primam inficiunt, ſicuti dictum eſt capite primo codicis de Sabbato. Harum rerum rationem jam expoſuimus ſuperius, ubi de eo qui cibos immundos comederit, agitur; præterea eadem ratio allata eſt in fine codicis de Seminifluis. Sin autem dubium inciderit an cibos immundos comederit, vel potus immundos biberit, vel caput & maxima corporis pars in aquas hauſtas inciderit, vel in caput ipſius inciderint tres aquæ Logi, vel nihil horum contigerit, tum mundus eſt, & non inficit oblationem primam. Cæterum ſi homo dubitaverit an patre immunditiei pollutus ſit ſecundum decreta ſcribarum, tum illius dubium eſt immundum, & oblationem primam propter illud comburunt; quod autem patres immunditiei ſint ex decreto ſcribarum, id jam oſtenſum eſt in principio hujuſce libri; at vero ſi ipſe pater immunditiei habeat in ſe dubiam immunditiem, ſicuti eſt ager Peras, de quo dubium eſt an tetigerit necne, tum illius dubii cauſa non comburunt oblationem primam, quia duplex eſt dubium, ſicuti expoſuimus.

יב ספק החולין זו טהרת פרישות ספק שרצים כשעת מציאתן ספק נגעים בתחלה טהור עד שלא נזקק לטומאה משנזקק לטומאה ספקו טמא ספק נזירות מותר ספק בכורות אחד בכורי אדם ואחד בכורי בהמה בין טמאה בין טהורה שהמוציא מחבירו עליו הראיה :

12. Dubium profanorum eſt puritas Phariſaica, dubium reptilium eſt uti inveniuntur, dubium plagarum ab initio mundum eſt, donec nondum impuritati adſtrictum, ſed ex quo impuritati adſtrictum eſt, dubium illius immundum eſt. Dubium Nazyræatus eſt licitum, dubium primogenitorum, ſive hominum ſive pecorum primogenita, ſive immunda ſint ſive munda, in hoc ſitum eſt, qui a ſocio ſuo quid velit educere, ei incumbit probatio.

R. OB. DE BARTENORA.

זו טהרת פרישות *Hæc eſt munditties Pharizæatus*, tradidimus enim quod veſtes plebeji ſint calcatio ſeminiflui pro Phariſæis, & quod veſtes Phariſæorum ſint calcatio ſeminiflui pro iis qui oblationem primam comedunt. Si unus e Phariſæis dubitaverit, qui cibos ſuos comedunt in puritate, an is tetigerit veſtes plebeji necne, ſic etiam an is qui comedit oblationem primam, dubitaverit an Phariſæorum veſtes tetigerit, & pollutus fuerit ne de oblatione prima comedere poſſit, eorum dubium eſt mundum. ספק שרצים *dubium reptilium*, ſi quis reptile projecerit inter panes, & dubitaverit an reptile inter projiciendum tetigerit panes necne, & ſi poſtea invenerit reptile non tetigiſſe, tum panes ſunt ſicuti erant eo tempore quo inveniebantur, & dubia eorum ſunt munda.

עד שלא נזקק לטומאה *Donec immunditiei nondum alligatum eſſet*, capite quinto codicis de Plagis exponitur quomodo ſe res habeat. *Dubium de Nazyræatu*, ut, ſi dixerit, en ego Nazyræus ſum, ſi in hocce acervo centum ſint Cori, & is poſtea compererit quod acervus furto ablatus ſit, vel perierit, & dubium fuerit an centum Cori ſint in ipſo necne, tum vinum bibere licet, & mortuo polluere ſe.

ספק בכורות *Dubium de primogenitus*, ſi dubium ſit an primogenitum iſtud ſit apertura matris necne. *An ſit primogenitum hominis*, quod liberum eſt a ſolutione quinque ſiclorum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Feſtis Solennibus quod Phariſæi profana ſua comedant in puritate; & in hoc ipſo codice quoque expoſuimus quod profana parari poſſunt in puritate rei ſacræ, & in puritate oblationis primæ, ibique expoſuimus quod veſtes plebeji ſint calcatio pro Phariſæis, & quod veſtes Phariſæorum ſint calcatio pro iis qui comedunt oblationem primam. Sin autem Phariſæus iſte dubitaverit, an tetigerit veſtes plebeji necne, tum is eſt mundus; pariter ſi dubitaverit an oblationem primam comederit, & denuo dubium inciderit de veſtibus hujuſce Phariſæi, tum mundus eſt, propterea dixerunt, hæc eſt puritas Phariſæatus, ad duas intentiones ſimul conjungendas. Dubium de reptilibus ſe habet ſicuti dictum eſt in Toſaphta, ubi quæſitum quodnam ſit dubium reptilium quod Sapientes mundum declararunt, & reſpondetur id eſſe dubium diſperſum quod reptilia inter panes projecerunt, de quo dubium fuit an tetigerit panes necne, nam panes mundi ſunt ſicuti expoſitum eſt in principio capitis, quum reptile non tetigerit panes, & hoc eſt quod dicitur, in tempore inventionis; etenim non dicimus quod reptile diſciſſum eſſet dum ſuper panes tranſibat; dubia vero plagarum jam expoſuimus capite quinto codicis de Plagis Lepræ. Quum vero dubium Nazyræatus ei denuo in mentem venerit, ſicuti expoſuimus capite ſecundo codicis de Nazyræatu, ei vinum bibere licet, & ſe polluere mortuo.

rum pro ſacerdote. *An vero ſit primogenitum pecoris immundi*, uti eſt apertura aſini. *Quia ei qui e poteſtate alterius quicquam educere velit, incumbit probatio*; quia ſacerdoti dixit, proba quod hoc primogenitum tibi jure debeatur, & poſtea accipe.

tuo. Dubium de primogenitis, illius ratio eſt in eo quod dicit, qui quicquam e poteſtate ſocii ſui educere velit, ei incumbit ut oſtendat ſe id jure poſſe facere.

יג ספק קרבנות האשה שיש עליה ספק חמש זיבות מביאה קרבן אחד ואוכלת בזבחים ואין השאר עליה חובה :

13. Si dubium ſit oblationum mulieris in qua dubium eſt quinque fluxuum, adducat illa oblationem unam, & comedat de ſacrificiis; reliqua vero in ipſa non obtinent ex debito.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק קרבנות *Dubium oblationum*, ac ſi dixiſſet, quomodo ſe res habet cum ipſo? reſp. ſi mulier habeat dubium quinque puerperiorum &c. tum ea adducit oblationem unam, videlicet ſacrificium pro peccato ex volucribus quod offertur pro dubio. *Et comedit de ſacrificiis*, quia hoc ſacrificium perficit puritatem, & quaſi baptiſmus eſt, licet enim mulier multis impuritatibus polluta ſit, unicus tamen baptiſmus ſufficit pro omnibus impuritatibus, eodem quoque modo hoc ſacrificium purificat omnes puritates. ואין השאר עליה חובה *ſed reliqua in ipſa non obtinent ex debito*, Sapientes ſtatuerunt non eſſe neceſſe ea adducere, quia vel unum ſacrificium vix ei conceſſerunt ad offerendum dubium unguefectionis in profanis pro altari, ad corrigendum ipſum ut purus fiat ad ſacra comedenda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc clara ſunt, & in principio codicis de Excidiis jam expoſita, & hocce dubium egreditur e genere puritatum, quia deſtitutus expiatione nondum perfectam habet puritatem, nec comedere poteſt de ſacris victimis, niſi donec obtulerit oblationem ſuam, ſicuti aliquoties oſtendimus.

פרק ה השרץ והצפרדע ברשות הרבים וכן כזית מן המת וכזית מן הנבילה ועצם מן המת ועצם מן הנבילה וגוש מארץ טהורה וגוש מבית הפרס גוש מארץ טהורה וגוש מארץ העמים שני שבילים אחד טמא ואחד טהור הלך באחד מהם ואין ידוע באיזה מהן הלך האהיל על אחד מהם ואין ידוע על איזה מהן האהיל הסיט את אחד מהם ואין ידוע איזה מהן הסיט רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרים :

Caput 5. Reptile & rana in loco publico, copia olivæ de mortuo, & tantundem de cadavere, os de mortuo, & os de cadavere. Maſſa terræ puræ, maſſa agri Peras, maſſa terræ puræ, & maſſa terræ gentilium. Si duæ ſint ſemitæ, una immunda, altera munda, & nonnemo iverit in alterutra, at neſciverit in quanam iverit; vel ſi is tentorium fecerit ſuper alterutra, ſed neſciverit ſuper quanam; vel ſi moverit alterutrum, ſed neſciverit quodnam moverit. R. Akiba immundum pronunciat, Sapientes vero mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

Reptile polluit tactu, at non onere. Rana vero munda eſt, quia rana ſimilis eſt teſtudini, & ne errarent in ipſo, proinde auctor potius de rana locutus eſt. *Copia olivæ de mortuo polluit in tentorio*, ſed cadaver in tentorio non polluit. *Os mortui polluit motione*, ſed os cadaveris mundum eſt. Maſſa agri Peras, & maſſa terræ gentilium polluunt tactu & onere, ſed non in tentorio. *Si duæ ſint ſemitæ, una immunda, altera munda*, ſi ſepulchrum aliquod factum ſit in latitudine illius, & totam ſemitam impleverit, ita ut nemo illac tranſire poſſit qui non faciat tentorium. *Si ſuper alterutra tentorium fecerit*, ſuper olivæ copia de mortuo, vel ſuper olivæ copia de cadavere. *Si alterutrum commoverit*, nempe os mortui, vel os cadaveris, vel maſſam terræ mundæ, vel maſſam agri Peras, vel maſſam de terra gentilium, quæ motione polluunt. *R. Akiba immundum pronunciat*, quia R. Akiba putat quod dubium immunditiei in loco publico ſit mundum; ſed hæc intelligenda ſunt quando purificationem jam perfecit, quia nulla correctio adhiberi poteſt quando polluta ſunt; ſed ratione viri lotio neceſſaria eſt, atque aſperſio, ſecundum R. Akibam, cum forſan hodie & craſtino die reſciſcet quod pollutus eſt. *Sapientes vero mundum pronunciant*, quia ii ne quidem virum qui corrigi poteſt, ad lotionem & aſperſionem obligant; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio codicis de Vaſis quod reptile polluat tactu & non onere. Notum vero eſt quod rana ſit munda, ſicuti expoſuimus ab initio; olivæ autem copia de mortuo polluit in tentorio; ſed cadaver non polluit in tentorio, & os de mortuo polluit, ſed oſſa cadaveris non polluunt, ſicuti ab initio explicuimus: ſemita vero immunda eſt, ut, ſi ea ſit in cœmeterio. Sed capite ſecundo codicis de Tentoriis expoſuimus quod ager Peras ipſe, & terra gentilium polluant tactu. Porro dicit auctor, *ſi commoverit unam*, hæc referri debent ad maſſam terræ puræ, & ad maſſam agri Peras, nam maſſa agri Peras, & terra gentilium quoque polluunt onere, ſed cadaver & mortuus polluunt motione, ſicuti expoſuimus in principio codicis de Vaſis. His porro addemus expoſitionem de Seminifluis, reptilia vero non polluunt motione; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב אחד שאמר נגעתי בזה ואיני יודע אם הוא טמא ואם הוא טהור נגעתי ואיני יודע באיזה משניהם נגעתי רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרין רבי יוסי מטמא בכולן ומטהר בשביל שדרך בני אדם להלך ואין דרכם ליגע :

2. Si quis dixerit, hunc tetigi, ſed neſcio an immundus ſit vel mundus; (vel ſi dixerit) tetigi, ſed neſcio quidnam e duobus tetigi. R. Akiba ipſum pronunciat immundum, Sapientes vero mundum. R. Joſe in omnibus immundum pronunciat, & mundum pronunciat in ſemita, quia homines ire ſolent, & non tangere.

R. OB. DE BARTENORA.

נגעתי בזה *Tetigi hoc*, hoc nempe reptile, vel hanc ranam, nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחד שאמר נגעתי בזה *Si quis dixerit, tetigi hunc*, nempe hunc

nam cum rana ſimilis ſit teſtudini, facile quis hac in parte non præmonitus errare potuiſſet. *Quia homines incedere ſolent*, quia fieri nequit ut homo ſe cohibeat a via publica, proinde dubium de ſemitis eſt mundum, ſed a tactu ſe cohibere poteſt, proinde dubium illius qui tetigerit necne, mundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam, nec ſecundum R. Joſen. hunc hominem. R. Joſe dicit, fieri nequit ut homo non aliquando incedat in loco publico, proinde dubium de ſemitis eſt mundum. Si vero quis tetigerit, non valde dubitandum eſt an tetigerit necne, proinde illius dubium eſt immundum; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam, nec ſecundum R. Joſen.

ג שני שבילין אחד טמא ואחד טהור הלך באחד מהם ועשה טהרות ונאכלו הזה ושנה וטבל וטהר (ס"א) הלך בשני ועשה טהרות הרי אלו טהורות אם קיימות הראשונות אלו ואלו תלויות אם לא טהר בינתים הראשונות תלויות והשניות ישרפו:

3. Si duæ ſint ſemitæ, una immunda, altera munda, at quis iverit in alterutra, ac res mundas paraverit, & eæ comeſæ fuerint, ſparſerit, iterumque ſparſerit, immerſerit ſe, & purificaverit. Si iverit in ſecunda & mundas res paraverit, tum ſemitæ ſunt mundæ; ſi priores non comeſæ fuerint, tum utraque dubia eſt; ſi non ſe purificaverit inter utramque, priores ſunt dubiæ, ſecundæ vero comburuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

הזה ושנה *Si ſparſerit iterumque ſparſerit*, ſi tertiam ſparſionem peregerit, & repetiverit ſeptimam. אלו ואלו תלויות *utraque dubia eſt*, licet de duobus qui iverunt, confirmemus eos ambos verſari in opinione puritatis, ſicuti expoſuimus ſuperius; hic tamen de uno homine duabus vicibus non convenit mundos declarare cibos non comeſos, licet enim duo qui eodem tempore rogatum venerunt, immundi ſint, tamen quaſi unus ſunt homo quando una vice rogatum venerunt, cum uno vero licet pluribus vicibus venerit, tamen ſe res habet ac ſi una vice rogaſſet, ſecundi vero cibi comburantur, quia certe immundus erat homo dum parabantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod ſemita non ſit immunda, niſi propter immunditiem mortui, proinde dicit auctor, *ſi ſparſerit iterumque ſparſerit, & laverit, ſecundæ comburuntur*, quibus docet quod non dubium ſit poſtquam duas ſemitas introiverunt ſimul, cum alterutra certo immunda ſit.

ד השרץ וצפרדע ברשות הרבים נגע באחד מהם ועשה טהרות ונאכלו טבל נגע בשני ועשה טהרות הרי אלו טהורות אם קיימות הראשונות אלו ואלו תלויות אם לא טבל בינתים הראשונות תלויות והשניות ישרפו:

4. Reptile & rana ſi in loco publico ſint, & is alterutrum tetigerit & cibos mundos paraverit & cibi comeſi fuerint, immerſerit ſe, & tetigerit ſecundum, ac denuo paraverit, tum ambo ſunt mundi, prioribus non comeſis ſit, uterque dubius eſt. Si non immerſerit ſe inter utrumque, tum prior eſt dubius, ſecundus vero cibus comburatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hæc Miſna clara eſt, & illius jus ſe habet ut ſuperioris Miſnæ jus, etenim ſcopus juris eſt de immunditie ſemitæ, & de immunditie tactus, etiam ſecundum R. Joſen, qui dixit, homines ſolent ire, & non tangere.

ה שני שבילין אחד טמא ואחד טהור הלך באחד מהן ועשה טהרות ובא חבירו והלך בשני ועשה טהרות רבי יהודה אומר אם נשאלו זה בפני עצמו טהורין ואם נשאלו שניהם כאחת טמאים רבי יוסי אומר בין כך ובין כך טמאים:

5. Si duæ ſint ſemitæ, una immunda, & altera munda, & quis iverit in alterutra, & cibos mundos paraverit, ſocius vero illius iverit in altera, & cibos mundos paraverit, R. Jehuda dicit, ſi quiſque ſeorſim interrogatus ſit, mundi ſunt, ſin autem ſimul, immundi ſunt. R. Joſe dicit, ſive hoc ſive illo modo ſe res habeat, immundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Si unuſquiſque a Sapientibus interrogatus ſeorſim ſit de dubio ſuo, tum ſynhedrium eos immundos nequit declarare, quod dubium in loco publico ſit mundum, ſi vero duabus vicibus venerint, licet nos una inſpectione dicere poſſemus, immundi vos eſtis, vel mundi vos eſtis, tamen hic dicere nequimus, mundi vos eſtis, quia unus certo immundus eſt. *R. Joſe dicit, ſive hoc ſive illo modo ſe res habeat, immundi ſunt*, non diſſentiunt R. Joſe & R. Jehuda, quando una vice interrogaverunt, nam ſecundum omnium ſententiam ſunt immundi, at vero ſi diverſis vicibus rogaverint, tum mundi ſunt ſecundum omnium ſententiam; diſſentiunt autem duntaxat de eo qui pro ſe rogaverit, & pro ſocio ſuo, nam R. Jehuda dixit unum poſt alterum veniſſe, R. Joſe putat eos una vice veniſſe, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non quæritur an unus venerit poſt alterum, quia ambo ſunt mundi, cum unuſquiſque eorum qui venerit ad ipſum, mundus advenit, ſi ambo ſimul rogati ſint, immundi ſunt. Sed doctores diſſentiunt de eo qui rogavit pro ſe & pro ſocio ſuo, ſicuti exponit Gemara. Sic etiam in Toſaphta dicitur, in duabus viis ivimus, & duas purificationes fecimus, R. Jehuda eos conſtituit perinde ac ſi unus poſt alterum veniſſet. R. Joſe eos conſiderat quaſi una vice adveniſſent; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ו שני ככרים אחד טמא ואחד טהור אכל את אחד מהן ועשה טהרות ובא חבירו ואכל את השני ועשה טהרות

6. Si duo ſint panes, unus immundus & alter mundus, & quis comederit alterutrum, & cibos paraverit, ſocius vero ipſius acceſſerit & comederit ſo-

טהרות רבי יהודה אומר אם נשאלו זה בפני עצמו וזה בפני עצמו טהורין ואם נשאלו שניהן כאחד טמאים רבי יוסי אומר בין כך ובין כך טמאים :

ſecundum, & cibos paraverit. R. Jehuda dicit, ſi quiſque ſeorſim interrogatus ſit, mundi ſunt, at ſi ambo ſimul interrogati ſint, immundi ſunt. R. Joſe dicit, ſive hoc ſive illo modo ſe res habeat, immundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אכל אחד מהן *Si alterutrum comederit*, tradit auctor de immunditie ſecundum Legem & ſecundum Sapientes, & controverſia inter R. Jehudam & R. Joſen etiam hic eſt de eo qui venit interrogatum pro ſe & pro alio ſecundum controverſiam ſuperiorem; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui ſuperiori Miſna quod dubium verborum ſcribarum ſit mundum, ſi enim dubitaverit an cibos immundos comederit necne, mundus eſt; ſed doctores hic diſſentiunt de eo qui pro ſe & pro alio quærit, ſicuti expoſuimus; ſed ſcias nullam eſſe differentiam inter immunditiem gravem & levem in hiſce dubiis; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ז מי שישב ברשות הרבים ובא אחד ודרס על בגדיו או שרקק ונגע ברוקו על רוקו שורפים את התרומה ועל בגדיו הולכין אחר הרוב ישן ברשות הרבים ועמד כליו טמאים מדרס דברי רבי מאיר וחכמים מטהרים נגע באחד בלילה ואין ידוע אם חי אם מת ובשחר עמד ומצאו מת ר"מ מטהר וחכמים מטמאים שכל הטומאות כשעת מציאתן :

7. Si quis conſederit in loco publico, & alius calcaverit in veſtibus ipſius, vel ſpuerit & is tetigerit ſputum illius, tum ſuper ſputum illius comburunt oblationem primam, ſed ratione veſtium ſequuntur plurimam partem, ſi dormiverit in loco publico & ſteterit, tum illius veſtes calcatione pollutæ ſunt, ita R. Meir. Sapientes mundum pronunciant. Si quem tetigerit nocte, at neſciverit an vivum, an vero mortuum tetigerit, at poſtridie eum invenerit mortuum, R. Meir eum mundum pronunciat, Sapientes vero immundum pronunciant, cum omnes impuritates ſe habeant ſecundum conditionem temporis quo inveniuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

על רוקו שורפין *Propter ſputum illud comburunt*, etenim ob inventa ſputa oblationem primam comburunt, ſicuti tradidimus ſuperius, licet dubia ſint, & non ſequimur conditionem maximæ partis civium. *Et ratione veſtis ſequimur maximam partem*, nempe iſtius urbis maximam hominum partem ſequimur, quæ ſi e ſeminifluis viris & ſeminifluis mulieribus conſtet, tum comburunt oblationem primam. כליו טמאין מדרס *ſupellectilia illius ſunt polluta calcatione*, licet maximæ partis hominum conditionem ſequamur, ſi quis conſederit & acceſſerit & ſupellectilia ejus calcaverit, ſomnus tamen aliter ſe habet, quia ſuſpicamur plurimam hominum partem ſuper illius veſtes calcaſſe, quorum unus eſt ſeminifluus vel ſeminiflua. *Sapientes eum declarant mundum*, quia dubium immunditiei eſt in loco publico, proinde mundus eſt, quia forſan nemo ſeminifluus illic calcavit. *Si aliquem tetigerit nocte*, de loco privato hic duntaxat agitur. Sapientes vero pollutum pronunciant, ſi viderit ipſum vivum veſperi, licet poſtridie eum inveniat mortuum, Sapientes tamen concedunt R. Meiro, quod mundus ſit, quum vero ipſum non viderit vivum, tum diſſentiunt inter ſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite ſuperiori quod ob ſputa inventa comburant oblationem primam, licet in dubio verſentur, propterea ſi hujuſce viri ſtulti ſputum tetigerit, dum erat immundus dubio, & ſi tetigerit oblationem primam, comburi debet; at vero ſi illius veſtes tetigerit, nempe hujuſce viri ſtulti, in loco publico ſedentis, & plurima pars civium immunda ſit, tum is quoque immundus eſt, ſin autem maxima pars civium ſit munda, tum is quoque mundus eſt. Poſtea dicit, ſi ſit in loco publico, tum illius ſupellectilia ſunt immunda calcatione ſeminiflui, quia ſeminifluus aliquando in iis calcat, hæc eſt opinio R. Meiri. Sapientes vero Iſraëlis dicunt quod immundities nullo modo polluit, cum illic nihil ſit cui immunditiem tribuere poſſumus. In Toſaphta autem Sapientes concedunt R. Meiro, quod ſi viderit ipſum vivum dum adhuc veſpera erat, licet venerit tempore matutino, & reptile mortuum invenerit, tum mundus eſt, quia hoc dubium eſt in loco publico; deciſio non eſt ſecundum Sapientes.

ח שוטה אחת בעיר או עכ"ום נקבה או כותית כל הרוקים שבעיר טמאין מי שדרסה אשה על בגדיו או שישבה עמו בספינה אם מכירתו שהוא אוכל בתרומה כליו טהורין ואם לאו ישאלנה :

8. Si in urbe ſit una ſtulta, vel peregrina, vel Cuthæa, tum omnia ſputa in urbe inventa, ſunt immunda. Si mulier calcaverit ſuper veſtes alicujus, vel ſederit cum ipſo in navi, tum ſi cognoverit eum quod is comedit de oblatione prima, veſtes illius ſunt mundæ, ſin minus, roget eam.

R. OB. DE BARTENORA.

שוטה אחת בעיר *Stulta una in civitate*, de muliere ſtulta hæc ſolum intelligenda ſunt, & non de viro ſtulto, quia mulier ad menſtruum aſſueta eſt, & non vir ad fluxum. *Vel peregrina*, idem jus eſt pro peregrino ſecundum Legem, cum hoc in caſu nulla ſit differentia inter peregrinum & peregrinam, reliqui vero omnes ſunt mundi. Sapientes vero decreverunt haſce fœminas habendas eſſe pro ſeminifluis, & pro Cuthæis, & quod nulla ſit differentia inter Cuthæam & Cuthæum, ſecundum eum qui dixit & Cuthæos proſelytos fa-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ab initio libri quod gentiles ſint pro ſeminifluis habendi in omnibus rebus. Præterea capite quarto codicis de Menſtruis diximus quod fœmina Cuthæa verſetur in ſuſpicione quod ſemper ſit menſtrua. Notum vero eſt quod fœmina ſtulta non cuſtodiat ſe, nec obſervet menſtrui ſui tempora, ſecundum id quod in Lege definitum eſt. Dicit auctor, *omnia ſputa ſunt immunda*, ſed illius dicti ſenſus non eſt quod hæc ſputa immunda ſint dubie, & ſimilia ſputis inventis, de quibus non recte conſtat an immunda ſint nec-

factos ob timorem leonum, hoc vero tempore decreverunt quod Cuthæi pro gentilibus ſint habendi in omnibus rebus ſuis. *Omnia ſputa in urbe ſunt immunda*, quia hæ fœminæ totam urbem circuire ſolent. *Vel conſederit cum ipſa in navi*, quia calcatione polluit, licet non tetigerit veſtes illius, ſicuti traditum eſt capite tertio codicis de Seminifluis. *Si de ipſo conſtet quod is comedat de oblatione prima*, tum ſupellectilia ejus ſunt munda, nam ſi menſtrua ſit, vel ſeminiflua, non calcabit ejus veſtes, nec ea cum ipſo navem conſcendet.

necne; ſed hic ſermo fit de ſputo certo immundo, quodque inventum eſt in hac civitate, & factum eſt immunditiei fixa, omne igitur ſputum quod in iſta inventum eſt, ut ſputum ſeminiflui verum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *immunda ſunt*.

ט עד אומר נטמאת והוא אומר לא נטמאתי טהור שנים אומרים נטמאת והוא אומר לא נטמאתי רבי מאיר מטמא וחכמים אומרים הוא נאמן על ידי עצמו עד אומר נטמא ושנים אומרים לא נטמא בין ברשות היחיד בין ברשות הרבים טהור שנים אומרים נטמא ועד אומר לא נטמא בין ברשות היחיד בין ברשות הרבים טמא עד אומר נטמא ועד אומר לא נטמא אשה אומרת נטמא ואשה אומרת לא נטמא ברשות היחיד טמא ברשות הרבים טהור :

9. Si teſtis dixerit, pollutus es, is vero dixerit, non pollutus ſum, tum mundus eſt. Si duo dixerint, pollutus es, is vero dixerit, non pollutus ſum, R. Meir ipſum pollutum pronunciat. Sapientes dicunt, is fide dignus eſt de ſe. Si teſtis dixerit, pollutus eſt, & duo dixerint, non pollutus eſt, ſive in loco privato, ſive in loco publico, mundus eſt. Si duo dixerint, pollutus eſt, & teſtis dixerit, non pollutus, ſive in loco publico ſive in loco privato, immundus eſt. Si unus teſtis dixerit, pollutus eſt, alter vero negaverit, ſi qua mulier dixerit, pollutus eſt, & altera mulier dixerit, non pollutus eſt, tum is in loco privato immundus eſt, ſed in loco publico mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי מאיר מטמא *R. Meir immundum dicit*, nam ſi duo ipſum adduxerint in reatum mortis, nonne duo ipſum adducent in poteſtatem oblationis, quæ levis immundities eſt. Sapientes vero ſtatuunt quod homini fides habenda ſit per ſe ipſum, nam exponimus verba ipſius, & quærimus quidnam ſit illud, *non pollutus ſum*, nam dixit, non ſteti in immunditie mea, ſed ablui me, & cum ita ſe res habeat, proinde homini fides habenda eſt in re ſua. Sed in loco privato immundus eſt, in publico autem loco mundus eſt, quia is tum cenſetur ut reliqua dubia immunditiei ſimpliciter.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt, & ſecundum fundamentum ſuperius datum intelligenda ſunt, quod dubium immunditiei in loco privato ſit immundum, in loco autem publico mundum; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

פרק ו מקום שהיה רשות היחיד ונעשה רשות הרבים חזר ונעשה רשות היחיד כשהוא רשות היחד ספיקו טמא כשהוא רשות הרבים ספקו טהור המסוכן ברשות היחיד והוציאוהו לר"ה והחזירוהו לרשות היחיד כשהוא ברשות היחיד ספיקו טמא כשהוא ברשות הרבים ספיקו טהור רש"א רשות הרבים מפסקת :

Caput 6. Si locus aliquis privatus factus ſit publicus, & ex publico denuo privatus, quum is eſt locus privatus, tum illius dubium eſt immundum; ſed quum is eſt locus publicus, tum illius dubium eſt mundum. Si quis periclitetur in loco privato, & ipſum eduxerint in locum publicum, & deinceps eum reduxerint in locum privatum, quum is eſt in loco privato, tum illius dubium eſt immundum, quum vero eſt in loco publico, tum dubium illius eſt mundum. R. Simeon dicit, locus publicus dividit.

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שהיה רשות היחיד *Locus qui erat poteſtatis privatæ*, & poſtea factus *poteſtatis publicæ*, ut vallis, quæ temporibus pluviarum ſive hyeme eſt locus privatus, æſtate vero locus publicus. מסוכן *periclitans*, dicitur is qui animi deliquium patitur, de quo dubium eſt an vivat necne. *Et reduxerint eum in locum privatum*, ibique viderint eum eſſe mortuum, tum dubium illius immundum eſt in loco privato; ſed nos immundum pronunciamus eum propter omnium hominum & ſupellectilium dubium, quæ cum ipſo erant in loco privato, poſtquam eduxerint eum e loco privato, homo & vaſa quæ cum ipſo fuerunt, munda ſunt, quia hoc eſt dubium immunditiei in loco publico, cujus dubium eſt mundum.

רבי שמעון אומר רשות הרבים מפסקת *R. Simeon dicit, locus publicus dividit*, putamus enim hominem vivere poſtquam eum e loco privato eduxiſſent in locum publicum, vaſa autem munda pronunciamus, & hominem, quæ cum ipſo erant in loco publico, quia is forſan vivus erat, quomodo igitur ipſum mortuum eſſe cenſere potuiſſemus antea, ex quo exiiſſet e loco privato, propterea nequeunt immundum dicere ob dubium hominis & vaſa quæ apud ipſum erant in loco privato, quandoquidem locus publicus ex quo ipſum ad poſtremum eduxerunt, dividit, cum tu ipſum vivere dicas, & purificat hominem & vaſa quæ cum ipſo erant illic; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסוכן *Qui periclitatur*, cui in via animus deficit, de quo dubium eſt an vivat necne, quando nonnemo tetigerit ipſum. Dixit R. Simeon, locus publicus dividit intentionem ipſius, quod hujus cui animus deficit in via publica, dubium ſit immundum, poſtquam vero eduxerint in locum publicum eum qui ipſum tetigerit, tum mundus eſt; ſed poſtquam eum ſecunda vice in locum privatum introduxerint, tum is qui hunc tetigerit in loco privato, immundus eſt; ſed quum tetigerit ipſum in loco privato primo ante introitum in locum publicum, tum denuo fit mundus, quia dicimus, cum tetigerit ipſum in loco publico, proinde mundus eſt, quia exiſtimatur vivere; antea vero quando erat in loco privato, obiiſſet, quod falſum eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicit R. Simeon, *via publica dividit*, removet nempe jus dubii quod præceſſit de loco privato. Cæterum in Toſaphta hoc ſenſu ſententia R. Simeonis explicatur, quod is mundum pronunciet, quia dicebat quod locus publicus præpoſtere dividit, quia dicere non poterat ipſum eſſe mortuum in loco privato, & vivere in loco publico; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ב ארבעה ספיקות רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרין כיצד הטמא עומד והטהור עובר הטהור עומד והטמא עובר הטומאה ברשות היחיד וטהרה ברשות הרבים טהרה ברשות היחיד וטומאה ברשות הרבים ספק נגע ספק לא נגע ספק האהיל ספק לא האהיל ספק הסיט ספק לא הסיט רבי יהושע מטמא וחכמים מטהרים:

2. Quatuor dubia R. Jehoſua immunda dicit, Sapientes vero munda, quomodo? ſi immundus ſtet, & mundus tranſeat, vel contra, immundities in loco privato, & mundities in loco publico, vel contra, & dubitaverit an tetigerit necne, & dubitaverit, an tentorium fecerit necne, & dubitaverit an moverit necne, R. Jehoſua immundum pronunciat, Sapientes vero mundum pronunciant.

R. OB. DE BARTENORA.

הטמא עומד *Si immundus ſtet*, ſi leproſus ſtet ſub tentorio, vel ſub arbore, & illic tranſeat mundus, is vero dubitaverit an tetigerit necne, & præterea dubium fuerit an tentorium fecerit ipſum tentorium, an vero arbor ſuper utroque, ita ut pollutus ſit mundus; ſed dubium fuerit, an non tentorium fecerit, vel pollutus fuerit, vel an mundus ſtet, & leproſus tranſeat; alia expoſitio, ſi reptile ſit in ore muſtelæ, & cadaver in ore canis, dubiumque fuerit an illi tranſierint inter mundos, an vero illos inter mundi, tum Sapientes omnes mundos pronunciant, ſi nempe dubitaverit an tetigerit necne, quia immunditiei non eſt locus, ſicuti expoſuimus ſuperius capite quarto, proinde expoſitio illius quod dicitur, dubium an tetigerit necne, nequit confirmare hæcce ultima Miſnæ verba de immundo ſtante & mundo tranſeunte, quia de immunditie tentorii nullus eſt diſſenſus, ſive ſit immunditiei locus, ſive non ſit, ſicuti oſtenſum eſt capite quarto. *Immundities in loco privato*, & *mundities in publico*, ut, ſi tentorium verſus locum publicum ſit apertum & dubitaverit an intraverit necne. R. Jehoſua dicit, immundum eſt, nam is putat quod in dubio in loco privato & publico qui aſſociati ſunt, tabernæ ſequimur conditionem loci privati, proinde dubium illius mundum eſt. Sapientes vero putant quod loci publici conditionem ſequi debemus, & illius dubium eſſe mundum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dubium primum eſt de leproſo ſub tentorio ſtante, tranſeunte illic viro mundo qui dubitavit an ſub eodem tentorio in quo leproſus erat, venerit, & pollutus fuerit, ſicuti capite tertio decimo de Plagis Lepræ expoſitum eſt, an vero non fuerit cum leproſo in eodem tentorio. Secundum dubium eſt de viro mundo ſub tentorio ſtante tranſeunte illic leproſo ſub tentorio eodem, dubitaverit autem an leproſus conſtiterit inter tranſeundum, & pollutus fuerit vir mundus, an vero non conſtiterit, ſicuti expoſuimus. Cæterum in fine Miſnæ occurrit dubium an tentorium fecerit necne; tertium vero dubium eſt de re immunda in loco privato, & de re munda in loco publico, & quis tetigerit alterutrum, vel eam dimoverit, vel tentorium ſuper eam fecerit, ſi alterutra polluere poſſit in tentorio, at is neſciverit, an tetigerit rem immundam an vero mundam. Quartum dubium eſt de re immunda in loco publico, & de re munda in loco privato, homo autem dubitaverit quamnam e duabus tetigerit. R. Jehoſua de omnibus hiſce dubiis ratione immunditiei judicat; deciſio non eſt juxta ipſum.

ג אילן שהוא עומד ברשות הרבים והטומאה בתוכו עלה לראשו ספק נגע ספק לא נגע ספקו טמא הכניס ידו לחור שיש בו טומאה ספק נגע ספק לא נגע ספקו טמא חנות שהיא טמאה ופתוחה לרשות הרבים ספק נכנס ספק לא נכנס ספקו טהור ספק נגע ספק לא נגע ספקו טהור שתי חנויות אחד טמא ואחד טהור נכנס לאחד מהן ספק לטמא נכנס ספק לטהור נכנס ספקו טמא:

3. Si in arbore in loco publico conſtituta ſit immundities, & quis in verticem ejus aſcenderit, dubitaverit autem an tetigerit necne, tum dubium illius immundum eſt. Si manum ſuam introduxerit in foramen in quo immundities eſt, dubitaverit vero an tetigerit necne, tum dubium illius immundum eſt. Si taberna immunda aperta ſit verſus locum publicum, & dubitaverit quis an introiverit necne, tum dubium illius eſt mundum; ſi dubitaverit an tetigerit necne, tum dubium ejus quoque mundum eſt. Si duæ ſint tabernæ, una immunda, altera munda, & quis intraverit alterutram, at dubitaverit an in immundam an vero in mundam intraverit, tum illius dubium eſt immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

עלה לראשו *Si aſcenderit in verticem illius*, videlicet in verticem arboris qui ad locum privatum pertinet. *Si manum ſuam introduxerit in foramen*, in quo eſt res munda, tum foramen eſt locus privatus, licet homo ſtet in loco publico, quia manum ſuam immiſit in foramen, ac ſi in loco publico ſtaret, ſe res habet. Quamvis autem arbor & foramen non ſint locus privatus ratione Sabbati, tamen ratione immunditiei ſunt locus privatus.

חנות שהיא טמאה ופתוחה לרשות הרבים *Diverſorium immundum quod apertum eſt verſus locum publicum*, tum totum diverſorium eſt immundum immunditie in loco publico projecto, ac ſi reptile eſſet in loco publico, ſi tum dubitaverit an tetigerit illud necne, mundum eſt illius dubium; pariter dubium illius mundum eſt ſi dubitaverit an introiverit necne. At vero ſi duo ſint diverſoria, quorum unum eſt mundum, alterum immundum, & is dubitaverit an in mundum, an vero immundum introiverit, tum dubium illius eſt immundum, quia dubia immundities eſt in loco privato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deinceps tibi in hoc capite exponetur quod locus privatus ratione immunditiei, non idem ſit ratione Sabbati, propterea ne putes quod hæcce arbor illam conditionem in aſcenſu habeat, craſſitie, atque in foramine, ſed quamvis vertex arboris & foramen, quando homo iis uti nequit, nec incedere in iis, ſint locus privatus ratione immunditiei, dubium tamen ipſius eſt immundum. Notum vero eſt quod taberna ſit locus privatus, ſin autem taberna ſit immunda, & janua illius in loco publico, tum tota taberna immunda eſt in loco publico, ac ſi eſſet reptile in loco publico. *Si dubitaverit an tetigerit necne, tum dubium illius mundum eſt*, imo vero ſi de hacce taberna immunda dubitaverit, an in ipſam introiverit necne, dubium illius eſt mundum. At ſi dubitaverit in quamnam introiverit, & quæque taberna ſit in loco privato, tum dubia immundities eſt in loco privato, cujus dubium immundum eſt.

ד כל שאתה יכול לרבות ספקות וספק ספקות ברשות היחיד טמא ברשות הרבים טהור כיצד נכנס למבוי והטומאה בחצר ספק נכנס ספק לא נכנס טומאה בבית ספק נכנס ספק לא נכנס ואפילו נכנס ספק היתה שם ספק לא היתה שם ואפילו היתה שם ספק שיש בה כשיעור ספק שאין בה כשיעור ואפילו שיש בה ספק טומאה ספק טהרה ואפילו טומאה ספק נגע ספק לא נגע ספקו טמא רבי אליעזר (תוספות) אומר ספק ביאה טהור ספק נגע טומאה טמא :

4. Omnia dubia quæ multiplicari poſſunt, & dubium dubiorum in loco privato immunda ſunt, in publico autem munda; quomodo? ſi quis introiverit introitum, & res immunda ſit in atrio, is vero dubitaverit an introiverit necne, vel ſi immunditie in domo exiſtente is dubitaverit an introiverit necne, & licet introiverit, & dubitaverit an illic eſſet immunditiés necne, & licet illic ſit immundities, is vero dubitaverit, an juſta eſſet menſura necne, & quamvis illic ſit juſta menſura, is vero dubitaverit an impuritas ſit, an vero puritas, & licet illic ſit impuritas, is vero dubitaverit an tetigerit necne, dubium illius eſt immundum. R. Eleazar dicit, dubium introitus mundum eſt, dubium tactus ad rem immundam eſt immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק ביאה טהור *Dubium congreſſus eſt mundum*, quia hac in parte ſimilitudinem petimus a muliere adulterii ſuſpecta, quæ certo ſe cum viro alieno occultavit, ſed dubium eſt an tetigerit necne, quia neſcimus an ea polluta ſit, propterea Lex eam vocavit immundam, ſicuti ſcriptum eſt, *ſi ea occultata fuerit & polluta*, ſed dubium introitus eſt mundum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod atrium ſi locus privatus, ſicuti domus; ea quæ ſequuntur omnia ſunt clariſſima; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar.

ה נכנס לבקעה בימות הגשמים וטומאה בשדה פלונית ואמר הלכתי למקום הלז ואיני יודע אם נכנסתי לאותו השדה ואם לא נכנסתי רבי אליעזר (תוספות) מטהר וחכמים מטמאין :

5. Si quis tempore pluvioſo intraverit vallem, & res immunda ſit in agro quodam, atque dixerit, ivi ad hunc locum, at neſcio an intraverim in iſtum agrum necne, R. Eleazar eum mundum pronunciat, Sapientes vero immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

בקעה *Vallis*, comprehendit multorum hominum agros, qui tempore pluviarum exarantur & conſeruntur, & hi loci privati conditionem habent, quia homines admoniti ſunt ne ſe ad ſata conferant & ea perdant. רבי אלעזר מטהר *R. Eleazar eum dicit mundum*, quia introitus eſt dubius, quandoquidem non omnis vallis pro uno agro habetur, cum agri in Ægypto ſint diſcreti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vallis ſimilis eſt agro, quem quis exaravit & conſevit, quique tempore pluvioſo ſive in hyeme eſt locus privatus reſpectu immunditiei, & Sabbati; ratio eſt quod iſto tempore nemo in valle ire ſolet, ne vallis corrumpatur ratione ſeminis. Sin autem vallis iſta inter agros comprehendatur, tum immunda eſt. Porro dicit, ego intravi in hanc vallem, in qua multi ſunt agri, ſed neſcio an hanc vallem intrarim necne, R. Eleazar ipſum pronunciat mundum, eo quod eſt dubius introitus. Sapientes vero immundum pronunciant ſecundum fundamentum ſupra poſitum, quod dubium immunditiei in loco privato ſit immundum, ſive ſit dubium introitus, vel dubium tactus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו ספק רשות היחיד טמא עד שיאמר לו נגעתי ספק רשות הרבים טהור עד שיאמר נגעתי איזו היא רשות הרבים שבילי בית גלגול וכן כיוצא בהן רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה אמר רבי אליעזר לא הוזכרו שבילי בית גלגול אלא שהם רשות היחיד לכך ולכך השבילים המפולשים לבורות ולשיחים ולמערות ולגיתות רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה :

6. Dubium loci privati eſt immundum, donec dixerit, non tetigi, dubium loci publici mundum eſt, donec dixerit, tetigi; ſed quis eſt locus publicus? ſemitæ loci obliqui, & quæ his ſimilia ſunt. Locus privatus pro jure Sabbatico, & locus publicus pro jure immunditiei. Dixit R. Eliezer, ſemitæ loci obliqui non memoratæ ſunt, ſed hæ ſunt locus privatus hoc & illo modo. Semitæ apertæ verſus puteos, foveas, ſpeluncas, & torcularia, ſunt locus privatus ratione Sabbati, & locus privatus ratione immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיאמר לא נגעתי *Donec dixerit, non tetigi*, non quod dixerit clare, novi quod non tetigi, quia idem illius jus eſt ſi cauſa ſit, cui tribuere poſſumus quod non tetigit. שבילי בית גלגול *ſemitæ loci circularis*, notat locum obliquum & declivem, in quo pauci homines incedere poſſunt. *Locus privatus ratione Sabbati*, non proprie locus privatus, ſed Carmelit, quare ergo auctor hunc locum vocavit privatum? reſp. quia is non eſt locus publicus. Quod vero auctor juxta vallem tempore æſtivo tradit de loco privato ratione Sabbati, id non intelligendum eſt de ipſo loco privato, ſed de Car-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבילי בית גלגול *Semitæ loci circularis*, intellige loca in quibus homines non ſolent incedere. Senſus vero illius quod dicitur, *apertæ ſunt verſus puteos*, &c. eſt quod in ſummitate introitus ſit effoſſio quædam in terra, ſive ſit puteus, ſive foſſa, ſive ſpelunca, in quibus ſteterit hicce locus parietis, redieritque poſtea inde introitus non aperta, quia homo ab una parte intrare nequit, & ab altera exire. Cæterum in principio codicis de Sabbato, & in codice de Mixturis Termini Sabbatici jam expoſuimus ditiones Sabbaticas, atque ex iſtis hypotheſibus quæ illic expoſitæ ſunt, ſcies quiſ-

Carmelit; jam vero illa omnia quæ auctor hic tradidit, de loco publico intelligi debent, ut, ſi non ſint tres homines quando natum eſt dubium, nihilominus tamen cum tres homines inveniantur illic in loco publico, inde patet quod eo tempore quo natum eſt dubium, licet id factum ſit in ultimo conclavi, mundum ſit, quia rem deducimus a muliere adulterii ſuſpecta in loco privato, quia illic duæ duntaxat perſonæ fuerunt præſentes, mulier nempe & vir. quiſnam ſit locus privatus, quiſnam vero publicus ratione Sabbati, reliquaque loca.

ז הבקעה בימות החמה רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה ובימות הגשמים רשות היחיד לכך ולכך׃

7. Vallis tempore æſtivo eſt locus privatus ratione Sabbati, ſed locus publicus pro immunditie. Tempore vero pluviarum eſt locus privatus utroque modo.

R. OB. DE BARTENORA.

ורשות הרבים לטומאה *Et locus publicus pro immunditie*, nam æſtivo tempore ad vallem ſe conferre ſolent homines ut metant, arent, & triturent in ea ut tandem conſeratur anno ſequenti. Tempore vero hyemali nemo ſe ad ipſam conferre ſolet, quia conſita eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הבקעה בימות החמה *Vallis tempore æſtivo*, licet eo non iverit communis turba, ſed meſſores iſta valle tantum uſi fuerint, & trituratio ac exaratio in ipſa peracta fuerit, ut ea ad ſationem apta fiat, proinde iſta vallis eſt locus publicus pro immunditie. Sed non tempore hyemali, quando nemo ad ipſam ſe conferre ſolet, ne pedibus ſuis perdat ſata, tum etiam quia continuo pluit, remanente in ipſa duntaxat progerminatione proventus. Cæterum in codice de Sabbato jam diximus, quod vallis ſit locus privatus ratione juris Sabbatici, & non publicus, ſed Carmelit, nempe ſi vallis ea pariete decem palmos alto undiquaque cincta ſit, quia ipſa tum eſt locus privatus pro Sabbato, ſicuti expoſitum eſt in Gemara. In Toſaphta dicitur quod per ימות החמה *dies ſolis* intelligi debeat tempus iſtud quo proventui operam dant, & arboribus; per ימות הגשמים *dies pluviarum* intelligendum eſſe tempus quando deſcendit pluvia quæ dicitur רביעה שניה & deſcendit in menſe Octobri.

ח בסילקי רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה רבי יהודה אומר אם עומד הוא בפתח הזה ורואה את הנכנסים ואת היוצאין בפתח הלז רשות היחיד לכך ולכך ואם לאו רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה׃

8. Baſilica eſt locus privatus ratione Sabbati, ſed publicus ratione immunditiei. R. Jehuda dicit, ſi is ſtet in hoc oſtio, & videat intrantes & exeuntes per illud oſtium, tum utrobique eſt locus privatus; ſin minus, eſt locus privatus ratione Sabbati, & locus publicus ratione immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

בסילקי Eſt idem quod פלטיא *palatium*, ſicuti capite ſecundo codicis de Die Expiationis dicitur quod conclave Gazit habebat formam magni palatii. *Et videat intrantes* &c. nam cum is videt intrantes & exeuntes, eo magis videtur eſſe locus privatus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בסילקי Notat palatium quod multas habet januas, veluti loca quæ ad populum congregandum exſtruuntur, & domus regiæ, propterea a regibus vox ſortita eſt iſtud nomen.

ט הפרן רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה וכן הצדדין רבי מאיר אומר הצדדין רשות היחיד לכך ולכך׃

9. Baſilica Peren eſt locus privatus ratione Sabbati, & locus publicus ratione immunditiei, ita etiam latera. R. Meir dicit, latera ſunt locus privatus utrobivis.

R. OB. DE BARTENORA.

פרין Eſt ſtructura quæ baſilicæ formam habet, cui duo ſunt oſtia e regione oppoſita. *Sic etiam latera*, videlicet ab utraque parte latera etiam pro loco privato habentur, quia multi utuntur iſtis lateribus. R. Meir dicit, latera ſunt locus privatus, quia media pars ædificii Peren duntaxat in uſum communem facta eſt, & non latera; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Toſaphta quod ædificium פרן ſit ſpecies baſilicæ, quod duas habet portas e regione oppoſitas, in hac figura. Sapientes vero dicunt quod hoc ædificium totum ſit locus publicus pro immunditie, quando eo communis turba utitur. R. Meir dicit quod illius latera ſint locus privatus ratione immunditiei, & quod homines illius media parte duntaxat utuntur, quæ eſt locus publicus pro immunditie; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

י האסטווניות רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה חצר שהרבים נכנסים ויוצאים בזו רשות היחיד לשבת ורשות הרבים לטומאה׃

10. Porticus eſt locus privatus ratione Sabbati, ſed locus publicus ratione immunditiei. Atrium per quod hac multi homines ingrediuntur & illac egrediuntur, eſt locus privatus ratione Sabbati, & locus publicus ratione immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

אצטוניות *Porticus*, eſt locus anguſtus qui latus eſt ulnam, & quatuor vel quinque palmos altus, eſt ante tabernas, ubi vigiles conſidere ſolent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in Gemara ad titulum de Sabbato, quod אצטבא ſit locus Carmelit; & quando hic dicit auctor, hancce porticum eſſe locum privatum, ſenſus eſt quod ea non ſit locus publicus; loci vero Carmelit conditiones jam expoſuimus in principio codicis de Sabbato.

פרק ז הקדר שהניח את קדרותיו וירד לשתות הפנימיות טהורות והחיצונות טמאות אמר רבי יוסי במה דברים אמורים במותרות אבל באגודות הכל טהור המוסר מפתחו לעם הארץ הבית טהור שלא מסר לו אלא שמירת המפתח :

Caput 7. Ollarius ſi reliquerit ollas ſuas, & deſcenderit ut bibat, tum interiores ſunt mundæ, & exteriores immundæ. Dixit R. Joſe, de quo dicta ſunt hæc verba? de ſolutis, ſed colligatæ omnes mundæ ſunt. Si quis clavem ſuam tradiderit plebejo, tum domus munda eſt, quia clavem ei duntaxat cuſtodiendam tradidit.

R. OB. DE BARTENORA.

הקדר שהניח את קדרותיו *Ollarius qui reliquit ollas ſuas*, ſi ollarum venditor ſit vir probus, & linquat ollas ſuas in loco publico, ſolent enim in latere loci publici ponere lapides magnos, vel clavos ad plauſtra arcenda, ne parietibus noceatur, & quia hi clavi impellunt ad locum publicum, & is ollas reliquerit apud eos, proinde is quoque impulit magis viam, & hinc ii qui illic tranſeunt, incidunt in ollas, & veſtes eorum tranſeunt ſuper aërem eorum, at vero plebejorum veſtes immundæ ſunt, & exteriores polluunt. *De quo dicta ſunt hæc verba? de ſolutis*, quia homines illic tranſeuntes & redeuntes commovent ollas; ſed colligatæ omnes ſunt mundæ, quia commoveri nequeunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Quia clavium cuſtodiam ei duntaxat tradidit*, quamobrem non cogitavit plebejus de domo intranda, quia tum ut fur deprehenſus fuiſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

החיצונות טמאות *Exteriores ſunt immundæ*, quia homines illic veniunt, & ollas exteriores tangunt. R. Joſe dicit, quod ſi omnes ſint in una complexione, tum omnes ſint immundæ, quia ſeminifluus aliquando omnes movet, ita ut motione iſta fiant immundæ, etiam ipſæ ollæ quas non tetigit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב המניח עם הארץ בתוך ביתו ער ומצאו ער ישן ומצאו ישן ער ומצאו ישן הבית טהור ישן ומצאו ער הבית טמא דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אין טמא אלא עד מקום שהוא יכול לפשוט את ידו וליגע :

2. Si quis plebejum in domo ſua conſtituerit vigilem, eumque vigilem invenerit, vel dormientem, & eum invenerit dormientem, vel vigilem & eum dormientem invenerit, tum domus munda. Si eum conſtituerit dormientem, ſed invenerit eum vigilantem, tum domus immunda eſt, ita R. Meir. Sapientes dicunt, non eſt munda niſi donec pervenerit ad locum ubi manum ſuam extendere poſſit, & tangere.

R. OB. DE BARTENORA.

ישן ומצאו ער הבית טמא *Si dormientem, & invenerit eum vigilantem, tum immunda eſt domus*, omnia quæ in domo ſunt, immunda ſunt, quia ſuſpicamur de ipſo quod poſtea quam evigilavit e ſomno ſuo, forſan tetigit vaſa quæ in domo ſunt, quia ab initio dum dormiebat, non vidiſſet ea, quia homines hoc modo inquirere ſolent de iis quæ non viderunt unquam. At vero ſi ipſum vigilem conſtituerit vigilemque invenerit, tum non ſuſpicamur eum omnia vidiſſe quando vigilabat. *Niſi donec pervenerit ad locum ubi manum ſuam extendere poſſit, & tangere*, omnia vaſa quæ attingere poteſt, quando extendit manum ſuam a loco ubi dormiebat, tum nos ſuſpicamur eum forſan tetigiſſe vaſa, ſed non ſuſpicamur eum domum circumiviſſe & vaſa tetigiſſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in codice de Feſtis Solennibus quod contactus plebeji ſit immunda, & forſan quoque tetigit veſtes, vel cadavera immunda. Quando auctor dicit, *domus eſt immunda*, ſenſus eſt quod omnia vaſa, & veſtes quæ in domo ſunt, immunda ſint. Sapientes vero dicunt, quicquid tangere potuerit, ſi manum ſuam extenderit plebejus, id mundum eſt, quia forſan manum ſuam immiſit quando evigilavit ad videndum ipſum, quum antea ipſum non conſpexiſſet; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג המניח אומנים בתוך ביתו הבית טמא דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אין טמא אלא עד מקום שהן יכולין לפשוט את ידם וליגע :

3. Si quis opifices conſtituerit in domo ſua, tum domus munda eſt, ita R. Meir. Sapientes dicunt, non eſt immunda niſi donec pervenerit ad locum ubi manum extendere poſſunt, & tangere.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח אומנין בתוך ביתו *Si quis opifices in domo reliquerit*, etenim quia opifices ſunt, proinde ubique in domo ire poſſunt, hinc non nemo cogitare potuiſſet quod hac in parte Sapientes R. Meiro concedant, quod tota domus immunda ſit, proinde nos docet auctor quod reſpectu opificum etiam diſſentiant doctores, & dicunt quod nihil immundum ſit, niſi ea loca quæ manibus ſuis attingere poſſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi opifices ſunt plebeji, proinde ſuſpicari poſſumus quod cum ii totam domum circumeant, & utantur, omnia in domo exiſtentia ſint immunda ſecundum Sapientes, proinde nobis indicat auctor quod opifices non polluant quicquam præter id quod abſque deſcenſione tangere poſſunt, vel aſcendendo ad rem ſuperiorem, ut eam aſſequantur, ita exponitur in Toſaphta; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד אשת חבר שהניחה לאשת עם הארץ טוחנת בתוך ביתה פסקה הרחים הבית טמא לא פסקה הרחים אין טמא אלא עד מקום שהיא יכולה לפשוט את ידה וליגע היו שתים בין כך ובין כך הבית טמא שאחת טוחנת ואחת משמשת (נ"א ממשמשת) דברי

4. Uxor viri probi ſi conſtituerit uxorem plebeji domi molentem, tum perfecta molitione domus immunda eſt, ſin minus, nec domus immunda eſt, ſed ea tantum loca quæ illa manibus ſuis attingere poteſt. Si duæ ſint, tum utroque modo domus immunda eſt, quia una molit & altera miniſtrat, (pal-

דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אין טמא אלא עד מקום שהן יכולות לפשוט את ידן וליגע׳׳:

(palpat,) ita R. Meir. Sapientes vero dicunt, ea duntaxat loca ad quæ manibus ſuis pertingere poſſunt, immunda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אשת חבר *Uxor doctoris fide digni*, etiam de rerum mundarum atque immundarum caſibus fide digna eſt, ut ipſe maritus. *Quæ conſtituerit uxorem plebeji*, quæ non fide digna eſt, nec ipſius liberi, niſi donec exiſtimationem probitatis conſecuti fuerint. פסקה רחים *ſi ceſſaverit mola*, ſi mulier abſolverit molitionem, etenim quando illa operi intenta eſt, tum in domo circuire non ſolet. *Sapientes vero dicunt, ea loca quæ manibus ſuis attingere poteſt, duntaxat immunda ſunt*, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eſt una ex hypotheſibus noſtris quod חבר viri de munditiei atque immunditiei caſibus fide digni, etiam filii ſint fide digni, & domeſtici ipſius, uxor autem plebeji & ipſius liberi ac domeſtici immundi exiſtimandi ſunt, ſed nos hoc jam expoſuimus in primo libro Miſnico. Cæterum nonnemo cogitare potuiſſet quaſi Sapientes in eadem ſint opinione cum R. Meir de muliere, quia illa appetit quæ ad ſe non pertinent, & cuſtodit quæ ei non concredita ſunt, & illa palpat ea quibus non præpoſita eſt, eaque convertit, idcirco auctor nos docet quod doctores diſſentiant, etiam in caſu de mulieribus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה המניח עם הארץ בתוך ביתו לשמרו בזמן שהוא רואה את הנכנסין ואת היוצאין האוכלים והמשקים וכלי חרס הפתוחים טמאים אבל המשכבות והמושבות וכלי חרס המוקפין צמיד פתיל טהורים ואם אינו רואה לא את הנכנסין ולא את היוצאין אפילו מוכל אפילו כפות הכל טמא:

5. Si quis plebejo domum ſuam tradiderit cuſtodiendam, quando is homines videt ingredientes & egredientes, tum cibi, potus, & vaſa teſtacea aperta ſunt immunda, ſed cubilia, ſedilia, & omnia vaſa teſtacea conjunctorio circumdata, ſunt munda, ſi vero non videat ingredientes nec egredientes, tum omnia ſunt immunda, vel ipſe mutilus & vinctus.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן שהוא רואה *Quando is videt*, quando nempe paterfamilias videre poteſt ingredientes & egredientes homines. *Cibi & potus ſunt immundi*, quia ſuſpicamur de cuſtode quod is forſan tetigerit eos, qui eſt plebejus. *Sed cubilia & ſedilia* &c. *munda ſunt*, quia plebejus non efficit immunditiem cubationis & ſeſſionis, nec polluit motione, verum tactu duntaxat. *Neque ſedentes*, licet cum viderit dum ſtabat, tamen quia non videt eum ſedentem, omnia ſunt immunda. אפילו מוכל *licet mutilus ſit*, licet cuſtos cui domus concredita eſt, ſit mutilus ut incedere nequeat, niſi portent eum. אפילו כפות *licet vinctus ſit*, tamen omnia ſunt immunda, nam propter cubationem & ſeſſionem plebejos non pronunciamus immundos, ſed quia ſuſpicamur alienigenam forſan domum intraſſe, vel mulier feminiflua, quæ illic conſederit, commoverit, atque omnia polluerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod potus & cibi afficiantur immunditie levi, & quod vas teſtaceum fiat immunditiei pater, proinde Sapientes decreverunt omnia quæ in domo ſunt, pollui propter cuſtodiam plebeji; ſed cubilia & ſedilia quæ ſunt immunditiei pater, nequeunt fieri cubatio feminiflui, niſi paterfamilias non viderit quis domum ſuam intret vel egrediatur ex ipſa, tum enim plebejus ſejungitur a cuſtodia ſua. Pariter & vas teſtaceum conjunctorio circumdatum non afficitur tactu immunditiei, ſed portatione feminiflui, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus, & in codice de Teſtificationibus, proinde judicamus de iis donec plebejus abſtractus ſit a cuſtodia, & non timeat quemquam ut conſpiciatur. מוכל *mutilus*, cui manus & pedes abſciſſi ſunt ut non amplius poſſit operari, niſi donec ab aliis feratur, & propterea מוכל vocatur a יבל *apportavit*. Præterea quoque dictum eſt quod מוכל ſit leproſus cujus membra decidunt ut ire nequeat; cum ita domus plebeji poteſtati concredita ſit, hinc ea plebeji naturam accipit, in quo omnia ſunt immunda.

ו הגבאין שנכנסו לתוך הבית הבית טמא אם יש עמהן עכו״ם נאמנים לומר (לא נכנסו אבל אין נאמנין לומר נ״א) נכנסנו אבל לא נגענו (נ״א וכן) הגנבים שנכנסו לתוך הבית אין טמא אלא מקום רגלי הגנבים ומה הן מטמאין האוכלים והמשקים וכלי חרס הפתוחין אבל המשכבות והמושבות וכלי חרש המוקפין צמיד פתיל טהורים אם יש עמהם עכו״ם או אשה הכל טמא:

6. Exactores ſi domum intraverint, tum domus immunda eſt; ſi cum iis ſit gentilis, tum fide digni ſunt, ſi dixerint, non intrarunt; & non fide digni ſunt, ſi dixerint, intravimus quidem ſed non tetigimus. Sic etiam ſi fures domum intraverint, locus in quo iverint, duntaxat pollutus eſt. Quid ergo polluunt? cibos, potus, & vaſa teſtacea aperta; cubilia vero, ſedilia, & vaſa teſtacea conjunctorio cincta, ſunt munda, ſi cum illis ſit gentilis, aut mulier, omnia ſunt immunda.

R. OB. DE BARTENORA.

הגבאים שנכנסו לתוך הבית *Exactores ſi intraverint domum*, ſi Iſraëlitæ domum intraverint vectigalium exactores regii, poſtulantes ab Iſraëlitis argentum pro capitibus ſolvendum, vel ſupellectilia, & hi domum intrare ſolent ut pignora ſumant. *Domus munda eſt*, omnia ſupellectilia domus immunda ſunt, quia exactores in domo circumeunt. *Si cum illis ſit gentilis, tum fide digni ſunt, dicendo, non intravimus*, eo magis ſi cum iis non ſit gentilis, ſed auctor ita loquitur propter ea quæ in fine ſequuntur, ubi tradit, ſed non ſunt fide digni, ſi dixerint, intravimus quidem, ſed non tetigimus, quia duntaxat quum gentilis cum ipſis eſt, non ſunt fide

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גבאים *Exactores*, hi quoque plebeji exiſtimandi ſunt, etenim nobis hypotheſis eſt quod ii pignora ſumunt ab iis qui eleemoſynas non ſolvunt, etiam proximo die ante Sabbatum, proinde domum intrando omnia polluunt in domo, ſi cum illis ſit gentilis. Ratio memoratur in Toſaphta, nempe quod ſuper Iſraëlitis ſit timor gentilis, ne manus immittat in aliena. Præterea in Toſaphta etiam expoſitum eſt, quod exactores, ſi non ſtatim ipſis detur pignus, & non adſit teſtis quiſpiam, domum intrantes, dicentes, pignus quidem ſumpſimus, ſed nihil tetigimus, fide digni ſint, quia os quod vetat, jam eſt os quod permittit. Sed fures in exiſtima-

fide digni, quia timent a gentili, ne is forſan mulctet eos, niſi totam domum perquiſiverint, proinde ii uſi ſunt omnibus quæ in domo ſunt. Sin autem cum iis non ſit gentilis, tum fide digni ſunt, quando dixerint, intravimus quidem ſed nihil tetigimus. *Si cum iis ſit gentilis*, *vel fœmina*, quia Sapientes de gentilibus decreverunt quod ii ut feminiflui ſint exiſtimandi in omnibus rebus, uxor autem forſan eſt menſtrua vel feminiflua.

ſtimatione immunditiei verſantur, quia illi ſecum non habent teſtes dum intrant domum, ſi cum illis ſit gentilis quiſpiam, is mentietur omnia, & polluet ſedendo & cubando, vel ſi mulier ſit, tum quicquid in domo eſt, in ſuſpicione immunditiei eſt, etiam cubilia & ſedilia.

ז המניח את כליו בחלון של אודיארין רבי אלעזר בן עזריה מטהר וחכמים אומרים עד שיתן לו את מפתח או חותם או עד שיעשה סימן המניח את כליו מגרת זו לגרת הבאה (נ"א בעכו"ם) כליו טהורין ובישראל עד שיאמר בלבי היה לשמרם :

7. Si quis vaſa depoſuerit in feneſtra balneatoris, R. Eleazar filius Azariæ dicit ea munda eſſe; Sapientes dicunt, donec ei dederit clavem, vel annulum, vel donec fecerit ſignum. Si quis apud gentilem depoſuerit vaſa ſua ab hoc torculari ad torcular anni futuri, tum illius vaſa ſunt munda; ſi apud Iſraëlitam, donec is dixerit, propoſueram mecum ut cuſtodirem ea.

R. OB. DE BARTENORA.

אודיירין Ita vocantur balneatores, lavacra enim multas habent feneſtras, ut is qui lavacrum intraverit, veſtes ſuas alicui feneſtræ imponat, & valvas illius occludat. *R. Eleazar filius Azariæ ea immunda dicit*, ex quo valvæ ſunt clauſæ ante feneſtram, etenim non ſuſpicamur hominem immundum illic tetigiſſe, quia ut fur apprehenderetur. עד שיתן לו מפתח *donec ei dederit clavem*, licet balneatori clavem in manum dederit, quia is plebejus eſt, ſuperius autem tradidimus, quod ſi quis plebejo tradiderit clavem, domus ſit polluta. עד שיעשה לו סימן *donec ei expreſſerit ſignum*, quo dignoſci poteſt neminem illic tetigiſſe; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Si quis vaſa ſua poſuerit*, ea nempe inſtrumenta in quibus in puritate vindemiaverat hoc anno, depoſuerat ut iis denuo vindemiaret anno futuro.

בנכרי כליו טהורים *Si apud gentilem*, *munda ſunt*, ſi nempe quis inſtrumenta ſua depoſuerit apud gentilem, tum in iis nihil continetur ratione edicti de vino libaminis, quia nos non ſuſpicamur gentilem ea forſan accepiſſe inſciente Iſraëlita, ut operetur in torculari. ובישראל *ſi apud Iſraëlitam*, de quo timendum eſt ne ea tetigerit in immunditie, quum non amplius de hiſce inſtrumentis cogitaverit, & ſecum dixerit, in animo habui ea cuſtodire. Exemplaria autem aliqua non legunt, בנכרי *apud gentilem*, ſed hoc ſenſu, ſi quis depoſuerit inſtrumenta ſua ab hoc torculari ad torcular inſequentis anni, tum ea ſunt munda. Hic autem ſermo fit de ſacerdote vinum oblationis primæ a plebejo recipiente, & inſtrumenta ſua *apud ipſum relinquenti*, ut ea reciperet anno futuro; quandoquidem autem a ſacerdotis inſtrumentis abhorret plebejus, *proinde non tangit ea*. *Sin autem ad Iſraëlitam pertineant inſtrumenta, qui vinum ſuum in puritate parare velit, tum plebejus ea non valde curat*, & proinde metuimus ne homo quiſpiam immundus ea tangat, ſi plebejus *inſtrumentis iſtis animum revocaverit*, donec ſecum dixerit, cuſtodivi ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אודיארין Notat balnea, nam in lavacris homines ſua veſtimenta imponere ſolent feneſtris, & deinceps ſe in lavacra conferre, hæ autem feneſtræ oſtia habent, & valvas. Dixit autem R. Eleazar filius Azariæ, quod ab iſto tempore quo veſtes ſunt incluſæ feneſtris, ſint in ſuſpicione, quia nemo feneſtram clauſam aperire conabitur. Sapientes dicunt quod veſtes ſint immundæ, quia immundus eas tetigit; ſed valvis clauſis, clavem defert ad balneatorem, quia is licet plebejus ſit, ei tradidiſſet tantum clavem cuſtodiendam, ſicuti expoſitum eſt capite primo. Vel annulum aliquem luteum ponet ſuper oſtiis, vel ſimile quid, ſicuti in Toſaphta expoſitum eſt. Vel ſignum aliquod imprimet ex quo judicare poterit quod feneſtra non aperta ſit, nec homo tetigerit ſupellectilia. Quando dicit, *ſi poſuerit inſtrumenta ſua ab hoc torculari ad illud*, illius ſenſus eſt, quod ſacerdos accipere ſolet muſtum oblationis primæ ab hocce plebejo, & vas minimum relinquere in munditie eorum in loco apud torcular ut vindemiet anno futuro, licet neſciat an tetigerit necne, quia homines ab iis ſibi quoque cavent, licet neſciant eum eſſe ſacerdotem, exiſtimatio autem rei eſt quod is apud ſe mundus ſit, proinde Iſraëlita, propterea quod ob ignorantiam ſuam ea cuſtodire nequit, pollutus eſt, donec ſecum cogitaverit de iis cuſtodiendis; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

ח מי שהיה טהור והסיע את לבו מלאכול רבי יהודה מטהר שדרך טמאין פורשין ממנו וחכמים מטמאין היו ידיו טהורות והסיע את לבו מלאכול (נ"א רבי יהודה אומר) אף על פי שאמר יודע אני שלא נטמאו ידי ידיו טמאות שהידים עסקניות :

8. Si quis mundus animum abſtraxerit ab eſu, R. Jehuda ipſum mundum pronunciat, quia immundi ſe ab illo ſegregare ſolent. Sapientes vero ipſum immundum pronunciant. Si illius manus ſint mundæ, & is animum abſtraxerit ab eſu (alia lectio. R. Jehuda dicit) licet dicat, novi ego quod manus meæ non pollutæ ſint, tamen illius manus immundæ ſunt, quia manus operativæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיה טהור *Si quis mundus ſit*, ſi ſacerdos ſit mundus ad oblationem primam, at is mentem removerit ne ulterius de oblatione prima comedat. שדרך טמאין פורשין ממנו *quia immundi ſe ab ipſo ſeparare ſolent*, immundi qui ſciunt ipſum eſſe mundum, proinde non ſuſpicamur ipſum forſan tetigiſſe hominem immundum, & polluiſſe ipſum. *Sapientes ipſum immundum pronunciant*, nimirum poſtquam is ab oblatione prima comedenda animum amoverit. *Si illius manus immundæ ſint*, hac in parte R. Jehuda, etenim licet dixerit, ego novi quod manus non pollutæ ſint, tamen illius manus pollutæ ſunt, & oblationem primam, poſtquam mentem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מי שהיה טהור *Si quis mundus ſit*, ſi mundus ſit ad oblationem primam comedendam, & is mentem ſuam averterit ab eſu oblationis primæ, ſed non cuſtodiverit ſe ipſum, nec immunditiem cognoverit. R. Jehuda dicit, is verſatur in opinione puritatis, quia immundi non tangent ipſum cum ii putent quod is mundus ſit ad oblationem primam comedendam. Sapientes dicunt quod is pollutus ſit eo quod mentem averterit ratione oblationis primæ, quia manus ſunt operativæ, ut opera includantur. Aliquando autem immunditiem tangit, ipſo inſciente, atque hæc eſt una ex octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt, quod nempe manus inficiant,

tem abſtraxerit ne comedat, quia manus operativæ ſunt, proinde interdum tangit, licet animum non adverterit.

ט האשה שנכנסה להוציא פת לעני ויצאת ומצאתו (ס"א) עומד בצד ככרות של תרומה וכן האשה שיצאת ומצאת את חברתה חותה גחלים תחת קדרה של תרומה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרים אמר רבי אליעזר בן פילא (מצא' בן פיאבי) וכי מפני מה רבי עקיבא מטמא וחכמים מטהרים מפני (ס"א) שהנשים גרגרניות הן שהיא חשודה לגלות את הקדרה של חברתה לידע מה היא מבשלת :

R. OB. DE BARTENORA.

גרגרניות Eſt idem quod זוללות *comeſſantes*, & cupidæ ad epulas, nam in Targum Jeruſolymitano vox זוללה vertitur per גרגרנית *guloſa*; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ח הדר עם עם הארץ בחצר ושכח כלים בחצר אפילו חביות מוקפות צמיד פתיל או תנור מוקף צמיד פתיל הרי אלו טמאין רבי יהודה מטהר בתנור בזמן שהוא מוקף צמיד פתיל רבי יוסי אומר אף התנור טמא עד שיעשה לו מחיצה גבוהה עשרה טפחים :

R. OB. DE BARTENORA.

מוקפות צמיד פתיל *Si cincta ſint conjunctorio*, tum immunda ſunt propter illius uxorem menſtruam quæ forſan vas commovit, & omnia polluit. *R. Jehuda mundum pronunciat fornacem*, quia fornax deportari nequit, quia plerumque partim conjunctus eſt, quia ei conjunctorium aliquod faciunt quo terræ affigitur; qui vero ipſum pronunciat immundum, is putat quod de eo qui terræ affixus eſt decreverunt propter eum qui non affixus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב המפקיד כלים אצל עם הארץ טמאים טמא מת וטמאין מדרס אם מכירו שהוא אוכל בתרומה טהורין מטמא מת אבל טמאין מדרס רבי יוסי אומר אם מסר לו תיבה מלאה בגדים בזמן שהיא רוצצת טמאין מדרס אם אינה רוצצת טמאים מדף אף על פי שהמפתח ביד הבעלים :

R. OB. DE BARTENORA.

המפקיד כליו אצל עם הארץ *Si quis vaſa ſua depoſuerit apud plebejum*, tum ea ſunt immunda per eum qui mortuo pollutus eſt, & ter ſeptieſque conſpergenda ſunt. אם מכירו *ſi cognoſcat ipſum*, ſi plebejus cognoſcat depoſitorem eſſe ſacerdotem qui de oblatione prima comedit, tum is cavet ne depoſitum polluatur mortuo, proinde aſperſio non requiritur. אבל טמאין מדרס *ſed immunda ſunt calcatione*, propter uxorem illius menſtruam, ne ea forſan inſideat inſtrumentis, quia maritus ipſius hæc non curat, cum ſit plebejus. בזמן שהיא רוצצת *quando ea colliſa eſt*, veſtes enim ab operimento impelluntur, quia arca admodum plena eſt veſtibus. טמאין מדרס *immundæ ſunt calcatione*, veſtes nempe, nam quando uxor inſidet arcæ, vel eis inſidet, tum illa veſtes premit. *Sin ea non colliſa ſit, tum leviter pollutæ ſunt*, & hæc leviſſima im-

ciant, licet immunditiem ignoret, ſicuti in fine codicis de Seminifluis dictum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

9. Mulier ſi intraverit ut porrigat panem pauperis, & exierit atque ipſum ad latus panis ſtantem oblationis primæ invenerit. Pariter ſi exierit mulier, & amicam ſuam prunas capientem invenerit, ſub olla oblationis primæ, R. Akiba eam immundam dicit, Sapientes mundam. Dixit R. Eliezer filius Pailæ, quare R. Akiba immundam pronunciat, Sapientes vero mundam? quia mulieres ſunt guloſæ, quia illa ſuſpecta eſt quod ollam amicæ aperiet, ut ſciat quid illa coquat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גרגרניות *Guloſæ*, quæ avide comedunt, a גרגרת *gula* quæ incipit ab uvula, nam illa verba כי הייתי זוללה in Targum Jeruſolymitano exponuntur per ארי הויתי גרגרנית videſis Thren. 1, 11. deciſio eſt ſecundum Sapientes.

Caput 8. Si quis cum plebejo in eodem habitet atrio, & obliviſcatur vaſa in atrio, licet dolia ſint conjunctorio cincta, vel fornax conjunctorio cinctus, tum immunda ſunt. R. Jehuda fornacem mundum pronunciat, ſi is conjunctorio cinctus ſit. R. Joſe dicit, etiam fornax immundus eſt, donec ei parietem decem palmos altum fecerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti חצר atrium vocari quod ante ædes eſt, ad quod pertinere cenſentur omnes illius incolæ, ſi igitur fornax non ſtructus ſit, & terræ infixus, ita ut dimoveri nequeat, ſed conjunctorio cinctus, tum is non polluit exterius, & ſubjicitur juri ædium, cæterum remoto conjunctorio ſi repoſuerit ipſum, R. Jehuda dicit, quod in fornace nihil ſit quod hæc omnia requiret; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, ſed ſecundum R. Joſen.

2. Si quis vaſa depoſuerit apud plebejum, tum ea polluta ſunt per eum qui mortuo pollutus eſt, & calcatione polluta ſunt. Si noverit quod is comedat oblationem primam, tum munda ſunt ab eo qui mortuo pollutus eſt, ſed immunda ſunt calcatione. R. Joſe dicit, ſi ei tradiderit arcam veſtibus plenam, dum illa colliſa eſt, tum immunda ſunt calcatione, ſi vero non colliſa ſit, tum immunda ſunt leviter, licet clavis ſit in poteſtate dominorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio hujuſce libri de vaſorum juribus, ſi ea polluta ſint immunditie mortui, propterea dicit auctor quod vaſa etiam recenſenda ſint inter ea quæ mortuo pollui poſſunt, & cum plebejus ſciat eum qui apud ipſum inſtrumenta depoſuerit, comedere de oblatione prima, cum ſit ſacerdos, proinde cuſtodiet ea ab immunditie mortui, & fide dignus eſt ſi dixerit, non polluta ſunt mortuo, licet plebejus ſit, ſicuti diximus capite decimo codicis de Vaſis. Sed immunditiès quæ calcatione feminiflui contrahitur, is iis remanet, quia aliquando in iis ſedet mulier menſtrua, quam non depellet ab iis maritus, cum is ſit plebejus. Cæterum jam expoſuimus quod רוצצת notet colliſum quid, ſenſus itaque eſt, R. Jehuda dicit, ſi hæc veſtimenta in extremitatibus ſuis colliſa ſint ad arcam, donec operimentum ar-

cæ

immundities cibos & potus polluit, ſicuti tegumentum ſeminiflui, quod non polluit veſtes. *Licet clavis ſit in poteſtate dominorum*, quia ſuſpicio eſt quod eos forſan portaverit.

cæ contritum ſit, tum fieri poteſt ut mulier veſtibus *inſideat* dum menſtrua eſt. Cæterum ſi ea non plena ſit *veſtibus*, ut ſpatium aliquod vacuum inter arcam & veſtes remaneat, tum non inſidebit iis, & immundities Maddaph, id eſt leviſſima duntaxat contrahitur, accipiunt nempe ſupellectilium conditionem quæ ſeminifluus portavit, quæque immunditie levi polluuntur, qua cibi potuſque denuo polluuntur, ſicuti expoſuimus capite primo codicis de Vaſis, ibi enim exponitur quod veſtes quæ ſeminifluus portavit, vocentur מדף Maddaph. Porro dicit auctor, *licet clavis ſit in poteſtate dominorum*, ac ſi dixiſſet, licet munda eſſe poſſint, tamen nobis immunda ſunt. Cæterum in Toſaphta dicitur quod plebeji ſint fide digni de lotione illius qui mortuo pollutus eſt, ſed non de immunditie Maddaph, ſi ii nempe dixerunt, purificavimus id quod immunditie Maddaph pollutus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג המאבד ביום ומצא ביום טהור ביום ומצא בלילה בלילה ומצא ביום ביום ומצא ביום שלאחריו טמא זה הכלל כל שיעבור עליו הלילה או מקצתו טמא השוטה כלים ברשות הרבים טהורין וברשות היחיד טמאין ואם היה משמרן טהורים נפלו והלך להביאן טמאים נפל דליו לתוך בורו של עם הארץ והלך להביא במה יעלנו טמא מפני שהונח ברשות עם הארץ שעה אחת :

3. Si quis die quid perdiderit & die iterum invenerit, mundum eſt, ſi die perdiderit & nocte iterum invenerit, vel contra, vel ſi die perdiderit & invenerit die poſtero, immundum eſt. Hoc univerſale eſt, ſuper quo nox vel illius pars tranſierit, id immundum eſt. Si quis expandit vaſa in loco publico poſita, ſunt munda, ſi in loco privato, immunda ſunt, at ſi cuſtodiantur, tum munda ſunt. Si ceciderint & is iverit ut ea adducat, tum immunda ſunt. Si ſitulæ inciderint in puteum plebeji, & is iverit ut adducat quo eas extrahat, tum immundus eſt, quia poſitus eſt in poteſtate plebeji una hora.

R. OB. DE BARTENORA.

המאבד ביום ומצא ביום טהור *Si quis die perdiderit, & die invenerit, mundus eſt*, quia ſi homo quiſpiam invenerit rem perditam, eamque tetigerit, elevabit eam ac ſi inveniſſet rem amiſſam, ſed ſi nocte perdiderit etiam unica hora, non elevabit quia ſuſpicamur eam forſan aliquem immundum tetigiſſe, & non vidiſſe ipſam; hæc vero Miſna loquitur de re in loco publico inventa, cujus dubium eſt mundum. Et quamvis, res quæ nocte perierit ſit immunda calcatione, & eo qui pollutus eſt mortuo, tamen illius dubium in loco privato immundum eſt, ſive die ſive nocte inventa ſit, polluta eſt, hoc ſenſu exponitur in Toſaphta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicit ſe rem perdidiſſe & eam denuo *inveniſſe*, id intelligas de loco publico, *propterea ſi nox tranſierit ſuper rem inventam*, tum ea *calcatione polluta eſt*, *quia* homines eam calcabunt, non videntes ipſam. Cæterum in Toſaphta jam expoſitum eſt, *quod ſi perdiderit* quis rem ſuam, eamque denuo inveneri in loco privato, illius dubium ſit immundum, ſicuti expoſitum eſt ſuperius, & hæc vaſa calcatione immunda ſunt, & polluta mortuo, & quod vaſa quæ ceciderunt in loco publico, munda ſint, id clarum eſt, eo quod dubium eſt, ne tu dubites, dum hic dicit, mundum eſt, licet in puteo ſit, nam ex quo illud venerit in poteſtatem plebeji, tum immundum eſt mortuo, proinde tertia & ſeptima aſperſione opus eſt, & tum res rite purificata eſt.

ד המניח את ביתו פתוח ומצאו פתוח נעול ומצאו נעול פתוח ומצאו נעול טהור נעול ומצאו פתוח רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרין שהיו גנבים ונמלכו והלכו להן :

4. Si quis domum reliquerit apertam eandemque apertam *invenerit*, vel occluſam & occluſam invenerit, vel apertam & invenerit occluſam, munda eſt; *ſi vero occluſam & invenerit apertam*, R. Meir immundam dicit, Sapientes mundam, *quia fuerunt* fures quos pœnituit, & abiverunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהיו גנבים *Quia fures erant*, quia domum reliquerat occluſam, & poſtea invenerat apertam, proinde exiſtimandum eſt illic certo fures fuiſſe, qui eam aperuerint, quod autem eam non dicimus pollutam, ejus ratio eſt quod eos forſan pœnituit & proinde abiverunt, & non tetigerunt quicquam in domo; deciſio non eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Hæc omnia ſatis clara ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה אשת עם הארץ שנכנסה לתוך ביתו של חבר להוציא בנו או בתו או בהמתו הבית טהור מפני שנכנסה שלא ברשות :

5. Si uxor plebeji intraverit domum viri probi, ut filium, filiam, vel beſtiam ejus educat, tum domus munda eſt, quia abſque venia intravit.

R. OB. DE BARTENORA.

שנכנסה שלא ברשות *Si ea intraverit abſque venia*, & quia illa metuit ne apprehendatur ut fur, & egredi feſtinet, licet ea propter neceſſitatem filii, filiæ, vel beſtiæ patrisfamilias intraverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si uxor abſque venia intraverit ut educat pauperem aliquem, & exierit, tum non utetur nec tanget id *quod* domi eſt, quia timor patrisfamilias impedit ne manus in aliquam rem immittant.

ו כלל אמרו בטהרות כל המיוחד לאוכל אדם טמא

6. In genere dixerunt de mundis, quicquid cibo hu-

טמא עד שיפסל מאוכל הכלב וכל שאינו מיוחד
לאוכל אדם טהור עד שייחדנו לאדם כיצד גוזל
שנפל לגת וחשב עליו להעלותו לעכו"ם טמא לכלב
טהור רבי יוחנן בן נורי מטמא חשב עליו חרש
שוטה וקטן טהור אם העלהו טמא שיש להן מעשה
ואין להן מחשבה :

humano deſtinatum eſt, id immundum eſt, donec non amplius valeat pro cibo canis, quicquid autem cibo humano non deſtinatum, id mundum eſt, donec id homini dedicatum ſit, quomodo? columba ſi in torcular inciderit, & quis de ipſa pro gentili educenda cogitaverit, immunda eſt; ſi pro cane, munda eſt. R. Jochanan filius Nuri dicit, immunda eſt. Si cogitaverit de ipſa ſurdus, ſtultus, & parvulus, munda eſt, ſi extraxerint ipſam immunda eſt, quia ii quidem operati ſunt, ſed non cogitarunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המיוחד למאכל אדם *Quicquid deſtinatum eſt cibo humano*, ut cibus in genere. *Id immundum eſt*, nempe immunditie ciborum, donec in cibum canis corruptus ſit iſte cibus. *Donec homini deſtinatum ſit*, quia differentia eſt inter eductionem immunditiei & adductionem immunditiei. *Columba ſi in torcular inciderit*, ſi ea non inciderit in torcular, tum non diſſentit R. Jochanan filius Nuri a doctoribus aliis, quia ad cadaver avis mundæ in urbibus muro cinctis non requiritur attentio, hic vero ubi columba incidit in torcular, corruptum eſt, ita ut non aptum ſit, proinde attentio requiritur. Cæterum R. Jochanan filius Nuri dicit, quod torcular non depravatum ſit, & ſe rem habere ſicuti cum reliquis avibus mundis, quia non requiritur attentio in urbibus munitis; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri, ſi ſurdus, ſtultus, & parvulus de columba cogitaverint ut ea comedatur a gentili.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טומאת אוכלין *Immundities ciborum*, intellige cibum hominis duntaxat, quod autem non eſt notum pro cibo, id absque cogitatione comedi nequit, ſed adducit ipſum in cibum hominis, hæc autem res quæ nota eſt in cibum hominis, ſi ea perierit ut non amplius valeat in cibum canis, tum non polluit, dixit autem Lex Levit. 11, 34. *ex omni cibo quem comederit*, ubi per cibum intelligitur is qui in cibum valet, & excipitur cibus fœtidus qui non comeditur. Porro tibi quoque exponetur in fine codicis de Petiolis, quod cadaver avis mundæ non requirat cogitationem, ſed hic requiritur cogitatio; & ſi hæc columba in vinum inciderit & obierit, atque in morte ſua inquinamentis ſe involutaverit, tum iſtud vinum corrumpitur, ſi torcular ſit in civitate, idcirco cogitatio ſive attentio requiritur, & immundities cibi hac in parte committitur. Atque hoc eſt quod in Gemara dicitur, menſtruum ſemper obtinet in urbe munita, & torcular illius depravatum eſt, licet fiat in pago, propterea ſi alicui in mentem venerit dum is adhuc eſt in puteo torcularis, ut de columba in eſum proponat gentili, tum polluit immunditie cibi; & ſi cogitaverit de columba cani projicienda, tum non polluit immunditie cibi, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *mundum eſt*; vides ergo quod cum columba ſit cibus humanus, & depravatus, is tamen aptus fieri poſſit in cibum canis duntaxat, & immunditiem recipere poſtea ſi de ipſo cogitaverit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, redit in cibum hominis; attamen immunditiem recipere poteſt ut a cane comedatur. R. Jochanan filius Nuri dicit, cibum pollutum eſſe immunditie cibi abſque intentione, cum torcular ſit in civitate, ſicuti expoſuimus; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan.

ז אחורי כלים שנטמאו במשקים רבי אליעזר אומר
מטמאין את המשקין ואין פוסלין את האוכלין רבי
יהושע אומר מטמאין את המשקין ופוסלין את
האוכלין שמעון אחי עזריה אומר לא כך ולא כך
אלא משקין שנטמאו באחורי הכלים מטמאין אחד
ופוסלין אחד הרי זה אומר מטמאיך לא טימאוני
ואתה טימאתני :

7. Superficies vaſorum potibus polluta ſecundum R. Eliezer polluit potus, ſed non reprobat cibos. R. Jehoſua dicit, polluit potus, & reprobat cibos. Simeon frater Azariæ dicit, neque hoc neque illo modo, ſed potus ſuperficie vaſorum polluti polluunt unum, & reprobant unum, en hic dicit, quæ te polluunt, ea me non polluunt, tu vero me pollueres?

R. OB. DE BARTENORA. אחורי כלים שנטמאו במשקים *Superficies vaſorum quæ potibus polluta eſt*, auctor hic loquitur potiſſimum de ſuperficiebus vaſorum propter levitatem immunditiei, etenim vaſis ſuperficies quæ liquore immundo polluta eſt, polluit interiora ipſius, anſas & marginem, manus autem mundæ ſunt, quia immundities potuum polluit vaſa ex decreto Sapientum, proinde allevarunt; ſi vero interiora vaſis polluta ſint potibus immundis, tum vas undiquaque pollutum eſt. *Polluunt potus*, licet profana ſint. *Sed non reprobant cibos*, licet ad oblationem primam pertineant. *R. Jehoſua dicit, polluunt potus, & reprobant cibos*, nam is docet quod ſuperficies vaſorum reprobent cibos oblationis primæ, ex eo quod dicitur de eo qui die lotus eſt; & ſicuti is qui die lotus eſt non polluit potus, quia Sapientes ejuſmodi quid de ipſo non decreverunt, nihilominus tamen reprobat cibos oblationis primæ, ſicuti Lex dicit, *ſole occidente mundus eſto, & poſtea comedet de ſacris*, ergo non prius de oblatione prima comedere poteſt quam ſol occiderit, quia Lex de oblatione prima loquitur, & cum ſuperficies vaſorum polluant potus, etiam fas eſt ut reprobent oblationem primam, ſed R. Eliezer non curat argumentum a minori ad majus, ſuperficies vaſorum quia pollutæ ſunt ex decreto Sapientum. Sed de eo qui die lotus eſt ſecundum Sapientes & ſecundum Legem non judicant per argumentum a minori ad majus. *Simeon frater Azariæ*, etenim is cibum præbuerat fratri ipſius Simeoni, dum is Legi ſtudebat, propterea is vocatur frater Azariæ. *Neque hoc neque illo modo*, non polluunt potus profanos, nec reprobant cibos oblationis primæ, ſed polluunt oblationis primæ potus, & iſti potus oblationis primæ polluunt unum in cibis oblationis primæ, qui ſecundum immunditiei gradum acquiſiverunt, & iſti cibi denuo alios cibos oblationis primæ polluunt, & hoc eſt quod cibi oblationis primæ dicunt potibus oblationis primæ, quæ te polluunt, ea me non polluunt, tu vero me pollueres? ac ſi dixiſſet, ſuperficies vaſorum quæ te polluunt, me non polluunt, quia cibi oblationis primæ non reprobant, tu vero me pollueres; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

ח עריבה שהיא קטפרס והבצק מלמעלן ומשקה
טופח מלמטן שלש התיכות בכביצה אינן מצטרפות
ושתים מצטרפות רבי יוסי אומר אף שתים אינן
מצטרפות

8. In mactra declivi in qua ſuperius eſt maſſa, potus vero humectans inferius, tria ſegmenta in copia ovi non conflantur, ſed duo conflantur. R. Joſe

מצטרפות אלא אם כן היו רוצצות משקה ואם היה משקה עומד אפילו כעין ההרדל מצטרף רבי דוסא אומר אוכל פרוד אינו מצטרף :

ſe dicit, neque duo conflantur, niſi collidant potum; ſi vero conſiſtat potus vel in forma ſinapi, tum conflatur. R. Doſa dicit, cibus ſeparatus non conflatur.

R. OB. DE BARTENORA.

שהוא קפטרס *Quæ declivis eſt*, cujus unum latus habet formam loci declivis. *Potus humectans inferius*, ad latus declive, ubi eſt maſſa tenuis, craſſa vero ſuperius, ſed non potus humectans. *Tria ſegmenta*, inter tria in copia ovi, unum humectans, & duo non humectantia ſibi invicem impoſita, humectans vero inferius, hinc medium ſegmentum tanget ſegmentum humectans, & ſuperius tanget medium, ſed non conflantur in copia ovi ad potum humectantem polluendum inferius, ut potus denuo polluat mactram, quia tactus non conjungit maſſam, niſi ſe invicem contingant, ſicuti expoſitum eſt capite primo.

שתים מצטרפות *Duo conflantur*, ſi ſint duo ſegmenta maſſæ & inferius habeat potum humectantem, ſuperius vero ſegmentum tangat inferius, atque inter ambo ſit copia ovi quæ conjungit illa ad potus polluendos, qui denuo mactram polluunt. *Licet duo ſint, tamen non polluunt*, niſi potus collidat, tum potus nunquam conjungit, niſi donec potus impellat & conſiſtat inter duo ſegmenta; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ואם היה משקה עומד *Si vero potus conſiſtat*, id eſt, ſi non ſit mactra declivis, ſed potus æqualiter conſiſtat e liquore inter ambo ſegmenta, licet omnis copia ovi in maſſa ſeparata ſit comminuta in copia grani ſinapi, tamen potus conſiſtens conflat ſegmenta in copia ovi, quæ polluunt potum, & potus denuo polluit mactram. אוכל פרוד *cibus diviſus*, cibus qui in multas tenues portiones ſeparatus eſt, non conflat, quia potus non conjungit; deciſio non eſt ſecundum R. Doſam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt in aliquot locis, quod potus polluant vaſa, & hæc vaſa accipiunt ſecundum immunditiei gradum, & hoc ita ſe habet ex decreto Sapientum. Præterea capite decimo quinto codicis de Vaſis dictum eſt quod ſi potus immundi tetigerint ſuperficies vaſorum, exterius polluta ſint vaſa, ſed non interius pro oblatione prima. Porro in principio libri expoſuimus quod potus immundi ſint principium immunditiei, licet ſecundo gradu polluti ſint. Sin autem exteriora vaſis polluta ſint potibus immundis, tum exteriora vaſis accipiunt ſecundum gradum; & ſi cibi mundi tetigerint hujuſce vaſis exteriora, tum illa non ſunt reproba facta, & concluſio eſt quod reprobant & tertium gradum accipiunt. Sed R. Eliezer hac in parte allevat, cum immunditics levis ſit ex decreto Sapientum, proinde quærunt, quare auctor variet de ſuperficie vaſis, quia illius immunditics eſt levis, hic vero dicat, quod ea polluat potus licet profani ſint, ſed ea non polluat cibos, licet cibi oblationis primæ ſint. R. Jehoſua dicit, quod hujuſce vaſis ſuperficies etiam reprobet cibos, ſicuti omnis gradus ſecundus, & multo magis is qui die lotus eſt, qui reprobat oblationem primam, ſed non polluit potus, ſicuti capite octavo codicis de Vacca Rufa expoſitum eſt, & tanto magis id quod potus polluit, & reprobat, non eſt concluſio a minori ad majus inter lotionem diei decimi ſexti ſecundum Legem, & inter ſuperficiem vaſis ex decreto Sapientum, quia is dicit, quod verba ſcribarum non judicanda ſint e verbis Legis. Venit autem Simeon Azariæ frater, dixitque quod ſententia R. Jehoſuæ, qui dixit quod vaſis ſuperficies reprobet oblationem primam, non vera ſit ullo modo. Sic etiam ſententia R. Eliezeris, quia ſtatuit quod non polluant, non vera eſt ullo modo; attamen hoc modo ea vera eſt, nempe ſi ſuperficies vaſorum tetigerit potus, hi potus accipiunt principium immunditiei, & alium deinde potum polluunt, qui ſecundus fit immunditiei gradus, atque hicce ſecundus reprobat iterum gradum tertium in cibo oblationis primæ, & ſic immunditics a ſuperficiebus vaſorum tranſit ad cibos in medio potuum. Sin autem cibi ipſi tetigerint ſuperficiem vaſis, tum non reprobant, proinde cibi dicunt potibus, ſi polluti ſint a ſuperficie vaſis, quæ te polluunt, ea non polluunt me, tu vero me pollueres. Cæterum Simeon frater Azariæ eſt auctor hujuſce expoſitionis abſque controverſia cum R. Eliezere, etenim is vult exponere quare opinio illius intelligi debeat, quia explicatio illius hac in parte inclinare videtur in ſententiam R. Eliezeris, qui putat quod potus ſuperficie vaſis polluti non polluant cibos, licet ii per ſe ſint potus immundi. Huic ſententiæ ſe opponit Simeon, quando dicit, *neque hoc neque illo modo ſe res habet*, videlicet non ſecundum R. Eliezer qui negat potus reprobare, ſi polluti ſint ſuperficie vaſis, ſed ego inveni in Toſaphta quod potus ſuperficie vaſis polluti polluant vaſa, & hæc vaſa denuo polluant cibos, cæterum Gemara controverſiam decidit ſecundum R. Eliezer; nec verba fratris Azariæ aliter explicari poſſunt, quam ego memini.

ט מקל שהיא מלאה משקין טמאין כיון שהשיקה למקוה טהורה דברי רבי יהושע והחכמים אומרים עד שיטביל את כולה הנצוק והקטפרס ומשקה טופח אינן חבור לא לטומאה ולא לטהרה והאשבורן חבור לטומאה ולטהרה :

9\. Baculus ſi plenus ſit potibus immundis, mundus eſt quia is tetigit lavacrum, ita R. Jehoſua. Sapientes vero dicunt, donec eum totum immerſerit. Effuſio, declivitas, & potus humectans non conjungunt ratione immunditiei & munditiei, fiſſura autem conjungit ratione immunditiei & munditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

כיון שהשיקה למקוה *Quia tetigit lavacrum*, quia unam extremitatem baculi conjunxit cum lavacro, licet non totum baculum immerſerit, tamen mundi ſunt omnes potus immundi qui ſunt in altera extremitate, quia declivitas conjunctio eſt. *Donec totum immerſerit*, quia Sapientes putant declivitatem non eſſe conjunctionem. נצוק eſt defluxio canalis deorſum deſcendens in linea recta inſtar columnæ. קטפרס notat aquas deorſum fluentes in forma declivitatis cumuli alti. משקה טופח *potus humectans*, in quo non eſt humor ea conditione ut is humectet, in quo non tanta humoris copia eſt, ut ſi in eo manum ſuam humectaverit, aſcendat potus, qui aliam rem quoque poſſit humectare.

אינו חבור לא לטומאה *Non eſt conjunctio pro immunditie*, ſi potus ſint ſeparati, & quis immundus tetigerit inferiorem, tum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Tentoriis, quod קטפרס ſit declivitas quædam verſus terræ ſuperficiem, cujus una extremitas aſcendit, altera vero deſcendit, & ſi mactra hoc modo conſtructa ſit, & ei impoſiti ſint potus humidi, atque tria ſegmenta maſſæ, tum immunda eſt mactra; & ſi tria iſta ſegmenta habeant copiam, tum ea non conflantur in extremitatibus ſuis, quia polluunt liquorem qui ſub ipſis eſt, & mactra etiam polluitur. Si vero duo ſegmenta conjungantur, & e regione ſe invicem collidant, quantuluſcunque potus inter duo ſegmenta extiterit, tum fit conjunctio. Senſus vero illius quod auctor dicit משקה עומד *potus conſiſtens*, eſt quod humor profundum petat, ita ut non ſit declivitas. Dixit R. Doſa, cibus non contunditur, licet omnia ſint collecta, & quod in extremitatibus ſuis conjunctum eſt,

tum ſuperior mundus eſt. Pariter ſenſu potus humectantis ſe res habet in loco diſtincto, ſi potus ſint ab utraque parte, & in medio potus humectans, tum potus ab utraque parte ſunt mundi, licet medio potui contigui ſint.

ולא לטהרה *Neque pro munditie*, ſicuti fit ratione foſſæ, in qua non ſunt quadraginta Sata aquæ, & effluxio canalis vel potus humectans ſit contiguus foſſæ & lavacro legitimo, tum non fit conjunctio, & qui in hac foſſa laverit ſe, ei lotio non imputatur. אשבורן eſt locus depreſſus in quo aquæ congregantur. *Conjunctio pro immunditie, & pro munditie*, proinde ſi extremitates pollutæ ſint, tum omnia polluta ſunt, pariter ſi aliqua extremitas ſit lavacro juncta, & ea munda ſit, tum omnia ſunt munda.

eſt, id non conflatur in copia ovi; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Doſam. Jam noſti quod קטפרס ſit declivitas in terra, e qua res fluidæ effluunt, ſi in ipſam infuſæ ſint. אשבורן notat collectionem aquarum fœtidarum; ego vero tibi hac in parte aliquod fundamentum ſuppeditabo, videlicet quod aquæ tantum præter reliquos liquores, mundæ ſint pro lavacro, & purificent, ſicuti meminimus de copia ovi, ſicuti dicunt, liquores cum aquis in vaſe lapideo purificant ea; ſed hoc quoque exponetur capite ſexto codicis Machſhirin. Porro dicit auctor, ſi quis adduxerit baculum in lavacrum, quo conjungat aquas lavacri cum hiſce liquoribus immundis, tum omnes purificantur, liquores nempe in baculo exiſtentes; dicit auctor de baculo, שהשיקה *quia ei bibendum dedit*, quia lecti extremitas adhæret aquis lavacri duntaxat, ita ut non neceſſe ſit in lavacrum ire. Sapientes dicunt, donec ad lavacrum pertigerint omnes liquores, tum purificantur; poſtea auctor hoc ſenſu loquitur de נצוק quod eſt quaſi columna e vaſe ſuperiori effluens in id quod in terram effluit, quia hæc columna non unum habet corpus cum vaſis, ita ut ſi una pars polluta ſit, totum vas ſit pollutum, ut, ſi quis aquas effuderit e loco alto in terram, & aliquid ſtillaverit de aquis quæ ſunt in hujuſce columnæ concavo, tum hæ aquæ ſunt mundæ, videlicet eæ quæ ſtillarunt. Pariter nec hic eſt conjunctio pro munditie, ut, ſi quis e loco alto effuderit potus immundos in lavacrum, tum non dicimus quod tota columna ſit munda, quia extremitatis illius in lavacro eſt, ſicuti non dicimus de baculo. Sic etiam potus qui ſunt in columna קטפרס omnes ſunt aquæ quieſcentes in loco depreſſiori, hinc ſuperficies in quo effuſus eſt liquor humectans ſeorſim manebit, ſicuti ſuperius dictum eſt, *liquor humectans inferius*, etenim quia declivitas lævis eſt, proinde in ipſa duntaxat quieſcere poteſt hæc menſura liquoris. Proinde nos non ſtatuimus omnem liquorem humectantem ſuper columna conjunctum eſſe, & ex quo pars illius polluta eſt, etiam totum liquorem eſſe pollutum, qui eſt ſuper hac ſuperficie, vel ſi illius pars pertigerit ad locum in quo omnes liquores purificati ſunt. Verum ſi locus fœtidus ſit, & in ipſo potus mundi ſint, vel reliqui ex quo pars aliqua conjuncta eſt, tum omnes polluti ſunt; ſic etiam ſe res habet ſi aliqua pars pertigerit ad locum mundum, quia aquæ non purificatæ ſunt, quando mixtæ ſunt cum aquis lavacri, ſed quando cohærent cum aquis lavacri in ſuperficie harum aquarum. Proinde ſi hæ aquæ immundæ ſint in foſſa collectæ, & pars aliqua earum tetigerit aquas lavacri, tum omnes ſunt aquæ lavacri in ſuperficie harum aquarum, quæ in vaſa ſunt, quia אשבורן eſt vas aliquod abſque dubio, & hæc clara ſunt iis qui credunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ט זיתים מאימתי מקבלין טומאה משיזיעו זיעת המעטן אבל לא זיעת הקופה כדברי בית שמאי רבי שמעון אומר שיעור זיעה שלשה ימים בית הלל אומרים משיתחברו שלשה זה לזה רבן גמליאל אומר משתגמר מלאכתן וחכמים אומרים כדבריו:

Caput 9. Quando olivæ recipiunt immunditiem? ex quo ſudorem vaſis olearii ſudaverint, ſed non ſudorem cupæ, ita Schola Schammai. R. Simeon dicit, menſura ſudoris trium eſt dierum; Schola Hillelis dicit, quando invicem conjunctæ ſunt tres. Rabban Gamaliel dicit, quando opus earum perfectum eſt. Sapientes dicunt ſecundum illius ſententiam.

R. OB: DE BARTENORA.

זיתים מאימתי מקבלין טומאה *Olivæ quando recipiunt immunditiem*, ut ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſint per oleum quod prodit ex iis. מעטן eſt vas cui olivas imponunt, ut in ipſo molleſcant & oleum ex iis exprimi queat, eſtque idem quod עטין *mulctrale*, videſis Jobi 21, 24.

אבל לא זיעת הקופה *Sed non ſudor cupæ*, quia cupa non comprehendit potus, liquor autem ex olivis prodiens perit, & hoc non placet proprietario, neque ſemina diſponit ad immunditiem recipiendam, ſed diſponunt potus qui ipſi placent, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 38. וכי יותן מים על הזרע ubi nos legimus יתן licet ſcriptum ſit יותן, ſicuti ergo יתן fit cum beneplacito proprietarii, etiam יותן cum ipſius beneplacito. *Menſura ſudoris trium eſt dierum*, quia liquor intra triduum ex olivis prodiens, non cenſetur oleum eſſe, ſed humor duntaxat, & non diſponit pro immunditie, quia ſeptem liquores tantum ad immunditiem diſponunt, qui ſunt, vinum, aqua, oleum, mel, lac, ros, ſanguis.

משיתחברו שלשה זה לזה *Ex quo tres conjunctæ ſunt inter ſe*, olivæ enim inter ſe conjungi ſolent quando in vaſe oleario manſerunt. *Ex quo abſolutum eſt opus earum*, quando introducuntur, quando enim intendunt adducere olivas ex uno loco ut hiſce addant, tum ſudor eas non diſponit ad immunditiem, quia non ei gratum eſt, ſed ex quo opus earum abſolutum eſt, licet olivæ unius ſint diei, tamen diſponit ad immunditiem; deciſio eſt ſecundum Rabban Gamalielem, cui Sapientes aſſentiuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent in terra effodere aliquam foveam in quam olivas colligant, ut illic mundæ fiant donec exprimantur, atque iſte locus מעטן vocatur. Dicit autem Schola Schammai, quod ſi ſudaverint, & una extremitas adhæſerit alteri, tum ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt olivæ. Cæterum ſi inter ſudandum in cupa comprehenſæ ſint, dum feruntur, hæc non eſt diſpoſitio. Dixit autem Schola Hillelis, quando olivæ deſudant in fovea, tum non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, niſi colliſæ ſint donec una earum extremitas adhæreat, & tres olivæ ſibi invicem adhæreant. Sapientes dicunt, quando quaſi in theſaurum collectæ ſunt, tum non recipiunt immunditiem, licet hoc ſenſu commixtæ ſint, ſed tum earum opus ceſſat, & olivæ paratæ ſunt ut exprimi poſſint, & tum diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam humoribus ſuis; etenim notum eſt quod oleum olivarum comprehendatur ſub ſeptem liquoribus, qui ad immunditiem diſponunt, vel polluunt, proinde olivæ ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב גמר מלמסוק אבל עתיד ליקח גמר מליקח אבל עתיד ללוות (ס"א למסוק) ארעו אבל או משתה או אונס אפילו זבים וזבות מהלכים עליהן טהורין נפלו

2. Si deſtrictionem abſolverit, ſed adhuc emere debeat, vel ſi emtionem perfecerit, ſed adhuc commodo petere velit. Si ei contigerit luctus, vel convivium, vel neceſſitas, licet ſeminiflui vel ſeminifluæ eant ſuper eas, tamen mundæ ſunt. Si inciderint in

נפלו עליהן משקין טמאין אין טמא אלא מקום מגען והמוחל היוצא מהן טהור :

in eas liquores immundi, tum locus contactus tantum immundus eſt, ſed liquor turbidus ex iis prodiens eſt mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

נמר מלמסק *Si abſolverit deſtrictionem*, ne colligat amplius. אבל עתיד ליקח *ſed adhuc emturus ſit*, quum olivas emere debet in loco publico, & eas addere reliquis. *Si emtionem abſolverit*, & non amplius emere voluerit olivas, ſed alias olivas iis duntaxat addere. אירעו אבל או משתה *ſi ei luctus vel ſympoſium contigerit*, & propterea non addidit iis, ſed intentio illius fuit addere poſtquam luctus vel convivium tranſierit, & mundæ ſunt, quia ad immunditiem recipiendam non diſpoſitæ ſunt ſecundum doctorem primum, qui dixit, ex quo perfectum eſt opus earum.

אין טמא אלא מקום מגען *Locus contactus duntaxat immundus eſt*, locus in quem incidit liquor, duntaxat diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam; alia expoſitio, ſi potus immundi inciderint in olivas quarum opus nondum perfectum eſt, tum eæ tantum olivæ pollutæ ſunt quas immundi liquores tetigerunt.

המוחל היוצא מהן *Liquor turbidus ex iis prodiens*, intellige liquores ex olivis prodeuntes antequam opera earum perfecta ſunt, qui non obnoxii ſunt juri potuum, nec diſponunt cibos ad immunditiem recipiendam, neque ipſi accipiunt immunditiem, propterea liquorem מוחל ex olivis prodeuntem pronunciarunt mundum donec olivarum opus nondum perfectum ſit, quia poſſeſſor eum nequit conſervare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod deſtrictio vocetur קבוץ הזיתים *recollectio olivarum*, & collectio earum ab arbore vocatur נקף *decuſſio*, etenim poſt quam omnes olivæ decuſſæ ſunt, tum colliguntur in מעטן *oleario vaſe*, ſed intentio illius eſt ut conquirat & adjungat iis, vel ut perficiat collectionem earum quas ſecum habet, & quas emturus eſt. Verum ſi conjungere velit olivas alias, tum id fit ad opus earum perficiendum, ſed hic nulla eſt diſpoſitio ad immunditiem, niſi donec iis nullas alias addere voluerit, & quando ei caſus aliquis obvenire poteſt ne addat, ſicuti dicit auctor, *luctus aut ſympoſium*, licet putreſcant & confuſæ ſint, tamen non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem, cum ſit in illius poteſtate ut iis addere poſſit alias, hinc opus earum nondum perfectum eſt; proinde ſi ſeminiflui & ſeminifluæ ad eas ſe contulerint, tum mundæ ſunt, quia ad immunditiem recipiendam non diſpoſitæ ſunt, ſi vero hocce tempore potus immundi inciderint in olivas, qui diſponunt abſque diſpoſitione ad immunditiem, tum iſtæ olivæ tantum polluuntur quæ ab hiſce liquoribus tactæ ſunt. Porro aliud jus auctor nos docet, dicitque liquorem מוחל ex olivis prodeuntem, eſſe mundum, מוחל autem notat aquas nigras ex olivis defluentes; præterea dicit quod ſi ex olivis quarum opus nondum perfectum eſt, effluxerit liquor, iſte liquor non contineatur ſub ſeptem liquoribus, & proinde mundus ſit, & non polluat per ſe, neque diſponit ad immunditiem recipiendam, ſicuti expoſuimus in principio. Cæterum in Toſaphta dicit R. Meir, מוחל eſt liquor, propterea eum immundum dixerunt, quia olivarum opus nondum perfectum eſt; & poſſeſſor eum non vult conſervare.

ג נגמרה מלאכתן הרי אלו מוכשרין נפלו עליהן משקין טמאין המוחל היוצא מהן רבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאין אמר רבי שמעון לא נחלקו על המוחל היוצא מן הזיתים שהוא טהור ועל מה נחלקו על היוצא מן הבור. שרבי אליעזר מטהר וחכמים מטמאין :

3. Opere earum abſoluto diſpoſitæ ſunt; ſi potus immundi in eas inciderint, tum primus liquor ex iis prodiens, ſecundum R. Eliezer mundus eſt, at ſecundum Sapientes immundus. Dixit R. Simeon; non diſſentiunt de liquore primo ex olivis prodeunte, quod is ſit mundus; de qua re ergo diſſentiunt? de eo quod prodit ex puteo, quod ſecundum R. Eliezer mundum eſt, ſed immundum ſecundum Sapientes.

R. OB. DE BARTENORA.

נפלו עליהן משקים טמאין *Si inciderint in eas potus immundi*, poſtquam opus earum abſolutum eſt, & eæ diſpoſitæ ſint ad immunditiem recipiendam, tum omnes olivæ ſunt impuræ, etiam eæ in quas non inciderint potus immundi, potus enim qui exit poſt operis perfectionem, cujus ope diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, mixtus eſt cum hiſce potibus immundis, & immunditiem ab iis recipit, polluitque deinceps omnes reliquas olivas.

כמוחל היוצא מהן *Ut liquor primus qui prodit ex iis*, ex olivis quarum opus abſolutum eſt. *R. Eliezer mundum dicit*, is enim ſtatuit liquorem primum non diſponere ſemina ad immunditiem, nec eum recipere immunditiem ut reliqui potus recipiunt. *Sapientes eum immundum dicunt*, quia מוחל pro liquore haberi debet, tam ad diſponendum quam ad polluendum quando is prodit ex olivis poſt abſolutionem operis eorum. מוחל notat liquorem e puteo prodeuntem poſt expreſſionem olei, qui in fundo putei torcularis remanet inſtar aquæ, ſicuti dixit R. Simeon cui ſe opponunt R. Eliezer & doctores reliqui, nam R. Eliezer putat מוחל eſſe liquorem, Sapientes putant quod cum מוחל exiſtere nequeat in fundo putei abſque puro oleo, proinde ſit liquor ſicuti oleum; deciſio eſt ſecundum Sapientes, & doctorem primum, ſed non ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor quod ſi in olivas ad immunditiem recipiendam diſpoſitas inciderint potus immundi, tum omnes olivæ ſint immundæ, etiam eæ quæ non tetigerunt potus, ratio eſt quod humor qui in omnibus eſt, eas diſpoſitas ad immunditiem reddiderit, quia conjunctæ erant hiſce liquoribus immundis qui inciderant, etenim liquor iſte qui olivas ad immunditiem diſpoſuerat, etiam pollutus erat potibus qui inciderant, & propterea omnes olivas polluit. Deinceps auctor ſe confert ad aliud jus, dicitque quod aquæ nigræ ex olivis effluentes poſt operis earum abſolutionem ſecundum R. Eliezer non habendi ſint pro potibus, & nihil polluere, nec diſponere ad immunditiem. Sapientes dicunt iſtas aquas eſſe olei generationes, & proinde polluere & ad immunditiem diſponere, ſecundum id quod doctor primus dixit. Sed R. Simeon dicit, quod מוחל ſecundum omnium ſententiam non ſit potus, ſed veluti aquæ fructuum, & cum oleo olivarum dum exprimuntur, commiſcetur aliquod de aquis olivarum; ſin autem oleum olivarum collectum ſit in puteo, idque profundum petierit, & in infima parte putei ſub oleo olivarum inventæ fuerint aquæ nigræ, tum hæ aquæ ſecundum Sapientes ſunt potus, & polluunt propter reliquias olei olivarum. Præterea tibi exponenda erit controverſia R. Simeonis & Meiri in fine codicis Machſirim. Sed in Toſaphta dicit R. Simeon, מוחל referri debet ad aquas fructuum, ſed quare מוחל immundum dixerunt qui exit e lapide excavato torcularis? reſp. quia is olei purificandi vices ſubire nequit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, ſed ſecundum Sapientes, ſicuti meminit doctor primus.

ד הגומר את זיתיו ושייר קופה אחת יתננה לעני (נ"א לעני) הכהן דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר יוליך לו את המפתח מיד רבי שמעון אומר מעת לעת :

4. Si quis olivas ſuas perfecerit, unamque reliquerit cupam, det eam ſacerdoti pauperi, ita R. Meir. R. Jehuda dicit, ſtatim ei porrigat clavem. R. Simeon dicit, de tempore in tempus.

R. OB. DE BARTENORA.

הגומר את זיתיו *Si quis perfecerit olivas ſuas*, poſtquam tranſierit tempus torcularium, & præli, nam de hoc tempore traditur in codice de Feſtis Solennibus, quod omnes huic rei operam dantes ſint fide digni ratione oblationis primæ. ושייר קופה אחת *& reliquerit unam cupam*, ut ſeparet oblationem primam & decimas in ſanctitate, detque eam ſacerdote præſente, quia ipſe ſacerdos videbit quod opus olivarum ſit peractum, nam ſi eam non dederit ſacerdote præſente, tum non eſt fide dignus, ſi dixerit ſe olivas in puritate conſervaſſe, quia tempus torcularium jam præteriit. Nonnulla exemplaria legunt לעני הכהן *pauperi ſacerdoti*, etenim quia oblatio prima diminuta eſt, quum poſt tempus torcularium ſeparant, tum eam ſacerdoti pauperi tantum porrigunt, proinde traditur, *ſacerdoti pauperi*, quamvis etiam ſacerdoti diviti tradi poſſit.

יוליך לו את המפתח מיד *Porrigat ei ſtatim clavem*, & tum credimus ei, ſi dixerit jam abſolutum eſſe opus olivarum. *R. Simeon dicit, de tempore in tempus*, ex quo olivarum collectio facta eſt, ſi ei porrexerit clavem, tum ei credunt, deciſio eſt ſecundum R. Jehudam. Sed in Toſaphta dicitur quod illud *ſtatim* de quo R. Jehuda loquitur, intelligi debeat de toto die.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna jam expoſita eſt in codice de Feſtis Solennibus, fundamentum namque eſt nobis quod ratione puritatis vini & olei oblationis primæ homines non ſint fide digni niſi in tempore iſto quo ea in torculari exprimuntur, imo licet plebejus ſit, fide dignus eſt, ſi dixerit, hocce oleum, vel hicce fructus eſt oblatio prima immunda, quia omnes homines fide digni ſunt dum expreſſio fit in torculari, quia cauti ſunt ut in puritate vindemient, abſoluto autem opere torcularium, ſi pauci duntaxat manſerint qui calcent, & exigua etiam uvarum & olei copia remanſerit, & mixtura inciderit in miniſteria adhuc peragenda, tum puritatem minus cordi habent ii qui operantur, proinde plebejus tunc temporis non eſt fide dignus ratione puritatis vini & olei oblationis primæ, idcirco ſi eam ad ſacerdotem attulerit, non accipiet eam, quia aliquando oblatio prima eſt, proinde tempore vindemiæ præterito, ſi reſidua quædam remanſerint, tum non licet ea exprimere, atque ex iis oblationem primam educere, quia plebejus tum non eſt fide dignus ratione puritatis, nec eductionis, ſicuti expoſitum eſt in codice de Feſtis Solennibus, ſed educit oblationem primam dum adhuc ſunt olivæ, & poſtea eam ſacerdoti tradet. Senſus vero illius quod auctor tradit, *ſacerdoti pauperi*, & non ſimpliciter, ſacerdoti, eſt, quia ob paucitatem olei eam plerumque tradunt ſacerdoti pauperi, licet etiam diviti tradi poſſit. Dicit R. Jehuda quod ſacerdoti ſtatim clavis tradi debeat, quando nempe vindemia peragitur, ut omnia quæ in torculari ſive in prælo illius ſunt, in puritate maneant, & olivæ exprimantur coram ſacerdote, & oblatio prima in puritate educatur. R. Simeon dicit, ſi reſidua quædam fuerint poſt opus vindemiæ & torcularis de tempore in tempus, & agricola illo tempore ad ſacerdotem attulerit clavem torcularis vel præli ipſius, tum omnia in puritate peragi, cogitandum eſſe; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

ה המניח את זיתיו בכותש (נ"א בני עשן) שימתונו שיהו נוחין לכתוש הרי אלו מוכשרים שימתונו שימלחם בית שמאי אומרים מוכשרים בית הלל אומרים אינן מוכשרים הפוצע זיתים בידים טמאות טמאן :

5. Si quis olivas impoſuerit caniſtro ut molliores fiant & facilius contundi poſſint, tum diſpoſitæ ſint. Si molliores factæ ſint ut ſaliantur, Schola Schamai dicit, diſpoſitæ ſunt, Schola Hillelis dicit, non diſpoſitæ ſunt. Qui olivas manibus immundis contriverit, is polluit eas.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח זיתים בכופש *Si quis caniſtro impoſuerit olivas*, ita nos legimus, intellige caniſtrum aliquod magnum cui olivas imponunt ut nigreſcant. שימתונו, ut molleſcant, dum in iis eſt humor. Nonnulla exemplaria legunt כותש *mortarium*, cui olivas per aliquod tempus imponunt, ut molliores fiant, & facilius contundi queant. *Et tum iſtæ olivæ diſpoſitæ ſunt ad immunditiem*, ut humor qui prodit ex iis, quia opus earum jam perfectum eſt. *Schola Hillelis dicit*, *non diſpoſitæ ſunt*, quia opus earum nondum perfectum eſt. הפוצע זיתים *ſi quis diffiderit olivas*, ſi eas manibus inquinatis contriverit. *Polluit eas*, quia manus inquinatæ oblationem primam reddunt reprobam, qui vero oblationem primam reddit reprobam, is polluit potus ut fiant ſecundus immunditiei gradus,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כותש idem eſt quod מכתש *mortarium* in quo olivas condunt, ſi vero quis illic reliquerit olivas ut molleſcant, & eo facilius calcentur, tum earum opus perfectum eſt. Si vero adduxerit eas ut pro tempore illic maneant ut molleſcant, & deinceps educantur ut ſaliantur, tum earum opus non conſummatum eſt, nec ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt, ſecundum Scholam Hillelis. פצע hic notat olivas diffindere, & ſi manus ſint immundæ, tum polluit eas, ſi olivæ oblationis primæ ſint, quia manus immundæ ſemper habent ſecundum immunditiei gradum, ſicuti docetur capite tertio codicis de Manibus. & olivæ diſpoſitæ ſunt ope contritionis, etenim placet proprietario ut guttæ in olivas ſtillent ut ſapor fiat melior.

ו המניח זיתיו בגג לגרגרם אפילו הן רום אמה אינן (נ"א הרי אלו) מוכשרים נתנן בבית שילקו (ס"א ועתיד להעלותן לגג נתנן בגג שילקו או שיפתחם (ס"א שיפתחם ושימלחם) הרי אלו מוכשרים נתנן בבית עד שישמור את גגו או עד שיוליכם למקום אחר אינן מוכשרים :

6. Si quis depoſuerit olivas ſuas in tecto ut quodlibet granum areſcat, licet altitudinem cubiti habeant, tamen non diſpoſitæ ſunt; ſi poſuerit eas in domo ut molleſcant, & in tectum aſportentur; vel ſi eas poſuerit in tecto ut molleſcant vel aperiantur (alia lectio, ut aperiantur & ſaliantur,) tum diſpoſitæ ſunt. Si poſuerit eas in domo donec cuſtodiverit tectum, vel in alium locum detulerit, tum non diſpoſitæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

לגרגרן *Ad grana ex iis facienda*, nempe ut quodlibet granum exſiccetur ſole, & abſtergatur. *Licet cubitum altæ ſint*, quando ſuperiores exſiccatæ ſunt, tum inferiores ſudant, & humore inquinantur, nihilominus tamen quia intendit eas abſtergere, non diſpoſitæ ſunt. Nonnulli vocem לגרגרן exponunt ad parandum eas in ſole, ut ſale condiantur, & comedantur; quia autem una vice non fiant dulciores omnes, proinde auctor dicit לגרגרן, videlicet ut grana prius matura facta capiat, & ea comedat. Porro hoc ſenſu tradunt, *licet cubiti altitudinem habeant, tamen diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam*, ac ſi dixiſſet, licet altæ ſint cubitum, nunc enim inferiores nondum dulcedinem contraxerunt, ſed diſpoſitæ ſunt potu ex iis proveniente, proprietarius enim vult ut illic deſudent, & meliores ſint ad eſum. שילקו *ut molleſcant*, ut conterantur, & comprimantur. *Ut ſurſum portentur in tectum*, ut poſtea illic dulciores fiant. *Si eas poſuerit in tecto*, ſi olivas aperuerit, & ſiderit ut ſaliantur. *Tum diſpoſitæ ſunt*, quia hæc omnia proprietarius deſiderat, nempe ut ſudor ex olivis prodeat. *Donec cuſtodiverit*, donec cuſtodiam illius in tecto curaverit, contegendo eas calamis & ſtramine in ſummitate tecti. *Non diſpoſitæ ſunt*, quia ſudor proprietario non gratus eſt ut is prodeat ex iis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לגרגרם *Ad grana ex illis facienda*, quia ſcopus eſt ut olivæ exſiccentur & abſtergantur, licet cubiti altitudinem habeant, unde conſtat ſuperiores jam areſactas, & inferiores confuſas; propterea cum intentio ſit ut abſtergantur, non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam. Cæterum ſi eas in domo poſuerit ut muceſcant, tum convenit id quod auctor dicit, שילקו *ut concutiantur*, licet intentio illius fuerit ut eas poſtea in tectum adducat; vel ſi eas tecto impoſuerit ut muceſcant, & poſtea noluerit ut in domo aperiantur, ſed eæ mundæ factæ fuerint poſtquam abſterſæ ſunt, tum ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt, poſtquam intenderit ut muceſcerent, nam maceratio earum in eo quod exit ex humoribus, promovet mucorem ipſarum, proinde diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, & hoc ſecundum illud fundamentum quod habemus, quo ſtatuitur quod diſpoſitio fieri debeat pro lubitu.

ז רצה ליטול מהן בד אחד או שני בדים בית שמאי אומרים קוצה בטומאה ומחפה בטהרה בית הלל אומרים אף מחפה בטומאה רבי יוסי אומר חופר בקרדומות של מתכת ומוליך לבית הבד בטומאה:

7. Si ex iis unum prælum vel duo ſumere velit, Schola Schammai dicit, findat in immunditie, & contegat in munditie. Schola Hillelis dicit, etiam contegat in immunditie. R. Joſe dicit, effodit ſecuri fuſili, & ad prælum defert in munditie.

R. OB. DE BARTENORA.

רצה ליטול מהן בד אחד *Si voluerit de iis ſumere unum prælum*, intellige olivas quarum opus nondum perfectum eſt, & quæ ad immunditiem recipiendam nondum diſpoſitæ ſunt, ut, ſi quis alias olivas hiſce addere velit, ſicuti ab initio capitis expoſuimus; ſi ergo acceperit de iis exiguam copiam, eamque in prælum conjecerit una vice, vel in duo præla, ut ex iis oleum conficiat, & multum reliquerit in vaſe oleario.

בית שמאי אומר קוצה בטומאה *Schola Schammai dicit, findat in immunditie*, diſcindat quicquid voluerit de cumulo olivarum, qui in vaſe oleario eſt. *Prælum vel duo præla, in immunditie*, quia olivarum opus nondum perfectum eſt, proinde ad immunditiem recipiendam nulla diſpoſitio eſt. ומחפה בטהרה *Et contegit in puritate*, ex quo opus abſolverit, ſumat quicquid voluerit, & quod reſtat, id contegat in vaſe oleario cum puritate, ac ſi diſpoſitum eſſet, quia ſumptio prodeſt, proinde id quod ſumpſerit ad æſtimationem reſidui quaſi opus abſolutum eſſet, cenſetur.

אף מחפה בטומאה *Etiam contegit in immunditie*, quia nec reſiduum eſt diſpoſitum, quia illius opus non abſolutum eſt, is vero cogitaverit de quibuſdam olivis addendis, nihilominus tamen ſi omnes olivas in vaſe oleario removerit, ut eas in prælo paret, ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt ſecundum Scholam Hillelis.

רבי יוסי אומר חופר בקרדומות *R. Joſe dicit, effodit ſecuribus*, & omnes olivas ex vaſe oleario removet, atque in prælum defert in immunditie; quia nondum diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam; loquitur hic auctor de ſecuribus, eo quod ſecures ſunt inſtrumenta ferrea, & pro immunditie parata magis quam reliqua inſtrumenta; deciſio non eſt ſecundum Scholam Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si collegerit olivas in vaſe oleario per extremitates conjunctas, tum illa conjunctio in Toſaphta vocatur אום של זיתים: *cæterum quum autor meminit præli, vel duorum prælorum, tum intelligit plenitudinem torcularis, vel duorum torcularium*, quia prælum olivarum vocatur בד: ſed nos in Toſaphta jam expoſuimus quod hæ differentiæ de olivis intelligi debeant quarum opus nondum perfectum eſt, & quæ nondum diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam. Si vero quis de hiſce olivis ſumere velit exiguam copiam, ſicuti dicit, *prælum aut duo præla*, poſtea contegat reliquas, & ita eas relinquat eo tempore quo de radicibus olivarum abſcindebat prælum vel duo præla, tumque ei licet in immunditie abſcindere, quia olivæ nondum diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam. Sin autem contegere velit id quod reſtat, in puritate contegat, quia tum opus earum perfectum eſt, & eæ *diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam*, & nemo eas tangere debet niſi in puritate, *Schola Hillelis dicit*, quod opus earum ne quidem eo tempore quo contectæ ſunt, perfectum eſt, nec quod eæ ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt, proinde etiam in immunditie contegi poſſunt. R. Joſe dicit, licet portaverit maſſam totam per partes in immunditie, hoc eſſe licitum, quia olivæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, quia opus earum nondum perfectum eſt, ſed non dicendum eſt, prælum vel duo præla duntaxat, verum dicimus, quicquid reliquum fuerit poſt operis perfectionem, id tu conſideres ac ſi non reliquum eſſet præter id quod reliquum fuerit apud torcular dum parantur olivæ, cum vero addiderit, opus earum nondum perfectum eſt. Sic etiam in Toſaphta exponitur, quod hæc ſit ſententia R. Joſis. Cæterum res de ſecuri fuſili eſt, quod illa ſit immunda, quia illa fortior eſt ad immunditiem mortui recipiendam, quam reliqua vaſa, ſicuti in principio libri expoſuimus, & ſuperioribus Miſnis dictum eſt, licet feminiflui & feminifluæ ſint, tamen illa inſtrumenta maxime immunda habenda ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ח השרץ שנמצא ברחים אין טמא אלא מקום מגעו אם היה משקה מהלך הכל טמא נמצא על גבי העלים ישאלו הבדדים לומר לא נגענו אם היה נוגע באום אפילו (ס״א) כשעורה טמא:

8. Si reptile inventum ſit in mola, locus contactus tantum immundus eſt, ſi potus tranſeat, omnia ſunt immunda; ſi id ſuper foliis inventum ſit, tum rogantur ii qui prælo operam dant, an dicant, non tetigimus; at vero ſi tetigerit cumulum, licet copia grani hordeacei ſit, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ברחים *In molis*, in quibus olivæ moluntur antequam prælo imponantur, poſtea vero prælo ſubjiciuntur, & tigillo ipſius premuntur. *Si vero ſit potus*, ſi potus reptili ſit pollutus, tum omnes olivæ pollutæ ſunt ope conjunctionis potus. נמצא על גבי העלין *Si id inventum ſit ſuper foliis*, ſi reptile ſuper foliis inventum ſit, quæ contegunt olivas, tum folia non recipiunt immunditiem. ישאלו הגרדים *interrogantur ii qui prælo dant operam*, plebeji quos poſſeſſor olei mundos agnovit ut olivas præparent in puritate, fide digni ſunt ſi dixerint, non tetigimus ſerpentem ſuper foliis, nec polluti ſumus. *Si vero tetigerit cumulum*, ſi reptile exierit e foliis quæ texerunt olivas, & tetigerit radicem, imo licet unus pilus reptilis tetigerit radicem, tamen tota radix polluta eſt, quia illa pro conjunctione habetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Olivæ in mola ſunt commolendæ, & circum molam eſt lapis excavatus in quem fluit oleum, & ex ipſo defluit in terram, ſi igitur potus omnes olivas comprehendat, & tranſierit per hunc lapidem perforatum, tum potu per reptile polluto, omnes olivæ ſunt pollutæ, & ſi reptile ſuper foliis inventum ſit, quibus olivæ contentæ ſunt, & calcatores interrogati ſint, iique dixerint, non tetigimus, tum omnia ſunt munda, ſi vero tetigerit reptile id quod ſuper foliis eſt, inter olivas duplicatas quod אום vocatur, tum omnes olivæ pollutæ ſunt, quia eæ ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt. אום vocatur omnium olivarum collectio in vaſe oleario.

ט נמצא על גבי פרודים והוא נוגע בכביצה טמא פרודים על גבי פרודים אף על פי שהוא נוגע בכביצה אין טמא אלא מקום מגע נמצא בין כותל לזיתים טהור. נמצא בגג המעטן טהור נמצא במעטן הגג טמא נמצא שרוף על הזיתים וכן מטלית מהוהא טהורה שכל הטומאות כשעת מציאתן :

9. Si id inventum ſit ſuper fruſtis, & id tetigerit copiam ovi, immunda eſt. Si fruſta ſuper fruſtis, licet tetigerit ovi copiam, tamen locus tactus tantum immundus eſt. Si id inventum ſit inter parietem & olivas, locus iſte mundus eſt; ſi in tecto, vas oleanum mundum eſt, ſi in vaſe oleario, tectum eſt immundum. Si id combuſtum ſit inventum ſuper olivis, & ſic etiam ſuper pallio veterato, eſt mundum, quia omnes impuritates æſtimandæ ſunt ſecundum iſtud momentum quo inveniuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצא על גבי פרודים *Si invenerit ſuper fruſtis*, poſtquam infixerit clavem cumulo, ad cumulum dividendum in multas diſtinctas portiones, & in qualibet maſſa harum portionum de cumulo olivæ cohæſerint. *Si tetigerit ovi copiam*, nam ſi conflare velit olivas quas tetigit reptile & in iis ſit copia ovi, tum tota maſſa eſt immunda, licet maſſa non ſit contigua, ex quo clavem infixit cumulo, ad ſeparandum olivas, nihilominus tamen cum in hacce maſſa ſint olivæ immundæ in ea copia quæ polluere poteſt alias, id eſt copia olivæ, fit conjunctio ad polluendum omnes olivas quæ ſunt in ipſa.

פרודים על גבי פרודים *Fruſta ſuper fruſta*, ſi una maſſa ſit impoſita alteri, reptili exiſtenti in maſſa ſuperiori. *Licet reptile tetigerit ovi copiam*, iſtius maſſæ, tamen locus contactus tantum immundus eſt, iſta nempe maſſa quam tetigit reptile, reliquæ vero maſſæ ſunt mundæ.

נמצא השרץ בין לכותל לזיתים טהור *Si reptile inventum ſit inter parietem & olivas*, *mundum eſt*, etenim non ſuſpicamur reptile fuiſſe ſuper olivis. *Si id inventum ſit in tecto*, ſi is qui olivas e vaſe oleario defert in tectum, poſtea reptile invenerit inter olivas in tecto. המעטן טהור *vas olearium eſt mundum*, olivæ nempe in vaſe oleario exiſtentes ſunt mundæ, & non dicimus reptile adductum eſſe, idque in vaſe oleario fuiſſe. *Si in vaſe oleario inventum ſit*, tum olivæ quas in tectum adduxit, ſunt immundæ, quia reptile fuit in vaſe oleario antequam olivæ in tectum allatæ eſſent. *Si id combuſtum ſit inventum ſuper olivis*, at reptile combuſtum non polluit, quia Lex dicit Levit. 11, 32. במותם *dum obierunt*, ergo reptilia ſi obierint, immunda ſunt, at ſi combuſta ſint inventa ſuper olivis, mundæ ſunt olivæ, quia non ſuſpicamur reptile forſan tetigiſſe olivas antequam combuſtum eſſet reptile. מהוהא notat veſtem igne aduſtam in forma telæ araneæ, porro autem non recipit immunditiem. *Mundum eſt*, quia non dicimus id forſan ante aduſtionem immundum fuiſſe. *Prout ſe habent in momento inventionis*, ſive ad allevandum ſive ad aggravandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרודים *Fruſta*, ſunt olivæ ſeparatæ; loquitur auctor de tecto & vaſe oleario, cujus ſenſus optime in Toſaphta exponitur, ſi nempe quis e vaſe oleario olivas ſcindat, & in tectum aſportet, atque reptile inveniatur in tecto, tum vas olearium eſt mundum, juxta vas olearium immundum. Notum vero eſt quod ubi mentio fit tecti & vaſis olearii, intelligi debeant olivæ in tecto, & olivæ in vaſe oleario. Præterea quoque notum eſt quod reptile combuſtum non polluat, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo codicis de Menſtruis, pariter nec veſtis detrita, quæ veterata & contrita [illegible] luit ſicuti capite ſeptimo codicis de Vaſis expoſitum eſt. Si vero hocce reptile inventum ſit combuſtum, tum non dicimus, forſan illud olivas ante combuſtionem ipſius tetigit, & poſtea combuſſit propter olivas. Pariter non dicimus iſtud ſegmentum eſſe, dum id ipſum adhuc integrum erat, & poſtea pollutum fuiſſe, & proinde illius jus idem eſſe cum jure vaſorum inventorum, quia omnes res inventæ æſtimandæ ſunt ſecundum conditionem iſtius momenti in quo ſunt dum inveniuntur; ſicuti explicuimus.

פרק י הנועל בית הבד מפני הבדדין והיו שם כלים טמאין מדרס רבי מאיר אומר בית הבד טמא רבי יהודה אומר בית הבד טהור רבי שמעון אומר אם טהורין להן בית הבד טמא ואם טמאין להן בית הבד טהור אמר רבי יוסי וכי מפני מה טמאות אלא שאין עם הארץ בקיאין בהיסט :

Caput 10. Si quis domum præli occluſerit ab operis, & illic fuerint vaſa calcatione polluta, R. Meir dicit, domus torcularis munda eſt. R. Jehuda dicit, domus præli munda eſt. R. Simeon dicit, ſi munda ſint, domus præli eſt immunda, ſi vero immunda ſint, domus torcularis eſt munda. Dixit R. Joſe, quare munda ſunt? quia plebejus non peritus eſt motionis.

R. OB. DE BARTENORA.

הנועל בית הבד *Si quis occluſerit domum præli*; plebeji ſi operantur in præli domo, & eos purificaverit proprietarius oli-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בדדין Sunt ii qui torcularis prælo dant operam, & ſi hi ſint plebeji, tum proprietarius torcularis eos purificat, & pro iis

olivarum ut oleum conficiant in puritate, & occluſerit domum præli pro operariis ne ii intrent, nec exeant, ut polluant tactu; nam plebeji tactu polluunt ſocios ſuos. Si illic in domo præli vaſa calcatione polluta ſint, quæ patres immunditiei ſunt, tum illa polluunt homines, vel tactu, vel onere, vel motione.

רבי מאיר אומר בית הבד טמא *R. Meir dicit, domus præli immunda eſt*, quia ſuſpicamur plebejos mundos forſan iis pollutos eſſe, qui denuo omnia polluerunt, quia Iſraëlitæ immunditiei non ſuſpecti ſunt. *R. Jehuda dicit, domus præli munda eſt*, quia cauti ſunt circa immunditiem certam, quia vir probus eum in finem purificavit operarios.

רבי שמעון אומר אם טהורין להם *R. Simeon dicit, ſi munda ſint*, hæc vaſa nempe, ut, ſi plebeji uxor inſederit iis, vel ſi ea ad plebejum pertineant, tum requirimus ut immunda ſint. *Domus præli immunda eſt*, quia ii qui prælo operam dant, moniti ſunt ne tangant ea, proinde cogitandum eſt vaſa forſan polluta eſſe. *Sin autem immunda ſint*, ut, ſi ſciant uxorem iis inſediſſe menſtruam, vel feminifluam, tum domus præli eſt munda, quia operarii hac in parte moniti ſunt. Dixit R. Joſe &c. ut R. Meir, qui putat domum torcularis immundam eſſe, ſed ſententia R. Meir eſt, quod ii qui in prælo operantur, ſuſpecti ſint immunditiei. R. Joſe putat, quod ii ratione tactus ſint ſuſpecti, ſed dimotionis imperiti, proinde mundi eſſe cenſentur quamdiu nondum tetigerunt, & domus præli immunda eſt, quia ſuſpicamur operarios forſan dimoviſſe, licet non tetigerint ea; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

iis claudit torcular, ut ii conſenſu ipſius opus inchoent in præli domo, & tum omne id quod in præli domo eſt, mundum eſt; ſin autem in domo præli ſit veſtis calcatione ſeminiflui polluta, domus præli ſecundum R. Meir immunda eſt, quia mercenarii aliquando tangunt calcationem ſeminiflui. R. Jehuda dicit, quod mercenarii conſiderandi ſint in ſuo ſtatu, proinde domus præli munda eſt, quia ii diſtincti ſunt ab ipſa, & nunquam domum præli tetigerunt, ſi igitur hæc veſtis munda ſit in domo præli, tum ea immunda eſt. Nam cum putent hæc vaſa immunda, proinde tetigerint ea. R. Joſe diſſentit a R. Simeone, etenim quod putent hæc vaſa calcatione polluta eſſe, & domum præli mundam eſſe, id abſque dubio factum eſt, nam operarii, licet non tetigerint ea ut polluti fuerint, tamen portant & commovent ea, quia plebeji non intelligunt immunditiem motionis, & putant quod dimotio non polluat, quando non tetigerint rem immundam, neſcientes hanc eſſe unam e ſpeciebus geſtationis, ſicuti expoſitum eſt in codice de Seminifluis, & cum ita ſe res habeat, proinde nulla eſt differentia, ſive cogitaverint hæc vaſa munda eſſe, ſive immunda calcatione, domus præli immunda eſt, quia forſan tetigerunt eam; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ב הבדדין שהיו נכנסין ויוצאין ומשקין טמאין בתוך בית הבד אם יש בין משקין לזיתים (ס״א) כדי שינגבו את רגליהם בארץ הרי אלו טהורין הבדדין והבוצרין שנמצאת טומאה לפניהם נאמנין לומר לא נגענו וכן התנוקות שביניהן יוצאים חוץ לפתח בית הבד ופונים לאחורי הגדר והן טהורים עד כמה ירחיקו והיו טהורין עד כדי שיהא רואן:

2. Si ii qui in prælo operantur, intrent & exeant, & immundi potus exiſtant in domo præli, atque inter potus & olivas ſit ſpatium in quo pedes in terra abſtergere poſſunt, tum mundi ſunt. Ii qui prælo operam dant & vindemiæ, ante quos res immunda eſt inventa, fide digni ſunt ſi dixerint, non tetigimus. Pariter ſi parvuli inter ipſos exierint extra januam domus præli, tum ſe exonerent a poſteriori parte parietis, & mundi ſunt. Sed quousque elongabunt ſe ut mundi ſint? donec eos conſpiciat.

R. OB. DE BARTENORA.

ומשקין טמאין בתוך בית הבד *Et potus immundi in domo præli*, qui in terram effuſi ſunt, & ſuper quibus incedunt operarii, hinc potus iſti eorum pedibus adhærent, & olivas polluunt, quando operarii eas calcant. *Si inter potus & olivas ſit tantum terræ, ut pedes ſuos ab immundis potibus abſtergere poſſint*, propter eorum calcationem in terra; ſed hic mentio fit de pedibus abſque calceis, quia potus polluit vas, & denuo alios potus, qui conjuncti ſunt cum olivis. At vero ſi pedes non ſint induti calceis, & potus immundi ſint abſterſi a pedibus, tum denuo non polluunt olivas, quando eas calcant, quia potus immundi polluunt vaſa, ſed non hominem. הבדדין והבוצרין *ii qui prælo & vindemiæ operam dant*, non meminit eorum qui deſtringunt & vindemiant, eo quod doctores de vindemia decreverunt ut ea fieret in puritate, ſed hoc non decreverunt de olivarum deſtrictione, ratio autem expoſita eſt capite primo codicis de Sabbato; etenim homines aliquando luſtrare ſuas uvas ſolent, ut videant an eæ ad maturitatem vindemiæ acceſſerint necne, & tum ſumunt botrum cum uvis, eumque comprimunt ſuper uvis, tempore autem vindemiæ humor humectans adhuc inhæret iis & proinde diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, ſed hic ſenſus non quadrat cum deſtrictione. *Fide digni ſunt, ſi dixerint, non tetigimus*, nam vir probus iis adſtat in domo præli, proinde non ſuſpicamur eos forſan tetigiſſe inſciente viro iſto probo. *Parvuli in prælis*, ſi operarii adduxerint parvulos ſuos in prælum, tum ii mundi ſunt, quando autem parvuli eorum ſe exonerare volunt, tum parentes eorum cum iis foras exeunt, ut ſe exonerent poſt parietem, proinde non ſuſpicamur eos inſcio viro probo tetigiſſe rem immundam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod potus immundi polluant vaſa & cibos, ſed non hominem, ſi is tetigerit eos, at ſi manibus tetigerit eos, tum manus pollutæ ſunt duntaxat, proinde ſi pedem ſuum immerſerit aquis mundis, & eum in terram poſuerit, tum hæ olivæ ſunt mundæ, quando in pede ipſius non remanſerit humor quo polluitur, vir autem mundus eſt. Pariter minorennes fide digni ſunt, ſi dixerint, hi minorennes non tetigerunt oleum, vel olivas, & ſimilia. Poſtea dicit, ſi exierint e præli domo, licet ad poſteriora parietis acceſſerint, tamen ii verſantur in exiſtimatione puritatis, quando jam purificati ſunt, ſi is obſervet minorennes; at vero ſi ii eo uſque ſe elongaverint ut eos videre nequeat, tum exeunt ex iſta exiſtimatione, & conditionem plebeji accipiunt, qui immundi cenſentur.

ג הבדדין והבוצרים כיון שהכניסן לרשות המערה דין דברי רבי מאיר רבי יוסי אומר צריך לעמוד עליהן עד שיטבולו רבי שמעון אומר אם טהורין להן צריך לעמוד עליהן עד שיטבולו אם טמאין להן אינו צריך לעמוד עליהם עד שיטבולו:

3. Prælo & vindemiæ operam dantes ſi quis adduxerit in locum ſpeluncæ, ſufficit, ita R. *Meir*. R. Joſe dicit, iis adſtandum eſt donec ſe *immerſerint*. R. Simeon dicit, ſi mundi ſunt, *tum iis* adſtandum eſt donec ſe immerſerint; ſi *immundi* ſint, tum iis non adſtandum eſt donec ſe *immerſerint*.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

כיון הכניסן ברשות המערה *Quandoquidem eos ad poteſtatem ſpeluncæ adduxit*, in qua ſe immergunt, cujuſmodi ſunt putei, foſſæ, & ſpeluncæ. דיו *ſufficit*, quia non ſuſpicamur operarios ſe forſan immerſiſſe, vel inſtrumenta ſua non immerſiſſe, dicentes, nos immerſimus & inſtrumenta noſtra. צריך לעמוד עליהן *adſtandum eſt iis*, quia operarii non intelligunt ritum lavandi, nec ejuſdem caſus. טהורים להם *munda ſunt ipſis*, ut vaſa plebejorum, poſtquam ea in oculis eorum ſunt vaſa munda, quia plebeji non ſolliciti ſunt de tactu. R. Simeon ſequitur ſententiam ſuam qua ſtatuit proprietarium adſiſtere debere lotioni operariorum, ſicuti ſuperius expoſitum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi, quod ſi homines calcare velint in puritate, operarii purificentur, & tum in vineam introducantur ut vindemient, quia uvæ in puritate vindemiari debent; cum ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſint, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Tentoriis. Dixit autem R. Meir, ex quo operarii pervenerunt in ſpeluncæ antrum, in quo immergendi ſunt, tum ſcimus quod ſe immergent, & non obligamus proprietarium ut is tam diu illic expectet donec operarii in aquam intraverint. R. Joſe dicit menſuram requiri in immerſione, quia operarii aliquando dicunt ſe aquis immerſiſſe, quando ad oram aquæ pervenerunt, & proinde ſe conſpergere duntaxat, & non immergere. R. Simeon dicit, quod cum ii ſecum reputent ſe eſſe puros, & non requiri immerſionem, proprietarium iis adſiſtere debere donec ſe immerſerint; deciſio eſt ſecundum R. Joſen, quia ii non intelligunt ritum immergendi, & parum illius diſcrimen curant.

ד הנותן מן הסלים ומן המשטיח של אדמה בית שמאי אומרים נותן בידים טהורות ואם נתן בידים טמאות טמאן בית הלל אומרים נותן בידים טמאות ומפריש תרומתו בטהרה מן העבט ומן המשטיח של עלים הכל שוים שהוא נותן בידים טהורות ואם נתן בידים טמאות טמאן :

4. Si quis de caniſtris & expanſione in terram torculari imponere velit, Schola Schammai dicit, imponat manibus mundis, ſi vero manibus immundis impoſuerit, tum eas polluit. Schola Hillelis dicit, imponat manibus immundis, & oblationem primam ſeparet in puritate. Si de vaſe collectorio & expanſione foliorum, tum omnes conveniunt quod is imponat manibus puris, ſi vero manibus immundis impoſuerit, polluit eas.

R. OB. DE BARTENORA.

הנותן מן הסלים *Si quis de caniſtris impoſuerit torculari*, ſi à ſuperficie terræ uvas ab initio in cibum vindemiatas impoſuerit torculari, tum uvæ iſtæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, quia doctores tantum de iis quæ ab initio pro torculari vindemiatæ ſunt, decreverunt. Si vero proprietarius deinceps ſententiam ſuam mutaverit, & de uvis caniſtro impoſitis, vel in terram expanſis ſumpſerit, & torculari impoſuerit, dicit Schola Schammai eas ope manuum mundarum imponendas eſſe, quia ex quo eas imponit torculari, ſe res habet ac ſi eas ab initio pro torculari vindemiaſſet, & proinde in puritate torculari imponi.

ואם נתן בידים טמאות טימאן *Si vero manibus immundis impoſuerit, tum polluit eas*, licet manus ſimpliciter ſecundum faciant immunditiei gradum, ſed ſecundus gradus in profanis non facit tertium gradum, proinde forſan putant quod ii qui pro oblatione prima abluti ſunt, oblationi primæ ſimiles ſunt; vel etiam de manibus quæ ſunt principium, ſermo eſt, ſed R. Simeon filius Eleazaris ſentit ſicuti capite ſecundo codicis de Profanis exponitur.

בית הלל אומרים נותן בידים טמאות *Schola Hillelis dicit, imponat ope manuum immundarum*, & oblationem ſuam in puritate ſeparat, quia uvæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, quia maſſa earum ab initio pro cibo facta eſt. *E vaſe calcatorio & expanſione e foliis facta.* עביט notat vas aliquod cui uvas imponunt quando vindemiant pro torculari; porro uvas expandere ſolent in terra ſuper foliis, proinde hic mentio fit expanſionis foliorum. Jam vero res ſatis clare indicat quod ſi quis iſtas vindemiet, eas ab initio pro torculari vindemiare debet, & non pro cibo, proinde Schola Schammai atque Hillelis conveniunt de eo qui manibus mundis imponit, etenim Hillel ſiluit pro Schammai capite primo codicis de Sabbato, & conceſſit ei quod is qui vindemiat pro torculari, ſit diſpoſitus ad immunditiem recipiendam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in fine codicis de Tentoriis, eum qui vindemiat pro torculari, diſpoſitum eſſe ad immunditiem recipiendam, & hæc eſt opinio Scholæ Schammai. Sed Schola Hillelis dicit, eum non diſpoſitum eſſe ad immunditiem recipiendam; poſtquam vero auctor locutus eſt de uvis pro torculari non vindemiatis, & in ſtoreas expanſis ſuper terram, ut exſiccentur, & poſtea in torculari conjiciantur, dicit Schola Schammai quod ope manuum purarum in torcular conjiciendæ ſint uvæ, quia ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt ex quo acceptæ ſunt ut in torcular conjiciantur. Schola Hillelis dicit, imponat ope manuum immundarum, quia proprietarius non eſt diſpoſitus eſt polluendum uvas; licet autem is non ſit diſpoſitus ad immunditiem ratione oblationis primæ, tamen eam duntaxat manibus puris ſeparare debet. עביט notat foſſam cui uvas imponunt, ſicuti in מעטן *vaſe oleario*, ſi ergo uvæ ſint in עביט, vel ſuper folia ſint expanſæ, de illis nihil in torcular conjiciendum eſt, niſi ope manuum purarum, quia is qui huic operi intentus eſt, diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam ab humoribus; deciſio eſt ſecundum Scholam Schammai.

ה האוכל מן הסלים ומן המשטיח של אדמה אף על פי שמבוקעות ומנטפות לגת הרי הגת טהורה מן העבט ומן המשטיח של עלים ונפל ממנו גרגר יחידי אם יש לו חותם טהור אם אין לו חותם טמא נפלו ממנו ענבים ודרכן במקום המפנה כביצה מכוון טהור יתר מכביצה טמא שכיון שיצאת טיפה הראשונה נטמאת בכביצה :

5. Si quis comederit de caniſtro & expanſione terræ, licet fiſſæ ſint & ſtillent pro torculari, torcular tamen mundum eſt. Si comederit de vaſe collectorio & expanſione foliorum, & ceciderit ex ipſo granum unicum, tum ſi ei ſigillum ſit, mundum eſt, ſin minus, immundum eſt. Si ex ipſo ceciderint uvæ, & calcaverit eas in loco vacuo, tum accurata ovi copia munda eſt, ſi major ſit, immunda eſt, etenim cum gutta prima exierit, copia ovi polluta eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל ענבים מן הסלים וכו׳ *Si quis comederit uvas de caniſtris* &c. intellige ejuſmodi uvas quæ in cibum ſimpliciter vindemiatæ ſunt, licet manus illius ſint immundæ, & uvæ ſtillent vinum in torcular, tamen torcular eſt mundum, quia hæ guttæ non habent naturam liquoris, cum vindemiatæ ſint in cibum, proinde proprietario non placent guttæ: at vero ſi quis comederit de vaſe collectorio, & expanſione foliorum, licet non diffiſſæ ſint uvæ, nec ſtillent, tamen ſi unicum granum de iis ceciderit, & non iſtius grani ſignum ſit, omnia ſunt impura, nam in petiolo circa os grani eſt ſigillum aliquod, & illud ſigillum claudit os grani ne liquor exeat; ſed petiolo cum ſigillo extracto exit liquor. Et quamvis ſumpſerit quis eas in cibum, tamen habet jus liquoris, quia ab initio iſtas uvas vindemiavit pro torculari, hinc potus iſte pollutus eſt ope manuum immundarum, & polluit torcular ſi inciderint in ipſum. Sed hæc verba intelligenda ſunt quando manibus impuris tetigerit ſigillum, ſin minus, nec torcular pollutum eſt, quia manus ipſius non tetigerunt liquores, ut liquor denuo torcular polluat. נפלו ממנו ענבים *ſi uvæ ex ipſo ceciderint*, intellige botrum cujus grana ſibi invicem adhærent, nullo egrediente liquore, quæ polluta ſunt manibus inquinatis, quia diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam, quia botrus pro torculari vindemiatus eſt, & calcatur in loco vacuo torcularis, ubi non eſt vinum, nec uvæ, ita ut botrus in puritate calcetur. כביצה מכוון *in copia ovi accurate*, tum torcular mundum eſt, quia cibus non polluit vas, & ex quo gutta prima exierit, tum deficit copia ovi, ſed cibus non polluit alios in copia quæ minor eſt ovo, hinc conſtat quod gutta non habet immunditiem niſi propter immunditiem quam recepit quando cibus erat, proinde licet jam factus ſit potus, tamen cibi duntaxat poteſtatem habet; at ſi plus ſit quam ovi copia, tum immundum eſt, quia ovi copia polluit guttam primam ſecundum jus potus, & gutta denuo polluit torcular, quia potus polluit vaſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor, *ſi quis comederit manibus inquinatis de caniſtris*, ob haſce uvas quæ diffiſſæ ſunt, & ſtillant, is non diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, proinde ſi in torcular inciderit, torcular tamen mundum eſt, quia uvæ diſſciſſæ in cibum, non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam. Si vero comederit de uvis in vaſe collectorio, & expanſione foliorum cum manibus inquinatis, & granum unum inciderit in torcular, & hocce granum fuerit integrum, atque extremitas ligni a quo dependet granum quod alii grano infixum eſt, donec nullus humor exierit, tum hocce granum eſt mundum, atque hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *ſi ei ſit ſigillum*; ſi vero hæcce extremitas ſublata ſit, & granum remanſerit recta circa caput, tum ope illius polluit immundities, propter liquorem qui eſt in hoc capite. In Toſaphta dicitur, ſi non eſt ei ſigillum, immundum eſt; ſed hæc verba intelligenda ſunt quando tetigerit ſigillum, at ſi id non tetigerit, tum mundum eſt. Poſtea redit auctor ad uvas immundas quæ pollutæ ſunt medio liquoris, ſi eæ in torcular inciderint, & calcatæ fuerint, quæ jam ſatis clare expoſita ſunt capite tertio hujuſce codicis.

ו מי שהיה עומד ומדבר על שפת הבור ונתזה צינורה מפיו ספק הגיעה לבור ספק לא הגיעה ספקו טהור:

6. Si quis ſtet & loquatur ad oram putei, & ſputum ex illius ore exierit, ſed dubium fuerit an id puteum tetigerit necne, tum dubium illius eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

צינורא Idem eſt quod רוק *ſputum*, ſi igitur ſputum prodierit ex ore plebeji, tum id polluit hominem & vaſa ex inſtituto Sapientum, & eo magis cibos & potus. ספיקו טהור *dubium illius mundum eſt*, quia dicimus oram putei recepiſſe ſputum, & cohibuiſſe ipſum ne in vinum deſcendat; ſed hæc Miſna loquitur de puteo e calce facto, qui non recipit immunditiem; ſed in Toſaphta dicitur, puteum oleum continentem pollui, quia oleum lævigat oram putei, & quod ſputum deſcendit ſub oleum in puteo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus Miſnæ hic eſt, ſi immundus quiſpiam ſtet ad oram putei torcularis, & ſputum ex ore illius exierit inter loquendum, tum dubia illa immundities munda cenſetur.

ז הזולף את הבור נמצא שרץ בראשונה כולן טמאות באחרונה היא טמאה וכולן טהורות אימתי בזמן שהוא זולף בכל אחת ואחת אבל אם היה זולף במחץ ונמצא שרץ באחת מהן היא טמאה בלבד אימתי בזמן שהוא בודק ולא מכסה או מכסה ולא בודק היה בודק ומכסה ונמצא שרץ בחבית הכל טמא בבור הכל טמא במחץ הכל טמא:

7. Si quis dum puteum evacuat, reptile inveniat in primo dolio, tum omnia polluta ſunt; ſi in ultimo, tum id immundum eſt, ſed reliqua immunda; quando? quando unumquodque evacuat; at ſi evacuet in vas magnum, & reptile in uno inveniatur, tum iſtud pollutum eſt duntaxat; ſed quando? quando inquirit, & non contegit, vel contra. Si vero inquirat & contegat, atque reptile in dolio reperiatur, tum omnia ſunt immunda. Sed in puteo omnia ſunt immunda, & ſic etiam in vaſe magno.

R. OB. DE BARTENORA.

הזולף את הבור *Si quis evacuet puteum*, ſi quis vinum & oleum e puteo educat, quia vero illa non evacuat una vice, ſed paulatim, proinde auctor hoc verbo זלף potius uſus eſt. *Et reptile inventum ſit in primo*, antequam dolium in puteum immerſiſſet, & ipſum impleviſſet, & ſic etiam ſecunda & tertia vice, & poſtea quam prima vice impleviſſet, reptile inventum fuiſſet in dolio, tum omnia ſunt immunda, quia prima vice pollutum eſt quicquid in puteo continebatur, ſive reptile ſit in puteo, ſive in dolio.

באחרונה היא טמאה וכלן טהורות *Si in ultimo inventum ſit, tum illud immundum eſt, reliqua vero immunda ſunt*, quia reptile erat de hoc dolio, & non de puteo, imo quamvis eſſet de puteo, tamen forſan in alium puteum incidere potuit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זולף Eſt is qui e puteo torcularis in quo vinum eſt, vel oleum, evacuare ſolet in aliud vas, ſin autem reptile inveniatur in vaſe quod impletum eſt prius, tum vaſa quæ poſtea implentur, ſunt immunda, quia immundum eſt quicquid in puteo continetur. Sin autem reptile ſit inventum in ultimo vaſe, tum illud duntaxat pollutum eſt; etenim nos dicimus, quandoquidem hæc vaſa priora impleta ſunt, proinde reptile incidit in reliquias, e quibus dolium ultimum impletum eſt. Sed hoc intelligendum eſt ſi puteus evacuatus ſit ope vaſorum, ſi nempe omnia vaſa in puteum immiſerit, & quodque ſigillatim impleverit, at vero ſi hauſerit ope ſitulæ quæ מחץ vacatur, & ex ipſa omnia vaſa impleverit, poſtea vero in alterutro dolio inventum fuerit reptile,

tuit poſtquam omnia priora impleta eſſent. אימתי *quando?* quando is evacuat, & ipſe dolia in puteum immittit, & ſingula implet; at ſi evacuet in מחץ quando dolia exiſtunt extra puteum, tum ea implet ope מחץ quod eſt vas teſtaceum ad vinum infundendum factum.

נמצא השרץ באחת מהן הוא טמאה בלבד *Si reptile inveniatur in alterutro, tum illud eſt immundum duntaxat*, quia reptile forſan fuit in dolio, & non in puteo. *Quando? quando is inquirit*, dolia nempe & vas מחץ dictum, in quibus non erat reptile antequam oleum infuſum eſſet, ſed non contexerat puteum nec dolia, quando מחץ deportabat ex uno loco in alterum, quia reptile forſan inter portandum inciderit in dolium; ſic etiam contegit interdum & non inquirit, proinde reptile forſan antea fuit in dolio; ſi vero inquiſiverit & contexerit, quia de doliis inquiſiverat, & quoties deportabat מחץ ab uno dolio ad alterum, contexit tam puteum quam dolium; propterea reptile omnino ab initio fuit in puteo, ſi id in dolio ſive in puteo ſit inventum, ſive in vaſe מחץ dicto. tile, ſive id inventum fuerit quando primum implebantur, ſive poſtea, tum non polluit, præter id in quo inventum eſt, dicimus enim, quicquid in puteo eſt, id mundum eſt, at in hoc dolium duntaxat incidit reptile, proinde hocce dolium tantum pollutum eſt, omne vero dolium quod ante vel poſt ipſum impletum eſt, mundum eſt, ſi nempe quis de vaſis inquirat quando in ipſa vinum infundit, & non contegit, quia dici poteſt in hocce dolium incidiſſe reptile poſtquam id impletum fuerit. Vel ſi contexerit dolium inter implendum, ſed non inquiſiverit dum vinum infundebat, etenim nos dicimus reptile forſan in dolio fuiſſe, & vinum in ipſum infuſum eſſe, at vero ſi dolium perquiſiverit totum, & poſtea affuderit vinum in מחץ & alius quiſpiam poſt impletionem contexerit, atque reptile in alterutro inventum fuerit, tum omnia polluta ſunt, quia nos dicimus, reptile omnino in puteo fuiſſe. Pariter ſi reptile ſit in puteo, omnia ſunt immunda, quia nos dicimus, reptile illic fuiſſe ab initio; ſic etiam ſi id in מחץ inventum ſit, dicimus nos reptile illic fuiſſe ab initio, & vino hoc reptile conſperſum eſſe, & quicquid impletum fuerit, & omnia immunda eſſe, etiam antequam reptile inventum eſſet.

ח בין העגולים לזוגים רשות הרבים כרם שלפני הבוצרים רשות היחיד ושלאחר הבוצרים רשות הרבים אימתי בזמן שהרבים נכנסים בזו ויוצאים בזו כלי בית הבד ושל גת והעקל בזמן שהם של עץ מנגבן והן טהורים בזמן שהן של גמי מיישנן כל שנים עשר חדש או חולתן בחמין רבי יוסי אומר אם נתנן בשבולת (ס"א) הנהר דין :

8. Inter circulos & cortices, eſt locus publicus. Vinea quæ eſt ante vindemiatores, eſt locus privatus, quæ vero eſt poſt vindemiatores, is eſt locus publicus; quando? quando multi ingrediuntur in hanc & egrediuntur in illam. Vas præli, & torcularis, & ſaccus colatorius, quando lignea ſunt, abſtergat ea, & tum munda ſunt. Sed quando ea ſunt juncea, tum conſervant illa duodecim menſes, vel luſtrant illa in aqua calida. R. Joſe dicit, ſi immiſerit illa in fluxum rivi, ſufficit.

R. OB. DE BARTENORA.

עגולים Idem denotat quod זוגין eſtque orbiculus in forma molæ magnæ, cujuſmodi inſtrumentum ponebant ſuper corticibus poſt calcationem uvarum, quæ pedibus fiebat, ut exprimeretur tunc vinum quod in illis erat, ſed propter gravitatem & magnitudinem hujus orbiculi multi homines requiruntur qui eum elevent ad cumulum corticum in forma pomi factum, & qui eum deorſum trahant; proinde locus iſte pro publico habetur, ad dubiam immunditiem mundam pronunciandam, quia illic plurimi ſunt homines. כרם שלפני בוצרים רשות היחיד *vinea quæ eſt ante vindemiatores, eſt locus privatus*, nam vident homines illic introëuntes, proinde timent ne illic prehendantur ut fures. *Poſt vindemiatores eſt locus publicus*, quia omnes homines illic poſſunt intrare. *Vaſa domus præli, & torcularis*, nam domus præli eſt pro oleo, & torcular pro vino. עקל habet formam cupæ reticulatæ, cui cortices imponuntur poſt uvarum expreſſionem, ipſa vero cupa aliqua re gravida deprimitur. *Abſtergit ea*, antea vero nihil juvat lotio, ſi vas pollutum ſit, niſi donec liquor immundus prodierit, qui adhæſit ei. וחולטן *& luſtrat ea*, immittit ea in aquas ferventes, & poſtea immergit. בשבולת הנהר *in fluxu fluvii*, eſt locus in quo aquæ fluunt ut liquor educatur qui adhæret; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עגולין Notat idem quod זוגין ſive vaſa in quæ uvas conjiciunt, quæ paratæ ſunt pro torculari; & hujuſce vaſis forma apud antiquos nota erat, nos vero illud vocamus אלמנסר: Cæterum זוגין notat cortices uvarum poſt calcationem remanentes. Quod autem ante vindemiatores eſt, id ante facies eorum conſiſtit de vinea, quando vindemiare volunt, & quod poſt vindemiatores eſt, eſt id quod poſt vindemiam reliquum eſt. Cæterum tu jam noſti quid ſit locus privatus vel publicus ratione immunditiei. עקל notat prælum cui olivæ undique includuntur dum calcantur, ut omnes in unum congregentur; atque hæc vaſa auctor immunda eſſe dicit, quia in partes eorum ingreditur potus immundus. Sin autem lignea ſint, tum abſtergi debent, ſi juncea, & ſimilia, tum non abſterguntur, ſed relinquenda ſunt totum annum, donec aër illa purificaverit; vel aqua calida abluenda ſunt, donec exierit quod potus immundi abſorbuerunt. R. Joſe dicit, quod in rivam conjicienda ſint ut optime abluantur, & immergantur. Verum in Toſaphta dicitur, ſi alicujus torcular & prælum polluta ſint, & is purificet aſſeres, ſcopas, & torcular, abſtergit ea &c. deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

Finis Codicis de Puritatibus.

מסכת מקואות

Tractatus de Lavacris.

פרק א שש מעלות במקואות זו למעלה מזו וזו למעלה מזו מי גבאים שתה טמא ושתה טהור טמא שתה טמא ומילא בכלי טהור טמא שתה טמא ונפל ככר של תרומה אם הדיח טמא ואם לא הדיח טהור :

CAput 1. Sex ſunt gradus in aquarum receptaculis, quorum hic ſuperior illo, & contra: Aquas collectas ſi immundus atque immundus biberint, mundus eſt pollutus. Si immundus biberit, & impleverit vaſe puro, id immundum eſt. Si biberit immundus, & inciderit panis oblationis primæ, tum ſi ipſum abſterſerit, immundus eſt, ſin minus, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שש מעלות במקואות *Sex gradus ſunt in aquæ receptaculis*, quorum graduum unus major eſt altero. מי גבאים *aquæ collectæ*, ſunt aquæ in foſſa quadam congregatæ, quæ non hauſtæ ſunt, & non continentes quadraginta Sata, quæ ſunt menſura aquæ pro lavacris.

שתה טמא ושתה טהור טמא *Si biberit immundus, & biberit mundus, immundus eſt*, ſi ex iſtis aquis prius biberit immundus, & poſtea mundus, mundus pollutus eſt, quia gutta ex ore immundi incidit in foſſam, quam forſan imbiberit mundus, & ita immundus factus eſt; qui enim liquorem biberit immundum, is oblationem primam reddit reprobam. Atque hæc una eſt ex octodecim rebus quæ eodem die decretæ ſunt, ſicuti oſtenſum eſt capite primo codicis de Sabbato. Et quamvis nemo oblationem primam reddat reprobam niſi biberit quartarium, nihilominus tamen gutta quæ os immundi intravit polluit omnem liquorem qui fuerit in ore ipſius, nam tactus hujus guttæ non juvat ad immunditiem elevandam, quia foſſa iſta non comprehendit quadraginta aquæ Sata, ſicuti in fine dicitur. Sed tactu immundi alicujus non polluuntur aquæ in foſſa, niſi donec ſecluſæ fuerint; ita dicitur in Toſaphta.

ומילא בכלי טהור *Et impleverit vaſe puro*, ſi ex aquis foſſæ impleverit poſtquam immundus ex ipſis biberit, quia nobis ſuſpicio eſt guttam iſtam polluiſſe vas, quia vaſa polluuntur tactu liquorum immundorum.

אם הדיח *Si abluerit*, ſi panem abluerit, immundus eſt, ſin minus purus eſt, quia aqua foſſæ non diſpoſita eſt ad immuuditiem recipiendam, niſi donec ſecluſa ſit, idcirco ſi non abluerit panem, mundus eſt. Et quamvis panem extulerit, tamen aquæ ad immunditiem recipiendam non ſunt diſpoſitæ, ſed panis diſpoſitus eſt ad immunditiem e gutta recipiendam, quia gutta intercidit in aquis mundis. Si vero panem abluerit, & intentionem habuerit, tum aqua in manibus ipſius diſpoſita eſt ad immunditiem e gutta recipiendam, & non intercidit, ſed polluitur & panem polluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor ſex eſſe receptaculorum aquæ gradus, quorum unumquodque habet puritatis gradum, unum vero eſſe majorem altero, qui inferior eſt. Incipit autem cum gradu primo, quo aquæ collectæ debent eſſe quietæ, & non fluentes, cujuſmodi vocantur aquæ גבאים id eſt *collectæ*. In hiſce aquis ſi ſint quadraginta Sata aquæ, ſed minus, licet vel unum ſit Satum, tum aquæ iſtæ collectæ polluuntur ſicuti liquores reliqui, qui exiſtunt in vaſis; poſtquam vero pollutæ ſunt & ipſæ polluunt ſicuti liquores reliqui, niſi quod in uno tantum caſu differant, nempe, quod liquores vaſorum immundorum polluunt cum intentione & præter intentionem; hæ autem aquæ collectæ non polluunt cibos, niſi cum intentione res facta ſit, & hac in parte liquores qui ſunt in vaſis, differunt ab aquis collectis; nam ſi quis immundus & mundus biberit ex hiſce aquis, tum mundus fit immundus perinde ac ſi liquores immundos bibiſſet, quia iſtæ aquæ polluuntur manu immundi, quando bibebat. Pariter, ſi quis hauſerit ex hac aquarum congregatione ope vaſis, tum id polluitur, noſti enim quod immundi liquores polluunt vaſa. Si in hancce aquam inciderit panis oblationis primæ, poſtquam aqua polluta fuiſſet per immundum qui ipſam biberat, non polluitur panis, quia is præter intentionem incidit. Sin autem ipſum laverint in iſta aqua cum intentione, tum panis pollutus eſt, quia liquorem tetigit immundum. In Toſaphta quæritur quare mundus eſt, ſi non abluerint? quia aquæ collectæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam niſi donec extirpatæ ſint. Quare vero dixerunt, ſi abluerint, immundus eſt? quia aquæ quæ in manu ipſius ſunt, ad immunditiem recipiendam diſpoſitæ ſunt, & idcirco pollutæ panemque polluentes, ſcil. quia aqua in manu ipſius extirpata eſt, & diſpoſita ad immunditiem recipiendam; idcirco immundus eſt quia aquæ jam ad aliquem immunditiei gradum pervenerunt, propterea panis pollutus eſt.

ב מלא בכלי טמא ושתה טהור טמא מלא בכלי טמא ומלא בכלי טהור טמא מלא בכלי טמא ונפל ככר של תרומה אם הדיח טמא ואם לא הדיח טהור :

2. Si vaſe immundo impleverit, & mundus biberit, immundus eſt. Si vaſe immundo & mundo impleverit, immundum eſt. Si vaſe immundo impleverit, & panis oblationis primæ inciderit, & abluerit ipſum, immundus eſt, ſin minus, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מלא בכלי טמא *Si impleverit vaſe immundo*, ſupra nos docuit quando immundities accidit aquis propter hominem immundum, hic vero nos docet quando immundities accidit propter vas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod vas immundum polluat liquores, & hi liquores polluant vaſa munda. Sed hæc Miſna nos vult docere quod ſicuti hæc aqua polluitur ab homine immundo, ita etiam a vaſis immundis polluitur hæc ipſa immundities.

ג נפלו מים טמאים ושתה טהור טמא נפלו מים טמאים ומלא בכלי טהור טמא נפלו מים טמאים ונפל ככר של תרומה אם הדיח טמא ואם לא הדיח טהור רבי שמעון אומר בין שהדיח בין שלא הדיח טמא :

3. Si inciderint aquæ immundæ, & mundus biberit eas, pollutus eſt. Si aquæ immundæ inciderint, & is vaſe mundo impleverit, pollutum eſt. Si aquæ immundæ & ſimul panis oblationis primæ inciderint, iſque ablutus ſit, pollutus eſt, ſin minus, mundus eſt. R. Simeon dicit, ſive abluerit, ſive non abluerit, pollutus eſt.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

נפלו מים טמאים *Si aquæ immundæ inciderint*, hic nos docet auctor quod aquæ in foſſa collectæ liquorum immundorum qui in ipſas inciderunt, immunditiem recipiant. *R. Simeon dicit, ſive abluerit eum, ſive non abluerit, immundus eſt*, verba R. Simeonis ad omnia referenda ſunt, tam ad immunditiem quæ accidit propter hominem quam propter vaſa, & propter liquores, quod nempe panis ſit immundus ſive abluerit ſive non abluerit; & ratio quam R. Simeon adfert, hæc eſt, ego dico quod aquæ immundæ gutta, quæ ex ore immundi hominis excidit, vel e vaſe, vel e liquore immundo, vel denique quando omnes aquæ inciderint, remanſerit ſuper pane, eumque polluerit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nunc auctor nos docet quod hæ aquæ pollutæ ſunt, quando non continent quadraginta Sata, ſi in iſtas inciderint liquores immundi, ſicuti polluuntur homine immundo & vaſis immundis. Porro aliud eſt fundamentum quod liquores immundi polluant cum intentione & abſque intentione, ſi iſti in aquas quæ in fundo ſunt, inciderint. R. Simeon dicit, quandoquidem aquæ iſtæ polluuntur, ſimiles erunt liquoribus immundis, qui cum intentione & præter intentionem polluunt, atque ita ſe rem habere cum aquis in foſſa collectis, quod iſtæ cum intentione & abſque intentione polluunt; idcirco immundus eſt, ſive abluerit ſive non abluerit. In Toſaphta adfertur ratio illius quod dicit R. Simeon, nempe, quod in fine aquæ immundæ panem tangunt. Sapientes ſequuntur opinionem ipſorum, & dicunt quod aquæ iſtæ in foſſa collectæ non polluant, niſi cum intentione, & quod immundæ ſunt, ac ſi eſſent in liquoribus reliquiſque rebus; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד נפל לתוכן מת או שהלך בהן הטמא ושתה טהור טהור אחד מי גבאים מי בורות מי שיחין מי מערות מי תמציות שפסקו ומקואות שאין בהם ארבעים סאה בשעת הגשמים הכל טהור פסקו הגשמים הקרובים לעיר ולדרך טמאים והרחוקים טהורים עד שיהלכו רוב בני אדם :

4. Si in illas inciderit mortuus, vel immundus in illis inceſſerit, biberitque ex iis mundus, eſt mundus. Perinde eſt ſive aquæ collectæ ſint, ſive in puteo, ſive in foſſa, ſive in ſpeluncis. Aquæ Tamſiot quæ ceſſant, & conceptacula aquæ quadraginta Sata non continentia, omnia pura ſunt dum pluit; pluvia vero ceſſante immundæ ſunt aquæ civitati & viæ proximæ; remotiores vero puræ ſunt donec plurimi homines eo inceſſerint.

R. OB. DE BARTENORA.

או שהלך בהן הטמא ושתה הטהור טהור *Aut ſi inceſſerit in ipſis immundus, & biberit mundus, eſt mundus*, quia aquæ in foſſa collectæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam donec ſecluſæ fuerint, uti ſuperius diximus. *Perinde eſt ſive aquæ collectæ ſint, ſive in puteo*, &c. omnes iſtæ ſunt æquales in omni jure, de quo hæc loquitur Miſna uſque ad ſecundum gradum. בורות *putei*, ſcil rotundi. מערות *ſpeluncæ*, quæ ſunt quadratæ & contectæ, atque orificio inſtructæ.

מי תמציות שפסקו *Aquæ Tamziot quæ defecerunt*, ſunt aquæ pluviatiles ſuper montes demiſſæ, e quibus defluunt, his vero ceſſantibus aquæ reliquæ ſimiles ſunt aquis collectis, & ſi quis ex iis biberit immundus, vel vaſe immundo impleverit ex iis, vel immundi liquores inciderint, tum gutta immunda non intercidit in ipſis. Sed quum montium aquæ defluere nondum deſierunt, etſi pluviæ aquæ ceſſaverint, non cenſentur ut aqua collecta; & aquæ pluviæ quæ poſtea de montibus defluunt, faciunt ut intercidat gutta immunda, etſi aquæ primæ eas intercidere non effecerint. Ita dicit Miſna capite ſecundo codicis Machſirin, aquæ effuſæ ſi deſcenderint in ipſas aquæ pluviæ, ſi maxima pars munda ſit, mundæ ſunt; quando hoc intelligendum eſt? quando aquæ hauſtæ præceſſerint, at ſi aquæ pluviæ præceſſerint, quantulæcunque fuerint quantitatis, aquæ hauſtæ immundæ ſunt.

הקרובים לעיר ולדרך טמאים *Quæ civitati proximæ ſunt & viæ, immundæ ſunt*, quia nobis ſuſpicio eſt forſan immundum quendam ex iis bibiſſe, vel vaſe impleviſſe immundo. *Donec plurimi homines inceſſerint*, quando præſidia cum peregrinantibus in viis remotis tranſierint, tum immundæ ſunt iſtæ aquæ, quia forſan homo immundus ex ipſis bibit, vel vaſe immundo impleverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Docet nos auctor in hac Miſna quod ſicut hæ aquæ collectæ non polluunt niſi cum intentione, ita nec polluuntur niſi de induſtria, idcirco ſi quid immundi in ipſas inciderit, licet vel mortuus ſit, qui ita polluit ut nihil ſupra, vel ſi vir immundus in ipſas iverit cum intentione incedendi in ipſis, non pollutæ ſunt iſtæ aquæ, & ſi poſtea ex ipſis biberit homo mundus, mundus eſt. Poſtea auctor dicit jus iſtud quod de aquis collectis dictum eſt, nempe quod aquæ collectæ non polluuntur neque polluunt niſi cum intentione, etiam intelligendum ſit de aquis puteanis, & iis quæ in foſſis & ſpeluncis ſunt, atque iis quæ humectant, & collectis ex iis quæ humectarunt, ſi defecerint. Pariter lavacra quadraginta Sata non continentia, & omne id quod non habet tempus quo fluit, & quod non habet quadraginta Sata, pura ſunt, licet aquæ hauſtæ ſint, hæc notat auctor quando dicit, *aquæ puteanæ*, nam omnium horum idem eſt jus. Poſtea dicit, quod dum pluviæ decidunt, eæ omnes ſint in ſuſpicione quod puræ ſunt; nam non dicimus quod vaſe immundo, vel homine immundo, vel liquoribus immundis pollutæ ſunt, quia pluviæ iſtas aquas reddunt fluentes, has educentes, illas vero ſecum ferentes, ſi vero aquæ pluviæ ceſſaverint, tum omnes quæ circa urbem exiſtunt, immundæ ſunt, quia dicimus forſan hominem vel vas immundum eas tetigiſſe. Quicquid autem ex aquis collectis reliquum fuerit, vel ſimilibus aquis prope civitatem, id purum eſt, quia plebs ab iſtis longe abeſt, donec viatores proficiſci inceperint per vias, & aquæ fuerint in ſuſpicione immunditiei propter præſidiarios tranſeuntes, iſtæ aquæ collectæ manent omnes in ſuſpicione immunditiei poſt pluviæ ceſſationem, ob incrementum dierum vernorum donec pluvia redierit, & fluere inceperit id quod aquæ pluviæ ex illis aſſequi potuerint, atque denuo in ſuſpicionem puritatis venerint, ſicuti inſequens dicit Miſna.

ה מאימתי טהרתן בית שמאי אומרים משירבו וישטופו ובית הלל אומרים רבו אף על פי שלא שטפו רבי שמעון אומר שטפו אף על פי שלא רבו כשרין לחלה ולישול מהן לידים :

5. Quando mundæ ſunt? Schola Schammai dicit, ex quo multiplicatæ fuerint & effluunt. Schola Hillelis dicit, ex quo multiplicatæ ſunt, licet non effluant. R. Simeon dicit, ſi effluant, licet non multiplicatæ ſint; idoneæ ſunt pro ſecio, & ut ex ipſis ſumatur ad manus lavandas.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתאי טהרתן *Quando mundæ ſunt?* nempe a vicinis & longe remotis. *Ex quo multiplicatæ fuerint, & effuſæ*, ex quo aquæ pluviæ deſcenderint, & iſtæ magis multiplicatæ fuerint quam aliæ quæ antea in foſſa erant, quum ex ipſa biberat immundus, vel vaſe immundo ex ipſa impleverit, & effuſæ fuerint aquæ, atque ſuper ora foſſæ effluxerint; cæterum effuſæ aquæ copia non definita eſt. *Si multiplicatæ fuerint*, non ut Schola Schammai putat, quæ putat ambas conditiones requiri, ſcil. quod multiplicatæ & effuſæ ſunt; & quia aquæ pluviæ multiplicatæ fuerint quæ poſtea venerunt ad aquas quæ in foſſa erant dum immundus ex ipſa bibebat, mundæ ſunt etſi non effuſæ ſint nec exterius prodierint. *R. Simeon dicit, ſi effuſæ ſint, licet non multiplicatæ ſint*, ſi aquæ pluviæ effuſæ fuerint ſuper ora foſſæ, & prodierint, foſſa eſt munda, etſi aquæ pluviæ non multiplicatæ fuerint quæ venerunt ad aquas quæ in foſſa erant dum ipſa polluebatur. *Idoneæ ſunt pro ſecio*, iſtæ aquæ collectæ de quibus Miſna loquitur, idoneæ ſunt ad ſecium depſendum & coquendum. *Ad ſumendum de illis pro manibus*, pro omni re quæ manibus ablui debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וישטפו *Et effuderint*, quando aquas effuderint extra foſſam. Schola Schammai dicit, requiritur ut foſſa ſit profunda, & ut aquæ pluviæ in eam in majori copia deſcendant quam iſtæ quæ in ipſa continentur, atque ut exterius effundantur. Hujuſce rei exemplum in Toſaphta exponitur, ut, ſi foſſa capiat viginti aquæ Sata, at in ipſa ſint novem Sata, atque ipſa polluta fuerit ab homine immundo, vel immundo vaſe, & ſi poſtea aquæ pluviæ decem Sata in ipſam deſcenderint, ſecundum ſententiam Hillelis pura manet, quia aquæ pluviæ multiplicatæ ſunt. At vero ſecundum opinionem Scholæ Schammai non eſt pura niſi donec plena ſit, & undecim Sata habuerit. Si novendecim Sata aquæ collectæ in ipſa ſint, eaque polluta fuerint ſicuti diximus, & poſtea aquæ pluviæ Satum inciderit, tum ea pura eſt ſecundum R. Simeonis ſententiam, quia aquæ pluviæ ſunt effuſæ & in terram extenſæ circa ora ipſius. Sed ſecundum Scholam Schammai hæc foſſa nondum pura eſt, licet enim aquæ pluviæ effuſæ ſint, tamen non multiplicatæ ſunt. Abſoluto jure de aquis collectis, quomodo iſtæ polluant & polluantur, & quando in ſuſpicione puritatis, vel impuritatis ſunt, & quomodo purificari poſſunt poſtquam pollutæ fuerint, dicit quod iſtæ aquæ collectæ idoneæ ſunt pro placenta, nempe ad eam his aquis depſendam & coquendam, & ad manus in iis lavandas. Præterea quoque licet iſtis aquis lavare manus pro ejuſmodi rebus quæ lotione manuum indigent. Cæterum capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus dictum eſt quod manus pro rebus profanis lavandæ ſunt, pro oblatione prima, & pro decimis; atque hic primus eſt gradus.

ו למעלה מהן מי תמציות שלא פסקו שתה טמא ושתה טהור טהור שתה טמא ומלא בכלי טהור טהור שתה טמא ונפל ככר של תרומה אף על פי שהדיח טהור מלא בכלי טמא ושתה טהור טהור מלא בכלי טמא ומלא בכלי טהור טהור מלא בכלי טמא ונפל ככר של תרומה אף על פי שהדיח טהור נפלו מים טמאים ושתה טהור טהור נפלו מים טמאים ומלא בכלי טהור טהור נפלו מים טמאים ונפל ככר של תרומה אף על פי שהדיח טהור כשרין לתרומה וליטול מהם לידים:

6. Majoris gradus ſunt aquæ Tamziot quæ non ceſſarunt. Si immundus biberit & mundus, manet mundus. Si immundus biberit & vaſe impleverit puro, id purum manet. Si biberit immundus, & panis oblationis primæ inciderit, etſi eum abluerit, tamen mundus manet. *Si impleverit vaſe immundo, & biberit mundus, mundus manet.* Si vaſe immundo & mundo impleverit, mundum manet. Si vaſe immundo impleverit, & panis oblationis primæ inciderit, etſi abluerit, mundus manet. Si aquæ immundæ inciderint, & mundus biberit, mundus manet. Si aquæ immundæ inciderint, & quis vaſe mundo impleverit, mundum manet. Si aquæ immundæ inciderint, & ſimul panis oblationis primæ, etſi eum abluerit, tamen mundus manet. *Idoneæ ſunt pro oblatione prima & pro manibus abluendis.*

R. OB. DE BARTENORA.

מי תמציאות שלא פסקו *Aquæ Tamziot quæ non ceſſarunt*, intellige aquas e monte defluentes, & quamvis aquæ pluviæ ſuper ipſas deciderint, hæ tamen aquæ efficiuntur ut gutta prima immunda intercidat, quando ea erat in foſſa, idcirco ſi immundus biberit & mundus, quando necdum ceſſarunt, munda eſt, quia aquæ immundæ quæ inciderunt, factæ ſunt mundæ; & hic eſt gradus quo ſuperiores non purificant aquas immundas, ſed purificantur; attamen pro lotione hominis, vaſorum & manuum ſunt idoneæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic ſecundus eſt gradus, & magnitudo ipſius longe major eſt primo, quod iſtæ ſcil. aquæ non polluantur homine immundo, nec vaſe immundo, nec liquore immundo, licet de induſtria res facta ſit, quia iis uti licet in oblationibus primis. Sed aliter ſe res habet in aquis collectis, ſimilibuſque. Hæ vero aquæ non continent quadraginta Sata, neque hauriuntur.

ז למעלה מהן מקוה שיש בו ארבעים סאה שבו טובלין ומטבילין למעלה מהן מעין שמימיו מעוטין ורבו עליו מים שאובין שוה למקוה לטהר באשבורן ולמעין להטביל בו בכל שהוא:

7. Superioris gradus eſt lavacrum quadraginta continens Sata, quia in ipſo ſe lavant & alios lavant. Supra hunc gradum eſt fons cujus aquæ ſunt exiguæ, ſi ſuper his multiplicatæ fuerint aquæ hauſtæ, ſimilis eſt lavacro ad purificandum in foſſa, & fonti ad lavandum in ipſo quantuluſcunque is ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

טובלין *Lavent*, homines totum in ipſo corpus immergunt & abluunt. ומטבילין *& lavare faciunt*, vaſa & manus lavant pro rebus pro quibus neceſſario manus lavari debent, ubi lotio

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic tertius eſt conceptaculi aquæ gradus, quo aquæ congregatæ ſunt abſque hauſtu, & in ipſis quadraginta Sata continentur, & in ejuſmodi conceptaculo purificari poſſunt im-

lotio pro ſanctis non ſufficit. *Fons*, cujus aquæ fluunt & in pauciori copia ſunt quam aquæ hauſtæ in ipſum infuſæ. Fons igitur quodammodo ſimilis eſt lavacro ad purificandum in foſſa, ſed non in flumine, nam hypotheſis eſt nobis quod fons purificat in aquis fluentibus, & lavacrum in collectis aquis; & hoc propter multas aquas hauſtas quæ in ipſo ſunt, quibus lavacro aſſimilatur ad purificandum in collectis & non in fluentibus aquis.

ולמעין להטביל בו בכל שהוא *Et fonti, ad lavandum in ipſo quantuluſcunque ſit*, nam non hic requiruntur Sata quadraginta ſicuti in lavacro, nam lavacrum non purificat. Si aquæ copia non contineat quadraginta Sata, hæc enim aqua purificat in quantulacunque copia, ſicuti fons.

immundi homines & immunda vaſa, & hoc eſt quod dicitur, *lavant & lavare faciunt.* Pariter in ipſo lavant manus pro ejuſmodi rebus quæ manuum lotionem requirunt. Cæterum in fine codicis de Feſtis Solennibus dicit, quod pro ſanctis lavandæ ſunt manus, at hæ manus lavari non debent. In Toſaphta dicitur, hæc regula generalis eſt, ubi homines lavantur, ibi & manus & vaſa lavantur, ubi vero homines non lavantur, ibi nec manus, nec vaſa. Quartus gradus eſt quo fons exiguam habet aquæ copiam, aquamque hauſtam in ipſum injectam, donec aquæ multiplicatæ fuerint; hæ aquæ commune jus habent cum lavacro & fonte, nam in una re fonti, in altera vero lavacro ſimiles ſunt. Prius vero jura fontis & lavacri exponenda ſunt; dico itaque fontem ſive aquas fluentes purificare in quantulacunque quantitate, licet ea minima ſit, idcirco quod in ipſo purificatum eſt, id mundum eſt. Porro aliud quoque ei jus eſt quo aquæ e fonte promanantes & collectæ purificent omne id quod in ipſis lotum eſt. Hæc vero duo jura obtinent in fonte, quorum unum eſt ipſum purificare in quantulacunque copia, alterum quo is purificat in aqua fluente. Cæterum in lavacro, quod eſt aquarum collectio, quæ non fluunt, duo obtinent jura, quorum unum eſt quod iſtud non purificat immundos niſi in ipſo ſint quadraginta Sata, ſi vero minus ſit quam iſta quantitas, non purificat immundos. Alterum eſt quod aquæ extra ipſum dimanantes, quæque זוחלים *fluentes* dicuntur, non purificant; ſed eæ quæ loco quodam turpi ſive ſtagno collectæ ſunt, אשבורן dicuntur. Porro dicit auctor quod ſi in fontem exiguæ aquarum copiæ infuſæ ſint aquæ hauſtæ, adjunctorium iſtius purificet in quantulacunque quantitate, ſicuti fons in quo non ſunt aquæ hauſtæ; at vero is non purificat niſi in fiſſuris & caveis, ſicuti lavacrum in quo non eſt fons.

ח למעלה מהן מים מוכין שהן מטהרין בזוחלין למעלה מהן מים חיים שבהן (מצ׳) טבילה לזבים והזיה למצורעים וכשרים לקדש מהן מי חטאת׃

8. His ſuperiores ſunt aquæ corruptæ, quæ purificant in fluentibus. Superiores iſtis ſunt aquæ vivæ in quibus lavantur ſeminiflui, & leproſi aſperguntur, atque ipſæ ſunt idoneæ ad aquas ſacrificii expiatorii conſecrandas.

R. OB. DE BARTENORA.

מים מוכין *Aquæ corruptæ*, ſunt aquæ fluentes quæ ſalſæ ſunt vel calidæ. שהן מטהרין בזוחלין *quæ purificant dum fluunt*, ſi fontis aquæ ſint exiguæ, ut ſupra dictum eſt, is non purificat in fluentibus, ſed in fiſſuris terræ collectis. מים חיים *aquæ vivæ*, ſunt aquæ fluentes, quæ non corruptæ ſunt.

שהן טבילה לזבים *In quibus ſeminiflui lavari poſſunt*, de quibus ſcriptum eſt Levit. 14, 9. *Et lavabit veſtem ipſius in aquis vivis.* והזייה למצורעין *& aſperſio pro leproſis*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 14, 5. *In vaſe teſtaceo ſuper aquis vivis. Et idoneæ ſunt ut aqua ſacrificii expiatorii iis conſecretur*, ſicuti ſcriptum eſt Num. 19, 17. *Aquæ vivæ in vaſe.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quintus eſt conceptaculorum aquæ gradus quo aquæ ſint fluentes, & non מוכים *corruptæ*, nempe non amaræ, nec ſalſæ, nec calidæ, vel aliis malis ſaporibus affectæ quibus aliquæ aquæ ſolent affici, ſicuti exponitur in codice de Vacca Rufa. Sed hæ aquæ aliquid in ſe habent quod non habent antecedentes, quoniam in fluentibus purificant, quia fons eſt, & cum ipſo nulla alia aqua mixta. Sextus gradus eſt quo aquæ ſint manentes & dulces, quæ vocantur *aquæ vivæ*, in quibus ſeminifluus duntaxat lavari poteſt, nempe quando dies fluxus deſierunt. Præterea purificatio leproſi, ſive aquæ ſuper quibus aves mactantur, & conſecratio aquæ expiatoriæ, omnia inquam iſta in hiſce aquis fieri debent, nam de hiſce tribus dicit Lex Num. 19, 17. *aquæ vivæ.*

פרק ב הטמא שירד לטבול ספק טבל ספק לא טבל אפילו טבל ספק יש בו ארבעים סאה ספק אין בו שני מקואות אחד יש בו ארבעים סאה ואחד שאין בו טבל באחד מהם ואינו יודע באיזה מהן טבל ספקו טמא׃

Caput 2. Si immundus deſcenderit ad ſe lavandum, dubiumque fuerit an lotus ſit necne; & quamvis ſe laverit, attamen dubium fuerit an in lavacro quadraginta ſint Sata aquæ necne. Si duo ſint lavacra, & in uno quadraginta ſint Sata, at non in altero, is vero in alterutro ſe laverit, at neſciverit in quonam ſe laverit, tum illius dubium cenſetur immundum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספיקו טמא *Dubium ipſius cenſetur immundum*, quia vir conſtituendus eſt in poſſeſſione ſua, hic autem in poſſeſſione immunditiei eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc cl[illegible] ſunt, quia nobis hypotheſis eſt quod immundus poſſeſſioni ſuæ reſtituendus ſit, eumque, poſtquam nobis de immunditie ipſius conſtiterit, non prius purificatum eſſe quam id nobis conſtet.

ב מקוה שנמדד ונמצא חסר כל טהרות שנעשו על גביו למפרע בין ברשות היחיד בין ברשות הרבים טמאות במה דברים אמורים בטומאה חמורה אבל בטומאה קלה כגון אכל אוכלין טמאים ושתה משקין טמאים בא ראשו ורובו במים שאובין או שנפלו על ראשו ועל רובו שלשה לוגין מים שאובין וירד לטבול ספק

2. Si lavacrum menſuratum fuerit, idque defecerit, omnes purificationes in ipſo præpoſtere factæ, tam in loco privato quam in publico, immundæ ſunt. De quo dicta ſunt hæc verba? de gravi immunditie; ſed de immunditie levi, ut, ſi quis ederit cibos immundos, & liquores biberit immundos, & caput atque illius maxima pars in aquas hauſtas intraverit, vel in caput vel in maximam

ספק טבל ספק לא טבל אפילו טבל ספק יש בו ארבעים סאה ספק אין בו שני מקואות אחד יש בו ארבעים סאה ואחד שאין בו טבל באחד מהן ואינו יודע באיזה מהן טבל ספקו טהור רבי יוסי מטמא (מצ' שהיה) שרבי יוסי אומר כל דבר שהוא בחזקת טומאה לעולם הוא בפסולו (מצ' בטומאתו) עד שיודע שטהר אבל ספקו ליטמא ולטמא טהור:

mam ipſius partem deciderint tres aquæ hauſtæ Logi, is vero deſcenderit ut ſe lavet, at dubitaverit an ſe laverit necne, & licet ſe laverit, ſi dubium ſit an in lavacro quadraginta ſint Sata, vel ſi duo ſint lavacra & in uno quadraginta ſint Sata, & non in altero, & is in alterutro ſe laverit, at neſciverit in quonam, tum dubium illius cenſetur purum. R. Joſe id impurum dicit, nam is putat quicquid eſt in ſuſpicione immunditiei, id ſemper manere in reprobatione ſua, donec conſtiterit id eſſe purificatum. Si dubium fuerit an pollutus fuerit vel an polluerit, purus cenſetur.

R. OB. DE BARTENORA.

בין ברשות הרבים בין ברשות היחיד טמאות *Sive in loco publico ſive in loco privato, immundæ ſunt*, etſi dubium immunditiei in loco publico cenſeatur mundum, hoc tamen munditiei dubium eſt, & non immunditiei. *De immunditie gravi*, de patre immunditiei, cujus immundities ex Lege eſt. *De immunditie levi*, ex decreto Sapientum.

אכל אוכלים טמאים *Si comederit cibos immundos*, ſi comederit dimidium Peras, ſive quantum pro duabus menſis ſufficit, vel ſi quartarium e liquoribus immundis biberit, corpus illius reprobum factum eſt pro comeſtione oblationis primæ, eamque inficit ſi comedat ex decreto Sapientum; atque hæ ſunt ex octodecim rebus quas Sapientes decreverunt, & omnes expoſitæ capite primo codicis de Sabbato.

ואפילו טבל *Et quamvis laverit ſe*, nunc duo conſideranda ſunt in malam partem, forſan enim nullatenus ſe lavit, & quamvis ſe laverit, forſan ante lotionem lavacro aqua defuit, nihilominus tamen ipſius dubium cenſetur mundum.

רבי יוסי מטמא *R. Joſe id impurum pronunciat*, etiam id quod ex decreto Sapientum eſt, quia homo cenſetur eſſe in ſuſpicione immunditiei. *Dubium vero illius an pollutus fuerit vel an polluerit*, ut, ſi dubium ſit an comederit cibos immundos necne, hoc eſt dubium an pollutus ſit; vel ſi certo comederit cibos immundos, at dubium fuerit an panem oblationis primæ tetigerit necne, hoc eſt dubium an polluerit, & in his R. Joſe purum pronunciat, quia hic non eſt ſuſpicio de immunditie; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum eſt quod dubia immundities in loco publico cenſeatur munda, idcirco hic neceſſario exponendum erat de loco publico & de privato, quia dubium eſt munditiei, & non dubium immunditiei, idcirco dicitur, *conſtitue immundum in poſſeſſione ſua*, nam ſi hic immundus ſit immundus immunditie levi ex decreto Sapientum, & dubium inciderit in munditiem ipſius, an perfecte purificatus ſit necne, mundus eſt, ſicuti dicitur capite ſeptimo codicis de Puritatibus, quod dubia ex decreto Sapientum continentur ſub dubiis quæ Sapientes cenſuerunt pura. R. Joſe dicit quod in immunditie ex decreto Sapientum conſtituit immundum in immunditie ſua, & quod dubium ex decreto Sapientum ſit quo Sapientes purum pronunciarunt, ſi dubium inciderit in eum de quo quæritur an ipſe pollutus ſit, an vero alium polluerit, nam tum dubium eſt an purus ſit, ut, ſi dubium ſit an comederit cibos immundos necne, vel an mundus ſit, vel an is qui potus comederit immundos, attigerit panem oblationis primæ, necne, quia panis eſt purus, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *dubium vero illius de puritate vel impuritate purum cenſetur.*

ג ספק מים שאובין שטהרו חכמים ספק נפלו ספק לא נפלו אפילו נפלו ספק יש בהם ארבעים סאה ספק אין בהן שני מקואות אחד יש בו ארבעים סאה ואחד אין בו נפל לאחד מהן ואינו יודע לאיזה מהן נפל ספקו טהור מפני שיש לו במה יתלה הי' שניהם פחותים מארבעים סאה ונפל לאחד מהם ואינו יודע לאיזה מהן נפל ספקו טמא מפני שאין לו במה יתלה:

3. Si dubium ſit de aquis hauſtis, quas Sapientes pronunciarunt mundas; vel ſi dubium ſit an iſtæ deciderint necne, & quamvis deciderint; vel ſi dubium ſit an quadraginta ſint aquæ Sata necne. Si duo ſint lavacra & in uno quadraginta Sata, ſed non in altero, & inciderit aqua hauſta in alterutrum, at neſciverit in quodnam, tum illius dubium eſt mundum, quia ei eſt ratio a qua dependet. Si neutrum comprehendat quadraginta Sata, & in alterutrum inciderit aqua hauſta, & is neſciverit in quodnam ex ipſis inciderit, dubium illius immundum eſt, quia ei non eſt ratio a qua dependet.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק מים שאובים שטהרו חכמים *Dubium aquarum hauſtarum quod Sapientes mundum pronunciarunt*, capite quarto codicis de Puritatibus dicit Miſna, dubia in quibus Sapientes allevarunt, & dubium aquarum hauſtarum. *Si dubium ſit an inciderint*, an tres Logi aquæ hauſtæ inciderint in lavacrum deficiens.

ספק יש בהן ארבעים סאה *Si dubium ſit an in ipſo quadraginta ſint Sata*, hoc ſenſu, ſi dubium ſit an in lavacro quadraginta ſint Sata aquæ legitimæ antequam inciderint aquæ hauſtæ, tum balneum non inficitur.

מפני שיש לו במה שיתלה *Quia ei ratio eſt cui inniti poſſit*, quia locus eſt a quo pendere poſſit, incidiſſe aquas, ſed non contuliſſe quicquam reprobi. *Quia ei non eſt cui inniti poſſit*, nam in quodcunque lavacrum aquæ hauſtæ inciderunt, lavacrum pollui potuit, idcirco utcumque lavacrum reprobum eſt. Quod autem nos dubium de aquis hauſtis dicimus mun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus capite quarto codicis de Puritatibus quod ſit unum e dubiis quod Sapientes pronunciarunt mundum, ſcil. dubium de aquis hauſtis; ſed in hoc tractatu tibi exponetur quod lavacrum in quo quadraginta continentur Sata, non inficitur ab aquis hauſtis, ſi inciderint in ipſum, imo licet mille Sata inciderint ex aquis hauſtis. Sed aquas hauſtas in lavacro reddunt reprobas, quando non ſunt quadraginta Sata, ſed poſtea demum quadraginta ſunt Sata cum aquis hauſtis; hoc fundamentum memoriæ mandato.

מפני שיש לו במה שיתלה *Quia habet rationem cui inniti poſſit*, ſenſus eſt, quod dicimus forſan iſtas aquas incidiſſe in lavacrum quod quadraginta comprehendit Sata, ſed eas non inficere lavacrum, uti diximus.

mundum, quando caſus alicui rationi adſcribi poſſit, ejus ratio eſt quod de aquis hauſtis ex decretis Sapientum ſancitum eſt. *Quod vero in Torat Cohanim dicitur, certe fons, puteus, & lavacrum aquæ*, ita intelligas, ſicuti fons eſt per Deum, ita lavacrum eſt per Deum, ſed hæc eſt ratio probabilis duntaxat.

ד רבי אליעזר אומר רביעית מים שאובין בתחלה פוסלין את המקוה ושלשה לוגין על פני המים וחכמים אומרים בין בתחלה בין בסוף שיעורו שלשה לוגין :

4. R. Eliezer dicit, quartarius aquæ hauſtæ in principio lavacrum inficit, & tres Logi in ſuperficie aquæ. Sapientes dicunt, tam in principio quam in fine trium Logorum ſit menſura.

R. OB. DE BARTENORA.

בתחלה *In principio*, quando in lavacro nullæ erant aquæ, dum ex aquis hauſtis quartarius in ipſum incidebat, ita ut poſtea demum perfecta fuerit quantitas ipſius ope aquæ pluviæ. *In ſuperficie aquæ*, poſtquam multæ in ipſo collectæ eſſent aquæ legitimæ; deciſio autem eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor *in principio*, ſi aquæ quartarium hauſerit, eumque in lavacrum conjecerit, & poſtea deſcenderit pluvia, vel aquæ in iſtum fluxerint, donec illæ lavacrum aliquod conſtituerint. Nos vero Logi menſuram aliquoties expoſuimus, notum enim eſt Logum conficere quartarios quatuor; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה מקוה שיש בו שלש גומות של מים שאובין של לוג לוג אם ידוע שנפל להוכו ארבעים סאה מים כשרים עד שלא הגיעו לגומא השלישית כשר ואם לאו פסול ורבי שמעון מכשיר מפני שהוא כמקוה סמוך למקוה :

5. Si lavacrum comprehendat tres foveas aquæ hauſtæ quarum unaquæque Logum continet, & conſtiterit in ipſum quadraginta Sata incidiſſe aquæ legitimæ, antequam ad tertiam perveniſſent foveam, legitimum id eſt, ſin minus, illegitimum eſt. R. Simeon legitimum dicit, quia ſe res habet perinde ac ſi unum lavacrum eſſet prope alteri.

R. OB. DE BARTENORA.

של לוג לוג *Logi Logi*, Logus in qualibet fovea. *Antequam ad tertiam foveam perveniſſent; legitimum id eſt*, quia lavacrum veluti perfectum eſt, nam quum in ipſum tres Logi ex aquis hauſtis inciderint, ii lavacrum non inficiunt; idcirco cum hic in lavacro quadraginta fuerunt Sata antequam ad aquas foveæ tertiæ perveniſſent, lavacrum non eſt infectum.

במקוה סמוך למקוה *Cum lavacro quod lavacro junctum eſt*, ut lavacrum legitimum, quod conjunctum cum lavacro aquæ hauſtæ, nam unum legitimum, alterum vero illegitimum eſt, idcirco hic quoque aquæ foveæ ſeorſim cenſeantur, & non commixtæ; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti fundamentum de quadraginta Satis aquæ legitimæ, quod iſtæ non inficiantur aquis; at ſi tres foveæ commixtæ fuerint, & minus quam quadraginta aquæ Sata ebullíverit, omnes inficiuntur, & tres aquæ hauſtæ Logi commixti fuerint cum quantitate quadraginta Satis legitimis minori. R. Simeon ſtatuit non eſſe reprobationem, quia cenſeantur aquæ fovearum perinde ac ſi in lavacro intercidiſſent, & perinde ac ſi lavacrum legitimum conjunctum eſſet illegitimo; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ו המסנק את הטיט לצדדין ומשכו ממנו שלשה לוגין כשר הירה תולש ומשכו ממנו שלשה לוגין פסול רבי שמעון מכשיר מפני (ס״א) שלא נתכוון לשאוב :

6. Si quis lutum ad latera removerit, & aqua trium Logorum ex ipſo expreſſa fuerit, legitimum eſt lavacrum. Si vero extirpaverit & extraxerit quis ex ipſo tres Logos, illegitimum eſt. R. Simeon legitimum dicit quia is non intendit haurire.

R. OB. DE BARTENORA.

מסנק Idem eſt quod מסלק *qui removit*, dicit itaque, ſi lutum ad latera removerit, non quod ipſum extirpaverit ex aqua, ſed quod in ipſa aqua id ad latus removerit; ſi enim ea aqua id extirpaverit, cenſetur ut aqua hauſta, & ſi tres Logi ex ipſa educti fuerint, lavacrum infectum eſt. Sed hoc duntaxat intelligas ſi in lavacro non quadraginta ſint Sata aquæ, quod tum tres aquæ hauſtæ Logi ipſum inficiant; at ſi quadraginta ſint Sata, omnes totius mundi aquæ hauſtæ non inficient ipſum. *R. Simeon reprobat*, quia non cogitavit de aquis hauriendis, ſed de iis ad unum latus ſeponendis; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi quis everrerit lutum fundi lavacri, idque ad latera poſuerit, & poſtea ex iſto luto ſtillaverint tres Logi aquæ, atque ad lavacrum redierint, lavacrum non ſit infectum, quia non ſunt aquæ hauſtæ, cum lutum non removit neque e lavacro ejecit. Si vero lutum plane e lavacro removerit, tum intelligas id quod dicitur, היה תולש *ſi extirpabat*, aquæ ſcil. in ipſo conjunctæ, ſunt aquæ hauſtæ, & ſi tres Logi ex ipſis deciderint in lavacrum, infecerunt ipſum; nam poſtquam lutum manu ſua ceperit, idque e lavacro eduxerit, aquæ ipſius factæ ſunt hauſtæ; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ז המניח קנקנים בראש הגג לנגבן ונתמלאו מים רבי אליעזר אומר אם עונת גשמים הוא אם (ש״ם) יש בו כמעט מים בבור ישבר ואם לאו לא ישבר רבי יהושע אומר בין כך ובין כך ישבר או יכפה אבל לא יערה :

7. Si quis cantharos poſuerit in vertice tecti ad deſiccandum ipſos, ſed impleti fuerint aquis, R. Eliezer dicit, ſi tempus pluviæ ſit, & in cantharo quaſi aliquid ſit aquæ e puteo, frangat, ſin minus, ne frangat. R. Joſua dicit, quocunque ſe res habuerit modo, frangat, vel flectat, ſed ne evacuet.

R. OB. DE BARTENORA.

לנגבן *Ad exſiccandum eos*, tantum ad eos exſiccandos, abſque intentione aquam in ipſos recipiendi, idcirco non fiunt hauſtæ, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 36. אך מעין ובור Nempe ſicuti eſt fons in quo non eſt opus manuum humanarum, ita etiam eſt puteus, in quo non eſt opus manuum humanarum.

אם עונת גשמים *Si tempus pluviarum ſit*, quando cœli nubibus colligati fuerint, deſcenderintque pluviæ. *Frangat*, ſcil. cantharos, ut aquæ in illis contentæ incidant in puteum, atque hæc eſt משכה *attractio*, quandoquidem vaſa confracta deciderunt in puteum. *Sin minus*, quando non fuerit tempus pluviarum vel ſi non fuerint aquæ in puteo, tum non confringet, nam ſi non ſit pluviarum tempus, lavacrum fieri nequit ex aquis canthari, quia R. Eliezer putat quod hauſtæ aquæ omnes, vel ipſarum maxima pars, ſint reprobæ, quas attraxerit. At vero ſi tempus pluviarum ſit, confringatur ad aquas attrahendas, & maxima pars aquæ lavacri implebitur aquis pluviis. Si vero nullatenus fuerit in puteo aqua, ne frangatur, etſi tempus pluviarum ſit, quia ex aquis in puteum non incidit quartarius ante confractionem. R. Eliezer ſequitur opinionem ſuam qua ſuperius dixit quod aquæ hauſtæ quartarius lavacrum inficiat ab initio.

רבי יהושע אומר בין כך ובין כך ישבר *R. Joſua dicit, ſive hoc ſive iſto modo ſe res habuerit, frangat*, quia putat quod tres Logi aquæ hauſtæ lavacrum inficiant, ſive in principio ſive in fine, & non quartarius. Nam non ſuſpicamur forſan tres Logos ante confractionem incidiſſe, & idcirco frangi debere etſi non ſit tempus pluviarum, quia uſque ad lavacri quantitatem attrahi poſſit; putat enim R. Joſua quod aquæ hauſtæ ab ipſo attractæ omnes ſint mundæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

או יכפה *Vel flectat*, nam cantharos in tecto poſitos inflectit, ne aquæ ex iis in puteum cadant, ſed in aliam partem, & illinc in puteum attrahantur. *Sed ne evacuet*, nam ſi cantharos elevaverit eoſque euacuaverit, fiunt ſicuti aquæ hauſtæ, quia opus manuum humanarum in ipſo continetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Lex Levit. 11, 36. אך מעין ובור מקוה מים יהיה טהור ex hoc loco doctor collegit fundamentum aliquod, licet iſtud fundamentum jam eſſet receptum, ego vero id ei adſcribo, idemque exponam, dico itaque lavacrum non eſſe humanum opus, ſed naturale, ſed puteus eſt opus humanum. Porro dicit Lex in loco ſupra citato, *congregatio aquarum munda erit*, hinc nos dicimus quod ſi quis vaſe hauſerit aquas eaſque in uno loco conjunxerit donec lavacrum aliquod compoſuerint, iſtud lavacrum eſt reprobum, quia Lex fontem vocat lavacrum, cum tamen is non ſit opus humanum. Porro nobis quoque dicendum erat quod ſi quis in balneo conficiendo quicquam injecerit, tum illud eſſet reprobum, quia non ſimile eſt fonti, niſi Lex puteum vocaſſet lavacrum, nam is opus humanum eſt, hinc iſta aquæ copia quam quis injecerit, licita erit partim, & partim illicita, ſicuti in hocce codice exponitur. Ita autem exponitur in Siphri juxta hoc fundamentum, intelligere potuiſſemus quaſi humero implere poſſet, & ſic lavacrum facere, quod ei licet, idcirco Lex dicit, *fons*, nempe, ſicuti fons eſt divinum opus, ita & lavacrum. Porro intelligere potuiſſemus quod ut in fonte nihil fit opera humana, ſic neque in lavacro quicquam fit, & idcirco excludi eum qui vaſa poſuerit in vertice tecti, ad ea exſiccanda & aqua implenda, idcirco Lex dicit, *puteus*, & addit, אך *ſed*, quæ eſt particula disjunctiva. Cæterum doctores dixerunt particulam אך *ſed* conditionem ponere in jure, nempe, quod fons purum reddat in quantulacunque aquæ copia, & in aquis fluentibus, lavacrum vero non purum reddat in quantulacunque copia, & non in aquis fluentibus, ſicuti expoſuimus in fundamentis præcedentibus. Dicit vero auctor, ſi cantharos poſuerit in tecto ad exſiccandum ea, & poſtea deſcenderit in eas pluvia, ita ut impleti ſint, is vero eos confregerit, atque aquæ iſtæ deciderint & in puteo conjunctæ fuerint, lavacrum eſt legitimum, etſi in hoc puteo non ſint aquæ, imo neque in tempore pluviæ, ſecundum ſententiam R. Joſuæ. *Vel inflectat*, in ora inflectat eos, ſed ne evacuet, removebit itaque cantharos, eoſque dejiciet; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

ח הסייד ששכח עציץ בבור ונתמלא מים אם היו המים צפים על גביו כל שהו ישבר ואם לאו לא ישבר דברי רבי אליעזר ורבי יהושע אומר בין כך ובין כך ישבר :

8. Cæmentarius ſi trullæ oblitus fuerit in puteo, atque ea aquis impleta fuerit, & ſi quantulumcunque aquæ ſuperius nataverit, frangat ipſam, ſin minus, ne frangat, ita R. Eliezer. R. Joſua dicit, quocunque ſe habeat modo, frangat.

R. OB. DE BARTENORA.

סייד Eſt cæmentarius qui puteum oblinit cæmento ad aquas retinendas, is enim cæmentum in trulla ad puteum deferre ſolet, & in puteo ſunt aquæ legitimæ, trulla vero in aquam immergitur. *Et ſi quantulumcunque aquæ ſuperius nataverit, confringat*, quia non hauſtæ erant aquæ cum adhuc mixtæ erant; ſi vero cantharum manu ſua elevaverit, liquoribus ſimilis erit, & aquæ hauſtæ fient. *Sin minus*, ſi aquæ ſuper ipſo non nataverint, non confringet. Hic autem ſermo fit de tempore quo non deſcendit pluvia, nam ſi deſcendat pluvia, confringetur cantharus, quandoquidem in puteo ſunt aquæ, uti diximus. *R. Joſua dicit, ſive hoc ſive iſto modo ſe res habeat, frangetur*, quia attrahi poſſit, ſicuti expoſuimus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סייד *Cæmentarius*; R. Simeon dicit, quod non franget ipſum, quia aquæ quæ in cantharum venerunt, hauſtæ ſunt ſecundum nos. Si tres Logi ſint in ipſo, & ipſum fregerit, reprobum reddunt ſicuti aquæ hauſtæ; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ט המסדר קנקנים בתוך הבור ונתמלאו מים אף על פי שבלע הבור את מימיו הרי זה ישבר :

9. Si quis in puteum poſuerit cantharos, iique aqua impleti fuerint, licet imbiberit puteus ſuas aquas, frangat.

R. OB. DE BARTENORA.

אף על פי שבלע הבור את מימיו *Etſi puteus imbiberit aquas ipſius*, & in puteo non extiterint aquæ præter eam quæ in cantharis continetur, confringatur ſecundum R. Joſuam, quartarius enim Logi non inficit; ſed canthari confringentur, & lavacrum denuo fiet ab initio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si puteus ſit plenus aquis, & is in ipſo diſpoſuerit duos cantharos ad aquam bibendam, iique impleti fuerint, ſed exſiccata fuerit omnis aqua quæ in puteo eſt, ita ut nihil remanſerit præter eam aquam quæ eſt in cantharis, hi canthari confringantur, aquæ diſpergantur, & in locum ſuum congregentur, ut denuo fiat balneum.

י מקוה שיש בו ארבעים סאה מים וטיט רבי אליעזר אומר מטבילין במים ואין מטבילין בטיט רבי יהושע אומר במים ובטיט באיזה טיט מטבילין בטיט שהמים צפים על גביו היו המים מצד אחד מודה רבי יהושע שמטבילין במים ואין מטבילין בטיט באיזה טיט אמרו בטיט שהקנה יורד מאליו דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר מקום שאין קנה המדה עומד אבא אליעזר בן דולעאי אומר מקום שהמשקלת יורדת רבי אליעזר אומר היורד בפי חבית רבי שמעון אומר הנכנס בשפופרת הנוד רבי אליעזר בר צדוק אומר הנמדד בלוג:

10. Si in lavacro quadraginta ſint Sata aquæ, & luti, R. Eliezer dicit, lavent ſe in aqua, ſed non in luto. R. Joſua dicit, in aqua & in luto. Sed in quonam luto ſe lavant? in luto cui aqua innatat. Si aquæ ſint ad latus unum, concedit R. Joſua quod in aqua ſed non in luto ſe lavant. De quonam luto locuti ſunt? de luto in quod calamus deſcendit ex ſe ipſo, ita R. Meir. R. Juda dicit, de loco in quo calamus menſuræ non conſiſtit. Aba Eliezer filius Dolai dicit, in loco ubi perpendiculum deſcendit. R. Eliezer dicit, ſi id deſcendat in os dolii. R. Simeon dicit, ſi id ingrediatur in fiſtulam utris. R. Eliezer filius Zadoci dicit, qui menſuratur Logo.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהושע אומר במים ובטיט *R. Joſua dicit, in aqua & luto*, ſi aquæ innatent luto, etſi pedes ipſius ſint in luto, tamen ſe lavet ſecundum R. Joſuam, quia aqua præcedit. R. Eliezer aliter ſentit. Verum ſi vas exiguum immerſerit in aquas luto innatantes, concedit R. Eliezer quod immerſio ei proſit, quoniam vas nequaquam in lutum deſideat, idcirco lutum cum aqua conjungitur ad quadraginta Sata complenda; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

שהקנה יורד מאליו *Quia calamus ſponte deſcendit*, ſi lutum adeo tenue ſit ut calamus ei impoſitus ſponte deſideat in ipſum. מקום שאין קנה המדה עומד *de loco in quo calamus non conſiſtit menſorius*, nam calamus quo metiuntur, ex ſe ipſo non conſiſtit in luto, quod non tam tenue eſt quam primum.

המשקלת *Perpendiculum*, plumbi ſegmentum a filo dependens quo utuntur opifices. Horum vero omnium menſuræ ſingulæ duritiei luti aliquid addunt, ejuſdemque craſſitiei, quia primum lutum omnium tenuiſſimum eſt, ſecundum vero craſſius eſt, & tertius eſt craſſius ſecundo, & ſic de cæteris. *In os dolii*, nam os illius anguſtum eſt & parvum, idcirco ſi lutum tam tenue ſit ut effundi queat, & urcei os anguſtum intrare, tum ei prodeſt lotio, ſi laverit ſe. *In fiſtulam utris*, eſt fiſtula quam ori utris imponebant, in quam infundebant, quantitas vero foraminis fiſtulæ utris comprehendebat duorum digitorum mediorum menſuram, ſive latitudinem duorum priorum digitorum manus, & non pollicis. *Quod menſuratur Logo*, quando lutum tam tenue eſt ut ſi in Logo menſuretur, qui eſt vas ſex ovorum quantitatem comprehendens, tum menſuretur cum balneo, & lavet ſe in ipſo; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שהקנה יורד מאליו *E quo calami proveniunt*, quod lævius eſt, nam ſi iſti luto impoſuerit calamum, perfodiet in ipſo demergente in profundum calamo, abſque demerſione manus. R. Juda dicit, etſi craſſius ſit, ita ut ſi calamus profundum petat, a menſura declinet, ut conſiſtere nequeat. Aba Eleazar filius Dolæi dicit, etſi craſſius ſit lutum, & ſi perpendiculum opificum in profundum deſideat, menſurabitur cum lavacro. R. Eliezer dicit, etſi craſſius ſit, tamen quando in os vaſis effunditur, quamdiu lutum effundi poterat in vas acuti oris, tamdiu vocabatur חבית *urceus* quo menſurabant. R. Simeon dicit, etſi craſſius ſit, nihilominus tamen quando effunditur aqua per fiſtulam quæ eſt in ore lagenæ, cujus quantitas eſt circumferentia unguium digitorum, tum metiuntur cum balneo. R. Eleazar filius Zadoci dicit, quando metiuntur cum Logo; ejus vero menſuram jam expoſui in fine codicis de Angulo agri relinquendo pauperibus; deciſio eſt juxta R. Joſuam, & juxta R. Jehudam.

פרק ג רבי יוסי אומר שני מקואות שאין בהם ארבעים סאה ונפלו לזה לוג ומחצה ולזה לוג ומחצה ונתערבו כשרים מפני שלא נקרא עליהן שם (ס"א) פסול אבל מקוה שאין בו ארבעים סאה ונפלו בו שלשה לוגין ונחלק לשנים פסול מפני שנקרא עליו שם פסול רבי יהושע מכשיר שהיה רבי יהושע אומר כל מקוה שאין בו ארבעים סאה ונפלו לו שלשה לוגין וחסר אפילו קרטוב כשר מפני שחסרו לו שלשה לוגין וחכמים אומרים לעולם הוא בפסולו עד שיצא ממני מלואו ועוד:

Caput 3. R. Joſe dicit, ſi duo ſint lavacra in quibus non ſunt quadraginta Sata, & in utrumque duo aquæ Logi cum dimidio inciderint, iique commixti fuerint, bene habet, quia nomen reprobationis ſuper iſtis non vocatur. Si vero in lavacrum quadraginta Sata non continens inciderint tres Logi, idque in duo diviſum fuerit, reprobum eſt, eo quod reprobationis nomen ſuper iſto vocatur. R. Joſua approbat, nam is dicebat, omne lavacrum in quo non ſunt quadraginta Sata, ſi tres Logi inciderint in ipſum & defecerit quicquam, licet vel Cartobus, legitimum eſt, quia tres Logi ei deſunt. Sapientes dicunt, ſemper id legitimum eſt donec plenitudo illius & aliquantulum exierit ex ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

ונתערבו *Et ii commixti fuerint*, ſunt hic tres Logi aquæ hauſtæ qui lavacrum inficiunt, nihilominus tamen legitimæ ſunt aquæ, quia nomen reprobationis ſuper illis non vocatum eſt, nam ſi aquæ legitimæ ſingulis additæ fuerint, donec aquæ quantitas in lavacro impleta fuerit, quodque lavacrum erit legitimum. *Idque in duo diviſum fuerit*, & ſingulis aquæ legitimæ additæ fuerint donec in unoquoque aquæ quantitas pro lavacro fuerit, tum unumquodque eſt reprobum. *Et defecerit quicquam, licet vel Cartob*, ſi poſtquam in ipſum inciderint tres Logi ex aquis hauſtis, deficiat quicquam, licet vel Cartobi quantitas, idoneum eſt ut ei aqua affundatur, & quantitas pro lavacro impleatur, quia fieri nequit quin in iſto Cartobo deficienti quicquam deficiat de tribus Logis, hinc fiet ut in ipſo non ſint tres, quia lavacrum viginti

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרטב Eſt menſura minima, ſcil. ſexageſima quarta pars Logi, & comprehendit pondus drachmæ Ægyptiacæ cum dimidio fere. *Si in duo diviſum ſit*, etſi in qualibet parte ſit balneum, quia aquas legitimas eis addiderant, donec quadraginta ſint Sata; deciſio eſt ſecundum R. Joſuam.

viginti aquæ legitimæ Sata continens, ſi in ipſum tres Logi aquæ hauſtæ inciderint, idque poſtea aquis pluviis impletum fuerit, ſemper manet in ſtatu legitimo, donec viginti Sata quæ in principio continebat, educta fuerint, & aliquantulum plus ad tres Logos diminuendos.

ב כיצד הבור שבחצר ונפלו בו שלשה לוגין לעולם הוא בפסולו עד שיצא ממנו מלואו ועוד או עד שיעמיד בחצר ארבעים סאה ויטהרו העליונים מן התחתונים רבי אלעזר בן עזריה פוסל אלא אם כן פקק (נ"א פסק) :

2. Quomodo? ſi puteus fuerit in atrio, & in ipſum tres Logi inciderint, tum ſemper is eſt in ſtatu illegitimo, donec plenitudo ipſius & aliquantulum plus ex ipſo prodierit. Vel donec in atrio conſtituerit quadraginta Sata, tum ſuperiores purificantur ab inferioribus. R. Eleazar filius Azariæ reprobat, niſi occluſerit.

R. OB. DE BARTENORA.

או שיעמיד בחצר ארבעים סאה *Vel ſi conſtituerit in atrio quadraginta Sata*, ſi balneum legitimum ſit ſub illegitimo, idque aperuerit poſſeſſor verſus illegitimum, ut cum eo conjungatur & illegitimum ſupra legitimum reddatur purum, hoc non licet, quia dicimus quod margo aſcendat, & quanto magis ſi legitimum ſit ſuperius, & illegitimum inferius, dicimus quod margo deſcendat. *Niſi ceſſaverit*, niſi aqua ipſius ceſſaverit, & plenitudo ipſius exierit, & aliquantulum plus, uti diximus; nonnulli hoc ſenſu legunt, *niſi occluſerit*, ſi nimirum occluſerit balneum quod fecit, ne quis aquas iſtas attingat; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלואו ועוד *Plenitudo ipſius & aliquantulum plus*, ut, ſi in ipſo viginti ſint Sata, & tres Logi aquæ hauſtæ adjecti, legitimus eſt puteus, etſi diminuti fuerint & aliæ aquæ legitimæ deſcenderint in ipſum, donec aliquantulum plus quam viginti Sata prodierint ex ipſo, quo nobis conſtet quod tres Logi diminuti fuerunt; ſi enim iſta quantitas ex ipſo prodierit, tum erit legitimus. Vel ſupra ipſum conſtruetur balneum quadraginta Satorum. Cæterum tibi ſupra jam dixi quod aquæ hauſtæ non inficiunt balneum in quo ſunt quadraginta aquæ Sata, ſive aqua ſit in balneo, ſive in puteo; idcirco omnia ſe recte habent. R. Eleazar filius Azariæ dicit, iſte puteus eſt illegitimus etſi balneum ſupra ipſum ſit, idque apertum ſit verſus ipſum, quia ſe res habet perinde ac ſi duo ſint balnea, unum ad latus alterius, unum legitimum, alterum vero illegitimum, niſi balneum ſuperius claudatur, quod in atrio conſtructum eſt, ne quis tangat iſtas aquas, ſed eas quæ in puteo ſunt, tum aquæ puteanæ erunt legitimæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

ג בור שהוא מלא מים שאובים והאמה נכנסת לו ויוצאה ממנו לעולם הוא בפסולו עד שיתחשב שלא נשתייר מן הראשונים שלשה לוגין שנים שהיו מטילין למקוה זה לוג ומחצה וזה לוג ומחצה הסוחט את כסותו ומטיל ממקומות הרבה והמערה מן הצרצור ומטיל ממקומות הרבה רבי עקיבא מכשיר וחכמים פוסלין אמר רבי עקיבא לא אמרו מטילין אלא מטיל אמרו לו לא כך ולא כך אמרו אלא שנפלו לו שלשה לוגין :

3. *Si puteus ſit aquæ hauſtæ plenus, & canalis in ipſum intraverit, & exierit, is ſemper illegitimus cenſeatur*, donec putaverit de primis aquis non remanſiſſe tres Logos. Si duo in balneum injecerint, unus Logum cum dimidio, & alter tantundem; aut, ſi quis expreſſerit veſtes ſuas, & e multis locis injecerit aquam, & quis evacuaverit bombylium, & e multis locis injecerit, R. Akiba rem rite ſe habere dicit. Sapientes ſe male rem habere dicunt. Dixit R. Akiba, non dixerunt, qui injecerunt, ſed, qui injecit. Dixerunt ei, nec hoc nec illo modo dixerunt, ſed quod tres Logi inciderunt.

R. OB. DE BARTENORA.

והאמה נכנסת לו *Et canalis intraverit in ipſum*, ut, ſi aquæ pluviæ e canali fluentes in ipſum intraverint. הסוחט את כסותו *qui expreſſerit veſtes ſuas*, aqua a veſtibus attracta cenſeatur hauſta, idcirco ſi quis eas in puteo expreſſerit, aqua e multis locis venit. צרצור *bombylius*, eſt vas teſtaceum in cujus ore conſtruunt aliquod rete in modum cribri, qui vero id evacuaverit, is aquam e multis locis injicit. *R. Akiba legitimum dicit*, nam is putat quod aqua hauſta non inficiat balneum, niſi ex uno vaſe atque ex uno loco in ipſum injecerint aquam; quod tamen non ita ſe habet in veſte, nec in bombylio. *Sapientes reprobum eſſe dicunt*, quia illi putant quod tria vaſa conjungantur. *Non dixerunt, ii qui injecerunt*, hæc verba recepit R. Akiba a magiſtris ipſius, quod nempe quiſquis tres Logos aquæ in balneum injecerit, non inficit ipſum. *Nec hoc vel iſto ſenſu locuti ſunt, niſi quod ceciderint*, perinde eſt ſive ex uno vaſe, vel e multis ceciderit; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis in lavacro veſtimenta ſua laverit, & poſtea manibus ſuis ea elevaverit, tum aqua in veſtimento contenta ſit aqua hauſta, & multis e locis collecta. צרצור eſt vas teſtaceum cui veluti rete aliquod impoſitum eſt; ſi quis ex ipſo quicquam evacuaverit in balneum, aqua multis in locis deſcendet. R. Akiba illegitimum pronunciat, is enim dicit, dictum eſt, *qui injecerit*, ſit ergo una injectio. Sapientes dixerunt, ex eo quod dictum eſt, ſi ceciderint, notatur qualiſcunque caſus; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ד מכלי אחד משנים ושלשה מצטרפין ומארבעה אין מצטרפין בעל קרי החולה שנפלו עליו תשעה קבין מים וטהור שנפלו על ראשו ועל רובו שלשה לוגין מים שאובין מכלי אחד משנים ומשלשה מצטרפין מארבעה אין מצטרפין במה דברים אמורים בזמן

4. Si de uno vaſe, duobus, vel tribus deciderint, conjungantur, ſi de quatuor, ne conjungantur. Si ſit ægrotus qui ſemen emiſit, & in ipſum inciderint novem aquæ Cabi, & mundus in cujus caput & in cujus maximam corporis partem tres Logi aquæ hauſtæ inciderint, & de uno, duobus, vel tribus vaſis, conjungantur, at non ita ſi de quatuor incide-

cide-

בזמן שהתחיל השני עד שלא פסק הראשון ובמה דברים אמורים בזמן שלא נתכוון לרבות אבל נתכוון לרבות אפילו קרטוב בכל השנה מצטרפין לשלשה לוגין :

ciderint. Quando hæc verba intelligenda ſunt? quando ſecundus incepit antequam primus perfecit. Quando hæc verba intelligenda ſunt? quum non intendit augmentum; at ſi id intenderit, licet vel unicus ſit Cartobus in toto anno, tamen in tribus Logis conjunguntur.

R. OB. DE BARTENORA.

מצטרפין *Conjunguntur*, hæc ſunt ultima Sapientum verba. *Novem Cabi aquæ*, ſi quis ægrotus emiſerit ſemen, & ſe lavare non potuerit, ſi in ipſum injecerint novem Cabos aquæ, mundus factus eſt. Hæc autem Miſna nos docet perinde eſſe ſive iſta effuſio ex uno, duobus, vel tribus fiat vaſis. *Et ſi in hominis alicujus caput, vel in maximam corporis partem inciderint tres Logi aquæ hauſtæ*, tum is oblationem primam reddit reprobam, ſicuti diximus capite primo codicis de Sabbato, atque hi tres Logi e duobus vel tribus vaſis effuſi conjunguntur, at non ita ſi e quatuor effuſi ſint.
במה דברים אמורים *De quo dicta ſunt hæc verba?* quod aquæ e duobus vel tribus vaſis effuſæ conjungantur. *Quando non intenderit id augmentare*, nempe ſi lavacrum aquis augmentare non intenderit. אפילו קרטוב *licet vel Cartobus*, Cartobi enim exigua admodum eſt menſura, nempe ſexageſima quarta pars Logi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Benedictionibus is qui ſemine emittendo pollutus fuerit, ſi ægrotaverit & volens ſemen emiſerit, vel ſanus emiſerit ſemen, ſufficere ut in caſu precum legendarum novem aquæ Cabos in ſemet ipſum effundat, ſive Satum & dimidium. Præterea quoque tibi expoſui quod ſi in alicujus hominis mundi caput, vel in ipſius maximam corporis partem inciderint tres aquæ hauſtæ Logi, reprobam reddat oblationem primam, cujus rei ratio quoque exponetur in fine codicis de Seminifluis; ibi enim dicitur, quod iſti novem Cabi quibus purificatur is qui ſeminis emiſſione pollutus eſt, ut preces legere poſſit, ſicuti tunc requirebatur, vel tres Logi mundum polluentes ne de oblatione prima comedere poſſet, effundi debeant e tribus vaſis ſaltem, at ex uno poſt alterum, ne effuſio ex uno incipiat niſi antequam inceperit ex altero, & tum omnes aquæ conjunguntur, atque is qui ſemine emiſſo pollutus eſt, purificatur, mundus vero pollutus eſt; & ſi quatuor fuerint vaſa e quibus aquæ affuſæ ſunt, tum iſtæ non conjunguntur ad purificandum neque ad reprobandum. Poſtea dicit, quod ſi intenderit balneum aquis augmentare, etſi in ipſum effuderit Cartobi quantitatem in toto anno, conjunctio trium fit Logorum, & balneum inficitur.

פרק ד המניח כלים תחת הצנור אחד כלים גדולים ואחד כלים קטנים אפילו כלי גללים כלי אבנים כלי אדמה פוסלין את המקוה אחד המניח ואחד השוכח כדברי בית שמאי בית הלל מטהרין בשוכח אמר רבי מאיר נמנו ורבו בית שמאי על בית הלל ומודים בשוכח בחצר שהוא טהור אמר רבי יוסי עדין מחלוקת במקומה עומדת :

Caput 4. Si quis depoſuerit vaſa ſub canali, ſive iſta magna ſint, ſive parva, imo licet vaſa ſtercorea, vel lapidea, vel terrea ſint, inficiunt lavacrum. *Sive quis depoſuerit, ſive oblitus fuerit*, ſecundum Scholam Schammai perinde eſt; at ſecundum Hillelis Scholam munda ſunt, ſi ea oblitus ſit. Dixit R. Meir, Schammæani multiplicati ſunt præ Hillelianis, & illi convenerunt, quod ſi quis oblitus ſit vas in atrio, immundum ſit. Dixit R. Joſe, controverſia adhuc manet in ſtatu ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח כלים תחת הצנור *Si quis depoſuerit vaſa ſub canali*, propter abundantiam aquæ pluviæ quæ in os balnei ingreditur; hic autem mentio fit canalis lignei fixo tempore conſtituti, qui in extremitate excavatus eſt, nam jus vaſis nondum inciderat in canalem quando excavatus erat, & quamvis poſtea excavatus fuerit, aqua tamen ipſius non cenſetur aqua hauſta, quandoquidem jus vaſis in ipſo nondum obtinebat abſtracto; eodem ſenſu ſe res habet cum vaſis parvis, ne quis diceret eorum hac in parte non habendam eſſe rationem.
אפילו כלי גללים *Licet vaſa devolutionis ſint*, quæ non cenſentur vaſa reſpectu immunditiei, ſed tamen lavacrum inficere poſſe cenſentur quatenus vaſa ſint, licet quis ea fregerit vel inclinaverit in latus, quia is non aſſimilatur ei qui poſuerit cantharos in ſummitate tecti ad ipſos exſiccandos.
ובית הלל מטהרין בשיכח *Sed Schola Hillelis mundum pronunciat ſi oblitus ſit*, capite primo codicis de Sabbato in Gemara dicitur, controverſia eſt quando ſub tubo depoſuerit quis vaſa dum nubes colligabantur, eæque diſcuſſæ fuerint, is vero ea oblitus fuerit, ſed poſtea denuo colligaverint ſe nubes. Nam Schola Schammai putat propter diſſolutionem nubium cogitationem primam non intercidiſſe, quia ex intentione ipſius conſtat quod voluit ut in illa inciderent aquæ. Hillelis vero Schola putat, cogitationem primam intercidiſſe, nam cum diſſolutæ ſunt nubes, ex mente ipſius conſtat quod putabat non deſcenſuras pluvias, ſed ipſum ſub tubo reliquiſſe vaſa dum nubes contrahebantur, licet pluviæ ali-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צנור Eſt canalis; cæterum ab initio tibi jam dixi quod totum Miſnæ negotium hoc ſit ne inficiatur balneum, quemadmodum in Toſaphta ita dicitur de hac Miſna, ſi quis canalem excavaverit, & poſtea in loco quodam ipſum conſtituerit, tum iſte inficit lavacrum; ſi vero ipſum prius conſtituerit & poſtea excavaverit, non inficit lavacrum. Cæterum jam expoſita eſt in Talmude hujuſce rei ratio, nempe, quod nobis ſit hypotheſis, quod lavacrum aquam hauſtam comprehendens omnino polluat ex decreto Sapientum; in hoc vero dubitarunt, nempe ſi lignum in terram conſtituerit, atque conſtruxerit, & poſtea tubum excavaverit; ſed non dubitarunt in iſto caſu, nempe, ſi prius tubum excavaverit & poſtea ipſum conſtituerit. Ratio vero quam dederunt, hæc eſt, quia jus vaſis in tubum incidit, dum is adhuc a terra divulſus erat, tum enim omne id quod inciderit in ipſum, id aquæ hauſtæ ſimile eſt. Dixerunt autem in ipſum cadere jus vaſis, attamen non eſſe ipſum vas, quia tubus non eſt vas concipiens; ſed quia is ex ligno factus ſit, idcirco reprobationis caſum ei attribuerunt ſecundum fundamentum quo tenemus, quod ſimplicia vaſa lignea recipiant immunditiem. Poſtquam tibi hoc fundamentum expoſuero, dicam quod ſi quis vaſa depoſuerit ſub ſcaturigine, ad iis recipiendum aquas, tum aquæ quæ iſtas tetigerint, cenſeantur aquæ hauſtæ, & lavacrum polluunt. Et quamvis hæc vaſa ſint lapidea quæ non recipiunt immunditiem, quemadmodum exponitur. Schammai autem putat quod ſi quis vaſa poſuerit ſub quodam tubo, notum ſit ex affuſione aquæ quod

aliquamdiu moratæ fuerint, ita ut ille ſe ad opus ſuum contulerit, & vaſa oblitus fuerit, tum ſecundum omnium ſententiam, quoniam hoc ab initio intendit, non intercidit cogitatio ipſius dum oblitus fuerit; idcirco ſi ea poſuerit dum nubes diſpergebantur, tum omnia ſunt munda ſecundum omnium ſententiam, quia ab initio id non intendit. Sed *conveniunt quod vaſa munda ſunt, ſi ea quis in atrio oblitus ſit, quod non ſtructum eſt ſuper canali, quando vaſa impleta ſunt a guttis, & in lavacrum inciderunt, non de atrio ſub canali diſſentit Schammai, quia manifeſtum eſt ipſum velle ut incidant in ea guttæ, cum propter diſperſionem intentio illius prima non ceſſaverit; ſed ſi reliquerit vaſa in atrio, etiam eo tempore quo colligantur, tum prima ipſius intentio non intercidet, proinde illa ceſſavit ex quo diſperſæ ſunt. *Diſputatio adhuc manet in loco ſuo*, quia propterea non adeo numero inſtiterunt, neque diſcipuli Scholæ Schammai multiplicati ſunt.

quod in eo ſint aquæ hauſtæ; & quamvis *iſta oblitus* fuerit vaſa ſub tubo qui ſimilis eſt ipſis abſque intentione, decernimus tamen de eo qui oblitus eſt propter ipſum qui depoſuit. Sed Hillel non decernit quicquam hac in parte. Cæterum in Gemara jam expoſitum eſt ad codicem de Sabbato capite primo, ſi depoſuerit vaſa dum nubes contrahebantur, tum ſecundum utriuſque ſententiam hic atque illic polluti ſunt, ſcil. is qui poſuit & is qui oblitus fuit omnes polluunt lavacrum dum diſpelluntur nubes, & ſecundum omnium ſententiam hic atque illic pollutus eſt, quia pluviæ aſcenſio non eſt ex opere illius, perinde ac ſi lavacrum abſque humano opere impletum fuiſſet. Sed non diſſentiunt doctores ſi poſuerit vaſa, ſive oblitus fuerit, at ſi poſuerit illa dum nubes contrahebantur, etſi poſtea diſperſæ fuerint & denuo contractæ, putat nonnemo Dominus cogitationem ipſius non intercidere, atque hicce Dominus eſt R. Joſe, idcirco is dicit, adhuc in ſtatu ſuo manet controverſia. Hillel vero eum qui oblitus fuerit mundum pronunciat. Sed Schammai de eo qui oblitus eſt decernit propter eum qui poſuerit, quia jus atrii dum contrahuntur nubes, ſimile eſt juri canalis ſecundum continuationem ipſarum, nam ſicuti de ſcaturigine res nota eſt quia continuo ex ipſa aquæ effluunt, ita quoque de nubibus contractis conſtat quod illæ in atrium effundent aquas. At vero quando diximus quod hæ aquæ inficiant lavacrum, non eſt hic ſcopus quaſi iſta vaſa manu capere liceat eaque in lavacrum effundere, quia ipſum polluunt, nam hac in parte nulla eſt controverſia, neque ſermo indicat eas eſſe aquas hauſtas; ſed ſermo potius indicare videtur caſum quo quæritur an ipſum conſtituit ſicuti is qui vaſa conſtituit in ſummitate tecti ad ipſa exſiccanda, cum tamen aquis impleta fuerint, necne. Vel ſi hæc vaſa fregerit, vel effuderit, atque eorum aquas recollegerit in puteum, an lavacrum ſit legitimum, an illegitimum; & hoc eſt quod ſecundum Schammai ex jure conſequitur, ſicuti oſtendit R. Joſe, & ſicuti Gemara explicuit, perinde eſſe ſive quis oblitus fuerit, ſive depoſuerit, ſive in atrio, ſive ſub canali, nam omnes hi caſus lavacrum polluunt, præterquam ſi quis in atrio poſuerit dum nubes diſpellebantur, tum enim non polluit; deciſio eſt ſecundum Schammai, quia hæc una eſt ex octodecim rebus quas decreverunt, ſicuti oſtenſum eſt in codice de Sabbato.

ב המניח טבלא תחרת הצנור אם יש לה לבזבז פוסלת את המקוה ואם לאו אינה פוסלת את המקוה, זקפה לידוח בין כך ובין כך אינה פוסלת את המקוה׃

2. Si quis aſſerem ſub canali poſuerit, iſque cincturas habuerit, inficit lavacrum, ſin minus, non polluit lavacrum. Si erexerit ipſum ut lavetur, ſive hoc ſive iſto modo ſe habeat, inficit lavacrum.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח טבלא תחת הצנור *Si quis depoſuerit aſſerem ſub canali*, ad aquas in balneum ducendas, ſi aſſer circum quatuor ipſius latera aliquam marginem habuerit, qua aquam concipere poſſit. פוסלת את המקוה *inficit balneum*, quia aquas hauſtas comprehendit, ſed ob canalem non infeciſſet lavacrum, nam loquitur de canali quem prius conſtituit, & poſtea excavavit, ſicuti ſuperius expoſitum eſt. וקפה לידוח *ſi erexerit ipſum ad propellendum*, ad inquinamenta ipſius propellenda. *Non polluit lavacrum*, nam reſpectu conceptionis ipſius nos hic nihil confirmamus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ליבז Eſt tænia alta, ſicuti expoſuimus aliquoties, ſi vaſi ſit tænia &c. ſicuti dictum eſt in codice de Vaſis. Senſus phraſeologiæ זקפה לידוח *ſi erexerit ipſum ad impellendum*, eſt, quod aſſerem poſuit ad latus lavacri ad ipſum abluendum, quia eum in finem in latus inclinavit.

ג החוטט בצנור לקבל צרורות בשל עץ כל שהוא ובשל חרס רביעית רבי יוסי אומר אף בשל חרס כל שהוא לא אמרו רביעית אלא בשברי כלי חרס היו צרורות מתחלחלים בתוכו פוסלים את המקוה ירד לתוכו עפר ונכבש כשר סלון שהוא צר מכאן ומכאן ורחב מן האמצע אינו פוסל מפני שלא נעשה לקבלה׃

3. Si quis in canali effoderit ad lapides recipiendos ligno quantulocunque, & teſta menſuræ quartarii, R. Joſe dicit, etiam teſta quantulacunque, nam quartarii menſura de fragmentis teſtaceis duntaxat dicta eſt. Si lapilli in ipſo commoveantur, inficiunt lavacrum; ſi in ipſum aſcenderit pulvis, & is coagulatus fuerit, legitimum eſt. Σωλὴν qui ab utraque parte anguſtus eſt, & in medio latus, non inficit, quia ad recipiendum non factus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

החוטט בצנור *Si quis in canali effoderit*, ſi quis in modum canalis effoderit, ut ab utraque parte apertus ſit, non infecit balneum. Si in canalem aliquantulum effoderit ad recipiendos lapillos aquæ fluxum impedientes. Si vero prius effoderit & poſtea ipſum conſtituerit, in hoc caſu hic ſermo ſit, quandoquidem canalis habebat jus vaſis quum a terra diſcretus erat, & tum aquæ in ipſo tranſeuntes ſunt aquæ hauſtæ, & lavacrum inficiunt.

ובשל חרס רביעית *Cum teſta vero menſura quartarii Logi*, quia talis teſta non cenſetur eſſe vas, niſi is Logi quartarium aquæ concipere poſſit. Sed hic de quartario duntaxat locuti ſunt reſpectu teſtæ fragmentorum; de vaſe autem teſta-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חוטט Eſt is qui effodit, ſicuti nos expoſuimus in codice de Tabernaculis; dicit auctor, ſi acceperit canalem ligneum, eumque excavaverit, etſi locus in quo lapilli exigui congregati ſunt, jam ſit conſtitutus, & aquæ perfluant, tamen aquæ per huncce canalem fluentes ſunt aquæ hauſtæ, quia hic locus excavatus cenſeatur vas aliquod; & ſi hicce canalis ſit teſtaceus, ſimulac in ipſo quartarii menſura excavata ſit, tum iſte vas eſſe cenſeatur. Dicit R. Joſe ipſum non cenſeri debere aliquod eſſe vas teſtaceum quod quartarium contineat, nec tum ipſum eſſe vas aliquod, niſi contractus ſit, quia contuſum non cenſetur eſſe vas, niſi metallinum ſit & quartarium comprehendat, ſicuti expoſitum eſt capite ſe-

teſtaceo poſtquam id confractum fuerit, neceſſe eſt ut fragmentum ipſius contineat quartarium; ſed ab initio id vas eſſe cenſetur in quantulacunque menſura; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

מתחלחלים *Commoveantur*, eſt idem quod מתגלגלין *convolvantur*, ſi nempe lapilli commoti ſint in conceptaculo, quia in ipſo non concreti ſunt, licet id impletum ſit, ſed hinc inde impellantur; radicem verbi hujus videſis Eſter 4, 4. ותתחלחל המלכא *& commota fuit regina.*

פוסלין את המקוה *Inficiunt balneum*, quia conceptaculum ipſius non inficitur. *Si in ipſum deſcenderit pulvis*, nempe in ipſum conceptaculum aquæ. ונכבש *& obſtructus fuerit*, pulvis enim conjungitur, & aquæ ſuper ipſum effluunt; de verbo כבש hoc ſenſu uſitato videſis Targum Num. 20, 19. כשר *legitimum eſt*, quia hic non eſt aquæ conceptaculum.

סלון σωλὴν, eſt idem quod צנור & מרזב: porro dicit, *qui anguſtus eſt hinc illinc*, nempe ab utroque lavacri ore, ubi aquæ intrant, & unde deſcendunt in lavacrum. ורחב באמצע *& latus in medio*, etſi talem habeat formam, tamen ei non adſcribitur conceptaculum; quando canalis nondum excavatus eſt ad lapillos recipiendos.

ſecundo codicis de Vaſis; ſed præter hæc quæ diximus, non aſſimilatur vaſi.

היו צרורות מתחלחלין *Si lapilli commoti fuerint*, ſenſus eſt, ſi in canali ſit conceptaculum quod illegitimum eſt, uti narratum eſt, & poſtea hoc conceptaculum impletum fuerit lapillis ſe moventibus, tum canalis infectus eſt. Si vero pulvere impletum ſit ipſius conceptaculum, & particulæ minutiores ſe attigerint donec induruerit pulvis, & factus fuerit lutum, tum canalis eſt legitimus, quia conceptaculum ipſius jam remotum eſt, cujus nomen erat כלי *vas*, atque hæc eſt intentio illius quum dicit, ונכבש *& obſtructus fuerit.*

סלון σωλὴν idem eſt quod גולה *ſcaturigo*, ſive *canalis*, ad aquas per ipſum ducendas, ſi quis aquas ex loco uno in alterum ducere velit; ejuſmodi vero canales plerumque e teſtis vel e plumbo fiebant ad aquas per ipſos deducendas, ne a terra abſorberentur, סלון itaque anguſta habebat ora, & perforata plerumque, in hacce forma; per hunc aquæ fluebant in lavacrum, & hicce canalis eſt legitimus, licet aquæ in concavo ipſius congregatæ ſint, & magnam comprehendat menſuram, quia proprietarius non intendit ut concavum hoc eſſet conceptaculum aliquod, ſed ut aquæ per ipſum eo citius diffluerent. Diximus autem ſuperius de צנור, ſi in ipſo ſit locus fœdus, ipſum inficere lavacrum, ſi ad lapillos concipiendos factus ſit. Præterea capite ſecundo codicis de Vaſis diximus, quod canales incurvati comprehendantur ſub vaſis teſtaceis etſi lapillos concipere poſſint. Ratio autem ea eſt quam jam meminimus, nempe, quod illi canales non facti ſunt ut aquas vel aliud quid contineant, ſed ut materia fluida ſtatim diffluat. Hinc magnum procedit fundamentum, nempe quod non omnia inſtrumenta quæ continere quicquam poſſunt, lavacrum inficiant, aquæ vero in ipſis fluentes cenſeantur aquæ hauſtæ; præterquam ſi ad materiam fluidam continendam duntaxat ſtructa ſint inſtrumenta; hoc fundamentum recte intelligas volo. Porro exponendum erit quod סלון e metallo confectus non inficiat lavacrum ſecundum fundamentum ſupra memoratum, ſi is contectus ſit ad concipiendum; ſin minus, nihil in ipſo eſt quod non inficiat. Porro tibi ex hac Miſna quoque conſtabit quod צנור teſtaceus ſit legitimus, & non inficiat lavacrum, quia hic ſermo ſit an canalis inficiat quando is excavatus eſt, at quomodo hic canalis teſtaceus excavatus polluere poſſit. Et quemadmodum hæc ſunt veriſſima, idcirco ſi quis acceperit צנורות canales e metallo factos, per quos aquæ fluunt, ſic etiam natura plumbi eſt ut per ipſum aquæ fluant ad lavacra, ſimileſve canales, qui omnes legitimi ſunt, quia iſti non facti ſunt ad concipiendum, ſed ut aqua per ipſos fluat, ſicut ea per סלונות fluere ſolet. His inſiſtas volo ne te cogitatio tua in errorem ducat, & ſeducaris ab iis quæ in fine Gemaræ dicta ſunt, quando dicunt quod aquæ per tubos in circuitu ex teſtis factos fluant, qui קרמיר dicuntur, & per סלונות, atque ſimiles, omnes cenſeantur aquæ hauſtæ. Hæc enim Miſna ſive exemplar ipſius non rectum eſt, ſecundum voluntatem ipſius; ſed omnis error eorum hac in parte eſt ex eo quod in Toſaphta dictum eſt, ſi quis prius excavaverit צנור *tubum*, & poſtea ipſum alicubi conſtituerit, qui eſt tubus ligneus, & hujus ratio eſt ea quam jam diximus, quia jus vaſis in ipſum incidit dum a terra ſeparatus erat, ſicuti in Gemara exponitur, & quicquid diffiſſum eſt antequam צנור poſitus fuerit, ſimplex modo vas ligneum eſt; at צנור teſtaceus aliter ſe habet ſecundum fundamenta jam præmiſſa de vaſis, nam vaſa ſimplicia omnino cenſentur munda, & vaſa nullatenus parata ſunt ad balneum polluendum; neque caniſtra, ſive teſtacea ſint ſive metallina, quia forma ipſorum indicat uſum, quod facta ſunt ad concipiendum, etſi habeant conceptaculum aliquod, ſicuti expoſuimus; & quomodo aliter ſe res habere poſſet, quandoquidem calamis perforatis ſimilia ſunt, ab utraque parte apertis, & unde iſtæ aquæ hauſtæ fieri poſſent. Porro huic fundamento declarationem aliquam addemus ex hoc ipſo tractatu, ne quicquam ei deficiat; alioquin nemo horum intellexerit quicquam, cum hocce fundamentum ſe per totam diffundat Miſnam & Gemaram, cui nihil addendum eſt præterquam ut commodum inde percipias, quia hæc dicta ſunt accuratiſſimo modo.

ד מים שאובין ומי גשמים שנתערבו בחצר ובעוקה ועל מעלות המערה אם רוב מן הכשר כשר ואם רוב מן הפסול פסול מחצה למחצה פסול אימתי בזמן שמתערבים עד שלא יגיעו למקוה היו מקלחין בתוך המים אם ידוע שנפל לתוכו ארבעים סאה מים כשרים עד שלא ירד לתוכו שלשה לוגין מים שאובין כשר ואם לאו פסול:

4. Si aquæ hauſtæ mixtæ, & aquæ pluviæ in atrio & in foſſa mixtæ fuerint, & cum gradibus ſpeluncæ, ſi maxima pars conſtet e legitimis, legitimum eſt lavacrum, ſin ex illegitimis, illegitimum eſt. Si ab utraque ſit dimidium, illegitimum eſt; quando? quando mixtæ ſunt antequam ad lavacrum pervenerint. Si in aquis fluxerint, & conſtiterit quod quadraginta Sata in ipſum inciderint ex aqua legitima, antequam in ipſum inciderint tres Logi aquæ hauſtæ, legitimum eſt, ſin minus, illegitimum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מים שאובים *Aquæ hauſtæ*, quæ ad lavacrum ineptæ ſunt; ſed aquæ pluviæ aptæ ſunt, ſi in atrio vel in foſſa commixtæ fuerint, in quo aquæ congregatæ ſunt, vel in gradibus Speluncæ, unde in lavacrum deducuntur, ſi multa ſit aquæ copia ex legitima, ut, ſi viginti duo Sata ſint aquæ pluviæ, & undecim aquæ hauſtæ, tum lavacrum eſt legitimum.

היו מקלחין בתוך המים *Si fluxerint in aquis*, & non deſcenderint in balneum, propterea quod in atrium ducebantur, & in foſſam & gradus ſpeluncæ, ſed ex ipſis vaſis fluxerint in balneum. *Sin minus, illegitimum eſt*, nam tres Logi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De gradibus ſpeluncæ tertium dixerunt diſcrimen, nempe, ſi mixtura inciderit in atrium domus, vel in puteum illic exiſtentem, vel in ſpeluncæ gradus, & poſtea aquæ mixtæ deſcenderint in ſpeluncam, atque illic quædam aquæ congregatio collecta fuerit, tum quæſtio eſt e quibus aquis major copia affluxerit, uti meminit, vel Miſna hæc loquitur de duobus exemplis, nempe, quando in atrio & in fovea commixtæ fuerint aquæ, vel ad foveam ductæ fuerint, vel in gradibus ſpeluncæ mixtæ fuerint. Si vero illic non ſit aquæductus, ſed aquæ legitimæ & hauſtæ recta via deſcen-

Logi aquæ hauſtæ inficiunt, ſi in lavacrum inciderint præter ductum ipſarum, at ſi ducantur, lavacrum non inficiunt, niſi maxima pars conſtet ex aquis hauſtis, etſi aquæ hauſtæ ſeorſim manſerint, & cum legitimis non commiſtæ fuerint, tum non polluunt per ductum; niſi maxima pars ſit aqua hauſta, ut, ſi in lavacro viginti duo Sata ſint aquæ pluviæ, tum impleat numero ſuo atque in lavacrum ducat novendecim Sata aquæ hauſtæ, & tum legitimum eſt, quia maxima aquæ copia legitima eſt; ita deciſio eſt.

ſcendentes in unum puteum, tum intelligendum eſt id quod auctor dicit, היו מקלחין בתוך המים *ſi defluxerint inter aquas*. Jam vero de fundamento rei inquirendum erit, nempe, ſi ſit congregatio quadraginta Satorum aquæ legitimæ in lavacro, antequam tres Logi aquæ hauſtæ acceſſiſſent, tum lavacrum eſt legitimum, nam non curamus copiam quæ poſtea ex aquis hauſtis acceſſerit, quia quadraginta Sata non perdent aquæ hauſtæ, ſicuti expoſuimus. Jam tibi etiam conſtabit id quod diximus, tres Logi aquæ hauſtæ polluunt lavacrum; ſed hoc intelligendum eſt ſi in ipſum lavacrum inciderint, ſi vero extra lavacrum effuſæ fuerint, & in lavacrum aſcenderint, legitimum eſt, dummodo maxima pars aquæ legitimæ in lavacrum venerit, & hoc eſt quod in Gemara dixerunt, hauſtæ aquæ quæ ductæ ſunt, eæ legitimæ ſunt, dummodo hauſtæ ſint minores quam aquæ lavacri, quemadmodum Miſna innuit. Quæres autem quam rem Gemara innuat, dum illa dicit, *aquæ hauſtæ quæ ductæ ſunt, eæ legitimæ ſunt*, idcirco hæc Miſna iſto ſenſu adducitur, quo nobis res manifeſtior fiat, nam hæc reliqua erant quando dicit auctor Miſnicus, *donec mixtura aquæ hauſtæ & aquæ legitimæ inciderit in lavacrum, atque omnes aquæ commixtæ fuerint, & ad lavacrum ductæ.* At vero ſi aqua legitima fuerit in lavacro, & aquæ hauſtæ in ipſum ductæ fuerint, iſtæ polluunt lavacrum in menſura trium Logorum aquæ hauſtæ; idcirco nos Gemara docet, quod aquæ hauſtæ tantum eo ductæ fuerint, & lavacrum legitimum ſit. Cæterum in Additamentis dicit R. Eliezer Jacobi filius, ſi tectum in ſummitate ſua viginti & unum habeat Satum aquæ pluviæ, humero ex iis impleat, & novendecim injiciat Sata, ut iſta omnia in atrio commiſceantur. Quando autem dicitur, & imponet ei, intelligitur impoſitio in tectum, & poſtea hæ aquæ licitæ dicuntur, & deſcendere poſſunt per tecti tubum, & in tubo commiſceri. Ex iis quæ dicta ſunt jam tibi conſtat quod hic ſit modus hauriendi, nam modus ducendi aquas eſt licitus, etſi totum lavacrum eſſet plenum aquis hauſtis quæ eo deductæ ſunt, ſed is vi occiſus eſt, ſed verba hujus doctoris in libro ſuo inveniuntur præter omnem hujus Miſnæ intelligentiam. Et quum ambæ aquæ mixtæ ſint, quare dixiſſet Miſna, ſi major copia aquæ ſit ex illegitima, lavacrum eſt illegitimum, etſi nullæ eſſent aquæ pluviæ, ſed aquæ hauſtæ duntaxat, & ducentur, ac deſcendent ſuper ſpeluncæ gradus, hinc aquæ congregatio ex ipſis collecta, erit legitima. Quod autem is hunc errorem commiſit, profectum eſt ex exigua in Miſnicis inveſtigatione; & quam mirifice dixerunt doctoris noſtri, ſi viderim diſcipulum Sapientem cujus doctrina obduruit in ipſo ut ferrum ſuper Miſna ipſius quæ in ore ipſius non ordine diſpoſita eſt.

ה השוקת שבסלע אין ממלאין ממנה ואין מקדשין בה ואין מזין ממנה ואינה צריכה צמיד פתיל ואינה פוסלת את המקוה היתה כלי וחברה בסיד ממלאין בה ומקדשין בה ומזין ממנה וצריכה צמיד פתיל ופוסלת את המקוה ניקבה מלמטה או מן הצד ואינה יכולה לקבל מים כל שהם כשרה וכמה יהיה בנקב כשפופרת הנוד אמר רבי יהודה בן בתירא מעשה בשוקת יהוא (ס"א) שהיתה בירושלם והיתה נקובה כשפופרת הנוד והיו כל הטהרות שבירושלם נעשות על גבה ושלחו בית שמאי ופחתוה שבית שמאי אומרים עד שיפחתו רובה:

5. E lapide perforato qui eſt in petra, non licet implere aquam, neque ex ipſo conſecrare, neque ſpargunt ex ipſo, neque requirit filum contortum, neque lavacrum inficit. Si vas aliquod calce collinitum ſit, ope illius implere licet & conſecrare, & ex ipſo ſpargere, requiritque filum contortum, & polluit lavacrum. Si inferius perforatus ſit, vel a latere, ita ut vel tantillum aquæ comprehendere nequeat, legitimus eſt. Sed quanta ſit perforatio? ut fiſtula utris. Dixit R. Jehuda filius Beteræ, hiſtoria eſt de lapide Jehu Jeruſolymæ, qui ut fiſtula utris perforatus erat, & ſuper ipſo omnes purificationes Jeruſolymæ fiebant. Juſſit Schola Schammai ut is comminueretur, nam ia dicebat, donec maxima illius pars comminuta fuiſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

שוקת Eſt lapis excavatus ad marginem fontis, in quem aquæ ingrediuntur per foramen aliquod, quod eſt in ipſo pariete, & in ipſo pecori dant bibendum. אין ממלאין ממנה *non implent ex illo*, non hauriunt ex ipſo aquas pro expiatoriis, neque conſecrant illius aquis, neque pulvis vaccæ rufæ aquis ipſius immittitur; hic autem ſermo fit de petra terræ contigua, quam perforarunt, & quamvis prius divulſa, & poſtea annexa fuerit, & tandem perforata, tamen quia dum divulſa erat, nomen vaſis nondum in ipſam incidiſſet, non vas cenſetur. ואינה צריכה צמיד פתיל *neque requirit filum contortum*, ſi iſte lapis perforatus ſit in tentorio mortui, tum is liberat omne id quod in ipſo continetur in tegumento duntaxat, abſque filo contorto, quia non cenſetur vas eſſe, ſed puteus & olla, quæ liberant id quod in ipſis continetur in tegumento duntaxat. *Neque polluit balneum*, ſi aquæ pluviæ ex ipſo deciderint in lavacrum, iſtæ non cenſentur aquæ hauſtæ, ad inficiendum lavacrum. *Quantum ſit in foramine*, ad ipſum a jure vaſis eximendum, ne balneum inficiat ratione aquæ hauſtæ. כשפופרת הנוד *ut fiſtula utris*, ejus menſura duorum eſt digitorum pollici proximorum, & per latitudinem ipſorum in ſpatio foraminis. שוקת *lapis*, hic cognominatus eſt Jehu. *Et omnes purificationes Jeruſolymæ* &c. nam immundi in ipſo lavabantur, & purificabantur, ſed in iſta petra שוקת dicta non erant quadraginta Sata, ſed a latere ipſius erat lavacrum integrum, & aquæ שוקת miſcebantur cum aquis lavacri in fiſtula perforationis. עד שיפחת רובה *donec diminuta fuerit maxima illius pars*, etſi in perforatione ſit quaſi fiſtula excavata, tamen in ipſo ſemper obtineat jus vaſis donec maxima illius pars confracta fuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוקת Eſt tubus quidam in petra ſive in monte; ſed expoſitio hujuſce Miſnæ jam allata eſt capite quinto codicis de Vacca Rufa, ibique phraſeologia עד שיפחת רובה *donec maxima pars ipſius comminuta fuerit*, notat, donec confracta & diminuta fuerit turris ipſius, tum aquæ ex ipſo profluentes erunt legitimæ, & non hauſtæ cenſendæ, quia tum non eſt vas.

פרק ה מעין שהעבירו על גבי השוקת פסול העבירו על גבי שפה כל שהוא כשר חוצה לה שהמעין מטהר

Caput 5. Si quis fontem duxerit ſuper lapidem perforatum, reprobus eſt; ſi ipſum duxerit ſuper ora quantulacunque, legitimus eſt extra ea, quia

foras

מטהר בכל שהוא העבירו על גבי בריכה והפסיקו הרי הוא כמקוה חזר והמשיכו פסול לזבים ולמצורעים ולקדש מהן מי חטאת עד שידע שיצאו הראשונים :

foris purificat in quantulacunque copia. Si per piſcinam ipſum duxerit, atque abſciderit, tum is lavacro ſimilis eſt; ſi denuo ipſum duxerit, reprobus eſt pro ſeminifluis, leproſis, & ad conſecrandum illis aquas expiatorias donec conſtiterit priores exiiſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

מעין שהעבירו על גבי השוקת *Si fontem deduxerint ſuper lapidem perforatum*, per שוקת hic intelligas vas aliquod, ſed non lapidem in petra perforatum. *Reprobus eſt*, ita ut non liceat ſe lavare aquis quæ in lapide perforato ſunt, & in aquis ex ipſo profluentibus exterius, quandoquidem aquæ fontis omnes effunduntur in lapidem perforatum. Sin autem aquæ fontis quantulæcunque copiæ fluant circa ora lapidis perforati, vel extra ipſa, bene habet, quia fons purificat in quantulacunque aquæ copia.

והפסיקו *Et abſciderit ipſum*, quia aquæ piſcinæ non erant contiguæ cum fonte. הרי הוא כמקוה *tum is lavacro ſimilis eſt*, & non purificat in quantulacunque quantitate, niſi donec quadraginta illic Sata ſint aquæ. חזר והמשיכו *ſi denuo ipſum duxerit*, ſi aquas fontis conjunxerit cum aquis piſcinæ. *Reprobus eſt pro ſeminifluis*, quia vivificatio aquæ ipſius jam abſciſſa eſt, ſeminiflui enim & leproſi aquis vivis purificandi ſunt, videſis Levit. 15, 13.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si aquæ fontis fluant in lapidem perforatum, atque ex ipſo in alium locum, tum aquæ iſtæ quæ lapidem perforatum attigerint, non ſimiles ſunt aquis fontis; & omnes aquæ e lapide perforato fluentes, etſi e fonte originem ducant, hæ reprobæ ſunt, ſi nimirum omnes aquæ fontis effuſæ ſint in lapidem perforatum; ſi vero redundent in lapide perforato, ita ut partim in ipſo lapide perforato ſint aquæ, partim vero circa ora ipſius, tum aquæ ex ipſo effluentes ſunt legitimæ, & aquæ fontanæ cenſentur, etſi ex ipſis aliquid circa ora fluat, quia fons purificat in quantulacunque copia. Si vero quis haſce aquas deduxerit per piſcinam, eaſque abſciderit, quando nempe aquæ deſcendunt in piſcinam, & in ipſa colliguntur, & non egrediuntur, tum hujuſce piſcinæ & balnei jus idem eſt. Si vero fontis aquæ pertingant ad piſcinam, & ab uno latere ingredientes, ab altero autem exeuntes, tum locus piſcinæ reprobus eſt pro ſeminifluis & leproſis purificandis, & ad aquas propitiatorias conſecrandas, quandoquidem iſtæ non ſunt aquæ vivæ ut commiſceri poſſint cum aquis in piſcina exiſtentibus. Si vero confirmatum fuerit eas quæ in piſcina erant jam exiiſſe, & deſiiſſe, & hancce aquarum collectionem eſſe ex fontanis in piſcinam influxis, tum illa legitima eſt, & illius jus idem eſt cum jure lavacri.

ב העבירו על גבי כלים או על גבי ספסל רבי יהודה אומר הרי הוא כמו שהיה רבי יוסי אומר הרי הוא כמקוה ובלבד שלא יטביל על גבי הספסל :

2. Si ipſum duxerit ſuper vaſa, vel ſuper ſellam, R. Jehuda dicit, tum ſe res cum ipſo habet ſicut antea erat. R. Joſe dicit, is lavacro ſimilis eſt, dummodo non immergat ſuper ſella.

R. OB. DE BARTENORA.

העבירו על גבי הכלים *Si ipſum duxerit ſuper vaſa*, ſi fontem duxerit ſuper vaſorum parietes exterius, perinde eſt ac ſi is purificaſſet ope aquarum fluentium, & in quantulacunque copia. *Is lavacro ſimilis eſt*, quia quadraginta aquæ Sata requiruntur, & in fiſſuris terræ. *Dummodo ſe non lavet ſuper ſella*, ne lavet ſe in vaſis; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העבירו על גבי כלים *Si ipſum duxerit ſuper vaſa*, ſuper vaſorum ſuperficiem, ut ne aquæ hauſtæ revertantur. ספסל notat ſellam parvam; ſenſus eſt perinde ac ſi dixiſſet, quod hæ aquæ fluentes ſimiles ſint fontanis, quandoquidem iſtæ tranſeunt ſuper hæc vaſa; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ג מעין שהוא משוך כנדל ריבה (ס"א) עליו והמשיכו הרי הוא כמו שהיה היה עומד וריבה (ס"א) עליו והמשיכו שוה למקוה לטהר באשבורן ולמעין להטביל בו כל שהוא :

3. Si fons ducatur ut ſcolopendra, & ipſum amplificaverit, atque duxerit, iſte eſt ſicuti fuit. Si ſtet & amplificaverit ipſum, & duxerit, ſimilis eſt lavacro, ad purificandum in fiſſuris, & fonti, ad lavandum in ipſo quantulumcunque.

R. OB. DE BARTENORA.

שהוא משוך כנדל *Qui ducitur ut ſcolopendra*, ita ut aquæ ipſius multos habeant rivulos in terra, uti animal quod multis gaudet pedibus. ריבה עליו *ſi amplificaverit illud*, ſi aquas hauſtas addiderit donec loci e quibus aquæ fluunt, deducti fuerint, tum iſti cenſentur purificare aqua fluente in quantulacunque copia, ſicuti erant ab initio. היה המעין עומד *ſi fons conſiſtat*, & aquæ ipſius non fluant, is vero addiderit aquas hauſtas quibus fons uſque adeo accrevit, ut aquæ ipſius hinc inde effluxerint. *Similis eſt fonti*, loci iſti in quibus aquæ fluunt, ſimiles ſunt aquis purificantibus in quantulacunque quantitate, & lavacro etiam ſimiles ſunt, quia non purificant fluentibus aquis, niſi in fiſſuris terræ. ריבה עליו *ſi multiplicaverit ipſum*, alio ſenſu, ſi dilataverit piſcinas aquas ſuas e fonte trahentes, eaſque amplificaverit, *tum is eſt ſicuti fuit*, nam quo in loco aquæ ipſius fluebant antequam iis quicquam addidiſſet, atque dilataſſet, eo ipſo in loco purificat fons aquis fluentibus, ſed ad latera non purificat niſi in fiſſuris terræ, at vero ſi aquæ ipſius non fluxerint, ſed conſtiterint, is vero eas multiplicaverit dilatando locum in quo conſiſtebant, & deducendo aquas, quia fecerat ut fluerent in loco ubi antea conſiſtebant, idcirco ſimilis eſt lavacro, ad purificandum in fiſſuris terræ; ſed in aquis fluentibus non purificat, quandoquidem ab initio loci fontis non fluebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נדל *Scolopendra*, eſt animans multos & exiguos habens pedes; ſi igitur e fonte exigui derivati fuerint rivuli, & effuſio aquæ hauſtæ e radice fontis, uſque adeo ut iſti rivuli celerrime fluxerint, tum horum rivulorum jus ſimile eſt juri fontis, quia aqua fontana per eos defluit. At vero ſi fontis aquæ prius lentiſſime fluxerint, & poſtea aquæ hauſtæ celerrime fluxerint, atque inde alvei derivati fuerint, tum alvei iſti in jure ipſorum ſe habent ut ipſe fons, & ut lavacrum, quemadmodum in principio hujuſce codicis expoſuimus; atque hic eſt quartus gradus in lavacris.

ד כל הימים כמקוה שנאמר ולמקוה המים קרא ימים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר הים הגדול כמקוה לא נאמר ימים אלא שיש בו מיני ימים הרבה רבי יוסי אומר כל הימים מטהרים בזוחלין ופסולין לזבין ולמצורעים ולקדש מהן מי חטאת :

4. Omnia maria ſimilia ſunt lavacris, ſicuti dicitur Gen. 1, 10. *Et congregationem aquarum vocavit maria*, ita R. Meir. Sed R. Jehuda dicit, mare magnum ſimile eſt lavacris, & non dicitur *maria* niſi de iis quæ multas habent ſpecies. R. Joſe dicit, omnia maria purificant aquis fluentibus, ſed inepta ſunt ſeminifluis & leproſis, & ad aquas expiatorias conſecrandas.

R. OB. DE BARTENORA.

הים הגדול כמקוה *Mare magnum eſt ſicut lavacrum*, quandoquidem Scriptura mare magnum duntaxat vocavit congregationem aquarum, de quo ſermo fit in opere creationis. Quia illic congregatæ ſunt omnes aquæ in principio, & non dicitur *maria* in numero plurali, niſi quatenus multæ marium ſpecies ex mari magno proveniunt, quia omnes fluvii in ipſum devolvuntur. *R. Joſe dicit, omnia maria purificant &c.* idcirco mare magnum ſive oceanus ſubjicitur juri lavacri, quatenus aquæ ipſius purificant fluentes, quia rivi eunt redeuntque ad mare; ſed aquæ ipſius non aptæ cenſendæ ſunt pro aquis vivis, quas Scriptura מקוה *congregationem* vocavit, deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna ejuſdemque expoſitio jam allata eſt capite octavo codicis de Vacca Rufa, ibique deciſio pronunciatur ſecundum R. Joſen.

ה הזוחלין כמעין והנוטפים כמקוה העיד רבי צדוק על הזוחלין שרבו על הנוטפים שהם כשרים ונוטפים שעשאן זוחלין סומך אפילו מקל אפילו קנה אפילו זב וזבה יורד וטובל דברי רבי יהודה רבי יוסי אומר כל דבר שהוא מקבל טומאה אין מזחילין בו :

5. De aquis fluentibus uti fons, & ſtillantibus uti lavacrum, teſtatus eſt R. Zadoc, ſi fluentes in majori ſint copia quam ſtillantes, eas eſſe legitimas; & ſtillantes quæ factæ ſunt fluentes, conjungit, licet ſit baculus, vel calamus, vel ſeminifluus vel ſeminiflua, & deſcendere poſſunt & lavare ſe, ita R. Jehuda. R. Joſe dicit, quicquid immunditiem recipit, eo fluxum non ſiſtunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזוחלין *Qui fluunt*, ut rivi fluentes qui fontibus ſimiles ſunt, & purificant in quantulacunque copia. נוטפים *ſtillantes*, uti aquæ pluviæ. כמקוה *ut balneum*, ad purificandum in quadraginta Satis fiſſuræ terræ. *Quod legitimæ ſunt*, in fluentibus, quia aquæ ſtillantes ſunt exiguæ, etiam in loco ubi non eſt tantum aquæ quantum ad lotionem ſufficit in fluentibus, niſi e maribus ſuis deſtillent.

נוטפין שעשאן זוחלין *Si ſtillantes fecerit fluentes*, ut, ſi lavacrum ſe diffuderit in ora ipſius, & aquæ ipſius ex ipſo profluant. *Conjungit, licèt vel baculo, calamo, ſeminifluo, vel ſeminiflua*, illi conjungunt manu vel pede, & occludunt locum e quo aqua profluit, donec aquæ in uno conſiſtant loco, & ſimiles ſint aquæ in fiſſura terræ exiſtenti, ad quam immundo licet deſcendere & ſe lavare.

כל שהוא מקבל טומאה אין מזחילין בו *Quicquid immunditiem recipit, eo non ſiſtunt fluxum aquæ*, hic requiruntur ſeminifluus & ſeminiflua, qui immundi ſunt, quia iſti aquæ fluxum ſiſtere nequeunt manibus ſuis, vel pedibus, ut fiant aquæ conſiſtentes; imo quamvis ſit omnino purus, tamen quia is immunditiem recipit, non ſiſtunt ipſo fluxum aquæ, ut fiat aqua conſiſtens in qua ſe lavare licet. Mens R. Joſis, quum dicit Scriptura, aquæ congregationem eſt, aquæ eſſentiam mundam eſſe debere ope purificationis; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor aquarum e fonte fluentium in rivos magnos, & in fluvios, idem eſſe jus cum eo quod eſt fontis unius; ſed ex aquis guttatim e fontibus ſtillantibus, dum iſtæ defluunt e locis altis, aliquæ in locum quendam congregatæ cenſeantur ut aquæ lavacri, quæ non purificant niſi in quadraginta Satis, & iſtæ aquæ ineptæ ſunt ad ſeminifluos & leproſos purificandos, & ad uſum aquæ expiatoriæ, quandoquidem ſunt aquæ guttæ e fonte ſtillantes, idcirco inficit quod inciderit. Teſtatus eſt R. Zadoc quod ſi aqua fluens cum ſtillante mixta fuerit, & fluens in majori copia fuerit, legitima ſit aqua inde collecta ad ſeminifluos & leproſos purificandos, & ad aquas expiatorias, tum hæc ſimilis eſt aquæ balnei; atque hoc in caſu teſtimonium R. Zadoci factum eſt, ſicuti expoſitum eſt in codice de Teſtificationibus. Poſtea dicit, quod ſi aliquam ſolertiam adhibere poſſit, aquas ſtillantes conſtituat fluentes, idque licitum eſſe; modus autem hujus ſolertiæ hic eſt, ſi in loco in quo hæ guttæ ſtillarunt, ſit calamus, aut baculus, ad haſce guttas eripiendas, ut iſtæ fiant aquæ fluentes, atque ut aquæ collectæ fiant ut aquæ fontanæ, ea conditione ut fluentes reliquæ ſint ſuper horum calamorum ſuperficie, & baculi, & quando dicit, *licet ſeminiflua ſit*, non eſt illius intentio ut dicat fluxus purificationem requirere aquas vivas, ſed ejus intentio eſt ut doceat quod lotio perfecta ſit; & meminit ſeminifluæ propter ſeminifluam. At vero in principio codicis de Volumine Eſtheris expoſitum eſt quod ſeminifluæ purificatio non requirit aquas vivas, ſed aquas lavacri ab ipſis reſcindendas eſſe. Docet autem nos R. Joſe quod in puritatis atque impuritatis intentione non tantum ponamus hanc diſpoſitionem, ſed etiam in ſenſu prohibitionis, quia ſeminiflua inceſtuoſa poſtquam ipſa purificata eſt, ſtatim licita ſit marito ſuo. Cæterum tu jam noſti quod baculus immunditiem recipiat, ex decreto Sapientum, quia is ſimpliciter vas aliquod ligneum eſſe cenſetur; hac in parte diſſentit R. Joſe, & dicit baculo vel alia quapiam re non obſtruendum eſſe, ſicuti dixit R. Jehuda quicquid non recipit immunditiem, licet ex decreto Sapientum, quando hæ guttæ ſuper ipſo tranſierint, ipſæ denuo fiant aquæ fluentes; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ו גל שנתלש ובו ארבעים סאה ונפל על האדם ועל הכלים טהורין כל מקום שיש בו ארבעים סאה טובלין ומטבילין מטבילין בחריצין ובנעצים ובפרסת החמור המעורבת בבקעה בית שמאי אומרים מטבילין בחרדלית בית הלל אומרים אין מטבילין ומודים שהוא

6. Si unda divulſa ſit, & quadraginta in ipſa aquæ Sata ſint, & ex ipſa aqua inciderit in hominem, & vaſa munda, tum in omni loco in quo quadraginta ſunt Sata, immergant ſe, & alios. Immergunt in aquæductibus, foraminibus, & in ungulis aſini in valle commixtis. Schammai dicit, lavent ſe in lacuna; Hillel dicit, non im-

שהוא גודר כלים וטובל בהם וכלים שגדר בהם לא הוטבלו :

immergunt ſe; ſed in hoc conveniunt, quod vas pariete obducere & in ipſo lavare liceat, quæ vero vaſa pariete obducta ſunt, ea non lavantur.

R. OB. DE BARTENORA.

נגל *Unda*, quæ a mari procelloſo avulſa eſt. *Et in hominem inciderit, & in vaſa munda*, in vaſa profana duntaxat, quia vaſa profana non requirunt intentionem in purificatione ipſorum; ſed decimas ſecundas, & oblationem primam non recte purificavit quiſquam immundus niſi donec cum intentione ſe laverit. מטבלין *immergant ſe*, vir & fœmina, vaſa quoque & manus immergant, quando lotio manuum requiritur, ut, ſi quid conſecrandum, quia tum נטילה *ablutio* non ſufficit, ſed טבילה *immerſio* requiritur.

חריצין Notat foveas latas & quadratas ut ſpelunca, niſi quod illæ non ſint contectæ. נעיצין ſunt foveæ exiguæ, inferius breves, ſuperius vero latæ.

פרסת חמור *Ungulæ aſini*, hæ omnium aliorum animantium juri obnoxiæ ſunt. *Mixtæ in valle*, ſi in agro ope ungulæ animantis fovea aliqua facta ſit, & in ipſa collectæ fuerint aquæ, atque ipſæ commixtæ fuerint cum lavacri aquis quadraginta Sata continentis, & hoc mediante quodam foramine quantitatis fiſtulæ utris, tum in iis ſe lavare licet.

חר דלית *Lacuna*, quaſi dixeris הר דלית *mons diluviei*, nam eſt diluvies aquarum ab alto monte ſtillantium; in iſtiuſmodi aquis ſe lavare licet ſecundum Schammai, ſi in iis ſint quadraginta Sata. Sed Hillel cenſet iis non lavandum eſſe, niſi donec quadraginta Sata ſint in uno loco, quia חרדלית non purificat niſi in fiſſura terræ. שהוא גודר כלים וכו׳ *quia vaſis parietes conſtruit* &c. quod vaſis parietem obducit, ut aquæ fluxum impediant, & non fluant, eaque vaſa iſtis immergit aquis quæ in pariete vaſorum ſunt, quæ ſimiles ſunt aquis lavacri. Quæ vero vaſa pariete obducta ſunt, ea non immerguntur, quia nulla vaſa in quibus paries continetur, immerguntur, niſi latus quod eſt prope חרדלית, & non latus quod foris eſt. Cæterum non eſt difficultas in eo quod R. Jehuda dixit ſuperius, in omni re quæ immunditiem recipit, non licet aquæ fluxum ſiſtere, & ita is repugnat Hilleli, nam is concedit vaſa pariete obduci, & in iis ſe immergere licere; nam ad hoc reſponderi poteſt, id quod Hillel concedit, reſpicere finem Miſnæ, ubi dicitur, *vaſa, quæ pariete obducta ſunt, ea non immerguntur*; idcirco dixit, concedit Schammai Hilleli, quod ſi quis vaſis parietem obduxerit, & in ipſis ſe immerſerit, non immergantur iſta vaſa in quibus ſe immerſit. Sed Hillel putat eum qui vaſis obduxit parietem, numquam ſe in iis immergere, ſicuti R. Joſe putat, qui dixit, quidquid immunditiem recipit, ejus fluxum non ſiſtunt; ita exponitur in Toſaphta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נגל Notat procellam maris, conſtat tibi ex hac Miſna quod lotio non requirat intentionem, nempe in profanis; ſed decimatione, & in aliis rebus excellentioribus Deo præſtandis, abſque dubio lotio cum intentione peragenda eſt, cæteroquin immundus fit, & purificari debet, ſicuti expoſuimus in codice de Feſtis Solennibus.

חריצין Notat foveas. נעיצין etiam notat foveas anguſtas, niſi quod ſi quis lignum aut paxillum e terra evellat, hicce locus relinquatur perforatus, & vocetur נעץ, idcirco Targum illa verba ותניחו מעוכה בארץ interpretatur per נעיצה בארעא videſis 1 Sam. 26, 7. De ungulis aſini in valle commixtis ſcias, quod aſini ſuis ungulis terram effodere ſolent, quæ effoſſiones hinc inde inter ſe commiſcentur; ſed horum verborum ſenſus jam expoſitus eſt in Toſaphta, nempe, ſi foveæ iſtæ exiguæ aqua plenæ ſint, & cum balneo conjungantur, ita ut iſtarum fovearum & balnei commiſceantur, licet aquæ ſuperiores inter iſtas conjungentes, ſint ut cortices allii, tamen in aquis harum fovearum licet immergere vaſa, quia eæ continentur in genere vaſorum. In Toſaphta dicitur quod foveæ juxta lavacrum, & omnia loca pedibus pecoris effoſſa, ſi inter ſe commixta ſint, ut fiſtulæ utris, apta ſint ut in ipſis lotio fiat.

חרדלית *Lacuna*, nam litera ה mutata eſt in ח, itaque eſt vox compoſita ex הר & דלית quaſi dixeris *montem avulſum*. Hujuſce vero ſermonis hic eſt ſcopus, quod aquæ pluviæ e loco excelſo ſi defluant, ſive e ſummitate montis, ſive e valle elevata; in hiſce aquis Schammai permittit lotionem, ſi juſta adſit menſura, & quadraginta Sata collecta ſint, licet ipſæ non profluant e fonte, ſed e pluvia. Hillel dicit, donec aquæ congregatæ fuerint & lavacrum factum fuerit, quia lavacrum non purificat niſi in aquis in fiſſuris terræ conſiſtentibus & quod tum liceat in iis ſe lavare. In Toſaphta quæritur quid nam eſt חרדלית? reſp. cujus aquæ ſunt pluviæ e declivitate provenientes, de quibus conſiderandum eſt an iſtæ a principio ad finem habeant quadraginta Sata, tum in iis lavare licet; ſin minus, non licet, ita Schammai; ſed Hillel ſtatuit in iis non licitam eſſe lotionem, niſi antea conſpiciatur nubes quadraginta aquæ Sata continens, id eſt, quando nubes quieſcit, & congregata ac collecta eſt aqua. Deinde vero dicit quod omnes aquarum congregationes, ſi vaſa undiquaque ſepimento quodam circumducta ſint, circum lapidem perforatum, donec aquæ intra iſta vaſa collectæ fuerint, & ſi locus parietum ipſorum denuo accipiat uſum vaſis, legitimæ ſint ad immerſionem; ſed eorum vaſorum quibus parietes obduxit, non habuit rationem reſpectu immerſionis.

פרק ו כל המעורב למקוה כמקוה חורי המערה וסדקי המערה מטביל בהם כמה שהם עוקת המערה אין מטבילין בה אלא אם כן היתה נקובה כשפופרת הנוד אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהיא מעמדת עצמה אבל אם אינה מעמדת עצמה מטבילין כמה שהוא (ס״א) :

Caput 6. Quicquid cum lavacro mixtum eſt, id eſt ſicut lavacrum. In foraminibus ſpeluncæ ejuſdemque fiſſuris ſe immergere licet, quantulacunque iſta ſint. In fovea ſpeluncæ non licet ſe immergere, niſi inſtar fiſtulæ utris perforata ſit. Dixit R. Jehuda, quando? quando fovea conſiſtit, ſin minus, in ipſa licet ſe immergere, quantulacunque ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המעורב למקוה *Quicquid mixtum eſt cum lavacro*, uti ſunt foramina ſpeluncæ, & ea quæ in lavacro ſunt; quandoquidem vero pleræque immerſiones in ſpeluncis fiunt, idcirco ſpeluncas auctor vocavit מקואות *lavacra*; quantulæcunque ſint, etſi non perforatæ ſint in modum fiſtulæ utris.

עוקת המערה Notat foveam quæ eſt circa ora lavacri, cujus aquæ ſuperiores non referantur ad aquas lavacri, ut in iis ſe lavare liceret, niſi inter utramque aquam ſit medium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod cum auctor dicit hac intentione מערה *ſpelunca*, intelligat lavacrum quod in ſpelunca eſt; & quando dicit, *quantulacunque iſta ſint* concedat rem bene ſe habere, licet conjunctio inter iſtum locum & lavacrum ſit omnium minima, ut, ſi inter aquas hujuſce loci & lavacrum, & inter aquas quæ in fiſſuris ſunt, vel unius pili quantitas ſit, & licet aquæ in illis exiſtentes quantulæcunque ſint, quia conjunctio iſta comprehenditur ſub loco, qui ad עוקת המערה foveam anguſtam in ſpelunca pertinere cenſetur, qui

dium aliquod inſtar fiſtulæ utris, quo ambæ aquæ conjungantur.

אמר רבי יהודה אימתי *Dixit R. Jehuda, quando?* non hæc quærit R. Jehuda ad opponendum, ſed ad explicandum quod nimirum ipſa עוקה *fovea* ſubſiſtat per ſe quando quis eam intrat, & tectum quod non dividit inter foveam atque lavactum, non ſponte incidat; ſin autem fovea non ſiſtat aquam ſuam, & nonnemo intrarit lotum ſe, incideritque tectum foveæ, quod eſt ſub lavacro, & aquæ ſpeluncæ atque foveæ commixtæ fuerint, tum in iis ſe lavare licet, quantulacunque ſit iſta fovea, licet foramen non ſit inſtar fiſtulæ utris, qui eſt ſub aquæ expanſione in lavacri fornice, idcirco requiritur ut os hujuſce reconditorii ſit inſtar fiſtulæ utris, tum aquæ illius interiores, inferiores, & ſuperiores cenſeantur ad aquas ſpeluncæ pertinere. Sed R. Jehuda jam expoſuit, hoc intelligendum eſſe ſi hujuſce foveæ anguſtæ ſedes comprehendatur a latere, ubi ipſa diminuitur conjunctione cum lavacro; ſi vero inter עוקה *foveam anguſtam* & lavacrum ſit interſtitium pluviæ minutæ e pulvere, atque hæc mixtura inciderit, & aquæ inter ſe mixtæ fuerint, tum fovea iſta continetur ſub jure lavacri, & non requiritur conjunctio quædam in modum fiſtulæ utris; verba R. Jehudæ vera ſunt.

ב דלי שהוא מלא כלים והטבילן הרי אלו טהורים ואם לא טבל אין המים מעורבין (נ"א במים המעורבין) עד שיהיו מעורבין כשפופרת הנוד׃

2. Situlam vaſis plenam ſi quis immerſerit, tum illa purificata ſunt; ſi non immerſerit, aquæ non commixtæ ſunt, niſi donec commixtæ ſint in forma fiſtulæ utris.

R. OB. DE BARTENORA.

והטבילן *Si immerſerit ipſam*, tum vaſa ſunt pura, licet os urnæ non habeat latitudinem fiſtulæ utris, ut, ſi ipſa urna immunda ſit, lavari debet, & quia tum ipſam liberat ab immunditie lotio, etiam vaſa in ipſa contenta liberat lotio. ואם לא טבל *ſi non immerſerit*, ita nos legimus, ſi urna ſit pura & idcirco eam non immerſerit, quia immerſio non eſt neceſſaria. *Niſi donec commixtæ fuerint in forma fiſtulæ utris*, vaſa in ipſa contenta non purificata ſunt, niſi donec os urnæ habuerit fiſtulæ utris formam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit auctor quod ſi quis urnam vaſa continentem in aquam immerſerit, ea ſint pura, etſi urna vel minimum habeat os; & hoc intelligendum eſt ſi urna vel ſitula iſta quoque immunda eſſet, nos enim dicimus, quandoquidem lotio ingreditur in ſitulam, etiam ingreſſa eſt in id quod in ipſa continetur. Si vero pura eſſet ſitula, tum lotio nihil prodeſt vaſis in ipſa contentis, niſi donec os ſitulæ habeat fiſtulæ latitudinem. Quod vero dicit, *ſi non immerſerit*, ejus ſenſus eſt, ſi ſitula non requirat lotionem, quia munda erat, tum intromiſſio in iſtas aquas non cenſetur lotio; neque aquæ commiſcentur niſi in forma fiſtulæ utris commixtæ ſint, quod reſpectu oblationis primæ intelligendum eſt. Sed de rebus ſanctis nobis eſt hypotheſis, quod vaſa intra vaſa non liceat immergere in aquam ad ipſa conſecranda, ſicuti in fine codicis de Feſtis Solennibus expoſitum eſt.

ג שלשה מקואות בזה עשרים סאה ובזה עשרים סאה ובזה עשרים (ס"א) סאה מים שאובין והשאוב מן הצד וירדו שלשה וטבלו בהן ונתערבו המקואות טהורין והטובלים טהורין היה השאוב באמצע וירדו שלשה וטבלו בהם ונתערבו המקואות כמות שהיו והטובלים כמות שהיו׃

3. Si tria ſint lavacra, in uno viginti Sata, & totidem in reliquis ex aquis hauſtis, & quod a latere hauſtum eſt, atque duo homines deſcenderint atque in iis ſe laverint, & lavacra commixta fuerint, munda ſunt, & ii qui laverunt ſe, mundi ſunt. Si aqua hauſta ſit in medio, & tres deſcenderint & iſtis aquis ſe laverint, atque lavacra commixta fuerint, tum illa manent ſicuti fuerint, & ii qui ſe laverunt, ſicuti fuerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בזה עשרים ובזה עשרים *In hoc atque in illo viginti Sata*, nempe totidem Sata aquæ legitimæ; & in tertio lavacro viginti Sata aquæ hauſtæ. *Et illi ſe laverint, atque commixta fuerint lavacra*, ſi ope lotionis ipſorum ſe allevarint aquæ & invicem tetigerint, commixtæque fuerint inter ſe omnes tres.

מקואות טהורים *Lavacra ſunt munda*, imo ipſe locus hauriendi mundus eſt, duæ enim legitimæ aquæ commixtæ ſunt, & menſura lavacri hic eſt quadraginta Satorum aquæ legitimæ, quum igitur hauſtio aucta fuerit, quia aquæ explorantur per eos qui ſe lavant, idcirco aquæ ipſius diſpoſitæ ſunt ad legitimam lotionem.

היה השאוב באמצע *Si in medio ſit aqua hauſta*, quia aqua hauſta nocet inter duas exteriores legitimas, idcirco legitimæ inter ſe non commiſcentur, quotquot fuerint lavacra, quia legitimæ ſunt aptæ ad colligendum cum ſeipſis, in complementum quadraginta Satorum legitimorum. Hauſtæ vero aquæ nil colligere poſſunt ad ſe, etſi enim aquæ hauſtæ miſceantur cum unaquaque, tamen eæ non inficiunt ad colligendum ad ſe, quia ſecundum modum tractionis commiſcentur, ſed non ceciderunt e vaſe ad legitimas; quicquid autem ad unamquamque deſcenderit, id intercidit in plurima parte, antequam in lavacrum deſcenderint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod aquæ hauſtæ non polluunt lavacrum, ſi in ipſo quadraginta ſint Sata, idcirco ſi locus aquam hauſtam hauriendi fuerit a latere dum hæ tres aquæ effluebant, & iſtæ aquæ accreverint, duoque lavacra commixta fuerint, quorum unumquodque viginti habebat Sata, legitimæ ſunt, & lavacrum quadraginta continebit Sata, & ſi commiſceantur cum eo viginti Sata aquæ hauſtæ, tum totum lavacrum eſt purum. Idcirco mundi ſunt ii qui ſe laverunt, & lavacra etiam munda ſunt. At vero ſi locus aquam hauſtam hauriendi ſit in medio, vis aquarum quæ cum lavacro mixtæ ſunt, in quo viginti Sata ſunt, denuo accreſcet cum aquis hauſtis quæ ſunt a latere ipſius, & omnia perdet. Sic etiam ſe res habet cum lavacro quod eſt a latere alterius, idcirco quotquot immundi fuerint qui ſe immerſerunt, purificati ſunt.

ד הספוג והדלי שהיו בהן שלשה לוגין מים ונפלו למקוה לא פסלוהו שלא אמרו אלא שלשה לוגין שנפלו׃

4. Si in ſpongia & ſitula tres ſint Logi aquæ, eæque in lavacrum inciderint, non ipſum infecerunt, quia duntaxat de tribus Logis qui inciderunt, locuti ſunt.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

שהיו בהן שלשה לוגין מים *In quibus tres Logi aquæ ſunt*, quæ a ſpongia abſorptæ ſunt & ei inhærentes, ſed non conſpiciuntur in ipſa, de ipſa nihil decreverunt Sapientes, quia non caſu inciderunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספוג *Spongia*, eſt ſpongia maritima in qua aquæ hauſtæ remanſerunt, & non commixtæ fuerunt cum aquis lavacri, & hoc fieri poteſt ob anguſtiam orificii vaſis, idcirco de tribus Logis qui inciderunt, duntaxat ſermo factus eſt, quod ſint ipſæ aquæ quæ in lavacrum effuſæ ſunt.

ה השידה והתיבה שבים (ס"א לג) אין מטבילין בהם אלא אם כן היו נקובין כשפופרת הנוד רבי יהודה אומר בכלי גדול ארבעה טפחים ובקטן רובו אם היה שק או קופה מטבילין בהם כמה שהם מפני שהמים מעורבין היו נתונים תחת הצינור אינם פוסלים את המקוה אלא מטבילים (מצא' ומטבילין) אותן ומעלין אותן כדרכן׃

5. In capſa & in arca exiſtentibus in mari non immergunt ſe, niſi perforatæ fuerint in forma fiſtulæ utris. R. Jehuda dicit, ſi in vaſe magno quatuor ſint palmi, & plurima pars ipſius in parvo, & ſi ſit ſaccus aut cuppa, immergant ſe in illis, quantulacunque fuerint, eo quod aquæ mixtæ poſitæ erant ſub canali; idcirco non inficiunt lavacrum; ſed immergunt ſe, & aſcendunt more ſuo.

R. OB. DE BARTENORA.

שידה & תיבה ſunt vaſa magna lignea, quæ ſi lavacro imponuntur, legitime ſe res habet. *Niſi perforatæ fuerint in forma fiſtulæ utris*, itaque ſimiles ſunt עוקה *foveæ*, de qua ſuperius diximus quod ipſa ut fiſtula utris perforata eſſe debeat. בכלי גדול *ſi in vaſe magno*, quod novem comprehendit palmos, vel plus, ſi vero id ſaltem quatuor palmos habeat, ſufficit pro foramine quatuor palmorum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Per שק & קופה intelligas caniſtrum e ſalicibus confectum corticibus; in iis ſe lavare licet quantulacunque ſint. Si illa in mari ſint, non perforanda ſunt ut fiſtula utris, eo quod omnia foraminibus plena ſunt, & idcirco aquæ in ipſis contentæ intercidunt reſpectu aquæ lavacri. *Non inficiunt lavacrum*, propter aquas hauſtas, & more ſolito ea educunt, ut, ſi in lavacro quadraginta omnino Sata aquæ ſint, ſicuti ſuperius diximus, quod pulvillus & tegumentum pelliceum, quoniam orificia ipſorum ex aqua elevat, aquæ in ipſis contentæ habeantur aquæ hauſtæ; quomodo faciet? immerget ea & educet per margines ipſorum; at de ſacco & cuppa ejuſmodi quid non timemus, quia aquæ in ipſis contentæ non cenſeantur aquæ hauſtæ, ad lavacrum polluendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטבילין בהם כמה שהם *Immergunt ſe in illis, quotquot ſint*, nempe, nos non requirimus ut cuppa perforata ſit in forma fiſtulæ utris, quia aquæ ipſius commixtæ ſunt cum aquis lavacri, ad areolam ipſarum dilatandam, & maximam foraminum partem, e quibus aqua provenit, & aucta fuit. Sic etiam ſi ſub canali poſita ſit cuppa, & in ipſam aquæ fluxerint atque in lavacrum exierint, non infecerunt ipſum, quia non ſunt aquæ hauſtæ. Porro ſi ſaccum vel cuppam immergere velit, more ſolito ipſa immergat, & educat, etſi enim aquæ in ipſis lateant, & in lavacrum deſcendant, tamen non ſunt aquæ hauſtæ ad foramina ipſarum dilatanda; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ו גסטרא שבמקוה והטביל בה את הכלים טהרו מטומאתן אבל טמאים על גב כלי חרס אם היו המים צפים על גביו כל שהן טהורין מעין היוצא מן התנור וירד וטבל בתוכו הוא טהור וידיו טמאות ואם היו על גביו רום (ס"א) ידיו אף ידיו טהורות׃

6. Fragmento vaſis lavacri ſi quis immerſerit vaſa, purificata ſunt ab immunditie ipſorum. At vero ſi immunda poſita ſint juxta vas teſtaceum, & aquæ contegant ſuperficiem eorum, quantulacunque fuerint, munda ſunt. Si fons exierit ex fornace, & nonnemo in ipſo laverit ſe, mundus eſt, & ipſius manus ſunt immundæ. Si vero in ſuperficie ipſius ſit altitudo manuum ipſius, etiam manus ipſius mundæ ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. In codice Ocazim tibi exponetur, quod ſi quis manus ſuas in fornacis foramen immiſerit, pollutus ſit, quia manus ipſius pollutæ ſunt. Præterea quoque aliquoties expoſuimus, quod immundum vas teſtaceum polluat liquores, & hi denuo vaſa. גסטרא eſt vas teſtaceum ad fluxionem aquæ recipiendam, ſicuti expoſuimus in codice de Vaſis, ſi hocce vas pollutum ſit in lavacro, atque id jam aquis inferius attractis impletum fuerit, & ſuperficies ipſius redundaverit præter aquam extra lavacrum, & nonnemo in ipſo immerſerit alia vaſa eo tempore quo elevabat vaſa, idque humectaverit & ſuperficiem vaſis גסטרא attigerit, tum vaſa iſta immunda ſunt juxta vaſis teſtacei ſuperficiem. Pariter ſi quis immerſerit in fonte qui eſt in fundo fornacis dum iſte profluit, & manus ipſius attigerint immundi fornacis aërem, & manus ipſius pollutæ fuerint, aquæ vero ſupra fornacem ſe elevaverint, donec in menſura elevationis manuum e latere ex ipſa effluxerint, nam ſi illius manus attigerit fornacem ſuperius, prodibunt ex ipſa aquæ, & aquis immerſi erunt, tum manus puræ erunt.

ז ערוב מקואות כשפופרת הנוד כעוביה וכחללה כשתי אצבעות חוזרות למקומן ספק כשפופרת הנוד ספק שאינה כשפופרת הנוד פסולה מפני שהיא מן התורה וכן כזית מן המת וכזית מן הנבילה וכעדשה מן השרץ כל שיעמוד בשפופרת הנוד ממעטה רבן שמעון בן גמליאל אומר כל שהוא מבריית המים טהור׃

7. Mixtura lavacrorum in forma fiſtulæ utris, denſa & perforata in forma duorum digitorum ad locum ipſorum redeuntium, ſi dubium ſit an ſit in forma utris, necne, reproba eſt, quia ex Lege eſt. Sic etiam ſi ſit inſtar olivæ e mortuo, vel inſtar olivæ e cadavere, vel inſtar lentis e reptili, quod conſtiterit in fiſtula utris, id diminuit. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, quicquid e natura aquæ eſt, id purum eſt.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

עירוב מקואות *Mixturæ lavacrorum*, ſi ſit lavacrum deficiens ad latus lavacri perfecti; vel etiam ſi in uno atque in altero viginti ſint Sata aquæ, atque iſtæ aquæ commixtæ ſint quaſi in foſſa vel foramine quodam, tum menſura ipſarum ad ipſas conflandas & corrigendas, cenſeatur quaſi in unoquoque ſint quadraginta Sata ut fiſtula utris.

כעובירה וכחללה *Sicut denſitas & perforatio*, nempe calami, quem indunt utris ori, & hæc eſt quantitas quæ duobus digitis ad locum ipſorum redeuntibus ſimilis eſt, & convertentibus ſe in ſpatio concavi foraminis; per duos digitos de quibus dixerunt, intelligantur duo digiti pollici proximi, & primi in vola, nempe index & medius.

מפני שהוא מן התורה *Quia id ex Lege eſt*, nempe debitum de lotione in loco aquæ ex Lege præſcriptum eſt. *Sic etiam ſi ſit olivæ quantitas e mortuo*, & de eo dubium ſit an juſta ſit menſura necne, tum eorum dubium eſt immundum, ſed in loco privato duntaxat; at vero in loco publico dubium ipſorum mundum eſt, licet enim ex decreto Sapientum dubia immundities in loco privato habeatur immunda, hic nihilominus tamen, ſi hæ menſuræ ſint ex decreto Sapientum, purificaſſent eam. כל שיעמוד *quicquid conſtiterit*, ſive pulvis ſit, ſive lapilli, vel muſcæ in aqua creſcentes, ſi iſta conſtiterint in orificio foraminis, comminuunt in fiſtula utris; ſed lavacra non commiſcentur. *Quicquid e natura aquæ eſt*, & muſcæ rubræ; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כעובית וכחללה *Ut denſitas & foramen*, ut denſitas corporis illius, & ut foramen atque menſura illius; dixit vero auctor menſuram foraminis eſſe accurate duorum digitorum ſi itaque inter duo lavacra ſit foramen menſuræ illius, duo lavacra commiſcentur, atque ex ipſis unum fit lavacrum. Porro dicit hoc ita eſſe ex præſcripto Legis, nempe debitum lotionis in lavacro, ſed in Toſaphta dicitur, quantitas olivæ e cadavere, vel lentis e terra, de quibus dubium an ipſis ſit quantitas, necne, immunda eſt; quicquid in Lege ſuum habet fundamentum, & menſuram ſuam ex decreto Scribarum, illius dubium cenſetur immundum. Et jam expoſuimus hoc non obſtare ei quod dicunt, menſuras e Traditione Moſis in Sinai receptas eſſe, quicquid enim in Lege Moſis non comprehenditur, id vocarunt ex *inſtituto Scribarum*.

כל שהוא ברית המים טהור *Quicquid e natura aquæ eſt, id purum eſt*, ut lentes aquoſæ, & animantia in aquis nata, dicit doctor quod ſi hæ in hocce loco ſint ubi eſt forma fiſtulæ utris, tum ipſa non anguſtior cenſetur; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeonem filium Gamalielis.

ח מטהרים את המקואות (ס"א) העליון מן התחתון והרחוק מן הקרוב כיצד מביא סלון של חרס או של אבר ומניח ידו (ס"א) תחתיו עד שהוא מתמלא מים ומושכו ומשיקו אפילו כשערה דיו היה בעליון ארבעים סאה ובתחתון אין כלום ממלא בכתף ונותן לעליון עד שירדו לתחתון ארבעים סאה:

8. Purificant lavacrum ſuperius ex inferiori, & id quod remotius eſt ex eo quod propius eſt, quomodo? adducunt canalem teſtaceum, vel plumbeum, iiſque ſupponunt manus, donec is aquis impletus fuerit, tum id ipſum protrahunt, & aquæ ſe attingunt, licet id fiat in quantitate pili. Si in ſuperiori fuerint quadraginta Sata & nihil in inferiori, tum implet humero, & ſuperiori imponunt, donec quadraginta in inferius Sata deſcenderint.

R. OB. DE BARTENORA.

העליון מן התחתון *Superius ex inferiori*, ut, ſi in ſuperiori lavacro ſint aquæ hauſtæ, & in inferiori aquæ legitimæ. *Et id quod remotius eſt ex eo quod propius eſt*, nobis enim non timendum eſt ne aliquando veniat nonnemo, & impediat tactum ipſius, ne lotio procedat.

מביא סלון של חרס וכו׳ *Adducit canalem teſtaceum* &c. idem illius jus eſt, ſive ligneus ſit, ſive oſſeus, ſive vitreus, ſive plumbeus. ומניח ידו תחתיו *& imponit manum ſuam ei*, canali ſcil. ne aquæ effluant quando is adimpletur donec ſe tangant aquæ, & conjunctæ fuerint cum lavacro altero.

אפילו כשערה *Licet vel pili ipſius*, nam in negotio de aquis hauſtis allevarunt, quia id obtinet ex inſtitutis Sapientum; ſi vero lavacrum ſuperius deficiat in menſura aquæ, & quis acceſſerit ut corrigat ipſum per tactum aquæ ad menſuram ipſius complendam, tum tactus non ſufficit menſuræ pili ipſius. Nam licet R. Jehuda dixerit, quod magis allevandum ſit, capite ſecundo codicis de Divortiis, is tamen ſtillationem requirit. ממלא כתף *implet humero*, nam quando in lavacro quadraginta ſunt aquæ legitimæ Sata, etſi omnes ſint aquæ hauſtæ quæ in orbe terrarunt extant, non inficiunt lavacrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod סלון *canalis* non inficiat lavacrum, neque aqua in ipſo fluens fieri poſſit aqua hauſta, quia non fortiter continet id quod in ipſo eſt; & quamvis ille continuerit, ſecundum id quod ſupra dictum eſt, tamen non inficit quia non ſtructus eſt ad continendum. Loquitur autem de teſtaceo vel plumbeo, quia ex iſta materia plerumque fieri ſolet. In Toſaphta de hac Miſna ita dicitur, nonnemo adducit canalem ligneum, & oſſeum atque vitreum, eique imponit manus ipſius. Cæterum tibi jam expoſui quod canalis ubique deſtinatur, nihilominus tamen ſi extremitas canalis in inferiori lavacro poſita ſit, legitima eſt; opprimet vero aquas manibus ipſius, donec canalis impletus fuerit, poſtea elevabit ipſum donec ultima extremitas ipſius attigerit balneum ſecundum, hinc ab eo tempore quo canalis extremitas aquis ſuis pertigerit ad aquas lavacri, ambæ aquæ commiſcentur, & menſura completa erit. Porro loquitur auctor de plenitudine humeri quæ ſuperiori lavacro imponenda eſt, ſecundum fundamentum illud notiſſimum, nempe, quod ſi quadraginta in lavacro Sata ſint, id non inficiatur aquis hauſtis.

ט כותל שבין שתי (טור) מקואות שנסדק לשתי מצטרף ולערב אין מצטרף עד שיהא במקום אחד כשפופרת הנוד רבי יהודה אומר חלוף הדברים נפרצו זה בתוך זה על רום כקליפת השום ועל רוחב כשפופרת הנוד:

9. Si paries ſit inter duo lavacra in modum ſtaminis diffiſſus, conflatur; ſed non conflatur ſi in modum ſubtegminis fiſſus ſit, niſi donec in uno loco quaſi fiſtula utris ſit. R. Jehuda dicit alio ſenſu, nempe, ſi unum in altero ruptum ſit in altitudine, ut cortex allii, & in latitudine, ut fiſtula utris.

R. OB. DE BARTENORA.

לשתי *In modum ſtaminis*, ſurſum deorſum. לערב *in modum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשתי *In modum ſtaminis*, in longitudinem, & ſurſum deorſum.

dum ſubtegminis, a ſiniſtra ad dextram. חלוף הדברים *immutatio verborum*, ſurſum deorſum non conflatur, ſed ad ſiniſtram a dextra conflatur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Si unum in altero ruptum ſit*, ſcil. ſurſum in vertice parietis, nam hoc duntaxat intelligendum eſt quando paries depravatus eſt, vel ſuperius diſciſſus, licet in vertice ipſius integer ſit paries, quia nos utris fiſtulam requirimus, quando nempe paries ruptus fuerit in vertice ipſius, & ibi collectæ fuerint aquæ multæ in altitudine, quaſi in cortice allii, in latitudine fiſtulæ utris.

ſum. ערב eſt latitudo, & in pariete a dextra ad ſiniſtram; cæterum ſenſus illius quod dicitur, ea conflari, eſt, quod duo lavacra conflantur, & menſuram perfici uno; R. Jehuda rem invertit, dicitque in latitudine conflari, ſed non in duo. Et poſtea dicit, *ſi unum diſruptum ſit in altero*, hoc ſenſu intelligas, ſi id quod ruptum eſt dividat a ſuperiori, tum ab eo tempore quo aquæ tranſeunt ſupra diviſionem, licet id fiat in craſſitie corticis allii, & in latitudine duorum digitorum, aquæ commiſcentur in hac menſura, & denuo unum fit lavacrum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

י האביק שבמרחץ בזמן שהוא באמצע פוסל מן הצד אינו פוסל מפני שהוא כמקוה סמוך למקוה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אם מקבלת האמבטי רביעית עד שלא יגיעו לאביק כשר ואם לאו פסול רבי אלעזר בר צדוק אומר אם מקבל האביק כל שהוא פסול:

10. Canalis qui in lavacro medio poſitus eſt, is inficit, a latere vero non inficit, quia ſimilis eſt lavacro prope lavacrum, ita R. Meyr. Sapientes vero dicunt, cupa lavacri quæ continet quartarium, antequam ad canalem pertigerit, legitima eſt, ſin minus, illegitima eſt. R. Eleazar filius R. Zadoc dicit, ſi canalis contineat quantulumcunque, illegitimus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אביק שבמרחץ *Canalis qui in lavacro eſt*, vas metallinum & in אמבטי profundum petens, atque foramen habens, cum enim aquæ ex אמבטי *cupa* propter multas lotiones fœtent, foramen אביק canalis aperiunt, & tum aquæ profluunt ex cupa, & ſecum ferunt alias aquas mundas, atque foramen obſtruunt, ita ut aquæ exire nequeant; aquæ vero quæ in cupam trahuntur, legitimæ ſunt ad lotionem, quandoquidem enim ſe laverunt aquis calidis in lavacro, nunc in cupam eunt, atque in ipſa ſe lavant.
בזמן שהוא באמצע *Quando in medio eſt*, ſcil. canalis, tum ille inficit, quia per ipſum omnes fluunt aquæ, aquæ autem per vaſa profluentes, inficiunt. *Si a latere, tum non inficit*, quia tum aquæ per ipſum non fluunt, at hic nulla eſt hauſtio, ſed aqua in ipſo contenta & reliquæ aquæ, ſi ipſis lavacrum ſit, legitimæ ſunt; ſi is prope hauſtioni ſit, & aquæ hauſtæ ad ipſius latus, aquæ iſtæ legitimæ non inficiunt, etſi invicem ſe attigerint. *Si cupa lavacri comprehendat quartarium*, ex aquis legitimis antequam ad canalem pervenerint, tum ſe res habet quaſi quadraginta Sata contineret, nam quarta pars menſuræ lavacri cenſetur eſſe vas aliquod ex Lege ad lavandum in ipſa acus & fuſcinulas. *Si canalis contineat quantulumcunque*, quia אביק canalis factus eſt ad recipiendum quantulumcunque, reprobus igitur eſt in quantulacunque menſura, ſive ille ſit in medio, ſive a latere, ſive recipiat cupa quartarium antequam ad canalem perveniſſet, ſive non recipiat tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמבטי Eſt cupa lavacri; אביק canalis eſt אלנב״יק; aquæ vero per lavacri cupam profluentes in canalem ſunt aquæ legitimæ, quicquid autem ex iſtis attigerit id quod in canali continetur, illegitimum eſt, quia aqua hauſta ſit, אביק enim inter vaſa recenſetur, quia id funditur in terra, hoc eſt quod de ipſo dicitur in Toſaphta; nempe quod id duntaxat paratur ad ſerviendum cum fundo, ſed anguſtum eſt apud nos; figura autem hujuſce canalis אביק facilis eſt intellectu; ſed hæc eſt controverſia. Nobis vero eſt fundamentum quo ſancitum eſt quod aquæ hauſtæ ad latus aquæ legitimæ, non inficiant, licet una aqua contrectaverit alteram; in medio autem inficiunt, quia aquæ hauſtæ jam pertigerunt ad aquas lavacri; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

יא המטהרת שבמרחץ התחתונה מליאה שאובין והעליונה מליאה כשרין אם יש כנגד הנקב שלשה לוגין פסול כמה יהא בנקב ויהיה בו שלשה לוגין אחד משלש מאות ועשרים בבריכה דברי רבי יוסי ורבי אלעזר אומר אפילו התחתונה מליאה כשרים והעליונה מליאה שאובין ויש בצד הנקב שלשה לוגין כשר שלא אמרו אלא שלשה לוגין שנפלו:

11. Si aqualiculus lavacri inferioris ſit plenus aquis hauſtis, ſuperioris vero legitimis plenus, atque e regione foraminis ſint tres Logi, reprobus eſt. Sed quantum eſſe debet in foramine ut tres ſint Logi? trecenteſima pars & viceſima pro piſcina, ita R. Joſe. R. Eleazar dicit, licet inferior plenus ſit aquis legitimis, & ſuperior plenus hauſtis, & in latere foraminis ſint tres Logi, tum probus eſt; nam de tribus Logis qui deciderunt, duntaxat locuti ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המטהרת שבמרחץ *Aqualiculus lavacri*, ſunt irrigationes aquarum in lavacro factæ, quibus adduntur aquæ frigidæ ad eas conjungendas, ut purificent ſe homines poſtquam in aquis calidis loti ſunt; aliquando autem duæ irrigationes ſive aqualiculi eſſe ſolebant, unus e regione alterius, niſi quod unus altior eſſet altero, & quod in pariete intermedio eſſet foramen aliquod, ut aquæ ex uno in alterum fluere poſſent; ſi igitur coram foramine eſſent tres Logi, ſcil. ſi foramen tam longum & latum ſit, ut tres Logi influxerint in ipſum; tum lavacrum ſuperius infectum eſt ob aquas hauſtas quæ in inferiori ſunt, res enim ſe habet perinde ac ſi aquæ quæ ſunt coram foraminis concavo, eſſent aquæ hauſtæ in medio ſuperioris, ſed non a latere. Tres vero Logi aquæ hauſtæ inficiunt quando iſtæ in medio extant, etſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si tres Logi inciderint, aqualiculus purificat; aqualiculi vero figura apud antiquos hæc erat qua duo erant canales, unus ſuperior altero; in pariete vero & in mixtione ſpatium inter utrumque canalem dividens erat foramen aliquod ſecundum hanc figuram. Si vero inferior canalis aquas contineret hauſtas, tum omnes aquæ in concavo hujuſce foraminis contentæ cenſebantur aquæ hauſtæ, quæ legitimæ erant cum foramen ad lavacrum pertigiſſet, quando id erat ſuperius, ſive ad latus illius. Poſtea dicit auctor quanta eſſe debeat menſura foraminis tres aquæ hauſtæ Logos continentis, dicitque, quod ſi menſura per hocce foramen tranſiens, ſit trecenteſima & viceſima pars ex aquis hauſtis quæ ſunt in lavacro inferiori, omnes cenſendæ ſint aquæ hauſtæ; & hoc in controverſia eſt. Cæterum ego hujus rei memini, quia hoc

etſi a latere non polluant. Cæterum hic novum quid eſt quod ſuperius contineat aquas hauſtas, ſuperius vero legitimas, quia aquæ deſcendere ſolent, & non aſcendere; & quamvis ita comparatum ſit, tamen ſuperius infectum eſt; & quanto magis ſi legitimum ſit ad latus inferioris, inficiet.

כמה יהיה בנקב *Quantum debet eſt foramen*? jam nos vult docere quanta eſſe debeat menſura foraminis, quando tres Logi una effluxerunt vice; & reſpondet, *una e trecentis & viginti de piſcina*, nam tres Logi ſunt pars trecenteſima & viceſima de quadraginta Satis; at quomodo? ſi Satum ſit ſex Caborum, & Cabus quatuor Logorum, hinc quadraginta Sata comprehendent nongentos & ſexaginta Logos, igitur tres Logi ſunt una pars e trecentis & viginti de lavacro legitimo quadraginta Sata continenti. Sapientes enim menſuram lavacri ſtatuerunt in quadraginta Satis, quod eſt unius cubiti in longum & latum, & altum tres cubitos. Foramen itaque comprehendet tres Logos, ſive trecenteſimam & viceſimam partem, in quadrum unum cubitum in altitudine tres cubitos, quod quadraginta comprehendit Sata. Maimonides vero ſcribit quod ſi piſcina minor vel major fuerit quadraginta Satis, foramen æſtiment minus majuſve, ſecundum hocce computum, ut, ſi piſcina contineat viginti Sata, neceſſario foramen continebit trecenteſimam & ſexageſimam partem. *Licet inferior plenus ſit aquis legitimis, & inferior plenus hauſtis*, quia aquæ ſolent deſcendere; & quamvis ita ſe res habeat, tamen tres Logi aquæ hauſtæ, qui in foramine ſunt, non inficiunt inferiorem. *Quia de tribus Logis qui inciderunt, duntaxat locuti ſunt*, idcirco aquæ hauſtæ non inficiunt lavacrum, niſi donec in ipſum inciderint; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

hoc lavacrum inferius in quo aquæ hauſtæ ſunt, menſura ſit quadraginta aquæ Satorum tantum, præter tres Logos, hinc portio e trecentis & viginti erit, quatenus Satum eſt ſex Caborum, Cabus quatuor Logorum, quadraginta Sata comprehendent nongentos & ſexaginta Logos, tres vero Logi nongentos & ſexaginta, hinc tibi conſequetur ſumma trecenteſimæ & viceſimæ partis. Si vero aquæ hauſtæ plus quam quadraginta contineant Sata, vel minus, requiritur ut foramen menſuretur, & dividatur, & tum in concavo illius tres aquæ Logi eſſe debeant, de hac re dicit exempli gratia, quod ſi aquæ inferioris lavacri contineant viginti Sata, foramen continere debet menſuram ſexcenteſimæ & quadrageſimæ partis; ſed hæc omnia jam expoſita ſunt. Cæterum hæc eſt ſententia ſecundum R. Joſen. At vero R. Eleazaris opinio eſt, quod etiamſi lavacrum ſuperius aquas hauſtas comprehendens, quæ effluunt in inferius, quia aquæ deorſum defluere ſolent, licet foramen habeat concavum tres Logos aquæ hauſtæ comprehendens, quod dicendum ſit, *ſi tres aquæ Logi inciderint*; deciſio eſt ſecundum R. Joſen, qui dixit quod ſi hæc contactio facta ſit in medio, aquæ iſtæ ſint aquæ hauſtæ quæ in medium lavacrum inciderunt.

פרק ז יש מעלין את המקוה ולא פוסלין פוסלין ולא מעלין לא מעלין ולא פוסלין אלו מעלין ולא פוסלין השלג והברד והכפור והגליד והמלח והטיט הנרוק אמר רבי עקיבא היה רבי ישמעאל דן כנגדי לומר השלג אינו מעלה את המקוה והעידו אנשי מידבא משמו שאומר להם צאו והביאו שלג ועשו מקוה בתחלה רבי יוחנן בן נורי אומר אבן הברד כמים כיצד מעלין ולא פוסלין מקוה שיש בו ארבעים סאה חסר אחת נפל מהם סאה לתוכו והעלהו נמצאו מעלין ולא פוסלין:

Caput 7. Sunt quæ lavacra complent, ſed non inficiunt, & contra; ſunt vero quæ neque complent, neque inficiunt, ut, nix, grando, *pruina*, glacies, ſal, lutum conſputum. *Dixit R. Akiba, R. Iſmaël coram me judicavit, dicendo, nix non complet lavacrum; & viri Midebæ in nomine ipſius teſtati ſunt, ſe reſpondiſſe ipſis, exite & nivem adducite atque ex ipſa lavacrum facite ab initio.* R. Jochanan filius Nuri dicit, lapis grandinis eſt inſtar aquæ, quomodo complent & non inficiunt? lavacrum quadraginta continens Sata excepto uno, ſi ex ipſis Satum inciderit in lavacrum, & quis eduxerit ipſum, complent, at non inficiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

יש מעלין *Sunt quæ complent*, quæ lavacra augent ad quadraginta Sata. *Sed non inficiunt*, ſcil. in tribus Logis aquæ hauſtæ; hæc omnia exponit, quando quæritur *quomodo*? כפור notat pluviam quæ coagulata eſt dum decidit. גליד notat aquas in terra coagulatas, vel in aquis. טיט הנרוק *cœnum conſputum*, eſt cœnum tenue inſtar ſputi. אבן הברד כמים *lapis grandinis eſt ſimilis aquæ*, aquæ hauſtæ, de quibus ſuperius dictum eſt quod inficiunt lavacrum, & non augent; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri, ſed deciſio eſt ſecundum id quod teſtati ſunt viri Midebæ, nam balnea inſtruere licet nive, etiam ab initio. *Hinc illa complent, ſed non inficiunt*, quia lavacrum auxerunt, ſed non infecerunt in tribus Satis aquæ hauſtæ, nam Satum plus eſt quam tres Logi, idcirco iſta quantitate non inficitur lavacrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כפור Eſt id quod coagulatur ex aquis dum iſtæ profluunt, & hoc minutim deſcendit. גליד eſt coagulatio aquæ in terra, & in aquis. טיט נרוק eſt lutum tenue inſtar ſputi; quod autem de ipſo teſtati ſunt viri Midebæ, id veriſſimum eſt. Cæterum R. Akiba teſtatus eſt de ipſo, quia id olim parabatur, non quod in ea ſententia erat.

ב אלו פוסלין ולא מעלין המים בין טמאים בין טהורים ומי כבשים ומי שלקות והתמד עד שלא החמיץ כיצד פוסלין ולא מעלין מקוה שיש בו ארבעים סאה חסר קרטוב ונפל מהם קרטוב לתוכו לא העלהו פסלו בשלשה לוגין אבל שאר המשקין ומי פירות והציר והמוריים והתמד משהחמיץ פעמים מעלין ופעמים שאינן מעלין כיצד מקוה שיש בו ארבעים סאה חסר אחת נפל לתוכו סאה מהם לא

(ס"א)

2. Hæc ſunt quæ inficiunt & non complent, aquæ tam immundæ quam mundæ, aquæ macerationis, aquæ elixatoriæ, & vinacea antequam fermentaverint. Quomodo inficiunt & non complent? ſi in lavacro quadraginta ſint Sata excepto Cartobo, & ex iſtis Cartobus inciderit in ipſum, tametſi non complevit ipſum, infectum eſt lavacrum in tribus Logis. Reliqua vero liquida & aquæ fructuum, pulmenti, muriæ, & vinaceorum, quando fermentarunt, aliquando complent, aliquando non complent, quomodo? ſi lavacrum quadraginta contineat Sata excepto uno, & Satum ex illis inciderit,

(ס"א) העלוהו הוי בו ארבעים סאה נתן סאה ונטל סאה הרי זה כשר :

derit; non compleverunt; ſi quadraginta ſint Sata, & Satum addiderit, atque abſtulerit Satum, recte habet.

R. OB. DE BARTENORA.

המים בין טמאים בין טהורים *Aquæ tam immundæ quam mundæ*, hauſtæ. מי כבושים *aquæ macerationis*, in quibus olivas macerant, vel olera. מי סלקות ſunt aquæ in quibus elixatio fit. תמר notat acinorum nucleos, cortices, & feces, quibus aqua affuſa eſt antequam fermentaverint, nam ſi fermentaverit hæc mixtura, cenſetur ipſa ut aqua fructuum. *Cartobus* eſt ſexageſima quarta pars Logi.

פעמים מעלין *Aliquando complent*, ut, ſi in lavacro quadraginta ſint Sata aquæ legitimæ, & iis adjectum ſit Satum ex aqua fructuum, & poſtea Satum abſtulerit ipſis, tum aquæ & fructuum aquæ commixtæ ſunt, & tum omne Satum aquæ fructuum in lavacro relictum complet lavacrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המים בין טמאים בין טהורים *Aquæ tam immundæ quam mundæ*, nempe aquæ hauſtæ in quibus olivæ maceratæ ſunt, vel capparis. מי סלקות *aquæ elixatoriæ*, ſunt aquæ in quibus elixatio fit. תמר notat vini fœces, ſi illis addiderit aquas, & earum ope fermentatio facta fuerit, vel uvæ mutatæ fuerint antequam fermentatæ fuerint, nam ſi poſtea fermentum excitaverint, denuo fient ut aquæ fructuum. Cæterum jam expoſuimus quod *Cartobus* ſit ſexageſima quarta pars Logi; tres vero aquæ hauſtæ Logi lavacrum inficiunt, ſi ipſum non contineat quadraginta Sata. מוריים idem eſt quod מור *muria*. Dixerunt autem, has ſecundum naturam aquæ non complere balneum, uti dicitur in principio capitis, quod ſint quædam quæ non complent, ſed non inficiunt.

ג הדיח בו סלי זיתים וסלי ענבים ושנו את מראיו כשר רבי יוסי אומר מי הצבע פוסלין אותו בשלשה לוגין ואינן פוסלין אותו בשנוי מראה נפל לתוכו יין ומוחל ושנו את מראיו פסול כיצד יעשה ימתין לו עד שירדו גשמים ויחזרו מראיהן למראה המים היו בו ארבעים סאה ממלא בכתף ונותן לתוכו עד שיחזרו מראיהן למראה המים :

3. Si abluerit in ipſo caniſtra olivarum atque uvarum, facieſque aquæ mutata fuerit, legitimum eſt lavacrum. R. Joſe dicit, aquæ tinctoriæ inficiunt ipſum in tribus Logis, ſed non in mutatione faciei. Si in lavacrum inciderit vinum, & mixtum fuerit, & ipſius facies mutata, infectum eſt; quomodo faciet? expectabit donec pluviæ deciderint, & ipſarum facies mutata fuerit in faciem aquæ. Si in ipſo quadraginta ſint Sata, hauriat humero, & immittat donec facies ipſarum mutatæ fuerint in faciem aquæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ושנו את מראיו *Et mutaverint faciem ipſius*, tum lavacrum tamen eſt legitimum, quia vaſorum intruſio non cenſetur mutare faciem lavacri. *Neque ipſum inficiunt*, mutatione faciei, quia in tinctura non continetur ſubſtantia. מוחל notat aquas ex olivis effluentes. *Expectabit donec pluviæ deciderint*, nam humero implere nequit, nam ſi deficiat quicquam lavacro, tum nos ſtatuimus ipſum infectum eſſe in tribus Logis, & implere poteſt humero, quia aquæ hauſtæ non inficiunt lavacrum unquam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod per מוחל intelligantur aquæ nigræ quæ ex olivis effluunt; ſic etiam præfati ſumus quod aquæ fructuum non inficiant lavacrum in tribus Logis, uti nec reliqui liquores; idcirco nec vinum nec aquæ olivarum inficiunt lavacrum, niſi facies ipſius mutata fuerit, licet in lavacro centum ſint aquæ Sata uſque ad quadraginta, & in ipſum inciderit aliquid e vino, vel ex aqua fructuum, facieſque ipſius mutata fuerit, infectum eſt lavacrum, donec faciem ſuam priſtinam recuperaverit. Et quamvis in lavacro viginti ſint Sata, & in ipſum inciderit vinum vel aquæ fructuum, facieſque ipſius non mutata fuerit, tum facies ipſius manet in forma ſua, & non infectum eſt lavacrum, neque tale cenſetur eſſe in viginti & uno Sato, ſed in viginti duntaxat, ſecundum id quod in præcedentibus expoſitum eſt, nempe quod iſta Sata non compleant neque inficiant vaſa; hæc obſervato.

ד נפל לתוכו יין או מוחל ושנו מקצת מראיו אם אין בו מראה מים ארבעים סאה הרי זה לא יטבול בו :

4. Si in ipſum inciderit vinum, vel aqua nigra, & facies partim mutata fuerit, & in ipſo non fuerit facies aquæ quadraginta Satorum, tum ne lavet ſe in ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בו מראה מים מי סאה *Si in ipſo non ſit facies aquæ quadraginta Satorum*, ſi in lavacro non ſint quadraginta Sata, in quibus eſt facies aquæ, tum nemo ſe lavet in iſto lavacro, ne quidem in iſto latere, in quo eſt facies aquæ; ſi vero laverit ſe, lotio ei nihil profuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ſatis clara ſunt, & propterea non amplius exponenda.

ה שלשה לוגין מים ונפל לתוכן קרטוב יין והרי מראיהן כמראה היין ונפלו למקוה לא פסלוהו שלשה לוגין מים חסר קרטוב ונפל לתוכן קרטוב חלב והרי מראיהן כמראה המים ונפלו למקוה לא פסלוהו רבי יוחנן בן נורי אומר הכל הולך אחר המראה :

5. Si in tres aquæ Logos inciderit Cartobus vini, & facies ipſorum ſimilis fuerit faciei vini, atque in lavacrum inciderint, ipſum non infecerunt. Si in tres Logos excepto Cartobo inciderit Cartobus lactis, & facies ipſorum ſimilis fuerit faciei aquæ, & illi Logi in lavacrum inciderint, non infecerunt ipſum. R. Jochanan filius Nuri dicit, omnia ſecundum faciem judicanda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ונפלו למקוה לא פסלוהו *Et ſi inciderint in lavacrum, non infecerunt ipſum*, quia iſti vino ſimiles ſunt; neque fructuum aquæ inficiunt in tribus aquæ Logis. *Omnia ſecundum faciem judicanda ſunt*, etſi lac non inficiat lavacrum, & in aquis non ſint tres Logi ad inficiendum, nihilominus tamen quia hic tres ſunt Logi qui apparent ac ſi aqua eſſent, cenſentur ac ſi eſſent omnes aquæ, & idcirco polluunt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jochanan dicit, ſicuti ſe habet facies omnium, ſic eſt facies aquarum, ſcil. tres Logi, tum lavacrum infectum eſt, licet in tribus Logis ſit quicquam ex lacte, quod non inficitur tribus Logis, ut id inter cæteros liquores referatur, ſicuti ſuperius expoſitum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ו מקוה שיש בו ארבעים סאה מכוונות ירדו שנים וטבלו זה אחר זה הראשון טהור והשני טמא רבי יהודה אומר אם היה רגליו של ראשון נוגעות במים אף השני טהור הטביל בו את הסגוס והעלהו מקצתו נוגע במים טהור הכר והכסת של עור כיון שהגביה שפתותיהם מן המים המים שבתוכן שאובים כיצד יעשה מטבילן ומעלה אותם דרך שוליהם :

6. Si in lavacro quadraginta ſint Sata congregata, & duo deſcenderint lotum ſe, unus poſt alterum, primus mundus eſt, ſecundus autem immundus. R. Jehuda dicit, ſi primi pedes attigerint aquam, etiam ſecundus mundus eſt. Si laverit ſagum ſuum, & eduxerit, pars vero illius attigerit aquas, mundus eſt. Cervical & pulvillum pellicea quod attinet, ſi ora elevaverit ex aquis, tum aquæ in ipſis contentæ, ſunt aquæ hauſtæ; quomodo faciet? immergat ipſa, & elevet per fimbrias ipſorum.

R. OB. DE BARTENORA.

והשני טמא *Et ſecundus immundus eſt*, quia menſuræ lavacri certo aliquid deeſt in lotione primi, idcirco ſecundus quoque mundus eſt, quia dicimus, quod ſupra eſt, id ſimile eſt ei quod infra eſt, perinde ac ſi aquæ quas elevavit primus ſuo corpore conjunctæ ſint cum aquis lavacri, & nihil deficiat menſuræ ipſius. In Gemara exponitur quod R. Jehuda non dicat ipſum eſſe mundum niſi in Sapientum gradibus, ut, ſi quis in profanis ſit mundus, attamen ſe laverit ut pro decimis fieret mundus, vel ſi mundus ſit pro decimis, & ſe laverit ut mundus fieret pro oblatione prima. Sed ſi aſcendatur ex immunditie perfecta ad munditiem, tum ſecundum omnes immundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum eſt quod ſi in lavacro quadraginta ſint Sata, & in ipſo quis ſe laverit, tum quadraginta Sata erunt ad corpus ipſius humectandum in aquis, idcirco is qui poſtea ſe immerſerit, non eſt mundus; R. Jehuda dicit, ſi pedes ipſius in aqua ſtent, tum aquæ iſtæ quæ ſuper ipſum ſunt, lavacro conjunctæ cenſentur. Cæterum in Gemara dicunt eſſe controverſiam de gradibus Sapientum, ſed in negotio de mundo & immundo convenire omnes doctores, quod immundus ſit. *Gradus vero Sapientum memorati ſunt in codice de Feſtis Solennibus*, quod homo mundus pro profano debeat lavare manus pro decimis, & qui pro profanis eſt mundus, lavare ſe debeat pro oblatione prima. Sagum Arabice אלבריני dicitur, & illis appendent aquæ multæ; ſi vero ſe immerſerit in hæc quadraginta Sata ſtricte recenſita, & pars aliqua in aquis reliqua ſit, tum aquæ iſtæ cenſentur quæ in ipſo ſunt, perinde ac ſi conjunctæ fuiſſent aquis lavacri; & qui ſe poſtea in iſtis aquis immerſerit, mundus ſit, quamdiu aliqua pars ſagi adhuc conſiſtit in aquis. Sic etiam ſi cervical & pulvillum immerſerint in hoc lavacro, requiritur ut ipſa educat in extremitatibus ſuis atque oris inferius, donec in ipſis non amplius ſint aquæ hauſtæ, & inficiant lavacrum, cum ſunt quadraginta Sata collecta, nam ſi tres Logi ex ipſis attigerint hoc cervical vel pulvillum, & poſtea quis ipſa eduxerit, & in lavacrum immiſerit, infectum eſt, ſecundum id quod expoſitum eſt; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

ז הטביל בו את המטה אף על פי שרגליה שוקעות בטיט העבה טהורה מפני שהמים מקדימין מקוה שמימיו מרודדין כובש אפילו חבילי עצים אפילו חבילי קנים כדי שיתפחו המים ויורד וטובל מחט שהיא נתונה על מעלות המערה היה מולך ומביא במים כיון שעבר עליה הגל טהורה :

7. Si lectum in lavacro immerſerit, etſi pedes ipſius profundum cœni craſſi petierint, mundus eſt, quia aquæ præveniunt lavacro, & aquæ ipſius expanſæ ſunt. Si maceraverit vel fila lignea, vel calamorum fila ut aquæ intumeſcant, deſcendat & immergat. Si acus ſutoria poſita ſit in gradibus ſpeluncæ, & aquas hinc inde commoverit, tum quia aquæ unda in acum tranſiit, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הטביל בו את המטה *Si lectum in ipſo immerſerit*, cujus pedes ſive ſtylobatæ alti ſunt, & qui propterea una vice totus immergi nequit in lavacro exiguo ſecundum exactiſſimam ipſius menſuram, niſi pedes deprimantur in cœnum. טיט עבה *cœnum craſſum*, quod non eſt inſtar נרוק *conſputi*, in ipſum non licet ſe immergere, quia aquæ præveniunt lotionem pedum antequam in cœnum deprimantur, & in aqua immerſi ſint.

שמימיו מרודדים *Quia aquæ ipſius expanſæ ſunt*, quia aquæ non ſunt profundæ, quia lavacrum eſt latum, & aquæ per totum lavacrum diffuſæ, etſi enim in ipſo quadraginta ſint Sata, corpus tamen illius non contegitur totum aquis una vice. כובש *ſi depreſſerit*, ad unum lavacri latus, licet vel fila lignea vel calami, & ſint videatur lavacrum eſſe quod diviſerunt, nihilominus tamen, quia aquæ ingreſſæ ſunt inter eos, non eſt divi-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטה Habet magnam altitudinem, at lavacri locus parvus eſt quia in ipſo quadraginta Sata collecta ſunt, quando fieri non poterat ut lectus comprehenderet aquas, & ſuper ipſum fluerent, niſi donec pedes deſiderent in cœnum craſſum, quod in lavacro eſt, tum mundum eſt, quia pedes iſti qui in lutum deſcederunt, ipſum non attigerunt niſi donec aquæ ipſos purificaſſent, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, מפני שהמים מקדמין *quod aquæ præveniunt*.

מרודדין Eſt idem quod שטוחים *expanſæ*, hoc ſenſu verbum occurrit in Targum Exod. 39, 3. Porro dicit auctor כדי שיתפחו המים *ut aquæ intumeſcant*, id eſt, ut aquæ eleventur, quando deprimuntur undique filis ligneis & calamis, & aquæ colliguntur in unum locum, tum aquæ ſurſum elevantur ſuper lectum, & tum ipſum immergit. Poſtea dicit quod ſi quis aquas commoverit manu ſua, donec cumuli ele-

diviſio. Utitur autem potiſſimum verbo כובש quia ligna & calami contegunt aquæ ſuperficiem, & requiritur ut ſuper illis lapides deprimantur, ut ſub aquam deſcendant. *Si aquas huc illuc agitaſſet*, ſi aquas manibus ſuis commoviſſet. *Quandoquidem cumulus ſuper ipſum tranſiit*, quia aquæ cumulus ſuper gradum lavacri aſcendit, in quo depoſita eſt acus tonſoria, hinc ſi aquæ fluctus contegant acum, munda eſt, quia acus ſutoria exigua eſt, & idcirco timet ne in aquam incidat ut quaſi ita lavetur.

elevati fuerint, atque ex iſtis tranſierit cumulus ſuper hanc acum tonſoriam, & uſque ad quadraginta, quæ ſunt in gradibus lavacri, tum purificata eſt hæc acus tonſoria; hoc igitur ſenſu tu cætera potiſſimum concilies.

פרק ח ארץ ישראל טהורה ומקואותיה טהורים מקואות העמים שבחוצה לארץ כשרים לבעלי קריין אפילו נתמלאו בקילון שבארץ ישראל שחוץ למפתח (נ"א לפתח) כשרים אף לנדות מלפנים מן המפתח (נ"א הפתח) כשרים לבעלי קריין ופסולים לכל הטמאים רבי אליעזר אומר הקרובים לעיר ולדרך טמאים מפני הכביסה והרחוקים טהורים :

Caput 8. Terra Iſraëlis munda eſt, & lavacra illius munda ſunt. Lavacra gentium extra terram Iſraëlis proba ſunt pro iis qui ſemen emiſerint, licet ex aquæductu impleta fuerint in terra Iſraëlis, nam extra terminos proba ſunt etiam pro menſtruis; intra terminos proba ſunt pro iis qui ſemen emiſerint; at reproba ſunt pro omnibus immundis. R. Eliezer dicit, quæ prope urbem ſunt & viam, ea immunda ſunt propter lotionem; remotiora vero ſunt proba.

R. OB. DE BARTENORA.

ארץ ישראל טהורה *Terra Iſraëlis munda eſt*, imo etiam urbes Samaritanorum in terra Iſraëlis, quia terram gentium duntaxat immundam dixerunt extra terram Iſraëlis, ſed lavacra eorum munda ſunt, quia nobis nulla eſt ſuſpicio quod aquis hauſtis impleta ſint, quia illa ſimpliciter legitima cenſentur pro iis qui fluxum ſeminis paſſi ſunt, ad eos legitimos reddendos ſecundum Legem, quia בעל קרי ſive is qui ſemen emiſit, prohibitus eſt ſecundum Legem, uſque dum ſe laverit; quando autem is ſe laverit, licet vel in lavacro cujus aquæ ſunt hauſtæ, licet, etiamſi in aquæductu impletum ſit, nam aquam humero implent, & in foveam effundunt, atque ex iſta fovea ſolet eſſe via qua aquæ fluunt ad lavacrum.

שחוץ למפתח *Nam extra terminos*, extra terminos provinciæ legitima ſunt, etiam pro menſtruis, ad eas maritis legitimas reddendas, licet illic obtineat excidii pœna, nos tamen non ſuſpicamur ea forſan eſſe deficientia, & aquas hauſtas incidiſſe, atque impleta fuiſſe, nam extra provinciæ terminos nemo iter facere ſolet. *Intra terminos*, intra provinciæ terminos, & reproba ſunt pro omnibus immundis, quia multi illic homines inveniuntur, & aquam implent atque immittunt ut in eas alii ſe immergant & lavent.

מפני הכביסה *Propter lotionem*, quaſi diceret id defectu aquæ laborare, & aquas ex vaſis incidiſſe in quibus illic ſe lavant. הרחוקים טהורים *remotiora ſunt munda*, quia in ipſis non lavant ſe, & illic non tale quid cogitandum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod hic non ſermo fiat de בעל קרי *qui ſeminis effluxum paſſus eſt*, in negotio munditiei & immunditiei, ſed in negotio lavandi, ſicuti olim res peragebatur, nam is qui ſeminis fluxum paſſus eſt, ſi ſanus ſit ut lavaret ſe in quadraginta Satis, tum oret atque legat, ſicuti expoſitum eſt in codice de Benedictionibus. Et quamvis hæc quadraginta aquæ Sata fuerint ex aqua hauſta, tamen legitima ſunt pro iis qui fluxum ſeminis paſſi ſunt, ſi is nempe deſcenderit in illa, ei licet orare & ſectionem Audi Iſraël &c. legere; licet is non purificatus ſit in caſu puritatis & impuritatis. Advertas igitur animum ad huncce ſcopum, ne recedat unquam a te, & ſcias nihil intereſſe ſive quis fecerit ſecundum id quod in terra Iſraëlis fieri ſolet aut extra eam. Cæterum hic ſermo fit de lavacris pleriſque, de quibus non conſtat nobis an hauſtis an vero legitimis conſtent. Porro dicit auctor quod in terra Iſraëlis lavacra habenda ſint munda, & in hoc diſcrimine adhuc eorum mentionem faciemus, & quod extra terram Iſraëlis non ſint legitima; ſed pro iis qui ſeminis fluxum paſſi ſunt, duntaxat legitima ſunt, quia aquæ hauſtæ ſunt legitimæ pro iis qui fluxum paſſi ſunt, & hoc eſt quod dicitur, *licet ex canali impletum fuerit*, quæ omnino aquam continet hauſtam, ubi non eſt ullum dubium quin legitimæ ſint pro iis qui fluxum paſſi ſunt. Poſtea dicit quod ſi lavacra in terra Iſraëlis exiſtant, & ſi quid ex ipſis ſit extra urbis portas, de ipſis ſuſpicio eſt quod proba ſunt, licet menſtrua mulier ſe laverit in ipſis, nam tum ipſa ſit licita marito ſuo ut corpus cum ipſa miſcere liceat. Etenim non dicitur, quandoquidem hoc prohibitum eſt ſub pœna excidii, non immerget ſe niſi in lavacrum, quia veriſſimum eſt quod hoc lavacrum ſit legitimum; & omnia lavacra quæ ſunt in provincia, cujus portæ clauduntur, non ſunt in ſuſpicione puritatis, ut homines iis uterentur, nam aliquando veſtes, & vaſa in ipſis lavant & aquas hauſtas adjiciunt. Vel illa continentur ſub fundamento collectionis aquarum hauſtarum, & inidonearum iis qui ſeminis fluxum paſſi ſunt, ſicuti expoſitum eſt. R. Eleazar dicit, etiam lavacrum quod extra urbem eſt, ſi prope urbem ſit, eſt in ſuſpicione quod aquas hauſtas contineat quibus utuntur homines; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar.

ב אלו בעלי קריין שהם צריכין טבילה ראה מים חלוקים או עכורים בתחלה טהור באמצע ובסוף טמא מתחלה ועד סוף טהור לבנים ונמשכים (ס"א) טמא רבי יוסי אומר לבנים כעכורים :

2. Hi ſunt בעלי קריין *vitiati* qui lavandi ſunt, qui viderit ſuas aquas diviſas, vel turbulentas, ſi in principio, mundus eſt, ſi in medio & in fine, immundus eſt; ſi ab initio uſque ad finem, mundus eſt. Si albas & protractas, immundus eſt. R. Joſe dicit, albæ ſimiles ſunt turbulentis.

R. OB. DE BARTENORA.

מים חלוקים *Aquæ diviſæ*, eſt urina quæ guttatim ſtillat in forma catenulæ. בתחלה *in principio*, dum urinam reddit. טהור *mundus eſt*, quia hæc non eſt ſpecies קרי, ſed a cohibitione urinæ proveniens. *In medio & in fine*, redditionis urinæ, tum immundus eſt, quia hæc eſt ſpecies קרי *caſus*. Per מים נמשכים *aquas protractas*, intelligas aquas ſibi invicem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מים חלוקים *Aquæ diviſæ*, ſunt urina minutim inſtar catenæ ſtillans; עכורים *turbidæ ſunt*, ſi in principio dum urinam reddit, eas viderit. Porro dicit auctor quod a cohibitione urinæ hoc ei accidit, ſi vero tota urina ſit in eadem forma, is quoque mundus dicitur, etſi tota ſit turbida. Senſus vocis נמשכים *protractas*, eſt quando urinæ particulæ inter

cem adhærentes. *Immundus eſt*, quia hæc eſt קרי ש״ז ſpecies. *Albæ ſunt ut turbidæ*, & in principio mundus eſt qui tales emiſerit, ſed ſi in medio & in fine redditionis urinæ, immundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ter ſe cohærent, & ſi in urina ſit quicquam cohæſivum, tum mundus eſt, etſi cohæſio in medio redditionis urinæ animadvertatur vel in fine, vel in principio, R. Joſe dicit, ſi aquæ albæ protrahantur in initio, mundus eſt, ſicuti ſe habet jus aquæ turbidæ; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג המטיל טפין עבות מתוך האמה טמא דברי רבי אלעזר חסמא המהרהר בלילה ועמד ומצא בשרו חם טמא הפולטת זרע ביום השלישי טהורה דברי רבי אלעזר בן עזריה רבי ישמעאל אומר פעמים שהם ארבע עונות פעמים שהם חמש פעמים שהם שש רבי עקיבא אומר לעולם חמש :

3. Si quis ſtillaverit guttas craſſas ex fiſtula, immundus eſt, ita R. Eleazar Chaſma. Qui nocte de muliere meditatus eſt & ſurgens comperit carnem ſuam calidam, is immundus eſt. Quæ ejecerit ſemen die tertio, munda eſt, ita R. Eleazar filius Azariæ. R. Iſmaël dicit, aliquando quatuor, aliquando quinque ſunt tempora debiti conjugalis, aliquando ſex, R. Akiba dicit, ſemper quinque.

R. OB. DE BARTENORA.

המהרהר בלילה *Qui meditatur nocte*, qui ſibi imaginatur ſe cum muliere rem habere, & ſomno remiſſo carnem ſuum invenit calefactam circa pudenda, licet non invenit guttam ſeminis effluxiſſe. *Is immundus eſt*, quia certo vidit acceſſum ipſius, licet ſeminis gutta jam exſiccata fuerit propter paucitatem illius.

הפולטת זרע ביום השלישי *Quæ ſemen ejecerit die tertio*, ſcil. mundum, ut, ſi quinto die ſeptimanæ rem habuerit cum uxore, & ſemen ejecerit die Sabbati, non convenit illius concubitus in principio noctis quintæ, quia ſemen virile commoratur in corpore mulieris per quatuor tempora integra, nempe nocte quinta, die quinto, nocte ſexta, at nocte ſexta non mutabit coitum ſuum ſextum obortis tenebris, quia non reſtat quicquam de quinta & ſexta nocte, & ſexto die, quia duo duntaxat tempora integra ſunt, quandoquidem tempus iſtud eſt dies vel nox.

רבי ישמעאל אומר פעמים שהם ארבע עונות וכו׳ *R. Iſmaël dicit, aliquando quatuor ſunt tempora &c.* is enim vult diſtinguere, nempe mulierem quæ ſemen emiſit die tertio a coitu, immundam eſſe, quæ vero quarto die emiſerit, eam eſſe mundam. Nihilominus tamen R. Iſmaël fatetur diei partem pro toto ſumendam eſſe, quia Lex duntaxat dierum rationem inivit, & non temporum; aliquando enim quatuor ſunt tempora integra, ut, ſi cum muliere coiverit nocte quarta obortis tenebris, ſeminis illius ejectio immunda eſt uſque ad noctis initium Sabbati. Aliquando autem quinque ſunt tempora, ut, ſi illa cum marito rem habuerit in principio diei quarti dum aurora emicat, tum ſeminis illius emiſſio immunda eſt uſque ad noctem Sabbati. Aliquando autem ſex ſunt tempora, ut, ſi illa cum marito rem habuerit in principio noctis quartæ, tum illa immunda eſt uſque ad principium noctis Sabbati, hinc ſex integra erunt tempora.

רבי עקיבא אומר לעולם חמש *R. Akiba dicit, ſemper quinque*, ſi vero aliquantulum temporis primi tranſierit, inſuper ei concedunt aliquantulum temporis ſexti ad quinque tempora implenda, quæ enim emittit intra quinque tempora, immunda eſt, deciſio eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טפין עבות *Guttas craſſas*, puncta craſſa. המהרהר בלילה *qui meditatus fuerit in nocte*, eſt is qui nocte de caſibus neceſſitatis cogitavit ad ſemen emittendum, & poſtea corpus ſuum invenit calidum, is immundus eſt, etſi non invenerit ſemen emiſſum. Cæterum in Gemara exponitur hæc eſſe ſub conditione intelligenda qua ſomniaverit ſe omnino corpus miſcere cum muliere, poſtquam vero evigilavit, non invenit emiſſum ſemen, ſed corpus calidum, tum is immundus eſt, quia ab eo tempore quo ſomniavit, emiſit ſemen, niſi quod id poſtea exſiccatum ſit, vel quantitas illius admodum exigua ſit, ut illa veſtimentis abſorbeatur. Cæterum nobis fundamentum eſt שכבת זרע demum vocari ſemen poſtquam id ad matricem fœminæ pervenerit, & tum ejectum fuerit abſque ulla mutatione, tum perinde eſt ac ſi maritus vidiſſet ſeminis fluxum, & immundus eſt. Porro quæſtio eſt quantum temporis ſpatium tranſire debet poſt emiſſionem ſeminis ex quo illa dici poſſit munda, & hoc ſemen jam corruptum fuerit, atque e receptaculo ſeminis exierit. Porro ſcias vocem עונה notare tempus aliquod de integro die vel nocte, & hoc ſenſu dixerunt, עונה או יום או לילה *tempus One eſt dies aut nox*. R. Eleazar filius Azariæ dicit, quod ſi quæ ſemen emiſerit poſt tria tempora integra, pura ſit; & hoc forſan die tertio, nam ſi primo die ſeptimanæ cum marito rem habuerit, & nox atque dies ſecundus reliqui fuerint, ut & nox tertia, tum per iſta tria tempora ſi emiſerit ſemen, die tertio munda erit, quia poſt tria tempora emiſit, idcirco die tertio munda eſt, licet ſemen emiſerit. Sapientes quoque ſentiunt ſicuti in Gemara adfertur ad codicem de Sabbato; niſi quod Sapientes dicunt tria requiri tempora integra. R. Iſmaël putat eam eſſe mundam, ſi poſt duos integros dies emiſerit ſemen, & principium duorum dierum fuerit ante ortum auroræ, & finis ipſorum poſt declinationem ſolis & diei tertii partem. Cæterum fieri poteſt ut intra duos dies & aliquod ſpatium ad tertium diem pertinens, ſint quatuor, quinque, vel ſeptem tempora, ut, ſi ipſa cum marito rem habuerit in nocte quinta, & illa ſemen ejecerit die ſeptimo mane, tum ipſa eſt munda, quia duo dies jam præteriere, ſcil. quintus dies ſive pars trium dierum, nempe diei Veneris; omne vero tempus hujuſce ſpatii comprehendit quatuor עונות ſive tempora fixa quibus maritus conjugale officium præſtare debet uxori ſuæ, ut, dies quintus, nox ſexta, dies ſextus, & nox Sabbati; poſt hæc quatuor tempora uxor pura cenſetur; hinc poſt quinque tempora debiti conjugalis, ſi uxor coitum paſſa ſit in fine diei quarti ante ſolis occaſum, cum quibus erunt quinque tempora, ut, nox quinta, dies quintus, nox ſexta, dies ſextus, & nox Sabbati, & hoc in duobus diebus; poſt tertium vero quintus, ſextus, & nox Sabbati; hoc itaque erit poſt ſex dies, ut, ſi uxor coitum paſſa ſit die quarto poſt ſolis ortum, eruntque cum iſto tempore ſex tempora cum nocte Sabbati, ſi igitur illa die Sabbati ejecerit ſemen, munda eſt; atque hæc ſunt tempora debiti conjugalis, & ea in quibus uxor mariti ſemen immiſſum denuo ejecit, quæ עונות dicuntur. At vero ſi tempus One fuerit in duobus diebus, & in parte diei tertii, quinto, ſexto, & nocte Sabbati; tum quartum diem non enumeramus, quia uxor coitum paſſa eſt die quarto, poſt occaſum ſolis. Cæterum fundamentum ſententiæ R. Iſmaëlis eſt, quod duo dies eſſe debeant ante ſolis ortum. R. *Akiba* tenet ſemper quinque eſſe copulæ conjugalis tempora, ſi igitur uxor coitum paſſa ſit in aliqua diei vel noctis parte, *quinque* tempora perficienda eſſe ab hocce temporis ſpatio, & ſi illa ſemen receperit die quarto circa meridiem, remanet dimidium diei quarti, & hoc eſt dimidium temporis עונה, & poſtea nox quinta, dies quintus, nox ſexta, & dies ſextus, quum nox Sabbati fuerit in dimidio noctis, ſic perfecta erunt quinque debiti conjugalis tempora; idcirco ſi uxor jecerit ſemen poſt mediam noctem, munda eſt. Cæterum omnium horum demonſtratio poſita eſt in eo quod Deus benedictus dicit Exod. 19. 15. היו נכונים לשלשת ימים Porro quæritur quando hæc præceptio facta ſit, unuſquiſque enim demonſtrationem attulit juxta quod ei conſtaret e Gemara in hoc loco, deciſio eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

ד עכו״ם שפלטה שכבת זרע מישראל טמאה בת ישראל שפלטה שכבת זרע עכו״ם טהורה האשה ששמשה ביתה וירדה וטבלה ולא כבדה את הבית כאלו לא טבלה בעל קרי שטבל ולא הטיל את המים כשיטיל את המים טמא רבי יוסי אומר בחולה ובזקן טמא בילד ובבריא טהור:

4. Si gentilis ejecerit ſemen ab Iſraëlita immiſſum, immunda eſt. Si filia Iſraëlitæ ejecerit ſemen a gentili injectum, munda eſt. Si uxor domi coitum paſſa ſit, & poſtea ſe laverit, ſed pudenda non purgaverit, perinde eſt ac ſi non laviſſet ſe. Si is qui ſemen emiſit, ſe immerſerit, ſed non prius minxerit, tum poſtquam urinam reddiderit, immundus eſt. R. Joſe dicit, ægrotus & ſenex immundus eſt, ſed infans & ſanus mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

טמאה *Immunda eſt*, nempe gutta ſeminis quam ejecit ſeminiflua. טהורה *munda eſt*, licet hic ſit immundities ex decreto Sapientum. ולא כבדה את הבית *& non purificaverit domum*, ſi illa non abſterſerit corpus ſuum uſque adeo ut nihil de ſeminis liquore remanſerit, perinde eſt ac ſi nequaquam ſe immerſiſſet; quia timendum eſt ne forte guttam ſeminis ejiciat in loco pudendo relictam. שיטיל את המים *quando urinam reddiderit*, tum immundus eſt, quia forte aliquid ſeminis in fiſtula remanſit quod inter mingendum prodit. *In juvene & ſano mundus eſt*, quia illi fortiſſime emittunt ſemen, ita ut nihil remaneat: ילד autem vocatur is qui in pede conſiſtens uno exuere poteſt calceum ſuum eundemque denuo induere, licet octogenarius ſit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit *munda* vel *immunda* eſt, loquitur de ipſa quæ ſemen ejecit, ſecundum id quod in principio explicuimus de gentili uxore quæ ſemen ejecit, quod ipſa ſit munda. ולא כבדה את הבית *& non purgaverit domum*, ſenſus eſt, quod uxor poſt conjugalem copulam non abſterſerit pudicitiæ membrum, ita ut in corpore nihil e ſemine immiſſo remanſerit. Omnis vero בעל קרי qui ſemen emiſit, & ante purificationem non minxerit, immundus eſt dum poſtea mingit, quia tum reliquiæ ſanguinis e fiſtula exeunt. R. Joſe dicit id quod ex emiſſo ſemine remanſerit in fiſtula viri ægrotantis vel ſenis, ipſos inficere, quia ipſi non adeo fortiter emittunt. Verum ſi vir ſanus & juvenis, etſi aliquantulum ægrotent, ſtatim non minxerint poſt emiſſionem ſeminis, mundi ſunt, quia iſti tam fortiter emittere ſolent ut nihil remaneat; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ה נדה שנתנה מעות בפיה וירדה וטבלה טהורה מטומאתה אבל טמאה היא על גב רוקה נתנה שערה בפיה קפצה ידה קרצה שפתותיה כאלו לא טבלה האוחז באדם ובכלים ומטבילן טמאין ואם הדיח את ידו במים טהורים רבי שמעון אומר ירפה כדי שיבאו בהם מים בית הסתרים בית הקמטים אינן צריכין שיבאו בהן מים:

5. Si menſtrua ori ſuo indiderit numulos, & ſe immerſerit, purificata eſt ab immunditie ſua, immunda tamen ob ſputum ipſius. Si ori ſuo indiderit pilum, manum occluſerit, labia compreſſerit, perinde eſt ac ſi non immerſiſſet ſe. Si quis apprehenderit hominem & vaſa, & immerſerit ea, immunda manent, & ſi manus ſuas immiſerit in aquam, munda ſunt. R. Simeon dicit, leviter capiet ut inter ea veniant aquæ. Locus occultus & locus rugoſus non requirunt ut ad ipſos perveniant aquæ.

R. OB. DE BARTENORA.

טהורה מטומאתה *Munda eſt ab immunditie ipſius*, nempe ab immunditie ſeminifluæ, & licita facta eſt marito ipſius. *Sed immunda ob ſputum ipſius*, quod ipſa ante immerſionem in nummos evomuit atque hocce ſputum polluit eam tactu, quia ſputum polluit tactu & onere. נתנה שערה בפיה *ſi pilum indiderit ori ſuo*, & aquæ non attigerint ipſum.

קרצה שפתותיה *Agitaverit labia ſua*, ſi labia ſua arctiſſime compreſſerit. *Perinde eſt ac ſi non immerſiſſet ſe*, & marito ſuo manet prohibita. האוחז באדם וכו׳ *qui apprehenderit hominem &c.* nam ad locum quem manu apprehendit non pertingunt aquæ, & ſi manus ipſius immiſerit in aquas mundas, quandoquidem liquor manibus adhærens conjungitur cum aqua lavacri, & cum hic non ſit aliquod interſtitium, R. Simeon dicit, ſanabitur &c. deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

בית הסתרים *Domus occultorum*, ut, interior locus auris, narium, & oris. בית הקמטים *domus rugarum*, ut, locus ſub axillis & circa pudenda; vel etiam per בית קמטים intelligitur locus rugoſus ſenis & aniculæ, quorum caro corrugata eſt.

אין צריך שיבואו בהם מים *Non requirunt ut ad ipſos perveniant aquæ*, uti ſcriptum eſt Levit. 15, 11. וכל אשר יגע בו הזב וידיו לא שטף במים Si ergo manuum ablutione purificetur ſeminifluus, nonne totum corpus ablui debet aquis vivis? ſed nos auctor vult docere per manus & reliquas corporis partes quæ conſpicuæ ſunt, excludi loca occulta, quæ non ſunt conſpicua; etiamſi ita ſe res habeat, Sapientes tamen dixerunt, ſemper homo doceat domi ſuæ, ut uxor abſtergat loca rugoſa dum ſe lavat, ponamus quod non

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אבל טמאה היא על גבי רוקה *Sed illa immunda eſt ob ſputum*, nam vir mundus eſt qui menſtruæ ſputum attigerit, quod eſt primus immunditiei gradus, ſicuti in principio expoſuimus, & tum ipſa licita eſt marito ſuo. Porro dicit auctor, *perinde ac ſi non lavaſſet ſe*, illa nempe manet immunditiei pater, & marito ſuo prohibita. R. Simeon dicit, remittat manus ſuas ut aquæ ingrediantur in illas, de vaſis autem doctor primus dicit ea eſſe munda, quia forſan non leviter vas cepit. Per בית הסתרים *domum ſecretorum*, intelligitur corporis interior locus, ut faciei, narium, aurium, & oris.

בית הקמטים *Domus rugarum*, eſt locus pudicitiæ, quod colligitur ex eo quod dicitur, & quicquid attigerit ſeminifluus, & manus non abluerit aquis, notum enim eſt ſeminifluo non prodeſſe manuum lotionem dum adhuc immundus eſt; ſed quando dicit, *& manus ſuas non abluerit*, ſenſus eſt quod manus non purificaverit; & ידיו *manus ſuas*, ut doceat eum non obligari ad purificationem aliam præter eam quæ in corpore conſpicitur dum id purificatur, & hoc eſt quod dicit, *ſi carnem ſuam laverit*; ſed an non loca ſecreta includenda ſunt? non, Lex enim dicit, *& manus ſuas non abluerit aquis*; quemadmodum igitur manus conſpicuæ ſunt, ita omnis caro conſpicua lavanda eſt, exceptis locis occultis quæ non ſunt conſpicua.

לעולם ילמד אדם בתוך ביתו *Semper homo doceat in domo ſua*, quod ſcil. uxor inter lavandum inquirere debet de locis non conſpicuis ut ea purgentur. Quamvis enim auctor Miſnicus tradat quod loca occulta & rugoſa non requirunt aquam, inde tamen nos aquæ acceſſionem non docemus neceſſariam, ſed potius locum requirimus idoneum ad quem aquæ

non requiritur ut ad ea loca perveniant aquæ, ſed ad iſta ad quæ pervenire decet.

aquæ accedere poſſunt, ſcil. ut uxor paret loca rugoſa, ut ad ea penetrare poſſit aqua, & ex eo quod diminuerint ex occluſione inter lavandum, ne lavacrum occludat. Cæterum in Toſaphta dicitur, ignominioſum eſſe ſi quis occludat lavacrum, & ſi quis aliquoties in ipſo ſe lavet; & ſi quis ſocio ſuo dixerit, lava manum tuam pro me in lavacro, id etiam ignominioſum eſt. Porro tibi ſcitu neceſſarium eſt lavacri menſuram eſſe quadraginta Satorum, & ſpatium illius in longitudine & latitudine unius cubiti eſſe, in altitudine trium cubitorum; & propterea quodcunque id ſit lavacrum, ſi habeat fiſſuram magnam, perforant hanc fiſſuram in quacunque id fiat forma. Cæterum tibi jam expoſuimus quod cubitus ſit viginti quinque digitorum, ſive latitudinis digitorum maximorum; ſed has ego menſuras jam aliquoties repetii; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

פרק ט אלו חוצצין באדם חוטי צמר וחוטי פשתן והרצועות שבראשי הבנות רבי יהודה אומר של צמר ושל שער אינם חוצצין מפני שהמים באין בהם :

Caput 9. *Hæc in homine dividunt, fila lanæ & lini, & corrigiæ in capitibus filiarum. R. Jehuda dicit, fila e lana & e pilis non dividunt, quia ad illa perveniunt aquæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו חוצצין באדם *Hæc interſtitium aliquod faciunt in homine*, ope filorum & corrigiarum colligabantur capilli filiarum, & ea firmiter ligata ſunt capillis, aquamque prohibebant ne intraret in capillos. *R. Jehuda dicit, fila e lana & pilis confecta non dividunt*, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam in filis e lana; ſed in filis e pilis confectis ei concedunt Sapientes, quia aquæ in iſta poſſunt intrare. Proprie vero fila in capite dividunt, ſed non ea quæ in collo ſunt, nam fœmina ſeipſam non ſtrangulabit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חוצצין Eſt idem quod מבדילין *ſeparant*, ſcil. quod hæc dividant inter aquam & corpus, vel pili adhuc ſint corpori conjuncti, pili enim corporis requirunt aquæ ablutionem, ut corpus ipſum. Corrigiis vero in capite filiarum colligantur pili circa capitis ſummitatem; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam reſpectu filorum quibus pili colligantur, licet colligatio ſuper capite arctiſſime conſtricta ſit.

ב קלקי הלב והזקן ובית הסתרים באשה לפלוף שחוץ לעין וגלד שחוץ למכה והרטיה שעליה ושרף היבש וגלדי צואה שעל בשרו ובצק שתחת הצפורן והמלמולין וטיט היון וטיט היוצרים וגץ יוני איזהו טיט היון זה טיט הבורות שנאמר ויעלני מבור שאון מטיט היון טיט היוצרין כמשמעו רבי יוסי מטהר בשל יוצרין ומטמא בשל מרקה וגץ יוני אלו יתדות דרכים שאין טובלין בהן ולא מטבילין אותן ושאר כל הטיט מטבילין בו כשהוא לח ולא יטבול באבק של רגליו לא יטבול את הקומקמות בפחמין אלא אם כן שפשף :

2. Pariter plicæ cordis & barbæ, & locus occultus in fœmina, polypus extra oculum, cruſta extra plagam, & emplaſtrum circum ipſam, aduſtio ſicca, cruſtæ excrementi circum carnem, excrementum quod eſt ſub ungue, ſordeſque craſſiores, cœnum craſſum, cœnum figulorum, gleba craſſa: ſed quodnam eſt cœnum craſſum? eſt cœnum puteorum, ſicuti dicitur Pſal. 40, 3. *Et me eduxit e puteo ſtrepitus*, atque, e cœno craſſo. Sed cœnum figulorum eſt ordinarium. R. Joſe cœnum figulorum dicit mundum, glutinis vero immundum. Per glebam craſſam intelligunt glebas viarum, in quibus non immergunt, & quas non immergunt. Sed in reliquo cœno, immergunt dum illud humet. Neque in pulvere circa pedes immerget. Non immerget cucumam cum fuligine ei adhærente niſi confricaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

קלקי הלב Sunt pili in pectore e regione cordis, qui inſtar catenæ implexi ſunt, atque ob ſudorem ſunt fœtidi. *Locus occultus in muliere*, quia pili circa pudenda implicati ſunt præ ſudore, inquinatione, & humiditate. Sed hæc duntaxat intelligenda ſunt de uxore maritata quæ ſuæ ipſius curam gerit, ne illius nauſeam capiat maritus, nam locus occultus eſt interſtitium. Sed in cœlibe quæ hæc non curat, locus occultus non habet interſtitium.

לפלוף *Polypus*, excrementa oculi. גליד notat ſalivam e vulnere prodeuntem, quæ exſiccatur & incruſtatur. שרף היבש *aduſtio ſicca*, ſi ſuper carne illius ſit reſina ſtillans ex arboribus vel e fructibus, eaque exſiccata ſit.

גלדי צואה שעל בשרו *Cruſtæ excrementi circum carnem ipſius*, quæ exſiccata eſt & incruſtata. מלמולין ſunt ſordes hominis inquinati cœno, vel excremento vel ſudore, uno enim pede ad alterum fricato in manum ipſius ſordes venient in forma grani hordeacei. מריקא notat cœnum quod reſidet in albumine ovi ad diſponendum eo vaſa diffiſſa, quia aquæ non abluunt iſta abſterſione; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

יתדות דרכים *Sunt glebæ viarum*, quæ inceſſu hominum deprimuntur, & cum hæ ſunt humidæ, vocantur גץ יוני *gleba craſſa*, & quando aridæ ſunt, vocantur יתדות דרכים *clavi viarum*, quia glebæ iſtæ duræ ſunt, perinde ac ſi quis ſuper clavis incedat.

אין

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלקי הלב Sunt crines cordis, eorumque quaſi texturæ, ſicuti jam expoſitum eſt capite viceſimo nono codicis de Vaſis in modum catenæ determinatæ e pilis ad pecora colliganda, & id genus alia. Porro dicit auctor quod pili ſuper pectore, & ſuper loco pudicitiæ, ſi elevati ſint & congregati cum intentione, atque ii adhæſerint, & catenæ factæ fuerint, tum iſti dividant inter aquam & corpus. Præterea ſi aliquod vas a muliere vitiatum ſit, idque non correctum ſit confectione ante immerſionem, tum id quod illic reſtat de ſudore & inquinamentis, ſit interſtitium aliquod, quia licita ſemper in huncce locum effundenda ſunt. Cæterum in Toſaphta huic expoſitioni addit R. Simeon Schezuri, dicitque סתרים *loca occulta*, in uxore maritata dividere, ſed non in cœlibe; quia cœlebs de hoc non ſollicita eſt, & non curat an loca iſta pura ſint necne; idcirco hæc ægritudo ſive inquinatio non dividit, ſecundum id quod hujuſce curæ reſpectu expoſitum eſt.

לפלוף שבעין *Polypus in oculo*, eſt humor in palpebris collectus, & circa oculi extremitatem, & מאק vocatur. גלד שחוץ למכה *cruſta extra plagam*, eſt cortex quæ circum vulnus oriri ſolet. רטיה *emplaſtrum*, eſt aridæ ſcabiei unctio.

גלדי צואה *Cruſtæ excrementi*, ſunt cortices inquinationis, quæ corpori adhærent. מלמולין ſunt ſordes in modum granorum ſuper manibus voluti, perinde ac ſi quis depſat in maſſa farinacea, vel in luto, & ſi poſtea manus ſuas confricare

אין טובלין בהן *Non immergunt in illis*, dum tale cœnum in lavacro eſt, non immergit ſe in ipſo quiſquam. ולא מטבילין אותן *neque ea immergunt*, ſi ex iis quid ſit ſuper carne; alii vero hæc verba declarant quod ſi aquæ pollutæ ſint, & irrigatio non aſcendat in locum cœni, non liceat immergere. קומקום eſt vas æreum in quo aquas calefaciunt; quia autem fumus & flamma ambiunt ipſum, fuligo quædam ei adhæret, & idcirco aliquoties confricandum eſt.

fricare velit ad removendam ab illa adhærentem maſſam, vel lutum. טיט מרקה *cœnum glutinis*, eſt cœnum quod figulorum cœno craſſius eſt, idcirco vaſorum foramina eo collinunt & occludunt. In Toſaphta dicitur quod יתדות הדרכים *clavi viarum* ſint lutum in viis exiſtens, in quo veſtes humectant vel in ipſa æſtate, atque hocce lutum interſtitium facit, ita ut non recte purificatus ſit is qui id habet ſuper corpore ipſius; nec in ipſo lotio habet locum ſi id in lavacro ſit, ſicuti antea dictum eſt, quando dicit, *non immergunt ſe in illis*, *neque ea immergunt*. קומקום *cucuma*, in qua aquæ ſunt, carbones vero extincti circum ipſam, verum ſi quis eos confricaverit manu ſua interius, & pruna nondum extincta in manu ipſius ſuperſit, antequam in uno loco morati fuerint, aquæ interſtitium faciunt inter illos; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג. אלו שאין חוצצין קלקי הראש ובית השחי ובית הסתרים באיש רבי אליעזר אומר אחד האיש ואחד האשה בכל המקפיד עליו חוצץ ושאין מקפיד עליו אינו חוצץ:

3. Hæc non dividunt, capilli, pili axillæ, locus occultus in viro. R. Eliezer dicit, perinde ſe res habet in viro & in fœmina, quidquid quis curat, id dividit, ſin minus, non dividit.

R. OB. DE BARTENORA.

ובית הסתרים באיש *Et locus ſecretus in viro*, nam vir iſtius loci non tam accuratam curam gerit, imo ne quidem fœmina, niſi maritata ſit, uti expoſitum eſt; ſi ergo quis talia loca non curat, ipſa nec dividunt, ſi nempe ea non ſint in maxima corporis parte. Cæterum controverſiæ deciſio in ſenſu dividendi eſt, ſi corporis maxima pars inquinata ſit, & is curet ipſum, dividit ſecundum Legem inter aquam & corpus; ſenſus eſt ſi res dividens ſit exigua corporis pars, etſi quis eam partem curet, tamen ea non dividit ex Lege. Sapientes vero de maxima parte corporis inquinata decreverunt quod eam non curat ob maximam partem ipſius; & de exigua parte decreverunt quod eam curat ob maximum partem ipſius; at non decreverunt de exigua parte corporis quod eam non curet quis, nam hoc ipſum eſt decretum Sapientum, at vero quomodo nos auderemus decretum decernere ex decreto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלקי הראש *Crines capitis*, ut & axillæ cavitas pilis inſtructa intus dividunt, ubi pili cincinnati ſunt, & quaſi ſeorſim exiſtunt. Sed capilli, & axillæ pili, locique ſecreti pili in viro non dividunt, quia is hac in parte non eſt ſollicitus; ſenſus vero מקפיד illius qui horum curam gerit, eſt quod is omnino ſollicitus eſſe debeat ut omnia inquinamenta removeat quantum poſſit; contra אינו מקפיד dicitur is qui non eſt ſollicitus an aliquid inquinati reliquum ſit in corpore ipſius necne. At vero hujuſce quæſtionis fundamentum eſt, quod ſi res dividens ſuper corpore humano ſimilis ſit cœno vel maſſæ, cæteriſque rebus quæ dividere poſſunt, & ea comprehendat extenſionem corporis alicujus, & homo curet reliquias ejus a corpore ſuo removere, tum illa dividit inter aquam & corpus, & lotio ei non prodeſt, niſi donec corpus illius ex ipſa exſuxerit, & is poſtea ſe laverit. Si vero quis hæc non curet, tum nec eadem dividunt, etſi maximam corporis partem comprehendant. Pariter ſi res dividens ſit ſuper exiguo corporis loco, etſi eam removere velit, & illius curam habuerit, hæc actio e Lege eſt. Sed ex decreto Sapientum dividit omne id quod quis curaverit, licet corporis ipſius minima pars ſit, quia timendum eſt de maxima parte. Sic etiam de maxima parte timuerunt ne eam curaret propter maximam partem, is qui curat id quod minimum eſt, quia ſeipſum curat ex decreto, ſed nos non decernimus unum decretum poſt alterum. Ex hiſce omnibus tibi jam conſtat, quod omne id quod quis a corpore removere velit, dividat, licet vel minima ſit menſura, & hoc eſt quod dixerunt, omne id de quo quis ſollicitus eſt, id dividit, dummodo hoc non ſit ſuper maxima corporis parte; hoc fundamentum ſemper in memoria tenendum eſt, in eo enim interſtitii ſenſus poſitus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer in eo quod fœmina & vir inter ſe commutentur.

ד. לפלוף שבעין וגלד שעל המכה ושרף הלח ולכלוכי צואה שעל בשרו וצואה שתחת הצפורן וצפורן המדולדלת כשות של קטן לא טמא ולא מטמא קרום שעל המכה טמא ומטמא:

4. Polypus in oculo, cruſta ſuper plaga, fluxio humida, humoreſque excrementi ſuper carne ipſius, excrementum ſub unguibus, unguis conduplicatus, & lanugo infantis non immunda ſunt, nec polluunt. Pellicula ſuper plaga immunda eſt, & polluit.

R. OB. DE BARTENORA.

לפלוף שבעין *Polypus in oculo*, ſi humidus ſit, non dividit, ſi aridus, dividit; & qui extra oculum eſt ſuperius, tam humidus quam aridus dividit; ſenſus eſt quod illius qui extra oculum eſt, homo curam gerit, ſive humidus ſive aridus ſit polypus in oculo, de arido quidem ſollicitus eſt, at non de humido.

כשות של קטן *Lanugo infantis*, notat primos pilos in infantibus, veluti cucumerum. Arabice פאקוס dictorum pili, & hi pili in lingua Miſnica vocantur כשות של קשות *lanugo cucumerum*; eodemque ſenſu infantium primi pili hiſce ſimiles כשות של קטן dicuntur; mulieres vero iſtos pilos vocant שיער שוטה *pilos ſtultos*; & hi non polluuntur, idcirco ſi ad ipſos pervenerit aliqua immunditiès, non polluitur infans, nec polluit, ſi infans pollutus ſit aliquo immunditiei patre; & ſi quis iſtos pilos attigerit, & non carnem infantis, non pollutus eſt is qui eos attigerit, quia hæc lanugo non cenſetur eſſe anſa, ad immunditiem introducendam & educendam.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

לפלוף שבעין *Polypus in oculo*, qui humet in medio oculo, ſive humor & excrementi inquinatio inſtar ſpumæ, eſtque excrementum iſtud humidum quod eſt ſub unguibus. כשות של קטן *lanugo infantis*, ſunt primi pili e corpore parvuli prodeuntes, & hi admodum tenues ſunt. At vero capite ſecundo codicis Okezin dicitur כשות של קישות *lanugo cucumerum*, intellige cucumeris pilos, Græcè פקוס πεικός. Porro dicit auctor, quod in homine polluit, ſi immunditiès pervenerit ad hancce lanuginem, nec ipſa polluit alias res, nempe, ſi adoleſcentulus aliquo immunditiei patre ſit pollutus, & nomemo attigerit ipſius lanuginem, tum is qui attigerit, non polluitur. קרום eſt pellicula quæ plagam conſtringit; contra igitur hæc pellicula polluta eſt & polluit; ſed horum auctor meminit, quamvis id non ſit ex ſcopo interſtitii, tamen dum mentio ſit juris de pellicula plagæ, etiam interſtitii meminit.

ה אלו · 5. Hæc

ה אלו חוצצין בכלים הזפת והמור (נ"א וחמר) בכלי זכוכית בין מבפנים בין מבחוץ על השלחן ועל הטבלה ועל הדרגש על הנקיים חוצצין על הבלוסין אינן חוצצין על מטות בעל הבית חוצץ ועל של עני אינו חוצץ על איכוף של בעל הבית חוצץ ועל של זקקין אינו חוצץ (ועל המרדעת חוצץ ס"א) רבן שמעון בן גמליאל אומר עד כאיסר האיטלקי:

5. Hæc dividunt in vaſis, pix, & myrrha *in vaſe vitreo*, tam interius quam exterius, in menſa & in tabula, & in ſtrato ſuper mundis dividunt, ſuper immundis non dividunt. Super ſtrato patrisfamilias dividit, at non ſuper ſtrato pauperis; ſuper ephippio patrisfamilias dividit, at non ſuper utrariis. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, uſque ad quantitatem aſſarii Italici.

R. OB. DE BARTENORA.

מיר *Myrrha*, barbare *muſcus*; aliqua exemplaria habent חומר *bitumen.* דרגש eſt lectus parvus, hoc ſenſu enim in Targum occurrit. *Super mundis dividunt*, quia de his ſolliciti ſunt. בלוסין notat inquinamenta; ſimile quid occurrit in Gemara capite ſeptimo de Sabbato ubi dicitur, maſſa ſubacta non dividit, quia de ea non ſolliciti ſunt, & hæc eſt ratio quod lectus patrisfamilias dividit, & pauperis lectus non dividit.

אכוף Eſt idem quod אוכף *ephippium*, quod e corio plerumque paratur, & aſino imponitur dum is onus fert. זקקים ſunt ii qui utres coriaceos ferunt, a זיקא utre ita dicti, quæ vox occurrit in codice de Cultu Peregrino; hiſce hominibus ſi ephippium impoſitum ſit, id non dividit, quia illi non curant iſtius inquinamenta.

עד כאיסר האיטליקי *Niſi donec ſit aſſarii Italici quantitas*, quæ latitudinem quatuor granorum habet, & tum dividit; ſin minor ſit quantitas, non dividit. Cæterum doctor primus hac in parte non determinavit menſuram, idcirco diviſio fit, licet non habeat quantitatem aſſarii Italici; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In aliquibus exemplaribus legitur מור, eſtque hoc מוסק *muſcus*, in aliis vero legitur חומר, quod eſt pulvis adhærens & pici ſimilis. דרגש eſt ſedile parvum ex quo aſcendunt in majus. נקיים notat munda; בלוסין *immunda*, nam ſi munda eſſent, is inquinationem iſtam removere vellet; ſi vero inquinata eſſent, non petiiſſet ab hoc an removeret, an vero relinqueret ea. Et hoc ſecundum fundamentum ſupra jam datum, nempe, quodcunque quis curat, id dividit; & hæc eſt ratio quare de patrisfamilias ſtrato dicit, quod id dividat, & quod pauperis ſtratum non dividat. אוכף *ephippium*, id plerumque e corio conficitur & aſino imponitur dum is onus fert. וזקקין ſunt ii qui utres vini oleique portant, & in hæc ephippia eos elevant. Sed auctor non habet rationem inquinationis eorum, neque clitellarum ſive ſtragulæ. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, licet in hac ſtragula ſit aſſarii Italici duntaxat quantitas, quæ quatuor valet grana hordeacea, tamen dividit, ſin minus, non dividit. Sed doctor primus non definivit aliquam menſuram, idcirco ſecundum ipſum diviſio fit per quantulamcunque quantitatem; & deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

ו על הבגדים מצד אחד אינו חוצץ משני צדדים חוצץ רבי יהודה אומר משום רבי ישמעאל אף מצד אחד חוצץ רבי יוסי אומר של בנאים מצד אחד ושל בור משני צדדין:

6. Super veſtimentis ab una parte non dividit, ſed ab utraqua parte dividit. R. Jehuda dicit in nomine R. Iſmaël, etiam ab una parte. R. Joſe dicit, opificum veſtes dividunt ab una parte, rudis vero veſtes ab utraque parte.

R. OB. DE BARTENORA.

משני צדדים *A duobus lateribus*, ſi tranſeat ab utroque veſtis latere. של בנאים *fabrorum*, diſcipuli Sapientum qui mundo conſtruendo operam dant, quique ſolliciti ſunt ut pinguedinem a veſtimentis removeant, nam R. Jochanan dixit, in cujus diſcipuli veſtimento reperitur pinguedo, is mortis condemnandus eſt. של בור *rudis*, qui pejor & impurior eſt plebejo, is enim non curat inquinamenta in veſtibus, etſi undiquaque inquinentur. מרדעת *clitellæ*, haſce dividere poſſe, ſuperius jam diximus, quia iſtæ ab utroque latere tranſeunt, nam clitellæ non ſunt excellentiores veſte plebeji; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per בנאים *architectos* hic intelligas Sapientum diſcipulos, qui ita vocantur quia mundum Sapientia ædificare conantur. של בור *rudis*, cujus menſura non determinata eſt propter aquæ influxum, ſicuti expoſuimus in tractatu Avot. Cæterum obligatio eſt apud nos quod diſcipuli Sapientes mundiſſimis induti eſſe debent veſtibus, & propterea veſtes quam maxime ab omni labe purificare; de hocce nitore obſervando multa adferuntur in Gemara, dicitur enim quod omnis diſcipulus Sapiens in cujus veſte pinguedo aliqua inventa ſit, morte dignus eſt. Propterea diſcipulus munditiem veſtis vehementer curare debet, licet vel ab una parte id fiat; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ז מטפחת של זפתין ושל יוצרין ושל מפסלי אילנות אין חוצצין רבי יהודה אומר אף של קייצין כיוצא בהן זה הכלל כל המקפיד עליו חוצץ ושאינו מקפיד עליו אינו חוצץ:

7. Linteum picariorum, figulorum, & arbores dolantium non dividunt. R. Jehuda dicit, nec collectorum. Hæc generalis eſt regula, quod quis curat, id dividit, quod vero non curat, id non dividit.

R. OB. DE BARTENORA.

קייצין Sunt ii qui fructus exſiccant, & hi propterea veſtibus inquinatis induti eſſe ſolent ob opera ipſorum; atque iſti non ſolliciti ſunt de inquinationibus removendis, idcirco hac in parte non obtinet jus diviſionis ſive interſtitii, ſi in illis reperiatur pix, vel alia quæpiam res inquinata; hæc regula eſt veriſſima & ſuperius jam perfecte expoſita; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זפתין *Picariorum*, ſunt ii qui utres pice obducunt, vel qui picem conficiunt. מפסלי אילנות *excidentium arbores*, ſunt ii qui ſcoriam arboribus auferunt; aliter, ſunt ii qui arbores dolant, quo ſenſu vox occurrit Exod, 34, 1. Arboris ramos enim excidere ſolent aliquantulum, ut arboris corpus eo denſius fiat. קייצים ſunt ii qui fructus expandunt coram ſole ut exſiccentur; aliter, ſunt ii qui ſpinas colligunt; hi vero omnes ſudarii inquinationem non curant; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

פרק י כל ידות הכלים שהכניסן שלא כדרכן או שהכניסן כדרכן ולא מרקן או שמרקן ונשברו הרי אלו חוצצין כלי שהטבילו דרך פיו כאלו לא טבל הטבילו כדרכו בלא זבורית עד שיטנו על צדו כלי שהוא צר מכאן ומכאן ורחב מן האמצע אינו טהור עד שיטנו על צדו צלוחית שפיה שוקע אינה טהורה עד שינקבנה מצדה קלמרין הדיוטות אינה טהורה עד שינקבנה מצדה וקלמרין של יוסף הכהן היתה נקובה בצדה :

Caput 10. Omnium vaſorum anſæ ſive more ſolito ſive inſolito introductæ, ſive purgatæ ſive non purgatæ, ſi confractæ fuerint, dividunt. Si vas aliquod circa orificium ipſius immerſerint, perinde eſt ac ſi non immerſum fuiſſet, ſi id more ſuo immerſum ſit abſque anſa, & in latus inclinatum. Si quod vas ab utraque parte anguſtum ſit, & latum in medio, id non prius purificatum eſt quam in latus inclinatum ſit. Ampulla cujus orificium profundum eſt, non eſt munda, niſi donec eam a latere perforaverit. Calamarium idiotæ non eſt mundum, niſi donec perforatum ſit. Calamarium Joſephi ſacerdotis a latere ſuo perforatum fuit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל ידות הכלים *Omnes anſæ vaſorum*, ut, manubrium ſecuris, cæterorumque inſtrumentorum manubria quæ in ferrum introducuntur. לא כדרכן *non more ſuo*, in curvitate. *Si non purgaverit ea*, ſi introductionem nondum perfecerit, ita dicitur in tractatu de Die Expiationis, ומירק אחר שחיטה על ידו & *abſterſerit poſt mactationem poſt ipſum.*

או שמרקן *Vel ſi abſterſerit ea*, quando perfecerit introductionem, & poſtea confractum fuerit vas. כלי שהטבילו דרך פיו *vas quod quis immerſit verſus orificium*, cum eo comparatum eſt ac ſi non laviſſet ipſum, nam ſi quis vas aliquod in aquam immiſerit circa orificium ipſius, in ipſum aquæ nequeunt ingredi, licet ipſum totum introduxerit in latus inclinatum.

בלא זיבורית *abſque anſa*, ſi anſam non immerſerit in aquam, vel addititium quid vaſis circa extremitates ipſius; idcirco vocatur זיבורית, quia iſta pars ad vas proprie non pertinet, neque eo perveniunt aquæ, donec vas in latus inclinaverit; omnis vero hujuſce Miſnæ ſcopus eſt quod aquæ pervenire debeant ad omnia vaſa.

קלמרין Eſt vas aliquod in quo manus reponunt, & in lingua Romana calamarium vocatur; ex ipſo faciunt ea quæ os habent demerſum & anguſtum, ne atramentum effundatur, etſi ipſum calamarium convertatur ſuper orificium; ſi ergo quis id immerſerit in aquam more ſuo, aquæ non intrant concavum quod circa orificium illius eſt interius; idcirco a latere perforari debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא מרקן *Quæ non purificaverit*, ſicuti dicitur Levit. 6, 21. ומרק ושטף במים. Quod autem hæ anſæ interſtitium aliquod faciant, ejus ratio eſt, quod proprietarius vel famulus ipſius manum ſuam in anſa continet donec in aquam jam immiſſum ſit vas, nam plurimæ anſæ perforatæ eſſe ſolent. Cæterum quando auctor dicit, *aut ſi eä purgaverit & confracta fuerint*, reſpicit vaſa metallina tantum, quorum anſa confracta eſt, & non refecta, ut ſi anſa aliquantulum compreſſa ſit, ita ut aquæ intrare nequeant in loca aperta. Pariter in Toſaphta exponitur hic ſermonem fieri de anſis perforatis, & quando fieri poteſt ut in iis apertæ fiant lotiones circa orificium, quando nempe orificium vaſis deorſum in aquæ ſuperficiem immiſerit, & ſurſum vas erexerit, ita ut aquæ ad totum vaſis concavum non pervenerint; nam aër in ipſo manet, & aquam propellit.

זיבורית Eſt res defectuoſa ob aquæ copiam ad ipſam non pervenientem; hic vero ſenſus eſt quod vas immerſit, ſed extremitates illius non profunde immerſit, ſi id habeat angulos & addititia quædam exterius. Et ſi forſan vas habeat addititium quid, quare id ipſum vocarunt זיבורית? quia aquæ eo pervenire non poterant, niſi donec quis vas in latus inclinaviſſet, orificium deorſum deprimendo, ita ut margines intra iſtud vas incurventur; ſed hoc modo plerumque fieri non ſolet.

קלמרין הדיוטות *Calamarium idiotarum*, barbare *Calmar*, hoc vero inſtrumentum ex plumbo introrſum incurvato confici ſolet, ita ut ſi ipſum convertatur, tamen non effundatur atramentum quod in ipſo continetur. Requiritur ergo abſque dubio ut id in latere perforatum ſit ut aquæ hanc curvaturam intrare poſſint; hæc eſt figura illius.

ב הכר והכסת של עור הרי אלו צריכין שיבאו בהם המים כסת עגולה והכדור והאמום והקמיע והתפילה אינן צריכין שיבאו בהם המים זה הכלל כל שאין דרכו להכניס ולהוציא טובלין סתומים :

2. Pulvinar & pulvillus pelliceus requirunt ut ad ipſa perveniant aquæ. Pulvillus vero rotundus, pila luſoria, forma, amuletum, & phylacteria non requirunt ut ad ipſa perveniant aquæ. Hæc generalis eſt regula, quæ in aquam immitti & educi non ſolent, ea immergunt occluſa.

R. OB. DE BARTENORA.

כר Eſt pulvinar cui quis incubat. כסת *pulvillus*, quod capiti quis ſupponit. *Requirunt ut ad ipſa perveniat aqua*, nam ex pulvinaribus & ex pulvillis coriaceis deſumi ſolet & imponi id quod in illis continetur. כסת עגולה *pulvillus rotundus*, eſt pulvillus quem primores homines ſupponunt. אמום eſt forma juxta quam conficiunt calceamenta, & ipſa e corio conſtat, quam pilis cæteriſque rebus mollibus complent. קמיע *amuletum*, quod literis, vel radicibus plenum eſt, & pelle contectum. ותפילה & *phylacteria*, manus vel capitis, hæc non requirunt ut ad ipſa veniat aqua, quia id quod in ipſis continetur, non ſolet in ipſa introduci & educi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסת עגולה *Pulvillus rotundus*, ex corio confectus; plurimi vero negotiatores & equites ejuſmodi pulvillos conficere ſolent ut iis inſideant dum emunt & vendunt, & ii ab omni parte conſuti ſunt; ſed non eſt ipſis orificium aliquod ut cæteris quæ emuntur. Conſutio vero eorum maxima ex parte eſt ut reliquorum ſtratorum. כדור eſt pila luſoria qua ludere ſolent viri ludibundi. קמיע *amuletum*, quod homines pectori apponunt ut id ipſos ab omni malo vindicet. תפילה *phylacteria*, capitis vel manus, licet hæc omnia ſint perforata, quia non conſtructa ſunt ut impleantur & evacuentur, ſed ut in eſſentia ipſorum permaneant impleta donec diſrupta fuerint, idcirco eorum jus corporale eſt abſque foramine, uti regulis quibuſdam expoſitum eſt.

ג אלו שאינם צריכים שיבאו בהם המים קשרי העני והנימין וחבט של סנדל ותפילה של ראש בזמן שהיא חוצה

3. Hæc ſunt quæ non requirunt ut ad ipſa perveniant aquæ, nodi pauperis & filorum, corrigia calcei,

חוצה ושל זרוע בזמן שאינה עולה ויורדת ואזני החמת ואזני התורמל:

ceì, phylacterii capitis quum ipſa dividunt, & brachii quum illa non aſcendunt nec deſcendunt, & aures utris atque peræ.

R. OB. DE BARTENORA.

קשרי העני *Nodi pauperis*, in veſte pauperis quæ diſrupta erat, & idcirco colligata, tum nodus iſte non factus eſt ut unquam diſſolvatur, propterea nodus iſte non eſt diſſolvendus, ut per ipſum aquæ penetrent. נימין ſunt פתילין *fila*, quæ appendunt marginibus ſyndonum pulchritudinis gratia, & nodis illa conſtringunt, quæ nunquam explicari ſolent.

בזמן שהיא חוצה *Quando illud dividit*, phylacterium capitis nempe, nodus enim dividit quo minus aquæ penetrare poſſint; ſed quando? quando nodus bene conſtrictus eſt, & diſſolvi nequit; cum igitur nodus iſte factus ſit ut illa ſemper confirmetur, non licet ipſum explicare dum res in aqua immergitur.

ושל זרוע *Et brachii*, intelligendum phylacterii manus. *Quando illa non aſcendunt nec deſcendunt*, nam probe conſtringit nodum, ne corrigia aſcendere vel deſcendere poſſit. אזני החמת *aures utris*, in auribus ſive anſis utrium nodi ſunt conſtrictiſſimi. תרמיל eſt pera coriacea magna quam paſtores portant, hæc in ſacris ילקוט vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קשרי העני *Nodi pauperis*, eſt nodus quo pauper ligat veſtem ſuam, ſi illa diſrupta ſit, & ſi non intenderit eam diſſolvere. קשרי הנימין *nodi filorum*, ſunt nodi quibus filorum extremitates conſtringuntur e veſte dependentes quæ Arabice אלביאנים vocantur, ſimilibuſve modis.

חבט סנדל *Corrigia calcei*, ſunt loramenta aurium. *Phylacteria capitis*, quando ea dividunt, & procul ſunt a cellula ligamenti, ſenſus eſt, ſi loramenta per quod corrigiæ phylacteriorum tranſeunt, jam conſuta ſint cum corio, donec cellula conjuncta ſit cum corrigia. *Brachii vero phylacteria quando illa non aſcendunt, nec deſcendunt*, nempe ſi illa non conjuncta ſint cum corrigia, ſed in loco compreſſa, ne deſiliant. Cæterum jam aliquoties expoſuimus חמת idem eſſe quod נוד *uter*, תרמיל *pera*, eſt inſtrumentum coriaceum quod paſtores gerunt.

ד אלו שהם צריכין שיבואו בהן המים הקשר שבפקרסין שבכתף ושפה של סדין צריך למתח ותפילה של ראש בזמן שאינה חוצה ושל זרוע בזמן שהיא עולה ויורדת ושניץ של סנדל ובגדים שהטבילן מכובסין עד שיבעבעו הטבילן נגובין עד שיבעבעו וינוחו מבעבוען:

4. Hæc ſunt quæ requirunt ut ad ipſa veniant aquæ, nodus induſiorum in humero, & oræ ſindonis extendenda ſunt, & phylacteria capitis quum illa non dividunt, brachii vero phylacteria quando aſcendunt & deſcendunt. Sic etiam lora calcei, & veſtes quas immerſerunt lotas donec ebullaverint; ſi ea exſiccata immerſerint donec ebullaverint, & bullæ eorum ceſſaverint.

R. OB. DE BARTENORA.

פקרסין Eſt veſtis inferior quæ carnem contegit, & in humeris aperta, ſi quis eam induit, tum ſuper humero conſtringitur, ſi eam exuit, diſſolvitur. *Oræ ſindonis extendendæ ſunt*, plicæ quæ in margine ſuperiori ſunt, eæ extendi debent, ut aquæ penetrare poſſint in plicas iſtas; nam verbum מתח ſignificat idem quod פשט *extendit*, eo ſenſu iſtud occurrit Jeſ. 40, 22.

שניצין של סנדל *Lora calcei*, nam שניצין notat idem quod רצועות *corrigiæ*. עד שיבעבעו *donec bullaverint*, nam quum veſtes conjiciuntur in aquam, veluti bullæ quædam prodeunt in aqua, & quando lavantur, aquæ liquor ex ipſis deſtillat, & ipſæ purificatæ cenſentur dum aquæ incipiunt bullas excitare, quia aquæ abſorptæ aſſimilantur aquis lavacri. Sed quando exſiccatæ ſunt veſtes, aquæ non penetrant in ipſas, niſi donec quieverint bullæ, quando enim quis ſindonem immerſerit in aquam, eamque extendere non potuerit, quia locus non tam latus eſt, idcirco eam aquæ infigit quando duplicata eſt, & aquæ bullas excitant, ipſis vero remiſſis, indicio eſt quod aquæ totam veſtem penetraverint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite viceſimo primo codicis de Vaſis quod פקרסין ſint induſia quæ nodos & ligulas habent; addit auctor שבכתף *quæ ſunt in humero*, nempe nodi ligularum in humerali veſte, & corrigiæ calceamenti quas in ligulas immiſerunt rotundas, ad colligendum & congregandum corrigias. Ratio autem ejus quod dicit, צריך למתח *extendi debet*, eſt, quod plicæ in aqua explicandæ ſunt, ut diſſolvantur; oræ enim ſindonis latæ ſunt, & idcirco facile contrahuntur, & adhuc magis id quod ſupra iſta eſt. Cæterum ita cum veſtibus comparatum eſt, ut ipſæ bullare ſoleant ſi in aquam conjiciantur, & locus ſub illis elevetur & deprimatur, propter aërem qui ſub ipſis continetur, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *donec bullaverint.* Quando autem veſtimenta diu in aqua continuerit, eaque ſtillaverint guttas aquæ, removebit bullas in aqua excitatas, nam ſi quis veſtem aliquoties exuerit, omnis aër exiit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *& bullæ eorum quieverint.*

ה כל ידות הכלים שהם ארוכין ועתיד לקוצץ (ס״א) מטבילין עד מקום המדה רבי יהודה אומר עד שיטביל את כולו שלשלת דלי גדול ארבעה טפחים ושל קטן עשרה מטבילין (ס״א) עד מקום המדה רבי טרפון אומר עד שיטביל את כל הטבעת החבל שהוא קשור בקופה אינו חבור אלא אם כן תפר:

5. Omnia vaſorum manubria longa & quæ diviſura ſunt, ea immergantur uſque ad locum menſuræ. R. Jehuda dicit, donec tota immerſerit. Catenam ſitulæ magnæ quatuor palmorum, parvæ vero decem immergunt uſque ad locum menſuræ. R. Tarphon dicit, donec immerſerit totum annulum. Funiculus cum cupa colligatus non cenſetur conjunctio, niſi quis conſuerit.

R. OB. DE BARTENORA.

מטבילין עד מקום המדה *Immergant ea uſque ad locum menſuræ*, reliqua vero pars non eſt immergenda, quicquid enim dividendum eſt, cum eo comparatum eſt perinde ac ſi jam diviſum eſſet; ſed non eſt interſtitium aliquod pro ipſo loco diviſo, quia locus occultus in vaſis non requirit ut ad

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod catena conjungit annulos, & quando ea pervenit ad decem palmos, vel ad quatuor in aliqua annulorum extremitate, dicit doctor primus, quod immergatur vas uſque ad locum menſuræ duntaxat. R. Tarphon dicit, omnes annulos immergendos eſſe, ad quorum

ad ipſum veniant aquæ, ſicuti in homine, reliquiſque locis occultis, nam vaſa ſuperant locum occultum in homine. Nam etſi locus occultus hominis non requirat aquas, requirimus tamen ut eo perveniant aquæ; & quamvis ad locum occultum in vaſis aqua pervenire debeat, tamen nos non ſtatuimus quod homines ejuſmodi loca occulta in vaſis non curant. *R. Jehuda dicit, donec totam immerſerit,* &c. deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Immergunt uſque ad locum menſuræ,* uſque ad quatuor palmos pro magno, & ad decem pro parvo, reliqua vero munda ſunt, & immerſio non requiritur, licet conſummata ſit menſura pro dimidio annuli qui eſt in catena; nihilominus tamen uſque ad dimidium annuli duntaxat immergi debet. R. Tarphon dicit, donec immerſerit totum annulum qui menſuram dimidii perficit; deciſio non eſt ſecundum R. Tarphon. extremitates menſura pervenerit; deciſio non eſt ſecundum R. Tarphon, nec ſecundum R. Jehudam.

ו בית שמאי אומרים אין מטבילין חמין בצונן ולא צונן בחמין ולא יפים ברעים ולא רעים ביפים בית הלל אומרים מטבילין כלי שהוא מלא משקין והטבילו כאילו לא טבל מלא מי רגלים רואין אותם כאילו הם מים מלא מי חטאת עד שירבו המים על מי חטאת רבי יוסי אומר אפילו כלי מחזיק כור ואין בו אלא רביעית כאילו לא טבל:

6. Schola Schammai dicit, non immergunt calida in frigida, nec contra; nec bona in mala, nec contra. Schola Hillelis dicit, immergunt vas quod potu plenum eſt, & immergunt perinde ac ſi non immerſiſſet. Plenitudinem urinæ conſiderant perinde ac ſi eſſent aquæ; plenitudinem aquæ expiatoriæ donec aquæ multiplicatæ fuerint plus quam aquæ expiatoriæ. R. Joſe dicit, licet vas comprehendat puteum, & in eo ſit dumtaxat quartarius Logi, perinde eſt ac ſi non immerſiſſet.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין מטבילין חמין בצונן *Sed non immergunt calida in frigidis,* nam cibis & potui non eſt puritas in loco, niſi aquæ pollutæ tantum, propter irrigationem & conjunctionem, irrigatio autem nihil prodeſt niſi quando eædem ſpecies conjunctæ ſunt, calidæ ſcil. cum calidis, bonæ cum bonis, & amaræ cum amaris. At vero ſi diverſæ ſpecies commixtæ fuerint, irrigatio non prodeſt, neque aquæ purificantur.

מלא משקין *Plenitudo potus,* ut, vinum, oleum, & aquæ fructuum, & omnes potus exceptis aquis. *Quaſi non immerſiſſet,* quia dividunt, & proprie quando facies ipſorum non immutata fuerit, ne aquis immergantur.

מלא מי רגלים וכו׳ *Plenitudo urinæ &c.* eam conſiderant perinde ac ſi aqua eſſet, quia urina eſt aquæ ſpecies, & quando quis ea irrigaverit aquas lavacri, inter eas fit conjunctio, & eæ non dividunt; vas autem purificatur. Nonnulla vero exemplaria ita tradunt, *conſiderant eas perinde ac ſi vinum eſſent, & ſi faciem ipſarum mutaverint atque aquæ denuo faciem acquiſiverint, immerguntur in aquas, & vas purificatum eſt;* & ſecundum hæc exemplaria diſquiritur in Toſaphta.

מלא מי חטאת *Plenitudo aquæ expiatoriæ,* ſunt aquæ quæ in cinere vaccæ rufæ conſecratæ ſunt, & eis conſparguntur ii qui mortuis polluti ſunt. *Donec aquæ iſtæ multiplicatæ fuerint ſuper aquas expiatorias,* ita ut plurima pars vaſis vacua ſit, ut aquæ lavacri multiplicentur quæ præter aquas expiatorias in ipſum intrarunt; ſin minus, tum illa adhuc in impuritate ſua manſit, & ſimilis eſt cæteris potibus inter vas & inter lavacrum dividentibus. כור *Corus,* eſt triginta Satorum. *Si in ipſo quartarius ſit duntaxat,* ex aquis expiatoriis reliquiſque potibus, perinde eſt ac ſi non immerſiſſet. Nam R. Joſe putat, quod ſi quartarius e potibus, vel quartarius ex aquis expiatoriis in vaſe inficiant lotionem, dividant etiam in vaſe magno, donec quartarium ex potibus vel expiatoriis aquis removerit, & vaſa immerſerit vacua; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod ſi pollutæ fuerint aquæ, & poſtea purificatæ fuerint in aquis lavacri, nempe ſi impoſitæ ſint alicui vaſi, & hocce vas impoſitum fuerit lavacro, donec aquæ lavacri conte&ctæ fuerint in ſuperficie aquarum quæ in vaſe ſunt, tum aquæ iſtæ purificatæ ſunt, ſicuti expoſitum eſt in tractatu de Diebus Feſtis intermediis. Pariter vas quoque purificatum eſt cum aquis ipſius, vas ſit immundum, nempe ſi id immunditiem contraxerit in aquis duntaxat. Reliqui vero potus nunquam purificantur ſi polluti ſint. Præterea capite quarto tractatus Machſhirin dicitur quod Schola Schammai putat quod aquæ immundæ non purificari poſſunt quando purificatio perficitur, niſi in lavacro per aquam ejuſdem ſpeciei; ſi enim aquæ ſint calidæ, tum purificatio earum fit in lavacro, quia aquæ ſunt calidæ. Si vero aquæ ipſius ſint amaræ, ipſarum purificatio in lavacro fit, quia aquæ ipſius ſunt amaræ; nam purificationis aquæ intentio eſt quod illa cum aqua lavacri redire debeat cum alia quapiam re, idque in aqua conſpici poſſit, uti expoſuimus. Sin autem hocce vas pollutum ſit plenitudine potus, præter aquas, idque immerſerit quis, ſe res habet perinde ac ſi non immerſiſſet, hæ enim aquæ non purificantur in aquis lavacri. Et ſi in hocce vaſe ſint aquæ expiatoriæ, quæ aquæ ſunt, forſan non requiritur ut vas ſit plenum, ſed pars quædam, vel plurima ipſius pars, dummodo id fiat ab ea parte qua aquas lavacri in vas illud immiſerit, eæque ſupra aquas expiatorias invaluerint, quæ in vaſe exiſtunt, tum vas purificatum cenſetur. Dicit R. Joſe, licet vas contineat triginta aquæ Sata, & in iis ſit quartarius ex aquis expiatoriis, & vas immerſerit in lavacro, tum id in impuritate ſua manet, perinde ac ſi in aquam non eſſet immerſum niſi donec remotum fuerit id quod in ipſo eſt ex aquis expiatoriis & ipſum immerſerit vacuum; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ז כל האוכלין מצטרפין לפסול את הגויה בכחצי פרס כל המשקין מצטרפין לפסול את הגויה ברביעית זה חומר בשותה משקין טמאים מבמקוה שעשו בו שאר המשקין כמים:

7. Omnes cibi conjunguntur ad inficiendum corpus in dimidio *Peras.* Omnes potus conjunguntur ad inficiendum corpus in quartario. Hæc gravior conditio eſt in eo qui bibit potus immundos quam in lavacro in quo reliquos potus fecerunt ut aquas.

R. OB. DE BARTENORA.

כל האוכלין מצטרפין *Omnes cibi commiſcentur,* ſi quis multarum ſpecierum cibos comederit, & in omnibus fuerit dimidium *Peras,* ſive duo ova ſecundum Raſchi, ſed ovum & dimidium illius ſecundum Maimonidem, & ii cibi conjungantur ad inficiendum corpus ipſius quo minus de oblatione

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non opus eſt ut tibi ſingulis vicibus exponam ſeptem eſſe liquores ſive potuum ſpecies. Cæterum jam tibi expoſui in tractatu de Puritatibus quod dimidium Peras ſit quantitas ovi & dimidii ipſius. Menſuram quartarii etiam aliquoties explicuimus; cibi vero omnes inter ſe conjunguntur,

tione prima comedat. Sic etiam ſi quis multarum ſpecierum potus biberit, cum ſeptem potibus, qui ſunt, aqua, vinum, oleum, mel, lac, ſanguis, ros, hi enim duntaxat משקין vocantur, & omnes inter ſe conjunguntur ad inficiendum corpus in quartario Logi, ſicuti dicitur Levit. 11, 34. מכל האוכל אשר יאכל וכל משקה אשר ישתה Hinc conſtat omnes cibos & potus inter ſe conflari poſſe.

שעשה בו שאר משקין במים *Si reliquos potus in eo fecerit ut aquas*, reliqui potus non inficiunt lavacrum in tribus Logis, qui ut aquæ ſunt; neque reliqui potus conficiunt menſuram lavacri in quadraginta Satis, uti dicitur Levit. 11, 36. מקוה מים *congregatio aquarum*, ſed non congregatio reliquorum potuum.

tur, ut & potus, ad conficiendum ex iis quantitatem; & hoc, quia dicitur, *ex omni cibo quem comederit:* Et ex eo quod dicitur, *& omnis potus quem biberit*, &c. At vero lavacrum non complet menſuram ipſius in reliquis potibus; ſed requiritur ut quadraginta Sata omnia conſtent ex aqua, ſicuti Lex dicit, מקוה מים *congregatio aquarum*; ſed in Siphri dicunt, per illa verba מקוה מים non intelligitur congregatio quæ tota conſtat e potibus. Idcirco omnes potus inficiunt lavacrum, ſi facies ipſius mutata fuerit, uti ſuperius dixit; menſuræ autem nihil addendum, ſicuti expoſitum eſt.

ח אכל אוכלים טמאים ושתה משקים טמאים טבל והקיאן טמאים מפני שאינן טהורים בגוף שתה מים טמאים טבל והקיאם טהורים מפני שהם טהורים בגוף בלע טבעת טהורה נכנס לאהל המת הזה ושנה וטבל והקיאה הרי היא כמות שהיתה בלע טבעת טמאה טובל ואוכל בתרומה הקיאה טמאה וטמאתו חץ שהוא תחוב באדם בזמן שהוא נראה חוצץ ואם אינו נראה טובל ואוכל בתרומתו :

8. Si quis comederit cibos immundos, biberitque potus immundos, immerſerit, eoſque evomuerit, immundi ſunt, quia in corpore non ſunt mundi. Si biberit aquas immundas, immerſerit, eaſque evomuerit, mundæ ſunt, quia mundæ ſunt in corpore. Si inglutiverit quis annulum mundum, & tentorium mortui intraverit, aſperſerit & denuo immerſerit, atque evomuerit eum, tum is eſt ſicuti erat antea. Si quis annulum immundum inglutiverit, immergat ſe, & poſtea comedat de oblatione prima, ſi evomuerit, immundus eſt, & immundities ipſius. Si alicui ſagitta infixa ſit, eaque conſpiciatur, dividit, ſin minus, immergat ſe, & poſtea de oblatione prima comedat.

R. OB. DE BARTENORA.

שתה משקין טמאין *Si biberit potus immundos*, ſi reliquos biberit potus præter aquas. *Quæ in corpore non ſunt puræ*, quibus corpori non imputatur recta lotio ſi id in ipſas immerſum fuerit, quia cibi & potus præter aquas non purificantur in lavacro, at ſi quis biberit aquas immundas, & mundis irrigaverit corpus, tum purificare poſſunt in loco eo quem irrigarunt.

הרי היא כמות שהיתה *Tum is eſt ſicuti erat antea*, purus ſcil. qualis antea fuerat, quia is liberatus erat ope earum a re idololatrica quam inglutiverat, ita ut non pollutus fuiſſet. *Immergat ſe & poſtea comedat de oblatione prima*, quia immundities quam inglutivit, non polluit alios. *Quando ipſa conſpicitur ſuper corpore ipſius*, in ſuperficie corporis. *Immergat ſe & poſtea comedat de oblatione prima*, igitur non docet ſagittam eſſe mundam vel immundam, idcirco illa non dividit inter corpus & aquam quando non conſpicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod aquæ ſolæ præter alios potus purificent, ſi quis in hocce lavacrum eas portaverit, idcirco ſi immerſerit ſe hicce vir, & in ſtomacho ipſius aquæ immundæ fuerint, purificatæ ſunt ut in lavacrum venire poſſint, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *quia iſtæ ſunt mundæ in corpore*, quoniam purificatæ ſunt, dum in ſtomacho ſunt, ut in lavacrum pervenire poſſint; idcirco ſi eas evomuerit illic, mundæ erunt. Si vero quis inglutiverit annulum purum, & in tentorium mortui introiverit, non pollutus eſt annulus, quia is eripit ab immunditie. Sic etiam ſi comederit carnem mortui, & in tentorium intraverit, tentorium non pollutum eſt, ſicuti expoſitum eſt undecimo capite codicis de Tentoriis. In Toſaphta dicitur inſtrumenta ab homine abſorpta eripere ab immunditie puros. Cæterum ſagitta corpori infixa; ſi in extremitate ſua conſpicitur in ſuperficie corporis, dividit, perinde ac ſi illa poſita eſſet in ſuperficie corporis; at ſi illa profunde in corpus penetraverit, & is qui eam receperit, non curaverit, non dividit, licet ſagitta impura ſit.

Finis Tractatus de Lavacris.

מסכת נדה

פרק א שמאי אומר כל הנשים דיין שעתן הלל אומר מפקידה לפקידה ואפילו לימים הרבה וחכמים אומרים לא כדברי זה ולא כדברי זה אלא מעת לעת ממעט על יד מפקידה לפקידה ומפקידה לפקידה ממעטת על יד מעת לעת כל אשה שיש לה וסת דיה שעתה והמשמשת בעדים הרי זו כפקידה וממעטת על יד מעת לעת ועל יד מפקידה לפקידה:

R. OB. DE BARTENORA.

שמאי אומר כל הנשים דיין שעתן *Schammai dicit, omnibus fœminis ſufficit hora ſua*, quia R. Eliezer dixit; quatuor mulieribus ſuam horam ſufficere, proinde Schammai quoque tradit, *omnibus fœminis* &c. ad verba R. Eliezeris excipienda. *Sufficit hora ſua*, fœminis quæ ſanguinem vident effluentem, ſufficit hora ſua ad polluendum purificationes earum, quæ ipſis contigerunt ab iſto momento quo viderunt eum & deinceps, & non dicimus antea effluxiſſe ſanguinem, & parietes matricis eum continuiſſe, & proinde ipſam ante immundam fuiſſe, quia omnes mulieres polluunt in partibus exterioribus circa pudenda, licet ſanguis non prodierit foras, quia Lex dicit Levit. 16, 19. בבשרה *in carne illius*, ergo fœmina immunda eſt licet ſanguis adhuc ſit in carne illius. Ratio autem Schammai, eſt quod is non ſuſpicatur antea effluxiſſe ſanguinem, nam ſi ita dixeris, conſcientia accuſat hominem dum corpus ſuum cum fœmina miſcet, propterea ſe ab uxore ſua disjungit, hinc filiæ Iſraëliticæ a præcepto de propaganda ſobole deterrerentur.

מפקידה לפקידה *De viſitatione ad viſitationem*, ſi fœmina ſe hodie viſitaverit, ſeque mundam deprehenderit, & poſt ſeptimanam denuó ſe viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, tum ab viſitatione prima & deinceps ſuſpicio eſt eam cum removeret manum ſuam, forſan vidiſſe ſanguinem, & parietes matricis eum continuiſſe; ſed de præcepto procreationis abrogando non ſolliciti ſumus, eo quod ratione puritatis duntaxat fœminam immundam pronunciamus a viſitatione ad viſitationem, & non maritum illius. Schammai dicit, quod puritatem illius non debemus immundam pronunciare, nam ſi fœmina immunda ſit, tum maritus deterretur a congreſſu cum uxore ſua, & propterea ſe ab illa disjungit. לא כדברי זה *non ſecundum verba hujus*, nempe Schammai, qui magis allevat, & non facit ſepimentum circum ſua verba. ולא כדברי זה *nec ſecundum verba illius*, nempe Hillelis, qui magis aggravat, quia parietes matricis ſanguinem continuerunt.

מעת לעת על יד ממעטת מפקידה לפקידה *A tempore in tempus poſtea diminuit a viſitatione ad viſitationem*, duo tempora memorantur de muliere quibus illa polluit puritates præpoſtere, auctor vero ſequitur leviſſimum e duobus, ſi a viſitatione ad viſitationem ſit longius tempus quam a tempore in tempus, tum is ſequitur phraſin a tempore in tempus, & tum fœmina duntaxat polluit eas puritates quas tetigit heri iſta hora; ſi vero phraſis a tempore in tempus diutius ſit quam a viſitatione ad viſitationem, ut, ſi fœmina viſitaverit ſe mane, ſeque mundam deprehenderit, ſed veſperi ſe immundam deprehenderit, tum nos iſtas puritates duntaxat immundas pronunciamus quas fecit a viſitatione matutina & deinceps. Doctorum vero ratio eſt quod Sapientes inſtituerunt, ut filiæ Iſraëlis ſe mane & veſperi viſitarent, mane quidem ut diſponerent puritates noctis, veſperi vero ut diſponerent puritates diei; ſi igitur fœmina quæpiam ſe viſitaverit mane, ſeque puram deprehenderit, & veſperi, ſeque immundam deprehenderit, tum illa perdidit puritates diei. Sin autem ſe mane viſitaverit, ſeque mundam deprehenderit, veſperi vero ſe immundam deprehenderit, tum perdidit puritates diei; ſi vero multis diebus ſe non viſitave-

rit

Tractatus de Fluxu Menſtruo.

CAput 1. Schammai dicit, omnibus fœminis ſufficit hora ſua. Hillel dicit, a viſitatione ad viſitationem, etiam in multos dies. Sapientes dicunt, nec ſecundum ſententiam hujus, nec illius ſe res habet, ſed a tempore in tempus diminuit poſtea, a viſitatione ad viſitationem, & a viſitatione ad viſitationem diminuit poſtea, a tempore in tempus. Omni fœminæ quæ menſtruum habet, ſufficit hora ſua. Si quæ coitum paſſa ſit per teſtes, ea ſimilis eſt viſitationi, & diminuit poſtea a tempore in tempus, & poſtea a viſitatione ad viſitationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando in genere dicitur *ſufficit omnibus fœminis* &c. tum ea ad ſententiam R. Eliezeris referri debent, qui dixit, quatuor fœminis ſufficit hora ſua. Schammai vero dicit, omnibus hora ſua ſufficit, ſenſus eſt quod ſi fœmina puritati ſtudeat, & poſtea ſanguinem menſtruum videat, non dicendum ſit diu eſſe quod polluta fuerit, & quod puritates iſtæ quibus operam dedit, ſint impuritates, atque hoc Legis jus eſt. Sed Hillel verbis ſuis quaſi aliquod ſepimentum obduxit, dixitque, *a viſitatione ad viſitationem, licet per multos dies*, nam ſi illa, verbi gratia, die primo ſe viſitaverit, ſeque mundam invenerit, & ſic uſque ad quintum diem manſerit, quo denuo ſe viſitavit, & impuram ſe invenit, tum omne ipſius ſtudium puritatis a primo die viſitationis uſque ad ſecundam viſitationem, eſt immundum ſecundum ſententiam Hillelis. Sed gravior iſta conditio quam Schammai requirit, non ingreditur hancce conditionem graviorem propter præcepti de ſobole propaganda deſtructionem; etenim ſi dixeris illam a viſitatione ad viſitationem immundam eſſe, tum illa apud maritum ſuum ſemper erit dubia immunda, & propterea a marito ſuo diu elonganda.

וחכמים אומרים מעת לעת ממעטת על יד מפקידה לפקידה *Sapientes vero dicunt, de tempore in tempus illa diminuit ab inquiſitione ad inquiſitionem*, hoc ſenſu, ſi fœmina ſe ipſam viſitaverit, & mundam deprehenderit, & per aliquot dies ſeipſam non viſitaverit, tandem vero denuo ſe ipſam viſitaverit, & immundam deprehenderit, tum omnes purificationes quas illa peregit ab eo tempore quo ſe ipſam viſitavit, & immunda inventa fuit viginti quatuor horas, verſantur in exiſtimatione impuritatis. Senſus illius quod dicitur, ממעטת *diminuit*, eſt, quod tempus retrocedit. Poſtea dicit, *ab inquiſitione ad inquiſitionem diminuit de tempore in tempus*, verbi gratia, ſe fœmina de ſe ipſa inquiſiverit in principio diei, ſeque mundam deprehenderit, poſtea vero denuo de ſeipſa inquiſiverit, per decem horas, ſeque immundam deprehenderit, tum omnes luſtrationes quas illa a prima inquiſitione uſque ad ſecundam peregit, immundæ ſint, dummodo ambæ inquiſitiones factæ ſint intra quatuor & viginti horarum ſpatium, ſive inter unam atque alteram inquiſitionem multi dies tranſierint, deinceps non diminuit plus quam de tempore in tempus, ſive inter unam atque alteram inquiſitionem non fuerit viginti quatuor horarum ſpatium, deinceps diminuit de inquiſitione ad inquiſitionem; deciſio eſt ſecundum Sapientes. וסת notat certum tempus quo menſtruum venit, ut ſi menſtruus fluxus ab uno triginta dierum ſpatio conſpiciatur ad alterum, vel ab uno duorum menſium ſpatio ad alterum, & illa viderit ſanguinem certo die, tum illa non diminuit deinceps quicquam.

והמשמשת בעדים *Et quæ coitum admittit teſtibus*, hæc non ita intelligenda ſunt quaſi fœmina admittat coitum abſque teſtibus, ſed ſenſus eſt, quod ſi fœmina domi coitum admiſerit, id non liceat niſi teſtes adſint, ut hoc fiat quaſi בפקידה *cum viſitatione*. Per vocem עדים teſtes hic intelliguntur veſtes, quibus mulier ſe abſtergit poſt congreſſum cum marito ſuo, & ſi illa haſce veſtes mundas invenerit, tum hæc veluti viſitatio quædam eſt; etenim non dicimus eam aliquid ſanguinis vidiſſe, idque mixtum eſſe cum ſemine, licet non

con-

rit ſecundum id quod Sapientes inſtituerunt, tum illa perdidit duodecim horas ultra ordinariam viſitationem propter mulctam. Et ut Sapientum ſententias conciliemus, nulla eſt differentia inter eam quæ mane ſe viſitavit, & inter eam quæ ſe meridie viſitavit, etenim Sapientes noluerunt dividere, diminuere, nec addere quicquam tempori, ſed ſtatuerunt fixum aliquod tempus de tempore in tempus, ne verba eorum limitarentur; deciſio eſt ſecundum Sapientes. על יד *deinceps*, hoc ſenſu vox יד occurrit apud Nehemiam 3, 5. Cæterum וסת notat fixum menſtrui ſeminis acceſſum, qui fœminis ter contingere ſolet, quod ſi fiat, immundæ ſunt. דיה שעתה *ſufficit ei hora ſua*, etenim non ſuſpicamur fœminam forſan antea emiſiſſe ſanguinem, quia acceſſus menſtruus certo venit tempore. והמשמשת בעדים *& coitum admittit teſtibus*, quia fœmina ſe viſitat per teſtes, id eſt per ſindonem ſive linteum ante & poſt coitum. הרי זו כפקידה *en hæc quaſi viſitatio eſt*, in Gemara dicitur Miſnam duplicem materiam tradere; hoc ſenſu, *quæ coitum admittit teſtibus*, ſenſus eſt quod mulieri incumbit, ut ea ſe viſitet per duos teſtes, videlicet ſemel ante, & ſemel poſt admiſſum coitum, & hæc actio quaſi viſitatio quædam eſt. *Et diminuit deinceps a tempore in tempus, & deinceps a viſitatione ad viſitationem*, nam ſi dixeris fœminam forſan vidiſſe ſanguinis guttam in copia grani ſinapi, & abſcondiſſe ſemen concubitus, & viſitationem non peractam fuiſſe, reſpondet auctor, viſitationem rite factam eſſe. Sin autem uxor mariti ſui coitum paſſa ſit meridie per teſtes, & ſe viſitaverit poſtea veſperi, ſeque immundam invenerit, tum puritates illius non pronunciamus mundas a viſitatione matutina uſque ad congreſſum, quia tempore congreſſus ſe viſitaverat, & mundam invenerat, licet viſitatio ante congreſſum non habeatur pro viſitatione excellenti, etenim quia fœmina feſtinat ad congreſſum, proinde illa non introducit teſtem intra foramina pudendorum, hinc viſitatio per teſtem facta poſt congreſſum excellentior eſt, & pro viſitatione habetur ſicuti diximus.

conſpectum fuerit, proinde docet auctor hoc non eſſe credendum; ſed veſtis ad quam fœmina ſe abſterſerit ante congreſſionem cum marito, ſicuti exponetur, uti ratio fert, non habetur pro teſte ante viſitationem, quia tibi dicimus, aliquantulum ſanguinis effluxiſſe ab ipſa, quia ipſa anhelat coitum, & propterea ſe non rite abſtergit. Cæterum nobis fundamentum eſt quod ſi e mulieris fonte prodierit ſanguis, licet is non prodierit extra corpus, ea ſit immunda, quia Lex dicit Levit. 16, 19. דם יהיה זבה בבשרה ergo fœmina immunda eſt licet ſanguinis fluxus intra corpus contineatur. Tandem auctor addit על יד *deinceps*, quo in caſu Sapientes putant congreſſum fieri debere teſtibus.

ב כיצד דיה שעתה היתה יושבת במטה ועסוקה
בטהרות ופרשה וראתה היא טמאה וכולן (ס"א)
טהורות אף על פי שאמרו מטמאה מעת לעת אינה
מונה אלא משעה שראתה :

2. Quomodo ei ſufficit hora ſua? ſi ea conſideat in lecto, & puritati ſtudeat, & ſeparando conſpexerit, tum ipſa eſt immunda, reliqua vero omnia ſunt munda, licet dixerint, polluit de tempore in tempus, tamen illa non numerat niſi ab eo momento quo conſpexit.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה יושבת במטה ועסוקה בטהרה *Si illa ſedeat in lecto, & ſtudeat puritati*, quod auctor non tradit hoc ordine, ſi ea ſtudeat puritati, & lecto inſideat, eo vult indicare quod cum illa menſtruum habeat, ei ſufficiat hora ſua; lectus vero mundus eſt, ſicuti ſtatim addit, *omnia reliqua ſunt munda*, ſed cum ea non habeat menſtruum quod de tempore in tempus polluit, lectus quoque immundus eſt, ut cubile mulieris menſtruæ, quæ immunditie gravi polluit, ad hominem & veſtes polluendos. *Licet dixerint, ea polluit, de tempore in tempus*, fœmina quæ non habet menſtruum, polluit de tempore in tempus, ſed illa non enumerat dies menſtrui, niſi ab iſto tempore quo menſtruum vidit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dixit יושבת במטה *ſedens in lecto*, & non prius dixit, puritati ſtudens, ejus ſenſus eſt, quod etiam ſecundum eum qui dixit, ſufficit ei hora ſua, hoc dicatur de puritatibus duntaxat; ſed ratione cubationis & ſeſſionis fœmina polluit a tempore in tempus, quod liquet ex eo quod dicit, *immunda eſt, omnia vero reliqua ſunt munda*; ſed non dixit auctor, lectus eſt mundus, & talis nobis hypotheſis eſt, ſicuti in præfatione diximus. Cæterum in Toſaphta dictum eſt, quæ ſanguinem viderit, ea polluit de tempore in tempus potus, cibos, cubilia, & ſedilia, & teſtaceum vas conjunctorio circumdatum, ſed non depravata eſt ipſius numeratio nec polluit maritum ſuum, nec numerat niſi ab eo momento quo fluxum vidit, ſenſus vero illius quod dicitur, non depravata eſt, eſt quod illa non depravata eſt menſtruo ſuo. Sic etiam ſe jus habet ratione viſitationis, *ſi duæ factæ ſint viſitationes intra viginti quatuor* horarum ſpatium, ſicuti expoſuimus.

ג רבי אליעזר אומר ארבע נשים דיין שעתן בתולה
מעוברת מניקה וזקנה אמר רבי יהושע אני לא
שמעתי אלא בתולה אבל הלכה כרבי אליעזר :

3. R. Eliezer dicit, quatuor fœminis ſufficit hora ſua, virgini, gravidæ, nutrici, & aniculæ. Dixit R. Jehoſua, ego de virgine tantum audivi; ſed deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

R. OB. DE BARTENORA.

ארבע נשים דיין שעתן *Quatuor fœminis ſufficit hora ſua*, quia hæ fœminæ non ſolent videre ſanguinem; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer, ſicuti in Gemara concluditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæ quatuor fœminæ plurimis temporibus non vident ſanguinem; ſed Gemara dudum deciſionem ſecundum R. Eliezeris ſententiam pronunciavit.

ד איזו היא בתולה כל שלא ראתה דם מימיה אף
על פי שנשואה מעוברת משיודע עוברה מניקה עד
שתגמול את בנה נתנה בנה למניקה גמלתו או מת
רבי מאיר אומר מטמאה מעת לעת וחכמים אומרים
דיה שעתה :

4. Quænam eſt virgo? quæ nunquam vidit ſanguinem, licet nupta ſit; gravida autem, ex quo certo gravida eſt; nutrix, donec filium ſuum ablactaverit. Si quæ dederit filium ſuum nutrici, & ea lac præbuerit, & obierit, R. Eliezer dicit, polluit de tempore in tempus. Sapientes dicunt, ſufficit ipſi hora ſua.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

משיודע עוברה *Ex quo illa noverit ſe gravidam eſſe*, poſt tres menſes a momento quo concepit. עד שתגמול *donec ablactaverit*, donec parvulum ſuum viginti quatuor menſes lactaverit; licet autem parvulus intra viginti quatuor menſes obierit, tamen ei ſufficit hora ſua, quia puerperæ membra diſſolvuntur & illius ſanguis poſt viginti quatuor menſes demum redit, & ab hoc tempore illa reliquis fœminis ſimilis eſt, polluitque de têmpore in tempus, & de viſitatione ad viſitationem, quamvis illa nutriat, & quatuor vel quinque annos ita tranſegerit. *Et ablactaverit eum*, vel ſi obierit, R. Meir dicit, polluit de tempore in tempus, nam R. Meir putat quod ſanguis turbidus fit, ut fiat adeps; at ſi illa non nutriat, etiamſi ante viginti quatuor menſes, ſanguis tamen redit ad locum ſuum, & conſpicitur; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Gravida virgo eſt ex quo illa novit ſe gravidam eſſe, poſt triginta dies quibus concepit. *Donec ablactaverit filium ſuum*, donec perfecerit partum poſt viginti quatuor menſes, qui ſi præterierunt, tum illa obnoxia eſt juri mulierum de tempore in tempus, & de viſitatione ad viſitationem. Si vero in lactatione multi anni tranſierint, tum hæc non ſunt obſervanda; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ה איזוהי זקנה כל שעברו עליה שלש עונות סמוך לזקנתה רבי אליעזר אומר כל אשה שעברו עליה שלש עונות דיה שעתה רבי יוסי אומר מעוברת ומניקה שעברו עליהן שלש עונות דיין שעתן :

5. Quænam eſt vetula? ſuper qua tria tempora menſtrui tranſierint prope ſenectutem ipſius. R. Elieser dicit, omni fœminæ ſuper quam tria tempora tranſierunt, ſufficit hora ſua. R. Joſe dicit, gravidæ & nutrici, quando ſuper iis tria menſtrui tempora tranſierunt, ſufficit hora ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שעברו עליה שלש עונות *Super qua tranſierint tria tempora*, tempus עונה mediocre eſt triginta dierum; quia igitur ſuper illa tranſierunt tria tempora mediocria poſtquam illa ad ſenectutem pervenerit, ſufficit ei hora ſua, & proxima ſenectuti eſt ea, quam aviam vocant propter ſenectutem ipſius, quod non ægre fert. כל אשה *omnis mulier*, licet non ſit vetula, dummodo ſuper ipſa tranſierint tria tempora menſtrui fluxus, & illa nihil viderit. *Gravida & nutrix ſuper quibus tria tempora tranſierunt*, ſin autem hæc tria tempora ſuper ipſa non tranſierint, tum illa nondum eſt vetula; etenim ſe res non habet ſecundum doctorem primum, qui dixit, *gravida* dicitur ex quo embryo cognoſci poteſt, *nutrix* vero ex quo infans natus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per עונה *tempus menſtrui fluxus* quod hic memoratur, intelligitur tempus mediocre, quod triginta eſt dierum. זקנה *vetulam* vero auctor eſſe dixit eam quam fœminæ vocant aviam, quod illa non in malam partem interpretatur. R. Eliezer dicit, omnibus ſuper quibus tria tempora tranſierint, ſufficit hora ſua, licet fœmina minorennis ſit. R. Joſe dicit, gravidæ & nutrices eæ ſunt quibus hora ſua ſufficit, ſi tria tempora ſuper iis tranſierint, licet non ſint vetulæ; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Joſen.

ו ובמה אמרו דייה שעתה בראיה ראשונה אבל בשנייה מטמאה מעת לעת ואם ראתה הראשונה מאונס אף בשנייה דיה שעתה :

6. De quo dixerunt, ſufficit hora ſua? de viſitatione prima, ſed in viſitatione ſecunda polluit de tempore in tempus; at ſi illa viderit primam neceſſitate quadam, tum ſecundæ quoque ſufficit hora ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

ובמה אמרו דיה שעתה *De quo dixerunt, ſufficit ei hora ſua*, quatuor fœminis ſufficit hora ſua, ut, ſi virgo prima vice menſtruum viderit, gravida autem, nutrix, & anicula, poſtquam tria tempora menſtrui tranſierint propter ſenectutem. *Sed in ſecunda illa polluit de tempore in tempus*, quia redit ad priſtinum ſtatum, quo ſanguis menſtrui denuo in ipſa invenitur. מאונס *ex neceſſitate*, ut, ſi illa ſubſilierit, & tunc viderit ſanguinem, vel propter pavorem, vel, ſi comederit rem depravâtam ſanguinis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor, *in viſitatione ſecunda illa polluit de tempore in tempus*, hæc referenda ſunt ad omnes quatuor fœminas quæ memoratæ ſunt, ut virgo, gravida, nutrix, & vetula. Porro dicit, *ſi illa viderit neceſſitate quadam*, ut, ſi fœmina terrefacta ſit, vel e loco alto ſubſalierit, vel comederit rem deturpatam ob menſtruum, in hac exiſtimatione omnia fiunt neceſſitate.

ז אף על פי שאמרו דיה שעתה צריכה להיות בודקת חוץ מן הנדה והיושבת על דם טוהר ומשמשת בעדים חוץ מיושבת על דם טוהר ובתולה שדמיה טהורים ופעמים צריכה להיות בודקת בשחרית ובין השמשות ובשעה שהיא עוברת לשמש את ביתה יתירה עליהן כהנות בשעה שהן אוכלות בתרומה רבי יהודה אומר אף בשעת עברתן מלאכול בתרומה :

7. Licet dixerunt, ſufficit ei hora ſua, tamen illa inquirere debet, menſtrua & ea quæ ſedet ſuper ſanguine, exceptis, & ea quæ coitum admittit per teſtes, excepta illa quæ ſedet in ſanguine mundo, & virgo cujus ſanguines ſunt mundi. Aliquando autem mane debet inquirere, & veſperi, & eo tempore quo illa eundo luſtrat domum. His ſuperiores ſunt ſacerdotales fœminæ, dum iſtæ comedunt oblationem primam, R. Jehuda dicit, etiam dum illæ tranſeunt ab eſu oblationis primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

אף על פי שאמרו דיה שעתה *Licet dixerint, ſufficit ei ſua hora*, mulieri menſtruum habenti ſua ſufficit hora. *Obligatur*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנדה והיושבת על דם טהור *Menſtrua & ea quæ ſedet ſuper ſanguine mundo*, illa non obligatur ut ſe viſitet ſemper, quia

tur ſe viſitare, quotidie ſe debet viſitare mane & veſperi ſicuti mulieres faciunt. *Excepta menſtrua*, quæ uno die vidit menſtruum, ea ſeptem dies munda eſt; ſed illa non obligatur per totum ſeptiduum ſe luſtrare, quia illa eſt abſque viſione, proinde per totum ſeptiduum eſt immunda.

והיושבה על דם טהור *Et ea quæ ſedet ſuper ſanguine mundo*, quia illa forſan luſtrat ſe, licet non viderit ſanguinem mundum, proinde munda eſt. והמשמשת בעדים *& quæ coitum admittit per teſtes*, licet tempus menſtruum habuerit, tamen illa ſe luſtrare debet ante & poſt coitum, videlicet ſi illa puritati ſtudeat, nam cum luſtratio requiratur pro puritatibus, proinde eadem non requiritur pro marito.

ובתולה שדמיה טהורים *Et virgo cujus ſanguines ſunt mundi*, quatuor noctes requiruntur ſecundum Scholam Schammai, & ſecundum Scholam Hillelis, antequam plaga copulæ conjugalis ſanata ſit, illa non tenetur coitum admittere per teſtes, quia ſanguis illius mundus eſt, licet ſanguis ſuum colorem mutaverit, etenim cum illa congreſſum admiſerit, iſtius congreſſus gratia mutatus eſt. Sed mane & veſperi neceſſaria eſt inquiſitio, quandoquidem enim mulier non admiſit congreſſum poſt primum congreſſum, forſan color ſanguinis mutatus eſt a colore ſanguinis primi congreſſus, proinde ſi color ſanguinis illius mutatus ſit, immunda eſt mulier, quia manifeſto patet hunc non eſſe ſanguinem virginitatis. שחרית ובין השמשות *mane & veſperi*, mane, ad puritates noctis diſponendas, nam ſi mundam ſe deprehenderit, ſcias quod illa non viderit fluxum nocte, quum vero ſeipſam mundam invenerit veſperi, priores purificationes omnino mundæ ſunt, pariter illa ſe luſtrat veſperi ad diſponendum puritates, quibus illa die intenta eſt. *Et quando illa circuit ad domum everrendam*, nam illa tum ſe parat ut cum marito ſuo operetur. *R. Jehuda dicit*, *etiam eo tempore quo illa deſiſtit ab eſu oblationis primæ*, etiam poſtquam de oblatione prima comederit, debent ſe luſtrare, ut diſponat oblationis primæ reliquias quæ ante ipſam ſunt, etenim ſi jam inveniat ſe mundam, & quum ſe veſperi luſtraret, immundam inveniat, tum reliquiæ oblationis primæ non comprehenduntur ſub immunditie præpoſtera, quia ipſa ſe luſtravit poſtquam deſiit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

quia ſanguis ab illa effluit, ita ut viſitatio nihil proſit. Poſtea dicit, quod ſi cum marito uxor corpus miſceat, teſtes requirantur, ſicuti dictum eſt ſuperius, ſi ea conſederit ſuper ſanguine puro, vel ſi illa virgo ſit cujus ſanguines ſunt mundi, cum illa non requirit teſtes, quia ſanguis mundus effluit ex illa. Virgo autem cujus ſanguines mundi ſunt, eſt virgo parvula, quæ nupta eſt; porro hoc diſcrimen inferius proponitur, itaque talis erit conſtructio Miſnæ, quæ coitum admittit per teſtes, excepta ea quæ ſedet in ſanguine mundo, & virgine cujus ſanguines mundi ſunt; poſtquam vero auctor inceperit aliud diſcrimen, dicit, quod omnis fœmina quæ puritati dat operam, hiſce tribus temporibus ſe luſtrare debeat, mane nempe, veſperi, & ante congreſſum. Cæterum ſi illa non ſtudeat puritati, non tenetur ſe luſtrare ante congreſſum, quia nobis fundamentum eſt, quod ſi uxor cum marito congredi velit, non teneatur ſe luſtrare, imo licet mulier ſit quæ fixum menſtrui tempus non habet, non tenetur ſe luſtrare ante coitum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק ב כל היד המרבה לבדוק בנשים משובחת ובאנשים תקצץ החרשת והשוטה והסומא ושנטרפה דעתה אם יש להם פקחות מתקנות אותן והן אוכלות בתרומה דרך בנות ישראל משמשות בשני עדים אחד לו ואחד לה הצנועות מתקנות להן שלישי לתקן את הבית:

Caput 2. Omnis manus quæ ſæpius inquirit in mulieribus, laudanda eſt, in viris autem excidenda eſt. Surda, ſtulta, cœca, & cujus mens diſturbata eſt, ſi iis adſit fœmina ſagax, parent ſe, & comedant de oblatione prima. Filiæ Iſraëliticæ ſolent coitum inire per duos teſtes, unum pro illo, & alterum pro illa. Verecundæ parant ſe tertio, ut domum parent.

R. OB. DE BARTENORA.

כל יד מרבה לבדוק *Omnis manus quæ ſæpius luſtrat*, quæ jugiter de impuritate inquirit, an quicquam inveniat. *Et in viris*, qui ſæpius de membro genitali inquirunt an id pollutum ſit effuſione ſeminis. תקצץ *amputatur*, quia commovet & incitat membrum ut ſemen fruſtra emittatur. והסומא *& cœca*, hæc Miſna non eſt recepta, ſed illa inquirit pro ſe ipſa, & oſtendit ſe ſociæ ſuæ. *Cujus mens perturbata eſt*, propter ægritudinem. מתקנות *diſponunt*, luſtrant ſe, & abluunt.

הצנועות מתקנות להן שלישי לתקן את הבית *Verecundæ ſe tertia vice diſponunt, ut diſponant domum*, ſcitus eſt, eas ſe luſtrare ante coitum ut aptæ ſint ad maritos ſuos; & hic eſt ritus pro omnibus mulieribus, ſicuti capite primo expoſuimus, quando fœmina domum circuit ut ipſam purget. Quod vero auctor mentionem faciat צנועות *modeſtarum*, ejus ratio eſt, quid fœminæ modeſtæ inquirunt ante congreſſum, & non ante congreſſum alium, quia præ inquinamentis & obſcura facie linteum maculatum eſt in inquiſitione prima; ſed porro in ipſo non conſpicitur gutta in copia ſinapi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ſuperius dixit, quamvis dixerint, ſufficit eis hora ſua, tamen inquirere debent, propterea auctor nunc tradit quod laudanda ſit in mulieribus diligentia, qua ſe quotidie luſtrant, contra vero in viris reprobari debeat ſi membrum genitale ſæpius luſtrent, cum id non faciendum ſit niſi in extrema neceſſitate ut intumeſcat, quia hæc ſumma eſt ignominia in Lege noſtra, ſicuti expoſuimus capite nono codicis de Synedriis. Propterea auctor hocce opus mereri amputationem manus, dicit, ex quo innuitur abominabilis iſte concupiſcentiæ uſus, ſi is præter neceſſitatem natura exerceatur. Porro dicit, quod ſurda non inquiret de ſe ipſa, qui ſermo eſt rejectus, ſed illa ſe luſtrare poteſt, etiam alii oſtendere, hinc dicitur, cœca non pertinet ad Miſnam. *Et cujus mens eſt perturbata*, intellige ægrotam cujus mens præ ægritudine perturbata eſt, ſicuti fieri ſolet in iis qui graviter ægrotant. *Per teſtem ad domum parandam*, intelligitur teſtis ante congreſſum conjugalem; ſed nos ſuperius jam diximus hæc non fieri niſi modeſtiæ gratia.

ב נמצא על שלו טמאין וחייבין קרבן נמצא על שלה אותיום טמאין וחייבין קרבן נמצא על שלה לאחר זמן טמאים מספק ופטורין מן הקרבן:

2. Si inventus ſit ſanguis ſuper mariti veſte, immundi ſunt, & ſacrificium debent; ſi is inventus ſit ſuper uxoris veſte, tum ſtatim immundi ſunt & ſacrificium debent; poſt aliquod tempus, tum immundi ſunt ex dubio, & liberi ſunt a ſacrificio.

R. OB. DE BARTENORA.

נמצא דם על שלו *Si ſanguis inveniatur ſuper veſte mariti*, licet maritus aliquod temporis ſpatium expectaverit poſt con-

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

In aliquibus exemplaribus extat אותיום cujus ſenſus eſt תכף *ſtatim*, ſicuti diximus, illa ſe luſtrat ſtatim eo momen-

congreſſum antequam ſe abſterſerit, notum eſt fuiſſe illic ſanguinem interea dum conjugalis lecti communio fiebat. *Immundi ſunt*, ambo immundi ſunt per ſeptiduum ſecundum jus illius qui cum menſtrua rem habuit. אותיום notat ſtatim, hæc vox nullis aliis in locis Miſnæ occurrit. *Immundi ſunt ex dubio*, ambo per ſeptiduum immundi ſunt, tamen hæc eſt immundities dubia, quæ ſuſpendi debet, at non comburi. *Et liberi ſunt a ſacrificio*, a ſacrificio pro peccato certo, attamen ad ſacrificium pro reatu dubio tenentur. to quo a marito ſeparatur, tum ſi ſuper illis veſtibus inveniatur ſanguis, immundæ ſunt & ſacrificium offerre debent pro peccato. Porro dicit, *& liberi ſunt a ſacrificio*, id eſt a ſacrificio pro peccato, ſicuti capite præcedenti dictum eſt, tenentur ad ſacrificium; ſed ſacrificium pro reatu dubio quiſque tenetur offerre, ſecundum fundamenta in fine codicis de Excidiis præmiſſa.

ג איזהו אחר זמן כדי שתרד מן המטה ותדיח פניה ואחר כך מטמאה מעת לעת ואינה מטמאה את בועלה רבי עקיבא אומר אף מטמאה את בועלה ומודים חכמים לרבי עקיבא ברואה כתם שמטמאה את בועלה :

3. Quid eſt illud, poſt tempus? quo illa deſcendit de lecto & faciem ſuam abſtergit, & poſtea ſe polluit de tempore in tempus, ſed non polluit maritum ſuum. R. Akiba dicit, etiam maritum ſuum polluit. Concedunt autem Sapientes R. Akibæ, de ea quæ viderit maculam, quod illa polluat maritum ſuum.

R. OB. DE BARTENORA.

ותדיח את פניה *Et abſtergit faciem ſuam*, abſtergit id quod inferius eſt. *Et poſtea*, ſi nempe uxor diutius expectaverit quam ut e lecto deſcendere & ſe abſtergere poſſit. *Polluit de tempore in tempus*, puritates nempe iſtas polluit quibus illa operam dat, ſicuti jus poſtulat a tempore in tempus, & a nobis explicatum eſt capite primo; ſed illa non polluit maritum ſuum immunditie ſeptidui, ſed immunditie ad veſperam durante, ſecundum jus illius qui tetigerit menſtruam.

רבי עקיבא אומר אף מטמאה את בועלה *R. Akiba dicit, etiam illa polluit maritum ſuum*, putat enim R. Akiba omnem uxorem de tempore in tempus menſtruum obſervantem, pollere maritum ſuum per ſeptiduum, propter dubium; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. *Cæterum Sapientes concedunt R. Akibæ de eo qui maculam viderit*, licet Sapientes de immunditie a tempore in tempus polluente dixerint, quod illa non polluat maritum, quia immundities a tempore in tempus tantum obtinet ex decreto Sapientum, tamen ei concedunt de eo qui maculam viderit, etiam immunditiem macularum ex decreto Sapientum polluat maritum immunditie ſeptidui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטמאה את בועלה *Polluit maritum ſuum*, hæc Miſna in Gemara diverſis modis explicatur, proinde aliqui dixerunt, illa verba תוך זמן *intra tempus*, nullam habent controverſiam, ſed de tempore controverſia eſt inter R. Akibam & Sapientes, & deficit temporis primi definitio, & quæritur abſque defectu quid ſit illud *poſt tempus*? reſp. quo manum ſuam pulvinari ſupponere poteſt uxor, vel pulvillo, & accipere teſtem eique adhærere, ut deſcendere poſſit de lecto & faciem ſuam abſtergere, hæc R. Akibæ controverſia eſt. Sapientes vero dicunt, polluit de tempore in tempus, ſed non polluit ſuum maritum. R. Akiba dicit, illa polluit maritum ſuum; nempe quando auctor dicit, Sapientes concedunt R. Akibæ de eo qui maculam vidit, ſenſus eſt de marito qui cum uxore ſua rem habuerit poſtquam viderit maculam. Cæterum nos in præfatione libri jam expoſuimus, quod menſtrua polluat præpoſtere de tempore in tempus ex decreto Sapientum, ſed immundities macularum obtinet ex decreto Sapientum. Verum tibi in mentem venire poſſet quod ſicuti menſtrua non polluit maritum de tempore in tempus, ita etiam mulier quæ ſanguinem vidit, & poſtea a marito compreſſa eſt, non polluit, proinde auctor monet ita ſe rem non habere, ſed eam polluere maritum ſuum. Quod vero auctor hic utitur voce פניה *faciem ſuam*, id verecundiæ Sapientum verbis; deciſio eſt ſecundum Sapientes. ergo dicit; cæterum hæc quæſtio ſatis nota eſt in plurimis

ד כל הנשים בחזקת טהרה לבעליהן הבאין מן הדרך נשיהן להן בחזקת טהרה בית שמאי אומרים צריכה שני (ס״א) עדים על כל תשמיש ותשמיש או תשמש לאור הנר בית הלל אומרים די׳ה בשני עדים כל הלילה :

4. Omnes mulieres mundæ exiſtimandæ ſunt pro maritis ſuis, ita etiam maritis ab itinere redeuntibus uxores exiſtimandæ ſunt mundæ. Schola Schammai dicit, duo teſtes requiruntur pro quolibet concubitu, vel concubitus fiat ad lucernam. Schola Hillelis dicit, duo teſtes ſufficiunt pro tota nocte.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנשים בחזקת טהרה לבעליהן *Omnes mulieres verſantur in opinione puritatis pro maritis ſuis*, proinde non tenentur rogare eas an mundæ ſint necne; ſed hoc intelligi debet, quando eas in puritatis exiſtimatione reliquerunt. *Maritis ab itinere redeuntibus licitæ ſunt uxores*, nam cogitare quis poſſet quod fœmina dum maritus in urbe eſt, de ſe inquirit, at vero ubi is abeſt, quod fœmina ſe tum non luſtrat, proinde auctor meminit maritorum ab itinere domum redeuntium. שני עדים על כל תשמיש *duo teſtes pro quolibet congreſſu*, unus ante & unus poſt congreſſum, poſtridie vero inter ſe inquirunt. *Vel ad lumen lucernæ concumbet*, & inquirer poſt congreſſum, donec ſe abſterſerit. *Duo teſtes ſufficiunt pro tota nocte*, unus poſt primum coitum, & unus poſt ultimum coitum. Licet autem maritus cum uxore ſua rem habuerit, at illa neſciverit an inter coitus viderit ſanguinem, ſive ſecundum Scholam Schammai ſive ſecundum Scholam Hillelis, nihil intereſt, quia hæc duntaxat præceperunt ut puritates rite perficerentur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בחזקת טהרה לבעליהן *In exiſtimatione puritatis pro maritis ſuis*, proinde mariti non tenentur uxores ſuas rogare an mundæ ſint necne, ſi reliquerint eas mundas; at ſi eas reliquerint immundas ſive menſtruas, tum prius rogare debent an mundæ ſint necne. Cæterum nonnemo cogitare poſſet quod ſi uxor cum marito ſuo ſit in eadem civitate, ea dicatur verſari in exiſtimatione puritatis, quia illa ſe luſtrat ut idonea ſit pro marito ſuo, at ſi maritus profectus ſit, non ſe luſtret uxor, imo quamvis ſe luſtret, tamen interdum ſe immundam reperit, proinde eam non poſſe verſari in opinione puritatis, quod auctor negat, quando meminit maritorum ab itinere redeuntium.

ה מָשל משלו חכמים באשה החדר והפרוזדור והעליה דם החדר טמא נמצא בפרוזדור ספקו טמא לפי שחזקתו מן המקור :

5. Parabolam Sapientes docuerunt de muliere, ratione conclavis, porticus, & cœnaculi, ſanguis conclavis eſt immundus, ſi is in porticu inventus ſit, dubium illius mundum eſt, quia opinio illius proficiſcitur a fonte.

R. OB. DE BARTENORA.

חדר *Conclave*, notat interiorem matricis receſſum; ſed פרוזדור eſt exterior locus, quæ ambo ſunt vicina, conclave a poſteriori parte eſt, porticus vero ab anteriori parte, intra quæ eſt עלייה *cœnaculum*; ſed inter cœnaculum & porticum eſt foramen aliquod לול vocatum. Cæterum ſanguis aliquando fluit e cœnaculo in porticum per iſtud לול, parietes vero matricis ſunt inferius in medio porticus, ubi ſanguines exeunt.

דם החדר טמא *Sanguis conclavis eſt immundus*, nempe ſanguis ſcaturiginis. *Dubium illius eſt immundum*, propter dubium immundum immundities certa eſt. לפי שחזקתו מן המקור *quia exiſtimatio illius proficiſcitur a ſcaturigine*, etenim non dicimus, forſan e cœnaculo veniſſe immunditiem, & ſanguines cœnaculi mundos eſſe, ſed doctores de iis judicarunt perinde ac ſi certo e ſcaturigine veniſſent. Verum hæc intelligenda ſunt quando ſanguis inventus eſt a loco לול & interius verſus conclave; at ſi is inventus ſit a לול & exterius, tum non immundus eſt immunditie certa, quæ comburi debet, dubium vero ejus eſt immundum ut de ipſo dubitetur, quia duo ſanguines illac effluunt, videlicet ſanguis conclavis, & ſanguis cœnaculi, ſed non conſtat ſatis quis effluat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per חדר *conclave* intelligitur concavum matricis, quodcunque illud ſit, etenim matrix duo habet concava. פרוזדור *porticus* notat collum matricis, hoc duo habet additamenta ſimilia duobus cornibus in collo, quæ ſunt ova, quorum figura tibi exponetur in peculiari libro de Anatomia, & hæcce ova adhærent fundo matricis, qui locus חדר vocatur, in quo eſt arteria quædam per quam ſanguis fluit menſtruus in matricem, & effluit in collum matricis, quod פרוזדור vocatur, & alligatum eſt illis additamentis ſupra memoratis, & ovis, vocaturque עליה conclave. Præterea quoque alia eſt arteria quæ ut reliquæ arteriæ in corpore alitur, ſed non traducit ſanguinem ad alias arterias; ſi vero hæc arteria quodammodo fiſſa eſt, tum ſanguis ex ipſa quoque effluit in collum matricis, & iſte ſanguis eſt mundus, quia ſimilis eſt ſanguini e naribus fluenti, vel ſanguini hemorrhoidum; hinc certo conſequitur quod ſanguis conclavis ſit immundus, cœnaculi vero ſanguis ſit mundus. Sin autem ſanguis in collo matricis inventus ſit, ſive in porticu, & ſi inter locum in quo ſunt תוספות *additamenta*, & inter concavum matricis ſit ſanguis, tum is mundus eſt, quia non dicimus eum manaſſe illuc a cœnaculo. Quod vero auctor hic dicit, *dubium illius immundum eſt*, *quia exiſtimatio illius proficiſcitur a fonte*, ejus ratio eſt quod illic raro invenitur ſanguis præter ſanguinem menſtruum, propterea talem hujuſce ſanguinis exiſtimationem definierunt; hinc dixerunt doctores, tribus in locis doctores ſequuti ſunt id quod crebrius fieri ſolet, idque pro certo habuerunt, horum unum eſt quod jam meminimus. At vero ſi ſanguis inventus ſit in porticu, ſive in collo matricis, inter locum in quo ſunt additamenta, & inter os matricis quod exterius prodit, tum magnum eſt diſcrimen, etenim ſi ſanguis inventus ſit ſuperius, ſive in loco qui ad caput vergit quando uxor ſtat, iſte locus vocatur גג הפרוזדור *tectum porticus*, tum iſte ſanguis eſt mundus, quia is prodiit ex arteria quæ fiſſa eſt, cujus exiſtimatio proficiſcitur a cœnaculo. Verum ſi ſanguis inferius inveniatur, ſive in loco qui ad pedes vergit, qui vocatur קרקע הפרוזדור *fundus porticus*, tum ſanguis iſte immundus eſt, propter dubium, quia is interdum provenit e conclavi, cæterum *additamenta* quorum meminimus, dividunt pro collo matricis quod iis impoſitum eſt, & in corpus vergit, atque in opinione immunditiei verſatur, quod autem exterius vergit, id ſuperius eſt in opinione puritatis, inferius autem in opinione impuritatis, propter dubium; ſed additamenta ſub iis non continentur, quia latitudinem habent; verum ex iis quædam ſunt extremitates, quæ ſunt conclavia, quia capita additamentorum ſimilia ſunt mammarum ligulis, atque extremitates iſtæ conjunguntur cum ovis in foramine quodam in ſuperiori parte porticus quod לול vocatur, & in conclavi ſitum eſt, hinc doctores dixerunt, inde a לול & interius certa immundities eſt, ſed inde a לול & exterius dubia mulieris immundities eſt immunda, ſicuti tibi expoſui. Qui vero in Anatomicis aliquantulum verſatus eſt, ei clara ſunt quæ memini, quia nos ea ſatis diſtincte & prolixe pertractavimus.

ו חמשה דמים טמאים באשה האדום והשחור וכקרן כרכום וכמימי אדמה וכמזוג בית שמאי אומרים אף כמימי תלתן וכמימי בשר צלי ובית הלל מטהרין הירוק עקביא בן מהללאל מטמא וחכמים מטהרים א״ר מאיר אם אינו מטמא משום כתם מטמא משום משקה רבי יוסי אומר לא כך ולא כך :

6. Quinque ſanguines in fœmina ſunt immundi, ruber, niger, & ſplendori croci ſimilis, quique aquæ terreſtris, & vini mixti ſpeciem habet. Schola Schammai dicit, etiam is qui aquæ fœnigræci ſimilis eſt, vel aquæ carnis aſſatæ. Schola Hillelis eos mundos pronunciat. Viridis ſecundum Akabiam Mahallelis filium immundus eſt, ſed mundus ſecundum Sapientes. Dixit R. Meir, ſi is non polluat propter maculam, polluit propter potus. R. Joſe dicit, nec hoc nec illo modo ſe res habet.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה דמים טמאים באשה *Quinque ſanguines ſunt immundi pro uxore*, etenim bis in Lege dicitur דמיה *ſanguines illius*, de muliere propter ſanguines polluta, videſis Levit. 20, 18. & Levit. 12, 7. Numerus vero pluralis ſaltem duo conficit, hinc e repetitione vocis דמיה quatuor ſanguinis ſpecies eliciuntur, proinde auctor Miſnicus quatuor numerat, ut, ruber, ſplendor croci, aquæ terreſtris, & vini temperati color; niger vero continetur ſub rubro, ita dicitur in Gemara, hic color eſt ruber niſi quod ſit obſcurus. קרן idem eſt quod זיו *ſplendor*, ſicuti dicitur Exod. 34, 29. כי קרן עור פניו *nam ſplendida erat cutis faciei ipſius.*

וכמימי אדמה *Et ſicuti aquæ terreſtres*, harum naturam ipſe

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hypotheſis obtinet in ſanguine, quod illius variæ ſunt ſpecies, ut ſanguis ruber, & is qui ſplendori croci, aquæ terreſtri, & vino mixto ſimilis eſt, ad hanc ſententiam alludit Lex de muliere ſanguine ſuo polluta, quo in caſu vox דמיה *ſanguines illius* bis occurrit, videſis Levit. 20, 18. & Levit. 12, 7. Per ſanguinem nigrum intelligitur ſanguis vere niger in rubro, nam ſi rubedo conſpiciatur in ſanguine hominis mortui, vergit illa ad nigredinem, & hic eſt ſenſus illius quod dicunt, niger ſanguis eſt ruber, niſi quod obſcurus ſit. Schola Schammai dicit, quod aquæ fœnigræci, & aquæ carnis elixatæ habeant ſpeciem rubram, niſi quod ei deficiat obſcuritas, ſicuti color niger eſt in rubro, quia ruber ob-

ipſe auctor inferius exponit. וכמזוג *& ſicuti temperatum*, ſicuti rubrum vinum cum aqua temperatum. כמימי תלתן *ut aquæ fœnigræci*, eſt aqua in qua macerant fœnum græcum, barbare Pinarico. *Et ſicuti aquæ carnis aſſatæ*, inſtar juris carnis aſſatæ. Sed Schola Hillelis iſtos ſanguines declarat mundos; triplex vero de hac re controverſia eſt inter doctores, doctor primus dicit quinque ſanguinis ſpecies eſſe immundas, & non plures, hinc nonnemo cogitare potuiſſet quaſi aqua fœnigræci, & aqua carnis aſſatæ dubiæ ſint, & non comedendæ nec comburendæ. Schola Schammai iſtas ſanguinis ſpecies immundas eſſe dicit, & oblationem primam & ſacra propter eas comburenda. Schola Hillelis eas omnino mundas eſſe dicit, deciſio eſt ſecundum doctorem primum, nempe, quod dubiæ ſunt.

עקביא בן מהאלל מטמא *Acabia filius Mahallelis dicit, immundi ſunt*, etenim is putat quod color viridis ſit inſtar ſplendoris croci, niſi quod obſcurus ſit; viridis autem color quem Acabia filius Mahallelis immundum dicit, eſt is qui ſpeciem mali citrei habet, & non coccini, quique nullatenus ad rubedinem declinat.

וחכמים מטהרים *Sapientes vero mundos pronunciant*, ii enim diſſentiunt de viridi colore a doctore primo, nam doctor primus putat, quod ii dubii ſint & non comedendi, nec comburendi; ſed Acabia filius Mahallelis putat eos eſſe immundos, & comburendos; Sapientes vero eos pronunciant mundos, ut eos comedere liceat; deciſio eſt ſecundum doctorem primum. *Si is non polluat ob maculam*, quia iſte color ſanguinis referri debet inter ſanguines qui polluunt in obſcurus eſt color omnino, & tenuem habens rubedinem inſtar aquæ fœnigræci, & aquæ carnis aſſatæ. Cæterum controverſia eſt inter Scholam Hillelis & doctorem primum, doctor primus dicit, licet aquæ fœnigræci, & aquæ carnis aſſatæ non polluant ratione ſanguinis fœminæ menſtruæ, tamen propter eas differunt uſum rei ſacræ, nempe, ſi fœmina viderit ſanguinem ipſius quaſi fœnigræci colorem habentem, vel aquæ carnis elixatæ, & illa tetigerit res mundas, tum eas non licet comedere, neque comburere, ſed pro dubiis habendæ ſunt. Schola Hillelis iſtas res mundas eſſe ſtatuit, & eſui licitas. Sed Acabia filius Mahallelis dicit, quod color inſtar ſplendoris croci fiat viridis ſi tenuis ſive obſcurus ſit, propterea ſecundum ipſius ſententiam color viridis eſt immundus. Doctor primus dicit, res in dubio eſt. Sapientes vero diſſentiunt ab Acabia filio Mahallelis, ſtatuentes quod is ſit mundus, & non dubius ratione immunditiei. R. Meir dicit, quod ſanguis viridis ſit, etſi is non habeatur pro ſanguine, qui inter ſeptem liquores recenſetur, & ad immunditiem recipiendam diſponit ſemina. R. Joſe dicit, ipſum non eſſe immundum, nec ad immunditiem diſponere, nam R. Joſe hic eſt doctor primus in hac Miſna loquens. קרן כרכום *Cornu croci*, id eſt, ſplendor croci, nam verbum קרן notat ſplendere, videſis Exod. 34, 29. Cæterum כרכום notat nervos croci quos norunt medici, e quibus ii faciunt pigmenta. Aquæ vero macerationis habent colorem ſanguinis fluentis; deciſio eſt ſecundum doctorem primum duntaxat in omnibus ſententiis.

muliere, proinde is polluit ratione potus, & habetur pro ſanguine ad ſemina diſponenda ut immunditiem recipiant, ut reliqui ſanguines, quia ſanguis eſt unus e ſeptem liquoribus ſemina diſponentibus. לא כך ולא כך *neque hoc neque illo modo*, non polluit ratione maculæ, neque ſemina diſponit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen, ſive ſecundum Sapentes ab Acabia diſſentientes.

ז איזהו אדום כדם המכה שחור כחרת עמוק מכן טמא דיהה מכן טהור וכקרן כרכום כברור שבו וכמימי אדמה מבקעת בית כרם ומציף מים וכמזוג שתי חלקים מים ואחד יין מן היין השרוני :

7. Quis eſt ruber? qui ſimilis eſt ſanguini vulneris, niger, ut atramentum, qui vero obſcurior eſt, is immundus eſt, ſi pallidior, mundus eſt. Splendor croci eſt ut puriſſimum quod in ipſo eſt, & ut aqua terreſtris e valle Betkerem, ſi in eam aquam effundant, & ut temperatum duabus partibus aquæ, & una vini, & vino Saronico.

R. OB. DE BARTENORA.

כדם המכה *Ut ſanguis vulneris*, ut ſanguis mactati bovis, qui valde ruber eſt in principio quo cultro inciſio fit, nam ſanguis qui deinceps effluit, non tam fortis eſt colore; nonnulla exemplaria legunt, *ut ſanguis vulneris ungueſectionis.* כחרת *ut atramentum*, ut color atramenti quod eſt in fundo vaſis, quodque admodum nigrum eſt, & non habet colorem illius quod in ſuperiori parte vaſis eſt, cujus color non ita niger eſt. Alia expoſitio, חרת barbare dicitur atramentum, quo colorant pelles, propterea in Gemara titulo de Sabbato dicitur, חרתא דאושכפי *atramentum lectorium.* עמוק מכאן *hoc profundior*, qui profundus eſt in nigredine, id eſt qui color nigrior eſt atramento. דיהה *obſcurus*, qui color non valde niger eſt; & idem jus eſto de omnibus ſanguinibus immundis, quia in omnibus color obſcurus eſt immundus, pallidus vero mundus eſt, vino temperato excepto, quia tam depreſſus, quam obſcurus eſt mundus. כברור שבו *ut claritas quæ in ipſo eſt*, etenim eorum folia ſunt clariora quam reliquarum, habet autem crocus tres lineas foliorum, in ſingulis lineis tria folia, ſed in media linea duntaxat inquirunt, folium vero medium quod eſt in linea media eſt optimum folium pro viſitatione. בקעת בית כרם *vallis Bethkerem*, eſt nomen proprium loci in terra Cananæa. ומציף מים *& affundit aquas*, pulveri adjicit aquas, donec aquæ contegant terram, quæ aquæ turbidæ eſſe cenſentur & non limpidæ. וכמזוג *& ut temperatum*, quomodo? ſi duæ ſint partes aquæ, & una pars vini. *Vinum Saronicum*, regio Saronica ſita eſt in terra Iſraëlitica; alia expoſitio, eſt vinum quod confectum eſt e vitibus in valle plantatis, vox *Saron* occurrit Cant. 2, 1. Hoc vero tempore immundum eſt quicquid mulier viderit, colore albo & viridi ex-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Auctor uſus eſt verbis Gemaræ de ſanguine vulneris; quia is eſt ſanguis venæſectionis. חרת notat atramentum ſiccum, ita exponit Gemara. דיהה eſt color debilior quam niger, & parum fulgens, inſtar coloris olivarum nigrarum, vel picis, vel corvorum, tum is mundus eſt. Pariter ſi unus e quinque reliquis coloribus fortior ſit colore hic definito, tum is immundus eſt; at ſi is debilior ſit, tum mundus eſt, excepto colore quem definivimus in vino cum aquæ mixto; etenim ſi is debilior ſit vel fortior, tum mundus eſt. Meminit vero auctor coloris דיהה *obſcuri*, in colore nigro duntaxat, propter rationem quam nos de nigro colore jam attulimus, ſed is immundus eſt, quia eſt color obſcure ruber. Sed nonnemo cogitare potuiſſet quaſi is immundus eſſet, licet debilior ſit nigredo quam atramentum, quia is proxime accedit ad colorem rubrum, proinde nos docet auctor rem ita non eſſe, dicens כברור שיש בו *ut puriſſimum quod in ipſo eſt*, quod deſumitur ex arteriis foliorum mediis, in quibus plus humoris eſt quam in foliis ſiccis. בקעת בית כרם *vallis Bethkerem*, eſt locus quiſpiam in terra Cananæa, cujus pulvis eſt ruber, & dureſcit quando ei affunditur aqua; in Toſaphta dixerunt, homo adducit pulverem e valle Bethkerem. ומציף עליה מים *& affundit in eam aquas*, quæ habentur pro turbidis, & non pro limpidis, ibique dicitur quod aquæ & pulveri non ſit ſtatuta menſura. *Vinum Saronicum*, eſt vinum aliquod de vitibus in Saronis regione plantatis, quæ ſita eſt in terra Cananæa. Cæterum ſcias quod hoc tempore non obtinent iſti colores ſanguinis, ſed omnem ſanguinem quem mulier vidit, immundum eſſe; nec locus ſanguinis determinandus eſt, etenim ſive ſanguis a לול & inferius inventus ſit, ſive a לול & exterius, om-

exceptis, etenim nunquam audivimus quemquam aliquem colorem declaraſſe mundum præter album, & viridem.

omnia ſunt immunda; atque hæc ita ſtatuuntur ad aggravandum.

פרק ג המפלת התיכה אם יש עמה דם טמאה ואם לאו טהורה רבי יהודה אומר בין כך ובין כך טמאה:

Caput 3. Si quæ ejecerit ſegmentum, & in ipſo ſit ſanguis, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. R. Jehuda dicit, ſive hoc ſive illo modo, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המפלת התיכה *Si quæ ejecerit abortum*, ſi cum illo ſit ſanguis immundus menſtruus, ſin minus, munda eſt, nam doctor primus putat matricem abſque ſanguine poſſe aperiri, imo licet ſanguis inventus ſit in abortu, munda eſt, quia ſanguis abortus eſt, & non ſanguis menſtruus. רבי יהודה אומר בין כך ובין כך טמאה *R. Jehuda dicit, ſive hoc ſive iſto modo, immunda eſt*, putat enim R. Jehuda matricem abſque ſanguine aperiri non poſſe, proinde certo adfuiſſe ſanguinem quando abortum faciebat, eum vero non conſpectum fuiſſe propter paucitatem ipſius; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus controverſiæ inter R. Jehudam & doctorem primum talis eſt, R. Jehuda dicit, quod matrix abſque ſanguine aperiri nequeat, & ex quo aliquid e matrice exierit, ſimul quoque ſanguis exiit, qui tamen præ ſua paucitate non conſpicitur. Doctor primus ſtatuit matricem abſque ſanguine poſſe aperiri, proinde ſi mulier abortiverit ſegmentum aliquod cujuſcunque id fuerit coloris, & ſimul non prodierit ſanguis, tum illa eſt munda, & non immunda eſt licet ſegmentum iſtud diſciſſum in ſe continuerit ſanguinem, quia hic eſt ſanguis ſegmenti, & non ſanguis menſtruus. At vero ſi ſegmentum iſtud ejecerit, & poſtea ipſum diſciderint, atque os in ipſo inventum fuerit, tum illa immunda eſt partu; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב המפלת כמין קליפה כמין שערה כמין עפר כמין יבחושים אדומים תטיל למים אם נמוחו טמאה ואם לאו טהורה נ״א ל״ג) המפלת כמין דגים חגבים שקצים ורמשים אם יש עמהם דם טמאה ואם לאו טהורה המפלת כמין בהמה חיה ועוף בין טמאין בין טהורין אם זכר תשב לזכר ואם נקבה תשב לנקבה ואם אין ידוע תשב לזכר ולנקבה דברי רבי מאיר והכמים אומרים כל שאין בו מצורת אדם אינו ולד:

2. Si quæ abortiverit in ſpecie corticis, vel pili, vel pulveris, vel exiguarum muſcarum rubrarum, conjiciat ipſum in aquas, ſi liquefacta fuerint, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Quæ abortiverit in ſpecie piſcium, locuſtarum, abominabilium, & reptilium, ſi cum iis ſanguis ſit, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Quæ ſpeciem pecoris abortiverit, feræ vel avis, ſive immundæ ſint ſive mundæ; ſi mas ſedeat pro mare, ſin fœmina, pro fœmina, ſed ſi non conſtiterit, tum ea ſedeat pro mare, & pro fœmina, ita R. Meir. Sapientes dicunt, qui fœtus non habet formam hominis, is non eſt vera proles.

R. OB. DE BARTENORA.

כמין שערה *In forma pili*, nam שערה idem eſt quod שיער *pilus*. יבחושין eſt idem quod יתושין *muſcæ exiguæ*. *Conjiciet in aquas*, in tepidas, & abortus manebit per viginti quatuor horas. אם נמוחו *Si liquefacta ſint*, tum fœmina immunda eſt, quia ſanguis eſt. *Si cum iis ſit ſanguis, tum ipſa eſt immunda, ſin minus, munda eſt*, hæc Miſna eſt ſecundum Sapientes qui diſſentiunt a R. Jehuda, ſtatuentes quod matrix abſque ſanguine aperiri poſſit.

כל שאין בו מצורת אדם אינו ולד *In quo non eſt forma humana, is non eſt recta proles*, omnes doctores in eo conveniunt quod ſi fœtus natus ſit in forma animalis ratione corporis, & cum facie in forma humana, habendus ſit pro prole; at ſi is corpus habeat hominis & faciem animantis, tum iſte fœtus pro animante habetur, & non pro prole humana, quia conditionem faciei ſequimur. Sed doctores duntaxat diſſentiunt de eo qui in facie partim homini, partim beſtiæ ſimilis eſt. R. Meir putat quod tota humana forma requiratur, quia non eſt proles humana ſi adſit forma beſtiæ. Sapientes ſtatuunt quod fœtus non habens formam hominis imo licet non ſit pars aliqua, tamen non ſit proles humana, at ſi pars humanæ formæ adſit, tum vera proles eſt; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si e fœmina hicce cortex prodierit, indicio eſt quod is provenerit e ſanguine menſtruo coagulato illic nimio calore, ut certo conſtet hunc eſſe corticem ulceris, proinde auctor præcepit ejuſmodi abortum aqua abluendum eſſe. Sed Gemara exponit quod aquæ ſint diviſæ, & conſiſtant in abortu per viginti quatuor horas. Cæterum quando auctor dicit, *ſi in ipſo ſit ſanguis, fœmina immunda eſt, ſin minus, munda eſt*, agitur controverſia Sapientum contra R. Jehudam, ſicuti præmiſit. Verum in Gemara jam dictum eſt, ſi fœmina pepererit aliquod corpus pecoris, feræ, vel formam faciei, vel hominis formam, tum nemo negat quin hæc ſit proles, & mater ipſius immunda eſt partu iſto, ſicuti omnes puerperæ. Si vero fœtus habuerit formam faciei pecoris, vel feræ, vel reliquæ partis corporis, vel corporis humani, tum nemo dubitat quin hæc non ſit vera proles. Diſſentiunt autem R. Meir & Sapientes de forma faciei dubia, quæ partim ad formam hominis, partim vero ad formam beſtiæ accedit, R. Meir dicit, hunc fœtum non eſſe rectam prolem, niſi tota facies habuerit formam humanæ faciei, Sapientes vero dicunt, quandoquidem facies partim humana eſt, proinde proles humana dici poteſt, etenim ii ſtatuunt quod nullus fœtus dici queat humanus qui non habet formam humanam. Quamvis autem ex hac Miſna conſtet quod R. Meir aggravet, & Sapientes allevent, opinio tamen ipſorum exponetur in Toſaphta, ſicuti tibi dicam, ne dubites in mente tua hoc humanæ naturæ repugnare quod homo natus ſit, ſicuti hic commemoravi. Sed præterea a Philoſophis notatum eſt quod omnino abhorret ab iis quæ a nobis dicta ſunt, at a vero ſenſu alienum eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג המפלת שפיר מלא מים מלא דם מלא גנונים אינה חוששת לולד ואם היה מרוקם תשב לזכר ולנקבה:

3. Si quæ abortiverit molam aqua plenam, ſanguine plenam, vermiculis plenam, ea non habetur pro prole. Si illa ſit acupicta, ſedeat pro mare & pro fœmina.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

שפיר *Mola*, notat ſegmentum carnis, ſi in ipſo ſit forma humana, & dicitur שפיר מרוקם *mola acupicta*; ego vero audivi eſſe inſtar teſtæ ovi, & propterea שפיר vocari. מלא גנינים eſt mola quæ multis coloribus plena eſt; aliter, גנינים notat vermiculos, interius enim caro perforata eſt & quaſi in multa ſegmenta diſſecta inſtar vermiculorum. אינה חוששת לולד *non habetur pro prole*, nec puerperium illius immundum eſt, & ſi ei non adſit ſanguis, tum ratione menſtrui nihil timendum eſt. תשב לזכר ולנקבה *ſedeat pro maſculo & pro fœmina*, quæ immunda eſt duas ſeptimanas, ut ea quæ fœminam peperit, quæque non habet ſanguinem mundum niſi poſt triginta tres dies, ut ea quæ maſculum peperit, quia mola iſta dignoſci nequit an maſcula, an vero fœminea ſit, proinde ei imponuntur graviores conditiones maſculi & fœminæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod mola tota conſtet e carne. גנינין eſt ſpecies vermium, intelligitur itaque mola quæ carnis habet ſegmenta inſtar vermium. מרוקם *acupictum*, de quo forma humana expoſita eſt, ſi inquiratur quantum fieri poſſit. Dixerunt autem de mola eam non haberi pro prole, nec polluere nomine menſtrui, licet ipſa ſit plena ſanguine, ſicuti expoſitum eſt in principio capitis, ſenſus vero illius quod auctor dicit, תשב לזכר ולנקבה *ſedebit pro maſculo & pro fœmina*, eſt is quem tibi dicam, hæc nempe puerpera per quatuordecim dies immunda manet, ſicuti ea quæ fœmellam peperit, & tum denuo licita ſit marito ſuo. Sin autem illa ſanguinem viderit poſt quadraginta dies, tum iſte ſanguis non habendus eſt pro ſanguine mundo, ſicuti ſanguis puerperæ quæ fœmellam enixa eſt, cujus totus ſanguis poſt quadraginta dies immundus eſt, ut ſanguis illius quæ peperit maſculum. Cæterum huic puerperæ impoſuerunt graviores conditiones omni modo, ſicuti puerperæ quæ fœmellam peperit, ut ea prohibita ſit marito ſuo per quatuordecim dies. Præterea ipſam quoque conſiderarunt ut puerperam quæ maſculum enixa eſt, cujus ſanguis poſt quadraginta dies duntaxat mundus eſt; hocce fundamentum memoriæ mandes volo, ne id ſæpius repetere cogar, videlicet quod in dubio Legali ſit aggravandum.

ד המפלת סנדל או שליא תשב לזכר ולנקבה שליא בבית הבית טמא לא שהשליא ולד אלא שאין שליא בלא ולד רבי שמעון אומר נימוק הולד עד שלא יצא:

4. Quæ ejecerit ſandalium, vel ſecundinas, ea ſedeat pro maſculo & pro fœmella; ſi ſecundinæ ſint in domo, tum domus immunda eſt, non quod ſecundinæ ſint proles, ſed quia nulla eſt proles abſque ſecundinis. R. Simeon dicit, proles tabeſcit antequam exiit.

R. OB. DE BARTENORA.

סנדל Notat carnis ſegmentum in forma ligulæ bovis, & quia iſtud ſegmentum habet figuram ſandalii, proinde *ſandalium* vocatur, idque ſimul cum prole in lucem prodire ſolet. Sunt qui vocem סנדל exponunt de forma attenuata. שליא eſt pellicula quædam in qua fœtus continetur, quæ ab initio ſimilis eſt filo ſubtegminis. Poſtquam vero accreverit, tum latitudo illius ſimilis eſt lupino, & perforata eſt inſtar fiſtulæ; nulla autem pellicula minor eſt palmo. *Domus immunda eſt*, propter tentorium mortui, in quo proles fuit & obiit. נימוק *tabefactus*, & fit in ſanguinem, atque commiſcetur cum ſanguine partus, & intercidit in plurima copia; domus vero non immunda eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סנדל Eſt mola in forma ſandalii, in forma ligulæ bovis, idque generatur cum embryone in pellicula una e reliquiis menſtrui ſuper embryonem ſtillantis. שליא notat pelliculam quæ facta eſt e ſemine virili, in qua embryo continetur. R. Simeon dicit, quod embryo jam tabefactus ſit ante egreſſum ſecundinarum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה המפלת טומטום ואנדרוגינוס תשב לזכר ולנקבה טומטום וזכר אנדרוגינוס וזכר תשב לזכר ולנקבה טומטום ונקיבה אנדרוגינוס ונקבה תשב לנקבה בלבד יצא מחותך או מסורס משיצא רובו הרי הוא כילוד יצא כדרכו עד שיצא רוב ראשו ואיזהו רוב ראשו משיצא פדחתו:

5. Quæ ejecerit abortum obturatum & androgynum,* ea ſedeat pro mare & pro fœmina; ſi obturatum & maſculum, vel androgynum & maſculum, ſedeat pro maſculo & fœmina; ſi obturatum & fœmellam, vel androgynum & fœmellam, tum ſedeat illa duntaxat pro fœmella. Si is prodierit dilaceratus, vel inſtar inverſi, tum is nato ſimilis eſt ex quo maxima pars prodierit. Si prodierit more ſuo donec maxima pars capitis prodierit; ſed quænam eſt maxima pars capitis? ex quo prodierit frons ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

תשב לזכר ולנקבה *Sedeat pro maſculo & pro fœmina*, immunda eſt duas ſeptimanas ut ea quæ fœmellam peperit, atque dies puritatis illius ſunt triginta tres tantum, ut illius quæ maſculum peperit. *Si obturatum & maſculum, vel androgynum & maſculum pepererit*, ut, ſi illa gemellos pepererit, quorum unus eſt obturatus vel androgynus, & alter maſculus certus, tum puerpera ſedeat pro maſculo & pro fœmella, etenim non dicimus, cum hic ſit maſculus certus, proinde ille quoque eſt maſculus certus. *Sedeat pro fœmina tantum*, licet enim obturatus duntaxat ſit maſculus, tamen fœmineum ſexum hac in parte ſequimur, nam omnes dies maſculi tam ratione puritatis quam impuritatis abſorbentur a ſexu fœmineo. מחותך *dilaceratum*, in multa membra

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod de obturatis ac androgynis nobis dubium ſit, an maſculus, an vero fœmineus ſit ſexus, proinde puerpera in ſanguine ſuo pro maſculo & fœmina ſedere debet. Pariter ſi fœmina pepererit gemellos, quorum unus eſt certo maſculus, alter vero obturatus circa pudenda, vel androgynus, tum etiam dubium eſt, ſed non recipimus immunditiem in uno qui certo maſculus eſt, ut diceremus, quandoquidem hic maſculus eſt, proinde obturatus vel androgynus quoque maſculus eſt, quia puerpera aliquando duos gemellos maſculos parit, aliquando autem maſculum & fœminam; ſi vero illa pepererit fœmellam certam, & obturatum, tum illa pro fœmella duntaxat ſedebit in ſanguine ſuo, quocunque modo ſe habuerit obturatus, vel andro-

bra diſtinctum. מסורס notat inverſum, ut מקרא סרס *ſcriptura inverſa. Ex quo maxima pars prodierit, tum is nato ſimilis eſt*, caput illius eſt veluti maxima pars, proinde ex quo caput dilacerati fœtus prodierit, licet reliqua membra adhuc intus ſint, tamen is pro nato habetur. פדח eſt idem quod מצח *frons*.

drogynus, fœmella eſt, perinde ac ſi puerpera pepeꝛiſſet filias. Sin autem pepererit maſculum & cum ipſa ſimul fœmellam certam, tum illa habet ſanguinem purum ob fœmellam donec octoginta dies præterierint. מחותך או מסורס *dilaceratus vel inverſus*, ſenſus verborum eſt, quod ſi membra intra corpus dilacerata ſint, atque prodierint ſine ordine, ut, ſi prius prodierit manus, & poſtea pes, & tandem brachium, & hoc eſt מסורס: vel ſi prodierit ſecundum ordinem, hoc eſt מחותך, tum non obtinet Lex de puerpera, niſi donec maxima pars corporis, vel capitis prodierit; proinde ſi exierit caput ex hoc מחותך, tum iſte fœtus ſimilis eſt nato.

ו המפלת ואין ידוע מה הוא תשב לזכר ולנקבה אין ידוע אם ולד היה אם לאו תשב לזכר ולנקבה ולנדה׃

6. Quæ abortiverit, ſed neſciverit quid, ea ſedeat pro mare & pro fœmina. Si illa neſciverit, an proles vivat necne, ſedeat pro mare, fœmina, & pro menſtruo.

R. OB. DE BARTENORA.

ואין ידוע מה הוא *Et ignotum ſit quid illud ſit*, an maſculus ſit an vero fœmella. *Sedeat pro maſculo & pro fœmina*, expectabit dies puritatis maſculi, & dies impuritatis fœminæ. *Pro maſculo, fœmella, & pro menſtrua*, ſi nempe ſanguinem viderit, tum menſtrua eſt, quæ non habet dies puritatis, quia forſan non eſt proles, proinde puerpera ſe immerget aquis poſt quadraginta dies, ut ea quæ marem peperit, ſecundum eum qui dixit lotionem eſſe præceptum in tempore ſuo, & illam ſe immergere longo tempore poſt, ut ea quæ peperit maſculum, quæ poſt ſeptiduum ſe immergit, ſed non munda eſt pro ſacris nec pro Sanctuario, niſi donec quadraginta dies impleti fuerint, tum denuo ſe immergere debet poſt quadraginta dies, imponimus enim ei ut ſe immergat, poſt quadraginta dies purificationis, ut puerperæ quæ maſculum peperit, licet hæc immerſio ei non proſit, quia illa ad ſacra & ad Sanctuarium poſt octoginta dies demum apta eſt ut puerpera quæ fœminam peperit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ hic eſt ſenſus, ſi quæ mulier abortiverit, ſed neſciverit an abortiverit veram prolem necne, tum illa in ſanguine ſuo ſedeat pro mare, pro fœmella, & pro menſtruo, nempe, illa per ſeptiduum in menſtruo ſuo manet ſecundum jus omnium menſtruorum & puerperæ quæ marem peperit, & illa non prius marito ſuo licita eſt quam quatuordecim dies præterierint, ſecundum jus illius quæ fœmellam peperit. Sin autem illa poſt quatuordecim dies viderit ſanguinem, tum hic non eſt ſanguis mundus ſed immundus, atque ipſa duntaxat eſt puerpera menſtrua, & omnis ſanguis quem illa viderit per iſtos octoginta dies, eſt ſanguis immundus, ſive is ſit ſanguis menſtruus ſive ſeminifluus, ſecundum tempus quo illa ſanguinem vidit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ſedeat pro menſtruo*, quia illa non habet ſanguinem mundum, quadraginta vero diebus impletis, aquis immergetur ut ea quæ maſculum pepererit, ſed illa per totum iſtud tempus non attinget ſacra, ut puerpera, etſi non viderit ſanguinem in complemento quadraginta dierum, immergat ſe, & adducat oblationem puerperæ & tum munda ſit ad ſacra comedenda. At vero ſi illa ſe aquis immerſerit quadrageſimo die, quæ eſt immerſio legitimo tempore peracta, ſi illa pepererit maſculum, tum illa ſedeat pro maſculo, fœmina, & menſtrua; hæc bene obſerves volo.

ז המפלת ליום ארבעים אינה חוששת לולד ליום ארבעים ואחד תשב לזכר ולנקבה ולנדה רבי ישמעאל אומר יום ארבעים ואחד תשב לזכר ולנדה יום שמונים ואחד תשב לזכר ולנקבה ולנדה שהזכר נגמר לארבעים ואחד והנקבה לשמונים ואחד וחכמים אומרים אחד בריית הזכר ואחד בריית הנקבה זה וזה לארבעים ואחד׃

7. Si abortiverit quadrageſimo die, tum iſte abortus non habetur pro prole, ſi vero quadrageſimo primo die, tum illa ſedeat pro maſculo, fœmina, & pro menſtrua. R. Iſmaël dicit, ſi quadrageſimo primo die, tum ſedeat pro maſculo, & menſtrua, ſi octogeſimo primo die, tum ſedeat pro maſculo, fœmina, & pro menſtruo, quia maſculus quadrageſimo primo die, fœmella vero octogeſimo primo die demum perficitur. Sapientes vero dicunt, maſculi & fœmellæ eadem eſt creatio, quæ quadrageſimo primo die perficitur.

R. OB. DE BARTENORA.

המפלת ליום ארבעים *Si quæ abortiverit quadrageſimo die*, ab immerſione ipſius in aquas, tum iſte abortus non habendus eſt pro prole, quia illius formatio poſt totos quadraginta demum perfecta eſt. ולנדה *& pro menſtrua*, quando viderit ſanguinem, tum erit menſtrua, quia forſan eſt proles, & tum dies puritatis nondum completi ſunt. *Si die quadrageſimo primo*, ſedeat pro maſculo ſeptem dies impuritatis, etiam pro partu arido, quia non eſt menſtrua. Sed duas ſeptimanas illa non ſedet, ſicuti aliquoties oſtendimus, quod fœminei fœtus perficiatur octogeſimo primo die; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël. Sapientes vero dicunt, fœminei & maſculini ſexus eandem eſſe formationem, videlicet doctor primus id ſtatuit, ſed quod ſententia R. Iſmaëlis veriſimilior ſit quam doctoris primi, ſed auctor Miſnicus rem denuo docuit ſub ſermone Sapientum, ut doceat auctor quod deciſio ſit ſecundum ſimplicem priorem Miſnæ ſenſum, licet controverſia R. Iſmaëlis addita ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor quod ſi quadrageſimo die abortus prodierit, is non habeatur pro prole, quia forma fœtus nondum perfecta eſt hoc tempore, at ſi fœmina abortiverit quadrageſimo primo die, quo fœtus perfici poteſt, & illa neſciverit, an prolem abortiverit necne, tum illa ſedeat pro maſculo, fœmina, & menſtrua. R. Iſmaël dicit, quod hicce abortus qui quadrageſimo primo die prodiit, fœmineus eſſe nequit; quia fœminea forma demum octogeſimo die perficitur, proinde puerpera ſedere debet pro maſculo, fœmella, & menſtrua. At ſi octogeſimo primo die abortus prodierit a momento congreſſus, tum illa ſedeat pro maſculo, fœmina, & menſtrua, ſi neſciverit quid abortiverit, an ſit ſanguis, an vero embryo; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël.

פרק ד בנות כותים נדות מעריסתן והכותים מטמאים

Caput 4. Filiæ Cuthæorum ſunt ſeminifluæ ab incuna-

מטמאים משכב תחתון כעליון מפני שהם בועלי נדות והם יושבות על כל דם ודם (ס"א ל"ג) ואין חייבין עליהם על ביאת מקדש ואין שורפין עליהם את תרומה מפני שטומאתן ספק :

incunabulis ipſarum, & Cuthæi polluunt cubile inferius ut ſuperius, quia ii cum menſtruis rem habent, & fœminæ eorum ſedent ſuper omni ſanguine. Sed non tenentur ob illas de introitu in Templum, nec oblationem primam ob illas comburunt, quia immundities earum dubia eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בנות כותים נדות מעריסיתן *Filiæ Cuthæorum ſunt menſtruæ ab incunabulis earum*, ab infantia earum quando in cunis vagiunt, eæ polluunt ſecundum Sapientes ut fœminæ menſtruæ, ſicuti Lex dixit Levit. 15, 19. ואשה כי תהיה זבה *& mulier quæ ſeminiflua eſt*; ubi Lex duntaxat mulieris meminit, & non infantis unius diei, ergo infantes excluduntur, dixerit nonnemo; ſed reſpondetur, quod cum Lex dicat ואשה *& mulier*, ea voce infans includitur. Sed Cuthæi infantes ſub ea non includunt, propterea Sapientes decreverunt quod omnes fœmellæ Cuthæorum polluant cujuſcunque ſint ætatis.

ומטמאין משכב התחתון כעליון *Et polluunt cubile inferius ut ſuperius*, quod ei ſuppoſitum eſt qui cum menſtrua rem habuit, id polluit æque ac id quod ſuper ſeminifluo poſitum eſt, & ſicuti id quod ſuper ſeminifluo poſitum eſt, polluit cibos & potus duntaxat, ita etiam id quod ſuppoſitum eſt ei qui cum menſtrua rem habuit, polluit duntaxat cibos & potus. Per id quod ſuper ſeminifluo eſt, intelligitur id quod elevant ſuper ſeminifluo, hinc conſequitur juxta Legem nihil polluere homines & vaſa præter cibos & potus, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 10. *Et qui tetigerit omne id quod ei ſuppoſitum eſt, immundus eſt.* Sed quid eſt illud *quod ſuppoſitum eſt?* ſi reſponderis, quod ſuppoſitum eſt ſeminifluo, tum reliqua verba, *de omni eo qui tetigerit lectum ipſius*, excipiunt hæc verba, *ſed quod tetigerit omne id ſub quo jacet ſeminifluus, immundum eſto*; & quia Lex non commiſcuit hæc, ita ſcribat, *& quiſquis tetigerit omne id quod ſub ipſo eſt, & qui tulerit ea, is lavet veſtes ſuas*, & quare dividit unum ab altero per verbum יטמא *immundus eſto*, proinde vox non debet intelligi de homine & vaſis, ſed de cibis & potibus. Cuthæorum vero qui cum menſtrua rem habent, cubile inferius polluit cibos & potus, at non homines & vaſa, ſicuti facit cubile ſuperius ſeminiflui, quia illud quoque polluit cibos & potus, at non homines nec vaſa. Sed hæc omnia intelligenda ſunt eo tempore quo Cuthæi Legem Moſis recipiebant, & plurimis præceptis ſtudebant ſicuti Iſraelitæ, ſed poſtquam in monte Gerizin columba inventa eſt, quam ii colebant, omnino habiti ſunt pro gentilibus, tam ratione puritatis & impuritatis, quam reliquorum rituum in Lege deſignatorum, ita ut inter ipſos & gentiles nulla ſit differentia. והן יושבות על כל דם *Et eæ ſedent ſuper omni ſanguine*, ac ſi dixiſſet, proinde Cuthæi cum menſtruis rem habent, quia fœminæ eorum ſedent ſuper omni ſanguine, etenim ſive ruber ſit ſanguis ſive viridis, eæ ſuper ipſo ſedent per dies menſtruos. Nam hoc ipſis offendiculum eſt, enim ſi mulier hodie viderit ſanguinem prima vice, tum illa ab hoc die ſeptem dies menſtrui numerat, ſi illa tunc per ſeptem dies menſtruos viderit ſanguinem rubrum, tum ipſa ab illo die quo prius ſanguinem vidit, enumerat, atque ſi iſte ſanguis mundus ſit, tum viſio ſecunda numerari debet. *Et non tenentur propter illas de introitu in Templum*, ſi quis veſtibus quas Cuthæi tetigerunt, ſe contexerit, vel iis indutus Templum intraverit, is liber eſt a ſacrificio; vel ſi tetigerint veſtimenta cubilis, quibus utuntur in oblatione prima, tum oblatio prima in dubio manet. *Quia immundities earum dubia eſt*, quia neſcimus an menſtrua ſit necne. Cæterum hæc Miſna in Gemara illuſtratur capite quarto tituli de Puritatibus, ibique dicitur quod de ſex potiſſimum cauſis oblationem primam comburant, ut, propter dubium veſtis a plebejo tactæ, quia is forſan immundus eſt, & ſi Cuthæi cubile tetigerit oblationem primam, tum ea quoque comburi debet, quia Cuthæus ſimilis eſt plebejo, & illius veſtes ſimiles ſunt veſtibus plebeji; ſed ad hæc docet auctor quod hæc Miſna de Cuthæo qui coram nobis ſe immerſerit, intelligi debeat, & poſtea calcaverit ſuper veſtes viri probi, quando adhuc nudus erat, vel dum veſtes viri probi induerat, vel veſtes ſuas coram ipſo laverat eo modo ut eſſent veſtes Cuthæi quæ ſunt calcatio ſeminiflui, tum veſtes plebeji non tetigerunt veſtes viri probi, quando is calcaverit ſuper iis, at vero ſi deinceps veſtes viri probi ſuper quibus calcavit Cuthæus, oblationem primam tetigerint, tum oblationem primam propterea non comburunt; nam ſi dixerit propter immunditiem plebeji, oblationem primam debere comburi, id eſſe nequit cum ſe lavit utique; nec propter eum qui cum menſtrua rem habuit, quia forſan non rem habuit cum illa brevi tempore, & dies impuritatis forſan jam abierunt, ope lotionis; ſi vero reſponderis, rem habuit cum illa brevi tempore, id fieri nequit, quia forſan uxor ipſius non ſedet in ſanguine impuritatis, ſed puritatis, proinde duplex eſt dubium, at propter duplex dubium non comburunt oblationem primam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties in Miſna expoſuimus, quod quicquid filiis Cuthæorum adſcribitur, ad Miſnam priorem pertineat, ſed Cuthæi hoc tempore omnibus in rebus pro gentilibus habendi ſunt. Notum vero eſt quod ii Legem Moſis recipiant verbotenus, proinde dixerunt quod fœmina non poſſit eſſe menſtrua, niſi donec adulta ſit, ut אשה vocetur. Nos vero traditione recepimus quod fœmina polluat menſtruo unius diei filiam, propterea filiæ Cuthæorum ab incunabulis ſunt menſtruæ; עריסה notat vas aliquod in quo parvulos educare ſolent, quod Arabice מהד dicitur. Sed capite primo codicis de Vaſis jam expoſuimus, quod is qui cum menſtrua rem habet, polluat cubile inferius ut ſuperius, & proinde id quod ſubjacet ei qui cum menſtrua rem habuit, ſimile eſt ei quod ſuper ſeminifluo poſitum eſt, quod non polluit hominem nec vaſa, ſicuti expoſuimus. Quod vero auctor de Cuthæis ſtatuit, eos eſſe ut viros qui cum menſtruis rem habent, id intelligendum eſt de iis qui matrimonium inierunt, quia mulieres eorum in omni ſanguine ſedent, quorum verborum ſenſus eſt ſecundum Gemaram quod mulieres Cuthæorum ſedent in ſanguinibus mundis atque immundis, & omnes pro mundis habentur. Cæterum capite quarto codicis de Puritatibus expoſitum eſt, quod oblatio prima comburatur propter dubium; quod autem hic dicitur, non comburunt propter illa oblationem primam, eo quod immundities eorum dubia eſt, id in Gemara exponitur, hoc eſſe ſtatutum de Cuthæo nudo qui ſe coram nobis lavit, & poſtea conculcavit viri probi veſtes, ſi enim oblatio prima tetigerit haſce veſtes, tum ea non comburitur, quia hic duo ſunt dubia quorum unum eſt, an cum uxore ſua intra paucos dies congreſſus fuerit necne, nam ſi dixeris eum rem habuiſſe cum illa intra paucos dies, tamen dubium eſt an illa ſedeat ſuper ſanguine immundo, vel ſuper ſanguine mundo, fundamentum namque eſt nobis quod ob duplex dubium non comburant oblationem primam, ſed hoc intelligas ſi is ſe immergat, & calcaverit ſuper vaſis dum nudus eſt, quia oblationem primam comburunt ob immunditiem plebeji, quia plebeji ſunt calcatio ſeminiflui, ſicuti expoſuimus in codice de Feſtis Solennibus, & in codice de Puritatibus. Si vero ſe non laverit Cuthæus coram nobis, tum oblatio prima illius tactus cauſa debet comburi, quia is omnino plebejus habendus eſt.

ב בנות צדוקין בזמן שנהגו ללכת בדרכי אבותיהן
הרי

2. Filiæ Sadducæorum, ſi illæ patrum ſuorum
veſti-

הרי הן ככותיות פרשו ללכת בדרכי ישראל הרי הן כישראלית רבי יוסי אומר לעולם הן כישראל עד שיפרשו ללכת בדרכי אבותיהן :

veſtigia premant, tum eæ ut Cuthæorum *filiæ* habendæ ſunt; ſi in caſtra Iſraëlitarum tranſierint, tum ut filiæ Iſraëliticæ habendæ ſunt. R. Joſe dicit, ſemper Iſraëlitis accenſendæ ſunt, licet patrum ſuorum veſtigia premant.

R. OB. DE BARTENORA.

פירשו ללכת לדרכי ישראל *Si ſeparaverint ſe ut eant in viis Iſraëlitarum*, tum eæ ſunt ut Iſraëlitarum filiæ, ſed ſimpliciter, id eſt quatenus eæ paternæ traditionis tenaces ſunt, tum ut Cuthæorum filiæ haberi debent. R. Joſe dicit, ſemper ut Iſraëliticæ haberi debent, videlicet in genere habendæ ſunt ut Iſraëliticæ; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Joſe putat quod Zadducæorum filiæ ſimpliciter pro Iſraëliticis habendæ ſint; ſed doctor primus dicit eas pro Cuthæis habendas eſſe; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג דם עכו״ם ודם טהרה (ס״א) של מצורעת בית שמאי מטהרים ובית הלל אומרים כרוקה וכמימי רגליה דם יולדת שלא טבלה בית שמאי אומרים כרוקה וכמימי רגליה ובית הלל אומרים מטמא לח ויבש ומודים ביולדת בזוב שהיא מטמאה לח ויבש :

3. *Sanguis peregrinæ, & ſanguis puritatis leproſæ, mundus eſt ſecundum Scholam Schammai, Schola Hillelis dicit, eſt inſtar ſputi & urinæ. Sanguis puerperæ quæ ſe non lavit, ſecundum Scholam Schammai eſt inſtar ſputi, & urinæ ejus, Schola Hillelis dicit, polluit liquidum & aridum;* ſed conveniunt inter ſe de puerpera quæ in fluxu verſatur, quod illa polluat humidum & ſiccum.

R. OB. DE BARTENORA.

דם נכרית בית שמאי מטהרין *Sanguis fœminæ gentilis, ſecundum Scholam Schammai eſt mundus*, licet reſpectu ſputi & urinæ conveniant inter ſe Schola Schammai & Hillel, quia Sapientes ſtatuunt eas habendas eſſe ut ſeminifluos in omnibus rebus, nihilominus tamen ſanguis eſt mundus, nam Sapientes ſanguinem illius mundum eſſe permiſerunt, ut conſtaret immunditiem ſputi obtinere ex inſtitutis Sapientum, quia hic propter urinam & ſputum non comburunt oblationem primam, nec ſacra. דם טהור של מצורעת *ſanguis mundus leproſæ*, licet fontes leproſæ, ut ſputum & urina, ſint patres immunditiei ut ſeminifluus, nihilominus tamen ſanguis illius eſt mundus, quia is non eſt fons, quia requirimus ſimilitudinem ſputi, quod circulariter prodit. כרוקה וכמימי רגליה *ut ſputum & urina*, quia polluunt humida, ſed non ſicca, atque hoc diſcrimen poſitum eſt ratione ſanguinis fœminæ gentilis, qui polluit ex decreto Sapientum, qui decreverunt de mulieribus, quod eæ in omnibus rebus haberi debeant pro ſeminifluis, nam ſi Iſraëlitica ſit fœmina, tum illius ſanguis polluit humida & ſicca, gentilis vero fœminæ ſanguis polluit humida, at non ſicca, ſicuti ſputum & urina quæ non polluunt ſicca; & præterea ſanguis mundus leproſæ, licet ſanguis non fiat fons, tamen habet jus fontis, quia Deus in Lege in genere dixit, לזכר *pro maſculo*, ut includantur fontes illius, & præterea dixit, לנקבה *pro fœmina* ut includantur fontes ejus. Porro quæſiverunt doctores quinam fontes? nam tu ſi dixeris, qui fontes, ii ſunt, reliqui fontes, ut ſputum & urina quæ prodeunt e ſeminifluo, ſicuti Lex dicit Levit. 15, 8. *Et cum conſpuerit ſeminifluus.* Sed reliqui fontes e maſculo conſequuntur, nam cum Lex incluſerit leproſum ratione fontium ipſius, etiam in omnibus fontibus ſuis incluſit leproſam, quia ambo ſimiles ſunt ratione urinæ, ſed ratione ſanguinis differunt, ſed quia Deus ſanguinem illius incluſit, ut is ſit inſtar ſputi & urinæ, dici poteſt quod ſicuti ſputum & urina polluunt humida, & non ſicca, ita quoque ſanguis illius. דם יולדת שלא טבלה *ſanguis puerperæ quæ non lavit ſe*, cujus dies impuri jam tranſierunt a partu, attamen ſe nondum aquis immerſerit. Schola Schammai dicit, eum habendum eſſe pro ſputo, & urina, quæ humida polluunt, & non ſicca, licet ſanguis mundus ſit, nam Lex rem tempori tribuit, quod utique completum eſt, ſed neque propter fontem ſanguis eſt immundus quia non rotunde prodit. Nihilominus tamen Sapientes de puerpera immunditiem decreverunt, quia illa nondum ſe aquis immerſerit, & adhuc immunda eſt, hinc decreverunt poſt ſeptiduum propter ſanguinem qui intra ſeptiduum conſpectus eſt, tamen decreverunr quod illa polluat humida & ſicca ut ante ſeptiduum, cum hoc ſit diſcrimen, quo dignoſci poteſt quod immundities ipſius ſit ex inſtitutione Sapientum. *Schola Hillelis dicit, polluit humida & ſicca*, quia immundities illius ex Lege ſtatuta eſt, dum puerpera ſe nondum laverit, nam Schola Hillelis putat Legem tribuiſſe immunditiem tempori & lotioni, & quando ſe non laverit, tum illius ſanguis poſt ſeptiduum ſe habet ut ante ſeptiduum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in præfatione hujuſce libri, quod gentiles nullatenus polluant ſecundum Legem, ſed Sapientes decreverunt eos pro ſeminifluis habendos eſſe in omnibus rebus. Schola Schammai mundum pronunciat ſanguinem fœminæ gentilis ſecundum jus Legis, & decrevit de eo tanquam de ſputo, & urina, quæ ſemper inveniuntur; & hoc factum eſt ut conſtet immunditiem eorum conſtitutam eſſe ex decreto Sapientum, proinde auctor vult indigitare quod ſanguis menſtruus ſit ut ſputum, & urina. Sputum vero polluit humida, ſed non ſicca, neque eſt ſanguis menſtrui veri, ſed polluit humida & ſicca, ſicuti capite ſexto hujus codicis expoſuimus. Cæterum ſanguis puritatis leproſæ, eſt ſanguis quem vidit mulier puerpera poſt ſeptiduum pro maſculo, at poſt quatuordecim dies pro fœmineo partu, ſi illa ſit leproſa. Ratio vero controverſiæ inter Scholam Schammai atque Hillelis eſt de ſanguine mundo Nazyrææ, quæ prolixe memoratur in Gemara, ſed ob nimiam prolixitatem hic referri nequit. Cæterum ſanguis puerperæ quæ ſe non lavit cujus hic mentio facta eſt, eſt ſanguis quem illa vidit poſt ſeptimanam pro maſculo, vel poſt tredecim dies pro fœmella, ſi puerpera ſe non laverit in nocte octava, vel decima quinta, nam ſi laverit ſe, ſanguis mundus eſt ſecundum Legem, quæ eos vocavit ſanguines puritatis. Sin autem illa ſe non laverit, dixit Schola Hillelis, quod ipſa non ſeparata ſit ab immunditie menſtrui, ſed illius jus ſimile eſt juri ſputi menſtrui, & urinæ, quæ polluunt humida, at non arida. Scias vero quod ſi puerpera peperit dum erat ſeminiflua, id eſt, ſi redierit fluxus, tum illa vocetur puerpera in fluxu, & conſummatio illius fit die ſeptimo pro maſculo, & quarto decimo pro fœmina; poſtea puerpera ſeptem dies puritatis numerabit, ſicuti omnes ſeminifluæ facere ſolent. At vero ſi illa deinceps alium viderit ſanguinem, & ipſa nondum ſe purificaverit nocte octava a diebus puris, tum Schola Schammai atque Hillelis inter ſe diſſentiunt, nam Schola Schammai dicit quod ſeptem dies puritatis perfecti ſunt, & licet non laverit ſe, tamen a fluxu ſeparata ſit. Schola Hillelis dicit, quod puerpera non ſeparata ſit a fluxu, niſi laverit ſe; ſed conveniunt inter ſe de puerpera fluxum patiente, quæ non numeravit ſeptem dies mundos, nec ſe immerſit, ita in Gemara expoſitum eſt.

Sed

Sed conveniunt de ea quæ peperit dum fluxum patiebatur, ſi inter pariendum fluxu laboraret, quæ ſeptem dies puritatis numerare debet antequam purificata ſit, attamen non numeraverit, conveniunt Schammai & Hillel quod illius ſanguis polluat humidum & ſiccum, licet non tranſierint ſeptem dies a partu maſculino, & ſeptuaginta a partu fœmineo, nam ſanguis feminifluæ ſemper eſt in immunditie ex Lege, donec puerpera ſeptem dies mundos numeraverit.

ד המקשה נדה קשתה שלשה ימים בתוך אחד
עשר יום ושפתה מעת לעת וילדה הרי זו יולדת
בזוב דברי רבי אליעזר רבי יהושע אומר לילה ויום
כלילי שבת ויומו ששפתה מן הצער ולא מן הדם :

4. Si quæ menſtrua difficulter pariat, & per triduum intra undecim dies luctata ſit, & quieſcat a tempore in tempus, & tandem pariat, hæc parit in fluxu, ita R. Elieᴢer. R. Jehoſua dicit, nox & dies ſunt ut noctes Sabbati & dies illius, quia illa quieſcit a dolore, & non a ſanguine.

R. OB. DE BARTENORA.

המקשה נדה *Si quæ menſtrua difficulter pariat*, ſenſus eſt, ſi qua mulier difficulter pariat in tempore menſtrui, & illa ſanguinem viderit in dolore partus ſui, tum ipſa ſimilis eſt menſtruæ mulieri, quia Lex ſanguinem parturientis non declaravit mundum, niſi per undecim dies fluxus ipſius, ſed ratione menſtrui Lex ſanguinem parturientis non declaravit mundum. קשתה *luctata ſit*, propter partum trium dierum intra undecim dies fluxus, & illa ſanguinem viderit tres dies continuos. ושפתה *& quieverit*, ſi illa liberata fuerit a doloribus ipſius a tempore in tempus die quarto, & pepererit, tum ſatis conſtat ſanguinem, quem vidit, non veniſſe propter partum, proinde ipſa in fluxu peperiſſe dicitur, at ſi illa prope partum non requieverit, tum omnes ſanguines quos vidit, propter partum vidiſſe dicitur, Lex vero fluxum duntaxat mundum declaravit, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 19. *Si fluat ſanguis illius*, intellige ſanguinem propter ſe fluentem, non propter partum. לילה ויום *nocte & die*, nam ſi illa quieverit in meridie diei tertii, & pepererit in meridie diei quarti, quia quievit de tempore in tempus, tum hoc non dicitur שופי *requies*, niſi quieverit nocte, & die poſt noctem, ſicuti ſunt noctes Sabbati, & ipſius dies; deciſio eſt ſecundum R. Elieᴢer. *Quia requievit ex dolore*, ſenſus eſt, quod diximus eam quieviſſe, id intelligendum eſt ſi quieverit a dolore, licet non quieverit ex ſanguine, tamen requies eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna nititur fundamentis quibuſdam, quæ nos ex parte jam aliquoties expoſuimus, ſed hoc loco in integrum exponemus, ſcias itaque quod ſi mulier ſanguinem viderit per triduum continuum, abſque tempore menſtruo ipſius, tum ipſa feminiflua eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 25. *Et ſi mulieris fluxus per aliquot dies fluxerit abſque menſtruo ipſius*, ubi per ימים *dies*, in numero plurali ſaltem duo intelligi debent, & per רבים *multos*, ſaltem tres. Verum ſi mulier viderit ſanguinem in tempore menſtruo, ſive diem unum, ſive ſeptem viderit, tamen illa duntaxat menſtrua eſt, ſed illa per ſeptiduum duntaxat immunda eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 19. *dies ſeptem illa manebit in menſtruo ſuo*, nocte autem octava ſe abluet, maritoque ſuo licita erit, & munda. Notandum quoque eſt quod Lex Levit. 15, 25. dicat, *vel ſi fluxerit ſuper menſtruo ipſius*, cujus ſenſus eſt quod fluxus conjungatur cum menſtruo, ita ut inter utrumque nulla purificatio facta ſit, ut, ſi fluxus inceperit die octavo ab initio menſtrui, & tres dies continuaverit, illum caſum nos vocamus סמוך לנדתה *prope menſtruum ipſius*. Cæterum Traditione recipimus quod minimum tempus inter ſpatium menſtruum ſit undecim dierum, & hoc eſt quod ubique locorum dicitur, undecim dies inter unum atque alterum menſtruum, traditione recepimus a Moſe in Sinai. Sin autem mulier perfecerit ſex dies menſtrui ſui, & fluxum ſanguinis viderit die undecimo poſt tres dies continuos, tum illa eſt feminiflua. Præterea nobis fundamentum eſt quod ſi mulier ſanguinem viderit tres dies continuos vel plures, propter partum, tum illa eſt munda, licet eum viderit in iſtis undecim diebus; ſed Traditione docetur hoc intelligendum eſſe ſi fluxus ſanguinis ex ſe ortus ſit, & non ex partu. Per מקשה intellige puerperam quando dolores parturiendi eam prehenderint, & ſanguis prodierit; ſunt autem mulieres aliquæ in quibus angores ante partum incipiunt per aliquot dies, aliæ vero ſunt quas duntaxat horas aliquas ante partum apprehendunt dolores. Vox שפתה notat quietem & tranquillitatem ab iſtis doloribus. Porro in hac Miſna dicitur quod ſi conceptum prehenderint dolores, & ſanguis effluxerit, uxor habeatur menſtrua propter iſtum ſanguinem, ea tamen conditione, ſi ſanguis effluxerit in momento menſtrui; at vero ſi ſanguis propter dolores partus prodierit extra tempus menſtrui, tum mulier eſt munda, ita exponitur in Gemara. Si vero ſanguinis fluxus duraverit per tres dies continuos, idque factum fuerit præter tempus menſtrui, videlicet in medio undecim dierum, & poſtea dolores partus per viginti quatuor horas dilati fuerint, tum illa menſtrua appelletur, quia defectu doloris ſcimus quod iſte ſanguis qui effluit ex ipſa, ſit ſanguis menſtruus, qui non prodit ex partu, nam ſi is cauſa partus prodiiſſet, dolores ceſſaſſent donec peperiſſet; ſin autem dolores redierint poſt viginti quatuor horas, & fœmina peperit, tum illa ſimilis eſt puerperæ quæ in fluxu peperit. R. Jehoſua dicit, donec dolores diſſoluti fuerint, tum nox & dies ſimiles ſunt noctibus Sabbati, & illius diei, ſenſus eſt quod nox præcedat diei, nam ſi dolores in puerpera ceſſaverint in principio primi diei, verbi gratia, ſecundum R. Eleazar, ſi ea ſana manſerit uſque ad principium horæ primæ, tum denuo fiet feminiflua, verum ſecundum R. Jehoſuam, donec ſanitas ipſius conſtituta ſit uſque ad principium noctis tertiæ, fluxus redit. Tandem dicitur, *quæ requievit ab afflictione, & non a ſanguine*, ejus dicti ſenſus eſt, quod etiam ſi ab afflictione duntaxat quieverit, remanente ſanguine exiſtimandum eſt ipſam eſſe feminifluam, nam non dicimus quod ab eo tempore quo ſanguis remanſit qui uſque ad partum effluxit, ſit ſanguis qui duntaxat propter fluxum prodiit, & non commovet dolores partus, ſed quod puerpera ita requievit ex afflictione partus, & debilitate virium, ut ea non ſit feminiflua, proinde nos docet doctor ita non eſſe ſenſum. Sed ex quo dolores ceſſarunt per iſtud tempus quod memoratum eſt, novimus quod prior ſanguis prodierit propter ſe, & non propter partum. Sin autem puerpera tres dies ſanguinem viderit intra undecim dies, & poſtea dolores partus ceſſaverint, & ſanguis pro iſto tempore defecerit, id eſt de tempore in tempus, R. Elieᴢer dicit, die & nocte, ſecundum R. Jehoſuam, quia puerpera eſt feminiflua, quod ita notum eſt ut non opus ſit id explicare. Pariter ſi puerpera biduum in doloribus partus verſata ſit, & die tertio requieverit ab afflictione de tempore in tempus, doloreſque abierint remanente ſanguine qui fluebat iſto die quo puerpera doloribus exempta erat, tum ipſa quoque feminiflua habenda eſt, licet ſanguinis effluxus continuet uſque ad partum; deciſio eſt ſecundum R. Eleazar.

ה כמה הוא (ס"א) קשויה רבי מאיר אומר אפילו
ארבעים (ס"א) וחמשים יום רבי יהודה אומר דיה
חדשה רבי יוסי ורבי שמעון אומרים אין קישוי יותר
משתי שבתות :

5. Quamdiu durare poteſt angor partus? R. Meir dicit, quadraginta vel quinquaginta dies. R. Jehuda dicit, menſis ei ſufficit. R. Joſe & R. Simeon dicunt, angor partus non ultra duas ſeptimanas durat.

R. OB. DE BARTENORA.

כמה הוא קשויה *Quamdiu durare poteſt dolor partus?* nam puerpera non exiſtimanda eſt ſeminiflua ob omnes iſtos ſanguines quos illa vidit. *Licet quadraginta vel quinquaginta dies*, ſi illa non quieverit prope partum, tum iſta non incidit in fluxum, proinde non parit in fluxu. דיה חדשה *ſufficit ipſi menſis*, unus ei ſufficit menſis poſtquam dolor partus purificatus eſt, id eſt nonus menſis; at ſi illa triduum in partu laboraverit intra undecim dies fluxus in menſe octavo, imo licet illa dolores ſenſerit per integros novem menſes, tamen ipſa in fluxu peperiſſe exiſtimatur propter tres dies octavi menſis. אין קישוי יותר משתי שבתות *dolor partus non diutius quam duas ſeptimanas durat*, nam ſi mulier laboraverit & ſanguinem viderit triduum ante duas ſeptimanas, & poſtea in labore iſto omnes ſeptimanæ tranſierint, tum iſta mulier eſt puerpera in fluxu propter triduum ante duas ſeptimanas; deciſio eſt ſecundum R. Joſen & ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quærit auctor quamdiu parturiendi angores durare poſſunt, etenim ſi ſanguis jugiter fluat per longum temporis ſpatium, & duraverit uſque ad partum, quæritur quam longum ſit iſtud tempus, ſi ſanguinis fluxus continuet cum doloribus partus, ut iſte ſanguis propter partum & non ob menſtruum prodiiſſe cenſendus ſit, poſtquam dolores partus deſierunt, ſed puerpera ſe nondum diſpoſuerit; ad hoc reſpondet R. Joſe, quod pro partu ad ſummum quatuordecim dies recenſere poſſumus, at ſi doloris & ſanguinis fluxus apprehenderint puerperam ante partum per duos dies verbi gratia, & dolores per integrum biduum continuaverint, & illa ſe nullo modo diſpoſuerit, tum ipſa eſt ſeminiflua, & in fluxu peperiſſe exiſtimatur, etenim quicquid illa de ſanguine viderit per ſex dies ante duas ſeptimanas partui proximas, id non prodiit propter partum; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ו המקשה בתוך שמונים של נקבה כל דמים שהיא רואה טהורים עד שיצא הולד ורבי אליעזר מטמא אמרו לו לרבי אליעזר ומה במקום שהחמיר בדם השופי הקל בדם הקושי מקום שהקל בדם השופי אינו דין שנקל בדם הקושי אמר להן דיו לבא מן הדין להיות כנדון ממה הקל עליה מטומאת זיבה אבל טמאה טמאת נדה :

6. Si quæ laboraverit intra octoginta dies partus fœminei, tum omnes ſanguines quos illa viderit, mundi ſunt, donec prodierit proles. R. Eliezer eos dicit immundos. Dixerunt R. Eliezeri, quare in loco ubi aggravavit in ſanguine quietis, allevavit in ſanguine difficultatis, ubi allevavit in ſanguine quietis, non ibi fas eſt allevare in ſanguine difficultatis? reſpondit iis, jus quod ex jure ſequitur ſimile eſt ei e quo id judicatum eſt, ex eo quod allevavit de ipſa ex immunditie fluxus, ſed immunda eſt immunditie menſtrua.

R. OB. DE BARTENORA.

המקשה בתוך שמונים של נקבה *Si quæ parturiendo laboraverit intra octoginta dies*, ut, ſi ea cum viro rem habuerit poſt decimum quartum diem a partu, atque ipſa gravida facta abortiverit intra octoginta dies. *Omnes ſanguines quos illa vidit, ſunt mundi*, nam omnis ſanguis interior ſanguis eſt mundus. *R. Eliezer eos dixit immundos*, nam cum iſte ſanguis prodierit difficultate partus, proinde non eſt mundus, niſi propter fœtum qui eſt in utero; ſeminifluam vero Lex mundam pronunciavit ratione difficultatis partus, ſed non ratione fluxus menſtrui. שהחמיר בדם השופי *quo aggravavit in ſanguine quiete fluentis*, ſicuti reliquæ puerperæ quæ ter ſanguinem quiete fluentem vident, tali in ſtatu ſi ea pepererit, tum ipſa eſt puerpera in fluxu. *Allevavit in ſanguine difficilis partus*, ut ea munda ſit a fluxu ſuo. מקום שהקל בדם השופי *ubi allevavit in ſanguine quietis*, quia mundus ſit ab omni immunditie, imo etiam a fluxu menſtruo. דיו לבא מן הדין *ſufficit ei quod e jure proveniat*, ut, ſi ſit ſanguis quietus intra dies octoginta, vos enim rem docetis a doloribus ſimplicibus; דיו להיות כנדון *ſufficit ei ut ſit ſicuti id e quo judicatum eſt*, ut ſanguis quietus ſimpliciter, videlicet ſicuti ſanguis quietus ſimpliciter immundus eſt in menſtrua, ita quoque ſanguis in difficultate partus prodiens intra octoginta dies, eſt immundus in menſtrua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod puerpera quæ fœmellam peperit poſt quatuordecim dies, forſan munda eſſe poſſit, & abortire in medio octoginta dierum. *Locus quo aggravavit in ſanguine quietis*, eſt undecimus dies inter unum atque alterum menſtruum, quæ ſuperius expoſita ſunt, nam ſi puerpera in iſtis diebus viderit ſanguinem abſque cauſa partus per triduum, tum ſeminiflua eſt; at ſi ipſa in iſtis diebus viderit ſanguinem difficultatis partus, tum munda eſt, ſicuti ſuperius expoſitum eſt. *In loco in quo allevavit in ſanguine quietis*, puta ſexaginta & ſex dies a partu fœmineo, in quibus ſi puerpera viderit ſanguinem, tum ſanguis iſte eſt mundus, licet is per ſe effluat. *Nonne fas eſt ut allevemus in ſanguine difficultatis*, ut ſanguis iſte quoque mundus ſit. Sed nos jam expoſuimus quod דם השופי *ſanguis quietis* dicatur iſte ſanguis qui abſque ullo dolore & angore effluit, at דם הקושי *ſanguis difficultatis*, eſt ſanguis qui cum dolore & angore effluit. Dixit R. Eliezer, דיו לבא מן הדין להיות כנדון *ſufficit ei quod conſequitur e jure ut ſit ſicuti id e quo judicatur*, ut, ſi puerpera pepererit cum difficultate extra dies puritatis, tum menſtrua eſt, & iſte difficultatis ſanguis pro menſtruo habendus eſt, imo licet ipſa intra dies puritatis cum partu laboraverit. Sed nos jam explicuimus capite ſecundo codicis primi de Damnis, quod nemo contradicat huic fundamento, *ſufficit ei quod conſequitur e jure ut ſit ſicuti id e quod judicatum eſt.* Cæterum ſententia R. Eleazaris de illa quæ dolores partus ſentit dum menſtrua eſt, non ſpectat fœminam, quia ſuperius jam expoſuimus eam quæ dolores partis ſentit dum menſtrua eſt duntaxat, eſſe menſtruam. At vero ſi illa intra undecim dies dolores ſenſerit, tum ipſa eſt munda, & licet immunditiem menſtruam habeat, tamen non ſpectat ad ipſam, proinde quoque munda eſt, & ſanguines ipſius mundi ſunt. Si illa dolores partus ſenſerit in diebus puritatis a partu fœmineo, tum id quod conſequitur e jure ſit ſicuti id e quo judicatum eſt, ſecundum ſententiam R. Eliezeris, dicentis, illam eſſe menſtruam ſi dolores partus ſenſerit intra undecim dies, & immundam eſſe immunditie menſtrua, ſi illa dolores ſenſerit intra octoginta dies a partu fœmineo; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ז כל אחד עשר יום בחזקת טהרה ישבה לה ולא בדקת שגגה נאנסה הזידה ולא בדקה טהורה הגיע שעת וסתה ולא בדקה הרי זו טמאה רבי מאיר אומר אם

7. Per integros undecim dies illa verſatur in exiſtimatione puritatis, ſi illa neglexerit & non viſitaverit ſe, vel ſi ea erraverit, coacta fuerit, vel arroganter egerit, neque viſitaverit ſe, munda eſt. Si advenerit tempus acceſſus menſtrui, & illa ſe non

אם היתה במחבא והגיע שעת וסתה ולא בדקה הרי זו טהורה מפני שחרדה מסלקת את הדמים אבל ימי הזב והזבה ושומרת יום כנגד יום הרי אלו בחזקת טומאה :

non viſitaverit, tum immunda eſt. R. Meir dicit, ſi illa ſit in ſpelunca, & advenerit tempus acceſſus menſtrui, & non viſitaverit ſe, tum munda eſt, quia terror efficit ut ſanguis ceſſet. Sed in diebus ſeminiflui & ſeminifluæ, & illius quæ obſervat de die in diem, pro immundis habentur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל אחד עשר יום *Per omnes undecim dies*, poſt ſeptem dies purificationis; *verſatur in exiſtimatione puritatis*, & non tenetur ſe viſitare, nam traditione a Moſe in Sinai accepimus quod inter unum atque alterum menſtruum non pauciores quam undecim intercedant dies. ישבה ולא בדקה *tardaverit, at ipſa non viſitaverit ſe*; huic Miſnæ quædam deſunt quæ hoc ſenſu ſupplenda ſunt, in diebus menſtruis illa ſe viſitare debet, ſi tardaverit & non viſitaverit ſe, vel erraverit, vel vi coacta fuerit, vel arroganter egerit, & ſe non viſitaverit, munda eſt.

הגיעה שעת וסתה ולא בדקה *Si advenerit tempus acceſſus menſtrui, & illa ſe non viſitaverit*, licet ipſa deinceps ſe viſitaverit, & mundam ſeipſam invenerit, tamen immunda eſt, quia tempore menſtruo ſe non viſitaverat, quia acceſſus menſtruus certo tempore ſolet venire. במחבא *in ſpelunca*, propter latrones, vel propter exercitum qui ad urbem venit; deciſio non eſt ſecundum R. Meir. *Sed dies ſeminiflui & ſeminifluæ*, ſeptem dies mundi ſunt, quos enumerare debent.

ושומרת יום כנגד יום *Et obſervans de die in diem*, ut, ſi quæ unum duoſve dies viderit ſanguinem in diebus fluxus ipſius, unum tantum diem enumerat in puritate, & immergit ſe aquis ad veſperam, & tum munda eſt ſuo marito. הרי אלו בחזקת טומאה *ecce hi ſunt in exiſtimatione immunditiei*, cum fons illius apertus fuerit, & hodie ſanguinem viderit, licet intra undecim dies id factum ſit, tamen poſtridie illa verſatur in exiſtimatione immunditiei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi undecim dies quorum Miſna meminit, ſunt iſti undecim dies qui inter unum atque alterum menſtruum tranſeunt, ſicuti traditione accepimus a Moſe in Sinai. Cæterum quando dicitur, quod puerpera diebus iſtis verſetur in exiſtimatione puritatis, ſenſus eſt quod ea non habeat acceſſus menſtrui fixum tempus in hiſce undecim diebus, quia inter unum atque alterum menſtruum brevius eſt tempus; ſed poſt undecim dies fieri poteſt ut acceſſus menſtruus abſorbeatur, proinde fœmina ſe jugiter viſitare debet poſt undecim dies, licet hoc fiat extra conſuetum tempus, ſicuti ſuperius diximus, ſufficit ipſis tempus ſuum, tamen hæc ſe viſitare debet. ואם ישבה ולא בדקה *& ſi tardaverit, & illa ſe non viſitaverit*, videlicet poſt undecim dies, ſive fœmina intermiſerit viſitationem vi coacta, ſive errore quodam, vel ex arrogantia, tum ipſa eſt munda. At vero ſi menſtrui acceſſus tempus advenerit, & fœmina ſe non viſitaverit, ſed poſtea demum, licet tum ſe invenerit mundam, tamen immunda eſt & in opinione menſtruæ verſatur, quia ſe ipſam non viſitavit in tempore acceſſus menſtrui. Cæterum tu jam noſti quod ſeminifluus & ſeminiflua enumerare debent ſeptem dies puritatis, & poſtea mundos eſſe, atque hi ſeptem dies vocantur *dies ſeminiflui & ſeminifluæ*. Præterea jam expoſuimus quod mulier non ſit menſtrua, nec ſeptem dies puros enumerare teneatur, niſi donec ſanguinem conſpexerit tres dies continuos, abſque tempore ipſius menſtruo, & hæc fœmina vocatur זבה גדולה *ſeminiflua magna*. Sin autem ipſa viderit ſanguinem extra tempus ipſius menſtruum in principio diei, tum illa iſto die immunda eſt, & relinquitur obſervandum an die poſtero redeat ſanguis, quo die ſi illa non viderit ſanguinem, immergat ſe aquis & marito ſuo licita ſit, ac munda. Si vero illa viderit ſanguinem die ſecundo, etiam die tertio debet obſervare, at ſi perfectus ſit fluxus, ita ut nihil ſanguinis viderit, tum ipſa eſt munda, & marito ſuo licita. Verum ſi illa die tertio viderit ſanguinem, tum illa eſt ſeminiflua magna, & ſeptem dies enumerare debet, & in iſtis diebus illa vocatur שומרת יום כנגד יום *obſervans de die in diem*, & vocatur quoque זבה קטנה *ſeminiflua parva*. Cæterum nos jam aliquoties expoſuimus quod ea quæ de die in diem obſervat, ſit prohibita marito ſuo, & polluat ſedendo & cubando, ut ſeminiflua, ſed illa non tenetur ſeptem dies enumerare, ut ſeminiflua magna, neque ſacrificium offerre tenetur. Porro dicit auctor quod ſi ſeminifluus & ſeminiflua quotidie ſe non viſitaverint in iſtis ſeptem diebus, licet poſtea ſe viſitaverint, & ſe mundos deprehenderint, & ſic etiam illa quæ de die in diem obſervat, ſi ipſa ſe non viſitaverit die ſecundo, & primo die duntaxat viderit ſanguinem, vel die tertio non viſitaverit ſe, ſi die ſecundo quoque vidiſſet, licet poſtea ſe viſitaverit, & mundam ſe deprehenderit, hiſce in caſibus hi homines modo memorati verſantur in exiſtimatione immunditiei, quia jam immunditiei alligati erant, quæ ipſis non ablata fuit; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

פרק ה יוצא דופן אין יושבין עליו ימי טומאה וימי טהרה ואין חייבין עליו קרבן רבי שמעון אומר הרי זה כילוד כל הנשים מיטמאות בבית החיצון שנאמר דם יהיה זובה בבשרה אבל הזב ובעל קרי אינן מיטמאין עד שתצא טומאתן לחוץ :

Caput 5. Propter fœtum qui per latera ventris prodiit, non ſedent dies immunditiei, nec dies munditiei, nec propter ipſum tenentur ad ſacrificium. R. Schimeon dicit, hic eſt inſtar nati. Omnes fœminæ polluunt in domo exteriori, ſicuti Lex dicit Levit. 15, 10. *Sanguis fluet in carne ipſius.* Sed ſeminifluus & is cui caſus accidit, non polluunt niſi donec immunditiеs eorum prodierit foras.

R. OB. DE BARTENORA.

היוצא דופן *Qui per latera prodierit*, ſi fœtus in lucem prodierit per latera ventris matris ſuæ ope aromatum quorumdam diffiſſa, & poſtea denuo ſanata. Tum puerpera ob talem fœtum non ſedet dies impuritatis ſuæ, qui ſeptem ſunt pro partu maſculino, & ſeptuaginta pro partu fœmineo; neque dies puritatis ſedet, quia illa non habet ſanguinem. ואין חייבין עליו קרבן *neque tenentur propter ipſum ad ſacrificium*, ad ſacrificium puerperæ, ſicuti Lex præſcribit Levit. 12, 2. *Si mulier ſemen emittendo pepererit*, quod intelligendum eſt ſi ipſa pepererit e loco qui ſemen producit. *R. Simeon dicit, hic ſimilis eſt nato*, is enim putat ex eo quod Lex dicit loco

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sapientes dicunt, quando Lex dicit Levit. 12, 12. *ſi mulier ſemen emiſerit & pepererit maſculum*, id intelligendum eſt ſi ea pepererit e loco ſemen producente. R. Simeon dicit, quum Lex dicit, *ſi pepererit*, excipitur fœtus qui per latera ventris prodierit, id eſt ſi lumbi mulieris adempti fuerint, quia fœtus prodire nolebat, ita ut embryo per lumbos prodierit. בית החיצון *domus exterior*, ita denominatur locus qui incipit a collo matricis, per quod ſtylus maſculus introducitur in interiora fœminæ; ſi ita ſanguis prodierit e loco ad quem caput ſtyli maſculi pervenit, tum fœmina eſt immunda, etſi ſanguis non evaſerit, neque foras pro-

loco modo citato, *& ſi ea pepererit fœminam*, includendum eſſe fœtum qui per latera ventris prodiit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. כל הנשים מטמאות בבית החיצון *omnes fœminæ polluunt in domo exteriori*, fluxu menſtruo polluunt ex quo ſanguis e fonte exierit, & ad domum exteriorem pervenerit, licet parietes matricis ſanguinem continuerint, ita ut non prodierit foras, ſicuti Lex dicit Levit. 15, 19. *Quando ſanguis fluxus eſt in carne ipſius*, unde conſtat, quod fluxus menſtruus polluat, licet ſanguis adhuc ſit in carne. *Domus exterior* hic vocatur in qua membrum virile triturat dum id intromiſſum eſt. *Non polluunt*, donec foras prodierit immundities earum, quia Lex de ſeminifluo dicit, *ſi ſeminifluus ſit e carne ſua*, ergo donec fluxus extra corpus prodierit; & de eo qui inter ſomniandum emiſit ſemen, Lex dicit, *e quo exierit ſemen concubitus*.

prodierit, propterea dixerunt eſſe quendam domus exterioris parietem גדר בית החיצון dictum, in quo loco ſemen triturare dicitur dum immittitur. Porro dicit Lex de ſeminifluo Levit. 15, 2. *Quando is ſit ſeminifluus e carne ſua*, cujus ſenſus eſt, quod immundities e carne ipſius prodierit. Et de בעל קרי ſive de eo qui in ſomniando ſemen emiſerit, dicit Lex Levit. 13, 16. *Et ſi e viro prodierit ſemen concubitus*, ergo vir immundus eſt donec ſemen a corpore ipſius ſeparatum fuerit; deciſio eſt juxta R. Simeon.

ב היה אוכל בתרומה והרגיש שנזדעזעו אבריו אוחז באמה ובולע את התרומה ומטמאים בכל שהוא אפילו כעין החרדל ובפחות מכן :

2. Si alicui inter eſum de oblatione prima ſemen concubitus velit effluere, & prehenderit membrum virile, ac inglutiverit oblationem primam, tum polluunt in quantulacunque copia, etiam in copia ſinapi, & minori.

R. OB. DE BARTENORA.

שנזדעזעו אבריו *Cujus membra commota ſunt*, e cujus corpore prodiit ſemen concubitus. *Prehendat virile membrum*, licet is qui apprehenderit membrum virile, & minxerit, aſſimiletur ei qui diluvium immundum introducit, hic tamen ubi ſemen concubitus jam emiſſum eſt, denuo non intrat corpus, ſed inflammatur ſtatim magis iſto in tempore. *Polluunt*, nempe fluxus ſeminis, & ſemen concubitus in quantulacunque copia polluunt hominem e quo prodierint, ſed qui tetigerit ea, is non pollutus eſt niſi donec tetigerit copiam lentis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conceſſerunt ei ut membrum virile prehendat, quia ſemen jam emiſit, & non perrexit hac cogitatione. Porro dicit, *& polluit in quantulacunque copia*, nempe ſemen concubitus, vel fluxus ſanguis, quia ſeminifluus & is qui nolens ſemen emiſit, polluti ſunt dummodo quantulacunque copia exeat; qui vero ſemen concubitus tetigerit vel in copia lentis, is immundus eſt, ſicuti expoſuimus.

ג תנוקת בת יום אחד מיטמאה בנדה בת עשרה ימים מיטמאה בזיבה תנוק בן יום אחד מיטמא בזבה ומיטמא בנגעים ומיטמא בטמא מת וזוקק ליבום ופוטר מן היבום ומאכיל בתרומה ופוסל מן התרומה ונוחל ומנחיל וההורגו חייב והרי הוא לאביו ולאמו וכל קרוביו כחתן שלם :

3. Parvula unius diei polluitur menſtruo, filia decem dierum polluitur fluxu. Parvulus diei unius polluitur fluxu, lepra, atque eo qui mortuo pollutus eſt; & alligatus eſt officio leviri, & liberat ab officio leviri, eſum oblationis primæ efficit, & ejuſdem eſum reprobum reddit, hæreditatem adit & aliis dat facultatem adeundi hæreditatem, & qui occiderit eum, is tenetur. Patri vero matrique & omnibus propinquis ſuis is eſt ut perfectus ſponſus.

R. OB. DE BARTENORA.

מיטמאה בנדה *Polluta eſt menſtruo*, ſi ea viderit ſanguinem. *Filiola decem dierum polluitur fluxu*, ſi illa tres dies continuos viderit fluxum poſt ſeptiduum, nam omnis ſanguis quem illa viderit intra ſeptiduum, eſt ſanguis menſtruus, proinde ipſa fluxu nequit pollui, ut fiat ſeminiflua magna, niſi donec decem dies nata ſit. תינוק בן יום אחד מיטמא בזיבה *parvulus unius diei polluitur fluxu*, quia Lex de ſeminifluo dicit, איש איש כי יהיה זב *vir vir ſi ſit ſeminifluus*, hinc colligitur quod parvulus unius diei polluatur fluxu. *Et polluitur plagis lepræ*, quia Lex de plagis lepræ dicit, *ſi in hominis pelle carnis ſit plaga* &c. at unius diei infans eſt homo, quia vox אדם in genere notat omnem qui formam hominis habet.

ומיטמא בטמא מת *Et polluitur eo qui mortuo pollutus eſt*, quia Lex dicit Num. 19, 18. ועל הנפשות אשר היו שם intelligatur ergo anima quantulacunque. וזוקק ליבום *& alligatus eſt leviratui*, ſi infans unum diem ante obitum fratris ſui natus ſit, at ſi poſt fratrem ſuum natus ſit, tum non adſtringitur ad leviratum, quia Lex de leviratu dicit, *ſi conſederint fratres ſimul*, ergo unam habitationem habere debent.

ופוטר מן היבום *Et liberat a leviratu*, ſi filiolus poſt obitum patris natus fuerit, & unam horam duntaxat vixerit, & deinceps obierit, ſed quum filiolus adhuc in ventre matris eſt, tamdiu ipſa illicita ad conjugium. ומאכיל בתרומה *& eſum oblationis primæ efficit*, ſi filia Iſraëlitæ nupta ſit ſacerdoti, & deinceps obierit, ſed poſt obitum ipſius natus fuerit

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si ſit unius diei filia, & menſtruum redeat, atque ſanguis prodierit ex ipſa in die nativitatis, fieri enim poteſt ut filia decem dierum ſit ſeminiflua, ut, ſi viderit tres dies ſanguinem poſt ſeptem dies a menſtruo, nam per omnes ſeptem dies viſionis ipſius non fuit in ipſa fluxus, ſicuti expoſuimus, nec fluxus effluxit niſi abſque tempore menſtruo ipſius; ſed hæc judicia omnia traditione recepta ſunt, & in Lege non indicata ſunt, ſed ut probabilia recepta. Porro dicit auctor, *& liberat ab officio leviri*, nam ſi triginta dies tranſierint, ſicuti expoſitum eſt in codice de Leviratu, mater illius liberata eſt a calceo extrahendo, & a conjugio leviratus; at vero ſi filiola obierit intra triginta dies, tum mater diſcalceare debet, ſed libera eſt a conjugio leviri. Cæterum jam vere oſtenſum eſt quod vel a primo die nativitatis filiolæ mater libera ſit a conjugio leviratus. *Et reprobat oblationem primam*, ſenſus non eſt quod ea ſit filia ſacerdotalis, quæ non habet filium unius diei ex Iſraëlita, tum enim ei non licet comedere de oblatione prima, quia in codice de Leviratu jam oſtenſum eſt quod unius diei filiolus reprobare poſſit reſpectu oblationis primæ; verum ſcopus eſt filiolam famulos patris ſui reprobos reddere ne ab oblatione prima comedere poſſint, ut, ſi ſacerdos duas habeat uxores quarum una ad ſacerdotium apta eſt, e qua liberos ſuſcepit, altera vero ad ſacerdotium inepta, e qua unius diei filiolum ſuſcepit qui erat profanus, & poſtea obierit hic ſacerdos relinquens aliquot famulos, & filius profanus commixtus fuerit cum fratribus ſuis ad ſacerdotium aptis,

rit filius, tum mater eo ipſo die quo natus eſt, de oblatione prima comedere poteſt, ſicuti Lex dicit Levit. 22, 11. *Et nati in domo ipſius comedent de pane ipſius*, ubi nos verbum יאכלו interpretamur per יאכילו cujus ſenſus eſt quod ii matribus ſuis edendi de oblatione prima poteſtatem efficiant, ſi vero ſacerdos uxorem reliquerit gravidam, tum non comedit mater propter fœtum, niſi donec natus ſit.

ופוסל מן התרומה *Et reprobum reddit reſpectu oblationis primæ*, ut, ſi ſacerdos duas habeat uxores, quarum unam duxerat repudiatam, alteram vero legitimam, tum ſi is liberos ſuſceperit e non repudiata, ſervi qui ipſis in hæreditatem contigerunt, comedere poſſunt de oblatione prima propter fœminas, ſicuti Lex dicit Levit. 22, 11. *Et ſacerdos ſi acquiſiverit animam acquiſitione argenti ſui, ea comedat de ipſo, & natus domus ipſius, ii comedant de pane ipſius.* Porro ſi hic ſacerdos filium unius diei ſuſceperit e repudiata uxore, qui profanus eſt, tum is inter ſervos recenſendus eſt, atque omnes ad oblationem comedendam reprobos reddit, quia non recte conſtat cuinam ex iis illius portio cedat; ſed hoc duntaxat de filio unius diei intelligi debet, qui aptus eſt ut hæreditatem adeat; ſed quum fœtus nondum natus eſt, tum omnes comedunt de oblatione prima, quia fœtui nulla eſt excellentia. נוחל ומנחיל *hæreditatem adit & aliis hæreditatem adeundi copiam facit*, matris ſuæ hæreditatem adit, ſi illa obierit eo die quo is natus eſt, ſi vero is ipſe obierit, tum fratres ipſius a parte patris adeunt hæreditatem ipſius quam a matre conſecutus eſt. Sed embryo in ventre matris ſuæ, ſi obierit mater, non adit hæreditatem matris ſuæ, nec fratribus ſuis a parte patris hæreditatem maternam adeundi copiam facit, quia is obiit ante matrem ſuam, at nullus embryo in matrice adit hæreditatem matris ſuæ, ut fratribus ſuis a parte patris denuo jus ad hæreditatem acquirat. וההורגו חייב *& qui occiderit ipſum*, *is tenetur*, ſicuti Lex præcipit Levit. 24, 17. *Et quiſquis occiderit animam hominis, is morietur.* כחתן שלם *ut ſponſus perfectus*, ob quem lugere debent proximi conſanguinei; ſed hæc intelligenda ſunt ſi conſtiterit quod menſes ipſius in utero materno completi ſunt, at vero ſi nondum completi ſint novem menſes, tum non tenentur ipſum lugere, niſi donec triginta & unum diem natus fuerit.

tis, tum famuli ad oblationem primam edendam inepti facti ſunt, propter portionem filii profani, qui edendi copiam facere nequit, quia unius diei filius eſt. At vero quamdiu adhuc embryo eſt, tamdiu ſervi comedere poſſunt de oblatione prima propter alios filios legitimos ad ſacerdotium, donec hicce filius profanus natus fuerit, etenim nobis fundamentum eſt, quod embryo nullam hæreditatem conſequi poſſit. Porro dicit auctor, *hæreditatem adit, & aliis hæreditatem adeundi facultatem dat*, is nempe matris ſuæ hæreditatem adit, & fratribus ſuis a parte patris acquirit jus hæreditatem adeundi, verbi gratia, ſi obierit mater eo die quo is naſcebatur, tum is hæreditatem matris conſequitur, & ſi ipſe quoque deinceps die nativitatis ſuæ moriatur, tum fratres ipſius a parte patris adeunt ipſius hæreditatem, ita ut hæreditas ab hoc filio ad fratres ejus a parte patris uno die transferatur. כחתן שלם *ut ſponſus perfectus*, ſenſus eſt, quod huncce filiolum lugere tenentur ut ſponſum, dummodo recte conſtiterit quod novem menſes integros natus ſit, at vero ſi nec matri nec patri id certo conſtiterit, tum non tenentur ipſum lugere, niſi donec triginta dies completi fuerint, quia nobis hypotheſis eſt, quod fœtus intra triginta dies pro abortu habendus ſit; cæterum ſi menſes ipſius completi fuerint, ſicuti jam expoſuimus, imo licet fœtus ipſo die triceſimo mortuus fuerit, tamen eum non tenentur lugere.

ד בת שלש שנים ויום אחד מתקדשת בביאה ואם בא עליה יבם קנאה וחייבין עליה משום אשת איש ומטמאה את בועלה לטמא משכב תחתון כעליון נשאת לכהן תאכל בתרומה בא עליה אחד מן הפסולין פסלה מן הכהונה בא עליה אחד מכל העריות האמורות בתורה מומתין על ידה (ס"א) והיא פטורה פחות מכן כנותן אצבע בעין:

4. Filia triennis & unius diei deſponderi poteſt concubitu, & ſi ad eam levir acceſſerit, tum cognominavit eam, & alii de ipſa tenentur nomine uxoris viri. Porro ipſa polluit maritum ſuum, ut cubile inferius polluatur ut ſuperius. Si ipſa nupſerit ſacerdoti, tum comedat de oblatione prima; ſi nonnemo reprobus cum ipſa rem habuerit, tum ipſam reprobam reddidit ad ſacerdotium. Si quis ex inceſtuoſis cum ipſa congreſſus fuerit, quorum meminit Lex, is interficiatur dicto ipſius, ipſa vero immunis eſt. Si ipſa junior ſit, tum ipſa eſt ut is qui digitum imponit oculo.

R. OB. DE BARTENORA.

מתקדשת בביאה *Deſpondetur concubitu*, ſi pater ipſius eum in finem conceſſerit ipſam. *Si ad eam ingreſſus fuerit levir, tum cognominavit ipſam*, ut vocetur uxor ipſius in omnibus, hæreditatem ipſius conſequitur, polluitur ipſa, & bona fratrum ipſius acquirere poteſt. וחייבין עליה משום אשת איש & *tenentur de illa propter uxorem viri*, ſi pater ipſius a quoquam viro receperit ſponſalia, & alius quiſpiam cum ipſa rem habuerit, moriatur, quia iſte concubitus pro vero concubitu habendus eſt. ומטמא את בועלה *& polluit maritum ſuum*, ſi illa ſit ſeminiflua; at ſi ipſa non triennium & unum diem nata ſit, tum non polluit eum qui cum ipſa rem habuit, licet tactu polluat, ſicuti is qui cum menſtrua rem habuit, polluitur per ſeptiduum, ſed ipſa polluit tactu, quæ pollutio durat uſque ad veſperam. *Cubile inferius*, ſub illo qui cum menſtrua rem habuit, *ut cubile ſuperius*, ſuper ſeminifluo, quod cibos potuſque polluit, at non hominem, nec vaſa. *Unus e reprobis*, cujuſmodi ſunt peregrinus, ſervus, Nethinæus, ſpurius, vel profanus. *Reprobam reddidit eam*, ab oblatione prima patris ſui, ſi illa ſit ſacerdotis filia. *Si quis inceſtuoſus cum ipſa rem habuerit*, ut pater illius, vel ſocer illius. *Ipſa vero immunis eſt*, quia minorennis eſt quæ nondum pœnas meretur. *Ut is qui digitum oculo imponit*, quia oculus lachrymas emittit & redit in priſtinum ſtatum, ita virginitas hujuſce filiolæ ſtupratæ redit in priſtinum ſtatum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt, hypotheſis enim quæ hæc comprehendit, jam a nobis dicta eſt, videlicet quod triennium & unum diem nata filia a viro concubitum admittere poſſit, ſicuti traditione recepimus a Moſe in Sinai; at ſi illa nondum tres annos unumque diem nata ſit, tum ſi quis cum ipſa concubuerit, concubitus iſte non habetur pro vero concubitu, ſed hæc in multis locis dicta ſunt. Senſus vero illius quod auctor dicit, אצבע בעין *digitus in oculo*, eſt qui per momentum lachrymam emittit & poſtea redit ad negotium ſuum; ſic etiam hæc filiola nondum tres annos nata, ſi illa ſtuprata ſit, virginitas redit, perinde ac ſi illa nullo modo ſtuprata eſſet.

ה בן תשע שנים ויום אחד שבא על יבמתו קנאה ואינו נותן גט עד שיגדיל ומיטמא בנדה לטמא משכב

5. Filius novem annorum & unius diei ſi cum fratria ſua rem habuerit, cognominavit eam, ſed eam nequit repudiare priuſquam adoleverit; porro is polluitur men-

משכב תחתון כעליון ופוסל ואינו מאכיל בתרומה ופוסל את הבהמה מעל גבי המזבח ונסקלת על ידו ואם בא על אחת מכל העריות האמורות בתורה מומתים על ידו והוא פטור :

menſtruo, ut polluat cubile inferius ut ſuperius, ac reprobat. Sed oblationis primæ eſum efficere nequit pro aliis. Pecora reprobare poteſt ab altari, ut lapidibus obruantur propter ipſum, ſi vero coiverit cum aliqua ex inceſtuoſis in Lege dictis, interficiantur propter ipſum, is vero immunis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שבא על יבמתו קנאה *Si ingreſſus ſit in fratriam ſuam, cognominavit eam*, & fratris illius bona adire poteſt, licet minorennis non habeat acquiſitionem, hic tamen res ſe aliter habet, quia e cœlo acquiſivit eam, id eſt ex Lege Dei. *Neque ei divortium dat antequam adoleverit*, ſi eam velit repudiare, quia patris ipſius ſponſalia ſunt perfecta ſponſalia, ſed hujus filioli divortia non ſunt divortia perfecta. Sed quando cum ipſa rem habuerit poſtquam adolevit, duntaxat ipſam repudiare poteſt, at ſi fratriam non ſtupraverit poſtquam adoleverit, tum ei divortium præbere debet, & calceum ut ab ipſa exuatur. ומיטמאה בנדה *& polluitur menſtruo*, ſi is cum ipſa rem habuerit dum menſtruo fluxu laborabat, quia hic concubitus omnino pro concubitu haberi debet. ופוסל *& reprobat*, ut, ſi peregrinus, vel ſervus, vel profanus ſeptem annorum rem habuerit cum filia ſacerdotis, tum profanavit eam, ut de oblatione prima patris comedere nequeat. ואינו מאכיל *& non efficit licentiam comedendi*, ſi is ſit ſacerdotis filius & filiam Iſraëlitæ in uxorem duxerit, tum is uxori ſuæ de oblatione prima comedendi facultatem dare nequit, quia illius acquiſitio non eſt acquiſitio vera, licet is levir ſit, quia iſto concubitu eam ſibi acquiſivit, nihilominus tamen illa de oblatione prima comedere nequit. ופוסל את הבהמה *& reprobat beſtiam*, ſi is cum pecude rem habuerit uno id teſtante teſte; tum pecus iſta propter ipſum lapidibus obruitur, ſi nimirum duo ſint teſtes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſnæ hypotheſis quoque jam expoſita eſt, videlicet, quod ſi novem annorum filius cum fœmina rem habuerit, illius concubitus habeatur pro vero concubitu. Addit auctor, *donec adoleverit*, donec duos ad pudenda pilos acceperit, tumque poſt concubitum eam repudiare poteſt, & liber eſt; at ſi is cum illa non concubuerit ex quo adolevit, tum illa cum divortio dimitti debet, & calcei extractione, ſicuti expoſuimus capite decimo codicis de Leviratu. Si vero hic filius cum menſtrua rem habuerit, tum ſimilis eſt ei qui cum menſtrua rem habuit, & polluit cubile inferius ut ſuperius, ſicuti diximus in principio codicis de Vaſis. *Et reprobat ab oblatione prima*, ſi hic filius ineptus ſit ad ſacerdotium, & ſacerdotalem filiam vitiaverit, tum is hanc conſtituit profanam, & reproba facta eſt ad eſum oblationis primæ. Sin autem ſit filius ſacerdotalis novem annorum & unius diei, & filiam Iſraëlitæ in uxorem duxerit, tum is efficere nequit ut illa de oblatione prima comedat, quia acquiſitio illius non eſt perfecta acquiſitio, ſicuti ſeptimo capite codicis de Leviratu diximus. Si vero is cum pecude rem habuerit, tum reprobavit eam ab altari, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Commutatione; omnes vero qui ſtuprum inceſtus intulerunt, moriantur propter ipſum, is vero immundus eſt, *ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Excidiis, & prolixe capite ſeptimo codicis de Synedriis.*

ו בת אחת עשרה שנה ויום אחד נדריה נבדקין בת שתים עשרה שנה ויום אחד נדריה קיימין ובודקין כל שתים עשרה בן שתים עשרה שנה ויום אחד נדריו נבדקין בן שלש עשרה שנה ויום אחד נדריו קיימין ובודקין כל שלשה עשר קודם לזמן הזה אף על פי שאמרו יודעין אנו לשם מי נדרנו לשם מי הקדשנו אין נדרן נדר ואין הקדשן הקדש לאחר הזמן הזה אף על פי שאמרו אין אנו יודעין לשם מי נדרנו לשם מי הקדשנו נדרן נדר והקדשן הקדש :

6. *Filiæ undecim annorum & diei unius vota examinanda ſunt, filiæ duodecim annorum & diei unius vota confirmata ſunt, ſed examinantur per integrum duodecimum annum. Filii duodecim annorum & unius diei vota examinanda ſunt, filii tredecim annorum & unius diei vota ſunt confirmata, & examinantur tredecimum annum integrum ante hoc tempus, licet dixerint, nos novimus in cujus nomine vovimus, & in cujus nomine conſecravimus, tamen eorum vota non valent, nec conſecratio. Sed poſt hocce tempus, licet dixerint, nos neſcimus in cujus nomine vovimus, vel conſecravimus, tum vota eorum atque conſecratio valent.

R. OB. DE BARTENORA.

נדריה נבדקים *Vota eorum examinantur*, ut conſtet an ſciant in cujus nomine voverint, vel in cujus nomine conſecraverint. *Vota eorum confirmata ſunt*, ſi nempe ad pudenda habeant duos pilos; ſic etiam filii tredecim annorum & diei unius vota ſunt confirmata, quando duo pili conſpiciuntur in pudendis. ובודקין כל שתים עשרה *& inquirunt per integrum duodecimum annum*, nam ſi dixeris quod triginta dies anni habeantur pro toto anno, tum ſi per triginta dies priores anni duodecimi illam examinaverimus & illa neſciverit in cujus nomine vota fecerit, non amplius inquirendum eſſe, & iſtas adoleſcentulas in exiſtimatione parvularum verſari, proinde auctor reſpondet, hic ita ſe rem non habere, ſed per duodecimum integrum annum inquirendum eſſe. *Ante hoc tempus*, ante initium anni duodecimi pro parvula, & ante decimi tertii anni initium pro parvulo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dictum eſt, filiæ duodecim annorum & diei unius, & filii tredecim annorum & diei unius vota eſſe confirmata, id intelligendum eſt ſub iſta conditione, ſi duo pili ad pudenda acceſſerint, ſicuti in aliquot locis codicis de Leviratu expoſuimus, & codicis de Sponſalibus, & tum ii verberibus afficiuntur, propter rebellionem eorum ſi rebelles ſint. At vero ſi illi nondum duos pilos ad pudenda acceperint, tum adhuc parvuli ſunt. Senſus illius quod dicitur, *examinanda ſunt*, eſt, quod ii interrogandi ſunt an naturam votorum recte intelligant, & cuinam illa facta ſint. Quod autem dicitur, *examinant per integrum duodecimum annum, & per integrum tredecimum annum*, id ratione parvuli intelligi debet, quia jam diximus quod triginta dies anni habeantur pro anno integro, hinc nonnemo cogitare potuiſſet, quod ſi per triginta dies examen factum ſit, & compertum ſit quod ii non intelligant, ſufficiat, ad hoc reſpondet auctor ita ſe rem non habere, ſed quod integrum annum duodecimum examinandæ ſint filiæ, filii vero per tredecimum; præterea ſi quis cognoverit cui vovit, tum illius votum eſt ratum, licet parvulus ſit; atque hoc eſt tempus votorum quod ubique intelligendum eſt, ſed anni fœminæ ratione temporis votorum minores ſunt annis maſculi, quia fœminæ non tamdiu vivunt quam viri.

ז משל משלו חכמים באשה פגה בוחל וצמל. פגה עודה תנוקת בוחל אלו ימי נעוריה בזו ובזו אמרו אביה (ס״א) זכאי במציאתה ובמעשה ידיה ובהפרת נדריה צמל כיון שבגרה שוב אין לאביה רשות בה:

7. Sapientes parabolam docuerunt de muliere per groſſulum, ficum matureſcentem, & ficum maturam, groſſulus notat puellam immaturam; ficus matureſcens notat juventutem ipſius, utriuſque vero res inventa & opus manuum cedunt patri, atque etiam diſſolutio votorum. Tandem ea dicitur ficus matura, quia pater in ipſam nullum jus habet ex quo illa virum paſſa eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פגה *Groſſulus*, eſt ficus immatura, videſis Cant. 2, 13. & cum ipſa comparatur puellula quæ nondum mammas, neque pilos habet. בוחל notat fructum qui proxime ad maturitatem accedit; at in lingua Sapientum notat ficus maturas quæ ad decimationem tenentur, ita quoque ſi puella habet exiguas mammas, notum eſt eam habere duos pilos ad pudenda, & נערה *puellam* eſſe. צמל notat per Notaricum יצתה מלאה *exiit plena*, nimirum quando puella in mammis clara virginitatis ſigna habet, & tum בוגרת dicitur. בזו ובזו *in hac & in illa*, licet puella ſit, tamen pater omnia ipſius bona conſequitur, quia Lex dicit Num. 30, 17. בנעוריה בית אביה proinde quicquid illa lucrata fuerit in juventute ſua, id omne cedit patri ipſius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פגה *Groſſulus*, eſt ficus immatura. בוחל notat fructus qui ad maturitatem pervenerunt. צמל notat fructum omnino maturum, eſtque vox compoſita e יצאה & מלאה: ſed nos jam expoſuimus quid ſit קטנה *parvula*, נערה *puella*, & בוגרת *filia adulta*, capite tertio codicis de Sponſalibus.

ח איזהו סימניה רבי יוסי הגלילי אומר משיעלה הקמט תחת הדד רבי עקיבא אומר משיטו הדדים בן עזאי אומר משישחיר הפיטומת רבי יוסי אומר כדי שיהא נותן ידו על העוקץ והוא שוקע ושוהא לחזור:

8. Quænam illius ſunt ſigna? R. Joſe Galilæus dicit, ex quo rugam acceperit ſub mamma. R. Akiba dicit, ex quo inclinaverint mammæ. Filius Azai dicit, ex quo mammæ acumen nigreſcit. R. Joſe dicit, donec manum ſuam petiolo imponere poſſit & is pauliſper concidat antequam redeat.

R. OB. DE BARTENORA.

איזהיא סימניה *Quænam ſunt illius ſigna?* hæc verba ſpectant ad virginem maturam, de qua ſuperiori Miſna actum eſt. קמט *ruga*, quando mammæ accreſcunt, & ſuper pectore aliquo modo duplicantur, tum quaſi ruga aliqua conſpicitur. *Ex quo inclinant mammæ*, tum majores ſunt iſtæ rugæ. פטומת notat caput ſive acumen mammæ, hoc ſenſu dicitur in codice de Tabernaculis capite tertio, נטלה פטמתו *ablatum eſt caput illius*, ſcil. mali citrei. עוקץ quoque notat capitulum mammæ ad quod infans ſugit, quod vero circum עוקץ eſt, id פטומת dicitur; hæc itaque ſigna ſi in puella adſint, tum illa בוגרת vocatur, ſecundum quemque doctorem, & tum pater in ipſam non habet poteſtatem, deciſio eſt ſecundum omnes ad aggravandum, ſed non ad allevandum, nam ſi illa ſe ipſam deſponderit, tum divortium ei præbendum eſt, quia forſan בוגרת eſt; & ſi pater ipſam deſponderit, tum quoque libellus repudii ei dandus eſt, quia illa forſan adhuc נערה eſt, donec omnia illa ſigna in ipſa extiterint, & tum illa pro בוגרת habetur, tam ad aggravandum quam ad allevandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איזו היא סימניה *Quænam ſunt ſigna ejus?* ac ſi dixiſſet quænam ſunt virginitatis ſigna? hæc ſecundum Sapientes duplicia ſunt, videlicet ſuperiora & inferiora, etenim nos jam aliquoties expoſuimus quod ſi puella duo ad pudenda habuerit ſigna poſt duodecim annos, & unum diem, vocetur נערה, ſed poſt ſex menſes quibus illa duos pilos accepit, vocetur בוגרת, & tum pater in ipſam non habet poteſtatem. Præterea ſunt ſigna quædam e quibus probationem accipimus quod ea ſit virgo, cujuſmodi ſunt ſigna quæ in lectis conſpiciuntur. Dicit vero auctor, *ſub mamma*, cujus ſenſus eſt, in loco mammæ, & hoc definierunt ſi illa manus ſuas vertat in tergum, & ex quo papulæ mammarum nigreſcunt, ſi acumina illa protuberent, deciſio omnium doctorum eſt quod hic aggravandum ſit, propterea quando unum ex hiſce ſignis conſpicitur, & non aliud, tum nos illam habemus pro בוגרת ad aggravandum, & non ad allevandum. Si illa ſe deſponderit coram patre, tum ei libellus repudii dari debet, ut בוגרת; ſi vero eam deſponderit pater, tum ei libellus repudii dari debet ut נערה licet in ipſa non conſpiciantur ſigna virginitatis perfectæ. Porro ſi in ea conſpiciatur unum ex hiſce ſignis, pater illius vota diſſolvere poteſt, ad aggravandum; ſed illa non nubet pontifici maximo.

ט בת עשרים שנה שלא הביאה שתי שערות תביא ראיה שהיא בת עשרים שנה והיא אילונית לא חולצת ולא מתייבמת בן עשרים שנה שלא הביא שתי שערות יביא ראיה שהוא בן עשרים שנה והוא סריס לא חולץ ולא מייבם אלו דברי בית הלל בית שמאי אומרים זה וזה בני שמנה עשר רבי אליעזר אומר הזכר כדברי (ס״א) בית הלל והנקבה כדברי בית שמאי שהאשה ממהרת לבא לפני האיש:

9. Filia viginti annorum quæ ad pudenda nondum duos pilos accepit, probet ſe viginti annos natam eſſe, & tum ſterilis dicatur; ſed illa non diſcalceat neque leviro ſuo nubit. Filius viginti annorum qui ad pudenda nondum duos pilos accepit, probet ſe viginti annos natum eſſe, & tum eunuchus dicatur; porro is non diſcalceatur nec fratriam ducit in uxorem, ita Schola Hillelis. Sed Schola Schammai dicit, hicce & ille octodecim annos nati ſunt. R. Eliezer dicit, cum maſculo ſe res habet ſecundum Scholam Hillelis, cum fœmina ſecundum Schammai, quia fœmina feſtinat ut præveniat viro.

R. OB. DE BARTENORA.

והיא אילונית *Tum illa ſterilis eſt*, ac ſi dixiſſet, neceſſe eſt ut in ipſa conſpiciantur ſigna ſterilitatis, nam ſi illa conſpiciantur in ipſa, licet viginti annos nata ſit, & nondum duos pilos ad pudenda acceperit, tum ipſa adhuc parvula eſt, donec triginta & quinque annos nata ſit, & unum diem; & ſi illa nondum duos pilos ad pudenda acceperit, licet in ipſa non conſpiciantur ſigna ſterilitatis, tamen illa ſterilis dicitur; ſigna vero ſterilitatis jam expoſuimus capite primo codicis de Leviratu. לא חולצת מתיבמת *non diſcalceat, neque leviro nubit*, & licita eſt ut nubat alieno, quia Lex illam unicuique liberam declaravit, ſicuti ſcriptum eſt Deut. 25, 6. והיה הבכור אשר תלד hinc excipitur ſterilis, quæ non parit. והוא סריס *& is eunuchus*, nempe, ſi conſpiciantur in ipſo ſigna eunuchi, tum is adhuc pro parvulo habetur, donec is triginta quinque annos & unum diem natus ſit, nam ſi ne tunc quidem ſigna eunuchi conſpicua ſint in ipſo, tamen certum eſt quod is ſit eunuchus, quia ad pudenda ſua non accepit duos pilos; nec calceus extrahitur eunucho, quia Lex dicit Deut. 25, 7. *ad fratri ſuo nomen in Iſraële comparandum*, at eunuchus non eſt aptus ad generandum. *R. Elieʒer dicit, cum maſculo ſe res habet ſecundum Scholam Hillelis*, ſi in filio viginti annos nato conſpiciantur ſigna eunuchi, tum is eunuchus habetur; fœmina vero octodecim annos nata, ſi in ipſa conſpiciantur ſigna ſterilitatis, tum ea dicitur ſterilis, ſecundum Scholam Schammai; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היא אילונית *Sterilis eſt illa*, ſed non dixit הרי זו אילונית *en hæc ſterilis eſt*, eſt itaque una e conditionibus ut ea viginti annos nata ſit, & ad pudenda nondum duos pilos acceperit, ſed in ipſa conſpicua ſint ſigna ſterilitatis, tum judicamus de illa ſecundum jus virginis ſterilis. Pariter ſi filius viginti annos natus nondum duos pilos ad pudenda acceperit, ſed in ipſo eunuchi ſigna conſpicua fuerint, tum is habendus eſt pro סריס חמה *eunucho ſolis*, id eſt eunuchus ab utero matris ſuæ; ſed nos ſigna ſterilis virginis jam expoſuimus capite primo codicis de Leviratu; & ſigna eunuchi ſolis expoſuimus capite decimo ejuſdem codicis. At vero ſi ſigna ſterilis virginis, & ſigna eunuchi non conſpicua ſint, & ad pudenda non acceperint duos pilos, tum uſque dum triginta quinque anni expleti ſint, expectandum eſt, & tum declaretur eunuchus, vel ſterilis virgo, ſicuti multis in locis codicis de Leviratu diximus; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. Scias autem quod non requirantur viginti anni de die in diem, id eſt integri, proinde auctor hic non dixit, viginti anni & unus dies, quamobrem ſi non acceperint duos ad pudenda pilos, at conſpicua fuerint ſigna eunuchi & ſterilis virginitatis, & illi tantum viginti annos exceptis triginta diebus nati fuerint, tum judicamus de iis ac ſi viginti annos integros nati eſſent, & declarantur eunuchi & ſteriles.

פרק ו בא סימן התחתון עד שלא בא העליון או חולצת או מתייבמת בא העליון עד שלא בא התחתון אף על פי שאי אפשר רבי מאיר אומר לא חולצת ולא מתייבמת וחכמים אומרים או חולצת או מתייבמת מפני שאמרו אפשר לתחתון לבא עד שלא בא העליון אבל אי אפשר לעליון לבא עד שלא בא התחתון׃

Caput 6. Si advenerit ſignum inferius antequam venerit ſuperius, tum ipſa diſcalceat, vel leviro nubit; ſi ſuperius venerit antequam venerit inferius, licet id fieri nequeat, R. Meir *dicit*, non diſcalceat neque leviro nubit. *Sapientes vero dicunt*, vel diſcalceat, vel leviro nubit, quia dixerunt, fieri poteſt ut inferius veniat antequam venerit ſuperius, ſed fieri nequit ut ſuperius veniat antequam venerit inferius.

R. OB. DE BARTENORA.

בא סימן התחתון *Si advenerit ſignum inferius*, duo pili ad pudenda ſunt ſignum inferius in puella. *Antequam venerit ſuperius*, intelligit ſignum in mammis, quod eſt in virgine natura. *Vel diſcalceat, vel leviro nubit*, quia virgo adulta eſt, pili enim ſunt indubitatum ſignum cui inniti poſſumus. אף על פי שאי אפשר *licet id fieri nequeat*, hæc verba ad Sapientes pertinent, ut ſignum ſuperius veniat abſque inferiori, & ex quo venit ſignum ſuperius, licet inquiſiverint & non invenerint ſignum inferius, tamen dicimus ſignum inferius certo veniſſe, ſed excidiſſe. Nihilominus tamen illa ſecundum R. Meir non diſcalceat neque leviro nubit, putat enim R. Meir, fieri poſſe ut ſignum ſuperius veniat abſque inferiori; ſed nos ſigno inferiori nitimur, proinde illa juri parvulæ ſubjecta eſt, & non diſcalceat neque leviro nubit. R. Meir ſequitur ſententiam illius qui ſtatuit, parvulus & parvula non diſcalceant, nec leviratus conjugium ineunt, quia parvulus forſan eunuchus eſſe poteſt, & parvula forſan ſterilis eſſe poteſt. *Vel diſcalceat, vel leviro nubit*, imo licet illa ſit parvula, tamen leviro nubere poteſt ſecundum Sapientes, nam ii non curant illam exceptionem, qua dubitari poſſet num ea forſan ſit ſterilis, quia plurimæ mulieres non ſunt ſteriles, nihilominus tamen ad calceum exuendum requiritur virgo adulta, etiam ſecundum Sapientes, quia in ſectione de diſcalceatione extat vox איש *vir*, at nos cum viro comparamus fœminam; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Quia dixerunt, quod fieri poſſit ut inferius ſignum veniat ante ſuperius*, etſi in principio tradiderit, tamen hic tradit illud denuo, quia ei in primis inniti debemus, propter illud quod ſequitur in ſequenti Miſna.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שלא בא התחתון *Antequam venerit inferius*, quando auctor dicit, *licet fieri non poſſit*, illa ad Sapientes ſpectant. At ſecundum R. Meir, fieri poteſt ut ſuperius ſignum veniat abſque inferiori, idcirco filia non diſcalceat, quia cardo rei verſatur in ſigno inferiori. Sed tu jam noſti quod fœmina non diſcalceat, niſi donec duos ad pudenda pilos acceperit; leviratio autem in parvula locum habet, præter ſententiam R. Meiri, qui fœminam comparat cum viro, & juxta ipſum virgo matura duntaxat ad conjugium leviro apta eſt, propterea dicit, non diſcalceat nec leviro nubit. Verum ſecundum Sapientes, quia ſignum ſuperius non conſpicitur poſt inferius, etſi inquiſiverimus, & non invenerimus, dicimus id cecidiſſe; per ſignum inferius intelliguntur duo ſigna ad pudenda, per ſignum ſuperius intelliguntur mammæ. Sed tibi jam expoſui quod ſecundum omnes doctores ſumma totius rei conſiſtat in ſigno inferiori, idcirco dixerunt, quia venit ſignum inferius, denuo ad ſuperius non attendimus; notum vero eſt ſatis quod in muliere duntaxat ſignum ſuperius cognoſcatur, quia vir non habet ſignum exterius; deciſio non eſt ſecundum R. Meir.

ב כיוצא בו כל כלי חרס שהוא מכניס מוציא ויש שמוציא ואינו מכניס כל אבר שיש בו צפורן יש בו עצם ויש שיש בו עצם ואין בו צפורן׃

2. Sic etiam ſe res habet cum omni vaſe teſtaceo, eſt quod aquam colligit & emittit, eſt quod emittit & non colligit. Omne membrum quod unguem habet, id etiam habet os, eſt quod os habet, & non unguem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל כלי חרס שהוא מכניס *Omne vas quod colligit*, potum nempe, ſi tale vas impoſitum ſit aquis, tum id magnum habet foramen, per quod ingrediuntur aquæ, & eo magis ſi ei potus ſint impoſiti, prodeunt iſti potus foras. At aliquando id habet foramen exiguum per quod potus egreditur, ſed non ingreditur, hinc conſequitur id quod auctor nos docet quando dicit, quod vas teſtaceum integrum & perforatum non ſit reprobum ad conſecrandum in ipſo aquas ſacrificii pro peccato, id eſt, ad aquas cineris vaccæ rufæ ei imponendas, niſi donec illud magno foramine perforatum fuerit per quod potus ingredi poſſit; at ſi foramine exiguo perforatum ſit per quod egredi poteſt potus, tum id non exuit naturam vaſis, & non reprobat hoc ſenſu; ſed nunquam eſt foramen exiguum, per quod potus exit, & quod vas eximere poteſt e natura vaſis teſtacei fiſſi, quod eſt vaſis fragmentum quod aquis hauriendis deſtinatum eſt, & גסטרא dicitur, ſi id habeat foramen aliquod per quod potus egredi poteſt, tum id naturam vaſis exuit, quia non dicimus, adfer ſegmentum aliud, ut illud ſub hoc ponamus, & excipiamus potum egredientem. Sed vas integrum quod perforatum eſt foramine per quod potus exit, nullo modo naturam vaſis exuit, quia *homines* ei parcunt, & non frangunt, ſed adducunt fragmentum vaſis, idque ſupponunt ei ad potum egredientem excipiendum, itaque hoc ſenſu explicanda eſt hæc Miſna, omne vas teſtaceum quod reprobum eſt pro aquis cineris vaccæ rufæ, id quoque eſt reprobum pro גסטרא ſed eſt etiam vas quod reprobum eſt pro fragmento גסטרא ſed probum pro aquis cineris vaccæ rufæ. כל אבר שיש בו צפורן *omne membrum quod unguem habet*, ut digitus ſuperfluus inter digitos manus, ſi is habeat unguem, tum pro membro habetur, & tactu, onere, & in tentorio polluit, ac ſi is contineret os aliquod quod in tentorio polluit, licet illic non ſit copia olivæ carnis, quia nobis hypotheſis eſt quod membro non ſtatuta ſit menſura. *Eſt etiam membrum quod os habet*, & non dicitur membrum, ſi id ſuperfluum ſit, quia non habet unguem, polluitque tactu, & onere, ſed non polluit in tentorio, quod non habet copiam olivæ de carne; at ſi non ſit membrum ſuperfluum, tum certo polluit in tentorio nomine membri, licet non habeat ungues, ſed habeat copiam olivæ de carne.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכניס *Introducit*, eſt vas quod foramen habet, e quo aquæ in aliud vas introduci poſſunt, ſi hoc vas ponatur ſuper aquis, & non dubium eſt quin omne foramen habeat hanc menſuram, & ſi hocce vas plenum ſit aquis, effluent ex ipſa aquæ, tum hoc vocatur מוציא משקה *educens potum*; ſed nos jam expoſuimus in codice de Vaſis, quod omne vas teſtaceum perforatur foramine בכונס משקה *per quod potus ingreditur*, cujuſmodi vas reprobum fit, & non aptum eſt ut ex ipſo fiat גסטרא ac ſi dixiſſet quod ſedebit ut recipiat humorem, & tum non accipiet immunditiem; ſic etiam ſi vas habeat foramen per quod egredi poteſt potus, tum id reprobum eſt pro גסטרא & ad hoc non valet, proinde id non recipit immunditiem ob rationem jam dictam, quia non dicimus, adfer unum fragmentum pro altero, quia ipſum fragmentum גסטרא factum eſt ad recipiendum humorem, ſi vero humor requirat alium qui ipſum portet, & quis dixerit, eſt vas e cujus foramine exit potus & non intrat, id eſt, ſunt aliqua vaſa teſtacea quæ ſi perforaverit ut duntaxat egredi poſſit & non ingredi potus, apta ſint ut aquæ cineris vaccæ rufæ in ipſa conjiciantur, quia vas in quod ingreditur potus, & non egreditur, aptum eſt ad aquas cineris vaccæ rufæ; ſenſus Miſnæ itaque talis eſt, ſic etiam vas teſtaceum quod reprobum eſt pro aquis ſacrificii pro peccato, id eſt pro aquis cineris vaccæ rufæ, eſt etiam reprobum pro fragmento, & præterea eſt vas quod reprobum eſt pro fragmento, ſed non reprobum pro vaſe cineris vaccæ rufæ. Præterea capite ſecundo codicis de Tentoriis dictum eſt, quod membrum os aliquod in ſe comprehendens, polluat tactu, & in tentorio, at ſi in ipſo non ſit os, tum non polluit in tentorio, atque hoc eſt commodum quod nos aſſecuti ſumus ex hoc membro, ſive illud os habeat necne. Inſuper in Gemara jam expoſitum eſt, quod illa membra in quibus ſunt ungues, ſi deficiat unguis, licet membrum defecerit in magnitudine ipſius & in carne ipſius, tum id ipſum polluit tactu & onere, ſed non in tentorio.

ג כל המיטמא מדרס מיטמא טמא מת ויש שמיטמא טמא מת ואינו מיטמא מדרס:

3. Quod polluitur calcatione, id etiam polluitur eo qui mortuo pollutus eſt; eſt etiam quod polluitur eo qui mortuo pollutus eſt, at non polluitur calcatione.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המיטמא במדרס *Quicquid polluitur calcatione*, feminiflui nempe, omne vas quod pater immunditiei factum eſt calcatione ſeminiflui, ut, vas quod ad ſeſſionem & cubationem aptum eſt, id fieri poteſt immunditiei pater, ſi id tetigerit mortuum, vel pollutum fuerit in tentorio mortui; eſt etiam aliquod vas quod perfectum vas eſt ad omnes immundities recipiendas, & fit immunditiei pater ope mortui, at non ope ſeminiflui per calcationem, ut, ſi ſeminifluus inverterit Satum, & ſuper ipſo conſederit, vel modium inverterit & conſederit ſuper eo, tum hoc non eſt vas quod pollutum eſt calcatione, ut fiat pater immunditiei, ſed primus immunditiei gradus tactu ſeminiflui, ſicuti Lex dicit, *in quo conſederit ſeminifluus*, ergo per eum qui deſtinatus eſt ſeſſioni excipitur is cui dicimus, ſurge, ut faciamus opus noſtrum. At vero ſi is tetigerit mortuum, tum fit pater immunditiei, quia non dicimus ei qui mortuo pollutus eſt, ſurge ut faciamus opus noſtrum.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Dixit Deus de ſeminifluo Levit. 15, 6. *Et qui ſederit ſuper vaſe in quo conſederit ſeminifluus*, ad hæc verba quæritur ex Traditis, forſan includi debet ſi inverterit Satum, & ſederit ſuper eo, vel modium inverterit & conſederit ſuper eo, immundum eſt; ſed res ita ſe non habet, quia Lex dicit, *& qui conſederit ſuper vaſe ſuper quo conſedit ſeminifluus*, itaque per eum qui aptus eſt ad ſedendum excluditur is qui non aptus eſt ad ſedendum, quia ei dicunt, ſurge ut faciamus opus noſtrum. Sed nos jam expoſuimus quod vaſa ad ſeſſionem & cubationem inepta non polluant calcatione ſeminiflui, ſed polluant immunditie mortui, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur de ſeminifluo, ſurge ut faciamus opus noſtrum, ſed ei qui mortuo pollutus eſt, non dicunt, ſurge ut faciamus opus noſtrum; ſed nos hæc jam expoſuimus capite viceſimo codicis de Vaſis, & capite decimo octavo diximus de calcatione ſeminiflui.

ד כל הראוי לדון דיני נפשות ראוי לדון דיני ממונות ויש שראוי לדון דיני ממונות ואינו ראוי לדון דיני נפשות כל הכשר לדון כשר להעיד ויש שכשר להעיד ואינו כשר לדון:

4. Qui aptus eſt ad judicandum judicia capitalia, is quoque aptus eſt ad judicandum judicia pecuniaria, at non contra. Qui aptus eſt ad judicium, is quoque ad teſtimonium aptus eſt, at non contra.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הראוי לדון דיני נפשות *Quiſquis aptus eſt ad judicandum judicia animarum*, is eo magis aptus eſt ad judicandum judicia pecuniaria. Qui verò aptus eſt ad judicandum judicia pecuniaria, is non aptus eſt ad judicandum judicia animarum, ſicuti eſt ſpurius, qui aptus eſt ad judicia pecuniaria, ſed ineptus ad judicandum judicia animarum. ויש שכשר להעיד ואינו כשר לדון *eſt etiam qui aptus eſt ad teſtandum, qui ineptus eſt ad judicandum*, ut cœcus uno oculo, hæc deciſio eſt ſecundum R. Meir, ex eo quod Lex dicit, *ſecundum os eorum terminetur omnis lis, & omnis plaga*, ubi lis cum plaga comparatur, ſicuti ergo plaga lepræ non luſtratur a cœco, quia Lex de lepra dicit, *ſecundum omne viſum oculorum ſacerdotis*, ita etiam lis componi nequit a cœco; ſed deciſio non eſt ſecundum ſimplicem Miſnæ ſenſum. Sapientes enim diſſentiunt a R. Meiro, dicentes, ſicuti ſententia juris nocte poteſt pronunciari, licet nocte non luſtrent plagas lepræ, ita etiam altero oculo cœcus eſt aptus ad judicandum, licet ineptus ſit ad plagas conſpiciendas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sicuti conſtat e codice de Synedriis, hæc Miſna auctorem agnoſcit R. Meirum, qui putat quod uno oculo cœcus, ſit reprobus ad judicandum, & is hoc colligit ex eo quod dicitur Deut. 21, 8. *ſecundum os eorum determinabitur omnis controverſia atque omnis plaga*, ubi lites comparantur cum plagis, ſicuti ergo plagæ lepræ non debent luſtrari ab iis qui aliquo modo cœci ſunt, ita præcipiente Lege Levit. 13, 12. Ita nec lites a cœco componi poſſunt; ſed aptus eſt ad teſtandum ſecundum R. Meir. Verum ſecundum Sapientes aptus eſt ad judicandum, quia nobis fundamentum eſt, quod judicium nocte abſolvi poſſit, ſicuti expoſitum eſt in codice de Synedriis, licet luſtratio plagarum non fiat nocte, ſicuti in codice de Plagis oſtenſum eſt. Sic etiam altero oculo cœcus poteſt judicare, licet is nequeat luſtrare plagas; deciſio non eſt ſecundum R. Meir, & quod R. Meir requirit, ut præter conſtitutum Gemaræ hæc Miſna loquatur de eo qui amat & odio habet, qui ad teſtandum quidem aptus eſt ſecundum Sapientes, ſed ineptus ad judicandum, ſicuti in aliquot locis Gemaræ expoſitum eſt, ejus ratio eſt quod negotium amicitiæ & inimicitiæ brevi diſſolvitur, & is denuo fit odio habens & amans, & ſtatim redit ad medium inter utrumque, & non eſt ſimilis iis quos Miſna recenſet, ſed vult dicere, eſſe aliquos qui ad teſtandum apti ſunt, ſed inepti ad judicandum.

ה כל שחיב במעשרות מיטמא טומאת אוכלים ויש שמיטמא טומאת אוכלין ואינו חיב במעשרות:

5. Quod tenetur ad decimas, id polluitur immunditie cibi, quod vero immunditie cibi polluitur, id non ſemper tenetur ad decimas.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחיב במעשרות מיטמא טומאת אוכלין *Quicquid tenetur ad decimas, id polluit immunditie cibi*, quia nulla res niſi ea quæ comeditur, ad decimas tenetur. Sed quicquid polluitur immunditie cibi, id non tenetur ad decimas, ut caro, piſces, & ova, quæ e terra non proveniunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſpecies carnis, piſcium, & ovorum polluantur omnes immunditie ciborum, ſed decimæ in iis non habent locum, quia hæ ſpecies non proveniunt e terra.

ו כל שחיב בפאה חיב במעשרות ויש שחיב במעשרות ואינו חיב בפאה:

6. Quod tenetur ad angulum, id etiam ad decimas tenetur, at quod ad decimas tenetur, id non ſemper tenetur ad angulum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחיב בפאה חיב במעשרות *Quicquid tenetur ad angulum, id etiam ad decimas*, nam ratione anguli agri pauperibus relinquendi dixerunt in genere, quicquid editur, cuſtoditur, naſcitur e terra, & introducitur, atque ſimul colligitur, id ad angulum tenetur. Quod vero ratione decimationis traditur, quicquid comeditur, aſſervatur, & e terra naſcitur, id ad decimas tenetur, & non traditur, quod introducitur ut aſſervetur, & ſimul colligitur, ejus ratio eſt, quod olus reperitur quod aſſervari non ſolet; fici vero & id genus alia quæ non ſimul colliguntur, tenentur ad decimas, ſed libera ſunt ab angulo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Obligatio ad decimas non eſt eadem quæ obligat ad angulum agri pauperibus relinquendum, nam ratione obligationis de angulo in genere dicitur, quicquid editur, cuſtoditur, & incrementum ſuum habet e terra, & ſimul colligitur, atque introducitur ut conſervetur, id ad angulum tenetur. Sic etiam ratione decimarum in genere dixerunt, quicquid editur, aſſervatur, & incrementum ſuum habet e terra, id ad decimationem tenetur; ſed nos hæc generalia in genere jam diximus, proinde illa jam noviſſe oportet.

ז כל שחיב בראשית הגז חיב במתנות ויש שחיב במתנות ואינו חיב בראשית הגז:

7. Quod tenetur ad primitias velleris, id etiam ad dona tenetur, quod vero ad dona tenetur, id non ſemper tenetur ad primitias velleris.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שחיב בראשית הגז *Quod tenetur ad primitias velleris*, cujuſmodi ſunt oves & arietes tantum. *Ad dona tenetur*, quæ ſunt armus, maxillæ, & ventriculus. ויש שחיב במתנות *& eſt quod tenetur ad dona*, obligatio donorum obtinet in bove, capris, & agnis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite undecimo codicis de Profanis, quod primitiæ velleris obtineant ratione gregis duntaxat. Per מתנות *dona* intelligas brachium ſive armum, maxillas, & ingluviem, quæ de ovibus, capris, & de armento dari debent, tam de maſculis, quam de fœminis.

ח כל שיש לו ביעור יש לו שביעית ויש שיש לו שביעית ואין לו ביעור:

8. Quod tenetur ad remotionem, id etiam ad annum ſeptimum, quod vero ad annum ſeptimum tenetur, id non tenetur ad remotionem.

R. OB. DE BARTENORA.

ויש שיש לו שביעית ואין לו ביעור *Et eſt quod ad anni ſeptimi*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de jure anni ſeptimi Levit. 25, 7. *Pro pecore tuo,*

mi jus tenetur, quod non tenetur ad remotionem, cujuſmodi ſunt res quarum radix in terra manet tam hieme quam æſtate, ſicuti radix cepæ ſtultæ, & mentæ, quæ Arabice נענע dicitur; quia hæ ſtirpes nunquam deficiunt in agro, proinde eas e domo removere non tenentur, quia Lex dicit Levit. 25, 7. *Pro pecore tuo & pro animantibus tuis quæ ſunt in terra tua* &c. quamdiu ergo animantia comedere poſſunt in agro, tamdiu pecora comedunt domi, his ſi deficiat pabulum in agro, etiam illis ſubtrahitur domi, at quando animantibus nondum deeſt pabulum in agro, non requiritur ut e domicilio removeatur vetus pabulum.

tuo, & pro animantibus tuis quæ ſunt in terra tua &c. ad hæc dixerunt in Siphri, quamdiu animantia comedunt de agro, tamdiu pecora comedunt domi, ſi pabulum deficiat animantibus in agro, tum domi deficiat pecoribus, & hic eſt ſenſus ביעור *remotionis*, videlicet quod ſtirpes veteres e domiciliis removendæ ſunt, ſi defecerint in agro; ſed hæc omnia jam expoſita ſunt in codice de Jure anni ſeptimi. Sunt autem nonnullæ res quarum radices e terra non evelluntur, cujuſmodi ſunt folia cepæ ſtultæ, & folia mentæ, hæc & id genus alia ad anni ſeptimi jus tenentur, ſed non ad jus remotionis, quia illa nunquam deficiunt in agro.

ט כל שיש לו קשקשת יש לו סנפיר ויש שיש לו סנפיר ואין לו קשקשת כל שיש לו קרנים יש לו טלפים ויש שיש לו טלפים ואין לו קרנים :

9. Qui piſces habent ſquamas, ii etiam habent pinnas, ſed qui habent pinnas, ii non ſemper habent ſquamas. Quæ animantia habent cornua, illa habent ungulas, quæ habent ungulas, illa non ſemper habent cornua.

R. OB. DE BARTENORA.

קשקשת *Squama*, eſt veluti indumentum aliquod piſcibus deſtinatum. סנפיר *pinna*, eſt veluti ala quædam e piſcibus efflorescens, qui vero piſces habent ſquamas, ii quoque pinnas habent, ita ut non ſit neceſſe poſtea denuo inquirere, quia piſcis eſt mundus. Sunt etiam piſces qui pinnas habent, qui ſunt piſces immundi, quia non habent ſquamas. טלפים notat ungulas fiſſas, quia pecora & animantia munda duntaxat cornua habent. *Quæ non habent cornua*, ut ſus, cujus ungulæ non fiſſæ ſunt, neque cornua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סנפיר *Pinnæ*, ſunt quaſi alæ piſcium, quæ porro hic traduntur, ea ſpectant ad ſpecies animantium mundarum atque immundarum, ut בהמות *pecora* diſtinguantur a חיות *animantibus*, ſicuti jam expoſitum eſt in codice de Profanis.

י כל הטעון ברכה לאחריו טעון ברכה לפניו ויש שטעון ברכה לפניו ואין טעון ברכה לאחריו :

10. Super quo preces fundendæ ſunt poſt uſum ipſius, ſuper eo etiam ſunt preces fundendæ ante uſum ipſius; & ſuper quo preces fundendæ ſunt ante uſum ipſius, ſuper eo poſt uſum ipſius etiam preces fundendæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Sunt quæ benedictionem requirunt ante uſum ipſorum, & non poſt uſum ipſorum, cujuſmodi ſunt filamenta, phylacteria, Mezuza, buccina, tabernaculum, & ramus Lulaf, ſuper quibus benedicunt ante uſum ipſorum, at non poſt uſum ipſorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ſuper omnibus præceptis benedicendum ſit ante opera eorum, ſicuti benedicunt ſuper filamentis, phylacteriis, & ſchedula poſtium ædibus affigenda, ſuper tabernaculis, & ramo Lulaf, atque id genus aliis, ſed non benedicendum eſt ſuper illis poſtquam iis uſi ſunt.

יא תנוקת שהביאה שתי שערות או חולצת או מתיבמת וחייבת בכל מצות האמורות בתורה (ס"א חייבת בכל מצות האמורות בתורה וחולצת או מתייבמת) וכן תנוק שהביא שתי שערות חייב בכל מצות האמורות בתורה וראוי להיות בן סורר ומורה משיביא שתי שערות עד שיקיף זקן התחתון ולא העליון אלא שדברו חכמים בלשון נקיה תנוקת שהביאה שתי שערות אינה יכולה למאן רבי יהודה אומר עד שירבה השחור (נ"א על הלבן :)

11. Parvula quæ duos ad pudenda pilos accepit, diſcalceat, vel leviro nubit, atque ad omnia præcepta in Lege memorata tenetur, (tenetur ad omnia præcepta in Lege memorata, & diſcalceat, vel leviro nubit.) Sic etiam parvulus, ſi is duos ad pudenda pilos acceperit, tenetur ad omnia præcepta in Lege memorata, & fieri poteſt filius contumax & rebellis, ex quo duos pilos accepit, donec barbam promiſerit inferiorem, & non ſuperiorem; ſed Sapientes caſte loqui voluerunt. Parvula quæ duos pilos acceperit, nequit renuere. R. Jehuda dicit, donec nigri pili multiplicati fuerint, (alia lectio, donec ii conſpiciantur magis quam albi.)

R. OB. DE BARTENORA.

תנוקת שהביאה שתי שערות *Parvula quæ duos ad pudenda pilos acceperit*, poſt duodecim annos & unum diem. *Diſcalceat, aut nubit leviro*, licet doctor Miſnicus eam adſtringat ad omnia præcepta in Lege memorata, tamen illa diſcalceare debet & non leviro nubere, nam ſi dixeris in Lege de officio leviri ſcriptam eſſe vocem איש *viri*, & propterea parvulo non exui calceum, & præterea ſcriptam eſſe vocem יבמתו *fratriæ*, quæ in genere parvulam & adultam ſignificare poteſt, quæ diſcalceat vel leviro nubit; proinde nos auctor docet, quod ſi puella inferius duos pilos acceperit, tum diſcalceat, vel leviro nubit, ſi nec hoc, nec illud. Hæc vero eſt ratio quare fœminam comparamus cum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod hi duo pili ad pudenda nihil proſunt, nec ſigna eſſe in virginibus maturis, niſi ea inveniantur in ipſis poſt duodecim annos unumque diem a nativitate, nec in adoleſcentibus niſi poſt annos tredecim unumque diem; quando autem iſti pili conſpiciuntur in iis ante illud tempus, tum pro verruca habentur, & non ſunt ſigna maturæ ætatis. Cæterum eſt caſtus loquendi modus quando auctor pilos circa pudenda vocat זקן *barbam*; deciſio totius juris huc redit, quod virgo renuere poſſit ſponſalia donec illa duos ad pudenda pilos acceperit; & illa ſi duodecim annos nata fuerit unumque diem, & duos pilos jam acceperit, tum renuere nequit; at ſi illa nondum duos pilos

cum viro. וכן התנוק שהביא שתי שערות *& ſic etiam ſe res habet cum parvulo qui duos pilos accepit*, poſt tredecim annos & unum diem, ſed ante duodecim annos in fœmina, & tredecim in maſculo, nullum eſt ſignum, ſed verruca habetur. *Et fieri poteſt filius contumax & rebellis*, ex quo duos internus pilos acceperit, tum is non amplius a patre caſtigari poteſt; poſtquam vero inferiorem barbam promiſerit, tum aptus eſt ad generationem, Lex enim dicit in genere בן *filium*, ex quo colligi nequit de eo qui aptus eſt in patrem. התחתון ולא העליון *inferiorem & non ſuperiorem*, ac ſi dixiſſet quod Sapientes locuti ſunt de barba inferiori, & non de ſuperiori. *Donec multiplicati fuerint pili albi*, donec locus iſte niger factus fuerit multis pilis; deciſio juris eſt quod filia renuere poſſit deſponſationem uſque ad duodecimum annum & unum diem a nativitate ipſius, ſed poſtea renuere nequit ſi illa ſigna virginitatis acceperit; at ſi illa non acceperit ſigna, tum illa renuere poteſt & abire, licet viginti annos habuerit, & ſigna ſterilitatis in ipſa conſpecta fuerint. Sed hæc verba intelligenda ſunt, quando nemo cum ipſa rem habuit poſtquam duodecim annos unumque diem nata fuerit; at vero ſi quis cum ipſa rem habuerit poſt iſtud tempus, tum non amplius renuere poteſt, etſi virginitatis ſigna non conſpiciantur in ipſa, tamen nos ſuſpicamur fieri potuiſſe ut duo pili exciderint.

los conceperit, tum renuere poteſt, licet viginti annos nata ſit, ſi conſtiterit illam renuiſſe dum ſterilis eſt quia tum non renuit, nempe, ſi duo pili poſt duodecim annos & unum diem nondum acceſſerint; at ſi quis intra iſtud tempus cum ipſa rem habuerit, tum ipſa deſponſata eſt iſto congreſſu ex Lege, & renuere nequit, quamvis in ipſa non inveniantur duo pili, quia dicere poſſumus eos forſan excidiſſe poſtquam virgo ad annos ſuos pervenerit, atque hæc eſt ſimilitudo in hoc jure uſitata; ſed nos hæc jam meminimus in codice de Leviratu, & hæc eſt veriſſima ſententia quæ e Gemara petita eſt.

יב שתי שערות האמורות בפרה ובנגעים והאמורות בכל מקום כדי לכוף ראשן לעיקרן דברי רבי ישמעאל רבי אליעזר אומר כדי לקרוץ בצפורן רבי עקיבא אומר כדי שיהו ניטלות בזוג:

12. Duo pili de vacca rufa & lepra & ubique dicti tanti eſſe debent ut capita incurvari poſſint ad radicem ipſorum, ita R. Iſmaël. R. Eliezer dicit, ut unguibus excidi poſſint. R. Akiba dicit, ut forfice auferri poſſint.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי שערות האמורות בפרה *Duo pili qui dicti ſunt de vacca*, etenim non ſtatuimus quod duo pili nigri reprobam reddant vaccam rufam. *Et de plagis lepræ*, de quibus Lex dicit, *pilus albus*, at nos ſtatuimus ex Torat Cohanim quod vox שער ſaltem duos notet. *Et in omni loco dicti*, de parvulo nempe & parvula; לקרוץ id eſt ad aliquantulum prehendendum ut forfice tonſoris auferantur, & tum debet eſſe copia magna; deciſio eſt ſecundum omnes ad aggravandum. At ſi pili unguibus evellantur, quæ minima eſt menſura, tum illa non renuit, quia forſan virgo matura eſt, nec illa diſcalceat niſi donec ſit maxima menſura pilorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Gemara, deciſio eſt ſecundum omnes ad aggravandum, ſi igitur puella duos habuerit pilos, qui tanti ſunt ut forfice auferri poſſint, quæ omnium minima eſt menſura, tum illa nequit renuere, nec diſcalceare, niſi donec caput pilorum incurvari poſſit, & eradicari.

יג הרואה כתם הרי זו מקולקלת וחוששת משום זוב דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אין בכתמים משום זוב:

13. Quæ viderit maculam, illa vitiata eſt, & in ſuſpicione fluxus verſatur, ita R. Meir. Sapientes dicunt, in maculis ratione fluxus nihil obſervandum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרואה כתם *Si quæ viderit maculam*, ſi illa guttam ſanguinis viderit in induſio, tum ipſa vitiata eſt, quia neſcit ſuum tempus menſtruum, quando incipiunt undecim dies qui ſunt inter unum atque alterum menſtruum, quia neſciebat quando vidiſſet ipſum. וחוששת משום זוב *& verſatur in ſuſpicione fluxus*, ſi tres dies fluxus tranſierint a quibus illa induſium ſuum induiſſet, & magnam maculam in ipſo invenerit, quæ trium fabarum copiam efficit & plus, tum dubitemus an non quælibet copia uno die deciderit, ita ut illa ſit feminiflua magna ex dubio, licet in uno loco omnes copiæ inventæ ſint. Sapientes vero dicunt, quod in maculis nihil timendum ſit de fluxu; in Gemara Sapientum verba confirmantur hoc in loco, quod hic unus ſit doctor, nempe quod R. Chanina filius Antigoni hic veniat nomine Sapientum, & conſentit R. Chanina filius Antigoni, quod ſi fœmina tria induſia inducrit alba intra tres dies fluxus ſui, quotidie nempe induſium unum, atque ipſa in unoquoque induſio maculam invenerit, ipſa tum verſetur in ſuſpicione feminifluæ. Etenim non eſt neceſſe ut dicamus quod ſi ipſa biduum viderit fluxum ſanguinis e corpore manantem, & tertio die induerit induſium viſitationis, atque in ipſo maculam invenerit, tum clare conſtat de fluxu ipſius. Neque R. Chanina filius Antigoni diſſentit, ad quem hæc Miſna pertinet, niſi ratione illius quæ unum induſium induit per triduum a diebus fluxus ipſius, ſed in fine invenit maculam magnam quæ trium fabarum copiam & amplius conficit in uno loco, vel in tribus locis. Nam is putat quod hoc in caſu fœmina non verſatur in ſuſpicione fluxus; quia non ſunt tres maculæ diſtinctæ. Sed Sapientes & R. Meir ei contrarii ſunt, ſtatuentes quod ſi fœmina in induſio uno

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod per hancce maculam intelligatur gutta ſanguinis in veſte inventa, ſicuti exponetur, ſi illa inventa ſit extra tempus menſtruum. Senſus illius quod dicit מקולקלת *vitiata eſt*, eſt, quod tempus menſtruum illius depravatum fuerit, ita ut fœmina in ſuſpicionem fluxus adducta ſit. At vero ſi dubium ſit an illa ſit feminiflua, & adduxerit oblationem pro menſtruo, tum id comedi nequit ſicuti expoſuimus in Codice de Rerum Votarum æſtimationibus. Præterea in Gemara jam expoſitum eſt, quod ſi macula iſta habeat menſuram fabæ, cujus menſuram jam expoſuimus in codice de Plagis, tum illa verſatur in ſuſpicione feminifluæ; inſuper dicitur copiam fabæ effluere quotidie, atque hæc כתם *macula* conſpicitur per triduum, proinde fœmina verſatur in ſuſpicione feminifluæ, ita ſentiunt Sapientes. R. Chanina filius Antigoni dicit, quod in maculis nihil conſiderandum ſit ratione feminifluæ, & ita quoque confirmat Gemara, id quod hic dicitur in Miſna ſub nomine Sapientum, ad R. Chaninam filium Antigoni pertinet, qui dixit, quod de una macula nihil timendum ſit ratione fluxus, quantumvis magna illa ſit. At vero ſi fœmina induerit tria induſia viſitata, & in unoquoque invenerit maculam, vel tres maculæ in uno induſio fuerint, dummodo hoc induſium biduum induerit, & macula inventa ſit die tertio, tum illa habetur pro feminiflua dubia, & ſuſpecta eſt fluxionis; deciſio eſt ſecundum Sapientes, dicentes quod illa ſuſpecta ſit ratione fluxus, licet unica duntaxat macula conſpecta fuerit, ſi magna ſit copia, ſicuti expoſuimus.

uno trium fabarum copiam invenerit, & amplius, ſive in loco uno ſive in tribus locis, ſuſpecta ſit ratione fluxus; deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

יד הרואה יום אחד עשר בין השמשות תחלת נדה וסוף נדה תחלת זיבה וסוף זיבה יום ארבעים לזכר ויום שמונים לנקבה בין השמשות לכולן הרי אלו טועות א"ר יהושע עד שאתם מתקנים את השוטות בואו (ס"א) ותקנו את הפקחות:

14. Si quæ undecimo die viderit circa veſperam, tum id eſt principium vel finis menſtrui, principium fluxus vel finis fluxus. Si viderit quadrageſimo die pro maſculo, & octogeſimo pro fœmella circa veſperam pro omnibus, hæ errant. Dixit R. Jehoſua, donec vos correxeritis ſtultas, tum etiam venite & corrigite prudentes.

R. OB. DE BARTENORA.

הרואה יום אחד עשר *Si quæ viderit die undecimo*, qui eſt ultimus dies fluxus, poſtero enim die incipiunt dies menſtrui. בין השמשות *inter ſoles*, eſt tempus pomeridianum inter diem & noctem, quo ſi conſpiciatur ſanguis fluxus, dubium eſt an nox ſit necne, & principium immunditiei. *Principium menſtrui & finis menſtrui*, Gemara hoc ſenſu tradit, principium menſtrui & finis fluxus, & die ſeptimo a menſtruo ipſius, finis menſtrui, & principium fluxus, videlicet tempore pomeridiano diei undecimi, tum ſi nox ſit, viſio illius eſt principium menſtrui, ſi vero dies, tum ſanguis iſte eſt ſanguis menſtruus in fine. Si vero illa biduum viderit ſanguinem ante illud tempus, tum ipſa in ſuſpicione fluxus verſatur. Pariter ſi fœmina die ſeptimo a menſtruo ſuo viderit eum inter ſoles, etiam dubitamus an nox ſit, & tum iſte ſanguis eſt ſanguis fluxus. Sin autem biduum antea viderit, tum illa verſatur in ſuſpicione fluxus, & ſi tum dies ſit, viſio illius eſt finis dierum menſtruorum, & non eſt fluxus licet biduum poſtea viderit.

יום ארבעים לזכר *Quadrageſimo die pro maſculo*, & octoginta pro fœmella inter ſoles pro omnibus, ac ſi dixiſſet, quemcunque ſanguinem illa viderit inter ſoles, tamen dubium eſt an ſanguis immundus, an vero mundus ſit; at ſi illa viderit ſanguinem per duos dies alios, præter hunc, tum ipſa eſt feminiflua dubia, & adducit ſacrificium quod non comeditur, omnes enim fœminæ errantes adducunt ſacrificium quod a nullo ſacerdote comeditur. שוטות *ſtultæ*, errantes, quæ neſciunt quando dies menſtrui & fluxus incidunt, & proinde vocantur ſtultæ.

עד שמתקנין אתם את השוטות *Donec vos correxeritis ſtultas*, iſtas nempe errantes quæ ſanguinem viderunt tempore dubio. *Venite & corrigite prudentes*, quæ certo tempore vident ſanguinem, & dies obſervationis ac congreſſus explicare debent, ut illa cujus mentio facta eſt in Beraita, quæ viderit uno die ſanguinem immundum, & altero die nihil viderit, & ſic per omnes dies ipſius. At vero ſi fœmina ſemper videat die, & non nocte, tum ea octavo die cum viro corpus poteſt miſcere, poſtquam viderit prima vice ſanguinem, tum ipſa eſt munda, quia die ſeptimo veſperi ſe lavit, & ſanguinem non vidit niſi nono die, proinde illa cum viro communicare poteſt per totam noctem octavam, & per diem, noctemque ſequentem, quæ pertinet ad nonum diem, & ſic illa per quatuor noctes cum viro communicat, intra octodecim dies pro viſione prima, quia hæc fœmina nunquam eſt feminiflua, cum fluxum non viderit per continuos tres dies, & ſi illa nono die viderit, tum decimum expectat, & tum cum viro communicat nocte, ſi viderit die undecimo, tum expectat duodecimum. & nocte cum viro communicat, ecce hi duo ſunt coitus. Si illa ſanguinem viderit die decimo tertio, tum expectat decimum quartum, & communicat cum viro nocte, ecce hi tres coitus; ſi eum viderit decimo quinto, tum expectat decimum ſextum diem, & nocte cum viro communicat, ecce quatuor coitus; ſi decimo ſeptimo die viderit, tum expectat decimum octavum, tum omnes ſunt octodecim, & illa quatuor duntaxat noctes cum viro communicavit, præterquam die octavo & illius nocte; ultima vero communicatio non continetur ſub octodecim diebus, ſed nono decimo die mane ſi viderit ſanguinem, eſt principium menſtrui, quia undecim dies inter unum atque alterum menſtruum completi ſunt, & ſic fœmina facit ad numerum illum quem enumeravimus, & ſic præſtat, quia correctione opus eſt pro diebus concubitus, atque hæc omnia occurrunt in Beraita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De hocce undecimo die jam egimus ſuperius, hujuſce vero Miſnæ ſenſus in Gemara exponitur, ſi fœmina poſt meridiem diei undecimi ſanguinem viderit, qui erat principium & finis fluxus ipſius, & ſeptimo die menſtrui ſui viderit finem menſtrui ipſius & finem fluxus, vel die quadrageſimo a partu maſculino, vel die octogeſimo a partu fœmineo poſt meridiem, tum ſi illa viderit ſanguinem die quadrageſimo, vel die octogeſimo poſt meridiem, ſed addubitaverit an die viderit ſanguinem, ut ſanguis ſit mundus, vel nocte, ut ſanguis ſit immundus. Si vero eum viderit per continuum biduum, & iſtud tempus inciderit in diem nonum de undecim diebus fluxui deſtinatis, ſicuti expoſuimus, atque die undecimo viderit ſanguinem tempore pomeridiano, tum dubium eſt an illa viderit ſanguinem die, ut viſio illius ſit finis fluxus, quia triduum continuum eum vidit, an vero nocte viderit, id eſt nocte duodecima, ut hæc viſio ſit principium menſtrui, & non fluxus; vel ſi illa ſanguinem viderit die ſeptimo a menſtruo ipſius tempore pomeridiano, tum etiam dubium eſt, an die viderit, ita ut iſta viſio ſit finis menſtrui, quia per continuum ſeptiduum in menſtruo verſata eſt; vel ſi viderit eum nocte octava, at iſta viſio ſit principium fluxus; ſi vero eum viderit poſtea die nono ab initio menſtrui, ſive a diebus fluxus, atque ipſa feminiflua fuerit, hæ omnes mulieres errant, & earum fluxus dubius eſt, proinde oblatio earum comedi nequit, ſicuti in codice de Æſtimationibus explicatum eſt, quod mulieres errantes ratione fluxus quidem offerunt ſacrificium, ſed quod id a nemine comedi poſſit. Dixit R. Jehoſua, שוטות ſtultæ, pro eo quod auctor dixit, טועות *errant*, intendit enim R. Jehoſua mutationem vocis, quia errantibus ſatis difficile eſt judicatu; nam ſi de errantibus judicandum ſit quod illæ lotioni alligantur, quod res difficilis eſt propter multos juris caſus quos habet, quoſque ego omnes hoc loco nequeo explicare, quia aliqui prope adſunt, alii vero longe petendi ſint, ut, ſi fœmina viderit ſanguinem circa veſperam duntaxat, & certo die, id rem multum illuſtrat, proinde ſi id perſequi vellemus ſicuti oportebat, tum prolixus foret ſermo noſter, ſed nos veritati ſtuduimus.

פרק ז דם הנדה ובשר המת מטמאין לחין ומטמאין יבשים אבל הזוב והניע והרוק והשרץ והנבלה והשכבת זרע מטמאין לחין ואין מטמאין יבשין ואם יכולין להשרות ולחזור לכמות שהן מטמאין לחין ומטמאין

Caput 7. Sanguis menſtruus & caro mortui polluunt dum humidi ſunt & ſicci. Sed fluxus, ſputum tenue & craſſum, reptile, cadaver, & ſemen concubitus polluunt dum humida ſunt, at non dum ſicca ſunt. Si vero macerari poſſint & redire in primum ſtatum, tum polluunt dum humida ſunt & ſicca; ſed quanta eſt maceratio earum? in calefactis

ומטמאין יבשין וכמה היא שרייתן בפושרין מעת לעת רבי יוסי אומר בשר המת יבש ואינו יכול להשרות ולחזור לכמות שהיה טהור :

factis de tempore in tempus. R. Joſe dicit, caro mortui eſt ſicca, & macerari nequit, nec redire in eum ſtatum in quo antea fuit, proinde munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

דם הנדה מטמא לח *Sanguis menſtruæ polluit dum humet*, quia Lex dicit Levit. 15, 33. *Et languida in menſtruo ſuo*, quicquid ergo e fœmina menſtrua effluit, id immundum eſt ut ipſa fœmina menſtrua, & quum ſanguis fluit, tum is humidus eſt. *Et polluit dum ſiccus eſt*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 19. *Et ſanguis fluat in carne illius*, ergo ſanguis debet eſſe in ſua eſſentia, licet exſiccatus ſit. Sed caro mortui polluit dum ſicca eſt, quia Lex dicit, Num. 19, 16. *Vel os hominis*, homo itaque comparatur cum oſſe, ſicuti ergo os eſt ſiccum, ita quoque caro eſt ſicca. ניע eſt tenue ſputum quod ope commotionis exit. Ego vero audivi eſſe humorem e naſo fluentem, & e fontibus ſeminiflui, qui eſt pater immunditiei. *Et reptile*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 31. *quiſquis tetigerit illa dum obierint*, id eſt quaſi obierint, nempe, quando humida ſunt, ſicuti erant dum moriebantur. At vero quando ſpina dorſi adhuc integra eſt, & oſſa ei adhærent, tum reptile humidum eſſe cenſetur, quia illius forma exciſa eſt. *Et cadaver*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 39. *Et ſi obierit*, id eſt ſi quaſi obierit. שכבת זרע *concubitus ſemen*, quod aptum eſt ad generationem. *Polluunt dum humida ſunt, & non dum ſicca ſunt*, fluxus humidus polluit, at non ſiccus, quia Lex dicit Levit. 15, 3. *Si fluat caro ipſius*, inſtar ſputi, quod humidum eſt, ſicuti dicit 1 Sam. 21, 13. *Et fluxit ſputum ipſius in barbam ipſius*. Et ſic etiam ſputum tenue & craſſum, ſicuti dicitur verſu octavo capitis modo allegati, *& ſi conſpuerit ſeminifluus*, quod humidum eſt dum ſpuitur. *At quanta eſt maceratio eorum*, ut dicere poſſim id denuo fieri humidum. *In calefactis de tempore in tempus*, ſed ſi plus requiritur aquæ calidæ, vel plus temporis quam viginti quatuor horarum, ſicca ſunt. *R. Joſe dicit, caro mortui eſt ſicca*, & proinde munda ne polluatur in copia olivæ, ſed polluit immunditie putredinis in plenitudine cochlearis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex Levit. 15, 33. *Et languida in menſtro ſuo*, ad quæ verba traditione obſervatur quod per languidam intelligatur mulier ipſa, nempe quod illius ſanguis polluat, quemadmodum ipſa polluit, quæ eſt immunditiei pater, ſicuti in præfatione hujuſce libri expoſitum eſt. Porro dicit Lex, Levit. 15, 19. *Et ſanguis fluat in carne illius*; ad quæ verba notat traditio ſanguinem ſuam naturam debere habere, licet ſiccus ſit; & quia nos invenimus Legem jam judicaſſe de oſſe mortui ratione immunditiei, ſicuti Lex dicit Num. 19, 16. *Vel os hominis*, hinc nos ſtatuimus quod caro illius polluta ſit, licet maxime ſicca ſit inſtar oſſis. At vero Lex de ſeminifluo dicit, Levit. 15, 3. *Si fluat caro ipſius*, id eſt donec ea ſit humida dum fluit, tum polluit. ניע eſt ſputum tenue quod non polluit, niſi humidum ſit, quia Lex dicit ibidem commate octavo, *& ſi conſpuerit ſeminifluus*, proinde humidum debet eſſe ſputum dum illud expuitur. Et de reptili dicit Lex, Levit. 11, 31. *Quiſquis tetigerit illa dum obierunt*, ad quæ verba traditio pro כמותם notat ac ſi ſcriptum eſſe כעין מותם id eſt in ea forma qua obeunt, ſenſus eſt quod illa humida ſunt dum obeunt. Et de cadavere dicit Lex, Levit. 11, 39. *Et ſi obierit de pecore*, id eſt ac ſi obiiſſent. Et de ſemine concubitus dixerunt quod aptum eſſe debet ad ſemen proferendum. Sin autem reptile omnino exſiccatum ſit, & ipſius ſpina dorſi conſpiciatur, & oſſa conjuncta ſint cum vertebra ſpinæ dorſi, tum id quoque polluit propterea quod forma ejus conſervata ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ב השרץ שנמצא במבוי מטמא למפרע עד שיאמר ברקתי את המבוי הזה ולא היה בו שרץ או עד שעת כבוד וכן כתם שנמצא בחלוק מטמא למפרע עד שיאמר ברקתי את החלוק הזה ולא (ס״א) היה (ס״א) בו כתם או עד שעת הכבוס ומטמא בין לח בין יבש רבי שמעון אומר היבש מטמא למפרע והלח אינו מטמא אלא עד שעה שהוא (ס״א) יכול לחזור ולהיות לח :

2. Reptile in introitu inventum polluit præpoſtere, donec dixerit, inquiſivi de hoc introitu, & in ipſo non fuit reptile, vel uſque ad tempus purgationis. Sic etiam macula in induſio inventa polluit præpoſtere, donec dixerit, perquiſivi induſium hoc, ſed in ipſo non erat macula, vel uſque ad tempus lotionis, tum polluit tam humida quam ſicca. R. Simeon dicit, ſicca polluit præpoſtere, ſed humida non polluit niſi ad tempus quo illa denuo humida fieri poſſit.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמא למפרע *Polluit præpoſtere*, polluit omnes res puras in introitu inventas, quia introitus pertinet ad locum privatum ratione immunditiei, & dubium illius immundum eſt. או עד שעת כבוד *vel uſque ad tempus purgationis*, quia filii Iſraëlitarum in illa opinione verſantur quod inquirant de introitibus ſuis dum eos purgant, itaque ſi illic eſſet reptile, tum inveniſſent illud. Sic etiam ſe res habet cum macula ſanguinis in induſio inventa, quæ præpoſtere polluit omnes res puras quas mulier diſpoſuit a tempore lotionis, ſed non polluit eas quas illa diſpoſuit ante lotionem, quia filiæ Iſraëlitarum veſtes ſuas viſitare ſolent dum eas lavant.

היבש מטמא למפרע עד שעת כבוד *Sicca polluit præpoſtere uſque ad tempus purgationis*, etenim dicere poſſumus guttam ſanguinis cecidiſſe ſtatim; ſed humida non polluit præpoſtere, niſi donec dicere poſſimus, ſi ea ceciderit iſto die, tum ipſa adhuc humida eſſe poteſt, at non ita diu uſque ad tempus purgationis, cum ea ſit humida, & ſi illa cecidiſſet ab iſto tempore, exſiccata eſſe debuiſſet. Cæterum R. Simeon hac in parte tantum diſſentit reſpectu reptilis inter humidum & ſiccum; ſed macula præpoſtere polluit licet ipſa ſit humida, uſque dum induſium lavetur, quia dicere poſſumus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שעה שהוא יכול לחזור ולהיות לח *Uſque ad tempus quo illud denuo humidum fieri poſſit*, id eſt, uſque ad tempus purgationis, qua pulverem collegit, & in ipſo non invenit reptile, ita dixit, quia Iſraëlitæ verſantur in exiſtimatione quod inquirunt de introitibus ipſorum dum eos everrunt. Et filiæ Iſraëlitarum inquirunt de induſiis ipſarum dum lavant ea; atque hoc eſt diſcrimen quod R. Simeon poſuit inter humidum & ſiccum de reptili, nam ſi id humidum ſit inventum, tum dicimus verbi gratia, fieri poſſe ut hoc reptile ſit humidum ab eo momento quo illud obiit per biduum, proinde illud per biduum polluit præpoſtere duntaxat. Sed macula humida ſanguinis polluit præpoſtere, etiam poſt aliquot dies, quia nos dicimus, ſi ſicca ſit, tum aliquot dies ſubſtitit in induſio, & pellem tetigit, quia humida eſt. Sed in codice de Puritatibus jam expoſitum eſt, quod introitus conſtitutus ſit in loco privato, & quod dubium ipſius ſit immundum, proinde purificationes in introitu factæ, ſunt immundæ præpoſtere, propter hocce reptile; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

mus eam ſiccam fuiſſe, ſed aquam incidiſſe in maculam. Verum de reptili hoc non dicendum eſt, nam ſi aqua inciderit in ipſum, putrefactum fuiſſet; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ג כל הכתמין הבאין מרקם טהורין רבי יהודה מטמא מפני שהם גרים וטועין הבאים מבין העכו"ם טהורין מבין ישראל ומבין הכותים רבי מאיר מטמא וחכמים מטהרים מפני שלא נחשדו על כתמיהן :

3. Omnes maculæ venientes a Racam, mundæ ſunt, at immundæ ſecundum R. Jehudam, quia proſelyti ſunt, & errant. Quæ venerint a gentilibus, eæ mundæ ſunt; quæ vero ab Iſraëlita & a Cuthæis, eæ ſecundum R. Meir immundæ ſunt, at ſecundum Sapientes mundæ, quia ii non ſuſpecti ſunt de maculis ipſorum.

R. OB. DE BARTENORA.

הבאין מרקם *Qui veniunt a Racam*, cujus loci incolæ ſunt peregrini, & eorum ſanguis immundus eſt, licet Sapientes decreverint de gentilibus quod ii habendi ſint pro ſeminifluis in omnibus caſibus, tamen de maculis ſanguinis eorum nihil decreverunt. *E Racam*, nam in Targum illa verba, *inter Cades & Sur*; exponuntur per inter Racam & inter Chagra. *Quia proſelyti ſunt*, quorum ſanguis immundus eſt. וטועין *& errant*, ac ſi dixiſſet, non ſunt valde caſti, neque contegunt maculas ſanguineas eorum, proinde ſuſpicamur eas forſan fœminæ menſtruæ maculas eſſe. *Qui veniunt a gentilibus, ii mundi ſunt*, quia Sapientes de ipſorum maculis nihil decreverunt, cum eorum ſanguis omnino mundus ſit ex Lege. *Ab Iſraëlitis, & a Cuthæis*, hæc Miſna ita conſtruenda eſt, qui ab his veniunt, ii ſunt immundi, quia Cuthæi ſunt proſelyti veritatis, proinde ſanguis eorum immundus eſt; maculæ vero in urbibus Iſraëlis id eſt in loco aperto inventæ, ſunt mundæ, quia non ſuſpecti ſunt de maculis ipſorum, quia eas omnino occultant. Quæ vero in civitatibus Cuthæorum inveniuntur, eæ ſecundum R. Meir ſunt immundæ, quia Cuthæi ſuſpecti ſunt de ipſorum maculis; at ſecundum Sapientes mundæ ſunt, quia Cuthæi non ſuſpecti ſunt de maculis ipſorum, ſed eas occultant, proinde nos maculas iſtas attribuimus beſtiis & animalibus, nam ſi eſſet fœminæ ſanguis, tum is non inveniretur in loco publico, quia occultaſſent eum ſicuti faciunt Iſraëlitæ. Sed juris deciſio dudum pronunciata eſt, nempe, quod Cuthæi hodierno tempore pro gentilibus habendi ſint in omni caſu, & quod maculæ eorum ſanguineæ ſint mundæ, ſicut maculæ gentilium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi aliquoties expoſuimus quod gentes non polluant fluxu ſeminis vel ſanguinis, nec fluxu menſtruo, attamen Sapientes de illis decreverunt, ſed de illorum maculis non decreverunt, quia verus eorum ſanguis menſtruus polluit ex decreto Sapientum, quomodo autem pollueret dubium immunditiei eorum qui veniunt a Racam, qui locus circa limites terræ Iſraëlis ſitus eſt, quique Cades eſt, cujus mentio in Lege facta eſt. Hunc igitur locum incolunt gentiles, in quorum habitaculis degunt Iſraëlitæ, quorum plerumque ii premunt veſtigia, ſicuti faciunt proſelyti abſque Lege viventes, ſi juxta ipſos habitet quiſpiam proſelytus Legalis. Cæterum hæc Miſna ita diſponenda eſt, qui habitant inter Iſraëlitas & inter Cuthæos, ii immundi ſunt, qui vero in civitatibus Iſraëlitarum, ii mundi ſunt, quia non ſuſpecti ſunt de ipſorum maculis ſanguinis, cum eas contegant. Qui habitant in civitatibus Cuthæorum, ii immundi ſunt ſecundum R. Meir, quia Cuthæi non contegunt maculas ipſorum, ſed Iſraëlitæ contegunt eas, ii nempe veſtes non ſolent in viam publicam conjicere, ſi in iis ſit macula ſanguinis, ſed in occulto loco deponunt eas donec laventur; atque iſta macula quæ inveniri ſolet, eſt plerumque ſanguis animantis & ſanguis pecoris, & ei ſimilis, proinde illic eum deponunt, deciſio non eſt ſecundum R. Meir. Hæc ita ſe habebant pro illo tempore, ſed hoc tempore Cuthæi pro gentilibus habendi ſunt, & ipſorum maculæ ſunt mundæ, ſicuti aliquoties expoſuimus.

ד כל הכתמים הנמצאים בכל מקום טהורין חוץ מן הנמצאים בחדרים ובסביבות בית הטומאות (בית הטומאות ס"א) של כותים מטמאים באהל מפני שהם קוברין שם הנפלים רבי יהודה אומר לא היו קוברין אלא משליכין והיה גורדתן :

4. Omnes maculæ ubique inventæ, ſunt mundæ, præter eas quæ in conclavibus inventæ ſunt. Si copia ovi inventa ſit in domo impuritatum Cuthæorum, tum polluunt in tentorio, quia illic ſepeliunt abortus ſuos. R. Jehuda dicit, non ſepeliunt, ſed projiciunt, & animal eos effodit.

R. OB. DE BARTENORA.

בכול מקום *In omni loco*, in omni loco Iſraëlitarum. *Mundæ ſunt*, quia maculæ iſtæ non provenerunt e ſanguine menſtruo, quia verecundæ ſunt fœminæ & occultant maculas. בית הטומאות *domus immunditiei*, intellige aliquod conclave quo fœminæ utuntur dum menſtruo laborant. קוברים שם *ſepeliunt illic*, ad tempus duntaxat, ut poſtea denuo educant cadavera; quia vero nos neſcimus, an Cuthæus ea eduxerit ex iſto loco, necne, proinde polluunt in tentorio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ſuperiori Miſna quod maculæ in loco publico civitatis Iſraëlitæ inventæ, ſint mundæ, quia Iſraëlitæ non projiciunt maculas immundas. Sin autem veſtis macula ſanguinis affecta inveniatur in conclavi ubi excrementa deponuntur, vel in locis inquinatis, tum dicimus hanc eſſe maculam ſanguinis menſtrui; at ſi eam occultaverint illic, ſicuti ſuperius diximus, quod Iſraëlitæ ſint verecundi. Cæterum Cuthæi putarunt quod abortus ubique ſepeliri poſſit, cum ei nulla ſit hæreditas in terra ſancta, ſed hoc non recte fit. Proinde loca in quibus exiſtit immundities de terra ipſorum, polluit in tentorio, quia de illis ſuſpicio eſt quod in ipſis abortus ſepulti ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. Præterea ſi obierit hodie Cuthæus, tum is non polluit in tentorio, quia Cuthæi pro gentilibus habentur, qui non polluunt in tentorio.

ה נאמנים לומר קברנו שם את הנפלים או לא קברנו נאמנים לומר על הבהמה אם בכרה אם לא בכרה נאמנים על ציון קברות ואין נאמנין לא על הסככות

5. Fide digni ſunt ſi dixerint, ſepelivimus illic abortus, vel non ſepelivimus. Etiam fide digni ſunt ſi dixerint de pecude ipſam primiparam eſſe, vel contra. Præterea fide digni ſunt de ſignis ſepulchrorum. Sed non ſunt fide digni de tegminibus,

הסכוכות ולא על הפרעות ולא על בית הפרס זה הכלל כל דבר שחשודים בו אין נאמנין עליו :

bus, nec de lapidibus prominentibus, neque de domo Peras. Hoc in genere dicitur, de nulla re cujus ſuſpecti ſunt, fide digni ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

נאמנין לומר קברנו *Fide digni ſunt ſi dicant, ſepelivimus*, quia immunditiës mortui obtinet ex Lege, ac ſi ſacerdos Cuthæus illic ſtaret cum oblatione prima in manu ſua, eamque comederet, quia ſuſpicandum eſt oblationem primam forſan pollutam eſſe, ſin minus, non ſunt fide digni, quia illi non admittunt id quod Lex dicit, *coram cœco non pones offendiculum*, neque curant quicquam ſi nos peccemus per ipſos. אם בכרה *an primogenitum pepererit*, licet nos ipſum viderimus operantem, ſin minus, quod non ſit primogenitum, tum non tranſgreſſus eſt id quod ſcriptum eſt, *non laborabis cum primogenito bovis tui, neque tondebis primogenitum gregis tuæ.*

נאמנין על ציון קברות *Fide digni ſunt de ſignaturis ſepulchrorum*, eſt locus ſepulchri, & credunt Cuthæis hæc in parte, licet id obtineat ex decreto Sapientum, de quo Lex monet, Ezech. 39, 15. *Si viderit os humanum, & ſi conſtruxerit juxta ipſum ſignum*; & non de arbore ſuper terram ſe diffundente, cujus rami ſeparati ſunt, tum certo conſtat quod ſepulchrum ſit ſub aliquo tentorio, at non conſtiterit ſub quonam ſit, tum ſi Cuthæus advenerit & teſtatus fuerit de aliquo, quod ſit immundum, tum is non eſt fide dignus, quia non curat dubium immunditiei. ולא על הפרעות *neque de lapidibus prominentibus*, intellige lapides magnos e pariete prominentes, ſub quorum aliquo homo ſepultus eſt, at non conſtat ſub quonam, tum ſi venerit Cuthæus & de aliquibus teſtatus fuerit quod munda ſint, non eſt fide dignus, quia non curat dubium. *Bethapperas* eſt ager in quo ſepulchra quædam exarata ſunt, & ſecundum Sapientes centum cubiti circum ſepulchrum ſunt immundi, quia vomer forſan os mortui in copia grani hordeacei eo defert, & vox פרס notat rem ſeparatam & confractam, quia oſſa mortui illic diſperſa ſunt. Sed ego ab aliis audivi, *Bethapperas* dici, quia in iſtum agrum nemo ſe conferre ſolet, a פרס *ungula* cum is ſit immundus. *Hoc generale eſt, de re cujus ſuſpecti ſunt, non ſunt fide digni*, ad includendos terminos Sabbaticos & vinum libaminis, de quibus Cuthæus non eſt fide dignus ſi dixerit, huc uſque terminus Sabbaticus, quia termini Sabbatici conſtituti ſunt ex decreto Sapientum, proinde Cuthæi hos non curant; pari modo de vino libaminis non ſunt fide digni, quia gentiles de tactu non ſunt moniti in Lege. Sed hæc omnia intelligenda ſunt prout Cuthæi erant priſcis temporibus, nam hodierno tempore ii omnino pro gentilibus habendi ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod ii fide digni ſunt, ſi dixerint, non ſepelivimus, id intelligendum eſt ſi ſacerdos ſtet in hoc loco cum oblatione prima in manu ſua quam comedit; ſed fieri nequit ut dicamus, forſan eſt oblatio prima immunda, quia comedit eam. Pariter quod ii fide digni ſunt ſi dixerint, hæc pecus primogenitum peperit, donec proles illius licita ſit, vel ſi dixerint iſta pecude aliquod opus factum eſſe, quo in caſu Lex dicit, Deut. 15, 19. *Non operaberis cum primogenito bovis tui, neque tondebis primogenitum gregis tui.* Sic etiam fide digni ſunt Samaritani, ſi dixerint hunc vel illum locum eſſe mundum, quia in ipſo nulla eſt ſignatura, etenim ii ſuper ſepulchris ipſorum aliquas picturas depingere ſolent. At vero ſi arbor ſit quæ ſe diffundat ſuper terram, vel lapides e pariete ſint prominentes, & ii dixerint, quod ſub iſtis eſt, id mundum eſt, tum non ſunt fide digni, quia interdum ſub illis eſt res immunda, ii vero non credunt hoc eſſe tentorium, & non polluere id quod ſuppoſitum eſt umbræ. Neque fide digni ſunt de agro Peras, ſi dixerint iſtum agrum eſſe mundum, ſed nos jura agri Peras jam expoſuimus in codice de Tentoriis, & quomodo is purificetur. Porro dixerunt, hoc generale eſt ad terminum Sabbaticum & vinum libaminis includendum, de quibus ii non ſunt fide digni, quia Cuthæi non admittunt interdictum de termino Sabbatico, neque interdictum de vino libaminis, quia ii hodie pro gentilibus habentur.

פרק ח הרואה כתם על בשרה כנגד בית התורפה טמאה ושלא כנגד בית התורפה טהורה על עקבה ועל ראש גודלה טמאה על שוקה ועל פרסותיה מבפנים טמאה מבחוץ טהורה ועל הצדדין מכאן ומכאן טהורה (ס"א) ראתה על חלוקה מן החגור ולמטה טמאה מן החגור ולמעלה טהורה ראתה על בית יד של חלוק אם מגיע כנגד בית התורפה טמאה ואם לאו טהורה היתה פושטתו ומתכסה בו בלילה כל מקום שנמצא בו כתם טמאה מפני שהוא חוזר וכן בפיליום :

Caput 8. Si quæ viderit maculam in carne ſua e regione loci pudendi, tum ea immunda eſt, at ſi non ſit e regione loci pudendi, munda eſt. Si eam viderit ſuper calce, vel ſuper capite pollicis, immunda eſt; ſi ſuper crure & genibus ipſius interius, immunda eſt, ſi exterius, munda eſt; ſi ad latera ab utraque parte, munda eſt. Si viderit eam in induſio, a cingulo & inferius, immunda eſt. Si a cingulo & ſuperius, munda eſt. Si viderit eam in manica induſii, & ea pertigerit uſque ad pudenda, immunda eſt, ſin minus, munda eſt. Si exuerit & contexerit eo ſe nocte, tum omnis locus in quo macula inventa eſt, immundus eſt, quia invertitur; ita etiam ſe res habet cum cingulo.

R. OB. DE BARTENORA

בית התורפה Notat partes pudendas. *Immunda eſt*, quia dicere poſſumus quod ſanguis ex iſto loco decidit. על עקבה *ſuper calcem ipſius*, quia contingere poteſt ut calx tetigerit iſtum locum. *Et ſuper capite pollicis*, nam inter eundum pollex pedis venit ſub loco pudendo, ſuper quem ſanguis effluere poteſt. *Si ſuper crure & genibus ipſius interius, tum immunda eſt*, etenim quando homo ſtat & pedes ac crura ipſius conjungit, tum לפנים *interius* vocatur quicquid ex iis conjungitur. מבחוץ *exterius*, ab utraque parte. *Et ſuper latera*, poſteriora cruris, & eorum altitudo e regione calcis, & anteriora, ac altitudo eorum e regione pedis vocantur צדדים *latera*. *A cingulo & inferius*, e regione loci pudendi. *Si pertigerit ad locum qui eſt e regione domus pudendæ*, ut,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor dixit quod ſi maculam viderit in loco e regione partium pudendarum, ſit immunda, proinde explicat locum qui eſt e regione partium pudendarum. Sed ad calcem pervenire potuit macula e membro ipſius. Per גודלה intelligas aliquem pedis digitum, ad quem locus pudoris pertingere nequit; ſed doctores dixerunt, ſi macula conſpiciatur in capite pollicis, tum illa eſt immunda, quia nos ſtatuimus ſanguinem aliquando eo diffluere inter eundum, & ſic exponitur in Gemara. מבפנים *interius*, eſt locus qui cohæret quando pedes conjunguntur cum cruribus quum homo ſtat. Porro dixit auctor, *ad latera ab utraque parte*, intellige partem quæ inclinat ad anteriora, & ea quæ verſus ſpinam dorſi inclinat e femoribus & e curibus dum con-

ut, ſi macula ſanguinis inventa ſit in capite manicæ ipſius prope manum, etenim quando illa ſe exuit, interdum aliquid de brachio ipſius decidere ſolet coram lecto. *Sin minus*, ſi non inveniatur macula e regione domus pudendæ, ſed prope humeros. *Quia redit*, etenim aliquando caput indufii obverſum eſt lecto. פוליון notat genus lintei quo ſe contegunt fœminæ.

conjunguntur. Quid ſit בית יד של חלוק *manica induſii*, notum eſt, אפליים notat aliquod cingulum.

ב ותולה בכל דבר שהיא יכולה לתלות שחטה בהמה חיה ועוף נתעסקה בכתמים או שישבה בצד העסוקים בהן הרגה מאכולת הרי זו (ס"א) תולה בה עד כמה היא תולה רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר עד כגריס של פול ואף על פי שלא הרגה ותולה בבנה או בבעלה אם יש בה מכה והיא יכולה להגלע ולהוציא דם הרי זו תולה בה׃

2. Et ea attribuit omni rei cui attribuere poteſt; ſi ea mactaverit pecus, animans, vel avem, atque maculis operam dederit, vel conſederit ad latus eorum qui iis operam dant, vel pediculum occiderit, tum illa attribuit rem huic. At quouſque illa rem alicui cauſæ attribuere poteſt? R. Chanina filius Antigoni dicit, donec modo copia fabæ ſit. Et quamvis illa non occiderit, tamen rem filio vel marito ſuo tribuere poteſt, ſi in ipſa ſit plaga & eam aperire poſſit ut ſanguis exeat, tum ipſa rem huic cauſæ tribuit.

R. OB. DE BARTENORA.

ותולה *Et tribuit*, maculæ quam invenit, attribuit omni rei cui illam attribuere poterit, & non ſibi ipſi. מאכולת notat pediculum. *Quouſque illa maculam alicui rei tribuere poteſt?* ratione ſanguinis pediculi, & reſpondetur, in copia fabæ; at ſi plus ſit, tum illa provenire nequit e pediculi ſanguine, quia illius non tam magna eſt copia, tamen eam huic tribuit, etſi neſciverit fœmina ſe occidiſſe illum. R. Chanina repugnat doctori primo, qui dixit, ſi ipſum occidit, tum ei attribui poteſt; ſin minus, tum ei nequit attribui, deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni. ותולה בבנה ובבעלה *Et attribuit eam filio vel marito ſuo*, qui cubant cum illa, & ſi hi plaga aliqua affecti ſint, tum illa ſanguinis maculam ipſis attribuit. ואם יש בה מכה *Et ſi in ipſa ſit plaga*, quæ cruſtam obduxit, & aperiri poſſit ut ſanguis effluat ex ipſa, nam verbum גלע hic idem notat quod גלה *retegere*, videſis Prov. 17, 14.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Chanina filius Antigoni dicit, licet dum illa non occiderit, macula ſanguinis reperta ſit in copia fabæ, tamen ſi minus ſit quam hæc copia, rem tribuit pulici, dicimus enim quod ipſa dum quieſcit, vel ſe convertit ex uno latere in alterum, occidere poſſit pulices vel pediculos, & id genus alia animantia, & ex iis proveniſſe iſtam maculam ſanguinis. Atque hoc repugnat ei quod dictum eſt, ſi occiderit pediculum, tum ipſa rem huic cauſæ tribuit, ſin minus, non tribuit ei. R. Chanina dicit, ſi fœmina occiderit pediculum vel pulicem, tum iis hic ſanguis tribuitur, quantumvis magna ſit macula, dummodo ille ſanguis provenerit ex animalculo quod fœmina occidit, quo copia maculæ conficiebatur, dum inveniebat eam, tum eam filio vel marito ſanguinis fluxu laborantibus tribuere poteſt, vel plaga aliqua affectis, etſi fœmina non affirmaverit maculam ex ipſis proveniſſe quia illi tetigerunt ipſam inſciam, quia ad hoc non attenderat. Verbum התגלע idem notat quod התקלף corticem ſive cruſtam detrahere; deciſio non eſt ſecundum R. Chaninam filium Antigoni.

ג מעשה באשה אחת שבאת לפני (ס"א) רבי עקיבא אמרה לו ראיתי כתם אמר לה שמא מכה היתה ביך אמרה לו הן וחייתה אמר לה שמא יכולה להגלע ולהוציא דם אמרה לו הן וטהרה רבי עקיבא ראה תלמידיו מסתכלין זה בזה אמר להם מה הדבר קשה בעיניכם שלא אמרו חכמים הדבר להחמיר אלא להקל שנאמר ואשה כי תהיה זבה דם יהיה זובה בבשרה דם ולא כתם׃

3. Hiſtoria de quadam muliere, quæ ad R. Akibam venit, eique dixit, vidi maculam, is vero illi reſpondit, forſan in te plaga eſt, illa ei reſpondit ita eſt, ſed ſanata eſt. Iterum inſtitit, forſan retegi poterat & ſanguis educi, illa reſpondit, ita eſt; poſtea eam mundam pronunciavit R. Akiba. Is vero ut diſcipulos ſuos ſe invicem reſpicientes animadvertit, dixit, an hæc res vobis difficilis videtur, Sapientes utique rem non dixerunt ad aggravandum, ſed ad allevandum, ſicuti dicitur, Levit. 15, 19. *Et ſi mulier ſit feminiflua, & ſanguis fluat in carne ipſius*, ubi mentio fit ſanguinis, & non maculæ.

R. OB. DE BARTENORA. דם ולא כתם *Sanguis & non macula*, Sapientes enim decreverunt de maculis, proinde hac in parte allevant, & non aggravant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Nos jam expoſuimus in præfatione hujuſce libri, quod immunditiès macularum ſit ex decreto Sapientum; in reliquis tota hæc Miſna ſatis clara eſt.

ד עד שהוא נתון תחת הכר ונמצא עליו דם עגול טהור משוך טמא דברי רבי אליעזר ברבי צדוק׃

4. Si veſtis poſita ſit ſub pulvinari, & in ipſa inveniatur ſanguis, tum ſi macula rotunda ſit, munda eſt, ſi vero extenſa, immunda eſt ſecundum R. Eliezer filium R. Zadoci.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שהוא נתון תחת הכר *Si veſtis poſita ſit ſub pulvinari*, עד notat veſtem qua ſe abſtergit fœmina poſtquam illa rem habuit cum marito ſuo. משוך טמא *extenſa eſt immunda*, tum ipſa eſt immunda, quia ſuſpicio eſt guttam ab ipſa proveniſſe,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod עד notet veſtem qua ſe abſtergit fœmina, ſi itaque gutta ſanguinis diſtenſa videatur, tum dicimus illam e fœmina proveniſſe, & a linteo excidiſſe dum illa ſe abſtergebat, ac ſi vidiſſet maculam. At vero ſi locus ſanguinis

niſſe, atque hancce guttam linteo adhæſiſſe dum illa ſe abſtergebat. דם עגול *ſanguis circularis*, iſte ſanguis eſt mundus quia ſanguis pediculi eſt; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium R. Zadoci.

guinis ſit rotundus, tum macula non provenit ex abſterſione, ſed ex pediculo quem occidit illic ſub pulvinari. Sed doctor primus dicit, forſan guttam in veſtem conſperſam eſſe; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Zadoci.

פרק ט האשה שהיא עושה צרכיה וראתה דם רבי מאיר אומר אם עומדת טמאה ואם יושבת טהורה רבי יוסי אומר בין כך ובין כך טהורה :

Caput 9. Si fœmina dum opus naturæ reddebat, viderit ſanguinem, tum ea immunda eſt ſecundum R. Meir, ſi ſtaret, ſi vero ſederet, munda. R. Joſe dicit, ſive hoc ſive illo modo, munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה שהיא עושה צרכיה *Fœmina quæ facit neceſſitatem ſuam*, quæ urinam reddit. *Si ſtet, immunda eſt*, quia dicimus quod urina ad ſcaturiginem tranſit, & proinde ſanguis cum urina venit e ſcaturigine. *Si illa ſedeat, munda eſt*, in Gemara dicitur quod illa conſidet ad latus ſellæ, & urinam fortiſſime in ipſam immittit, & tum ſanguis ſcaturiginis exire nequit cum urina, & ſi poſtquam urina defecerit, exiiſſet ſanguis e fonte, tum non inventus eſſet ſanguis in ipſa ſella, ſed ad latus ſellæ, ſanguis enim qui e ſcaturigine provenit, ſorbendo deſcendit, & non defluit. Sanguis vero qui in ſella reperitur, neceſſario venire debuit e loco urinæ, ubi plaga eſt, & non e ſcaturigine. At ſi illa ſtet ſuper latera ſellæ, & urinam immittat in ſellam, tum fieri nequit ut is ſiſtatur, nam dum illa ſtat, tum ſanguis nequit effluere, proinde doctor loqui voluit de fœmina quæ ſedet. R. Joſe dicit, ſive hoc ſive illo modo, illa eſt munda; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus illius quod auctor dixit, עושה צרכיה *facit neceſſitatem ſuam*, eſt quod illa urinam reddit; ſi vero ſtando id fecerit, dixit R. Meir, quod urina ad ſcaturiginem redeat, & cum ſanguine exeat. Quod vero dicit, *ſi ſedeat*, *eſt munda*, id intelligendum eſt ſub illa conditione ſi illa ſedeat ad latus ſellæ, & urinam fortiſſime emittat in ſellam, atque ſanguis inveniatur in ſella iſta. Dixit R. Meir quod ſi hic ſanguis provenerit e ſcaturigine, & inventus fuerit in lateribus ſellæ dum urinam reddebat, tum is e ſcaturigine diffluere debuiſſet; at quia ſanguis in ipſa ſella duntaxat inventus eſt, proinde is egreditur cum urina ex ulcere ſcaturiginis, vel ex aliis membris ſuper quæ urina tranſit; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ב איש ואשה שעשו צרכיהן לתוך הספל ונמצא דם על המים רבי יוסי מטהר ורבי שמעון מטמא שאין דרך האיש להוציא דם אלא שחזקת דמים מן האשה :

2. Vir & fœmina ſi opus naturæ reddiderint in pelvi, & ſanguis inventus fuerit ſuper aquis, tum is ſecundum R. Joſen mundus eſt, ſed immundus ſecundum R. Simeon, quia vir non ſolet emittere ſanguinem, ſed fœmina eſt in ſuſpicione.

R. OB. DE BARTENORA.

שעשו צרכיהן *Qui opus naturæ reddiderunt*, urinam reddiderunt. *R. Joſe mundam pronunciat*, nam vel ratione mulieris ſi iſta ſola minxerit quia unicum tantum eſt dubium, videlicet num ſanguis provenerit e ſcaturigine, an vero ex loco urinæ, quod dubium R. Joſe mundum pronunciat, & quanto magis hic ubi e viro forſan provenit, ſed doctor hic non tradit, R. Joſe mundum eſſe dicit, ſed is nos vult certiores reddere e Miſna ſuperflua, quod R. Joſe quoque ab initio mundam pronunciat mulierem quæ urinam reddidit, & ſanguinem vidit, quia illa ſtudet puritati, ne diceres quod R. Joſe duntaxat pro re nata mundas dicit eas res quas fœmina purificavit, ſed ab initio non ei dicimus ut operam det puritati, proinde auctor nos contrarium docet. *R. Simeon immundum pronunciat*, etiam illic ubi duplex dubium eſt, ſicuti illius ſententia tradit, quod ſuſpicio ſit e muliere ſanguinem effluxiſſe, ſupra vero jam deciſio pronunciata eſt ſecundum R. Joſe, qui vel unicum dubium dixit immundum, & quanto magis ſi duo ſint dubia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si vir atque mulier urinam reddiderint in vas unum, & in hac urina ſanguis inventus fuerit, tum hic duo occurrunt dubia, videlicet unum de viro, & alterum de muliere, nam ſi tu dixeris ſanguinem proveniſſe e muliere, tum denuo dubium eſt an is provenerit e ſcaturigine, & urina redierit ad ſcaturiginem, & prodierit ſanguis, tum non eſt dubium. Et quamvis in hoc ſenſu ſit duplex dubium, tamen R. Simeon ſanguinem pollutum eſſe ſtatuit; & quamvis illa ſedeat, tamen illic nihil eſt quod ipſam polluit, quia dicitur, quandoquidem aquæ redierunt ad ſcaturiginem, proinde R. Schimeon eum immundum eſſe dicit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, qui dixit quod ſi fœmina adſtet immunditiei, & ſanguis inventus ſit in urina, ipſa ſit munda, ſicuti dictum eſt.

ג השאילה חלוקה לעכו"ם או לנדה הרי זו תולה בה שלש נשים שלבשו חלוק אחד או שישבו על ספסל (טור) אחד ונמצא עליו דם כולן טמאות ישבו על ספסל של אבן או על האצטבא של מרחץ רבי נחמיה מטהר שהיה רבי נחמיה אומר כל דבר שאינו מקבל טומאה אינו מקבל כתמים :

3. Si illa induſium mutuo dederit gentili fœminæ, vel menſtruæ, tum attribuit eam huic. Si tres mulieres induerint induſium unum, vel uni ſellæ inſederint, in qua ſanguis inventus eſt, tum omnes immundæ ſunt. Si inſederint ſellæ lapideæ, vel ſcamno lavacri, tum mundæ ſunt ſecundum R. Nechemiam, is enim dicebat, quicquid non recipit immunditiem, id non maculas recipit.

R. OB. DE BARTENORA.

השאילה חלוקה לנכרית *Si ea mutuo dederit induſium fœminæ gentili*, & ipſa deinceps idem induſium induerit, ac maculam in illo invenerit. *Peregrinæ aut menſtruæ*, quæ vidit ſanguinem dum adulta eſt, tum nos de ipſa novimus quod ipſa jam vidit ſimilem menſtruæ. *Ecce hæc attribuit ei*, & proinde ipſa eſt munda, nam cum ea menſtrua ſit, nihil cor-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fœminæ gentilis ſanguis ſimilis eſt ſanguini mulieris menſtruæ Iſraëliticæ, proinde fœmina Iſraëlitica maculam in induſio inventam attribuit fœminæ gentili, & hoc R. Nechemia colligit ex eo quod ſcriptum eſt Eſa. 3, 26. *Et purificata ſedet in terra*, quia illa conſidet in terra quæ pura eſt, proinde iſta purificata eſt. Sed diximus in codice de Vaſis, quod vaſa

corrumpit ipſam, & gentilis quoque immunda eſt, cui fœmina Iſraëlitica cauſam tribuit. At vero Iſraëlitica fœmina munda eſt ſi illa alii fœminæ Iſraëliticæ mundæ mutuo dederit induſium, & iſta alia illud induſium induerit, tum ambæ ſunt mundæ, ſicuti ſequenti Miſna tradit auctor de tribus fœminis; nam ſi ei maculam attribuiſſet, nulla eſt ratio, quare una magis quam altera depravata eſſet. *Lapideæ*, quæ ſella non recipit immunditiem, prima vero ſella erat lignea, quæ pollui poterat ſeſſu ſeminiflui & menſtruo fœminæ. *Non recipit maculas*, ac ſi dixiſſet, Sapientes non decreverunt de maculis in ipſo inventis, & hoc colligit R. Nechemia ex eo quod ſcriptum eſt Eſa. 3, 26. *Et purificata in terra ſedebit*, quia conſedit in terra quæ non recipit immunditiem*, proinde munda eſt. Sed hæc intelligenda ſunt de omni re quæ non recipit immunditiem. Pariter ſi fœmina conſederit ſuper vaſe teſtaceo, quod exterius non recipit immunditiem, vel ſi conſederit ſuper ſegmento veſtis in quo undiquaque non ſunt tres palmi, quodque non recipit immunditiem, de hiſce omnibus doctores decreverunt ratione macularum quæ in ipſis inveniuntur; deciſio eſt ſecundum R. Nechemiam.

vaſa ſtercorea, vaſa terrea, & vaſa lapidea non recipiant immunditiem. Sic etiam dixerunt, ſi inveniatur ſanguis ſuper vaſe teſtaceo, tum id exterius mundum eſt ſecundum R. Nechemiam, quandoquidem vas teſtaceum non polluit exterius, ſicuti expoſitum eſt. Pariter ſi macula inventa ſit in veſte, quæ non habet tres palmos undiquaque, tum ea non recipit immunditiem, ſicuti expoſitum eſt capite ſeptimo codicis de Vaſis; deciſio eſt ſecundum R. Nechemiam.

ד שלש נשים שהיו ישנות במטה אחת ונמצא דם תחת אחת מהן כלן טמאות בדקה אחת מהן ונמצאת טמאה היא טמאה ושתיהן טהורות ותולות זו בזו ואם לא היו ראויות לראות רואין אותן כאילו הן ראויות :

4. Si tres fœminæ dormiverint in uno lecto, & ſub una ſanguis inventus fuerit, tum omnes ſunt immundæ; ſi una ex iis viſitaverit, & ipſa immunda deprehenſa ſit, tum immunda eſt, at reliquæ duæ ſunt mundæ, & una confert in alteram, ſi vero ineptæ ſint ad videndum, tum eas conſiderant ac ſi eſſent aptæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ותולות זו בזו *Et una in alteram contulerit ſanguinem*, ſi una ſit gravida & ſanguinem tribuerit alteri quæ non gravida eſt, tum ipſa eſt munda. *Si vero ineptæ ſint*, ut, ſi omnes ſint gravidæ, vel omnes nutrices, tum omnes immundæ ſunt, ac ſi aptæ eſſent ad videndum, nam ſanguis nihilominus ab illis egreſſus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod auctor dicit fœminam duntaxat immundam eſſe poſtquam illa ſe immundam invenerit, id intelligendum eſt ſub hac conditione, ſi illa ſe viſitaverit dum e lecto aſcendebat abſque ulla mora, & ſeipſam invenerit immundam, tum ei macula adſcribitur, & hicce ſanguis ab ipſa effluxit. Cæterum nos jam expoſuimus id quod dicitur, *una attribuit alteri*; porro quærit quomodo una attribuat alteri ſanguinem, *videlicet*, *ſi gravida ſit & non gravida*, tum gravida tribuit non gravidæ, ſi ſit nutrix & non nutrix, tum nutrix attribuit ei quæ non nutrix, ſi vetula ſit & non vetula, tum vetula attribuit ei quæ non eſt vetula, ſi virgo ſit cum non virgine, tum ea quæ virgo eſt, ſanguinem tribuit non virgini, ſi duæ ſint gravidæ &c. tum unaquæque earum connetur ſub Lege illius quæ maculam videt.

ה שלש נשים שהיו ישנות במטה אחת ונמצא דם תחת האמצעית כולן טמאות תחת הפנימית שתים הפנימיות טמאות והחיצונה טהורה תחת החיצונה שתים החיצונות טמאות והפנימית טהורה (אמר רבי יהודה נ"א) אימתי בזמן שעברו דרך מרגלות המטה אבל אם עברו שלשתן דרך עלייה כולן טמאות בדקה אחת מהן ונמצאת טהורה היא טהורה ושתים טמאות בדקו שתים ומצאו טהורות הן טהורות ושלישית טמאה שלשתן ומצאו טהורות כולן טמאות למה הדבר דומה לגל טמא שנתערב בין שני גלים טהורי' ובדקו אחד מהן ומצאו טהור הוא טהור ושנים טמאין שנים ומצאו טהורים הם טהורים ושלישי טמא שלשתן ומצאו טהורים כולן טמאים דברי רבי מאיר שרבי מאיר אומר כל דבר שהוא בחזקת טומאה לעולם הוא בטומאתו עד שיודע לך טומאה היכן היא וחכמים אומרים בודק עד שמגיע לסלע או לבתולה :

5. Si tres fœminæ dormiverint in uno lecto, & ſub media inventus ſit ſanguis, omnes immundæ ſunt; ſi inventus ſit ſub interiori, tum duæ interiores ſunt immundæ, exterior vero munda eſt; ſi inventus ſit ſub exteriori, tum duæ exteriores ſunt immundæ, interior vero munda eſt. Dixit R. Jehuda, quando? quando tranſeunt per inferiora lecti, at ſi omnes tres tranſierint per aſcenſum, tum omnes ſunt immundæ. Si una viſitaverit & ſe mundam invenerit, tum ipſa munda eſt, duæ vero reliquæ ſunt immundæ; ſi duæ viſitaverint & ſe mundas deprehenderint, tum hæ ſunt mundæ, tertia vero immunda eſt; ſi tres viſitaverint & ſe mundas deprehenderint, tum omnes immundæ ſunt, quia res ſimilis eſt cumulo immundo inter duos cumulos mundos, e quibus ſi unus viſitaverit ſeque mundum deprehenderit, ipſe mundus eſt, duo vero reliqui ſunt immundi; ſi duo viſitaverint, & ſe mundos deprehenderint, ipſi mundi ſunt, tertius vero immundus; ſi omnes tres viſitaverint & ſe mundos deprehenderint, immundi ſunt, ita R. Meir. Nam R. Meir dicit, quicquid verſatur in exiſtimatione immunditiei, id ſemper eſt in immunditie ſua, donec conſtiterit ubinam ſit immundities. Sapientes dicunt, inquirat donec ad petram aut ad terram virginem pervenerit.

R. OB. DE BARTENORA.

תחת הפנימית *Sub interiori*, illa nempe quæ jacet ad latus parietis, פנימית *interior* vocatur, quæ vero jacet ad lecti aſcen-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בשני גלים טמאים *Cum duobus cumulis immundis*, quæſiverunt doctores, quare hic non potius de cumulo immundo

aſcenſum, ea חיצונה *exterior* vocatur; quod vero auctor hic diſtinguat inter ſanguinem qui inventus eſt ſub exteriori fœmina, & inter eum qui inventus eſt ſub interiori, & ſuperius tradat, ſi inventus ſit ſanguis ſub una ex ipſis, omnes immundæ ſunt, & non diſtinguat inter ſanguinem qui inventus eſt ſub interiori, & inter eum qui inventus eſt ſub exteriori, id exponitur in Gemara, quod Miſna ſuperius loquatur de mulieribus ſe invicem contingentibus, proinde de exteriori dubitandum eſt, licet ſanguis inventus ſit ſub interiori. אימתי *quando*? dixerunt, ſi ſanguis inventus ſit ſub exteriori, tum interior munda eſt, quando fœminæ tranſierint per partem lecti inferiorem, quia interior non tranſiit per locum ſanguine affectum. אבל עברו שלשתן דרך עליה *at vero ſi tres tranſierint per aſcenſum lecti*, & iſtæ ſuper exteriorem tranſierint eamque tetigerint, tum omnes immundæ ſunt, imo etiam vel ipſa interior, quia forſan aliquid ſanguinis decidit ex interiori dum ipſa tranſibat illac. *Cum acervo immundo*, qui illic erat in copia olivæ de mortuo, donec perfodiendo pervenerit ad petram vel ad terram virginem; ſin autem non invenerit cumulum mundum, dicere poſſem quod venerit corvus qui abſtulit immunditiem, at ſi omnes tres inquiſiverint, & ſe mundas invenerint, concedunt Sapientes R. Meiro quod omnes ſint immundæ, nam unde hicce ſanguis proveniret? ergo is neceſſario ab alterutra proveniſſe dicendus eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

do ſermo fiat, qui mixtus eſt cum cumulis mundis, quique omnes verſantur in exiſtimatione immunditiei, donec inventa ſit immundities, ſicuti dictum eſt de tribus fœminis in quas dubium incidit, quod omnes tres ſint immundæ; at Sapientes reſpondent quod res de tribus mulieribus manifeſta eſt, quia una ex iis maculam ſanguinis vidit, licet ignoremus quænam illa ſit. Cæterum de cumulis conſtat illic non eſſe immunditiem, quam animantia comederint, vel aquas ipſos inundaſſe, proinde ſi quis effoderit ſolum donec pervenerit ad terram virginem, vel donec pertigerit ad petram, tum licita ſunt loca omnia in quibus hæc inveſtigatio facta eſt; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ו שבעה סמנין מעבירים על הכתם רוק תפל ומי גריסין ומי רגלים ונתר ובורית קמוניא ואשלג הטבילו ועשה על גביו טהרות העביר עליו שבעה סמנין ולא עבר הרי זה צבע הטהרות טהורות ואינו צריך להטביל עבר או שדיהה הרי זה כתם והטהרות טמאות וצריך להטביל :

6. Septem aromata applicantur maculæ, ſputum inſipidum, aqua fabacea, urina, nitrum, ſapo, Cimonia, Aſleg. Si immerſerit veſtem, & ipſam purificaverit, ſi applicuerit ei ſeptem aromata, & non evanuerit, tum hic eſt color, & purificationes puræ ſunt, & non requiritur immerſio. Si illa evanuerit vel obſcurior facta ſit, tum hæc eſt macula, & purificationes ſunt immundæ, & requiritur immerſio.

R. OB. DE BARTENORA.

שבעה סמנין מעבירין על הכתם *Septem ſpecies aromatum admovent ad maculam*, ſanguis enim non prius ceſſat quam omnes hæ ſpecies applicatæ ſint maculæ. Sputum inſipidum, & aquæ fabarum contuſarum inferiori Miſna exponentur. נתר *nitrum*, barbare alumen dicitur, eſtque ſpecies terræ, & pellucidum, & Arabice שב vocatur. בורית eſt ſpecies ſtirpis quæ purificat. קמוניא eſt herba aliqua quæ exſiccatur & contunditur, cujus pulvere manus purificant ab inquinamentis, in Gemara autem שלוף רוץ vocatur. אשלג hæc vox mihi non expoſita eſt. *Si immerſerit*, ſi veſtem macula ſanguinis affectam prius immerſerit aquis quam hæcce aromata adjecerit. *Ecce hic color eſt*, nam ſi ſanguis eſſet, evanuiſſet. שדיהה *obſcurior facta*, ſi amiſerit colorem rubrum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רוק תפל *Sputum inſipidum*, eſt ſputum aromaticum quod amplius exponetur. נתר *nitrum*, quod Arabice אלאועל dicitur; ſed nos id capite ſecundo codicis de Vaſis jam explicuimus. בורית *ſapo*, eſt ſtirps aliqua quæ nota eſt ſub nomine אלנסול. Cæterum in Toſaphta titulo de Jure anni ſeptimi dixerunt quod duæ ſpecies ſmegmatis, videlicet בורית & אהל teneantur ad jus anni ſeptimi, ut & pecunia eorum quum venditæ ſunt. קמוניא eſt aliquod ſal, quod אלקלי vocatur. Sed אשלג Arabice אלצערון dicitur, ſed hæ omnes ſpecies conditæ ſunt, proinde ſi macula ſit ſanguinea, tum ea removeri poteſt per ipſas, hinc auctor dicit, *ſi ea tranſierit vel obſcurior facta fuerit, tum eſt macula.*

ז איזהו רוק תפל כל שלא טעם כלום מי גריסין לעיסרת גריסין של פול חלוקת נפש מי רגלים שהחמיצו וצריך לכסכס שלשה פעמים לכל אחד ואחד העבירן שלא כסדרן או שהעביר שבעה סמנין באחת לא עשה ולא כלום :

7. Quidnam eſt ſputum inſipidum? ſi quis nihil guſtaverit. Aqua contuſarum fabarum & earum manducatio, & diviſio ſubſtantiæ, & urina quæ fermentavit, ea ſigillatim ter confricari debent. Si applicuerit ea præter ordinem, vel applicuerit omnia ſeptem aromata ſimul, tum non fecit quicquam.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שלא טעם כלום *Quando quis nihil guſtavit*, a veſperi per totam noctam inſequentem, tum ſputum eſt abſque ſapore, ſi dormiverit alterum dimidium noctis uſque ad tempus matutinum, & uſque ad tertiam horam diei, vocatur *ſputum inſipidum* hoc ſenſu; ſi vero mane ſurrexerit & didicerit lectionem ſuam, tum non eſt ſputum inſipidum. *Manducatio fabarum contuſarum*, ſi id quod comeditur, diviſum ſit de cortice, tum manducat ſubſtantiam fabæ contuſæ, & eam applicat maculæ. *Urina quæ fermentavit*, quæ trium eſt dierum. וצריך לכסכס *& confricari debent*, quolibet aromate ter confricari debent, quemadmodum veſtes confricantur uno latere alteri applicato. כסדרן *ſecundum ordinem eorum*, ſecundum iſtum ordinem quo hic recenſita ſunt. לא עשה ולא כלום *non fecit quicquam*, nihil effecit ratione inquiſitionis, neque ratione ceſſationis de jure ſuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando quis veſperi nihil comederit, & dormiverit noctis dimidium poſterius, & mane ſurrexerit ac jejunaverit, tum ſputum illius maculam abluere poteſt, & רוק תפל *ſputum inſipidum* vocatur, quia id cum cibis commixtum eſt, idque in eo manet ſtatu uſque dum hora tertia tranſierit. Senſus vero illius quod dicitur de manducatione fabarum contuſarum, & ſubſtantiæ diviſione, ita eſt, quia dum fabæ comeduntur, ſaliva commiſcetur cum fabis. *Urina quæ fermentaverit*, eſt urina trium dierum. כסכס notat confricare, veſtis nempe confricanda eſt manibus, ſicuti faciunt fullones. Tandem auctor dicit, *& nihil fecit*, ſi aromatibus præter ordinem uſus ſit, & macula remanſerit, tum adhuc non conſtat quod ſit color, ſed macula eſſe poteſt; quando autem macula ordine lavata fuerit, tum ipſa amittit faciem ſuam, attamen dubium de re adhuc reliquum eſt, qualis macula ſit, proinde confricatio præter ordinem facta ei nihil prodeſt.

ח כל אשה שיש לה וסת דיה שעתה ואלו הן הוסתות מפהקת ומעטשת וחוששת בפי כריסה ובשפולי מעיה ושופעת וכמין צמרמורות אוחזין אותה וכן כיוצא בהן וכל שקבעה לה שלש פעמים הרי זה וסת :

8. Cuilibet fœminæ in tempore menſtruo verſanti ſufficit hora ſua; hæc vero ſunt tempora menſtrua, ſi ea oſcitet, ſternutet, & in ore ventris dolorem ſentiat, & in declivitate ventris, & inferius, & ſi quaſi horrores ipſam prehendant, atque id genus alia; cui vero hi caſus ter acciderint, ea habet menſtruum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל אשה שיש לה וסת דיה שעתה *Omni mulieri in conſuetudine menſtrua verſanti ſufficit hora ſua*, nos hæc jam expoſuimus capite primo, ibique ſermo fit de fluxu menſtruo quotidiano, ut, qui incipit die quinto decimo & durat ad quintum decimum, id eſt, ab uno menſe ad alterum; hic vero ſermo eſt de fluxu menſtruo qui eſt in corpore, quando enim hæc ſigna conſpiciuntur in muliere, tum ipſa quidem videt ea, ſed non videt ea fixo tempore. מפהקת *oſcitat*, nonnulli exponunt, quod fœmina menſtruum ſentiens os ſolet expandere, barbare Alari; alii exponunt, quod illa expandit ſua brachia, barbare Aſtarni Kelar. בפי כריסה *in ore ventris*, circa umbilicum. שפולי מעיה *declivitates viſcerum ipſius*, intellige matricem. שופעת *diffluens*, in Gemara exponitur quod ſanguis immundus effluit e ſanguine mundo, ut, ſi illa ſoleat videre ſanguinem mundum ab initio, id eſt ſanguinem qui non comprehenditur ſub quinque ſpeciebus ſanguinis impuri, ſed poſtea fit ſanguis immundus, tum hicce ſanguis etiam conſuetudinis menſtruæ ſignum eſt; quando autem fœmina viderit ſanguinem immundum poſt mundum, tum ei ſufficit hora ſua, id eſt, purificationes rite peractæ ſunt ab illo tempore quo puritati ſtuduit & non deinceps.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oſcitatio, ſternutatio, & dolor ventris inferioris, hæc omnia accedunt cum gravitate quadam ac duritie quæ contrahitur in inferioribus corporis partibus. צמרמרות *horrores*, eſt vox compoſita eſt צמור & בשר id eſt, *horror carnis*. Tandem addit, *& id genus alia*, nempe, quicunque caſus ei acciderint tempore menſtruo, ſi ii ter acciderint ei, tum iſti acceſſus mulieri ſunt ſignum conſuetudinis menſtruæ ſuæ, hinc aliæ laborare ſolent ſtomacho, aliæ dolore capitis, aliæ ſe commovere, aliæ deliquia animi pati, aliæ denique pulſu cordis affici, & id genus aliis ægritudinibus.

ט היתה למודה להיות רואה בתחלת הוסתות כל הטהרות שעשתה בתוך הוסתות טמאות בסוף הוסתות כל הטהרות שעשתה בתוך הוסתות טהורות רבי יוסי אומר אף ימים ושעות וסתות היתה למודה להיות רואה עם הנץ החמה אינה אסורה אלא עם הנץ החמה רבי יהודה אומר כל היום שלה :

9. Si fœmina ſoleat videre ab initio acceſſus menſtrui, tum omnes purificationes quas illa in acceſſu menſtruo peregerit, ſunt immundæ, ſi vero in fine acceſſus menſtrui, tum omnes quas peregerit, ſunt mundæ. R. Joſe dicit, etiam dies, horæ & acceſſus menſtrui. Si illa ſoleat ipſum videre ſub crepuſculo matutino, tum illa ſub crepuſculo matutino duntaxat prohibita eſt. R. Jehuda dicit, toto die ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

היתה למודה להיות רואה בתחלת הוסתות *Si illa ſoleat videre ab initio conſuetudinis menſtruæ*, ſi illa menſtruum in corpore ſuo ſenſerit ab initio oſcitationis & ſternutationis, aliisque in caſibus. *Etiam dies & horas*, acceſſus nempe menſtrui horarii etiam pro acceſſibus menſtruis habendi ſunt, & horum conditionem nos ſequimur, nam ſi fœmina ſoleat videre menſtruum a die viceſimo ad diem viceſimum ſequentis menſis, & ab hora ſexta ad horam ſextam inſequentis diei, tum illa marito ſuo licita eſt in congreſſum uſque ad horam ſextam, & illa hora ſexta duntaxat cum marito rem habet, ſi præterierit hora ſexta, & illa non viderit, tum ea marito ſuo licita eſt in congreſſum per totum iſtum diem. היתה למודה להיות רואה עם הנץ החמה *ſi illa ſoleat videre fluxum menſtruum*, hæc R. Joſis ſententiæ concluſio eſt. *Tum ea non eſt prohibita, niſi ſub crepuſculo matutino tantum*, & per totam noctem marito ſuo licita eſt in congreſſum; ſi vero illa per totum diluculum matutinum non viderit ſanguinem, tum per totum diem maritus cum ipſa rem habere poteſt, quia fœmina ipſo momento menſtruo ſuſpecta eſt, & non porro. *R. Jehuda dicit, totam noctem ipſius*, uxor nempe marito ſuo in congreſſum licita eſt totum diem, ex quo tranſiit crepuſculum matutinum, & non viderit ſanguinem; ſed totam noctem ante crepuſculum matutinum acceſſus menſtrui prohibita eſt marito ſuo in congreſſum; poſtquam vero crepuſculum jam advenit, id intelligas quod illa ſoleat videre cum in fine noctis, antequam incipiat dies, ſed nos eam prohibitam pronunciamus per totum tempus menſtruum, hinc ea marito ſuo per totam noctem eſt prohibita, quæ eſt tempus menſtrui ipſius; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וסת *Acceſſus menſtruus*, ſecundum doctorem primum eo denotatur dies & nox quibus fœmina videre ſolet fluxum ſuum menſtruum. Si vero ipſa ſoleat menſtruum videre per integrum triduum, dicit R. Jehuda quod is ipſe exponat ſententiam doctoris, nempe quod fœmina per integrum biduum prohibita ſit marito ſuo, imo licet ab initio diei non viderit ſanguinem uſque ad finem ipſius, & hic eſt ſenſus illius quod R. Jehuda dixit, *toto die ipſius*. Cæterum R. Joſe dicit, quod illa licita ſit marito ſuo uſque ad horam ſextam, ſi ea tum ſoleat videre fluxum. Si vero meridies acceſſerit, & fœmina nondum viderit ſanguinem, tum illa manet in dubio, & prohibita eſt marito ſuo uſque ad tempus quo preces pomeridianæ leguntur, at ſi ne quidem iſto tempore viderit eum, tum licita eſt marito ſuo in congreſſum per reliquum diei ſpatium; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

י היתה למודה להיות רואה יום חמשה עשר ושינתה להיות רואה ליום עשרים זה וזה אסורים שינתה פעמים ליום עשרים זה וזה אסורין שינתה שלש פעמים ליום עשרים הותר יום חמשה עשר וקבעה לה יום עשרים שאין אשה קובעה לה וסת עד

10. Si illa ſoleat eum videre decimo quinto die, & denuo viderit die viceſimo, tum die utroque prohibita eſt; ſi illa bis viderit die viceſimo, tum utroque prohibita eſt; ſi ter viderit die viceſimo, tum decimus quintus dies licitus eſt, & dies viceſimus ei fixus eſt, quia mulier ſibi non figit menſtruum, niſi donec ipſum ter fixerit; neque purgat

עד שתקבענה שלש פעמים ואינה מטהרת הוסת עד שתעקר ממנה שלשה פעמים :

gat acceſſum menſtruum, niſi donec ter ab ipſa liberata ſit.

יא נשים בבתוליהם כגפנים יש גפן שיינה אדום ויש גפן שיינה שחור ויש גפן שיינה מרובה ויש גפן שיינה מועט (ס"א) רבי יהודה אומר כל גפן יש בה יין ושאין בה יין הרי זה דורקטי :

11. Fœminæ in virginitate ſua ſimiles ſunt vitibus, eſt autem vitis cujus vinum eſt rubrum, eſt etiam vitis cujus vinum eſt nigrum, eſtque vitis cujus vinum eſt abundans, & eſt vitis cujus vinum eſt exiguum. R. Joſe dicit, omnis vitis habet vinum, & quæ vinum non habet, illa dicitur Dorkati.

R. OB. DE BARTENORA.

יש גפן שיינה אדום וכו׳ *Eſt vitis cujus vinum eſt rubrum*, &c. ita etiam inveniuntur fœminæ quarum ſanguis ruber eſt, & quarum ſanguis niger eſt. כל גפן יש בה יין *omnis vitis habet vinum*, ita quoque omnis fœmina habet ſanguinem menſtruum, & ſanguinem virginitatis. ושאין בה *& quæ non habet*, hæc vocatur דורקטי ex דור & קטיע quaſi dixeris generationem exciſam, quia illa ob ſterilitatem ſuam parere nequit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נשים בבתוליהם כגפנים *Mulieres in virginitate ſua ſimiles ſunt vitibus*, nam hæ comparationes nos juvant in juribus accuſationum, ſi virginitas in puella non inventa ſit. R. Jehuda dicit quod nonnullæ ſint mulieres quæ non habent ſanguinem, videlicet nec ſanguinem menſtruum, nec ſanguinem virginitatis, & propterea non pariunt, & hic eſt ſenſus vocis דורקטי quæ compoſita eſt e דור *generatio*, & קטיע *abſciſſa*; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam.

פרק י תנוקת שלא הגיע זמנה לראות וניסת בית שמאי אומרים נותנין לה ארבע לילות ובית הלל אומרים עד שתחיה המכה הגיע זמנה לראות וניסת בית שמאי אומרים נותנין לה לילה הראשון ובית הלל אומרים עד מוצאי שבת ארבע לילות ראתה ועודה בבית אביה בית שמאי אומרים נותנין לה בעילת מצוה ובית הלל אומרים כל הלילה כולה (נ"א שלה) :

Caput 10. Parvula quæ nondum tempus videndi menſtruum attigit, ſi nupſerit, ſecundum Scholam Schammai concedunt quatuor noctes. Schola Hillelis dicit, donec ſanata ſit plaga. Si venerit momentum temporis ipſius eſt ad videndum, & nupſerit, Schola Schammai dicit, concedunt ei noctem primam. Schola Hillelis dicit, uſque ad exitum Sabbati quatuor noctes. Si illa menſtruum viderit dum adhuc erat in domo patris ipſius, Schola Schammai dicit, concedunt ei concubitum præcepti. Schola Hillelis dicit, totam noctem.

R. OB. DE BARTENORA.

נותנין לה ארבע לילות *Concedunt ei quatuor noctes*, & quamvis illa videat ſanguinem, tamen dicimus eum eſſe ſanguinem puritatis, & eundem eſſe mundum. עד שתחיה המכה *donec revixerit plaga*, donec plaga e coitu contracta ſanata fuerit, quando enim ſtat, tum ſanguis fluit ex ipſa, & non effluit quando ſedet, vel ſi is effluat quando illa ſedet ſuper aliqua re dura, vel ſuper re molli, ut, ſi illa ſedeat ſuper pulvillo vel pulvinari, non effluat, tum manifeſtum eſt quod plaga nondum ſanata ſit, & quod ſanguis venerit propter virginitatem nunc amiſſam. Cæterum ſi ſanguis effluat ſive illa ſtet, ſive ſedeat, ſive illa ſedeat ſuper re molli, ſive illa ſedeat ſuper re dura, tum hicce ſanguis non eſt ſanguis plagæ, ſed menſtruus. *Si advenerit tempus viſionis*, & illa non viderit ſanguinem, ſed nupſerit. עד מוצאי שבת ארבע לילות *Uſque ad exitum Sabbati quatuor noctes*, etenim puella die quarto nupſit, quia virgines quarto die ſeptimanæ ſolent nubere, & quinta nocte comprimi. בעילת מצוה *congreſſus præcepti*, eſt congreſſus primus. כל הלילה כולה *per totam noctem ipſius*, licet maritus ſæpius cum illa rem habuerit; ſed hæc omnia intelligenda ſunt, prout ſe res olim habebat, ſed poſtquam filiæ Iſraëliticæ in ſe ſuſceperunt, quod etiamſi guttam ſanguinis in copia grani hordeacei viderint, nihilominus tamen propter illam per integrum ſeptiduum ſe obſervent. Quiſquis autem virginem duxerit in uxorem, quantumvis parvula ſit quæ nondum tempus videndi menſtruum aſſecuta eſt, is cum illa denuo rem habere nequit ſimulac congreſſu præcepti eam agnovit, niſi donec illa ſeptem dies puritatis ſuæ enumeraverit poſt ceſſationem ſanguinis, ſecundum jus omnium mulierum ſanguinem videntium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שתחיה המכה *Donec vixerit plaga*, id eſt, donec ſanata ſit plaga, & ſanguis virginitatis remotus, quod auctor definit, ſi ſanguis ex ipſa effluat, quando fœmina ſtat, at quando illa ſedet, non effluat, & quum hujuſce ſanguinis mutatio fit quæ aliqua ex parte conſpicua eſt, tum plaga jam ſanata eſt. Si vero poſtea viderit ſanguinem, tum ea prohibita eſt dominis ſuis; & ſi omnibus modis viderit ſanguinem, ſive illa ſtet ſive ſedeat humi, ſive ſedeat ſuper vaſis, ſanguis iſte eſt ſanguis menſtruus, & non ſanguis virginitatis, eſtque immundus. Cæterum verba Scholæ Hillelis, uſque ad exitum Sabbati quatuor noctes, ita intelligas, concedunt fœminæ quatuor noctes, & tum ipſa ſit licita marito ſuo per omnes quatuor noctes, videlicet uſque ad noctem Sabbati, etenim notum eſt quod virgo quarto die ſeptimanæ nubere ſoleat, ſicuti ab initio de Literis Matrimonialibus dictum eſt. Porro nos auctor docet quod Sabbatum comprehendi poſſit ſub quatuor modo memoratis diebus, & quod cum virgine ab initio congredi liceat, & hoc in caſu auctor meminit noctis, & noctium, & non dierum, quia notum eſt e Lege noſtra quod congreſſus diurnus ſit abominabilis, proinde ab illo abſtinent. Cæterum tu jam noſti illam juris deciſionem quam tenemus, nempe quod filiæ Iſraëliticæ tam accuratæ ſint in ſanguine menſtruo diſcernendo, ut ſi guttam ſanguinis in copia grani ſinapi viderint, illius cauſa ſeptem dies puritatis obſervent; & ita quoque deciditur de omni puella, quantumvis parvula ſit, ſi quis cum ipſa rem habuit ex præcepto congreſſionis, is tum abſtinet ab illa, proinde ſi quis virginem duxerit, licet illius menſtruum tempus nondum advenerit, illa debet ſe luſtrare, & licet non viderit ſanguinem ex quo compreſſa fuit, tamen vir ſe ab ipſa ſeparare debet donec ipſa ſeptem dies puritatis enumeraverit, & ſanguis octava nocte ceſſaverit, tum ipſa licita eſt marito ſuo ſecundum jus omnium fœminarum menſtruarum.

ב נדה שבדקה עצמה יום שביעי שחרית ומצאתה טהורה ובין השמשות לא הפרישה ולאחר ימים בדקה

2. Menſtrua ſi viſitaverit ſe die ſeptimo mane, ſeque mundam deprehenderit, ſed circa veſperam ſe

בדקה ומצאתה טמאה הרי היא בחזקת טהרה בדקה עצמה ביום שביעי בשחרית ומצאתה טמאה ובין השמשות לא הפרישה ולאחר זמן בדקה ומצאתה טהורה הרי זו בחזקת טמאה ומטמאה מעת לעת ומפקידה לפקידה ואם יש לה וסת דיה שעתה רבי יהודה אומר כל שלא הפרישה בטהרה מן המנחה ולמעלה הרי זו בחזקת טמאה וחכמים אומרים אפילו בשנים לנדתה בדקה ומצאתה טהורה ובין השמשות לא הפרישה ולאחר זמן בדקה ומצאתה טמאה הרי זו בחזקת טהרה:

ſe non ſegregaverit, & poſt aliquot dies ſe viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, tum illa verſatur in opinione puritatis. Si viſitaverit ſe die ſeptimo mane, ſeque immundam deprehenderit, at circa veſperam ſe non ſegregaverit, ſed poſtea ſe viſitaverit & mundam deprehenderit, tum illa verſatur in opinione impuritatis, polluitque de tempore in tempus, & ab inquiſitione ad inquiſitionem. Si vero ea fluxum menſtruum habeat, tum ei ſufficit hora ſua. R. Jehuda dicit, quæ ſe non ſegregaverit a tempore pomeridiano & antea, ea verſatur in opinione impuritatis. Sapientes dicunt, licet ſecundo die a menſtruo ſuo viſitaverit, ſeque mundam deprehenderit, at circa veſperam ſe non ſegregaverit, & poſtea viſitaverit ſeque immundam deprehenderit, tum ipſa verſatur in opinione puritatis.

R. OB. DE BARTENORA.

לא הפרישה *Non ſegregaverit ſe*, non viſitaverit ſe ut in puritate ſegregaret ſe. *Et poſt aliquot dies*, poſtquam illa ſe immerſerit aquis nocte octava. *Tum ipſa verſatur in exiſtimatione puritatis*, iſtis nempe diebus qui intercedunt inter immerſionem ipſius & tempus quo ſe immundam deprehendit, & purificationes ipſius, quas attigit ſunt mundæ, nam dici poteſt quod illa modo vidit ſanguinem.

מטמאה מעת לעת *Polluit de tempore in tempus*, hæc ad principium ſpectant, ubi auctor tradidit, & ſi poſt aliquot dies viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, tum ipſa verſatur in exiſtimatione puritatis, attamen polluit de tempore in tempus ab hac viſione, vel ab inquiſitione ad inquiſitionem.

אפילו בשנים לנדתה *Licet ſecundo die a menſtruo ipſius*, ſi illa ſe viſitaverit mane, & ſe mundam deprehenderit, at circa veſperam ſe non ſegregaverit, verum ſub finem ſeptem dierum ſe aquis immerſerit, & poſt aliquot dies ſe viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, tum ipſa hucuſque verſatur in exiſtimatione puritatis. Sed tres ſunt controverſiæ in hac re, ſecundum doctorem primum viſitatio matutina diei ſeptimi ipſam purificat, at non ſecundi a menſtruo ipſius. At ſecundum R. Jehuda viſitatio matutina diei ſeptimi non purificat, niſi donec ſe circa veſperam ſegregaverit, ſed ſecundum Sapientes viſitatio ſecundo die facta non purificat ipſam, nam cum fluxus ceſſarit, ceſſet, ſed hoc intelligas ſi ſecundo ſe viſitarit ſecundum Sapientes. Cæterum ſi fœmina primo die ſe mundam deprehenderit, at poſtea ſe non viſitaverit, ſed immerſerit aquis nocte octava, & purificaverit, ſed poſtea ſe immundam deprehenderit, tum Sapientes eam declarant mundam, quia die primo ſcaturigo omnino aperta eſt, proinde tradit auctor, licet ſecundo die menſtruo tantum, & non die primo; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא הפרישה *Non ſegregaverit ſe*, non viſitaverit ſe ut ab immunditie menſtrua ſe elongaret. Quando vero auctor dicit in fine Miſnæ, *en illa verſatur in exiſtimatione impuritatis*, id eo ſenſu intelligas, quod illa ſit dubia feminiflua, quæ ſacrificium adferre debet quod non comedetur. Et quum auctor dicit, *illa polluit de tempore in tempus*, illius hic eſt ſenſus, ſi illa viderit ſanguinem intra dies fluxus ipſius, videlicet die undecimo inter unum atque alterum menſtruum, tum ipſa præpoſtere polluit de tempore in tempus. Et quum dicit, *& ſi ea habeat conſuetudinem menſtruæ, tum ei ſufficit hora ſua*, ſcias inde quod ſi fœminæ figatur tempus menſtruum intra tempus fluxus ſui, illa tantum ſit immunda dum menſtruo affecta eſt, & quod ei ſufficiat hora ſua, ita ut hic non requiratur triplex acceſſus menſtruus, ſecundum jus conſuetudinis menſtrui ſupra memorati, quia die undecimo ſanguines ipſius remoti ſunt. Sed R. Jehuda ſe opponit primo Miſnæ membro, dicitque, quod ſi ipſa ſe viſitaverit die ſeptimo a menſtruo ipſius mane, ſeque deprehenderit mundam, at poſt aliquot dies denuo ſe viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, verſetur in opinione immunditiei; ſed quod ea verſatur in opinione puritatis, quando viſitaverit ſe die ſeptimo poſt tempus pomeridianum, ſeque mundam deprehenderit, at poſt aliquot dies ſe denuo viſitaverit, ſeque immundam deprehenderit, idque indigitari ex eo quod dicitur, *quæ ſe non ſegregaverit in puritate, a tempore pomeridiano & antea.* Sapientes dicunt, licet illa ſe viſitaverit die ſecundo a menſtruo ſuo mane, ſeque mundam deprehenderit, at deinceps ſe non viſitaverit, atque dies ſeptimus appropinquaverit circa veſperam, & illa ſe non ſeparaverit, ſed poſt aliquot dies denuo ſe viſitaverit, & ſe immundam deprehenderit, tum illa verſatur in ſuſpicione puritatis, videlicet in iſtis diebus qui jam tranſierunt poſt acceſſum menſtruum uſque ad iſtum diem. Etenim non dicimus quod ſanguis a tempore fluxus menſtrui ſemper effluat uſque ad hunc diem, quia illa ſe jam viſitavit in diebus menſtrui ſui, & nihil invenit, cum igitur fluxus ceſſarit, ceſſet. Cæterum ſi fœmina ſe viſitaverit die primo, ſeque invenerit mundam, & poſtea ſe denuo non viſitaverit, tum hoc nihil prodeſt, quia die primo fons omnino apertus eſt, proinde ſimplex Miſnæ membrum ſub conditione locutum eſt, etiamſi ſecundo die a menſtruo ſuo; licet in Gemara dubium moveatur de inquiſitione prima, nos tamen graviorem in modum decidimus, quia Miſna dixit, *etiamſi die ſecundo*, & non, etiamſi die primo; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג הזב והזבה שבדקו עצמן ביום ראשון ומצאו טהור וביום השביעי ומצאו טהור ושאר ימים שבינתיים לא בדקו רבי אליעזר אומר הרי הן בחזקת טהרה רבי יהושע אומר אין להם אלא יום ראשון ויום שביעי בלבד רבי עקיבא אומר אין להם אלא יום שביעי בלבד:

3. Seminifluus & feminiflua ſi ſe die primo viſitaverint, ſeque mundos deprehenderint, & die ſeptimo quoque, reliquis vero diebus intermediis non viſitaverint ſe, tum ii ſecundum R. Eliezer ſunt in exiſtimatione puritatis. R. Jehoſua dicit, die primo & ſeptimo tantum mundi ſunt. R. Akiba dicit, ii die ſeptimo duntaxat mundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הזב והזבה *Seminifluus & ſeminiflua*, qui ſeptem dies puritatis enumerare debent, horum viſiones ſi defecerint, tum incipiunt numerare, & inquirunt die primo, ſeptimo &c. *Dies primus & ſeptimus ratione puritatis iis duntaxat conceditur*, & præterea adhuc quinque dies puritatis numerare debent, ut ſeptiduum impleatur. *R. Akiba dicit*, *ſeptimus iis tantum conceditur*, quia diebus intermediis forſan viderunt fluxum, & ſic deſtruxerunt numerationem ipſorum priorem; deciſio non eſt ſecundam R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tu jam noſti ex legibus de ſeminifluis viris fœminiſque, quod ii ſeptem dies puritatis obſervare debent, & quod primi dies coincidant, ſi immundities in ipſis conſpiciatur, proinde ab hoc tempore & deinceps numerandum eſt, & tum dies iſti qui veniunt inter primum & ſeptimum diem ad ſeptem dies puros pertinent, ſecundum mentem R. Jehoſuæ & R. Akibæ ſunt in ſuſpicione immunditiei, quia fieri poteſt ut in iſtis diebus conſpiciatur immundities, quia ſeipſos non viſitarunt. Sed R. Jehoſua allevat in hac re, quia in dubio eſt, & enumerat diem primum, & ſeptimum; & ſi hi dies non ſint continui, tum is ſtatuit quod poſt huncce quinque tantum ſint dies. Sed R. Akiba non allevat, proinde is diem ſeptimum duntaxat enumerat, & ſtatuit quod poſtea ſex dies numerandi ſint, donec fuerint ſeptem dies continui puritatis; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer.

ד הזב והזבה והנדה והיולדת והמצורע שמתו מטמאין במשא עד שימוק הבשר עכו"ם שמת טהור מלטמא במשא בית שמאי אומרים כל הנשים מתות נדות ובית הלל אומרים אין נדה אלא שמתה נדה :

4. Seminifluus, ſeminiflua, menſtrua, puerpera, & leproſus qui obierunt, polluunt ſi ferantur, donec caro tabeſcat. Gentilis ſi obierit, mundus eſt a pollutione ſi is feratur. Schola Schammai dicit, omnes mulieres moriuntur menſtruæ. Schola Hillelis dicit, non eſt menſtrua niſi ea quæ obiit menſtrua.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמאין במשא *Polluunt onere*, Gemara docet hic diſtinguendum eſſe, & hoc non referendum eſſe ad omnem mortuum, quia mortui ſunt qui non polluunt onere, ſed quod polluit onere, id ratione lapidis מסמא id eſt lapide magno & gravi, dicitur, qui dimoveri nequit, ſi igitur hicce lapis alicui inſtrumento impoſitus ſit, cui ſuppoſitus eſt mortuus, tum hoc non eſt משא *onus*, quia mortuus dimoveri nequit cum ipſo; reliqui vero mortui non polluunt, hi vero polluunt ex decreto Sapientum, quandoquidem enim vivi polluunt lapide מסמא ex Lege, quia ſeſſu polluunt quicquid iis ſuppoſitum eſt, proinde timendum eſt ne ſeminifluus deficiat & ſimilis ſit mortuo. Si vero dixeris, ſeminifluus mortuus non polluit, ergo ſeminifluus vivus qui animo defecit, mundus declarari poſſet.

עד שימוק הבשר *Donec tabeſcat caro*, nam tunc certo mortuus eſt. *Gentilis ſi obierit*, licet gentilis vivus ſimilis ſit ſeminifluo in omnibus, & polluat lapide gravi, tamen ex quo is obiit, mundus eſt ita ut non polluat lapide gravi; quia immundities fluxus ſeminis quæ ei adſcribitur dum vivit, ex decreto ſcribarum duntaxat obtinet. Omnes vero fœminæ habentur pro menſtruis, & veſtes iis impoſitæ prope obitum aquis abluendæ ſunt, licet poſt obitum non tetigerint eas, quia in principio abluunt veſtes a fœminis mortuis menſtruis indutas, hinc menſtruæ viventes pudore affectæ ſunt, quia vel in morte ipſarum magis aſpernarentur quam reliquæ fœminæ, propterea Sapientes ſanciverunt ut ſe lavarent omnes fœminæ propter honorem fœminarum adhuc viventium. *Schola Hillelis dicit*, *nulla eſt menſtrua niſi ea quæ menſtrua mortua eſt*, quia Schola Hillelis non curat ea quæ Sapientes ſanciverunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod omne cadaver humanum polluat dum portatur, at ſenſus illius quod hic dicitur, *polluunt dum feruntur*, eſt, quod ipſa cadavera humana, dum ſuper inſtrumento aliquo feruntur, polluunt omnia, vel ipſam veſtem interiorem, imo licet inter ipſa & inter inſtrumenta ſit lapis מסמא *duriſſimus*, nihilominus tamen *polluunt* ſeſſione & cubatione, etiam ſub lapide duriſſimo, *ſicuti polluunt* dum adhuc erant in vivis, quemadmodum ab initio hujuſce libri expoſitum. Hujuſce *rei hæc eſt ratio*, quod nos dicimus de uno quod *is non ſit mortuus*, & *quod immundities qua hi mortui polluunt cubatione & ſeſſione*, ea eſt immundities mortuorum ex decreto Sapientum, quia homo mortuus non polluit ſeſſione & cubatione. Cæterum in Siphra dicitur quod ſeminifluus efficit immunditiem cubationis, at non mortuus; quod vero dixerunt, quod ſeminifluus polluat dum fertur, ſicuti mortuus donec tabeſcat, id ita ſe habet ex decreto ſcribarum. Verum ego tibi jam aliquoties dixi quod gentiles omnes ſimiles ſint ſeminifluis, proinde gentilis polluit cubatione ſub duriſſimo lapide, quia omnibus *ſeminifluis ſimilis* eſt dum vivit, at poſt obitum ſuum mundus eſt, ita ut nullatenus polluat, refertur enim ad omnem mortuum qui non efficit immunditiem cubationis; neque *illius jus idem eſt cum jure ſeminiflui* Iſraëlitici, quia *illius immundities ſimilis eſt fluxui ex decreto* Sapientum. Schola Schammai ſtatuit, quod *omnis fœmina* quæ obiit in ritu menſtruæ fœminæ, obiit quia non alligata erat menſtruæ, quæ obiit tantum in lotione veſtium ipſius, hinc pudore ſuffuſæ ſi ſunt fœminæ menſtruæ viventes, quæ hoc viderunt, utrumque enim in principio jam dictum eſt, nempe, aquis immergunt vaſa propter fœminas menſtruas mortuas; & quia menſtruæ fœminæ vivæ rubore perfuſæ ſunt, proinde Sapientes ſanciverunt ut omnes mulieres in honorem menſtruarum mulierum ſe immergerent; ita ſtatuit Schola Schammai, ſed Schola Hillelis hoc in caſu ei non aſſentitur.

ה האשה שמתה ויצא (ס"א) ממנה רביעית דם מטמאה משום כתם ומטמאה באהל רבי יהודה אומר אינה מטמאה משום כתם מפני שנעקר משמתה ומודה רבי יהודה ביושבת על המשבר ומתה ויצא (ס"א) ממנה רביעית דם שהיא מטמאה משום כתם אמר רבי יוסי לפיכך אינה מטמאה באהל :

5. Si fœmina obierit & quartarius Logi ſanguinis exierit ex ipſa, tum ipſa polluit ratione maculæ, & in tentorio. R. Jehuda dicit, non polluit ratione maculæ, quia extirpata eſt ab ipſa ex quo obiit. Et conſentit R. Jehuda de illa quæ dolore partus correpta eſt, & deinde obiit, e qua quartarius Logi ſanguinis exiit, quod ipſa polluat ratione maculæ. Dixit R. Joſe, propterea ipſa non polluit in tentorio.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמאה משום כתם *Polluit ratione maculæ*, ratione maculæ mu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דם נדה *Sanguis menſtruæ*, intellige carnem quæ polluit ratio-

mulieris menſtruæ polluit in quantulacunque copia, nam propter immunditiem mortui non polluit, niſi quartarius Logi ſanguis adſit. *Et polluit in tentorio*, ſi totus quartarius ſimul ſit. *Quod illa polluat ratione maculæ*, in quantulacunque copia, quia illa jam e vita ſublata eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Joſen, proinde non eſt differentia inter illam quæ verſatur in dolore partus, & inter reliquas mulieres mortuas, quæ omnes polluunt ratione maculæ ſanguineæ, & polluunt in tentorio, ratione maculæ, & ſanguis mortuorum polluit in tentorio, quando is quartarium Logi continet, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Tentoriis; doctores enim de hoc ſanguine in graviorem partem judicaverunt, cumque cum ſanguine mortui & vivi parem fecerunt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ו בראשונה היו אומרים היושבת על דם טוהר היתה מערה מים לפסח חזרו לומר הרי היא כמגע טמא מת לקדשים כדברי בית הלל בית שמאי אומרים אף כטמא מת:

6. In principio dicebant, quæ ſedet ſuper ſanguine puritatis, ea evacuat aquas pro Paſchate; poſtea denuo dixerunt, ipſa ſimilis eſt ei qui tetigit mortuo pollutum, ratione ſacrorum, ſecundum Scholam Hillelis. Schola Schammai dicit, etiam ei qui mortuo pollutus eſt, ſimilis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מערה מים לפסח *Evacuat aquas pro Paſchate*, ab uno vaſe in alterum, ad lavandum in iſtis aquis carnem Paſchalem; ſed aquas tangere non debet, quia illa die lota eſt quæ occaſum ſolis adhuc expectat ſub finem duarum ſeptimanarum quem illa demum nanciſcitur poſt octogeſimum diem, ex quo propitiatio ipſius allata eſt, Lex enim ipſam conſtituit in ſtatu illius quæ die lota eſt, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 12, 4. *Omne quod ſanctum eſt, id ne tangito*, hinc nos colligimus quod per, *omne ſanctum*, includi debeat oblatio prima. Quæ vero die lota eſt, ea eſt ſecundus immunditiei gradus, proinde ſi illa evacuet, non debet tangere aquas, ſed vas tantum, etenim ſecundus gradus non polluit vaſa, ſed aquas tangere nequit, quia aquæ iſtæ paratæ ſunt ut caro Paſchalis in ipſis abluatur, quia profana in puritate ſacrorum parata, ſimilia ſunt ipſis ſacris.

חזרו לומר הרי היא כמגע טמא מת *Poſtea denuo dixerunt, ea ſimilis eſt ei qui tetigit eum qui mortuo pollutus eſt*, qui primus eſt immunditiei gradus reſpectu ſacrorum, at reſpectu profanorum is qui die lotus eſt, diſſimilis eſt ei qui mortuum tetigerit, ut is primus eſſet immunditiei gradus, ſed potius ſecundus, proinde fœminas vel ipſas aquas tangere poteſt, quia ſunt profanæ, qui vero die lotus eſt, is ſecundus eſt immunditiei gradus, at ſecundus gradus non facit tertium in profanis. Et quamvis hæ aquæ paratæ ſint in puritate rei ſacræ, quia paratæ ſunt ad agnos Paſchales lavandos, tamen hoc nihil juvat in ipſis, quia profana in puritate ſacrorum parata, non ſunt ſimilia ſanctis. Schola Schammai dicit, etiam ei qui pollutus eſt mortuo, ſimilis eſt, qui eſt immunditiei pater, & primum tactu facit immunditiei gradum, ita quoque tactus illius qui die lotus eſt, primum efficit immunditiei gradum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis quod fœminæ quæ ſedet ſuper ſanguine puritatis, idem ſit jus ac illius quæ die lota eſt, ſed occaſum ſolis adhuc expectat, Lex vero de fœmina ſuper ſanguine puritatis ſedenti, dicit Levit. 12, 4. *Quicquid ſanctum eſt, id non tanget, neque ad ſanctuarium veniet.* Porro dicit auctor noſter quod in principio putarunt res profanas in puritate rerum ſacrarum paratas, ſimiles eſſe ſacris, proinde prohibuerunt ne quis tangeret res profanas in puritate carnis Paſchalis paratas, & fœminæ evacuationem aquæ maſſæ farinaceæ conceſſerunt duntaxat; poſtea Sapientes denuo dixerunt quod profana in puritate rei ſacræ parata, non ſint ut ipſa res ſacra, idcirco permiſerunt fœminæ ut tangere poſſet profana in puritate rei ſacræ parata, eamque conſtituerunt eo in ſtatu in quo eſt is qui tetigit eum qui mortuo pollutus eſt, proinde auctor dicit, *ratione ſacrorum*, & non ratione profanorum quæ in puritate rei ſacræ facta ſunt. Differentia vero inter eum qui mortuum tetigerit, & inter ipſum mortuum, ſatis manifeſta eſt, qui enim tetigerit eum qui mortuo pollutus eſt, is primus eſt immunditiei gradus, mortui vero immundities eſt pater immunditiei; ſed nos hæc fundamenta jam expoſuimus ab initio hujuſce libri.

ז ומודים שהיא אוכלת במעשר וקוצה לה חלה ומקפרת וקוראה לה שם ואם נפל מרוקה ומדם טהרה על ככר של תרומה שהוא טהור בית שמאי אומרים צריכה טבילה באחרונה ובית הלל אומרים אינה צריכה טבילה באחרונה:

7. Et conſentiunt quod illa comedere poſſit de decimis, & ſcindere ſibi ſecium, vas admovere idque nomine ſuo vocare; ſi vero de ſputo illius & de ſanguine mundo in panem oblationis primæ inciderit, qui mundus eſt, Schola Schammai dicit, tandem ablui debet. Schola Hillelis dicit, non debet ablui.

R. OB. DE BARTENORA.

ומודים שהיא אוכלת במעשר *Et conveniunt quod illa comedere poſſit de decimis*, ſecundum jus illius qui de die lotus eſt, qui enim ſe laverit & ex aquis aſcenderit, is comedat de decimis. וקוצה לה חלה *& ſcindere ſibi ſecium*, ſed ipſum nomine ſuo vocare nequit, neque vaſi indere; & quamvis illa tetigerit profana quæ lota ſunt pro ſecio, tamen non ſunt ſimilia ſecio, neque ſecundus immunditiei gradus ea reprobat.
ומקפרת *& admovet*, vas nempe in quo depoſuit ſecium prope maſſam farinaceam, quia præceptum eſt ut deſumat de eo quod proximum eſt.

ואם נפל מרוקה ומדם טהרה *Et ſi de ſputo illius & de ſanguine mundo ceciderit*, tum ſi potus ex eo qui die lotus eſt, egrediantur, mundi ſunt. *Requiritur lotio in fine*, nocte octogeſima requiritur lotio ad comedendum de oblatione prima, tum ſi fœmina ſit Iſraëlitica, ſive ſacerdotalis, ſe aquis ab-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפי שהיא טבול יום *Quia illa ſimilis eſt ei qui die lotus eſt*, ratione operis, fundamentum namque eſt nobis, quod poſtquam is ſe aquis immerſerit, & ex iis aſcenderit, comedere poſſit de decimis, & ſcindere ſibi placentam, quia nobis hypotheſis eſt quod profana pro ſecio abluta, non ſunt ut ipſa placenta, & quod licet ſe abluere eo die quo tetigit ea, proinde fœmina de maſſa farinacea abſcindere poteſt copiam ſecii, ſed ei non licet dicere, hoc eſt ſecium, quia ipſam polluit manibus ſuis, ſicuti expoſitum eſt, quod is qui die lotus eſt, nequeat comedere de oblatione prima, ſed oblationis primæ & placentæ idem eſt jus, ſicuti expoſuimus in codice de Puritatibus. At vero ſi illa diſciderit placentam, tamen ipſa adhuc profana eſt, idque impoſuerit vaſi ad latus maſſæ farinaceæ extra ipſam, & poſtea maſſam farinaceam atque ſecium aliqua re circumdederit, do-

nec

abluere debet antequam ſanctuarium ingrediatur, quia illa eſt טבולת יום ארוך *multorum dierum diurna lota*, quæ animum ſuum ab oblatione prima & introitu in Templum jam avocavit. *Non requiritur lotio in fine*, illa enim innititur lotioni ſub finem diei ſeptuageſimi factæ; ſed hoc duntaxat intelligas ratione oblationis primæ, & introitus in ſanctuarium. Sed ratione rerum ſacrarum comedendarum concedit Schola Hillelis, quod requiratur lotio alia ſub finem octoginta dierum, ſtatuimus enim quod lugens & is qui expiatione deſtitutus eſt, lavandi ſint pro rebus ſacris, proinde poſtquam fœmina adduxerit expiationem ſuam, ſe abluit pro ſacris. nec omnia quaſi uni vaſi impoſita ſint, tum fœmina dicere poteſt, ecce hoc eſt ſecium, ſed poſtea ipſum attingere non licet. Sed hæc hypotheſis nobis erat neceſſaria, ſecundum id quod in codice de oblatione prima expoſitum eſt, quod præceptum ſit ut oblatio prima ſumatur de eo quod proximum eſt; proinde auctor nos docet, ne dicamus, ſi permiſerimus fœminæ ut ſecium admoveat, & ipſum nomine vocet, quod illa tanget ſecium, ipſumque polluet. Poſtea dicit auctor, *ſi de ſputo illius & ſanguine quid ceciderit in panem oblationis primæ, quod ea ſit munda*, quia liquor illius qui die lotus eſt, ſimilis eſt liquori qui illa tetigit, proinde neuter potus polluit, ſicuti exponitur capite ſecundo codicis de eo qui die lotus eſt. Si vero is qui die lotus eſt, tetigerit liquores oblationis primæ, reprobam reddidit eam, nam liquor reprobus non polluit cibum oblationis primæ, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus. Schola Schammai putat jus ejus qui ſedet ſuper ſanguine mundo in diebus quibus puritas perficitur, requirere lotionem, licet fœmina ſe jam laverit in fine ſeptidui, pro partu maſculo, & quarti decimi pro partu fœmineo, eſtque ipſa die lota, nam cum negotium illius ſit diuturnum, proinde denuo ſe lavare debet, & hoc ſenſu dicitur, *multorum dierum lotus diurnus requirit lotionem.* Cæterum Schola Hillelis omnes iſtos dies unius diei juri ſubjicit, at illa ſe jam lavit, iſtis vero diebus jam impletis, tum fœmina ſimilis eſt ei qui occaſum ſolis jam nactus eſt, quique non opus habet lotione.

ח הרואה יום אחד עשר וטבלה לערב ושמשה בית שמאי אומרים מטמאין משכב ומושב וחייבין בקרבן ובית הלל אומרים פטורים מן הקרבן טבלה ביום שלאחריו ושמשה את ביתה ואחר כך ראתה בית שמאי אומרים מטמאין משכב ומושב ופטורים מן הקרבן ובית הלל אומרים הרי זה גרגרן ומודים ברואה בתוך אחד עשר יום וטבלה לערב ושמשה שמטמאין משכב ומושב וחייבין בקרבן טבלה ביום שלאחריו ושמשה הרי זו תרבות רעה ומגע ובעילתן תלוים:

8. Si quæ undecimo die viderit fluxum, ſeque abluerit veſperi, & cum marito rem habuerit, Schola Schammai dicit, polluunt cubitu & ſeſſu, & ſacrificio tenentur. Schola Hillelis dicit, liberi ſunt a ſacrificio. Si ea ſe abluerit poſtridie, & cum marito ſuo rem habuerit, & poſtea viderit fluxum, Schola Schammai dicit, polluunt cubitu & ſeſſu, & liberi ſunt a ſacrificio. Schola Hillelis dicit, hic eſt guloſus; conveniunt autem de ea quæ fluxum vidit undecimo die, & ſe immerſerit veſperi, ac concubuerit cum marito, quod polluant cubitu & ſeſſu, atque ſacrificio tenentur. *Si illa ſe immerſerit poſtridie, & cum marito concubuerit, ecce hic malus mos eſt, proinde tactio & congreſſio eorum dubia ſunt.*

R. OB. DE BARTENORA.

הרואה יום אחד עשר *Si quæ viderit die undecimo*, qui eſt finis dierum fluxus, neque dies poſterus commiſcetur cum die undecimo ratione fluxus, nam ſi viderit die duodecimo & decimo tertio, tum illa propterea non dicitur זבה גדולה *feminiflua magna*, quia hi ſunt dies menſtrui, qui cum diebus fluxus non commiſcentur. *Schola Schammai dicit, polluunt cubitu & ſeſſu*, imo ipſe maritus polluit cubitu & ſeſſu, ad cibos potuſque polluendos, quia cum ipſo ſe res habet veluti cum fœmina de die in diem fluxum obſervante, putat enim Schola Schammai quod illa die undecimo ſequentem obſervare debeat. *Schola Hillelis dicit, liberi ſunt a ſacrificio*, putat enim die undecimo non obſervandum eſſe, quandoquidem poſterus dies non commiſcetur cum ipſo ratione fluxus; attamen ratione immunditiei concedit Schola Hillelis, quod maritus ipſius polluat ex decreto Sapientum, hinc de undecimo die decreverunt propter dies inferiores quibus maritus ipſius polluit ex Lege, at non ratione ſacrificii quaſi is profana ad atrium Templi adduceret.

טבלה ביום שלאחריו *Si illa ſe immerſerit poſtridie*, quo paululum obſervavit, quæ obſervatio excellentior eſt, ſed intra undecim dies ita facere non licet, ne fœmina in dubium incidat, ut ſanguinem videat poſt congreſſum cum viro, & dies commiſceantur cum fluxu.

מטמאין משכב ומושב *Polluunt cubitu & ſeſſu*, ex decreto Sapientum etiam maritus ipſius polluit cubitu & ſeſſu propter decretum, de diebus qui inferiores ſunt undecimo die. *Sed liberi ſunt a ſacrificio*, licet illa denuo viderit ſanguinem, tamen non conflantur ratione fluxus, quia hic dies eſt principium menſtrui. גרגרן *guloſus*, quia feſtinat ad peccatum, quia is forſan intra undecimum diem cum uxore ſua corpus ſolet miſcere, at ratione impuritatis is purus eſt.

וחייבין בקרבן *Et tenentur ſacrificio*, & ſi poſtridie non viderit, quia hic requiritur obſervatio, at hæc fœmina nullo modo obſervaverat, hinc maritus cum feminiflua parva rem ha-

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam aliquoties ſermonem fecimus de undecim diebus, diximuſque eos eſſe dies quibus fluxus ſanguinis accidere poteſt, ſi igitur fœmina in hiſce diebus viderit ſanguinem, tum illa iſto die & nocte inſequenti debet ſibi cavere ab edicto de corpore cum marito ſuo non commiſcendo, & qui iſto tempore cum ipſa rem habuerit, is ſacrificio tenetur, & ambo polluunt cubitu & ſeſſu, atque propter iſtum congreſſum tenentur ſacrificio pro peccato, & hic eſt זבה קטנה *fluxus parvus*; poſtridie vero quo illa vidit fluxum, immergat ſe aquis circa ſolis ortum, ſicuti expoſitum eſt in codice de libro Eſtheris, præterea fœmina toto iſto die expectare debet an videat quicquam, quia ſuſpecta eſt de ſanguine, ſin autem non viderit ſanguinem, tum ipſa marito ſuo licita eſt veſperi; at ſi tunc temporis viderit ſanguinem, tum ipſa iſto die & nocte inſequenti immunda eſt, & זבה קטנה *feminiflua parva* dicitur, & die tertio ſe aquis immergere debet poſt ſolis occaſum, & toto iſto die expectare, tum ſi nihil viderit, marito ſuo licita eſt, & dicitur שומרת יום כנגד יום *obſervans de die in diem*, atque hoc eſt jus ipſius ſi viderit ſanguinem intra undecim dies, hoc in caſu nulla eſt diſſenſio, ſed de ea quæ ſanguinem viderit ipſo die undecimo, diſſenſio eſt, & veſperi ſe laverit, quæ eſt nox duodecima, atque deinceps coitum admiſerit. Etenim Schola Schammai non diſtinguit, ſive fœmina die undecimo viderit ſanguinem, ſive die octavo, ſive nono intra undecim dies, quod iſti polluant cubitu & ſeſſu, & teneantur ad ſacrificium, ipſa videlicet uxor & ipſius maritus. Sed Schola Hillelis eos a ſacrificio liberos pronunciat, illa enim non ſubjicit diem undecimum juri octavi, vel noni, quæ enim die undecimo viderit ſanguinem, ea nunquam eſt feminiflua magna propter hancce viſionem; nam ſi fœmina poſtridie viderit, tum a diebus menſtruis menſtrua habetur, & nonus, vel undecimus dies conflari nequit cum poſtero die. At vero ſi illa ſe laverit poſtridie, id eſt die duodecimo, qui eſt prin-

habuiſſe videtur. טבלה יום שלאחריו *Si illa poſtridie ſe laverit*, quia aliquatenus ſe obſervavit, & poſtea cum marito rem habuit.

הרי זו תרבות רעה *Ecce hic malus mos eſt*, quia fœmina poſtea forſan videbit, ita ut commiſceatur hic dies cum ſequentibus, proinde immerſio illius non eſt recta immerſio. *Et tactio eorum*, ratione immunditiei & munditiei. *Et congreſſus eorum*, ratione ſacrificii. *Dubia ſunt*, nam ſi videatur tactus eorum, tum eſt tactus ſeminifluæ, & ſacrificio congreſſus eorum tenentur, ſi non videatur tactus eorum, tum mundus eſt, proinde liberi ſunt a ſacrificio pro congreſſu eorum.

principium dierum menſtruorum, & congreſſum admiſerit, poſtea vero ſanguinem viderit, tum dicit Schola Hillelis, *hic eſt guloſus*, etenim maritus toto iſto die a congreſſu uxoris abſtinere debuiſſet, at ſi congreſſus fuerit cum ipſa, tum omnino immunis eſt, quia duntaxat feſtinavit. Schola Schammai dicit, quod uxor & maritus ipſius polluunt cubitu & ſeſſu, ut maritus qui rem habuit cum uxore de die in diem obſervanti. Tandem dicit auctor, *hi ſunt mali mores*, quia ei expectandum fuiſſet ad diem poſterum, & tertia nocte demum cum uxore ſua rem habere. Si vero cum ipſa rem habuerit die obſervationis poſt lotionem, tum ambo tenentur ſacrificio pro reatu dubio, & res mundæ quas uxor & maritus tetigerint hoc die, dubiæ ſunt, ſicuti dici auctor, *contactus atque congreſſus eorum ſunt dubii.* Scias autem quod ſi fœmina die decimo ſanguinem viderit, obſervare debeat, licet ea non ſit ſeminiflua magna propter hanc viſionem; ſed hæc ſatis plana ſunt ex iis quæ in hoc tractatu dicta ſunt.

Finis Tractatus de Fluxu Menſtruo.

מסכת מכשירין

Tractatus de Liquidis.

פרק א כל משקה שתחלתו לרצון אף על פי שאין סופו לרצון או שסופו לרצון אף על פי שאין תחילתו לרצון הרי זה בכי יותן משקין טמאים מטמאים לרצון ושלא לרצון :

Caput I. Omnes liquores ab initio volente domino cibis adjecti, licet in fine eodem nolente adjecti ſint, vel contra, ii continentur ſub eo quod Lex dicit Levit. 11, 38. *Et ſi aqua adjecta ſit* &c. Porro liquores immundi polluunt volente & nolente proprietario.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המשקה שתחלתו לרצון *Omnes liquores ab initio ſuo proprietario volente adjecti cibis*, quorum adjectio proprietario ſufficit & placet, ut ſcutella abluatur, vel reliquis deſtinetur miniſteriis. *Licet in fine ipſorum nolente proprietario adjecti ſint*, quando liquores nolenti proprietario in fructus inciderint, nihilominus tamen hæc eſt diſpoſitio ad immunditiem recipiendam, vel etiam ſi in fine adjecti ſint liquores volente proprietario, quando in fructus incidebant, licet in principio quum incidebant, res ingrata eſſet proprietario, tamen omnia ad immunditiem recipiendam diſpoſita ſunt. *Hæc continentur ſub eo quod Lex dicit*, *& ſi adjecta ſit aqua &c.* hoc ſenſu, ſi in cibos inciderint hi liquores, tum ii diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam ab iſto tempore & deinceps, quia nullus cibus immunditiem recipit, niſi donec iis aqua adjecta ſit, vel unus e ſeptem liquoribus, cujuſmodi ſunt aqua, vinum oleum, mel, lac, ſanguis, & ros, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 38. *Et ſi aqua affuſa ſit ſemini, atque de cadaveribus eorum inciderit in ipſum, immundum eſto.* Ubi ſcribitur יתן ſed nos legimus יותן quemadmodum ergo יתן fit a volente, ita etiam יותן fit a volente.

מטמאין לרצון ושלא לרצון *Polluunt volente & nolente proprietario*, quia immundi ſunt iſti liquores, niſi quando liquor venerit ante immunditiem, ſicuti ſcriptum eſt, *& ſi aqua adjecta ſit ſemini*, & deinceps dicitur, *& ſi de cadavere ipſorum inciderit in ipſum.* At vero ſi liquor & immunditiès eodem venerint tempore, ut, ſi potus ſint immundi, tum nos non requirimus id volente proprietario factum eſſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod omnes cibi non polluantur niſi poſtquam uno e ſeptem liquoribus ſubacti fuerint, proinde hic duæ occurrunt conditiones ratione pollutionis, quarum una eſt quod cibi liquore ſubacti eſſe debent poſtquam e terra evulſi ſunt, altera quod volente proprietario ſubacti eſſe debent, id eſt, non præter mentem proprietarii, nam ſi præter ipſius mentem liquore ſubacti ſint cibi, attamen hoc ei poſtea placuerit, tum ii diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, propterea Lex dicit יתן *adjecta ſit*, quæ vox defective ſcribitur in Puhal, ac ſi ſcriptum eſſet יתן *adjeciſſet*, in conjugatione Kal, quemadmodum ergo verbum in Kal notat adjicere aquam cum voluntate, ita etiam in Puhal idem notare poteſt, propterea ſubactio cibi cum liquore poſt evulſionem e terra fit neceſſario, quia Lex dixit, *& ſi aqua adjecta ſit* &c. Hinc nos colligimus quod nullum ſemen polluatur antequam liquor adjectus ſit. Præterea notum eſt quod non omnis ſtirps liquore ſubigi poſſit dum ea adhuc progerminat; poſtquam igitur cibi ſubacti ſunt liquoribus ſub iſtis conditionibus quas diximus, tum vocantur מוכשרים *diſpoſiti*, videlicet ad immunditiem recipiendam; liquor vero cujus ope cibi diſponuntur ad immunditiem recipiendam, vocatur מכשיר *diſponens.* Præterea auctor hoc ſenſu quædam huic Miſnæ addit, nempe quod liquor jam diſpoſuit ſemina, vel ea diſponit quum incidit in ipſa, quæ omnia comprehenduntur ſub eo quod Lex dicit, *& ſi aqua adjecta ſit ſeminibus.* Inſuper quoque notum eſt quod id quod polluit, polluat volente & nolente domino, quia immunditiès ſimul cum diſpoſitione venit; nos vero requirimus ut liquor volente proprietario præcedat duntaxat, ad ſemina paranda ut immunditiem recipiant, & ut poſtea ſequatur res polluens, ſicuti Lex dicit, *& ſi aqua adjecta ſit*, & paulo poſt, *& de cadavere eorum inciderit in ipſum.*

ב המרעיד את האילן להשיר ממנו אוכלין או את הטומאה

2. Si quis commoverit arborem ut ab illa decerpat

הטומאה אינן בכי יותן להשיר ממנו משקים ב״ש אומרים היוצאים ואת שבו בכי יותן בית הלל אומרים היוצאין בכי יותן ואת שבו אינן בכי יותן מפני שהוא מתכוין שיצאו מכולו :

pat cibos, vel immunditiem, iſta actio non continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit.* Si id fecerit ut liquores removeat, Schola Schammai dicit, qui exeunt, & qui in ipſa ſunt, continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit.* Schola Hillelis dicit, qui exeunt, ii continentur ſub eo quod dicitur, *ſi adjecta ſit*, at non ii qui in ipſa ſunt, quia homo intendit ut omnes exeant.

R. OB. DE BARTENORA.

המרעיד את האילן *Si quis commoverit arborem*, רעד enim idem notat quod נענע *commovit. Vel immunditiem*, ut, ſi corvus in arbore depoſuerit reptile aliquod, vel copiam olivæ de mortuo, vel cadaver, & de iis aliquid remanſerit inter ramos arboris. אינו בכי יתן *non continetur ſub eo quod dicitur, ſi adjecta ſit*, ſi propter concuſſionem arboris ceciderit aqua pluvialis de arbore in fructus, tum iſti fructus non diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. היוצאין ואת שבו *qui prodeunt & qui ſunt in ipſa*, puta liquores propter concuſſionem prodeuntes, & liquores in arbore relictos, qui deinceps in fructus inciderunt, ii diſpoſiti ſunt ad immunditiem, quia poſſeſſor eos æſtimavit, & ſimiles ſunt iis qui avulſi ſunt. *Quia is intendit ut de tota arbore prodirent*, is nempe intendit omnes liquores ex arbore educere, & propterea non attendit ad eos qui remanſerunt, proinde ii non diſponunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Meminit Scholæ Schammai, illa enim putat id quod de liquore deciderit ab arbore, hoc ſenſu cibos diſponere ad immunditiem recipiendam; & pari modo liquores in arbore remanentes diſponere putat. Schola Hillelis putat, id quod in arbore remanſit, non diſponere ſemina ad immunditiem recipiendam, quando homo ea tetigerit dum arborem commovebat, quia dum arborem commovebat, illius ſcopus erat ne quid in ipſa relinqueret de liquoribus, proinde quicquid illic relictum eſt, id ipſo nolente relictum, & hic eſt ſenſus illius quod Schola Hillelis dixit, *quia intendit ut omnes liquores prodeant.*

ג המרעיד את האילן ונפל (נ״א ונפלו) על חבירו או סוכה ונפלה (נ״א ונפלו) על חברתה ותחתיהן זרעים או ירקות מחוברין לקרקע בית שמאי אומרים בכי יותן בית הלל אומרים אינן בכי יותן אמר רבי יהושע משום אבא יוסי חלי קופרי איש טבעון תמה עצמך אם יש משקה טמא בתורה עד שיתכון ויתן שנאמר וכי יותן מים על זרע :

3. Si quis arborem commoverit, & ea in alteram inciderit, vel tabernaculum, & id in alterum inciderit, exiſtentibus ſub iis ſeminibus vel oleribus terræ affixis; Schola Schammai dicit, continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit.* Schola Hillelis dicit, ſub hoc dicto non continentur. Dixit R. Jehoſua *in nomine Aba Joſe Chali Cophri ex urbe Tibgnon, mirare ſi ſit liquor immundus in* Lege, donec attenderit & dederit, ſicuti Lex dicit, *ſi adjecta ſit aqua ſemini.*

R. OB. DE BARTENORA.

הרעיד את האילן *Si concuſſerit arborem*, ut illius fructus decidant, tum ſi ii inciderint in aliam arborem, & ab iſta arbore inciderint in ſemina, & olera terræ inhærentia, atque humor ſtillans ſuper iſta ſemina inventus fuerit de aquis quæ ipſa humectare ſolebant, vel aqua pluvialis, Schola Schammai dicit, hæ aquæ continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit aqua*, nam cum notum ſit quod fructus iſti inciderint in ſemina in quibus eſt humor ſtillans, manifeſtus eſt illius ſcopus, quod hoc fiat ipſo volente, & fructus qui in iſta ſemina inciderunt, diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. Schola Hillelis dicit, non continentur ſub eo quod Lex dicit, *& ſi adjecta ſit aqua*, quia de arbore non ſtatim ceciderunt liquores in ſemina, ſed de una arbore in alteram. *Chali Cophri*, eſt cognomen. טבעון eſt nomen loci. *Donec intenderit*, quandoquidem de arbore in arborem, & de tabernaculo in tabernaculum ceciderunt, proinde hæc non eſt intentio, ita hic doctor verba Scholæ Hillelis expoſuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non dubium eſt quin olera & ſemina aquam ſtillent, quæ in ipſa deſcendit, & pariter aquam iſtam qua quotidie humectantur, quando igitur olera vel ſemina exiſtunt ſub arbore, vel ſub tabernaculo, atque arborem iſtam quis commoverit ut decidant fructus, vel tabernaculum iſtud ut decidant fructus de tecto ipſius, & illorum liquores inciderint in ſemina illa aut olera, ita ut commixta fuerint, tum nulla eſt controverſia inter Scholam Schammai & Scholam Hillelis, quia jam diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam, cum notum ſit quod commixta ſint, & quod commixtio placet ei qui eam fecit; ſed hæ duæ Scholæ diſſentiunt de eo qui arborem commovit ſuper aliam arborem, ſub qua ſemina exiſtunt & olera, ſi de arbore ſecunda cibi deciderint in ſemina & in olera iſta. Cæterum R. Joſe attulit rationem pro Schola Hillelis, ſicuti tu vides. חלי & קופרי ſunt cognomina, ſed טבעון eſt nomen loci.

ד הנוער אגודה של ירק וירדו מצד העליון לתחתון בית שמאי אומרים בכי יותן ובית הלל אומרים אינם בכי יותן אמרו בית הלל לבית שמאי והלא הנוער את הקלח חוששים אנו שמא יצאו מן העלה לעלה אמרו להן בית שמאי שהקלח אחד ואגודה קלחים הרבה אמרו להם בית הלל הרי המעלה שק מלא פירות ונתנו על גבי הנהר חוששים אנו שמא ירדו מצד

4. Si quis excuſſerit faſciculum oleris, & pluviæ deſcenderint a latere ſuperiori ad inferius, tum hæ ſecundum Scholam Schammai continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*, at non ſecundum Scholam Hillelis. Dixit autem Schola Hillelis Scholæ Schammai, nonne ſi quis excuſſerit caules, nobis ſuſpicio eſt quod forſan exierunt ex uno folio ad alterum? reſpondit ei Schola Schammai, caulis eſt unus, at faſciculus multos caules continet. Iterum dixit Schola Hillelis, ſi quis ſaccum fructibus plenum adduxerit, cumque fluvio impoſuerit, nobis

מצד העליון לתחתון אבל אם העלה שנים ונתנן זה על גבי זה התחתון בכי יותן רבי יוסי אומר התחתון טהור :

biſ ſuſpicio eſt ne forſan deſcenderint liquores e latere ſuperiori ad inferius. At ſi duos adduxerit, & unum impoſuerit alteri, tum inferior continetur ſub eo quod dicitur, *& ſi adjecta ſit*. R. Joſe dicit, inferior munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוער אגודה של ירק *Si quis excuſſerit faſciculum oleris*, ut, ſi in olera deſcenderint pluviæ, vel in aquam ceciderint invito domino eorum, & is excuſſerit illas ut aqua prodeat. *Nos ſuſpicamur*, ac ſi Schola Hillelis dixiſſet Scholæ Schammai, ſecundum vos etiam hac in parte nobis ſuſpicio eſt. *Si quis ſaccum fructibus plenum adduxerit*, qui invito domino in aquam incidit, ſed poſtea ab ipſo eductus, & ad latus fluvii poſitus. *Inferior mundus eſt*, ac ſi dixiſſet, etiam inferior mundus eſt, quanto magis ſuperior.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba Scholæ Hillelis, חוששין אנו *nos ſuſpicamur*, cum interrogatione legenda ſunt; porro Schola Hillelis dixit Scholæ Schammai, ſecundum ſententiam veſtram, ſi quis excuſſerit unum caulem, diſpoſitus eſt caulis iſte ad immunditiem recipiendam, proinde diximus, forſan ex uno folio in alterum exiit; reſpondit autem Schola Schammai, quod de unico caule nihil timendum ſit, ſed de faſciculo multos caules continenti; dixit ei Schola Hillelis, ſi quis ſaccum fructibus plenum adduxerit, in quo ſunt diſtinctæ portiones, nos non dicimus forſan aquas e latere ſuperiori ad inferius deſcendiſſe, & fructus inferiores commixtos eſſe volente domino, quia ſaccus continet fructus in uno faſciculo colligatos. Senſus vero illius quod R. Joſe dicit, *inferior mundus eſt*, eſt, quod is non diſpoſitus ſit ad immunditiem recipiendam; multi enim dicunt in hoc codice, quod is immundus ſit, quia diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, & quod is mundus ſit propter rem quæ non diſpoſita eſt. Ratio vero R. Joſis eſt, quod proprietarius non intendit ut ſaccus inferior commiſceretur, ſed quod is intendit ut eo contegeret ſaccum ſuperiorem, ne is commiſceretur, & commixtio inferior fieret invito domino; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ה הממחק את הכרישה והסוחט שערו בכסותו רבי יוסי אומר היוצאים בכי יותן ואת שבו אינם בכי יותן מפני שהוא מתכוין שיצאו מכולו :

5. Si quis abradat gramen, & confricet pilos ſuos veſte ſua, R. Joſe dicit, liquores qui exierunt, continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*, at non ii qui adhuc ſunt in ipſo, quia is intendit ut omnes exeant ex ipſo.

R. OB. DE BARTENORA.

הממחק את הכרישה *Si quis abſterſerit gramen*, ſi gramen compreſſerit ut ros ex ipſo exiret; כרישה idem eſt quod חזיר *gramen*, barbare vero dicitur porrum, & Arabice כוראת: porro dicit, *& qui pilos ſuos confricaverit veſte ſua*, ſi in itinere pluviæ inciderint in veſtem ipſius, & in pilos ipſius, is vero confricaverit eos, ut aqua exeat. *Et qui ſunt in ipſo*, liquores qui remanſerunt, & poſtea in fructus inciderunt. *Intendit ut de toto exeant gramine*, at is non intendit ut aliqui liquores remanerent, proinde ii non diſponunt ad immunditiem recipiendam ſecundum Scholam Hillelis in principio capitis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הממחק את הכרישה *Si quis abſtergat gramen*, ſi quis porrum abſtergat mixtura ipſius, quando illud adhuc terræ cohæret, vel liquor in ipſum inciderit invito proprietario, vel ſi quis pilos ſuos confricet veſte ſua, ut abſtergat aquas quas imbiberunt, is diſponit ad immunditiem recipiendam, quia is intendit ut aquæ deſcendant, quicquid vero in pilis relictum fuerit de aquis, vel in porro, ſimilibuſve fructibus, id non diſponit, quia vir non intendit ut aliqua mixtura remaneat; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו הנופח בעדשים לבדקן אם יפורת הן רבי שמעון אומר אינן בכי יותן (וחכמים אומרים בכי יותן ס"א) והאוכל שומשמין באצבעו משקין שעל ידו רבי שמעון אומר אינן בכי יותן וחכמים אומרים בכי יותן הטומן פירותיו במים מפני הגנבים אינן בכי יותן מעשה באנשי ירושלם שטמנו דבילתן במים מפני הסיקרים וטהרו להן חכמים הנותן פירותיו בשבולת הנהר להביאן עמו אינן בכי יותן :

6. Si quis inflaverit lentes ut inquirat de iis an bonæ ſint, R. Simeon dicit, tum eæ non continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit aqua*; Sapientes vero contrarium tenent. Si quis comederit ſeſama digito ſuo liquoribus ſuper manu ſua exiſtentibus, R. Simeon dicit, ea non continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*. Sapientes contrarium tenent. Si quis fructus ſuos in aquis abſconderit propter fures, tum ii non continentur ſub dicto Legis, *ſi adjecta ſit*, hinc cum viri Jeruſolymitani abſcondiſſent palathas ſuas in aquis propter ſicarios, Sapientes eas mundas pronunciarunt. Si quis fructus ſuos impoſuerit undæ rivi ut eos ſecum ferat, tum ii non continentur ſub dicto Legis, *ſi adjecta ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

הנופח בעדשים *Si quis inflaverit lentes*, nam inter inflandum ex ore ſolet egredi ſputum, atque illud ſputum eſt aquæ generatio. *Non continentur ſub eo quod Lex dicit, ſi adjecta ſit aqua*, quia proprietarius id non intendit. Sapientes ſtatuunt quod continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit aqua*, quia lentes inflare intendit ut liquores exeant; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

והאוכל שומשמין באצבעו *Et qui digito ſuo comederit ſeſama*, ut,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Multi apud nos inquirere ſolent de fabis molendis, an eæ inflentur & humidæ fiant inter inflandum, ut conſtet an cito coqui poſſint, nam ſi humores cito admittant, inde conſtat quod foramina ſua aperiant. R. Simeon dicit humorem iſtum provenire ex ſudore hominis. Porro exponendum erit, quod ſudor non diſponat ad immunditiem. Sapientes dicunt ſudorem iſtum provenire ex vapore oris, quicquid autem ex ore egreditur, id diſponit, quia in eo con-

ut, ſi quis una manu reliquerit, & digitum alterius manus in os introduxerit, ut digitum humectet cum ſputo, atque ei impoſuerit ſeſama quæ ſunt in manu altera, quæque digito adhæſerint, cujus ope ea in os introduxit, & comedit, hæc manus in qua pinguedines ſunt, inquinatur, & in ipſa eſt potus humectans. *R. Simeon dicit*, *non continentur ſub illo Legis dicto*, *ſi adjecta ſit aqua*, quia is intendit digitum ſuum inquinare, & non manum in qua ſunt ſeſama. Sapientes vero putant quod cum proprietarius æſtimavit liquorem, diſponat ad immunditiem, licet id ipſo invito fiat, ſicuti ab initio capitis expoſuimus, omnis liquor qui ab initio inciderit nolente proprietario, licet in fine incidat ipſo volente, is continetur ſub illo Legis dicto, *& ſi adjecta ſit aqua*. R. Simeon putat, quod ab initio non incidit volente domino, ſed liquor digitum inquinans duntaxat, reliquum vero liquoris quo manus inquinata eſt, nunquam ipſo volente inquinaſſe; deciſio non eſt ſecundum R. Schimeon in tota hacce Miſna. הסקירין *ſicarios*, notat homines leves, hoc ſenſu vox occurrit in Targum ad Jud. 11, 3. Qui comparantur cum arbore סרק quæ fructus non profert. Alia expoſitio, notat fures, nam in lingua Iſmaëlitica fures vocant סראקין: alii legunt סקרין ſicuti dicitur, לא היה סקריקון ביהודה *non erat tyrannus in Jehuda*, videſis capite ſeptimo codicis de Divortiis. בשבולת הנהר *in unda fluvii*, hoc ſenſu phraſis occurrit Pſal. 69, 16. *Ut eos ſecum ferat*, nam cum eos ferre non poſſet, hinc eos in fluvium conjecit.

continetur proles aquæ, ſicuti impoſterum exponendum erit; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. סיקרין notat tyrannos. Cæterum nos jam hypotheſin aliquam præmiſimus qua requiritur ut reſpectu diſpoſitionis ad immunditiem res commiſceatur cum liquore proprietario volente, & non nolente ipſo, at ſi illius ſcopus perfici queat abſque commixtione, faciat ita. שבולת הנהר *unda fluvii*, notat effuſionem aquæ plebi notam, videſis Pſal. 69, 16.

פרק ב זיעת בתים בורות שיחין ומערות טהורה זיעת האדם טהורה שתה מים טמאים והזיע זיעתו טהורה בא במים שאובין והזיע זיעתו טמאה נסתפג ואחר כך הזיע זיעתו טהורה :

Caput 2. Sudor domuum, puteorum, fovearum, & ſpeluncarum mundus eſt, ut & ſudor hominis. Si quis biberit aquas immundas, & ſudaverit, tum ſudor illius mundus eſt; ſi in aquas hauſtas venerit, & ſudaverit, tum illius ſudor immundus eſt. Si abſterſerit ſe, & poſtea ſudaverit, tum ſudor ejus mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

זיעת בתים טהורה *Sudor domuum mundus eſt*, is ſemina non diſponit ad immunditiem recipiendam. *Sudor ipſius immundus eſt*, propter aquas, nimirum propter aquas hauſtas, ſed ſi is venerit propter aquas fluvio contiguas, quæ non diſponunt, tum non diſponit ſudor, etiamſi jam evulſæ ſint, tamen nolente domino evulſæ ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Domus in planitie exſtructæ ſunt, & ſic etiam ſpeluncæ, & fiſſuræ petrarum, quæ factæ ſunt ad ſudandum in iis, licet illic non ſint aquæ; porro nos docet auctor quod hic ſudor non ſit liquor, imo quamvis liquor ſit, domus tamen immunda eſt, & ſudor iſte mundus eſt, & non diſponit ad immunditiem recipiendam. Neque ſudor *hominis eſt liquor*, *proinde ipſum mundum declarat auctor*, *imo licet biberit* liquores, quia hi non ſunt iſti liquores qui prodierunt e corpore. Cæterum nos jam aliquoties expoſuimus quod ſi caput & maxima pars hominis aquam receperint, is immundus ſit & polluat oblationem primam. Præterea hujuſce rei ratio exponetur in codice de Seminifluis, proinde ſi homo venerit in aquas hauſtas & pollutus fuerit, ſicuti meminimus, propter mixtionem ſudoris cum aquis hauſtis in ſuperficie corporis exiſtentibus, quando homo ab aquis hauſtis abſterſus eſt, & poſtea ſudaverit, ſudor ipſius mundus eſt.

ב מרחץ טמאה זיעתה טמאה וטהורה בכי יותן הבריכה שבבית והבית מזיע מחמתה אם טמאה זיעת כל הבית שמחמת הברכה טמאה :

2. Lavacri immundi ſudor immundus eſt, mundi vero ſudor continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*. Si piſcina ſit domi, & domus ſudet propter ipſam, tum ſi ſudor ſit immundus, tota domus immunda eſt propter piſcinam.

R. OB. DE BARTENORA.

מרחץ טמאה *Lavacri immundi*, quod plenum eſt aquis hauſtis. *Sudor immundus eſt*, & is diſponit fructus ad immunditiem recipiendam, eoſque polluit. *Sudor ejus mundus eſt*, lavacri ſudor mundus eſt, lavacrum enim quod conſtat ex aquis fontanis, in quo non ſunt aquæ hauſtæ, id continetur ſub illo Legis dicto, *ſi adjecta ſit aqua*, ſudor enim fructus diſponit ad immunditiem recipiendam. *Si piſcina immunda ſit*, omnis ſudor quem ſudaverit domus propter aquas, is diſponit, & polluit, ſed ſi ſudor domus non provenerit propter ipſas, tum domus eſt munda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod quicquid e balneo ſtillaverit, id pertineat ad aquas lavacri, proinde ſi aquæ ſint immundæ, etiam id quod ſtillaverit ex iis immundum eſt, & quando id intraverit in balneum, tum id ipſum in eo comprehenditur volente domino, & balneum ad immunditiem recipiendam diſpoſitum eſt, quia notum eſt quod hic commixtio facta ſit; reliqua vero ſatis clara ſunt.

ג שתי ברכות אחת טהורה ואחת טמאה המזיע קרוב לטמאה טמא קרוב לטהורה טהור מחצה למחצה טמא ברזל טמא שבללו עם ברזל טהור אם רוב מן הטמא טמא ואם רוב מן הטהור טהור מחצה למחצה טמא גסטריות שישראל ועכו"ם מטילין לתוכן אם רוב מן הטמא טמא ואם רוב מן הטהור טהור מחצה למחצה טמא מי שפיכות שירדו עליהן

3. Si duæ ſint piſcinæ quarum una eſt munda, altera vero immunda, & ſudans exiſtat prope immundam, immundus eſt; ſi prope mundam, mundus eſt. Si in medio, immundus eſt. Si ferrum immundum ſit mixtum cum mundo ferro, & maxima pars ſit ex immundo, immundum eſt. Si e mundo, mundum eſt, ſi pars æqualis ſit, immundum eſt. Fragmenta vaſis in quibus Iſraëlita & gentilis mejunt, ſi maxima pars conſtet ex immundo, immundum eſt, ſin e mundo, mundum eſt, ſi pars æqualis ſit, immundum eſt. Si in aquas effuſionis inciderint aquæ plu-

עליהן מי גשמים אם רוב מן הטמא טמא ואם רוב מן הטהור טהור מחצה למחצה טמא אימתי בזמן שקדמו מי שפיכות אבל אם קדמו מי גשמים אפילו כל שהן למי שפיכות טמא׃

pluviæ, & maxima conſtet ex immundis, immundæ ſunt, ſi maxima pars conſtet e mundis, mundæ ſunt, ſi æqualis utriuſque pars, immundæ ſunt; quando? quando aquæ effuſionis prævenerunt, at ſi aquæ pluviales quantulæcunque fuerint, prævenerint aquis effuſionis, immundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ברזל טמא *Ferrum immundum eſt*, quod e fragmentis immundis conflatum eſt. שבללו *quod confuderunt*, quod cum ferro mundo conflarunt, quod e lamina ferrea factum eſt. *Si maxima pars conſtet ex immundo, immundum eſt*, Sapientes de vaſe fuſili decreverunt, quod ea polluta ſunt, & ſi quis ea confregerit, vel diſciderit, & poſtea denuo in iis vaſa aliqua confecerit, quod ipſa redeant ad priſtinam immunditiem ſuam, donec ipſa tertio ſeptimoque die aſperſa ſint, & aquis immerſa, atque ſolis occaſum habuerint. גסטריות ſunt ſpecies ollarum in uſum urinæ confectarum, quæ in lingua Arabica בסריאש vocantur. שישראל ונכרים מטילין לתוכן *In quibus Iſraëlitæ & gentiles mejunt*, quibus urina gentilium inditur, ea ſunt immunda, quia decreverunt de gentilibus quod ii pro mendacibus habendi ſint in omnibus. מי שפיכות *aquæ effuſionis*, ſunt aquæ in quibus ſe lavant, & poſtea effunduntur, quæ in ſuſpicione immunditiei verſantur. אימתי *quando*? quando aquæ effuſionis in maxima copia intercidunt? quando eæ prævenerint, & poſtea aquæ pluviæ in majori copia in ipſas deſcenderint, tum mundæ ſunt; at ſi aquæ pluviæ prævenerint, licet quantulacunque copia deſcenderit in illas ex aquis effuſionis, tum immundæ ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite decimo codicis de Vaſis, quod vaſa fuſilia polluta, licet aliquoties fuſa ſint, tamen ad priorem immunditiem redeant quando ex iis alia vaſa confecta ſunt, niſi donec ter ſeptieſque aſperſione purificata ſint, & immerſione in aquas. Senſus verbi בללו *ſi confuſa ſint*, eſt, ſi vaſa fuſione commixta ſint. גסטריות notat ſpeciem ollarum quarum fundus eſt planus, in quibus urina gentilis & urina Iſraëlitæ collecta eſt, vel aqua a gentili & Iſraëlita effuſa, notum vero eſt quod gentiles in omnibus mendaces habendi ſint, proinde aquæ ab iis effuſæ, ſunt immundæ, & eorum aquæ quas poſt miniſterium effuderunt, ſunt habendæ pro aquis effuſionis, & propterea verſantur in ſuſpicione impuritatis, quia ſunt aquæ ſordidæ & immundæ. Tandem dicit auctor quod ſi aquæ pluviæ prævenerint, & collectæ fuerint in loco, & poſtea quantulacunque copia aquæ effuſæ iis affuſa fuerit, omnes ſint immundæ, nam ſi de hiſce aquis immundis copia grani ſinapi inciderit in dolium aquæ, tum omnes aquæ pollutæ ſunt; nos vero ſequimur conditionem maximæ partis quando prævenerint aquæ effuſionis, & aquæ pluviales illis fuerint copioſiores.

ד הטורף (נ״א המטהר) את גגו והמכבס את כסותו וירדו עליהן גשמים אם רוב מן הטמא טמא ואם רוב מן הטהור טהור מחצה למחצה טמא רבי יהודה אומר אם הוסיפו לנטף׃

4. Si quis tectum ſuum obleverit, & veſtem ſuam laverit, pluviæque in ipſa deſcenderint, tum ſi maxima pars ſit immunda, omnes aquæ immundæ ſunt, ſi maxima pars ſit munda, omnes mundæ ſunt; ſi æqualis ſit pars utriuſque, immundæ ſunt, dicit R. Jehuda, ſi magis ſtillaverint.

R. OB. DE BARTENORA.

המטהר את גגו *Si quis purget tectum ſuum*, ita nos legimus; alii legunt הטורף *ſi quis obleverit*, luto nempe vel calce, tum ſi aquæ effundantur in tectum dum purgat, vel oblinit, aquæ iſtæ ſunt habendæ pro aquis effuſionis; ita etiam aquæ quibus veſtem ſuam quis laverit. *Et pluviæ deſcenderint in ipſa*, quæ ſunt aquæ mundæ, e tecto autem & veſte ſtillant aquæ. *Si maxima pars conſtet ex munda aqua, tum omnes mundæ ſunt*, ut, ſi ab initio ſtillaverint guttæ parvæ, & poſtea magnæ, tum notum eſt quod maxima pars conſtet e mundo. *Si magis ſtillaverint*, ſi guttæ in fine citius deſcenderint una poſt alteram, quam in principio, tum mundæ ſunt, quia certo multiplicatæ ſunt, licet ipſæ guttæ in fine non majores fuerint quam in principio; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הטורף גגו *Si quis obleverit tectum ſuum*, qui abluerit tectum ſuum; notum vero eſt quod aquæ de tecto fluentes poſtquam id ablutum eſt, vel de veſte fluentes, ſint aquæ effuſæ. Cæterum in Toſaphta jam expoſita eſt hujuſce rei natura, & controverſia R. Jehudæ, doctor vero primus putat, quod ſi guttæ ſint exiguæ, & poſtea deſcenderit pluvia, ut copia ſtillantium aquarum major facta fuerit, tum pluvialis aqua jam accrevit. R. Jehuda dicit, licet non magnæ ſint, ſed inter ſtillantes guttas aliquod intervallum interceſſerit, & poſtea deſcenderit pluvia, & guttæ ſtillantes majores factæ fuerint, tum aqua pluvialis multiplicata eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה עיר שישראל ועכו״ם דרים בה והיה בה מרחץ מרחצת בשבת אם רוב עכו״ם רוחץ מיד ואם רוב ישראל ימתין כדי שיחמו החמין מחצה למחצה ימתין כדי שיחמו החמין רבי יהודה אומר באמבטי קטנה אם יש בה רשות רוחץ מיד׃

5. Si in urbe ubi Iſraëlitæ & gentiles habitant, ſit lavacrum, lavet ſe in illo die Sabbati; ſi maxima populi pars ſit e gentilibus, lavet ſe ſtatim, ſi vero maxima pars conſtet ex Iſraëlitis, expectet donec aqua calefacta ſit; ſi utriuſque ſit pars æqualis, expectet donec aqua calefacta ſit. R. Jehuda dicit, in labro parvo, ſi in ipſo ſit poteſtas, ſtatim ſe lavet.

R. OB. DE BARTENORA.

רוחץ בה מיד *Statim ſe lavet in ipſo*, nempe in exitu Sabbati, quia non expectandum eſt donec accendatur lavacrum, nam cum maxima pars conſtet ex gentilibus, cum intentione gentilis accendunt. רשות *poteſtas*, notat ſedem regiam, quia poteſtas eſt penes reges, ut pro lubitu agere poſſint. Hæc vero

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמבטי קטנה Notat tubum parvum, & Arabice אלאבן vocatur, per hunc aqua deſcendit in balneum, & quando is parvus eſt, tum ſi illic habitet rex, ſolent eum in uſum regis accendere, & quotidie in ipſo ſe lavare licet ſtatim, licet maxima populi pars conſtet ex Iſraëlitis; deciſio non eſt ſecun-

vero non ſtricte de rege intelligi debent, ſed etiam de homine ſpectatiſſimo, qui decem habet miniſtros, qui pro ipſo decem cucumas accendunt una vice, tum in iſto lavacro ſe ſtatim lavare licet, licet plurima pars conſtet ex Iſraëlitis, qui dicunt lavacrum in nomine iſtius viri ſpectatiſſimi accenſum eſſe. ſecundum R. Jehudam. Sed nos jam expoſuimus in codice de Patrum capitulis quod per רשות *intelligatur regia* ſedes.

ו מצא בה ירק נמכר אם רוב עכו"ם לוקח מיד ואם רוב ישראל ימתין כדי שיבואו ממקום קרוב מחצה לחמצה ימתין כדי שיבואו ממקום קרוב ואם יש בו רשות לוקח מיד:

6. Si in ipſa invenerit olus, vendatur, ſi maxima pars ſit gentilium, ſtatim emat, ſi vero maxima pars ſit Iſraëlitarum, expectet donec ex loco propinquo venerint; ſi utriuſque pars æqualis ſit, expectet donec venerint ex loco propinquo, ſi vero illic ſit poteſtas, ſtatim emat.

R. OB. DE BARTENORA.

מצא בה ירק נמכר *Si invenerit in ipſa olus, vendatur*, olus quod die Sabbati e terra evulſum eſt, id in exitu Sabbati vendi poteſt. *Si maxima pars ſit gentilium, emat ſtatim*, quia olus tum cum intentione gentilium evulſum eſt. *Donec venerint e loco propinquo*, in quo olus eſt, & quamvis e loco procul diſſito forſan allatum ſit, tamen non expectandum eſt, niſi donec olus e loco propinquo collectum ſit, in quo olus eſt, & e quo adductum eſt olus, quia Sapientes non dixerunt, & in exitu Sabbati expectabit donec gentilis paraverit olus, nam timendum eſt ne Iſraëlita dicat gentili die Sabbati, abi & adducito; at quando videt quod expectandum ſit uſque ad exitum Sabbati, donec advenerit illa res, licet e loco propinquo advenerit, tum non dicet gentili ut eam adducat die Sabbati. *Si vero illic ſit poteſtas, tum emat ſtatim*, quia rem emere poteſt cum intentione viri alicujus honorati, ad quem quotidie olera deferri ſolent, & non cum intentione Iſraëlitæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scopus auctoris eſt quod ſi olus invenerit, vendatur in exitu Sabbati, fundamentum namque eſt nobis quod quicquid gentilis fecerit propter Iſraëlitas, ſi id non valde publicum ſit quando id die Sabbati fit, ut, ſi gentilis pro Iſraëlita effoderit ſepulchrum, & arcam in ipſum introduxerit, ſicuti expoſitum eſt in codice de Sabbato, tum id licet facere in exitu Sabbati, dummodo expectaverit donec res parata ſit; propterea hic etiam expectabit hoc olus donec ex locis propinquis alia onera adducantur poſt exitum Sabbati, & tum olus comedere poterit; ratio vero juris apud nos hæc eſt, quod expectandum ſit donec gentilis rem paraverit ſicuti exponam tibi, nempe, ſi igitur Iſraëlita viderit vel noverit id quod gentilis fecerit die Sabbati, propter Iſraëlitam factum, tum Iſraëlitæ prohibitum eſt de eo aliquid percipere, niſi poſt exitum Sabbati, & is expectare debet donec poſt Sabbatum gentilis paraverit tantam copiam quantam die Sabbati paravit, quia nos timemus ne Iſraëlita gentilem ad hocce opus incitaverit, ut id die Sabbati ageret, ita ut Iſraëlita mendax deprehendatur in exitu Sabbati. Et quando nos dicimus quod fieri nequeat ut Iſraëlita expectet donec gentilis olus paraverit, proinde non inſtigabit ipſum ut die Sabbati paret, quia nullum ei hac in parte eſt commodum, quia fieri nequit ut expectet, quia Iſraëlita ſic expectat uſque ad exitum Sabbati, cum hoc pacto opus differtur ab initio ſuo; atque hæc omnia explorata ſunt gentili, quia ei prohibitum eſt propter quietem Sabbaticam; hoc teſtimonium recte intelligas volo cum id ſit veriſſimum.

ז מצא בה תינוק מושלך אם רוב עכו"ם עכו"ם ואם רוב ישראל ישראל מחצה למחצה ישראל רבי יהודה אומר הולכין אחר רוב המשליכין:

7. Si in ipſa invenerit infantem expoſitum, tum ſi maxima pars conſtet e gentilibus, gentilis eſto, ſi vero maxima pars ex Iſraëlitis conſtet, Iſraëliticus eſto; ſi æqualis pars utriuſque, Iſraëliticus eſto. R. Jehuda dicit, ſequuntur maximam partem eorum qui exponut.

R. OB. DE BARTENORA.

אם רוב נכרים נכרי *Si plurima pars conſtet ex gentilibus, gentilis eſto*, & tum is comedere poteſt de cadaveribus, diſcerptis, & reptilibus. *Si maxima pars conſtet ex Iſraëlitis*, proinde res amiſſæ ei reddendæ ſunt ut Iſraëlitæ, hinc nobis auctor incluſionem aliquam ſuppeditat, quod nempe bona educenda ſint e poteſtate Iſraëlitæ ſi is invenerit illa, & non dicimus quod bona ad poſſidentem pertineant, niſi donec demonſtraverit quod ad ipſum pertineant.

מחצה למחצה ישראל *Si utriuſque pars æqualis ſit, Iſraëliticus eſto*, ratione damnorum, nam ſi ipſius bos cornu petierit bovem, dimidium damni duntaxat ſolvit, & non integrum damnum, ſicuti fit pro bove gentilis qui cornu petiit bovem Iſraëlitæ, nam pro bove cornupeta ſolvere debet pretium integrum, ſive bos convictus ſit necne; nam gentilis dicere poteſt, ego non ſum Iſraëlita, & tum accipe quod tuum eſt, in cæteris vero rebus is eſt dubius, proinde in modum graviorem judicant de eo qui ipſum interfecit, & propterea is non plectitur nocte. Si is deſponderit fœminæ, tum illa non abſque divortio dimitti poteſt propter dubium. Attamen is non ſimilis eſt Iſraëlitæ in omnibus, niſi donec in nomine proſelyti ſe aquis immerſerit. *Nos ſequimur maximam partem eorum qui ipſum expoſuerunt*, videlicet fœminam gentilem, & quamvis ii pauciores ſint, imo licet una fœmina duntaxat gentilis ſit, illa tamen ſuſpecta eſt quod fœtum depoſuit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit auctor, *ſi maxima populi pars conſtet e gentilibus, gentilis eſto*, & tum parvulo licet comedere de cadaveribus, & reliquas res prohibitas nobis; ſi vero maxima populi pars conſtet ex Iſraëlitis, Iſraëliticus eſto, & tum res inventæ ei reſtitui debent ut Iſraëlitæ; ſi æqualis utriuſque populi pars ſit, Iſraëliticus eſto, ratione damni, proinde ſi nocuerit bos ipſius, reddat ei dimidium damni, ut Iſraëlitæ. Cæterum aliis in rebus hicce parvulus eſt dubius, in tribus hiſce caſibus quorum meminimus, & de ipſo judicamus graviorem in modum, hinc ſi quis occiderit ipſum, bos non interficitur propterea, & ſi deſponderit fœminæ, tum illa eſt uxor mariti, & non niſi ope libelli repudii dimitti poteſt propter dubium, & ſi quis cum ipſa rem habuerit, is reprobavit eam ad ſacerdotium. Verum puerulus iſte in omnibus non eſt habendus pro Iſraëlita, ad allevandum & aggravandum, niſi donec in nomine proſelyti baptizatus fuerit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ח מצא בה מציאה אם רוב עכו"ם אינו צריך להכריז

8. Si invenerit in ea rem aliquam, tum ſi maxima

להכריז ואם רוב ישראל צריך להכריז מחצה למחצה צריך להכריז מצא בה פת הולכים אחר רוב הנחתומין ואם היתה פת עיסה הולכים אחר רוב אוכלי פת עיסה רבי יהודה אומר אם היתה פת קיבר הולכים אחר רוב אוכלי פת קיבר :

ma pars ſit gentilium, non tenetur proclamare, at ſi maxima pars ſit Iſraëlitarum, tum proclamare tenetur; ſi utriuſque ſit pars æqualis, tum proclamare tenetur. Si panem in ipſa invenerit, tum ſequuntur maximam partem piſtorum; ſi ſit maſſa farinacea, tum ſequuntur maximam partem eorum qui comedunt maſſam farinaceam. R. Jehuda dicit, ſi ſit panis furfuraceus, tum ſequuntur maximam partem eorum qui comedunt panem furfuraceum.

R. OB. DE BARTENORA.

רוב נחתומים *Maxima pars piſtorum*, ſi maxima pars piſtorum conſtet e gentilibus, tum panis prohibitus eſt, quia panis gentilis eſt una ex octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt. פת עיסה notat panem e pura farina coctum. פת קיבר notat panem furfure mixtum. *Sequimur conditionem maximæ partis eorum qui comedunt panem furfuraceum*, ſi maxima pars conſtet gentilibus, tum panis prohibitus eſt; vel etiam dici poteſt quod ſenſus illius quod dicitur, *ſequimur conditionem maximæ partis piſtorum*, ſit, quod conditionem plurimorum qui panem farinaceum comedunt, ſi plurima eorum pars conſtet e viris fide dignis, tum panis eſt mundus, ſed non decimandus eſt, ſi vero plurima pars conſtet e plebejis, tum immundus eſt, & decimandus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſuimus capite ſecundo codicis de Damnis, quod ſi quis aliquam rem invenerit, tenetur eam publicare. פת עיסה *panis maſſæ farinaceæ*, eſt panis domeſticus. R. Jehuda putat quod mixtura ſit farinæ bonæ & malæ. קיבר notat furfurem. Senſus vero illius quod dicitur, *ſequuntur conditionem maximæ partis eorum qui comedunt panem maſſæ farinaceæ*, hic eſt, ſi maxima eorum pars conſtet ex viris fide dignis, tum panis eorum mundus eſt, ſi vero conſtet e plebejis, immundus eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ט מצא בה בשר הולכין אחר רוב הטבחים אם היתה מבושל הולכים אחר רוב אוכלי בשר מבושל :

9. Si in ipſa invenerit carnem, tum ſequuntur plurimos laniones; ſi ea cocta ſit, tum ſequuntur plurimos carnem coctam comedentes.

R. OB. DE BARTENORA.

הולכין אחר רוב הטבחין *Sequuntur conditionem plurimorum lanionum*, ſi plurimi laniones ſint Iſraëlitæ, tum caro licita eſt, *deciſio enim non eſt ſecundum Raf, dicentem, caro quæ non incurrit in viſum, prohibita eſt; ſed Raf ita ponit* Miſnam, ſi homo ſtando videat quod caro mactatur, donec beſtia ceciderit, licet neſciverit quiſnam mactaverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רוב הטבחים *Maximam partem lanionum*, ſi eorum maxima pars conſtet ex Iſraëlitis, tum caro iſta eſt caro mactata; at ſi maxima pars lanionum conſtet e gentilibus, tum eſt caro cadaveris quæ polluit, quia hæ res conſiderandæ ſunt ratione impuritatis & puritatis tantum, at ratione comeſtionis prohibita eſt caro omni ſenſu, quia nobis hypotheſis eſt, quod caro quæ non conſpicitur, prohibita ſit, at ſi oculos in eam quis conjecerit, eamque cognoverit, tum ea licita eſt eſui poſt abſconſionem.

י המוצא פירות בדרך אם רוב מכניסים לבתיהן פטור ולמכור בשוק חייב מחצה למחצה דמאי אוצר שישראל ועכו״ם מטילים לתוכו אם רוב עכו״ם ודאי ואם רוב ישראל דמאי מחצה למחצה ודאי דברי רבי מאיר וחכמים אומרים אפילו כלם עכו״ם וישראל אחד מטיל לתוכו דמאי :

10. Si quis in via invenerit fructus, & plurimi homines domum adduxerint, liber eſt; ſed ſi eos in loco publico vendere velit, tenetur; ſi utriuſque pars æqualis ſit, tum ſunt dubiæ decimationis. Si in repoſitorium gentiles & Iſraëlitæ conjecerint, & plurimi ſint gentiles, tum fructus ſunt certæ decimationis, ſi plurimi ſint Iſraëlitæ, dubiæ ſunt decimationis; ſi utriuſque pars ſit æqualis, tum certæ ſunt decimationis; ita R. Meir. Sapientes dicunt, licet omnes ſint gentiles, & unus Iſraëlita injecerit in ipſum, dubiæ ſunt decimationis.

R. OB. DE BARTENORA.

אם רוב מכניסין לבתיהן *Si plurimi homines adduxerint domum*, tum is liber eſt a decimatione. *Si eos in loco publico vendere velit, tenetur*, quia plurimi homines fructus ſuos e domo in forum adducunt ut vendantur, idcirco jam tenetur decimare; alia expoſitio, ſi plurimi homines adducant domum, tum is liber eſt a decimatione, quia eos decimare ſolent antequam domum introducat, ut de iis comedere poſſint, etenim poſtquam domum adducti ſunt, ſtatim decimationi obnoxii ſunt, proinde ſi quid de iis deciderit in via, id liberum eſt a decimatione, quia id verſatur in exiſtimatione quod decimatum ſit. At vero quando fructus introducunt ut vendantur, tum eos illibatos adducere ſolent, quia pro re nata de iis comedere poteſt proprietarius, proinde ſi quid deciderit de iis, id non verſatur in exiſtimatione quod decimatum ſit.

ואם רוב נכרים ודאי *Si plurima pars conſtet e gentilibus, tum certo non decimati ſunt*, R. Meir ſequitur ſententiam ſuam qua ſta-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando plurimi homines ſuos fructus adducunt domum, eos non prius adducunt quam decimæ eductæ ſint, ſicuti expoſitum eſt in codice de Decimis, proinde hic etiam educendæ ſunt decimæ, & poſtea domum adducendæ, quicquid autem deciderit ex iis in via, id immune eſt a decimatione, quia id verſatur in exiſtimatione quod decimatum ſit. At vero ſi quis fructus in locum publicum attulerit ut vendantur, tum eos adducit nondum decimatos, quia pro re nata de iis comedit, proinde ii nondum decimati eſſe cenſendi ſunt, ſed adhuc decimari debent. Cæterum nos jam expoſuimus in codice de Rebus ad decimationem dubiis, quod דמאי ſit ejuſmodi res quæ mixta eſt, & tenetur ad oblationem de decimis, atque ad decimas ſecundas duntaxat, & rationem quoque ibidem dedimus. Expoſuimus etiam aliquoties in libro Miſnico de Seminibus quod R. Meir ſit is qui dixit, gentilibus nullam eſſe partem in terra Iſraëlis, & proinde a decimatione immunes eſſe, proinde fructus gentilium illi-

ſtatuit, gentilibus nullam eſſe portionem in terra Iſraëlis, proinde Iſraëlita ad decimas tenetur; fructus vero qui in terra gentilium creverunt, tenentur ad decimas, quia certum eſt quod gentiles non decimant, hinc fructus abſque dubio illibati ſunt.

ואם רוב ישראל דמאי *Si vero maxima pars conſtet ex Iſraëlitis, tum dubii ſunt ratione decimationis*, ſicuti fructus qui ſunt in poteſtate plebeji, e quibus oblatio de decimis, & decimæ ſecundæ dandæ ſunt. Sapientes vero ſtatuunt quod hi fructus ratione decimationis dubii ſint, licet tota civitas conſtet e gentilibus, & unicus Iſraëlita injecerit in ipſum, Sapientes enim putant quod gentilibus ſit pars aliqua terræ Iſraëliticæ, omnes fructus gentilis liberi ſunt a decimis; at ſi Iſraëlita nullos fructus injecerit in depoſitorium gentilis, tum omnes ſunt immunes a decimatione; ſi vero vel unicus Iſraëlita injecerit quicquam, tum omnes ſunt dubii propter fructus iſtius Iſraëlitæ qui ad decimationem tenentur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

illibati ſunt, & omnino decimandi ſunt. Sapientes vero eorum fructus habent pro dubiis ad decimationem propter Iſraëlitas duntaxat, quorum fructus decimandi ſunt; nos vero dubitamus an gentilis decimaverit necne, at ſi totum repoſitorium fructibus gentilium ſit plenum, tum non obtinet obligatio decimationis, ſicuti in aliquot locis hujuſce libri expoſuimus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

יא פירות שניה שרבו על של שלישית ושל שלישית על של רביעית ושל רביעית על של חמישית ושל חמישית על של ששית ושל ששית על של שביעית ושל שביעית על של מוצאי שביעית הולכים אחר הרוב מחצה למחצה להחמיר :

11. In fructibus anni ſecundi qui multiplicarunt ultra fructus anni tertii, & in fructibus anni tertii qui multiplicarunt ultra fructus anni quarti, & in fructibus anni quarti qui multiplicarunt ultra fructus anni quinti, & in fructibus anni quinti qui multiplicarunt ultra fructus anni ſexti, & in fructibus anni ſexti qui multiplicarunt ultra fructus anni ſeptimi, & in fructibus anni ſeptimi qui multiplicarunt ultra fructus exitus anni ſeptimi, ſequimur majorem copiam; ſed in æquali parte utriuſque aggravandum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

פירות שניה שרבו על של שלישית *Fructus anni ſecundi qui multiplicarunt ultra fructus anni tertii*, anni primi & ſecundi fructus ab anno ſeptimo Sabbatico tenentur ad decimas primas & ſecundas, & pariter anni quarti & quinti fructus; ſed anni tertii & ſexti fructus tenentur ad decimas primas & decimas pauperis. Anni vero ſeptimi fructus comprehendunt anni ſeptimi ſanctitatem, proinde liberi ſunt a decimis. Porro auctor in hiſce caſibus omnibus concludit quod majorem copiam ſequi debemus; ſed in utriuſque copia æquali aggravandum eſt, nam ratione decimarum ſecundarum, & decimarum pauperis, una tantum decima ſeparanda eſt, & fructus profanantur per pecuniam, nam fructus pauperibus diſtribuitur, & pecunia Jeruſolymis impenditur. At vero reſpectu dubii anni ſeptimi tenentur ad decimas, & anni ſeptimi ſanctitatem, quia iis non decet negotiari, nec uti pro emplaſtris, ſed removeri debent.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties explicuimus in libris Miſnicis ſuperioribus, quod iſti fructus quos anno primo, ſecundo, tertio, quarto, & quinto ab anno ſeptimo Sabbatico protulerit terra, tenentur ad decimas primas, & ſecundas, tertii vero anni & ſexti fructus tenentur ad decimas pauperis præter decimas ſecundas, ſicut præcipit Lex Deut. 26, 12. Septimi vero anni fructuum jus quomodo ſe habeat notum eſt, & ſæpius a nobis explicatum. Senſus vero illius quod auctor dixit, *ſed in æquali parte utriuſque aggravandum eſt*, hic eſt, quod ſi fructus anni tertii & ſecundi commixti fuerint, tum ex ipſis educi poſſint decimæ primæ, quæ ſemper ſolvuntur, & poſtea decimæ ſecundæ, quia decimæ pauperis non comprehendunt aliquam ſanctitatem, ſed decimæ ſecundæ ſanctæ ſunt, & Jeruſolymam adducendæ, ſicuti ſuo loco expoſuimus. Si vero fructus in æquali copia commixti fuerint, ſive ſint fructus anni ſeptimi cum fructibus anni ſuperioris, ſive inferioris, nos de hac mixtura judicamus ac ſi ipſa conſtaret ex anni ſeptimi fructibus, proinde ipſa in ſanctitate anni ſeptimi comedi poteſt.

פרק ג שק שהוא מלא פירות ונתנו על גב הנהר או על פי הבור או על מעלות המערה ושאבו ששאבו כל בכי יותן רבי יהודה אומר כל שהוא כנגד המים בכי יותן וכל שאינו כנגד המים אינו בכי יותן :

Caput 3. Saccus fructibus plenus ſi poſitus ſit juxta rivum, vel juxta puteum, vel juxta gradus ſpeluncæ, ſi ii imbiberint, tum quidquid ii imbiberint, continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*. R. Jehuda dicit, quicquid e regione aquæ eſt, id continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*, quod vero non eſt e regione aquæ, id non continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

מעלות המערה *Gradus ſpeluncæ*, quæ plena eſt aquis. *Quidquid hauſerit fructus*, ex humoribus aquæ, id continetur ſub eo quod Lex dicit, & *ſi affuſa ſit*, placet enim proprietario ut fructus hauriantur ex aquis, quia ii iſto modo videntur craſſiores & magis inflati. R. Jehuda dicit, quicquid e regione aquæ eſt &c. deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor loquitur de ſacco fructibus pleno, intelligit ſemina in ſacco recondita, pleraque enim ſemina attrahunt aquas, & eo magis triticum; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב חבית שהיא מלאה פירות ונתונה לתוך המשקין או מלאה משקים ונתונה לתוך הפירות ושאבו כל ששאבו בכי יותן באלו משקין אמרו במים וביין ובחומץ

2. Dolium fructibus plenum, & liquoribus impoſitum, vel liquoribus plenum, & fructibus impoſitum, ſi ii imbiberint, tum quicquid imbiberint, id continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*. De quibus liquoribus dixerunt? de aquis, vino,

ונחומץ ושאר כל המשקין טהורין רבי נחמיה מטהר בקטנית שאין הקטנית שואבת :

vino, aceto, & reliquis liquoribus mundis. R. Nechemia legumina pronunciat munda, quia iſta non imbibunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית *Vas*, teſtaceum, vel e lapidibus tenuibus confectum, quod quaſi teſtaceum eſt; ſed reliqua vaſa non adeo imbibunt, niſi donec fructus iis impoſiti imbibant. *Imbiberint*, humores fructuum, & liquorem eos humectantem. Ita legimus, *omnes liquores reliqui ſunt mundi*, reliqui ſeptem liquores ad immunditiem recipiendam diſponentes, mundi ſunt, fructus nempe qui in dolio ſunt, ſi iis inquinati ſint, quia aqua, vinum, & acetum tantum, qui ſunt liquores tenues, abſorbentur a dolio propter tenuitatem ipſorum, & fructus imbibunt de illis; ſed oleum, mel, lac, ſanguis, ros, ſunt liquores craſſiores, qui propter craſſitiem a vaſe imbibi nequeunt, niſi donec fructus in vaſe de iis imbibant, proinde ii non continentur ſub eo quod Lex dicit, *& ſi adjecta ſit aqua.* Tandem dicit R. Nechemia, *quia legumina non imbibunt*, per legumina intelligas fabas & piſa, atque id genus alia; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi tres liquores ſunt tenuis ſubſtantiæ profundum petentes in vaſe teſtaceo; reliqui vero liquores, id eſt ſeptem liquores, ſunt craſſioris ſubſtantiæ, proinde ii non diſponunt ad immunditiem. Per קטנית *legumina* intelligas fabas, cicera, & id genus alia; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam.

ג הרורה פת חמה ונתנה על פי חבית של יין רבי מאיר מטמא רבי יהודה מטהר רבי יוסי מטהר בשל חטים ומטמא בשל שעורים מפני שהשעורים שואבות:

3. Si quis panem calidum extraxerit, eumque dolio vini impoſuerit, R. Meir eum pollutum pronunciat. R. Jehuda mundum pronunciat. R. Joſe mundum pronunciat triticeum, ſed hordeaceum immundum pronunciat, quia hordeum imbibit.

R. OB. DE BARTENORA.

הרורה פת החמה *Si quis extraxerit panem calidum*, qui ſubactus eſt in aqua fructuum, at non diſpoſitus ad immunditiem recipiendam, R. Meir eum pollutum eſſe dicit, quia is ad immunditiem recipiendam diſpoſitus eſt, quia vinum imbibit. Vel etiam, ſi vinum immundum ſit, R. Meir panem pollutum eſſe dicit propter vinum immundum quod is imbibit. R. Joſe panem mundum eſſe ſtatuit, quando is triticeus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sermo hic intelligi debet de vino immundo, idemque ſenſus eſt ratione diſpoſitionis ad immunditiem, ſi panis ſubactus ſit aliquo ex iſtis liquoribus qui non diſponunt ad immunditiem; deciſio eſt ſecundum R. Joſen.

ד המרבץ את ביתו ונתן בו חטים וטננו אם מחמת המים בכי יותן ואם מחמת הסלע אינן בכי יותן המכבס את כסותו בעריבה נתן בה חטים וטננו אם מחמת המים בכי יותן אם מחמת עצמם אינן בכי יותן המטנן בחול הרי זה בכי יותן מעשה באנשי חמהוז שהיו טמינין בחול אמרו להם חכמים אם כך הייתם (ס"א) עושים לא עשיתם טהרה מימיכם :

4. Si quis domum ſuam aqua conſperſerit, & in ea poſuerit triticum, idque humectaverit, tum ſi id fiat propter aquas, continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit*; ſi vero propter petram, tum non continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.* Si quis veſtem ſuam abluerit in mactra, & ei indiderit triticum, atque ipſum humectaverit, tum ſi id fiat propter aquas, continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*; ſi propter ipſa, tum non continetur ſub illo dicto Legis, *ſi adjecta ſit.* Si quis humectaverit arena, tum continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*, ſicuti accepimus de viris urbis Mechos, qui humectarunt arena, quibus dixerunt Sapientes, ſi ita feceritis, nunquam purificaſtis.

R. OB. DE BARTENORA.

המרבץ את ביתו *Si quis aqua conſperſerit domum ſuam*, ſi fundum aqua conſperſerit, ne pulvis aſcendat. וטננו *& humectaverit*, ſicuti dicitur in codice primo Moed Caton, capite primo, שדה מטננת *ager humidus.* Porro dicit auctor, *ſi propter petram id fiat*, quæ in hexemero creationis eſt creata, eſtque pavimentum quo domicilia ſternuntur, proinde triticum ipſius ope humidum fit. *Si quis arena humectaverit*, ſi fructus arena humectaverit ut illius humorem recipiant. Hoc continetur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, quia nulla eſt arena abſque aqua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טננו *Humectaverit ipſum*, ſi triticum arenæ impoſuerit ut id ipſum humectaretur, ſed hæc phraſeologia non in uſu eſt apud nos. Senſus vero illius quod dicit, *ob petram*, eſt, quod mactra inquinata ſit humoribus in ipſa fundi ſubſtantia, & in ſubſtantia teſtæ.

ה המטנן בטיט הנגוב רבי שמעון אומר אם יש בו משקה טופח בכי יותן ואם לאו אינו בכי יותן המרבץ את גרנו אינו חושש שמא נתן בה חטים וטננו המלקט עשבים כשהטל עליהם להטן בהם חטים אינן בכי יותן ואם נתכוון לכך הרי זה בכי יותן

5. Si quis luto abſterſo humectaverit, R. Simeon dicit, ſi in ipſo ſit potus humectans, tum continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*, ſin minus, non continetur ſub illo dicto. Si quis aream ſuam humectaverit, non timendum eſt ne forſan triticum ponat in ipſa, idque humectet. Si quis colligat herbas dum ros ſuper iis jacet, ut iis adjiciat triticum, tum hic non obtinet dictum illud, *& ſi adje-*

המוליך חטין לטחון וירדו עליהם גשמים אם שמח
בכי יותן רבי יהודה אומר אי אפשר שלא לשמוח
אלא אם עמד :

cta ſit; at ſi quis id conſulto fecerit, tum obtinet. Si quis triticum addixerit ut molatur, & pluvia deſcenderit in ipſum, ſi eo lætetur, tum obtinet illud dictum, *ſi adjecta ſit*. R. Jehuda dicit, fieri nequit ut hoc lætetur, niſi conſtiterit.

R. OB. DE BARTENORA.

טיט נגוב *Lutum abſterſum*, eſt lutum ſiccum. *Non eſt in ſuſpicione quod forſan lutam impoſuerit & humectaverit*, hoc ſenſu, ſi indiderit triticum, tum non verſatur in ſuſpicione, quod forſan humectavit. *Quum ros in ipſo eſt*, ut, ſi mane opus illius perficiat, & herbas colligat una cum rore, ipſe vero non attendens ad rorem. להטן dicitur pro להטמין *ad recondendum*, videlicet triticum, ut humidum fiat. *Si attenderit ad hoc*, ſi attenderit ad rorem ſuper herbas. *Fieri non poteſt quin lætatur*, quia illud macerare neceſſe erat. *At vero ſi ſteterit*, ſi illic commoratus fuerit, donec pluvia deſcenderit in herbas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus aliquoties quod ſenſus vocum *potus humectantis*, quocunque in loco id dicatur, ſit, quod illic ſunt humores, quos, ſi tetigerit quiſquam, manus ipſius inquinatur. המרבץ ארת גורנו *ſi quis irrigaverit aream ſuam*, ſi aream conſperſerit aqua, & triticum ei indiderit, & illeverit, & proprietarius tritici annuerit huic mixturæ, quia lapides removentur ab area, & farina fit alba; deciſio eſt ſecundum R. Simeon, & non ſecundum R. Jehudam.

ו היו זיתיו נתונים בגג וירדו עליהן גשמים אם
שמח בכי יותן רבי יהודה אומר אי אפשר שלא
לשמוח אלא אם פקק (ס"א) את הצנור או אם חלחל
לתוכן :

6. Si alicujus olivæ poſitæ ſint in tecto, & pluvia deſcenderit in ipſas, tum ſi de hoc lætetur, continetur ſub dicto illo, *ſi adjecta ſit*. R. Jehuda dicit, fieri non poteſt quin lætetur, niſi obſtruxerit canalem, vel interius commoverit.

R. OB. DE BARTENORA.

פקק הצנור *Si obſtruxerit canalem*, ne aquæ effluant. או אם חלחל *vel ſi commoverit*, & concuſſerit olivas in aquis in canali exiſtentibus, nam R. Jehuda putat, quod intentio non adjuvet ad diſpoſitionem immunditiei, niſi donec quis perfecerit opus ſuum quo detegitur intentio ipſius; deciſio non pronunciatur ſecundum mentem R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פקק ארת הצנור *Si obſtruxerit canalem*, ſi tubum obſtruxerit ne aquæ prodeant e tecto, ſed colligantur & laventur olivæ. Verbum חלחל notat manu commovere & percutere in aqua, ſed hujuſce rei mentio jam facta eſt capite quarto codicis de Lavacris, ubi dicitur, ſi lapilli in ipſo מתחלחלים id eſt מתגלגלים *commoverint ſe*. Cæterum fundamentum illius quod dicit R. Jehuda, eſt, quod ſi lætitia fiat in re absque intentione, non ſit locus intentioni, niſi donec illic ſit opus aliquod in beneplacitum illius qui lætitiam adjuvat; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ז החמרים שהיו עוברים בנהר ונפלו שקיהם למים
אם שמחו בכי יותן רבי יהודה אומר אי אפשר שלא
לשמוח אלא אם הפכו היו רגליו מלאות טיט וכן
רגלי בהמתו ועבר בנהר אם שמח בכי יותן רבי
יהודה אומר אי אפשר שלא לשמוח אלא אם עמד
והדיח באדם ובבהמה טמאה לעולם טמא :

7. Aſinarii ſi rivum tranſierint, & ſacci eorum ceciderint in aquas, & ii in hoc lætati fuerint, tum continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*. R. Jehuda dicit, fieri nequit quin lætetur; at ſi converterit ipſum, ipſius pedes pleni ſunt luto, ut & pedes ipſius pecoris. Si tranſierit rivum, & lætetur, tum continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*. R. Jehuda dicit, fieri non poteſt quin lætetur. Si vero ſteterit & abluerit hominem vel beſtiam immundam, tum ſemper immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

אם הפכו *Si converterit ipſum*, ſi ſaccum converterit, ut fructus in aqua molleſcant ab utraque parte, vel diſpoſiti ſint ad immunditiem. אם עמד והדיח *ſi ſteterit & abluerit*, ſi in aqua ſteterit ut beſtiæ pedes abluat, tum aquæ pedes humectantes diſponunt ad immunditiem, ſi eæ inciderint in fructus. *Hominem vel beſtiam immundam*, tum aquæ pedes eorum humectantes diſponunt ad immunditiem, ſive abluerint, ſive non abluerint; deciſio non eſt ſecundum mentem R. Jehudæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם הפכו *Si converterint*, ſaccos ſuos in aqua, tum aqua quæ in ſaccis eſt, continetur ſub illo Legis dicto, *& ſi adjecta ſit aqua*, tum ſi ad aquam venerint fructus, diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, quia aqua iſta illic exiſtit volente proprietario. Ita quoque comparatum eſt cum aqua quæ eſt in pedibus ipſius, & in pedibus beſtiæ ipſius, quum gaviſus ſit hac in parte. R. Jehuda dicit, quod aquæ in pedes beſtiæ immundæ aſcendentes, ſemper diſponant ad immunditiem, ita conſtat ex Toſaphta; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ח המוריד את הגלגלים ואת כלי הבקר בשעת
חקרים למים בשביל שיחוצו הרי זה בכי יותן המוריד
בהמה לשתות המים העלים בפיה בכי יותן וברגליה
אינן בכי יותן אם חשב שידחו רגליה אף העלים
ברגליה

8. Si depreſſerit in aquam rotas, & inſtrumenta armenti, quando eurus ſpirat, ut contrahantur, hoc continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*. Si quis beſtiam ſuam demiſerit ut bibat, tum aquæ os ipſius ingredientes, continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*, quæ vero exiſtunt in pedibus ipſius, eæ non continentur ſub illo dicto. Si cogitaverit de illius pedibus abluendis, etiam eæ quæ aſcendunt in

ברגליה בכי יותן בשעת היחף (נ"א האף) והדיש לעולם טמא הורידה חרש שוטה וקטן אף על פי שחשב שידוחו רגליה אינן בכי יותן שיש להן מעשה ואין להם מחשבה:

in pedes ipſius, continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.* Duum laſſata eſt, vel dum triturat, ſemper immundus eſt. Si demiſerit eam ſurdus, ſtultus, vel parvulus, licet cogitaverit de pedibus illius abluendis, tum non continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*, quia in iis continetur opus, & non cogitatio.

R. OB. DE BARTENORA.

גלגלים המוריד את הגלגלים *Si quis demiſerit rotas*, vox גלגלים occurrit in Targum Exod. 14, 25, pro Hebraico אופנים *rotæ*. בשעת הקדים *in tempore euri*, dum ſpirat ventus orientalis in æſtate, tum vaſa lignea diffindi ſolent propter æſtum, proinde ea in aquam conjiciunt ut fiſſuræ conjungantur, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit עד שיחוצו id eſt עד שיאוצו *donec compingantur*, fiſſuræ nempe. בשעת היחף *dum laſſata eſt*, dum beſtia ob moleſtiam viæ delaſſata eſt, & ſic etiam dum ipſa triturat proventum, aquæ iſtæ quas beſtia pedibus ſurſum elevat, ſemper ſemina diſponunt ad immunditiem recipiendam, quia id fit volente proprietario, quia aquæ bonæ refrigerant; alia expoſitio, *quando beſtia laſſa eſt, & triturat*, id eſt, in æſtate proprietarius vult ut beſtiæ ſuæ pedes laventur, ut ii puri ſint ad proventum triturandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גלגלים Notat rotas curruum, quarum ope triturant, & onus ferunt. Per inſtrumenta jumenti hic intelligas aratrum, & id genus alia. *Dum eurus flat*, quando æſtas eſt. בשביל שיחוצו *ut contrahantur*, ut fiſſuræ contrahantur, quia lignum æſtivo tempore diſſinditur, proinde id aquis macerant ut fiſſuræ obſtruantur. Hoc continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi affuſa ſit aqua*, quia aquæ volente proprietario adjectæ ſunt, proinde ſi eas tetigerint fructus ipſo volente, etiam diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. Cæterum hypotheſis eſt per totum huncce tractatum diſperſa, quod ſi vas aliquod nolente domino ipſius ſit confuſum, licet id ipſo volente tetigerit fructus, tamen fructus non diſponant ipſum ad immunditiem recipiendam, quia hæc confuſio ab initio non facta eſt volente domino ipſius. At vero ſi vas ipſo volente confuſum ſit, tum fructus quoque diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam; & quemadmodum ſe habet jus confuſionis vaſis, ita quoque ſe habet jus confuſionis hominis, vel beſtiæ, quando ea fit cum voluntate operantis, & tum illa diſponit ad immunditiem. Senſus vero illius quod auctor ait, *quando laſſata eſt*, eſt, quod illa beſtia ex itinere ſuo delaſſata eſt, atque hæc eſt una ex ægritudinibus beſtiæ, quæ Arabice אלחסא dicitur. Senſus vero illius quod dicitur, *dum triturat*, eſt, quod beſtia delaſſatur triturando, & dolorem aliquem ſentit in pedibus, & hoc volente domino ipſius, atque hoc ſenſu non requiritur attentio ut laventur pedes ipſius, ſed aquæ pedibus beſtiæ ſemper applicantur volente domino ipſius, quia iſto tempore ei proſunt confuſiones aquarum, ut laſſitudo ipſius diminuatur. Sed quia hæc res plerumque cum intentione fieri ſolet, proinde ſemper dicimus immundum, licet dominus id non intenderit. Cæterum nos in principio hujuſce codicis jam expoſuimus, quod nos mundum atque immundum dicimus, propterea quod liquor ad immunditiem diſponere & non diſponere ſolet.

פרק ד השוחה לשתות המים העולים בפיו ובשפמו בכי יותן בחוטמו ובראשו ובזקנו אינן בכי יותן הממלא בחבית המים העולים אחריה ובחבל שהוא מכנן על צוארה ובחבל שהוא לצרכה הרי זה בכי יותן כמה הוא צרכה רבי שמעון בן אלעזר אומר טפח נתנה תחת הצנור אינן בכי יותן:

Caput 4. Si quis incurvaverit ſe ut bibat, tum aquæ in os & myſtacem ipſius aſcendentes continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*; ſi in naſum, & in caput, & in barbam, tum non continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*; ſi quis dolio hauſerit, tum aquæ poſt ipſum aſcendentes, vel funiculo collo ipſius applicato, & funiculo qui paratus eſt in neceſſitatem ipſius, continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.* Quanta eſt neceſſitas ipſius? R. Simeon filius Eleazaris dicit, unius palmi. Si ipſum poſuerit ſub tubo, tum non continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.*

R. OB. DE BARTENORA.

השוחה לשתות וכו׳ *Si quis incurvaverit ſe ut bibat &c.* iſtæ aquæ continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, ratio eſt quod aquæ non ingrediuntur in os ipſius, ſed myſtacem attingant ab initio, idcirco intentionem hic ſequimur. הממלא בחבית *ſi quis hauſerit dolio*, tum aquæ poſt iſtud dolium fluentes continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit aqua*, nam fieri nequit ut aquæ intrent niſi donec ſuperficiem vaſis tetigerint; at ſi dolium ſuppoſuerit canali, tum aquæ dolii ſuperficiem tangentes non continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit aqua*, nam fieri poteſt ut aqua effluens deſcendat in dolium, & non tangat ſuperficiem ipſius. מכונן idem eſt quod מסובב *circumvolutum*, in forma annuli collum dolii circumdans; notationem verbi מכונן videſis Deut. 32, 6. Si dolium poſuerit ſub tubo, ad aquas recipiendas, tum aquæ ſuperficiem vaſis tangentes non continentur ſub iſto dicto, *ſi adjecta ſit aqua*, nec eæ quæ in ſuperficie funiculi exiſtunt, quia hoc non placet proprietario, ſed ut aquæ duntaxat in ipſum fluant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכנן *Convolutum*, doctor primus dicit quod neceſſitas eſſe debeat prout dolium magnum eſt vel parvum quando id canali ſuppoſitum eſt, & tum non dubium eſſe quin id paratum ſit ut aquæ in ipſo fluant; præterea etiam fieri poteſt ut in ipſo fluant ita ut non commiſceantur exterius; pariter nec aquæ poſt ipſum fluunt, nec poſt funem, neque continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.*

ב מי שירדו עליו גשמים אפילו אב הטומאה אינן בכי יותן ואם נער בכי יותן עמד תחת הצנור להקר או לירוח בטמא טמאים ובטהור בכי יותן:

2. Si pluviæ in aliquem deſcenderint, licet is ſit pater immunditiei, tum non continetur ſub eo quod Lex dicit, *ſi adjecta ſit.* Si vero excuſſerit, tum continetur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.* Si ſteterit ſub canali ad refrigerandum, vel ad lavandum ſe, tum ſi homo immundus ſit, aquæ etiam immundæ ſunt, ſi mundus, tum continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit.*

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו אב הטומאה *Licet pater immunditiei ſit*, licet hicce homo ſit pater immunditiei, & potus polluti ſint qui deſcenderunt in ipſum; nos vero jam diximus ſuperius quod immundi potus polluant volente & nolente proprietario, nihilominus tamen non diſponunt ad immunditiem, quia pluviæ in ipſos deſcenderunt, & res facta eſt nolente proprietario. ואם נער *ſi vero excuſſerit*, ut ſi corpus ſuum excuſſerit ad pluviam removendam ab ipſo. Quando dicit, continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi affuſa ſit aqua*, ſenſus eſt, quod aquæ decidentes diſponant ad immunditiem recipiendam. להקר pro לקרר *ad refrigerandum ſe.* או להדיח *vel abluendum ſe*, ad corpus ſuum abluendum ſi id luto vel ſordibus inquinatum ſit. בטמא *in immundo*, ſi homo immundus ſit, tum aquæ etiam immundæ ſunt, & ſi eæ ceciderint in fructus legitimos, tum polluerunt ſimul. *Et immundo*, tum continentur ſub eo quod Lex dicit, *ſi affuſa ſit aqua*, & diſponunt ad immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi ſuperius expoſuimus quod potus immundi polluant volente & nolente domino, proinde dicit auctor, licet hicce homo ſit pater immunditiei, quia aquæ e corpore ipſius fluentes non diſponunt ad immunditiem recipiendam, quia eæ proveniunt e pluvia nolente domino; & ſi abluerit corpus ipſius, ut removeat ab eo aquas diſperſas, tum eæ dividunt, quia is intendit ut eas removerit, ſicuti ſuperius dictum eſt. Hujuſce vero rei ratio jam data eſt in principio codicis ubi de arbore. להקר *ad refrigerandum*, pro לקרר quod idem notat. לידוח *ad abſtergendum*, ſi homo iſte ſit immundus, tum aquæ in ipſum effuſæ, ſunt liquores immundi; ſi vero is mundus ſit, tum diſponunt aquæ ad immunditiem recipiendam, ſi fructus tetigerint eos domino volente, ſicuti expoſuimus.

ג הכופה קערה על הכותל בשביל שתודח הרי זה בכי יותן אם בשביל שלא ילקה הכותל אינן בכי יותן׃

3. Si quis ſcutellam inverterit ſuper pariete, ut abluatur, tum aquæ continentur ſub eo quod dicitur, *ſi adjecta ſit*; cum inverterit ne paries concutiatur, tum non continentur ſub iſto dicto.

ד חבית שירד הדלף לתוכה בית שמאי אומרים ישבר בית הלל אומרים יערה ומודים שהוא מושיט את ידו ונוטל פירות מתוכה והם טהורים׃

4. Si in dolium deſcenderit ſtillicidium, Schola Schammai dicit, frangatur. Schola Hillelis, evacuetur; conveniunt autem in eo quod ſi quis manum ſuam extenderit, & fructus ex ipſo ſumpſerit, quod mundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית שירד הדלף לתוכה *Dolium in quod ſtillicidium deſcendit*, nolente domino illius, ſi in dolio ſint fructus, & is nolit ut diſponantur ad immunditiem recipiendam. *Confringatur*, nam ſi evacuet, tum is aquas ex uno vaſe in alterum educit cum voluntate ipſius, & hoc modo fructus diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. Concedit autem Schola Schammai Scholæ Hillelis, quod ſi is extenderit manus ſuas, fructus ſint mundi, id eſt non diſpoſiti ad immunditiem recipiendam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hocce dolium plenum eſt fructibus, & frangi debet ſecundum Scholam Hillelis, & tum fructus in ipſo contenti omnes diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, quia aquæ nolente proprietario inciderunt, idcirco poſtquam id recognovit, una vice eas removit de reliquis fructibus. At ſi primo momento removerit aquas, jam id fecit nocte volente proprietario. Schola Hillelis dicit, aquas duntaxat educat. Quando auctor dicit, *mundi ſunt*, putat quod fructus non diſpoſiti ſint ad immunditiem recipiendam.

ה עריבה שירד הדלף לתוכה הניתזין והצפין אינן בכי יותן נטלה לשפכה בית שמאי אומרים בכי יותן בית הלל אומרים אינן בכי יותן הניחה שירד הדלף לתוכה הניתזין והצפין בית שמאי אומרים בכי יותן בית הלל אומרים אינן בכי יותן נטלה לשופכה אלו ואלו מודים שהן בכי יותן המטביל את הכלים והמכבס את כסותו במערה המים העולים בידיו בכי יותן ברגליו אינן בכי יותן רבי אליעזר אומר אם אי אפשר לו שירד אלא אם כן נטנפו רגליו אף העולים ברגליו בכי יותן׃

5. Si in mactram deſcenderit ſtillicidium, tum aquæ effluentes & affluentes non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, ſi eas ſumpſerit ut effundat, Schola Schammai dicit, continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*; Schola Hillelis negat. Si eas ſtillicidio ſuppoſuerit, tum aquæ effluentes & diffluentes continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*; Schola Hillelis negat. Si eas ſumpſerit ut effundat, tum utraque Schola concedit quod continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. Si quis immerſerit ſua vaſa, & veſtes ſuas in ſpelunca laverit, tum aquæ in manus ipſius aſcendentes continentur. Si in pedes ipſius aſcenderint, tum non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. R. Eliezer dicit, ſi is deſcendere non poſſit, niſi pedes ipſius inquinati ſint, tum aquæ in pedes aſcendentes continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

נתזין *Effluentes*, e mactra effluentes. הצפין *affluentes*, quæ ſuperius exiſtunt, & foras effluunt, hæ omnes aquæ non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, quia nolente domino effluxerunt, ita etiam ſe res habet cum aqua quæ in mactra eſt. *Si ſumpſerit mactram ut aquam effundat*, non ut effundat in loco ſuo, ſed mactram ſumpſerit ut aquas effundat in loco alio, tum iſtæ aquæ continentur ſub illo dicto, *ſi affuderit*, quia ipſo volente id factum fuit, quia ſtatim non effudit aquas in loco ſuo. *Schola Hillelis dicit*, quia aquas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנתזין Sunt iſtæ aquæ quæ effluunt ex iis inter ſtillandum. צפין *affluentes* ſunt aquæ quæ adeo abundant ut ex ora vaſis effluant, poſtquam id aquis ſtillantibus impletum fuerit, ſi nempe aquæ intraverint in vas; Schola Schammai dicit, quandoquidem non effuſæ ſunt in loco ſuo, quando in ipſo invenerit fluentes; at ſi vas portaverit cum aquis ipſius, tum hoc factum eſt cum voluntate ipſius ſi iſto tempore in vaſe ſint aquæ, proinde aquæ ipſius continentur ſub iſto dicto, *ſi affuſa ſit aqua*. Cæterum ſi quis fructus impoſuerit ma-

aquas illic non depoſuit, ſed mactram deſumpſit ut eas effundat, proinde non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. *Si poſuerit eam*, videlicet mactram ab initio, ut ſtillicidium incidat in ipſum, tum Schola Schammai & Hillelis in eo conveniunt, quod etiamſi poſtea ſumpſerit mactram & illius aquas effuderit, tamen contineantur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, quia de his jam cogitavit. *Aquæ in manum ipſius aſcendentes*, quibus abluit, & hoc ipſe dominus volens facit. *Si in pedes ipſius*, hoc fit ipſo invito. *Niſi pedes ipſius inquinati fuerint*, tum continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, hic ſe res habet ſicut cum eo qui hauſerit dolio poſt quod aquæ aſcendunt, quæ continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, ſicuti ſuperius expoſitum eſt, quia aquæ in dolium nequeunt intrare, niſi donec ſuperficiem ipſius tetigerint.

mactræ poſtquam aquam ex iis effuderit, vel antea, tum ii diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. Schola Hillelis dicit, quandoquidem tulit vas cum aquis ut eas effundat, & non deponat illic, proinde non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*; at ſi hanc mactram depoſuerit ut aquæ ſtillantes in ipſa congregentur, tum aquæ collectæ continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, licet dolium ſumpſerit ut id effundatur, ſecundum ſententiam omnium.

ו קופה שהיא מלאה תורמוסים ונתנוה לתוך מקוה מושיט ידו ונוטל תורמוסים מתוכה והם טהורים העלם מן המים הנוגעים בקופה טמאים ושאר כל התורמוסים טהורים צנון שבמערה נדה מדיחתו והוא טהור העלתו כל שהוא מן המים טמא :

6. Si cupam lupinis plenam impoſuerint lavacro, & quis manum ſuam extenderit, & lupina deſumpſerit, tum ea munda ſunt. Si eduxerit ea ex aquis cupam tangentibus, immunda ſunt, reliqua vero lupina omnia ſunt munda. Raphanus in ſpelunca, menſtrua ſi abluerit eum, mundus eſt; ſi eum quantulumcunque eduxerit ex aquis, immundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והן טהורין *Tum illa munda ſunt*, etſi homo immundus extenderit manum ſuam, & ſumpſerit, quia non diſpoſita ſunt lupina ad immunditiem recipiendam ex iſtis aquis quæ ſunt in lavacro, quia Lex dicit, *ſi in vaſe ſit*, ſicuti ergo vas ſeparatum eſt ſeorſim, & diſponit ad immunditiem, ita etiam omne id quod ſeorſim exiſtit, diſponit ad immunditiem recipiendam, exceptis aquis quæ in puteis, foveis, & ſpeluncis ſunt, quæ non ſeparatæ ſunt a terra, & proinde non diſponunt ad immunditiem. העלם מן המים *ſi elevaverit ea ab aquis*, tum lupina diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam aquis a terra diſtinctis. הנוגעים בקופה *quæ tetigerunt cupam*, ea immunda ſunt, cupa enim primus immunditiei gradus factus eſt, ſi homo immundus tetigerit eam, lupina vero quæ tetigerunt cupam, ſunt ſecundus immunditiei gradus. *Reliqua vero lupina omnia ſunt munda*, ea nempe quæ non tetigerunt cupam, quia ſecundus immunditiei gradus non facit tertium in profanis. נדה מדיחתו טהור *ſi menſtrua abluerit ipſum, mundus eſt*, quia raphanus non diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam aquis ſpeluncæ contiguis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc fundamentum memoriæ mandes volo, ſi nempe fructus confuſi ſint in ſcaturigine aquarum, tum non diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam quamdiu ſunt in aqua, donec aquæ e lavacro exierint, ſive e collectione, ſive e ſcaturigine ipſarum, & fructus inciderint in ipſas, vel inciderint volente domino, tum iis diſpoſiti ſunt, hoc ſenſu dicitur in Siphri, forſan etiam fructus diſpoſiti ſunt dum ii ſunt in puteis, foſſis, & ſpeluncis? nequaquam, Lex enim dicit, *ſi in vaſe ſint*; & porro ibidem dicitur, ſicuti vas ſeparatum eſt a terra, ita etiam includere poſſum eum qui haurit pro luto ſubigendo, & ad vaſa lavanda quæ diſtincta ſunt a terra, excipio autem ea quæ ſunt in puteis, foveis, & ſpeluncis, quæ non diſtincta ſunt a terra, propter hoc fundamentum hic dicitur, *ſi raphanus ſit in ſpelunca, & menſtrua eum abluerit, mundus eſt*, quia nondum diſpoſitus eſt quamdiu is eſt in aquis ſpeluncæ, niſi donec prodierit inde, licet ſe laverit ex aquis ſpeluncæ, & tum extremitas exinde prodiens diſpoſita eſt mixtione, quia aquæ ſuper raphano exiſtentes, diſtinctæ ſunt a terra, & tum pollutus eſt raphanus iſte tactu menſtruæ. Sed hoc de lupinis in cupa exiſtentibus duntaxat intelligendum eſt, quia hujuſce viri immundi, quando aſcendit cupa, lupina diſpoſita ſunt ad immunditiem, & iis denuo polluitur quicquid tetigerint, quia cupa immunda eſt, & primus immunditiei gradus tactu hominis immundi, qui eam detulerat extra lavacrum, reliqua vero lupina omnia ſunt munda, quia lupina profana ſunt, at in profanis non obtinet tertius immunditiei gradus, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Puritatibus.

ז פירות שנפלו לתוך אמת המים פשט מי שהיו ידיו טמאות ונטלן ידיו טהורות והפרות טהורים ואם חשב שיודחו ידיו ידיו טהורות והפירות בכי יותן :

7. Fructus ſi in foſſam aquæ inciderint, & quis extenderit cujus manus immundæ ſunt, ſi eos ſumpſerit, manus ipſius mundæ ſunt, & fructus mundi ſunt. Si cogitaverit ut ablueret manus ipſius, tum mundæ ſunt manus ipſius, & fructus continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

ידיו טהורות *Manus ipſius mundæ ſunt*, quia in profanis non requiritur attentio; at ſi hi fructus ſint decimæ, & eo magis ſi ſint oblatio prima, ipſius manus ſunt mundæ, ſicuti fuerunt donec intenderit immergere manus ſuas. *Fructus vero ſunt mundi*, & non diſpoſiti ſunt ad immunditiem accipiendam, quia hic non curavit quod fructus ceciderint. *Ut ablueret manus ipſius*, ſi intenderit fructus ex aqua deſumere, tum fructus continentur ſub illo dicto *ſi affuſa ſit*, & diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam abhinc & deinceps, nam hac in parte caſum fructus curavit ut ablueret manus dum elevabat eos, & hinc potus in fine adjectus fuit manibus volente proprietario, licet non eodem volente in fructus inciderit, proinde is continetur ſub eo quod dicitur, *ſi affuſa ſit*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Incipit auctor cum iſta conſtitutione Miſnica, quod lotio manuum non requirat intentionem, ſed Gemara hanc conſtitutionem jam conſtituit de fructibus profanis; at ſi fructus iſti ſint decimæ, vel res ſanctiores, tum manus abſque intentione lavari nequeunt, alioquin in impuritate ſua permanebunt, etſi enim eos immerſerit aquis, tamen quia id abſque intentione fecit, res ſimilis eſt toti corpori quod requirit intentionem, ſicuti expoſuimus in codice de Feſtis Solennibus.

ח קדרה שהיא מלאה מים ונתונה לתוך המקוה ופשט אב הטומאה את ידו לתוכה טמאה מגע טומאות טהורה ושאר כל המשקים טמאים שאין המים מטהרים את שאר המשקים :

8. Olla ſi plena ſit aquis, & lavacro impoſita, atque immunditiei pater extenderit manum ſuam interius, immunda eſt. Tactus immunditierum mundus eſt, reliqui vero omnes liquores ſunt immundi, quia aquæ non purificant reliquos liquores.

R. OB. DE BARTENORA.

ופשט אב הטומאה את ידיו לתוכה טמאה *Et pater immunditiei extenderit manum ſuam interius, tum immunda eſt*, quia vas teſtaceum immunditiem recipit a patre immunditiei, qui ſi tetigerit interius, tum ei non prodeſt quicquam lotio, licet id poſitum ſit in lavacro, eo quod vaſa in ipſo poſita dividunt inter ipſum & aquas lavacri. *Tactus immunditierum mundus eſt*, ſi pater immunditiei non tetigit ipſam, ſed primus immunditiei gradus, qui vocatur tactus immunditierum, nempe, ſi quis tetigerit patrem immunditiei, tunc munda eſt olla, quia vas teſtaceum non recipit immunditiem, niſi a patre immunditiei, hinc olla duntaxat propter potus immundos polluta eſt, qui in ipſa polluti erant, & denuo polluunt ipſam, proinde olla non polluit quia aquæ ollæ tetigerint aquas lavacri, & purificatæ ſunt. Reliqui vero potus ut vinum, oleum, lac, non purificantur in lavacro, eo quod contactio hic nihil juvat, proinde denuo polluunt ollam, Sapientes enim de potibus decreverunt quod ii polluant vaſa propter potum ſeminiflui & ſeminifluæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſui in principio hujuſce libri, quod vas teſtaceum non recipit immunditiem, niſi a patre immunditiei duntaxat, vel potibus immundis, immunditiei vero tactus vocatur *vas primi impuritatis gradus*, quia patrem immunditiei tetigit. Præterea conſtat ex iis quæ diximus quod potus ſecundo gradu immunditiei polluentes, etiam vaſa polluant. Dixit vero auctor hanc conſtitutionem potiſſimum, quia ſi vir iſte qui pater immunditiei eſt, extenderit manum ſuam, & tetigerit ollam, ipſa ſit immunda, licet ipſa in lavacro poſita ſit, eo quod polluta eſt tactu ipſius, & non purificatur dum ipſa in lavacro poſita eſt propter aquas, quæ in ipſo ſunt, quia hic aliquod interſtitium eſt, ſicuti capite decimo codicis de Lavacris expoſitum eſt. Sin autem is qui manus ſuas extenderit, & hancce ollam tetigerit interius, ſit tactus immunditierum, id eſt, primus immunditiei gradus, tum olla eſt munda, quia homo eam non polluit tactu, ſed is polluit liquores in ipſa contentos, & iſti potus ollam polluerunt, ſicuti expoſitum eſt capite octavo codicis de Vacca Rufa. Sed hoc intelligas ſi olla non poſita ſit in lavacro, nam propterea quod ipſa poſita eſt in lavacro, non polluunt aquæ in olla exiſtentes, licet immundities tetigerit eam, quia aquæ immundæ quæ intrarunt lavacrum, purificatæ ſunt, licet non commixtæ ſint, quia lavacrum eas ab immunditie conſervavit, videlicet in ipſo lavacro, & hæc eſt ratio illius quod auctor dixit, *mundus eſt, ſed reliqui potus omnes immundi ſunt*, qui ſunt aquæ purificantes omnes reliquos potus, nempe, ſi hæc olla plena ſit liquoribus ſeptem reliquis, ſicuti ſunt oleum, mel, & id genus alia, & is qui tactus immunditiei eſt, extenderit manum ſuam intra hoſce liquores, tum ii immundi ſunt & polluunt ollam, licet ipſa poſita ſit in lavacro; at ſi ea plena ſit aquis, tum non polluit aquas in lavacro exiſtentes, quia lavacrum polluit aquas immundas, ſicuti dictum eſt in codice Tevul Jom, ubi dixerunt, in liquoribus conditio gravior eſt quæ non eſt in aquis, quia potus non purificantur, nec mundæ ſunt in ſubſtantia ſua, ſed polluunt lavacrum mutatione faciei, quod non item in aquis obtinet; ſed nos hoc fundamentum jam expoſuimus in fine codicis de Lavacris.

ט הממלא בקילון עד שלשה ימים טמאים רבי עקיבא אומר אם נגבו מיד טהורים ואם לא נגבו אפילו עד שלשים יום טמאים :

9. Si quis hauſerit in canalem uſque ad tres dies, immunda eſt aqua. R. Akiba dicit, ſi exſiccata ſit aqua, ſtatim munda eſt, ſi vero non exſiccata ſit, licet uſque ad triginta dies, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הממלא בקילון *Si quis hauſerit in canalem*, ſi aquæ collectæ ſint uno loco, & eas quærant in alium agrum deducere, tum pro iſtis aquis viam aliquam parare ſolent, & via per quam iſtæ aquæ ducuntur vocatur קילון *canalis*, atque iſte canalis triginta diebus non purgatur ab aquis quæ per ipſum fluxerunt, & diſponit fructus qui in ipſum inciderunt, quia id volente domino fit. R. Akiba dicit, ſi exſiccata ſit aqua, ſtatim munda eſt. R. Akiba non diſſentit a doctore primo, quia canalis ſimplex non exſiccatur niſi poſt triduum demum, at doctor primus de ſimplici canali loquitur, ita ſatis clare e Toſaphta indigitatur, quod R. Akiba conſentit de ſimplici canali qui triduo exſiccatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis aquam hauſerit ope urnæ ligneæ, vel teſtæ, ſimilibuſque rebus, tum aquæ iſtæ in canali relictæ, e quo hauſit, diſponunt fructus ad immunditiem recipiendam, quia aquæ volente proprietario ingrediuntur canalem, ſed hoc intra triduum fieri debet poſt hauſtionem; ſed poſt triduum, id quod relinquitur in canali, non diſponit, quia dominus non vult ut aquæ in iſto vaſe remaneant ultra hocce tempus, is enim duntaxat intendit ut hicce canalis purgetur poſt aliquod tempus. R. Akiba dicit, quia non omnia inquinamenta purgavit, quæ in ipſo ſunt, imo licet poſt triginta dies, id tamen fiat ipſo volente; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

י עצים שנפלו עליהם משקים וירדו עליהם גשמים אם רבו טהורים הוציאם שירדו עליהם גשמים אף על פי שרבו טמאים בלעו משקים טמאים אף על פי שהוציאם שירדו עליהם גשמים טהורים ולא יסיקם אלא בידים טהורות בלבד רבי שמעון אומר אם היו לחים והסיקם ורבו המשקים היוצאים מהם על המשקים שבלעו טהורים :

10. Si in ligna inciderint liquores, & in ipſos deſcenderit pluvia, tum ſi ea multiplicata fuerit, mundi ſunt, ſi eduxerit ea ut pluvia deſcendat in ipſa, tum immunda ſunt licet multiplicata ſit pluvia. Si imbiberint potus immundos, licet eduxerit eos ut pluvia deſcendat in ipſa, munda ſunt. *Sed* manibus mundis ea duntaxat incendet. R. Simeon dicit, ſi humida ſint, & incenderint ea, & liquores exeuntes ex iis multiplicati fuerint ultra liquores quos imbiberunt, tum munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנפלו עליהם משקין *In quæ inciderunt liquores*, immundi. *Si multiplicata ſit*, ſi aqua pluvia abundantior ſit quam potus iſti, tum intercidit aqua pluvia, & purificavit aquam immundam. *Si eduxerit ea ut pluvia incidat in ipſa*, nam tum hanc aquam æſtimavit pro pluvia. *Licet immundi multiplicati fuerint*, quia ipſa pluvia polluta eſt. *Si imbiberint potus immundi*, ut, ſi ligna exterius ſicca ſint, & interius exiſtant potus abſorpti, licet eduxerit ea, ut pluvia deſcendat in ipſa, quia tum eos æſtimavit pro pluvia, nihilominus tamen munda ſunt, quia non tetigerunt potus immundos, quia abſorpti ſunt. לא יסיקם אלא בידים טהורות *non incendet ea niſi manibus mundis*, quia manus non polluunt aquam pluviam, quia eam æſtimavit, & denuo polluit fornacem, quia potus polluit vaſa; ſed manibus puris incendere poteſt fornacem, & fornax eſt mundus, quia non dicimus quod potus in fine immundus, ſit abſorptus ut exeat, propterea quod fornax accenſus ſit per ligna, quæ igne correpta ſunt, & cujus flamma apprehenderit vaſa in quibus potus ſunt, tum deficiunt potus qui in fornace ſunt, & non exeunt foras. *Si humida ſint*, iſta ligna quæ imbiberunt liquores immundos, propter quorum humiditatem exeunt ipſi liquores, cum quibus liquoribus ſimul prodit liquor immundus qui abſorptus eſt, tum liquores ex ſe venientes ultra liquorem abſorptum, mundi ſunt, quia ipſum de jure ſuo ceſſare fecerunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Liquores vero quorum auctor meminit, ſunt ſeptem, hi porro liquores, ſi inciderit in eos oleum, vel mel, volente proprietario, & poſtea deſcenderit in ipſos pluvia nolente proprietario, & pluvia iſta multiplicata fuerit ultra liquores iſtos, non diſponunt ad immunditiem recipiendam, imo licet liquores iſti corpus lignorum penetraverint, tamen iſta ligna ſunt munda; liquores vero immundi etiam, ſi penetraverint ligna, mundi ſunt; & quamvis pluvia aqua deſcenderit in liquores volente proprietario, tamen iſta aqua pluvia eſt munda, etenim non dicimus, ſi aqua pluvia quæ deſcenderit in ligna, quibuſcum liquores immundi mixti ſunt, quos imbiberunt, quod vas ſit immundum, & quod hæcce ligna mixta cum aqua pluvia non poſſint comburi, niſi manibus mundis, ne aqua pluvia polluatur, & iſti liquores polluant fornacem dum eum incendebat, ſicuti expoſitum eſt in codice de Vaſis. Sed R. Simeon diſſentit a doctore primo, dicitque, quando nos dicimus quod liquores a ligno abſorpti, ſint mundi, & non polluant fornacem, id duntaxat intelligendum eſt de lignis humidis, e quibus plus humoris exit dum comburuntur, quam e potibus immundis quos imbibit. At vero ſi hoc ſenſu ſe res non habeat, tum iſta ligna polluunt fornacem dum is accenditur, propter liquores egredientes, qui interius abſorpti ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

פרק ה מי שטבל בנהר והיה לפניו נהר אחר ועבר בו טהרו שניים את הראשונים דחהו חברו לשכרו וכן לבהמתו טהרו שניים את הראשונים ואם כמשחק עמו הרי זה בכי יותן :

Caput 5. Si quis ſe rivo immerſerit, & alius rivus ante ipſum fuerit, & is tranſierit per ipſum, tum ſecundæ purificant primas. Si ſocius ipſius impulerit ipſum ad ebrietatem, & ſic etiam pecudem ipſius, tum ſecundæ purificant primas, & ſi luſerit cum ipſo, tum hæ continentur ſub illo dicto, *ſi adjecta ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שטבל בנהר *Si quis immerſerit ſe in rivum*, tum aquæ circum ipſum exiſtentes diſponunt ad immunditiem, quia hoc fit ipſo volente. *Si coram ipſo ſit rivus alius*, & is tranſierit per ipſum, tum aquæ e rivo ſecundo circum ipſum exiſtentes, non ipſo volente venerunt, proinde non diſponunt ad immunditiem. *Purificant*, videlicet aquæ rivi ſecundi, quas vir iſte ſecum adduxit immerſione, ſed neutra aqua diſponit ad immunditiem recipiendam. *Si impulerit ſocium ad ebrietatem*, quia ſocius ipſius ebrius erat, & propter ebrietatem ipſius impulerat ipſum, ut in rivum ceciderit, & beſtia ipſius illius ebrietatis cauſa inciderat in rivum, exiſtentibus ſuper ipſo aquis immerſionis, & ſuper beſtia aquis proprietario volente, tum aquæ ſecundæ quæ illic ſunt propter ebrietatem nolente domino, purificant primas quæ illic erant volente domino. *Sin autem luſerit cum ipſo*, ſi ludendo in rivum impulerit ſocium ſuum, vel beſtiam ipſius, tum aquæ ſecundæ etiam continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, quia omnes aquæ ex beneplacito venerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis ſe immerſerit rivo, & coram ipſo alius rivus fuerit &c. tum hæ aquæ quibus ſe immerſit continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, etenim aquæ in ſuperficie vaſis exiſtentes, continentur ſub hoc dicto, quia res fit ipſo homine volente. Si quis tranſierit rivum, cum cujus aquis is mixtus eſt, tum hic non obtinet illud dictum, *ſi affuſa ſit aqua*, ſicuti dictum eſt ſuperius; proinde dicit auctor, ſi immerſerit ſe in rivo, & aquæ ipſius tranſierint ſuper corpus ipſius, tum iſtæ aquæ ad immunditiem diſponunt. Sin autem poſtea tranſierit per alium rivum, cujus aquæ tranſierint ſuper corpus ipſius, tum iſtæ aquæ non continentur ſub iſto dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, quod ſecundæ purificant primas. Pariter ſi quis ſocium ſuum poſt lotionem ſuam in aquas impulerit, tum aquæ iſtæ quæ exiſtunt ſuper corpore ipſius, non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. At vero ſi cum ſocio ſuo luſerit, tum ipſius caſus in aquam & confuſio facta ſunt ipſo volente, proinde aquæ in ſuperficie carnis ipſius exiſtentes continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*.

ב השט על פני המים הניתוזין אינן בכי יותן ואם נתכוון להתיז על חבירו הרי זה בכי יותן העושה צפור (נ"א צינור) במים הניתוזין ואת שבה אינן בכי יותן :

2. Si quis nataverit ſuper aquis, tum diffuſæ non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. Sin vero intenderit iis conſpergere ſocium ſuum, tum hæ continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. Si quis paraverit avem in aquis diſperſis, tum eæ & quæ in ipſo ſunt, continentur ſub eodem dicto.

R. OB. DE BARTENORA.

הניתוזין *Diffuſæ*, abſque intentione, ſi quis aliquid in forma avis paraverit ſuper aquis bullantibus in ſpecie bullarum, quod diffunditur dum bullæ excitantur. ואת שבה *Et quæ in ipſo ſunt*, id eſt, ipſæ aquæ bullantes. Nonnulli legunt, ſi quis tubum fecerit in aqua, ſicuti pueri facere ſolent ſpeciem tubi e calamis vel ligno excavato, ut inde aquas diſpergant luſus gratia. ואת שבה *& quæ ſunt in ipſo*, nempe aquæ in ipſo tubo reſiduæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis inſtrumentum paret in forma aviculæ in cujus aſperſione diffunditur aqua, quale apud nos etiam pueri facere ſolent e calamis ad ludendum, ſed in iis nulla eſt intentio ut confundant cum iis iſtam rem quam confundunt inter ludendum. Pariter nec aquæ in ipſa reliquæ continentur ſub eo quod dicitur, *ſi affuſa ſit*, quia illic nulla eſt reſidui intentio.

ג פירות שירד הדלף לתוכן ובללן שינגבו רבי שמעון אומר בכי יותן וחכמים אומרים אינן בכי יותן :

3. Fructus in quos inciderit ſtillicidium, ſi confuderit eos ut abſtergantur, R. Simeon dicit, continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, Sapientes negant.

R. OB. DE BARTENORA.

ובללן שינגבו *Et confuderit eos ut abſtergantur*, ſi omnes fructus in aquis confuderit, ut fructus eo citius abſtergerentur quando aqua in omnes fructus diſperſa erat. Sapientes dicunt, ii non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit aqua*, deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שינגבו *Quia abſterguntur*, ut fructus abſtergantur ab aquis ipſos conſperſis; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ד המודד את הבור בין לעמקו בין לרחבו הרי זה בכי יותן דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר לעמקו בכי יותן ולרחבו אינו בכי יותן :

4. Si quis puteum dimenſus fuerit, ſive ad eum profundiorem, ſive ad eum latiorem reddendum, hic obtinet illud dictum, *ſi affuſa ſit*, ita R. Tarphon. Sed R. Akiba dicit, ratione profunditatis obtinet illud dictum, *ſi affuſa ſit*, at ratione latitudinis non obtinet.

R. OB. DE BARTENORA.

לעמקו *Ad profundiorem faciendum*, tum obtinet dictum illud, *ſi affuſa ſit aqua*, ſed ſi puteum latiorem reddere velit, tum non obtinet illud dictum, ſolent enim puteos dimetiri calamo quum eos effodere volunt, ut calamo deſignetur quouſque aquæ pertingant, & conſtet de illarum profunditate, proinde domino placet iſtud ſignum ratione liquoris. Sed ſi latiorem eum reddere velit, tum ipſi non placet iſtud ſignum liquoris; deciſio eſt ſecundum R. Akibam, cujus ſententiam ſecutus eſt R. Tarphon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus vocis לרחבו *Ad dilatandum ipſum*, eſt, ut ſciri poſſit quanta ſit latitudo ejus; לעמקו *ad profundiorem ipſum faciendum*, ut ſciat quanta ſit profunditas ipſius, etenim non dubium eſt, ſi quis manu vel menſura aliqua dimenſus ſit altitudinem putei, quin is intendat menſuram iſtam miſcere, vel manum ſuam, proinde aquæ quibus manus ipſius vel menſura eſt conſperſa, ad immunditiem diſponunt, ſi tetigerit fructus cum intentione, ſicuti ſuperius dictum eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ה פשט ידו או רגלו או קנה לבור לידע אם יש בו מים אינן בכי יותן לידע כמה מים יש בו הרי זה בכי יותן זרק אבן לבור לידע אם יש בו מים הניתזין אינן בכי יותן ואת שבאבן טהורין :

5. *Si manum ſuam extenderit, vel pedem, vel calamum, in puteum, ut ſciat an aqua ſit in ipſo, tum non obtinet dictum illud*, *ſi affuſa ſit.* Si id fecerit ut ſciat quantum aquæ ſit in ipſo, tum obtinet illud dictum. Si lapidem conjecerit in puteum ut ſciat an in ipſo ſint aquæ, tum diſperſæ non continentur ſub iſto dicto, *ſi affuſa ſit*; quæ vero in lapide ſunt, eæ mundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

לידע כמה מים יש בו *Ut ſciat quantum aquæ in ipſa ſit*, res intelligenda eſt de liquore qui in ſigno exiſtit, ſicuti diximus, proinde hic obtinet illud dictum, *ſi affuſa ſit aqua*; ſed non requiritur ut ſit aliquod ſignum liquoris, ut cognoſcatur an illic ſit aqua. *Quæ in lapide*, quæ in lapide exiſtentes etiam mundæ ſunt, & non diſponunt ad immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואת שבאבן טהורין *Et quæ in lapide ſunt, eæ mundæ ſunt*, quia aquæ in lapide exiſtentes in puteo, ratione juris ſimiles ſunt aquis putei, qui mundus eſt, & non polluit neque diſponit ad immunditiem, ſicuti expoſuimus, licet lapis iſte conſpiciatur in ſuperficie aquarum; quicquid vero de ipſo conſpicitur commixtum, id non habet jus aquarum quæ ſunt ſuper partem e qua egreditur jus aquarum ſeparatarum.

ו החובט על השלח חוץ למים בכי יותן לתוך המים אינן בכי יותן רבי יוסי אומר אף לתוך המים בכי יותן מפני שהוא מתכוין שיצאו עם (ס״א) הצואה :

6. Si quis excutiat pellem extra aquam, tum obtinet illud dictum, *ſi affuſa ſit*; ſi in aquis, tum illud dictum non obtinet. R. Joſe dicit, etiam in aquis illud obtinet, quia intendit ut aquæ exeant cum inquinamentis.

R. OB. DE BARTENORA.

החובט על השלח *Si quis diſcutiat pellem*, ſi pellem percutiat poſt lotionem, ut aquæ exeant. שלח notat pellem ſicuti illa eſt dum eam beſtiæ detrahunt, שלח enim in Targum notat exuere. *Quia is intendit, ut exeant cum inquinamentis*, intendit nempe ut aquæ exeant cum inquinamentis pelli adhærentibus, proinde diſponit id quod diſpergitur ex ipſa, licet id fiat vel in ipſis aquis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלח Notat pellem cum lana, ſicuti eam excoriare ſolent poſtquam baculo aliquo excuſſa eſt. *Extra aquas*, ſenſus eſt, de aquæ eductione, ut, ſi quis commoveat arborem ad potum ex ipſa excutiendum, ſum is ad immunditiem accipiendam diſponit, ſicuti dictum eſt ſuperius. At ſi pellis in aquis excuſſa ſit, tum non intendit ut aquæ exeant e pelle, quia ipſa in aquis demerſa eſt. Sed R. Joſe ſtatuit quod ipſe tunc etiam intendit ut aquæ quæ corpus ipſius intrarunt, exeant cum eo quod ipſi adhæret de inquinamentis, proinde res e qua aquæ prodierunt, diſponit ad immunditiem, & diſpergitur etiam in ipſis aquis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ז המים העולים בספינה ובעקל ובמשוטות אינן בכי יותן במצודות וברשתות ובמכמורות אינן בכי יותן ואם נער בכי יותן המוליך את הספינה לים הגדול לצרפה המוציא מסמר בגשמים לצרפו המניח את האוד בגשמים לכבותו הרי זה בכי יותן :

7. Aquæ in navem & in ſentinam aſcendentes, & in remos, non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*; neque eæ quæ ſunt in ſagena, retibus, & everriculis, ſub ipſo continentur; at ſi excuſſerit, tum ſub iſto dicto continentur. Si quis navem in mare magnum duxerit ut ea obſtruatur, vel clavum pluviæ expoſuerit, ut is conſletur, vel titionem pluviæ expoſuerit ut extinguatur, tum obtinet dictum illud, *ſi affuſa ſit*.

R. OB. DE BARTENORA.

עקל *Sentina*, eſt locus in fundo navis, in quo aquæ quæ per fiſſuras navis intrarunt, congregantur. אם נער *ſi excuſſerit*, ſi aquas a retibus excuſſerit, ut, ſi quis pallium ſuum excuſſerit. לצרפה *ad conſlandam ipſam*, ad inquirendum an aquæ navem intraverint necne; alia expoſitio, ad navem obſtruendam, etenim quando ipſa in terra conſtituta eſt, tum finditur nimia ariditate, proinde ipſam in mare ducunt ut fiſſuræ contrahantur aqua. מסמר *clavus*, ut aqua corroboretur poſtquam igne incanduit. אור *titio*, eſt ſegmentum ligni quod ex parte conſumptum eſt igne.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עקל *Sentina*, eſt locus in navi in quo aquæ per fiſſuras navis congregantur. משוטות *remi*, Arabice dicuntur מגארף: cæterum מכמורות רשתות מצודות ſunt ſpecies retium quibus animantia venari ſolent. Porro dicit auctor, *ſi excuſſerit, tum continentur ſub illo dicto*, *ſi affuſa ſit*, ſenſus eſt, quod quicquid effunditur de aquis, id continetur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, quia hominis intentio eſt ut aquas educat. לצרפה *ad eam conſlandam*, ad fiſſuras navis obſtruendas, naves enim in terra diffindi ſolent calore. Et quando auctor addit, *vel clavum ut is conſletur*, ſenſus eſt, quod is in aquas deprimi debeat, etenim ferrum ei inſitum & calore ignis candens, aqua extinguendum eſt, ut fiat obturatio* & corroboratio; fabri vero ferrarii hoc vocant משקה, Sapientes autem צריפה vel חסום: Cæterum notum eſt quid ſit אור *titio*.

ח קסיא של שולחנות והשיפא של לבנים אינן בכי יותן ואם נער בכי יותן :

8. Operculum menſarum, & operculum laterum non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, at ſi excuſſerit, tum continentur ſub illo dicto.

R. OB. DE BARTENORA.

קסיא של שולחנות *Operimentum menſarum*, hoc contegunt cibos in menſa poſitos, ne quid aquæ incidat in ipſos, vel quid impuri. סיפה notat operculum e ſtoreis confectum quo lapides contegere ſolent, ut eos a pluvia protegant, atque hæc ita fiunt ne læderetur paries qui non continetur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*; at ſi excuſſerit ea conſulto, tum continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קסיא Idem eſt quod כסוי *operculum*, quo menſas ferculis inſtructas operiunt, ne quid liquoris incidat in cibos. שיפא של לבנים notat operimentum quo contegunt lapides ne in ipſos incidat aqua antequam cocti ſint.

ט כל הנצוק טהור חוץ מדבש הזיפין והצפחת • בית שמאי אומרים אף המקפה של גריסים ושל פול מפני שהיא סולדת לאחריה :

9. Omne effuſum eſt mundum, excepto melle Zappim, & Zappachat. Schola Schammai dicit, etiam fabaceum juſculum, quia id contrahitur.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנצוק טהור *Omne effuſum eſt mundum*, ſi quis e vaſe mundo evacuaverit in immundum, tum mundum eſt quicquid in ſuperiori eſt, quia effuſum non conjungit, præter ea quæ Miſna recenſet, propterea quod retrocedunt quando effluxio abrumpitur, tum redit quod reliquum eſt ſuperius. דבש הזיפים *melle Zippim*, nonnulli legunt, mel optimum, quod propter præſtantiam ſuam מזייפין *adulterant*, & commiſcent cum farina; alii dicunt id ita vocari a loco Ziph e quo provenit, cujus loci mentio fit in libris Samuelis. צפחת notat cibum e farina & melle paratum, qui ita tenuis eſt ut effundi poſſit, quo ſenſu vox צפיחית *laganum* occurrit Exod. 16, 31. מקפה notat juſculentum quod non eſt tenue nec durum, ſed coagulatum. גריסין notat fabas molitas & contuſas in molis. פולים notat fabas integras & non molitas. מפני שהיא סולדת לאחוריה *Quia id retrocedit*, quando effuſio abrumpitur, tum denuo imbibit illa columna cujus pars conſiſtit in liquoribus immundis qui ſunt in vaſe inferiori, & ſurſum trahitur ad liquores in vaſe ſuperiori mundo exiſtentes, & polluit quicquid fuerit in vaſe ſuperiori.

* R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſenſus eſt talis, ſi vas ſit mundum & in ipſo ſint liquores mundi, & ex iſto vaſe fiat evacuatio in aliud, tum immundum eſt quicquid de liquoribus in vas inferius influxerit, reliqui vero liquores in vaſe mundo e quo evacuavit, ſunt mundi, & non dicimus quod potus in vaſe ſuperiori exiſtentes conjungantur cum re quæ eſt columna ex uno vaſe in alterum, & iſta columna vocatur נצוק & hic eſt ſenſus verborum, *omne effuſum eſt mundum*. צפחת & זיפים ſunt duo loca in terra Iſraëlis, in quibus craſſiſſimum mel inveniebatur, propterea id quod effuſum eſt de illis, conjungit liquores inter duo vaſa, e quibus unus fit liquor immundus. מקפה של גריסין ושל פולין notat juſculentum aliquod fabaceum molitum, & non molitum; & ratio eſt quam jam meminimus, nempe, quia id retrocedit, ut, ſi intraverit effluxio, & quis manum ſuam elevaverit, tum iſta columna quæ partim in liquoribus immundis poſita eſt, denuo imbibit liquores in vaſe ſuperiori mundo exiſtentes, & polluit liquores qui effuſi erant; & hoc ita fit propter craſſitiem ſubſtantiæ juſculenti fabacei.

י המערה מחם לחם ומצונן לצונן ומחם לצונן טהור מצונן לחם טמא רבי שמעון אומר אף המערה

10. Si quis calidas aquas in calidas, vel frigidas in frigidas, vel calidas in frigidas evacuaverit, mundæ ſunt; ſi frigidas in calidas, immundæ ſunt. R. Simeon dicit, etiam ſi quis calidas in calidas evacuet,

המערה מחם לחם וכחו של תחתון יפה משל עליון טמא :

cuet, & ſi vis inferioris præſtantior eſt vi ſuperioris, immundæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

המערה מחם לחם *Si quis calidas evacuet in calidas*, hic quoque ſermo fit de liquoribus mundis in vaſe ſuperiori exiſtentibus, e quo evacuavit, & de liquoribus immundis in vaſe inferiori exiſtentibus in quod evacuavit. מצונן לחם טמא *Si frigidas in calidas*, *immundum eſt*, inferius enim vas calidum vaporem elevat in ſuperius quod frigidis conſtat, hinc polluuntur, quia nubes e vaſis aſcendens pro potu habetur. וכחו של תחתון יפה *& vis inferioris præſtantior eſt*, quia calor illius major eſt calore ſuperioris, deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. Etenim ſi ſuperius vas calidum ſit, licet inferius ſit calidius, nihilominus tamen opus inferioris non dignoſcitur in ſuperiori, & non polluit ipſum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Obſerves in hac Miſna id quod tibi dixi ad Miſnam ſuperiorem, videlicet, quod vas e quo evacuavit, ſit mundum immundum vero id in quod evacuavit. Ratio vero illius quod dicit, *ſi frigidas in calidas*, *immundum eſt*, eſt, quia columna liquoris quæ ניצוק vocatur, incaleſcit dum extremitas illius conſtituta eſt in vaſe calido, & elevat vaporem calidum una cum ניצוק e vaſe calido immundo, atque liquorem in ſuperiori vaſe exiſtentem calidum reddit, proinde id denuo fit immundum, quia vapor calidus inter utrumque conjungit, & aſcendit ex immundo in mundum. R. Simeon dicit, quod hic ſenſus dicendus ſit de eo qui liquorem calidum mundum effuderit in vas quod comprehendit liquorem immundum calidiorem, quia e vaſe immundo aſcendit vapor calidior, qui ebullit cum efferveſcentia, & auget calorem liquoris mundi, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *vis ſuperioris præſtantior eſt vi inferioris immundi*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, etenim cum ambo vaſa ſint calida, licet inferius ſit calidius ſuperiori, tamen hoc non videtur opus clarum in potibus e quibus effundit.

יא האשה שהיו ידיה טהורות ומגיסה בקדרה טמאה אם הזיעו ידיה טמאות היו ידיה טמאות ומגיסה בקדרה טהורה אם הזיעו ידיה הקדרה טמאה רבי יוסי אומר אם נטפו השוקל ענבים בכף מאזנים היין שבכף טהור עד שיערה לתוך הכלים הרי זה דומה לסלי זיתים וענבים כשהן מנטפים :

11. Mulier cujus manus ſunt mundæ, ſi ollam verterit, immunda eſt; ſi manus ipſius ſudaverint, immundæ ſunt; ſi illius manus ſint immundæ & illa ollam verterit, munda eſt; ſi manus ipſius ſudaverint, tum olla immunda eſt. R. Joſe dicit, ſi ſtillaverint. Si quis uvas libret in libra, tum vinum quod in libra eſt, mundum eſt, donec in vas evacuaverit; hoc enim ſimile eſt olivarum & uvarum caniſtris quum ſtillant.

R. OB. DE BARTENORA.

ומגיסה *Et commovet*, juſculum quod in olla eſt convertit cochleari. אם הזיעו ידיה *Si ſtillaverint manus ipſius*, ſi præ vaporibus ollæ pollutæ fuerint manus ipſius, ſe res habet ac ſi mulier tetigiſſet potus qui in olla ſunt. *Si manus ipſius pollutæ ſint*, ſi manus pollutæ ſint, tum ſudor pollutus eſt propter manus, & olla polluta eſt quoque, quia vapor conjungit inter ſudorem qui in manibus ipſius eſt, & inter potus qui ſunt in olla. *R. Joſe dicit*, *ſi ſtillaverint*, tum olla non polluta eſt, niſi ſtillaverint guttas de ſudore in manibus exiſtenti in ollam; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Vinum quod in cochleari eſt*, *mundum eſt*, & non diſponit ad immunditiem, quia id non prius pro potu habetur quam evacuaverit illud in vas, & ſe res habet cum illo ac ſi non ſubjectum eſſet juri potus ratione diſpoſitionis ad immunditiem, ita nec juri potuum ſubjectum eſt ratione immunditiei, nec ratione vini libaminis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia auctor ſuperiori Miſna meminit quod vapor e vaſe immundo aſcendens, ſimilis ſit liquori immundo, quem polluit, proinde in hac Miſna docet id quod huic ſimile eſt, dicitque, ſi mulier munda ope cochlearis potum ollæ immundæ converterit, manibus ipſius ſudantibus præ vapore ex olla aſcendenti, tum manus ipſius ſunt pollutæ, quia mulier tetigit potus immundos. Contra, ſi manus ipſius ſint immundæ, olla vero munda, & manus ſudaverint præ vapore, tum potus immundi ſunt, quia polluti ſunt iſto ſudore, & illi denuo polluunt quicquid eſt in olla, quia vapor conjunctus eſt inter liquorem iſtum qui exiſtit in manibus ipſius, & inter eum qui in olla eſt. R. Joſe dicit, ſi ſtillaverit de ſudore manuum in ollam, tum immunda eſt. Quod vero auctor dicit, olla immunda eſt, id intelligas de eo quod in olla eſt; nos enim jam expoſuimus in principio codicis quod potus propter manus polluti, non polluant vaſa, ſed pro ſudore manus habeantur propter vapores, perinde ac ſi potus immundi eſſent qui prodierunt, ut de iis ſolliciti eſſe debeamus. Senſus vero illius quod auctor dicit, *vinum quod in cochleari eſt*, *mundum eſt*, eſt, quod id ipſum non prius polluit quam vaſi impoſitum fuerit, tum demum pro potu habetur, & diſponit ad immunditiem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

פרק ו המעלה פרותיו לגג מפני הכנימה וירד עליהם טל אינן בכי יותן אם נתכוון לכך הרי זה בכי יותן העלן חרש שוטה וקטן אף על פי שחשב שירד עליהן הטל אינן בכי יותן שיש להן מעשה ואין להן מחשבה :

Caput 6. Si quis depoſuerit fructus ſuos in tectum propter vermiculos, & ros deſcenderit in ipſos, tum ii non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*; ſi hoc intenderit, tum continentur ſub illo dicto. Si detulerit eos ſurdus, ſtultus, vel parvulus, licet intenderit ut deſcenderet in ipſos ros, tamen non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, quia iis continetur opus, & non intentio.

R. OB. DE BARTENORA.

כנימה Vermes notat magnos in fructibus, videſis Exod. 8, 12. Porro dicit auctor, *ſi hoc intenderit*, ſi intenderit ut ros deſcendat in ipſos. *Quia opus continent*, ut, ſi quis conſulto ſparſerit ſanguinem ſuper fructus, tum diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כנימה Notat vermes in ſeminibus natos, & in fructibus. Senſus verborum, *ipſis eſt opus*, eſt, quia aquas effundunt ſuper fructus conſulto, proinde diſponunt ad immunditiem.

ב המעלה את האגודות ואת הקציעות ואת השום לגג בשביל שימתינו אינן בכי יותן כל האגודות של בית השוקים טמאים רבי יהודה מטהר בלחיים אמר רבי מאיר וכי מפני מה טימאו אלא מפני משקה הפה כל הקמחין והסולתות של בית השוקים טמאים החילקה הטרגים והטסגי טמאים בכל מקום :

2. Si quis in tectum detulerit faſciculos, ficos contuſas, atque allium, ut molleſcant, tum illa non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*. Omnes faſciculi in forum adducti, immundi ſunt. R. Jehuda humidos mundos eſſe dicit. Dixit R. Meir, quare eos immundos dixerunt? propter potus oris. Omnes farinæ & ſimilagines fori ſunt immundæ. Triticum diviſum, frumentum contritum, & contuſum, immunda ſunt ubique.

R. OB. DE BARTENORA.

המעלה את האגודות *Si quis detulerit faſciculos*, faſciculos oleris. קציעות vocantur olivæ contuſæ in mortario, e quibus conficiunt formam panis magni. שימתינו *ut molleſcant*, ut humectentur, hoc ſenſu verbum occurrit, ubi dicitur מיתנא קשה *liquor malus*, pro parietibus. *Non continentur ſub illo dicto, ſi affuſa ſit*, ſi ros deſcenderit in ipſa. *Omnes faſciculi*, nempe oleris. בית השוקים *fori*, & illius fructus ſunt immundi, quia venditores iis aquam affundere ſolent, ut humectentur, tum ii diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, quo in caſu iis manus continuo adhibendæ ſunt, proinde verſantur in exiſtimatione impuritatis.

מפני משקה הפה *Propter potum oris*, licet in eos non effundant aquas quando hument; nihilominus tamen iis addere ſolent potum, qui ex ore exit, ut pulvis ab iis removeatur, & tum diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam. Cæterum inter doctorem primum & R. Meir eſt diſſenſio de loco in quo non ſolent humectare eos potu oris, tum ii ſecundum R. Meir mundi ſunt, at ſecundum doctorem primum immundi, quia humidis quoque additur aqua; deciſio eſt ſecundum doctorem primum.

הקמחים והסלתות של השוקים טמאין *Farinæ & ſimilagines fori immundæ ſunt*, quia triticum madefacere ſolent antequam id molant, & manus ſemper huic operi adhibentur, & tum diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam, proinde verſantur in exiſtimatione impuritatis. חילקה triticum contuſum eſt, ita ut quodlibet in duo diviſum ſit. טרגים notat frumentum cujus quodlibet granum in tria diviſum eſt. טסגי notat frumentum cujus quodque granum in quatuor diviſum eſt. *Omni in loco*, licet extra forum, quia omnes homines in ea effundere ſolent aquas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אגודות *Faſciculos*, intellige palathas ficuum abſciſſarum, ut expandantur. שום eſt allium. שימתינו *ut expectent*, ut aliquamdiu ſubſiſtant & non corrumpantur. Non continentur ſub illo dicto, *ſi affuſa ſit*, ſi deſcenderit in fructus ros per totam noctem. *Faſciculi autem fori immundi ſunt*, quia mercatores ſemper eos aqua conſpergere ſolent, & tum diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, manus vero eos contrectare ſolent mundæ & immundæ, proinde faſciculi verſantur in ſuſpicione immunditiei. R. Jehuda dicit, quando faſciculi ſunt humidi, tum eos non conſpergunt aqua, quia olera non conſperguntur aqua, niſi conſtiterint dies aliquot ut humida videantur, at cum illa ſint humida, proinde non conſperguntur, ſed munda ſunt, quia non diſpoſita ſunt ad immunditiem contrahendam. Sed R. Meir ſtatuit, licet illa ſint humida, & non opus habeant confuſione, tamen conſpergi debent liquoribus, ut pulvis propellatur, proinde diſpoſita ſunt ad immunditiem. Cæterum controverſia eſt inter doctorem primum & R. Meir, nam R. Meir dat rationem propter liquores oris, qui mundi ſunt ſi homines non ſoleant ita facere; doctor primus dicit quod omnes diſpoſiti ſunt ad immunditiem recipiendam, propterea verſantur in ſuſpicione impuritatis, quocunque id fiat modo; deciſio eſt ſecundum doctorem primum. והקמחים & *farinæ*, intellige farinas quarum triticum mixtum eſt ante molitionem. סלתות notat farinas quarum furfures remoti ſunt, & tum ex iis fit סלת *ſimilago*, & quia diſpoſita eſt ad immunditiem in foro, & omnes manus eam contrectant & acquirunt, propterea ſimilago in ſuſpicione impuritatis verſatur. חליקה notat triticum cujus quodlibet granum in duo diviſum eſt. טרגים notat triticum cujus unumquodque granum in tria dividitur. Sed טסגי notat ipſum cujus quodlibet granum in quatuor diviſum eſt; atque hæc ſpecies quoque obtinet in fabis fractis quæ moluntur, & in aquis macerantur, e quibus facere ſolent ריפות *molam* & id genus alia opera ollaria. Porro dicit, *omni in loco*, quia perinde eſt ſive in domiciliis ſive in loco publico exiſtant, quia manus iis operam dant dum confunduntur & commoluntur.

ג כל הבצים בחזקת טהרה חוץ משל מוכרי משקה ואם היו מוכרים עמהן פירות יבשים טהורות כל הדגים בחזקת טומאה רבי יהודה אומר חתיכת אלתית ודג המצרי הבא בקופה וקולים האספנים הרי אלו בחזקת טהרה כל (ס"א) הציר בחזקת טומאה ועל כולם עם הארץ נאמן לומר טהורים הן חוץ משל דגה מפני שהן מפקידים אותה אצל עם הארץ רבי אליעזר בן יעקב אומר ציר טהור שנפל לתוכו מים כל שהן טמא :

3. Omnia ova verſantur in exiſtimatione puritatis, exceptis eorum qui vendunt potus; ſi vero cum iis vendere ſoleant fructus ſiccos, tum munda ſunt. Omnes piſces verſantur in exiſtimatione impuritatis. R. Jehuda dicit, ſegmentum Eltit. Piſcis Ægyptius qui adfertur in cupis, & Colis Hiſpanicus ſunt in exiſtimatione puritatis. Omnis muria eſt in exiſtimatione impuritatis, & de omnibus fide dignus eſt plebejus, ſi dixerit, munda ſunt, piſce excepto, quia deponunt ipſum apud plebejum. R. Eliezer filius Jacobi dicit, muria eſt munda; in quam inciderit quantulumcunque aquæ, ea immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ משל מוכרי משקה *Exceptis eorum qui vendunt potus*, quia tangunt ova dum liquor adhuc ſtillat ſuper manibus ipſorum, & non curant inquinamenta quibus teſta contegitur. *Si vero cum iis vendant fructus aridos*, quia manus eorum abſtergunt ne inquinent fructus, proinde quoque manus abſtergunt antequam tangunt ova. *Omnes piſces exiſtimantur immundi*, quia ope aquæ diſpoſiti ſunt ad immunditiem, &

ſi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si ova ſint apud eum qui vendit potus, tum ea contrectare ſolent manibus inquinatis potibus, quia ova inſiſtunt corticibus ſuis, proinde ſi res immunda ad ipſa acceſſerit, pollutus eſt potus qui circum ipſa eſt, propter cortices ſive teſtas ovorum, ſicuti exponitur capite primo codicis de Petiolis, ſi illa diſpoſita ſint ad immunditiem cum potu. Per ova hic intelligas ova ſicca, quia tunc abſtergunt manus

ſuas

ſi mundus vel immundus tetigerit eos, tum immundi ſunt. חתיכת אלתית *Segmentum Eltit*, eſt ſpecies piſcium quos in multa ſegmenta diſciſſos vendere ſolent, & hos alicubi Eltit vocant, ibique venantur eos, & vendunt. *Piſcis Ægyptius*, eſt piſcis tenuiſſimus quem in Ægyptum adducunt plenis cupis. *Colis Hiſpanicus*, eſt ſpecies piſcium quorum cutis valde tenuis eſt, & אלשבוט vocatur; hæ porro tres ſpecies aquis non diſponuntur ad immunditiem, ut reliqui piſces, quia aliquamdiu vivunt poſtquam capti ſunt. Sed poſtquam hi piſces ſunt parati in cibum, tum iis non affundunt aquas, quia aquæ eos corrumpunt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

כל הציר בחזקת טומאה *Omnis muria eſt in exiſtimatione immunditiei*, quia ſimplici muriæ adjicitur aqua, & manus hac in parte ſuam operam navant. *Et de omnibus fide dignus eſt plebejus*, tam de ovis, quam de fructibus, & muria, ſi dixerit plebejus, non diſpoſita ſunt ad immunditiem recipiendam. *Quia curant ea*, omnes fructus deponere ſolent apud plebejum, & ſi plebejus hac in parte non eſſet fide dignus, quomodo fructus apud ipſum deponerent; ſed piſces ei non concredunt, proinde non eſt fide dignus. ציר טהור *muria eſt munda*, quia de ipſa conſtat quod ad immunditiem non diſpoſita ſit. *In quam inciderit quantulumcunque aqua, immunda eſt*, quia aquæ copia quantulacunque diſponit ad immunditiem, quicquid autem diſpoſitum eſt, id immundum eſſe exiſtimatur, quia manus ei dant operam; deciſio eſt ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

ſuas propter fructus, & hucuſque fructus relinquuntur in exiſtimatione puritatis; piſces vero omnes impuri exiſtimandi ſunt, quia cibus eſt qui aquis diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, manus vero tam mundo quam immundo operam dant. אלתית notat genus piſcium quos in multa ſegmenta diſcindunt. *Piſcis Ægyptius, qui adfertur in cupa*, intellige piſcem minutiſſimum quem cupæ imponere ſolent, quemque Ægyptii אלנחצא vocant. Cæterum קוליס *Hiſpanicus*, eſt ſpecies piſcium quorum cutis eſt tenuiſſima, qui apud nos in Arabia noti ſunt, & אלשבוט vocantur. Dicit autem R. Jehuda quod hæc tria piſcium genera verſantur in exiſtimatione puritatis, quia non diſpoſita ſunt ad immunditiem, cum aquæ ea corrumpant; porro hi piſces aliquamdiu vivunt poſtquam capti ſunt, & poſtea moriuntur; ſed non prius in cibum ſumuntur quam abſterſi ſint, & non effundunt ipſos in aquas. Cæterum omnis muria eſt in exiſtimatione immunditiei, quia diſpoſitæ ſunt ad immunditiem, eo quod parari ſolent ope liquoris. חוץ משל דגה *Excepto piſce*, erat piſcium ſpecies ipſis tunc temporis nota ſub hoc nomine. Præterea dicit auctor, *de omnibus plebejus fide dignus eſt*, quicquid dictum ſit verſari in opinione immunditiei, quia diſpoſitum eſt, in eo plebejus fide dignus eſt, ſi dixerit, mundum eſt, & hoc ſecundum iſtud fundamentum quo ſtatuimus capite ſecundo codicis de Rebus ratione decimationis dubiis, quod plebejus fide dignus ſit, ſi dixerit, hi fructus diſpoſiti ſunt ad immunditiem. R. Eliezer filius Jacobi dicit, quod ſi in muriam mundam inciderit aqua, ea jam diſpoſita ſit ad immunditiem ope illius aquæ exiguæ, & in immunditiei opinione verſetur; ſicuti omnis muria. Sed tamen muria eſt munda ſi educant eam ope ſolis, vel ope aquæ fructuum, quæ non diſpoſitæ ſunt ad immunditiem recipiendam; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, ſed ſecundum R. Eliezer filium Jacobi.

ד שבעה משקים הן הטל והמים והיין והשמן והדם והחלב ודבש דבורים דבש צרעים טהור ומותר באכילה:

4. Hi ſunt ſeptem liquores, ros, aquæ, vinum, oleum, ſanguis, lac & mel apum; mel crabronis eſt mundum, & eſui licitum.

R. OB. DE BARTENORA.

שבעה משקין הן *Hi ſeptem ſunt liquores*, quia Lex dicit de immunditie cibi, *omnis cibus quem comederit, ſi aqua ad ipſum venerit, pollutus eſt*, hinc quæritur an reliqui liquores etiam includi poſſint, cum hic duntaxat aquæ mentio fiat; & reſpondetur eos includi poſſe ſub eo quod Lex in genere dicit, *omnis liquor*; iterum quæritur an non aquæ mororum, malogranatorum, & aliorum fructuum aquæ includi poſſint; ſed reſpondetur negando, quia Lex meminit aquæ, ſicuti ergo aquæ liquor ſimplex eſt, qui non habet aliud nomen adjunctum, ita quoque vinum, oleum, & reliqui liquores non habent aliud nomen adjunctum, exceptis aquis mororum, malogranatorum, & reliquorum fructuum, quæ aliud nomen adjunctum habent. Cæterum mel apum non habet nomen adjunctum, quia id in genere vocatur mel. Præterea in Toſaphta ad titulum de Sabbato docetur quod ſanguis contineatur ſub liquore, ſicuti dicitur Deut. 23, 24. *& ſanguinem confoſſorum bibet.* Porro quæritur unde vinum contineatur ſub liquore, & reſpondetur, ex eo quod Lex dicit, Deut. 32, 14. *ſanguinem uvarum bibes*: ſed unde mel contineri poteſt ſub liquore? reſpondetur ex eo quod dicitur Deut. 32, 13. *Et lactavit eum melle ex petra.* Quod vero oleum continetur ſub liquore, id probatur ex eo quod Jeſ. 25, 6. dicitur, משתה שמנים *ſympoſium oleorum.* Quod lac continetur ſub liquore, id probatur ex eo quod Jud. 4, 19. dicitur, *& aperuit utrem lactis.* Quod ros ſit liquor, id probatur ex eo quod dicitur Jud. 6, 38. *& rorem expreſſit e carne, lagenam aquarum.* Quod oculi aquæ ſint liquores, id probatur ex eo quod Lex dicit, Pſal. 80, 6. *Et propinaſti iis in trientali.* Quod aquæ naſi ſint liquores, probatur e Jer. 9, 18. *Et palpebræ illius ſtillabunt aquas.*

דבש צרעים טהור *Mel crabronis eſt mundum*, quia id non habetur pro liquore, proinde non polluit, neque ad immunditiem diſponit, ſed eſui licitum eſt, ne dicas, quandoquidem crabro ſive veſpa eſt reptile volatile immundum, hinc mel ex ipſo proveniens quoque mundum eſt, nam putaſſes quod mel apum duntaxat Lex comprehendit, quod eſui licitum ſit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 11, 34. *Omnis cibus qui comeditur, ſi aquæ in ipſum venerint, immundus eſto*; ad hæc verba notatur in Siphra, hic duntaxat aquæ mentionem fieri, & non reliquorum liquorum, & proinde reliquos omnes ratione diſpoſitionis excludendos eſſe; ſed reſpondetur, Legem in genere dicere, *& omnis potus*; ſi ita eſt, ergo etiam includuntur aquæ mororum, & malogranatorum, reliquæque fructuum aquæ; ſed reſpondetur negando, quia Lex dixit, *aquæ*, ſicuti ergo aquæ ſunt liquor peculiaris qui non habet nomen adjunctum, ita etiam ros, vinum, oleum, reliquique liquores includi poſſunt, quia ii non habent nomen aliquod conjunctum, exceptis aquis mororum, malogranatorum, aliorumque fructuum, quibus eſt nomen conjunctum; poſtea vero Lex dicit de ſeminibus ad immunditiem diſpoſitis, *& ſi affuſa ſit aqua ſeminibus*, ad hæc in Siphra dictum eſt, hæc verba duntaxat poſt diſpoſitionem ad immunditiem intelligi, reliquos liquores hic non recenſeri ut aquam in eodem ſtatu; ſed reſpondetur ſuperius in Lege mentionem fieri aquæ ratione immunditiei potuum, & inferius fieri mentionem aquæ, nempe, ſicuti aquæ ſuperius dictæ aſſimilantur liquoribus reliquis, ita etiam aquæ inferius dictæ aſſimilantur liquoribus reliquis. Hinc tibi exponetur quod omnes liquores nomen conjunctum non habentes, diſponant & polluant, atque hi ſunt duntaxat iſti ſeptem liquores quos enumeravimus. Sed ne putes quod mel apum quoque habeat nomen conjunctum, quia mel ſimplex eſt, quod non opus habet nomine conjuncto; ſed hic dicitur mel apum cum nomine conjuncto, ad diſtinguendum inter ipſum & mel veſparum. Ratio vero quod id mundum ſit, eſt, quia id non polluit neque ad pollutionem diſponit. Senſus vero illius quod auctor dicit, *& ei licitum eſt*, eſt, ne quis putet quod id ſimile ſit lacti animantium immundorum, quod eſui prohibitum eſt, quia *veſpa* refertur inter reptilia volatilia; diſcrimen vero inter utrumque eſt clarum, quia mel non naſcitur in corpore apum, & veſparum, ſed veluti ros deſcendit in *ſtirpes*, quocum vis ſtir-

ſit, quia id non habet nomen adjunctum, quamobrem mel veſparum quod nomen adjunctum habet, illicitum eſt, propterea nos docet auctor id mundum & licitum eſſe; nam quare dixiſſet quod mel apum ſit licitum quia id ipſum introducunt in corpora ſua, ſed non exprimunt ipſum e corporibus, mel veſparum quoque introducunt in corpora ſua, ſed non exprimuntur e corpore ipſorum.

ſtirpium commiſcetur, & ex humore illius fit mel, quod apes comedere ſolent, & ſtomachum eorum ingreditur. Quod vero reſtat optimum, id apes expuunt in alvearia, ibique abſconditur, ut illud inveniat eo tempore quo germina exciduntur & colliguntur in deſertis, & non exponat de melle apum quod id licitum ſit eſui, ejus ratio eſt quod id jam expoſitum ſit in aliquot locis Legis, atque in Toſaphta titulo de Sabbato, ubi quæritur, unde eſt quod ſanguis ſit potus? ex eo quod dicitur Num. 23, 24. *Et ſanguinem confoſſorum bibet.* Unde eſt quod vinum ſit potus? ex eo quod dicitur Deut. 32, 14. *Et ſanguinem uvarum bibes.* Unde eſt quod mel ſit potus? ex eo quod dictum Deut. 32, 13. *Et lactavit eum lacte ex petra.* Unde probatur quod oleum ſit potus? ex eo quod dicitur Jeſ. 25, 6. *Sympoſium oleorum.* Unde probatur quod ros ſit potus? ex eo quod dicitur Jud. 6, 38. *& rorem expreſſit e carne lagenam aquarum.* Unde probatur quod lac ſit potus? ex eo quod ſcriptum eſt Jud. 4, 19. *Et aperuit utrem lactis.* Unde probatur quod lachryma oculi ſit potus? ex eo quod ſcriptum eſt Pſal. 80, 6. *Et propinaſti iis in trientali.* Unde probatur quod aquæ narium ſint potus? ex eo quod dicitur Jer. 9, 18. *Et palpebræ illius ſtillabunt aquas.* Hæc omnia duntaxat probabilia ſunt, fundamentum vero hujuſce conſtitutionis agnoſcit ſancita Moſis in Sinai, ſicuti jam aliquoties expoſuimus.

ה תולדות למים היוצא מן העין מן האוזן מן החוטם מן הפה מי רגלים בין גדולים בין קטנים לדעתו ושלא לדעתו תולדות לדם דם שחיטה בבהמה ובחיה ובעופות הטהורים ודם הקזה לשתיה מי חלב כחלב והמוחל כשמן שאין המוחל יוצא מידי שמן דברי רבי שמעון רבי מאיר אומר אף על פי שאין עמו שמן דם השרץ בבשרו מטמא ואינו מכשיר ואין לנו כיוצא בו:

5. Hæc ſunt generationes aquæ, quod exit ex oculo, ex aure, ex naſo, ex ore, urina, ſive magnæ ſint, ſive parvæ, tam conſulto quam non conſulto. Hæc ſunt generationes ſanguinis, ſanguis mactationis in beſtiis, animantibus, & avibus eſt mundus, & ſanguis venæſectionis ad bibendum. Aqua lactis eſt ut ipſum lac, liquor eſt ut oleum, quia liquor non exit ex oleo, ita R. Simeon. R. Meir dicit, licet cum ipſo non ſit oleum. Sanguis reptilis in carne ſua polluit, at non diſponit; ſed nos ei ſimilem non habemus.

R. OB. DE BARTENORA.

בין גדולין *Sive magni*, ſive liquores ex ore podicis prodeuntes, ſint magni. *Sive parvæ*, urinæ nempe. *Et ſanguis venæſectionis ad bibendum*, intellige ſanguinem venæſectionis quem beſtiæ vel animanti bibendum dare intendit, vel gentili. *Aqua lactis*, eſt locus a caſeo ſeparatus quando lac coagulant ope ventriculi, qui tum ſemina diſponit ad immunditiem recipiendam. והמוחל כשמן *& liquor eſt ut oleum*, per מוחל intelligas aquas puras ex olivis exeuntes. Quia מוחל non exit ex olivis, ipſe vero liquor מוחל dictus ſecundum R. Simeon notat aquas fructuum, & non liquorem, ſed diſponit tamen propter reliquias olei ipſius. R. Meir dicit, licet in ipſo non ſit oleum, tamen ipſe מוחל pro liquore habetur, & diſponit ac polluit; deciſio eſt ſecundum R. Meir. *Sanguis reptilis eſt ut caro ipſius*, & conjunguntur in copia lentis, quia de octo reptilibus dicitur Levit. 11, 29. *Et hoc ſit vobis immundum de reptili*, quibus verbis includitur ſanguis ipſius, quod is polluat in carne ipſius; forſan quoque ſemina diſponit ad immunditiem? reſp. nequaquam, quia Lex dicit, *immundum eſto vobis*, ergo duntaxat immundum eſt, ſed non diſponit ſemina ad immunditiem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דם הקזה לשתיה *Sanguis venæſectionis ad bibendum*, auctor hic intendit ſanguinem venæſectionis ut is animantibus & hominibus bibendus exhibeatur, quia eum bibere ſolent. Per *aquas lactis* intellige aquas caſei e lacte ſeparati dum ventriculum ei adjiciunt, vel alias res quæ coagulant lac, quas nos Arabice vocamus אלמיק. Cæterum מוחל notat aquas nigras ex olivis effluentes; ſed nos capite nono codicis de Puritatibus jam expoſuimus, quod R. Simeon dicat, מוחל denotare aquas fructuum, proinde nec diſponit ad immunditiem, neque polluit, niſi propter reliquias olei quæ ſunt in ipſo; dicimus ergo quod deciſio non ſit juxta R. Simeon; ſed quod מוחל ſit liquor, ſicuti dixit R. Meir ſecundum ſententiam Sapientum, quia מוחל eſt inſtar olei. Dixit autem Deus de octo reptilium generibus Levit. 11, 29. *Et hoc vobis immundum eſto*, ut ſanguis includatur, ita ut is polluat ac ipſa caro ipſius; porro quæſiverunt doctores, an ſemina ad immunditiem diſponat; ſed reſpondetur negando, quia Lex dicit לכם *vobis*, ergo vobis duntaxat immundum eſt, ſed non diſponit ſemina ad immunditiem recipiendam.

ו אלו מטמאים ומכשירים זובו של זב ורוקו ושכבת זרעו ומימי רגליו ורביעית מן המת ודם הנדה רבי אליעזר אומר שכבת זרע אינה מכשרת רבי אלעזר בן עזריה אומר דם הנדה אינו (ס"א) מכשיר רבי שמעון אומר דם המת אינו מכשיר ואם נפל על הדלעת גוררה (נ"ל) והיא טהורה:

6. Hæc polluunt & diſponunt, fluxus ſeminiflui, & ipſius ſputum, ſemen concubitus, urina, quartarius de mortuo, ſanguis menſtruus. R. Eliezer dicit, ſemen concubitus non diſponit. R. Eleazar filius Azariæ dicit, ſanguis menſtruus non diſponit. R. Simeon dicit, ſanguis mortui non diſponit, & ſi is in cucurbitam inciderit, abradat eam, & tum ipſa munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואלו מטמאין ומכשירין *Hæc polluunt & diſponunt*, cujuſmodi ſunt ipſi potus immundi, qui polluunt & diſponunt ſimul. *Fluxus ſeminiflui*, de quo Lex dicit, *immundus eſto*; pari modo ſputum ipſius & urina, quia Lex addit, *& hæc ſit immundities ipſius*, ubi voce *hæc* includitur urina. *Et quartarius Logi de mortuo*, quia Lex dicit, *quiſquis tetigerit mortuum, vel animam hominis*, ubi per animam hominis intelligas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando auctor dicit, *polluunt & diſponunt*, ſenſus eſt quod hi ſint potus qui ipſi ſunt immundi, proinde non requiritur ut diſpoſitio antecedat. Porro Deus in Lege de fluxu dicit, quod is ſit immundus, ut & ſputum ipſius. Quod vero urina polluat & diſponat ad immunditiem, id traditione recepimus, & modo probabili collegimus ex eo quod Lex dicit, *fluxus ipſius immundus eſto, & hæc ſit immundities ipſius*,

ligas quartarium Logi ſanguinis, ſanguis enim eſt anima. *Et ſanguis menſtruus*, quia Lex dicit, *& languida in ſuo menſtruo*, ergo quod effluit e menſtrua, id immundum eſt ut ipſa menſtrua. *Semen concubitus non diſponit*, quia id non habetur pro liquore, quandoquidem nomen adjunctum habet. *Sanguis menſtruus non diſponit*, quia humor e podice egrediens non diſponit. *Sanguis mortui non diſponit*, etenim ex quo homo obiit, ſanguis jam exiit e Lege potus, deciſio non eſt ſecundum quemquam ex iſtis doctoribus, ſed omnes polluunt & diſponunt ſecundum doctorem primum.

ſius, nam voce *hac* includitur urina, & concubitus ſemen hominis ſani, & eo magis feminiflui; ſed immundities ſanguinis mortui jam expoſita eſt capite ſecundo codicis de Tentoriis, & ſanguis mulieris menſtrui expoſitus eſt capite ſeptimo codicis de Menſtruis. R. Eliezer dicit quod ſemen concubitus non diſponat, quia Lex nomen liquoris jam ſuſtulit, idque nomini ipſius conjuncto addidit. R. Eleazar filius Azariæ dicit quod ſanguis menſtruus non diſponit, ſicuti nec ſanguis ex inferioribus prodiens diſponit. R. Simeon dicit, ex quo obiit mortuus, ſanguis ipſius non amplius continetur ſub Lege liquoris; deciſio non eſt ſecundum unum e tribus.

ז אלו לא מטמאים ולא מכשירים הזיעה והליחה סרוחה והראי והדם היוצא עמהם ומשקה בן שמונה רבי יוסי אומר חוץ מדמו והשותה מי טבריא אף על פי שיוצאים נקיים דם שחיטה בבהמה בחיה ובעופות הטמאים ודם הקזה לרפואה רבי אליעזר מטמא באלו רבי שמעון בן אלעזר אומר חלב הזכר טהור:

7. Hæc non polluunt nec diſponunt, ſudor, humor fœtidus, ſtercus, & ſanguis cum iis prodiens, atque liquor abortus octo menſium. R. Joſe dicit, excepto ſanguine ipſius, & eo qui bibit aquas Tiberienſes, licet puri ſint ii qui exeunt. Sanguis mactationis in beſtia, animanti, & avibus eſt immundus, & ſanguis venæſectionis pro medicina. Secundum R. Eliezer immundi ſunt hi ſanguines. R. Simeon filius Eleazaris dicit, lac maſculi eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA

אלו לא מטמאין *Hæc non polluunt*, licet prodierint ex immundo, ut, ſi prodierint e ſeminifluo, vel ſimili immundo, quia de fluxu dicitur, *immundus eſto*; ſed ſudor, humor fœtidus, & excrementa ipſius non ſunt immunda; fœtidus humor hic dicitur is qui exit e muria; idem vero jus eſto de ſputo fœtido. הראי eſt idem quod חרי *incrementum*. משקה בן שמונה *Potus octo menſium prolis*, omnis liquor qui prodierit ex abortu octo menſium ſimilis eſt ſanguini, ſputo, & urinæ ipſius, quia abortus octo menſium vivus eſt ſimilis lapidi. *Excepto ſanguine ipſius*, qui polluit ut ſanguis filii vivacis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Licet exeant puri*, licet per poſteriora ani prodeant limpidi, ac ſi eſſent urina; nihilominus tamen non diſponunt ad immunditiem, quia per receſſus ani exierunt. R. Eliezer hos liquores immundos eſſe dicit, quia potus eſſe cenſentur, qui polluunt & diſponunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. *Lac maſculi mundum eſt*, quia id non habetur pro potu; ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ויערה ליחה סרוחה Arabice dicitur ערק: cæterum *humor fœtidus*, Arabice dicitur אלקיח; ſed nihil intereſt ſive ſanguis e ſuperficie corporis, an vero e ſputo effluat. הראי notat excrementum. *Sanguis qui egreditur cum iis*, videlicet ſanguis qui exit cum humore fœtido, vel cum excremento. משקה בן שמונה *potus abortus octo menſium*, omnis liquor qui prodierit e prole octo menſium diſponit ad immunditiem in homine integro, ſed non diſponit in hoc parvulo, quia nobis hypotheſis eſt quod proles octo menſium vivax ſit inſtar lapidis. *Aquæ Tiberienſes*, hæ iſtius ſunt naturæ ut ventrem relaxent ſi bibantur, & ex iis aquæ puræ prodeunt, uti eæ quas bibimus. Sed quia e receſſu podicis proveniunt, proinde non ſunt potus; ſenſus vero illius quod dicitur, *non polluunt*, eſt, quod non polluant licet hi humores e ſeminifluo proveniant. Quæritur autem an non ſudor, fœtidus humor, & excrementa etiam immunda ſint, & includi debeant ſub illa voce Legis *ſeminiflui*, ſed reſpondetur negando, quia Lex dicit, *fluxus ipſius immundus eſto*, ergo ipſe fluxus immundus eſt, at non hæ res immundæ. R. Eliezer dicit, ſanguis mactationis in pecore, animantibus, & avibus immundus eſt, ſed venæſectionis pro medicina polluit & diſponit ad immunditiem, & pro liquoribus habentur; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer, nec ſecundum R. Simeon filium Eleazaris qui dixit lac maſculi non eſſe liquorem.

ח חלב האשה מטמא לרצון ושלא לרצון וחלב הבהמה אינו מטמא אלא לרצון אמר רבי עקיבא קל וחומר הדברים מה אם חלב האשה שאינו מיוחד אלא לקטנים מטמא לרצון ושלא לרצון חלב הבהמה שהוא מיוחד לקטנים ולגדולים אינו דין שיטמא לרצון ושלא לרצון אמרו לו לא אם טמא חלב האשה שלא לרצון שדם מגפתה טמא יטמא חלב הבהמה שלא לרצון שדם המגפתה טהור אמר להם מחמיר אני בחלב מבדם שהחלב לרפואה טמא והמקיז לרפואה טהור אמרו לו סלי זיתים וענבים יוכיחו שהמשקים היוצאים מהן לרצון טמאים ושלא לרצון טהורים אמר להם לא אם אמרתם בסלי זיתים וענבים שתחילתן אוכל וסופן משקה תאמרו בחלב שתחילתו וסופו

8. Lac fœminæ polluit ipſa volente & nolente, ſed lac pecudis polluit tantum ſi conſulto mulſum ſit. Dixit R. Akiba, eo magis conſequitur, ſi lac fœminæ, quod parvulis tantum deſtinatum eſt, polluat ſi conſulto mulſum ſit & nolente, nonne etiam fas eſt ut lac pecudis quod parvulis & adultis deſtinatum eſt, polluat ſi conſulto & non conſulto mulſum ſit? reſponderunt ei, nequaquam; nam ſi lac fœminæ immundum ſit inconſulto mulſum, quia ſanguis plagæ ipſius immundus eſt, etiam immundum eſt lac pecudis non conſulto mulſum, quia ſanguis plagæ ipſius mundus eſt? reſpondit iis, ego in lacte magis aggravo quam in ſanguine, quia lac pro medicina eſt immundum, ſed venæſectionis ſanguis pro medicina eſt mundus. Dixerunt ei, caniſtra olivarum & uvarum arguunt, quod liquores ex ipſis exeuntes volente domino immundi ſint, nolente vero mundi; reſpondit iis, nequaquam; nam ſi dixeritis de caniſtris olivarum & uvarum, qui in principio ſunt cibus, in fine autem liquor, idem de lacte dicetis, quod in principio & fine

וסופו משקה עד כאן היתה תשובה אמר רבי שמעון מכאן ואילך היינו משיבים לפניו מי גשמים יוכיחו שתחלתן וסופן משקה ואינן מטמאים אלא לרצון אמר לנו לא אם אמרתם במי גשמים שאין רובן לאדם אלא לארצות ולאילנות ורוב החלב לאדם ׃

fine potus eſt? hucuſque reſponſum eſt. Dixit R. Simeon, abhinc & deinceps reſpondimus ei, aqua pluvia indicat, quia illa in principio & fine potus eſt, & volente domino tantum polluunt; reſpondit autem nobis, nequaquam, nam ſi dixeritis de aqua pluvia quod ipſius maxima pars non inſerviat hominibus, ſed terræ, & arboribus, utique maxima pars lactis inſervit hominibus.

R. OB. DE BARTENORA.

חלב האשה טמאה *Lac fœminæ immundum eſt*, ita ut diſponat ad immunditiem recipiendam; ſi vero id pollutum ſit, vel fœmina ſit immunda, polluit ſecundum jus potuum immundorum, quia id continetur ſub jure potuum. לרצון *cum voluntate*, ſi lac conſulto mulgeatur. ושלא לרצון *& non conſulto*, ſi lac ſtillaverit e mammis ipſius. *Quod parvulis duntaxat deſtinatum eſt*, quod non tanti æſtimatur quanti pecudis lac. שדם מגפתה טמא *quia ſanguis plagæ ipſius immundus eſt*, quicquid enim prodierit e plaga ipſius, id immundum eſt, quia ſimile eſt ſanguini confoſſorum, qui משקה *liquor* vocatur, nam quæ differentia inter mortuum & ſemimortuum? *Quia ſanguis plagæ illius mundus eſt*, quia ſanguis pecudis non vocatur ſanguis confoſſorum, quod ſcriptum eſt de homine. *Caniſtra olivarum & uvarum arguunt*, nam ſi quis expreſſerit eas, is immundus eſt, & quamvis ita ſe res habeat, tamen ſi conſulto expreſſæ ſint, immundæ ſunt, ſi inconſulto, mundæ ſunt; ſic etiam lac, licet id mulſum ſit pro medicina, immundum eſt; at ſi id inconſulto mulſum ſit, tum id ex jure mundum eſt. ושלא לרצון טהורים *qui vero inconſulto exierunt, ii mundi ſunt*, quia liquor ex olivis & uvis egrediens non prius dicitur liquor quam exierit conſulto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoties hic legeris, *polluit*, vel, *non polluit*, ſenſus eſt, quod iſta res ſit liquor vel non liquor, ſi ea ſit liquor, tum illius jus ſimile eſt liquoris juri, quia diſponit & polluit ſeipſum, & polluitur quando is exierit e corpore immundo; at quando iſta res non eſt liquor, tum munda eſt omni modo. Senſus vero illius quod dicitur, לרצון, eſt, quod lac iſtud mulgent conſulto, & parant in potum; שלא לרצון hoc ſenſu, ſi lac egrediatur ſponte, abſque mulſione, vel ſi illud mulſum ſit præter aliquem ſcopum, ſed ludendi gratia. Porro auctor dicit de ſeminifluo quod lachryma oculi ipſius, & ſanguis plagæ ipſius, atque lac fœminæ polluant immunditie potuum, nempe, quod hæ res contineantur ſub jure potuum qui ſeminifluo duntaxat polluti ſunt, & non ſunt patres immunditierum, ſicuti fluxus & ſputum ipſius, quemadmodum capite primo codicis de Vaſis expoſitum eſt, & in codice de Seminifluis exponetur. Cæterum tibi jam expoſuimus capite præcedenti, quod quicquid effluxerit ex olivis & uvis abſque ſcopo expreſſionis, non ſit liquor, niſi donec proprietarius intenderit collectionem expreſſionis iſtius, & vaſi impoſuerit, tum enim liquor eſt. Quia autem R. Akiba dixit, hæc indicant, id ita intelligas quod omne lac ſit liquor, ſive conſulto ſive non conſulto exierint, probationem addit quod nihil interſit ſive lac mulſum ſit pro medicina, ſive ut bibatur, proinde dixerunt, olivæ & uvæ indicant quod non ſit differentia aliqua, ſive quis expreſſerit ut bibatur liquor, ſive is in medicinam adhibeatur, nihilominus tamen non eſt liquor id quod expreſſum eſt, niſi conſulto expreſſum ſit; hæc omnia ſunt clara, deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

Finis codicis de Liquoribus ad immunditiem diſponentibus.

מסכת זבים

פרק א הרואה ראיה אחת של זוב בית שמאי אומרים כשומרת יום כנגד יום ובית הלל אומרים כבעל קרי ראה אחת ובשני הפסיק ובשלישי ראה שתים או אחת מרובה כשתים בית שמאי אומרים זב גמור בית הלל אומרים מטמא משכב ומושב וצריך ביאת מים חיים ופטור מן הקרבן אמר רבי אליעזר בן יהודה מודים בית שמאי בזה שאינו זב גמור ועל מה נחלקו על הרואה שתים או אחת מרובה כשתים ובשני הפסיק ובשלישי ראה אחת בית שמאי אומרים זב גמור בית הלל אומרים מטמא משכב ומושב וצריך ביאת מים חיים ופטור מן הקרבן :

Tractatus de Gonorrhœa.

CAput 1. Si quis ſemel fluxum viderit, Schola Schammai dicit, is ei ſimilis eſt quæ expectat de die in diem. Schola Hillelis, ſimilis eſt ei qui ſemen emiſit. Si ſemel viderit, at ſecundo ſubſtiterit, tertio autem bis viderit; vel prima vice tantum viderit quantum ſecunda vice videtur, Schola Schammai dicit, eſt ſeminifluus perfectus. Schola Hillelis dicit, polluit ſeſſu & cubitu, & aquis vivis ſe lavare debet, ſed a ſacrificio liber eſt. Dixit R. Eliezer filius Jehudæ, Schola Schammai hac in parte concedit, quod non ſit ſeminifluus perfectus; in quo ergo diſſentiunt? de eo qui bis viderit, vel tantum prima vice quantum ſecunda videre ſolet, ſi ſecundo ſubſtiterit, & tertio viderit ſemel, Schola Schammai dicit, hic perfectus ſeminifluus eſt. Schola Hillelis dicit, polluit ſeſſu & cubitu, & aquis vivis ſe abluere debet, & a ſacrificio immunis eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרואה ראיה אחת של זוב *Si quis ſemel fluxum viderit*, ſi fluxus venerit e lancea virili non inflata, & ſimilis fuerit albumini ovi depravati, ſemen vero concubitus provenerit e lancea inflata, & illius ſemen temperatum fuerit ut albumen ovi quod non depravatum eſt, Schola Schammai dicit, ſimilis eſt ei quæ expectat de die in diem, etenim licet illa non ſit ſeminiflua perfecta, niſi poſt tres viſiones, nihilominus tamen illa cubitu & ſeſſu polluit ſi ſemel tantum viderit, Schola Hillelis dicit, ſimilis eſt בעל קרי qui ſemen emiſit, proinde non polluit cubitu nec ſeſſu, nec viſio polluit onere, ſed tactu.

ראה אחת ובשני הפסיק *Si viderit ſemel, & ſecunda vice ſubſtiterit*, tertia vero bis viderit, etenim ſi bis viderit uno die, vel duobus diebus continuis, tum is ſeptem dies immundos numerare debet, & tum liber eſt a ſacrificio. Si vero ter viderit uno die, vel tribus diebus continuis, tum ſeptem dies mundos numerare debet, at tum ad ſacrificium tenetur; nam docet Beraita quod Scriptura duos numeravit, & legit, *immundum eſto*, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 15, 2. *Si quis profluvium habeat e carne ſua, fluxus ipſius mundus eſto*; ſi ter viderit, tum immundus vocatur, porro dicit, *hæc ſit immundities ipſius in fluxu ipſius, ſi ſalivaverit caro ipſius fluxum, vel obſtruxerit ſe caro ipſius a fluxu, immundities hæc eſt*. Sed quomodo? bis pro immunditie, & ter pro ſacrificio. Cæterum ſi ſeminiflua aliquoties viderit ſanguinem die uno, vel duobus abſque tempore menſtrui ipſius, tum illa obſervat diem unum in puritate ipſius, & tum veſperi munda eſt. At vero ſi illa ter viderit intra triduum continuum, tum illa ſeptem dies mundos numerare debet, & ad ſacrificium tenetur; nam de ſeminiflua ſcriptum eſt, *& mulier ſi profluxerit profluvium ſanguinis illius diebus multis præter tempus ſeparationis ipſius*; at per *dies* in numero plurali ſaltem duo indicantur, & per vocem *multos* tertius notatur; Lex ergo negotium ſeminiflui attribuit viſionibus, ſeminifluæ vero diebus. Porro dicit auctor, ſi ſeminifluus viderit tres viſiones, ſed uno die ſanguis defecerit inter viſionem primam & duas poſtremas, Schola Schammai dicit, eſt ſeminifluus perfectus, & ſacrificio tenetur, ut vir qui tres viſiones viderit. Schola Hillelis dicit, dies mundus deſtruit viſionem primam, & hic duas duntaxat poſtremas viſiones eſſe, & virum a ſacrificio immunem eſſe. Schola Schammai hac in parte conſentit quod non ſit ſeminifluus perfectus, quia deſtruunt diem mundum quo viſio prima ſubſtitit. *De quo igitur diſſentiunt? de eo qui bis vel ſemel &c.* Schola Schammai dicit, ſeminifluus perfectus eſt, etenim quia is alligatus eſt recenſioni ſeptem dierum, quando bis vidit ſanguinem ab initio, viſio illa deſtruit diem mundum, & ſic tres viſiones habuit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi ſuppeditavimus fundamentum aliquod in hoc libro quod in hoc tractatu obſervandum eſt, quem ego nunc brevibus attingam, nempe, ſi ſeminifluus viderit bis fluxum ſuum, tum is immundus eſt immunditie ſeminiflui, at ſi is purificatus ſit a fluxu ſuo, tum liber eſt a ſacrificio; ſi vero ter viderit fluxum, tum ſacrificio alligatus eſt, poſtquam purificatus eſt. Dicit autem Lex Levit. 15, 2. *Si quis ſit ſeminifluus e carne ſua, tum fluxus ipſius immundus ſit*, ubi bis meminit fluxus, & addit, immundus ſit. Poſtea dicit inſequenti commate, *hæc ſit immundities ipſius in fluxu ipſius, ſi ſalivaverit caro ipſius fluxum, aut obſtruxerit ſe caro ipſius a fluxu ipſius*, in quibus Lex ter meminit vocis fluxus; & addit in fine, *hæc ipſius immundities eſt*. Ad hæc a doctoribus quæſitum eſt quare Lex dicat, ſi bis viderit, & quod ſit immundus, & ita quoque, ſi ter viderit? ſed reſponſum eſt, quod ſi bis viderit fluxum, immundus ſit, ſi ter, ſacrificio alligatus ſit; ſi vero ter viderit fluxum in una hora, tum is immundus eſt & ſacrificio tenetur. At vero ſi ſeminifluus viderit fluxum ſuum triduum continuum, tum hic eſt fluxus perfectus, ſicuti dicitur Levit. 15, 25. *Et mulier quum profluet profluvium ſanguinis illius diebus multis præter tempus ſeparationis ſuæ*; hinc doctores notarunt per illam phraſeologiam *diebus multis*, tres dies ſignificari, quia dies in numero plurali ſaltem duos notat, & vocem *multis* ſaltem unum addere diem; porro dixerunt Legem caſum de ſeminifluo connectere cum viſionibus, ſed caſum de ſeminiflua cum diebus. Cæterum ſi mulier ſanguinem viderit unum diem, vel biduum extra tempus fluxus menſtrui, tum ipſa vocatur שומרת יום כנגר יום *obſervans de die in diem*, & polluit maritum ſuum, polluitque cubitu & ſeſſu, ſicuti expoſuimus in codice de Fluxu Menſtruo. Sed in Siphra obſervatur Legem fœminam ſeminifluam tantum declarare ſi illa triduum viderit ſanguinem, & non conſtare ex ipſa quod fœmina ſeminiflua ſit illa quæ biduum viderit ſanguinem; ſed reſpondetur id conſtare ex eo quod Lex addit, *ſecundum dies menſtrui ipſius*. Unde probatur quod ea expectare debeat diem alium? ex eo quod dicitur, *immundum eſto*. Senſus vero illius quod dicitur, *ſecundum dies menſtrui ipſius*, eſt, quod licet menſtrua fœmina ſemel viderit ſanguinem, tamen ſit menſtrua, quam hypotheſin ſemper in memoria habeas volo. Schola Schammai dicit, ſi ſemel duntaxat viderit fluxum, tamen polluit cubitu & ſeſſu, ſicuti fœmina quæ expectat de die in diem. R. Eliezer filius Jehudæ dicit, quod controverſia ſit de eo qui immundus eſt ſi bis viderit, qui non tenetur ad tertiam viſionem qua ſacrificio adducendo adſtrictus eſt, ut illa ſequatur duas viſiones. Verum ſi inter iſtas viſiones ſit intervallum aliquod, tum id ipſum conjungit eas omnes; cæterum duobus in caſibus deciſio eſt ſecundum Scholam Hillelis.

ב הרואה קרי ביום השלישי לספירת זובו בית שמאי אומרים סתר שני ימים שלפניו בית הלל אומרים לא סתר אלא יומו רבי ישמעאל אומר הרואה בשני סותר שלפניו רבי עקיבא אומר אחד הרואה בשני ואחד הרואה בשלישי שבית שמאי אומרים סתר שני ימים שלפניו ובית הלל אומרים לא סתר אלא יומו ומודים ברואה ברביעי שלא סתר אלא יומו ברואה קרי אבל אם ראה זוב אפילו יום שביעי סתר שלפניו :

2. Si quis viderit ſemen die tertio a numeratione fluxus ipſius, Schola Schammai dicit, deſtruit duos anteriores dies. Schola Hillelis dicit, diem tantum deſtruit. R. Iſmaël dicit, ſi quis ſecundo die viderit, deſtruit anteriorem. R. Akiba dicit, perinde eſt ſive quis vidit ſecundo, ſive tertio die. Nam Schola Schammai dicit, deſtruit duos dies anteriores. Schola Hillelis dicit, diem duntaxat deſtruit. Conveniunt autem de eo qui quarto die vidit, quod diem tantum deſtruit, ſi quis viderit ſemen; ſi vero fluxum viderit, licet die ſeptimo, tamen deſtruit anteriorem diem.

R. OB. DE BARTENORA.

ביום השלישי לספירת זובו *Die tertio a numeratione fluxus ipſius*, ut, ſi bis viderit, tum ſeptem dies numerare debet, ſi igitur diem primum atque ſecundum numeraverit, tertio vero die ſemen viderit, tum duo anteriores dies deſtruuntur ratione puritatis, propterea denuo numerare debet ſeptem dies ſicut ab initio. לא סתר אלא יומו *dies ipſius tantum intercidit*, propterea illa quinque dies numerare debet ad ſeptem dies complendos, quia duo priores dies ei imputantur. *Si quis viderit die ſecundo*, ſi unum diem numeraverit, & die ſecundo viderit ſemen, tum intercidit dies anterior, etiam juxta Scholam Hillelis. Sed R. Akiba putat, quod hac in parte etiam controverſia ſit, deciſio non eſt juxta eum. Concedit autem Schola Schammai de eo qui ſemen vidit die quarto, quod dies ipſius tantum intercidat, ſed quod anterior ei imputetur; quia Schola Schammai tantum concedit ſemen concubitus deſtruere tempus antecedens, quando fluxus non ceſſavit intra tres dies mundos, ſecundum dierum numerum qui conſtituit ſeminifluum perfectum. Sed poſtquam tres dies tranſierint perfecti, concedit Schola Schammai quod emiſſio ſeminis diem ſuum tantum deſtruit. Quod vero emiſſio ſeminis in ſeminifluo quoque deſtruat tempus, id conſequitur ex eo quod Lex dicit; *hæc eſt Lex de ſeminifluo, & quum prodierit ex ipſo ſemen concubitus*; ſicuti ergo ſanguinis fluxus deſtruit, ita etiam ſemen concubitus deſtruit omnia, dixerit nonnemo; ſed hoc repugnat ei quod ſuperiori commati additur, *quo fit immundus*, ergo hic tantum die iſto quo ſemen vidit, eſt immundus, at ſi viderit fluxum, licet die ſeptimo, tamen deſtruit anteriores, quia Lex dicit, Levit. 15, 13. *Et numerabit ſibi ſeptem dies a puritate ipſius*, ergo donec omnes ſeptem dies mundi ſint a fluxu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deinceps tibi exponam differentiam inter זיבות *fluxum* & שכבת זרע *ſemen concubitus* ratione ſubſtantiæ ipſorum, cæterum tu jam noſti quid Lex dicat de ſeminifluo, nempe, quod ſi caro ipſius ſalivaverit profluvium, is immundus ſit, ſi vero ceſſaverit profluvium, numerare debeat ſeptem dies mundos, ut poſtea mundus ſit, ſecundum illud Legis dictum, *ſi ſeminifluus a fluxu ſuo purificatus fuerit, tum enumeret ſeptem dies*; ſin autem viderit fluxum intra ſeptem dies, licet id fiat ultimo momento diei ſeptimi, oportet ut enumeret poſt iſtam viſionem, quia Deus dixit Levit. 15, 13. *Septem dies a purificatione ipſius*, donec nempe omnes ſeptem dies mundi ſint a fluxu. Tandem addit Deus in fine hujuſce Legis, hæc eſto Lex ſeminiflui, & quum ex ipſo prodierit ſemen concubitus; hinc in Siphra dictum eſt, ſicuti fluxus in ſeminifluo deſtruit, ita quoque ſemen concubitus deſtruit. Cæterum in codice de Nazyræis jam dictum eſt quod per deſtructionem deſignetur quod dies priores conincidant ratione numerationis, ibique porro dicitur, ſicuti fluxus ſeminis deſtruit omnia, ita quoque ſemen concubitus omnia deſtruit; ſed hoc Legi repugnare videtur, quæ dicit, *quo fit immundus*, ubi dicitur quod primo die tantum immundus fit; Schola Schammai dicit, quandoquidem profluvium tribus diebus mundis non ceſſavit, qui ſunt numerus dierum quibus fit ſeminifluus perfectus, ideo non imputantur ei, niſi ſemen concubitus in iis acciderit; deciſio non eſt ſecundum R. Iſmaël.

ג ראה אחת היום ושתים למחר שנים היום ואחד למחר שלש לשלשה ימים או לשלשה לילות הרי זה זב גמור :

3. Si ſemel viderit hodie, & bis poſtridie, vel bis hodie, & ſemel poſtridie; vel ter tribus diebus, vel tribus noctibus, tum is perfectus ſeminifluus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי זה זב גמור *Ecce hic eſt perfectus ſeminifluus*, & ſacrificio alligatus eſt, quia Deus rem tribuit viſionibus, ſicuti ſcriptum eſt, *ſi immundities eſt in profluvio ipſius*, ergo immundities dependet a profluvio, & non a die ipſius; nihilominus tamen Schola Hillelis dixit ſuperius, quod ſi dies intercedat, non ſit ſeminifluus perfectus, & viſiones non conſentur, tum jus non obtinet ratione immunditiei, ut, ſi bis viderit duntaxat uno die intercedente, tum non obtinet jus ratione ſacrificii, quemadmodum ſi tres viſiones viderit. cium, ſicuti expoſuimus ſecundum ſententiam Scholæ Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſenſus illius quod dicitur, *ſeminifluus perfectus*, eſt, quod is ad ſacrificium teneatur; Lex enim dicit, *immundities ſit in fluxu ipſius*, hinc dixerunt, immundities illius dependet a fluxu ipſius, & non a die ipſius, propterea licet ter viderit uno tempore, tamen eſt perfectus ſeminifluus. Pariter ſi quotidie viderit per triduum continuum, ſed inter unam atque alteram viſionem unus dies intercesſerit, tum una viſio non conflatur cum altera, nec ratione immunditiei, neque ratione obligationis ad ſacrifi-

ד ראה אחת והפסיק כדי טבילה וספוג (ס"א) ואחר כך ראה שתים או אחת מרובה כשתים או ראה שתים או אחת מרובה כשתים והפסיק כדי טבילה וספוג ואחר כך ראה אחת הרי זה זב גמור :

4. Si ſemel viderit, & ceſſaverit ut ſe lavare poſſit, & abſtergere, poſtea vero bis viderit, vel una vice tantum viderit quantum videtur duabus, vel bis viderit, vel una vice tantum viderit quantum videtur duabus, ſed ceſſaverit ut ſe lavare poſſit, & abſtergere, poſtea vero ſemel viderit, tum is perfectus eſt ſeminifluus.

R. OB. DE BARTENORA.

כדי טבילה וספוג *Quantum ſatis eſt pro immerſione in aquam & abſterſione*, ſi tantum temporis ſpatium ſit quantum ſatis eſt ad ablutionem & abſterſionem, ſin autem non tantum ſit ſpatium temporis, non eſt interſtitium, proinde unica duntaxat viſio eſt. *Vel una viſio inſtar duarum*, ſi inter principium & finem viſionis tantum ſit temporis quantum ſatis eſt ad lotionem & abſterſionem, & viderit abſque interſtitio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si inter unam atque alteram viſionem non ſit tantum temporis ſpatium quantum ad lotionem & abſterſionem ſufficit, tum non ſunt duæ viſiones, ſed una duntaxat eſſe cenſetur. Sed oportet ut ſcias quod viſio non habet tempus fixum, ſed quantulumcunque, & hic eſt ſenſus illius quod Lex dicit, *aut obſtruxerit ſe caro ipſius*, quantulumcunque ſit. Cæterum tempus quod definierunt, eſt tantum quantum ſatis eſt ad lotionem & abſterſionem, quæ minima eſt menſura inter duas viſiones, quæ duo opera & quaſi duæ viſiones ſunt.

ה ראה אחת מרובה כשלש שהיה במין גדיון לשילח שהן כדי שתי טבילות ושני ספוגין הרי זה זב גמור ראה אחת מרובה כשתים מטמא משכב ומושב וצריך ביאת מים חיים ופטור מן הקרבן אמר רבי יוסי לא אמרו אחת מרובה אלא אם כן יש בה כדי שלש׃

5. Si una vice tantum viderit quantum tribus videtur, quod eſt quaſi ſpatium a Gad-Javan ad Siloah, quæ duæ ſunt lotiones, & duæ abſterſiones, tum is perfectus ſeminifluus eſt. Si viderit una vice tantum quantum duabus videri ſolet, tum polluit cubitu & ſeſſu, & aquis vivis ablui debet, atque a ſacrificio immunis eſt. Dixit R. Joſe, non dixerunt, de una viſione abundanti, niſi contineantur tres viſiones.

R. OB. DE BARTENORA.

גדיון Erat locus Jeruſolymæ in quo Græci Reges idola collocarunt, & iſte locus procul a rivo Siloah diſtabat, ita ut interea dum quis ex uno loco alterum peteret, nonnemo ſe bis lavare & bis abſtergere poſſet. Aliter, Gad-Javan venit a Gad, videſis Jeſ. 65, 11. שילוח eſt nomen fluvii, ſicuti conſtat ex Jeſ. 8, 6. *Polluit cubitu & ſeſſu*, quia duæ quaſi viſiones ſunt. *Niſi in eo contineatur quantum ſatis eſt pro tribus viſionibus*, iſtud nempe temporis ſpatium quod requirebatur ad iter a loco Gad-Javan ad fluvium Siloah conficiendum, tum enim pro ſeminifluo perfecto habetur, etiam ratione ſacrificii. Sed de una fluxus viſione quæ tam diu durat ac duæ mediocres non diſſentiunt, ſed ea pro una duntaxat viſione habetur; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi quod ſenſus vocis מרובה notet diuturnum ſanguinis fluxum. *Gad-Javan* eſt nomen loci. שילוח eſt rivus ſatis notus; cæterum quando ſubſtiterit tamdiu ſeminifluus ut homo mediocris iſtius viæ ſpatium eundo menſurare poſſit, jam ter videre potuit fluxum in temporibus iſtis, videlicet ſi inter quemlibet fluxum ſit tantum temporis ſpatium quantum ſatis eſt ad immerſionem & abſterſionem; proinde nos docet auctor quod continuatio ſanguinis non contineat viſiones pro tribus temporibus unius viſionis. Cæterum in *Siphra*, illa verba, *hæc ſit Lex &c.* exponunt quod *ſeminifluus polluat tribus viſionibus*, ubi multum viderit, ſed unde probatur de caſu quo parum vidit? ſed reſpondetur, quod cum Lex dicat תהיה *ſit*, includi poſſit quantulacunque obſtructio, & quantulacunque caro; porro ibidem quæritur, ſi Lex meminerit fluxum magnum, quare mentionem faciat parvi; ſed reſpondetur id fieri ut menſuram aliquam ſtatuat magno, ut, ſi viderit fluxum diuturnum inſtar trium, tum ſeminifluus eſt perfectus. Attamen fluxus priores vocantur magni, quia caro ſeminiflui ſalivat. R. Joſe dicit, ſi viderit poſtea diu, illam viſionem eſſe inſtar duarum, & licet non præceſſerit nec ſecuta ſit alia viſio, tamen hæc viſio debet æſtimari, quamvis illa ſit inſtar duarum; etenim nos nunquam poſt diuturnam viſionem recenſemus viſiones alias, niſi diuturna viſio ſit inſtar trium, nam tum eam pro tribus habemus, quia Scripturæ locus eſt e quo diſcimus hujuſce ſeminiflui ſenſum de tribus viſionibus, quando Lex dicit, *hæc ſit immunditiæs in fluxu ipſius.* Sed R. Joſe hoc jus non deduxit e tribus viſionibus ad duas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ו ראה אחת היום ואחת בין השמשות אחת בין השמשות ואחת למחר אם ידוע שמקצת הראיה מהיום ומקצתה למחר ודאי לקרבן ולטומאה אם ספק שמקצת הראיה מהיום ומקצתה למחר ודאי לטומאה וספק לקרבן ראה שני ימים בין השמשות ספק לטומאה ולקרבן אחת בין השמשות ספק לטומאה׃

6. Si unam viderit hodie, & alteram circa veſperam, vel unam circa veſperam & alteram poſtridie, & ei conſtiterit quod viſio partim ad hunc diem, & partim ad diem poſterum pertineat, tum is certo alligatus eſt ſacrificio & immunditiei. At ſi dubitaverit an viſio partim ad illum diem, partim vero ad diem poſterum pertineat, tum is certo addictus eſt immunditiei, ſed dubie ſacrificio. Si viderit fluxum biduum circa veſperam, tum is dubius eſt pro immunditie, & pro ſacrificio; ſi viderit ſemel circa veſperam, tum is dubius eſt pro immunditie.

R. OB. DE BARTENORA.

אם ידוע שמקצת הראיה מהיום *Si conſtet quod pars viſionis ad diem pertineat*, pars vero altera ad diem ſequentem pertinet, nempe, ſi aliquid ſanguinis viderit in fine diei, & iterum aliquid in principio noctis diei poſteri, etſi non interceſſerit tantum temporis ſpatium quantum ad lotionem & abſterſionem ſufficit, duæ tamen viſiones eſſe cenſentur, quia dies dividunt.

ודאי לקרבן ולטומאה *Certus eſt pro ſacrificio & pro immunditie*, quia hic tres ſunt viſiones, quia viſio quæ tempore veſpertino accidit, in duas dividitur, quia ad duos dies refertur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Miſna ſatis clara eſt ſi intellexeris duo fundamenta, quorum unum eſt quod ſi ſeminifluus aliquid ſanguinis viderit in fine diei, & aliquid in principio noctis, tum ambæ viſiones ei imputantur, quia viſio iſta dividitur in duos dies, licet tempora earum duo momenta habuerint, videlicet momentum unum in fine diei, vel initio noctis, proinde nos hac in parte ſtrictiorem in modum judicamus. Cæterum R. Joſe concedit id quod dictum eſt in Toſaphta ratione viſionis alius circa veſperam, licet illa non contineat tantum temporis quantum ad ablutionem & abſterſionem ſuffi-

fertur. *Si vero dubitaverit*, an viſio diurna, an vero nocturna defecerit. *Tum certus eſt pro immunditie*, nam quocunque modo rem conſideraveris, hic duæ ſunt viſiones. *Et dubius pro ſacrificio*, nam dubitari poſſet an duæ vel tres ſint viſiones, nam ſi defecerit diurna viſio, vel defecerit nocturna, & ſi aliquid de die, & aliquid de nocte defecerit, tum tres ſunt dies.

ראה שני ימים בין השמשות *Si per biduum viderit circa veſperam*, ſi primam viſionem viderit ab initio circa primam veſperam, & ſecundam in fine circa veſperam ſecundam, ut, ſi prima viſio inciderit in veſperam Sabbati, & altera in exitum Sabbati circa finem veſperæ; nam ſi principium veſperæ ſit dies & finis veſperæ ſit nox, tum hic non ſunt duæ viſiones per biduum continuum, proinde is ſeptem dies mundos numerare debet, ſed liber eſt a ſacrificio. Sin autem principium ad veſperam pertineat, vel finis ipſius ad dimidium diei, & ad dimidium noctis, tum viſio diviſa eſt in duas, & ſeminifluus tenetur ad ſacrificium. Et cum hic ſint omnia iſta dubia, proinde auctor tradit, dubius eſt pro immunditie & pro ſacrificio, quia hic forſan non eſt immunditiès, vel forſan immunditiès eſt, at non ſacrificium, vel forſan hic eſt immunditiès & ſacrificium, proinde adducitur quidem ſacrificium, ſed id non comeditur.

ſufficit, tamen duas viſiones contineri, quia duo dies divelluntur. Præterea in Toſaphta dixerunt, ſi circa veſperam de nocte dubitaverit an totum ad diem pertineat, an vero ad noctem, tum dubium graviori modo duobus diebus attribuunt. Porro in Gemara quæſiverunt quare deciſio pronuncietur ſecundum viſiones, videlicet quare viſiones circa veſperam recenſeamus cum dubio duarum viſionum, & quare is qui per duos dies viderit circa veſperam, ſit dubius pro immunditie & pro ſacrificio, quod tibi explicabo, nempe ſi viderit ſanguinem circa veſperam die veneris, & circa veſperam die Sabbati, & res dubia fuerit circa veſperam, ſicuti expoſuimus; etenim fas fuiſſet ut prima viſio incidiſſet in diem ſextum, & ſecunda in noctem primam, & tum is mundus eſſet, quia diſcrimen eſt inter duas viſiones diei integri, qui eſt dies Sabbati. Præterea quoque fas eſt, ut, ſi prima viſio partim inciderit in diem primum, & partim in noctem Sabbati, & ſi ſecunda partim inciderit in diem Sabbati, & partim in noctem primam, quatuor exinde viſiones continuæ oriantur, & ſeminifluus ſacrificio teneatur. Cæterum nos jam aliquoties expoſuimus quomodo is ſit dubius pro ſacrificio, proinde adducit ſacrificium, ſed id non comeditur, ſicuti expoſuimus ſuis locis in libro Miſnico de Rebus Sacris.

פרק ב הכל מיטמאין בזיבה אף הגרים אף העבדים בין משוחררין בין שאינן משוחררין חרש שוטה וקטן סריס אדם סריס חמה טומטום ואנדרוגינוס נותנים עליהם חומרי האיש וחומרי האשה מטמאים בדם כאשה ובלובן כאיש וטומאתן בספק:

Caput 2. Omnes polluuntur fluxu, etiam proſelyti, & ſervi, tam manumiſſi quam non manumiſſi, ſurdus, ſtultus, & minorennis, eunuchus hominis, & eunuchus ſolis, obturatus, androgynus, quibus imponitur viri & fœminæ gravior conditio, idcirco polluunt ſanguine ut fœmina, & albedine ut vir, atque eorum immunditiès dubia eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מיטמאין בזיבה *Omnes polluuntur fluxu*, ad parvulum unius diei includendum, quod is polluatur fluxu. *Etiam proſelyti*, ſicuti in Lege de ſeminifluis dictum eſt, *loquimini ad filios Iſraëlis*, ubi filiorum Iſraëlis tantum mentio facta eſt; ſed unde proſelyti, & ſervi includi poſſunt? reſp. ex eo quod Lex dicit, *& edicito iis*, *vir* &c. ubi ſub generali voce viri includuntur proſelyti & ſervi; ſed unde parvuli includi poſſunt? ex eo quod Lex dicit, *vir*, *vir*. Porro dicit auctor, *& polluunt ſanguine ut fœmina*, quia fœmina non polluit ſanguine albo, ſed rubro, quia de ſanguine ſcriptum eſt quod is ruber ſit. *Et albedine, ut vir*, quia vocabulum זובו *fluxus ipſius* extat prope virum, atque hoc profluvium habet colorem aquæ maſſæ farinaceæ ex hordeo. *Et eorum immunditiès dubia eſt*, nam ſi viderint album, forſan is profluit e muliere, & propterea mundus eſt; ſi vero rubrum viderint, tum forſan e viro effluxit, at ſanguis ruber eſt mundus in viro. Cæterum ſi album & rubrum viderint ſimul, tum immunditiès eorum certa eſt omni modo, & comburunt propter ipſum oblationem primam. Sed non tenentur propter ipſum quod immundi introiverint Templum, nam juxta dimiſſionem immundorum ſcriptum eſt Num. 5, 3. *a maſculo uſque ad fœminam dimittetis*, ergo includuntur duntaxat ii qui certo maſculi, vel certo fœminæ ſunt, at non obturatus, neque androgynus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus in principio Legis de Seminifluis, *loquimini ad filios Iſraëlis*, *iiſque edicite*; ad hoc in Siphra dixerunt, hic filiorum Iſraëlis duntaxat mentio fit, unde proſelytos & ſervos includere poſſumus? reſp. ex eo quod Lex dicit, *atque edicito iis*. Iterum dixerunt, hic virorum tantum fit mentio, unde parvuli poſſunt includi? reſp. ex eo quod Lex dicit, *vir vir*, hinc dixerunt, quod vel ipſe maſculus unum diem natus polluat fluxu ſeminis, nam quando auctor in genere dicit, *parvulus*, eo comprehendi poſſet filius octo annorum, ante quos conſuetudinem emiſſionis ſeminis nondum attigit.

ב בשבעה דרכים בודקין את הזב עד שלא נזקק לזיבה במאכל במשתה ובמשא בקפיצה בחולי ובמראה ובהרהור הרהר עד שלא ראה או שראה עד שלא הרהר רבי יהודה אומר אפילו ראה בהמה חיה ועוף מתעסקין זה עם זה אפילו בגדי צבע האשה רבי עקיבא אומר אפילו (נ"א) אכל כל מאכל בין רע בין יפה ושתה כל משקה אמרו לו אין כאן זבין מעתה אמר להם אין אחריות זבים עליכם משנזקק לזיבה אין בודקין אותו אונסו וספקו ושכבת זרעו טמאים שיש לו רגלים לדבר ראה ראיה ראשונה בודקין אותו בשניה בודקין אותו בשלישית אין בודקין אותו רבי

2. Septem modis inquirunt de ſeminifluo, antequam fluxui alligati ſint, eſu, potu, onere, motu, morbo, viſu, cogitatione; ſi cogitaverit antequam viderit, vel contra, R. Jehuda dicit, licet viderit pecus, animans, & volucre, corpora inter ſe miſcentia, licet viderit veſtes coloratas mulieris. R. Akiba dicit, licet comederit omnem cibum, tam malum quam bonum, & biberit omnem potum. Dixerunt ei, hic non ſunt ſeminiflui ab hoc tempore; reſpondit iis, cautio ſeminifluorum non eſt ſuper vos. Ex quo alligatus eſt fluxui, non inquirunt de ipſo. Neceſſitas illius, dubium illius, & ſemen concubitus illius immunda ſunt, quia res habet fundamentum. Si primam viſionem viderit, tum de ipſo inquirunt, ſi ſecundam, tum inquirunt de ipſo, ſi tertiam, tum de ipſo non in-

רבי אליעזר אומר אף בשלישית בודקין אותו מפני הקרבן :

inquirunt. R. Eliezer dicit, etiam tertia viſione inquirunt de ipſo propter ſacrificium.

R. OB. DE BARTENORA.

בשבעה דרכים בודקין את הזב *Septem modis inquirunt de ſeminiſluo*, quia is non polluit, ſi neceſſitate quadam coacto ei acciderit profluvium, ſicuti Lex de ſeminiſluo dicit, *ſi profluxerit e carne ipſius*, at non vi & neceſſitate quadam. *Antequam immunditiei nondum alligatus ſit*, ſi nimirum ſecunda vice viderit profluvium, tum fit ſeminiſluus qui polluat cubitu & ſeſſu, & ſeptem dies puros numerare debet; at viſio ſecunda neceſſitate polluit immunditie ad veſperam durante, juxta jus illius qui ſeminis effluxum paſſus eſt inconſulto, & prima viſio conflatur cum ſecunda viſione, licet ea neceſſitate quadam evenerit.

במאכל *Cibo*, ſi comederit cibum multum, vel ejuſmodi res quæ gonorrhœam excitant, quantulæcunque ſint, ut, ſi comederit carnem, oleum, lac, caſeum, ova, vinum vetus, fabas molitas, & groſſulos. במשתה *potu*, ſi nimium biberit. במשא *onere*, onere quod fert. במראה *viſu*, ſi viderit mulierem, etſi non cogitaverit de ipſa. ובהרהור *& cogitatione*, licet non viderit, ſi ei contigerit unus ex hiſce ſeptem caſibus, antequam ſecunda vice profluvium viderit, tum non eſt ſeminiſluus propter viſionem iſtam; gutta autem non polluit onere, ſicuti reliquæ guttæ ſeminiflui.

אין אחריות זבים עליכם *Cautio ſeminiſluorum non eſt ſuper vos*, nam ſi nunquam ſint ſeminiflui, quid vos ſolliciti eſtis hac parte? utique in vos non recepiſtis cautionem de ſeminiſluis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Akibam.

משנזקק לטומאה *Ex quo alligatus eſt immunditiei*, poſtquam ſecunda vice viderit profluvium, abſque neceſſitate, nam abhinc & deinceps is polluit cubitu & ſeſſu, & non amplius de ipſo inquiritur. Porro ſi tertia vice profluvium viderit neceſſitate quadam, tum is ſeminiſluus eſt pro ſacrificio; pari modo ſi viderit profluvium ſeminis intra ſeptem dies puros quos enumerat, tum omnia coincidunt, imo licet iſta vice neceſſitate quadam viderit.

ספקו ושכבת זרעו טמאין *Dubium illius & ſemen concubitus illius immunda ſunt*, dubium illius immundum eſt propter ſemen concubitus illius, ut, ſi prius viderit ſemen concubitus, & poſtea guttam profluvii, tum illa gutta non polluit, quia is qui viderit ſemen, non polluit fluxu de tempore in tempus, & quamdiu is nondum addictus eſt immunditiei, tamdiu is qui ſemen emiſit, non purificat fluxum. *Quia res fundamentum habet*, quia viſio illa non facta eſt neceſſitate quadam, cum is jam factus ſit ſeminiſluus.

ראה ראיה ראשונה בודקין אותו *Si prima vice viderit, tum inquirunt de ipſo*, ratione ſacrificii duntaxat, nam ſi viderit caſu violento, tum prima viſio non conflatur cum tertia ratione ſacrificii, ſed cum ſecunda ratione immunditiei, nam ſi ſecunda vice viderit fluxum præter caſum violentum, licet prima vice caſu violento viderit, tum is polluit cubitu & ſeſſu, & ſeptem dies mundos numerare debet, atque aquis vivis ſe abluere, eo quod Lex dicit, *e carne ipſius*, & non vi quadam, quod de ſecunda viſione ſcriptum eſt. Sed prima viſio profluvii comparatur cum ſemine concubitus, ſicuti dicitur, *hæc eſto Lex ſeminiflui, & quando exierit ex ipſo ſemen concubitus*, ſicuti ergo ſemen concubitus polluit coacte, ita prima viſio ſeminiflui polluit coacte. בשניה בודקין אותו *ob ſecundam inquirunt de ipſo*, ratione immunditiei & ſacrificii, ſed ob tertiam viſionem non inquirunt de ipſo, neque ratione immunditiei, nec ratione ſacrificii; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיבות Notat morbum in vaſis ſeminariis, quæ ita debilitata ſunt ut non amplius continere poſſint ſemen, reliquis omnibus corporis viribus in naturali ſtatu ſuo manentibus, tum enim ſemen effluit crudum abſque ullo uſu ad congreſſum, & color illius ad rubedinem accedit aliquantulum, & ſubſtantia illius eſt fluida. Quæritur in Toſaphta quodnam ſit diſcrimen inter זוב *fluxum*, & שכבת זרע *ſemen concubitus*, & reſpondetur quod fluxus proveniat e carne mortua, ſed ſemel concubitus e carne viva, & quod fluxus ſanguinis habeat colorem album inſtar albuminis ovi depravati, at ſemen concubitus alligati albumini ovi quod non depravatum eſt, & quando hoc profluvium acciderit ſeminiſluo, quo debilitates corripiunt omnes corporis vires, vel eas gravitate quadam premunt, tum is non prius eſt ſeminiſluus quam cauſa profluvii debilitet vaſa ſeminaria duntaxat, & hoc eſt quod in Lege de ſeminiſluis dictum eſt, *ſi e carne ipſius ſemen profluat*, quæ verba expoſuerunt, quod ſeminiſluus ſit immundus ſi profluvium e carne ipſius dimanet, & non alio modo, hinc doctores dixerunt quatuor rebus inquirunt de ſeminiſluo. Senſus vero illius quod dicitur, *cibo & potu*, eſt, quod is multum edat, vel multum bibat, hoc enim debilitat vires. Pariter ſi ederit, vel biberit de cibis potibuſque quæ ſeminis profluvium excitant, quantulumque id ſit. Senſus illius quod dicitur, *viſu*, ſive ſpecie, eſt, ſi viderit fœminam pulchram, & bono colore præditam, ita ut ad concubitum incitatus ſit, quamvis nunquam anteceſſerit cogitatio in iſta fœmina fruenda. Pariter ſi præceſſerit cogitatio illius aliquo ſenſu concubitus, licet in ſimilitudine illius non inveniatur certa creatura, & hoc eſt quod Miſna dicit, *ſi cogitaverit antequam viderit, vel viderit antequam de ea cogitaverit.* R. Akiba dicit, quantulumcunque comederit, vel quicunque cibus fuerit, nos dicimus quod aliquo opere quodcunque id ſit, effluxit ſemen concubitus, ita ut non ſit ſeminiſluus, niſi donec viderit poſt exonerationem ſtomachi, & quietem, quibus non præceſſit defatigatio, neque unus ex iſtis modis quos memoravimus. Sed nos jam expoſuimus quod ſi ſeminiſluus fluxum viderit, per ſeptiduum mundum, omnia præcedentia tempora coincidant; & ſi viderit ſemen concubitus, tum dies illius coincidit, & de nullis viſionibus inquirendum eſt. At vero ſi caſus violentus ei acciderit, ut, ſi percuſſus ſit, vel terrefactus, & hinc emiſerit ſemen concubitus, licet dubitaverit, tum præcedens tempus coincidit, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *ex quo addictus eſt fluxui, inquirunt de ipſo*, deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Akibam, nec ſecundum R. Eliezerem.

ג הרואה קרי אינו מטמא בזיבה מעת לעת רבי יוסי אומר יומו עכו"ם שראה קרי ונתגייר מיד הוא מיטמא בזיבה הרואה דם והמקשה מעת לעת והמכה את עברו יום או יומים מעת לעת כלב שאכל בשר המת שלשה ימים מעת לעת הרי הוא (נ"א והוא) כבריתו :

3. Si quis viderit ſemen, is non polluit fluxu de tempore in tempus. R. Joſe dicit, dies ipſius. Si gentilis viderit ſemen, & poſtea proſelytus factus fuerit, ſtatim polluitur fluxu. Quæ viderit ſanguinem, & quæ parturit de tempore in tempus, & qui percuſſerit ſervum ſuum, ubi Lex dicit, die vel biduo, de tempore in tempus. Canis ſi comederit carnem mortui, tum illa tres dies de tempore in tempus retinet naturam ſuam.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו מטמא בזיבה *Non polluit fluxu*, de tempore in tempus, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Aliquoties e membro virili egredi ſolet ſemen tabefactum, quod

quia hicce fluxus a debilitate קרי proficiſcitur, hic autem ſermo eſt de viſione ſecunda quia ſecunda polluit coacte, & quemadmodum ei qui ſemen vidit tribuunt pollutionem de tempore in tempus, ita etiam viſui & cogitationi tribuunt pollutionem de tempore in tempus. Sed pollutionem cibi, potus, oneris, & motus ei tribuunt quando dolore afficitur, proinde dicunt fluxum a dolore profectum eſſe, & non e carne. *R. Joſe dicit*, *dies ipſius*, tribuunt fluxum duntaxat iſti diei quo קרי vidit, & non de tempore in tempus; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

מיד מטמא בזיבה *Statim polluit profluvio*, proſelytus enim ſimilis eſt parvulo recens nato, hic licet fluxum ſeminis viderit dum adhuc gentilis erat, tamen polluit fluxu illo ſecundo quem vidit intra tempus quod vocatur de tempore in tempus in tempore emiſſi ſeminis, quia iſte ſecundus fluxus ſimilis eſt primo qui polluit coacte, & conflatur cum ſecundo quem vidit de tempore in tempus illius qui ſemen vidit, quia viſio profluvii gentilis nullius eſt momenti, quia gentiles non polluunt gonorrhœa.

הרואה דם *Quæ viderit ſanguinem*, ea omnes res mundas quibus operam dedit, polluit retro de tempore in tempus, ſicuti in principio codicis de Fluxu Menſtruo expoſuimus; at quum auctor hic loquatur de tempore in tempus, proinde omnes haſce menſuras recenſet a tempore in tempus. והמקשה *& quæ dolore partus affecta eſt*, dum in gonorrhœa verſatur, dicimus enim illa verba Legis, *ſi effluxerit profluvium ſanguinis illius*, ipſum fluxum, & non partum reſpicere. Sin autem fœminæ dolores partus aliquantulum ceſſaverint, & ipſa pepererit, tum nos ſanguinem difficultatis non tribuimus ſanguini partus.

והמכה את עבדו *Et qui percutit ſervum ſuum*, de quo dicitur in Lege, *at vero ſi diem*, *vel biduum ſubſtiterit*, ubi nos vocem יום *diem* exponimus de die qui ſimilis eſt diebus, id eſt de tempore in tempus.

כלב שאכל בשר המת *Canis qui comedit carnem mortuam*, nos enim ſtatuimus quod caro non ante triduum de tempore in tempus conſumatur, ita traditur in codice de Tentoriis capite undecimo, quamdiu durat caro in ſtomacho ipſius? triduum, de die in diem. הרי הוא כברייתו *ecce illa retinet naturam ſuam*, & non mutata eſt, præterea adhuc multæ aliæ ſunt res quæ hypotheſi iſti de tempore in tempus ſubjectæ ſunt, quarum auctor quaſdam tradit, quaſdam vero negligit.

quod non coctum eſt poſt egreſſionem ſeminis concubitus, de quo multi conqueruntur, qui negotium concubitus aliis indicant, & medicis illud oſtendunt, etenim poſtquam ii ſemen concubitus emiſerunt, tum ex ipſis egredi ſolet ſemen aliquod tenuiſſimum, quod pungit, & proinde ſi quis prius viderit קרי *emiſſionem ſeminis*, & poſtea fluxum, non polluit fluxu per iſtas viginti quatuor horas. Sed nos dicimus quod hicce fluxus venerit propter ſemen concubitus quod præceſſit. Cæterum in Toſaphta dixerunt, quemadmodum dubitant de ſemine concubitus de tempore in tempus, ita quoque de viſu & cogitatione dubitant de tempore in tempus, ratione cibi, potus, oneris, & motus, quamdiu is affligitur dolore, dicimuſque hunc fluxum contigiſſe ex dolore, & non ex carne ipſius. R. Joſe dicit, ſi dies tranſierit duntaxat, quacunque diei hora viderit קרי, tamen non polluit fluxu in reliquo diei tempore tantum. Cæterum nos jam aliquoties oſtendimus quod gentiles non polluant fluxu ex Lege; ſed nobis hypotheſis eſt quod ſi quis gentilis factus ſit proſelytus, is comparetur parvulo recens nato, proinde ipſum non attinent illa quæ memoravimus, proinde nos non curamus illud קרי quod is viderit, quia gentilis eſt, niſi donec dixerimus quod viginti quatuor horæ ſuperſint de tempore קרי, tum is polluit fluxu ſuo. Cæterum in codice de Fluxu Menſtruo jam expoſuimus, quod ſi quis ſanguinem viderit, polluat retro de tempore in tempus. Pariter מקשה *ei quæ in doloribus partus verſatur*, eſt determinatum aliquod tempus, omnis enim ſanguis quem illa viderit intra iſtud tempus, eſt ſanguis קשוי *difficultatis*, propter partum, & is mundus eſt, at quantum ſit tempus difficultatis, jam oſtenſum eſt capite quarto codicis de Fluxu Menſtruo. Verum ſecundum omnium doctorum ſententiam, omne tempus illius ſtricte eſt de tempore in tempus. Ita quoque dictum eſt in Lege de eo qui ſervum Cananæum occiderit Exod. 21, 21. אך אם יום או יומים *at ſi diem vel biduum* &c. ubi per יום *diem* nos intelligimus diem qui eſt inſtar dierum, & hoc eſt de tempore in tempus. Pariter ſi canis comederit carnem mortuam, ſicuti capite undecimo codicis de Tentoriis dictum, tum caro iſta per integrum triduum ſuam naturam retinet in viſceribus canis, & proinde polluit immunditie mortui, quia nondum conſumpta eſt, & in iſtis tribus diebus iſtud tempus quod dicitur de tempore in tempus, accurate attendendum eſt, videlicet a tempore ejus uſque ad mortem canis; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ד הזב מטמא את המשכב בחמשה דרכים לטמא אדם ולטמא בגדים עומד יושב שוכב נתלה ונשען והמשכב מטמא את האדם בשבעה דרכים לטמא בגדים עומד יושב שוכב נתלה ונשען במגע ובמשא:

4. Seminifluus polluit cubile quinque modis, ut polluat hominem, & veſtes, ſtans, ſedens, cubans, pendens, & innitens. Cubile polluit hominem ſeptem modis, ut polluat veſtes, ſtans, ſedens, cubans, pendens, innitens, tactu, & onere.

R. OB. DE BARTENORA.

מטמא את המשכב *Polluit cubile*, eodem modo etiam ſedile. *Stans ſedens*, *& cubans*, ſicuti Lex dicit Levit. 15,4. *omne cubile in quo cubuerit ſeminifluus*, *pollutum ſit*, *& omnis ſupellex in qua conſederit*, *polluta ſit*, hic dicitur duntaxat de tempore quo ſeminifluus cubuit in cubili, & conſederit in ſupellectili, ſed unde includi poteſt idem eſſe jus ſi ſteterit, pependerit, vel niſus fuerit ſeminifluus? reſp. ex eo quod Lex dicit, *pollutum eſt*, quo comprehenduntur hi omnes caſus, & vocantur calcatio ſeminiflui. והמשכב מטמא את האדם *& cubile polluit hominem*, ſive is ſtet, ſive ſedeat ſive pendeat &c. ſicuti ab initio dictum eſt, nam ſi mundus poſitus ſit in lance una, & cubile immundum in altera lance, tum ſi cubile immundum majoris ſit ponderis, ut mundus pendeat, de quo ab initio, ut, ſi poſitus ſit in bilance, & ſedilia in lance ſecunda, & ſedilia majoris ponderis fuerint, tum immunda ſunt, quia ſeminifluus jam pendet, tum ſe res habet quaſi ſedet in ſedilibus. *Ad veſtes polluendas*, idem jus obtinet in omni ſupellectili quam tetigerit ſeminifluus, dummodo non dixerit, excepto homine, & vaſe teſtaceo. Ta-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus, Levit. 15, 4. *Omne cubile in quo cubuerit ſeminifluus*, *pollutum eſt*, *& omne inſtrumentum in quo conſederit*, *pollutum eſt*, ad hæc verba doctores notarunt quod cubationis & ſeſſionis duntaxat mentio fiat, & non aliorum caſuum quibus ſeminifluus ſtare, inniti vel pendere dicitur, ſed reſpondetur iſtos caſus includi ſub eo quod Lex dicit, *pollutum eſt*, proinde ſi ſeminifluus, ſeminiflua, puerpera, menſtrua, vel leproſus conſederit ſuper re aliqua quæ polluit cubitu, vel dormiverint ſuper iis, vel ſteterit, vel innixus fuerit, vel pependerit ab iis, tum res illa dicitur משכב *cubile*, & continetur ſub jure cubilis ſeminiflui cujus Lex meminit, intellige ejuſmodi cubile quod polluit hominem & ſupellectilia, Lex itaque hoſce quinque modos comprehendit, quod in iis obtineat calcatio ſeminiflui, ſicuti jam expoſuimus capite decimo nono codicis de Vaſis. Porro dicit auctor quod ſi pollutum ſit cubile a ſeminifluo, id hominem polluat ſeptem modis, ita ut homo iſte denuo polluat veſtes quando tetigerit eas, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *polluit hominem &c. ad veſtes polluendas*, ſen- ſus

Tactu, *& onere*, ſi tetigerit cubile immundum, vel tulerit ipſum.

ſus eſt, quod ſi homo alligatus ſit immunditiei cubilis uno e ſeptem hiſce modis, tum is denuo polluit veſtes, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *ſeptem modis ad polluendum veſtes*, nam homo mundus ſi ſtet, vel cubet, vel pendeat, vel innitatur cubili ſeminiflui, tum pollutus eſt, & fructus eſt primus immunditiei gradus, licet inter ipſum & cubile mille ſint ſtrata, imo licet is ſub duriſſimo lapide conſtitutus ſit, ſicuti expoſuimus in principio codicis de Vaſis, & iſte homo polluit veſtes, ſi tetigerit eas dum innititur cubili uno e quinque modis, licet multa ſint interſtitia, ſicuti expoſuimus. Pariter ſi homo mundus tetigerit cubile immundum, quocunque id factum ſit membro corporis, tum is immundus eſt, & denuo polluit veſtes, ſi tetigerit eas dum adhuc tangit cubile; cæterum eſt conditio in tactu obſervanda, ne inter ſuperficiem corporis & cubile ſit interſtitium aliquod, & ſi hic homo mundus ferat cubile ſeminiflui, tum polluit veſtes, dum illud adhuc fert, licet inter ipſum & cubile ſit aliquod interſtitium. Porro nihil intereſt ſive cubile tulerit ſuper corpore ſuo, ita ut cubile ipſum premat, ſive illud appenderit manui ipſius, quia id ipſum a terra elevavit, proinde polluit ipſum licet non tetigerit; idem jus eſto illius quod polluit onere, ſicuti expoſuimus in principio codicis de Vaſis. Hæc fundamenta omnia memoriæ mandes volo, ne ea repetere cogar, quia ea aliquoties in hoc volumine dixi, quia illa ſunt fundamenta puritatis & impuritatis.

פרק ג הזב והטהור שישבו בספינה או באסדה או שרכבו על גבי בהמה אע"פי שאין בגדיהם נוגעים הרי אלו טמאים מדרס ישבו על הנסר על הספסל על הגשיש של מטה ועל האכלונס בזמן שהן מחגירין עלו באילן שכחו רע בסוכה שכחה רע באילן יפה בסולם מצרי בזמן שאינו קבוע במסמר על הכבש ועל הקורה ועל הדלת בזמן שאינן עשוין בטיט טמאים רבי יהודה מטהר :

Caput 3. Seminifluus & mundus ſi conſederint in navi vel in ratibus, vel beſtiæ alicui inſederint, licet veſtes eorum non tangant, tamen calcatione pollutæ ſunt. Si conſederint ſuper aſſere, vel ſella, vel ſuppedaneo lecti, vel pertica, quando claudicant, vel aſcenderint in arborem infirmam, vel in ramum infirmum, vel in arborem firmam, in ſcalam Ægyptiam, quando ei non infixus eſt clavus, vel ſuper clivulum, tignum, vel oſtium, quando illa non parata ſunt luto, immunda ſunt; ſed munda ſecundum R. Jehudam.

R. OB. DE BARTENORA.

אסדא Notat ligna ſimul compacta, quæ in mari magno, vel in fluvio collocant, præterea iis imponitur velum aliquod, ut vento in ipſum inflante navis vehatur ad locum optatum, hæc ſtructura in ſacris דוברות appellatur, videſis 1 Reg. 5, 9. Sed & רפסדות vocantur 2 Chron. 2, 15.

או שרכבו על גבי בהמה *Vel ſi inſederint alicui beſtiæ*, beſtia plerumque ſe incurvat ſub equitante, proinde non variat ipſius natura ſive fortis ſit ſive debilis, ſed pollutus eſt mundus iſte, & ipſius veſtes; cæterum quod beſtia dimovet pedibus, id non dimovetur propter eum qui equitat, niſi illius vires ſint debiles, ſicuti oſtenditur capite ultimo codicis de Tentoriis. *Licet veſtes eorum non tetigerint*, licet veſtes mundorum non tetigerint ſeminifluum, nihilominus tamen immundæ ſunt calcatione, quia navis parva ſimilis eſt ratibus, & commovet in utramque partem. Aliquando vero ſeminifluus pondere ſuperat mundum, & veſtes illius polluunt motione, ſed immunditiem motionis nos colligimus ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 15, 12. *Et vas teſtaceum quod tetigerit ſeminifluus confringetur*, & Levit. 6, 21. ſcriptum eſt, *& vas teſtaceum in quo aliquid coctum fuerit, confringetur*, ſicuti ergo in uno loco mentio fit vaſis teſtacei quod aëre ſeminiflui pollutum eſt, ita quoque in altero, nam vas teſtaceum non polluitur tactu ſeminiflui, niſi tetigerit ſeminifluus aërem ipſius, & ſi tetigerit ſuperficiem illius, tum non pollutum eſt. Et quandoquidem docemus quod vas teſtaceum aëre ipſius duntaxat polluitur, quare Lex addit, *qui tetigerit ipſum*, intelligas ergo tactum qui totius rei motio eſt, docuiſti utique quod ſeminifluus polluat motione, ſi igitur homo mundus conſtitutus ſit in extremitate una tigni, & ſeminifluus commoverit tignum in altera extremitate, donec homo mundus commotus fuerit, tum iſte homo mundus pollutus eſt motione, & illius veſtes pollutæ ſunt calcatione ſeminiflui, ſi veſtes aptæ ſint ad cubationem & ſeſſionem.

הגשיש של מטה Notat ligna oblonga, quæ lecti articulis ſupponunt, ut omnia bene cohæreant, proinde ligna iſta vocantur גשישים *appropinquantia*; aliter, ſunt ligna quæ cruribus lecti ſupponunt, ne illa depraventur inquinamentis terræ. בזמן שהן מחגירין *quando illa claudicant*, ſicuti homo claudicans qui duobus pedibus ſimul incedere nequit, ita etiam hæc ligna quando homines ſedent in iis, hinc inde inclinant, proinde ſeminifluus innititur homini mundo, & homo mundus denuo ſeminifluo. *In arborem cujus vires debiles ſunt*, arbor debilis dicitur cujus radix lata eſt & denſa, ita ut quartarius Cabi excavari poſſit in ipſa. סוכה notat ramum arboris debilis, qui ſi apprehendatur, in vola ob tenuitatem abſconditur. *In arbore bona*, licet ramus conſtitutus ſit in arbore, quæ viribus pollet, & rami omnes inferius ſe inclinent ita ut ſuperior premat inferiorem, ut invicem innitantur, ſive igitur mundo innitatur ſeminifluus, ſive ſeminifluus ei innitatur, immundus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem motus ad hæc vaſa pervenit a corpore ſeminiflui, idcirco motus iſte jam polluit, & calcatio ſeminiflui obtinet, quia hic ſe res habet cum motu perinde ac ſi ſeminifluus ab hiſce vaſis & inſtrumentis penderet, iiſve inniteretur; pariter ipſe homo quem ſeminifluus commovit, pollutus eſt. Lex vero dicit Levit. 6, 21. *Et vas teſtaceum in quo coctum fuerit quicquam confringetur*, ad hæc verba doctores dixerunt, vas teſtaceum quod calcatio ſeminiflui eſt, confringetur, quemadmodum ergo vas teſtaceum in uno loco polluitur ab aëre ſeminiflui, ita etiam hic polluitur aëre illius. Et quandoquidem nobis Traditio explicuit per argumentum a pari quod ſeminifluus non polluat vas teſtaceum, niſi aëre ipſius, ut ſi tetigerit ſuperficiem ipſius, non polluat, hinc dixerunt, quia nos docuit, quod aër ipſius tantum polluat, quare tum Lex dicit, *ſi tetigerit ipſum*, in genere duntaxat, potius dixiſſet, ſi dimoverit ipſum; proinde nobis hypotheſis eſt, quod ſeminifluus polluat motu, ſi mundum dimoverit, ut, ſi vir iſte mundus ſtet ſuper extremitate tigni, tum ſeminifluus alteram extremitatem movere poteſt, uſque dum vir mundus novum motum acceperit a ſeminifluo, tum is jam pollutus eſt. *Si vero veſtes* aptæ ſint ad calcationem, tum ſunt calcatio, dummodo ſedeant in navi, & ſimili re, vel inſideant beſtiæ alicui, in quibus calcare debet. Verum ſi inſtrumenta ſint quæ motu tantum commoventur, tum illa polluta ſunt ac ſi illa tetigiſſet ſeminifluus. At ſi conſideant vel equitent, tum non ſolliciti ſumus de calcatione. אסדה rates Arabice מעריה dicitur, eſtque navis exigua admodum, qua fluvium trajiciunt. ספסל eſt ſella. גשיש notat lignum quod terræ imponunt ſub lecti tabulis. כלונס notat tignum claudicans, ſenſus eſt, quod ſi homines iis inſideant, tum illud hinc inde inclinat. אילן שכחו רע *arbor cujus natura eſt mala*, eſt ejuſmodi arbor quæ debilis eſt viribus, & proinde ſe inclinat quando homines ei inſident. כבש notat ſegmentum ligni. Hoc fundamentum obſerves volo, nempe, de motione ſeminiflui, quia ipſi ſuperſtructa ſunt fundamenta hujuſce codicis; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

mundus eſt. *Quando ei non infixus eſt clavus*, & propterea ſi ala ſe inclinat. כבש notat ligni ſegmentum. *Quando illa non parata ſunt luto, tum immunda ſunt*, quia incurvata ſunt; ſed R. Jehuda illa immunda pronunciat; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב מגיפין או פותחין וחכמים אומרים עד שיהא זה מגיף וזה פותח מעלין זה את זה מן הבור רבי יהודה אומר עד שיהא הטהור מעלה את הטמא מפשילין בחבלין וחכמים אומרים עד שיהיה זה מושך הילך וזה מושך הילך אורגים בין בעומדים בין ביושבים או טוחנים רבי שמעון מטהר בכולן חוץ מן הטוחנים ברחים של יד פורקין מן החמור או טוענים בזמן שמשאם כבד טמאים בזמן שמשאם קל טהורים וכולן טהורים לבני הכנסת וטמאים לתרומה :

2. Claudunt vel aperiunt januam, Sapientes dicunt, donec hic claudat, & is aperiat. Unus alterum e puteo elevare poteſt. R. Jehuda dicit, donec mundus elevet immundum, torquent funes. Sapientes dicunt, donec hic trahat huc, ille vero illuc. Nent tam in ſtantibus telis quam in ſedentibus, vel molunt. R. Simeon omnes mundos pronunciat, exceptis iis qui molunt in molis manualibus. Aſinum exonerare poſſunt & onerare, quando onus eorum grave eſt, immundi ſunt, quando onus eorum leve eſt, mundi ſunt; omnes vero mundi ſunt pro eccleſiæ filiis, & immundi ſunt pro oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

מגיפין *Claudunt*, valvas, nempe, vel aperiunt eas ſimul, mundus nempe & ſeminifluus. *Donec hic claudat*, tum hic nunquam eſt immundities, niſi donec hic trahat ut aperiat, & ille trahat ut claudat, quia hic non quieſcit ab altero. *Donec mundus elevaverit immundum*, tum veſtes hominis mundi pollutæ ſunt calcatione ſeminiflui, quia immundus premit mundum, & ei innititur, mundi vero hominis veſtes pollutæ ſunt calcatione; at ſi immundus elevaverit mundum, tum immundus non innititur mundo, & veſtes mundi hominis non polluuntur calcatione; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. מפשילין בחבלין *torquent funes*, mundus atque ſeminifluus ſimul funem contorquent etſi ambo ſint ab eodem latere. *Donec hic trahat huc, & ille trahat illuc*, ſi hic ſtet ad orientem, & attrahat ad ſe, & ille ſtet ad occidentem, & attrahat ad ſe. בין בעומדים *ſive in ſtantibus*, puta ea tela quæ nentur ſtando, ſive ſedendo, ſive immundus atque immundus ſimul nent, ſive molunt. R. Simeon omnes mundos eſſe dicit, ſed deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. *Quando onus ipſorum grave eſt, tum immundi ſunt*, quia ſeminifluus forſan innititur mundo propter gravitatem oneris, tunc mundus ſeminifluum movere potuit, vel contra. *Omnes vero mundi ſunt*, licet grave ſit onus ipſorum. *Pro filiis eccleſiæ*, nempe pro iis qui profana ſua comedunt in puritate, quia hæc non eſt motio perfecta, & quanto magis dubium. *Sed immundi ſunt pro oblatione prima*, ex decretis Sapientum, imo licet dubium ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגיפין Idem eſt quod סוגרים *claudentes*, nempe ſimul claudunt vel ſimul aperiunt valvas; & funes ſuſpendunt ſimul, id eſt expandunt. פורקין *exonerant*, onus nempe a beſtia deſcendere faciunt. וטוענין *& onerant*, onus in beſtiam elevant; & hæ actiones omnes ſunt ſpecies motionis. Addit auctor, *& omnes*, ſenſus eſt, quod omnes iſti quos auctor immundos pronunciavit ab initio capitis continent primum immunditiei gradum ratione oblationis primæ. Cæterum non ita ſi a cœtu abſtinuerit donec ei locus in ſeminifluis, & in leproſis aſſignatus ſit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam, nec ſecundum R. Simeon.

ג הזב והטהור שישבו בספינה גדולה איזו היא ספינה גדולה רבי יהודה אומר כל שאינה יכולה להמיט באדם ישבו על הנסר על הספסל על הגשיש של מיטה ועל האכלנוס בזמן שאינן מחגירין עלו באילן שכוחו יפה בסוכה שכוחה יפה ובסולם צורי או מצרי בזמן שהוא קבוע במסמר על הכבש על הקורה ועל הדלת בזמן שהן עשוין בטיט אפילו מצד אחד טהורין הטהור מכה את הטמא טהור הטמא מכה הטהור טמא שאם ימשך הטהור הרי הטמא נופל :

3. Seminifluus & mundus ſi in magna navi conſederint, ſed quænam eſt magna navis? R. Jehuda dicit, quæ homine dimoveri nequit. Si conſederint ſuper aſſere, vel ſuper ſella, vel ſuper ſuppedaneo lecti, vel ſuper vecte, quando non claudicant. Si aſcenderint in arborem firmam, vel in remum fortem, vel in ſcalam Zuri, vel Ægyptiacam, quum ei clavus infixus eſt; vel ſuper clivum, tignum, vel oſtium, quando illa parata ſunt luto, licet ab uno latere tantum, munda ſunt. Si mundus percuſſerit immundum, mundus eſt, ſi immundus percuſſerit mundum, immundus eſt, nam ſi mundus traxerit, tum immundus cecidit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שאינה יכולה להמיט באדם *Quæ non dimovetur homine*, quæ ita magna eſt ut non commoveatur homine intranti. *Si mundus percuſſerit immundum*, per immundum intelligas ſeminifluum. *Ecce immundus cadit*, nam ſi quis alterum verberet, & alter iſte trahatur, tum cadit is qui percuſſit, proinde ſeminifluus qui verberavit, cenſetur ac ſi inniſus eſſet mundo. Sed hic tantum immunditiei calcationis mentio fit, nam ſi mundus percuſſerit immundum, tum is mundus eſt ab immunditie calcationis, attamen immundus eſt, quia inniſus eſt ſeminifluo; immundi vero hominis veſtes qui verberavit mundum, immundæ ſunt calcatione, quia ſe res habet proinde ac ſi ſeminifluus ei innixus fuiſſet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

להמיט באדם *Dimoveri homine*, quæ navis tam magna eſt ut non dimoveatur homine eum intrante. Cæterum tibi jam expoſitum eſt quod auctor in principio capitis meminerit navis, quæ tam parva eſt ut dimoveatur; reliqua ſatis clara ſunt ex iis quæ in hoc capite dicta ſunt.

פרק ד רבי יהושע אומר נדה שישבה עם הטהורה במטה כפה שבראשה טמאה מדרס ישבה בספינה

Caput 4. R. Jehoſua dicit; menſtrua ſi conſederit cum munda in lecto, tum cippus capiti impoſitus eſt pollutus calcatione; ſi illa ſederit in navi,

כלים שבראש הנס שבספינה (ס"א) טמאין מדרס נטלה עריבה מליאה בגדים בזמן שמשאן כבד טמאין בזמן שמשאן קל טהורין זב שהקיש של כצוצרא ונפל ככר של תרומה טהור :

tum ſupellectilia in ſummitate mali navis poſita, calcatione polluta ſunt. Si mactra veſtibus plena ablata ſit, & ipſorum onus grave ſit, immundi ſunt, at ſi leve ſit, mundi ſunt. Si ſeminifluus podium concuſſerit, & panis oblationis primæ ceciderit, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כפה שבראשה *Cippus capiti impoſitus*, ita auctor loquitur ut includat peplum quod mundæ capiti impoſitum eſt, id cenſetur ac ſi menſtrua ei inſediſſet, etſi non inſederit ei, hæc repugnant ſimplici Miſnæ ſuperioris capitis, quæ veſtem tantum immundam pronunciavit, & non cippum capiti impoſitum. כלים שבראש הנס *ſupellectilia in ſummitate mali*, hæc quoque dicit ut includat quod etiamſi inſtrumenta poſita ſint in ſummitate veli, ubi non eſt locus calcationis, tamen polluantur calcatione. Porro hic mentio fit navis parvæ & lecti ſuccincti, ſicuti in principio capitis ſuperioris oſtendimus, ſed doctor ſuperius non polluta pronunciavit inſtrumenta in ſummitate vexilli poſita; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam. *Quando onus eſt grave*, tum pollutæ ſunt calcatione, licet non tetigerit veſtes, judicamus enim de menſtrua quaſi illa innixa fuiſſet veſtibus. כסוסטרא idem eſt quod גזוטרא habetque formam aſſeris e pariete ſuperiori prominentis. *Et ceciderit panis oblationis primæ, mundus eſt*, licet is ceciderit concuſſione ſeminiflui, tamen commotio iſta ei non imputatur, quia podii vires ſunt fortes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehoſua diſſentit a ſuperiori Miſna ſimplici, quod non obtineat pollutio calcationis niſi quando conſederint in navi, vel in ratibus; at non idem ſtatuit ratione menſtruæ. Neque doctor primus ſtatuit quod ſupellectilia in ſummitate veli poſita, ſint calcatio ſeminiflui. Poſtea dicit R. Jehoſua, quod ſi hæc menſtrua tulerit mactram veſtibus plenam, & onus ſuper ipſa grave fuerit, licet illa non tetigerit veſtes, ecce hæ veſtes ſunt calcatio ſeminiflui, perinde ac ſi innixus eſſet hiſce veſtibus. *Si colliſerit ad podium*, hæc percuſſio ad podium Arabice כיבום vocatur; ſi itaque commoverit podium, & ope iſtus motus panis oblationis primæ ceciderit, tum iſte panis eſt mundus, quia non dicimus ope ſeminiflui ipſum commotum eſſe; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ב הקיש על המריש על המלבן על הצנור ועל הדף אף על פי שהוא עשוי בחבלים על התנור ועל הים ועל האצטרובל ועל חמור של רחים של יד ועל סאה של ריחים של זיתים רבי יוסי אומר אף על קורת הבלנין טהור :

2. Si alliſerit ad tignum, ad quadratum tignum, vel ad canalem, vel ad aſſerem, licet funiculis ſtructus ſit ſuper fornace, & ſuper mare, & ſuper circulo ligneo, & ſuper aſino molæ manualis, & ſuper Sato molæ olivariæ. R. Joſe dicit, licet concuſſerit tignum balneatorum, tamen mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מריש notat tignum magnum, quod in palatiis conſtruitur, & cui omnes extremitates tignorum innituntur, illud vero ipſum impoſitum eſt columnis. מלבן notat genus tignorum quadratum in terra. צנור notat tubum per quem aquæ fluunt, licet is funibus conſtructus ſit, & non infixus ſit terræ, ſed funibus colligatus, cujus vires non adeo fortes ſunt. הים *mare*, ita vocatur circumferentia ligni circum quam colligitur farina inter molendum. אצטרובל notat circulum ligneum, cui molas imponunt, quæ ambæ infixæ ſunt. חמור של רחים של יד *aſinus molæ manualis*, notat ſtructuram ligneam, cui mola manualis infixa eſt. סאה של רחים *Satum molæ*, notat menſuram magnam terræ infixam. וקורות הבלנין & *tigna balneatorum*, notat tignum cui inſidet paterfamilias; hæc itaque omnia ſi percuſſerit ſeminifluus, & panis oblationis primæ ceciderit ope iſtius percuſſionis, munda ſunt, quia tam firma ſunt ut non dimota ſint. Verum de tignis balneatorum diſſentiunt doctores; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Prius ego exponam ſenſum, & poſtea voces, ſi itaque res quam ſeminifluus percuſſerit, ſit fortis & firma, at ea aliquantulum ſe moveat, ſecundum vires ipſius ac ſtabilitates in terra, cecideritque res illa quæ motu illius commota fuit, tum iſta res quæ commota fuerit vel ceciderit, munda eſt, quia motus qui a ſeminifluo ad illam pervenit, admodum debilis eſt, & ſi res illa quam ſeminifluus percuſſerit, commoveat aliam rem motam, tum motus acceleratur, proinde res commota ope illius quæ a ſeminifluo mota eſt, immunda eſt, perinde ac ſi ſeminifluus moviſſet illam. Quod vero hic dicitur, *mundum eſt*, id intelligi debet de re quæ a ſeminifluo commota eſt, propter ſtabilitatem illius & exiguam motionem ſeminiflui. Et horum meminit in principio, quia illa ita facta erant ut paulum moverentur iſto tempore; fundamentum itaque tibi indicavi quo cognoſcere poſſis quamnam rem commoverit ſeminifluus, & quænam ceciderit motu illius, an ea ſit munda vel immunda. מריש notat tignum magnum quod imponunt columnis, cui extremitates tignorum tecti innitantur, quod nos Arabice אלגכף vocamus. מלבן notat quadratum tignum terræ infixum in forma loricæ. צינור *canalis*, Arabice מסאב dicitur; ita quoque aſſer, licet is colligatus ſit funibus quibus allevatur motus illius magis quam ſi conſtructus fuiſſet alicubi. ים *mare*, notat circulum ligneum circum quod farina congregatur in forma חוק excavationis & iſta ſtructura quoque terræ infixa eſt partim. אצטרובל notat circulum ligneum qui molæ ſuppoſitus eſt, ut ea elevetur a terra inter molendum, atque hoc ipſum etiam terræ infixum eſt. וחמור של רחים & *aſinus molæ*, notat tignum cui inſidet mola, & propterea aſinus vocatur. וסאה של רחים & *Satum molæ*, eſt menſura magna quæ partim terræ infixa eſt. קורת הבלנים *tignum balneatorum*, illius figura olim nota erat, & ſecundum ſimilitudinem illius & poſitionem in ædificio incidit controverſia inter doctores an motus ſit levis, ut res quæ cecidit motu, ſit immunda, an vero motus ſit gravis, ut ea ſit munda.

ג הקיש על הדלת על הנגר על המנעול על המשוט ועל הקלות ועל אילן שכחו רע ועל סוכה שכוחה רע על אילן שכחו יפה על סולם מצרי בזמן שאינו קבוע במסמר על הכבש על הקורה ועל הדלת בזמן שאינן עשוין בטיט טמאין על השדה ועל התיבה

3. Si alliſerit ad januam, ad clavum, ad peſſulum, ad remum, ad rotam, vel ad arborem debilem, ad ramum debilem, ad arborem firmam, ad ſcalam Ægyptiacam, quando ei non infixus eſt clavus, ad clivum, ad tignum, ad januam, quando non parata ſunt luto, immunda ſunt. Si concuſſe-

-rit

התיבה ועל המגדל טמאין רבי נחמיה ורבי שמעון מטהרין באלו :

rit capſam ad agrum, ad ſegmentum, & ad promptuarium, immunda ſunt. R. Nechemia & R. Simeon hæc munda dicunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנגר Notat clavum foramini januæ a poſteriori parte infixum, qui in ſuperliminare protenditur. מנעול eſt peſſulus quo claudunt fores. משוט *remus*, quo naves dirigunt, hoc ſenſu vox incurrit Ezech. 27, 29. קלת notat orbiculum ligneum circum molam inferiorem conſtructum ad farinam recipiendam, ne ea in terram decidat, nec transferri poſſit. ועל סוכה & *ad ramum*, qui conſiſtit in arbore debili. *Immunda ſunt*, quia hæc omnia non ſunt firma; ſenſus verbi הקיש idem eſt ac verbi הסיט ratione ſeminiflui. *Hæc munda dicunt*, ad agrum, aream, & promptuarium hæc ſpectant, proinde doctor primus hæc ſeorſim exponit; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam, nec ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יתד Clavus eſt idem quod יתד *paxillus*, qui Arabice אלמתראה vocatur. Cæterum מנעול notat peſſulum quo fores claudunt. משוט Arabice מגראף dicitur. קלת notat rotam ligneam circum molam conſtructam, ne farina decidat ex re molita, ſicuti expoſuimus capite quarto codicis ultimi de Damnis; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam, nec ſecundam R. Simeon.

ד זב שהיה מוטל על חמשה ספסלים או על חמשה פונדיות לארכן טמאים לרחבן טהורין ישן ספק שנתהפך עליהן טמאין היה מוטל על ששה כסיות שתי ידיו על שתים שתי רגליו על שתים ראשו על אחד גופו על אחד אין טמא אלא זה שתחת הגוף עומד על שתי כסאות רבי שמעון אומר אם רחוקין זה מזה טהורין :

4. Seminifluus ſi extenderit ſe ſuper quinque ſellis, vel ſuper quinque crumenis in longitudine earum, tum immundæ ſunt, ſi in latitudine, mundæ ſunt. Si dormiverit, & dubitaverit an ſe verterit, immundæ ſunt. Si ſuper ſex ſedilibus ſe extenderit, ambas manus ſuper duabus ſedilibus & ambos pedes ſuos ſuper ſedilibus duobus, caput ſuper uno, & corpus ſuper altero, tum immundum eſt duntaxat id quod ſub corpore eſt. Si ſteterit ſuper duobus ſedilibus, R. Simeon dicit, ſi unum ab altero longe diſtet, tum munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

פונדיות Notat genus marſupiorum longorum. *In longitudine ipſarum*, ſi ſeminifluus ſederit in longitudine ſellarum, vel crumenarum. *Immundæ ſunt*, quia uniuſcujuſque rei maxima pars innititur ſeminifluo. *In latitudine earum*; ſi ſeminifluus in longitudine ſua cubet in latitudine ipſarum. *Mundæ ſunt*, quia maxima pars ſeminiflui iis non innixa eſt, etenim nunquam immunditiess cubilis & ſedilis contrahitur, niſi maxima ſeminiflui pars innixa ſit, ſicuti Lex dicit Levit. 15, 23. *Et ſi ſuper cubili ſit illud*, id eſt ſi maxima pars ſeminiflui ſublata ſit in cubile. *Si dormiverit*, in latitudine earum, & dubitaverit an verterit ſe in latitudine ipſarum, tum immundæ ſunt. כסיות in ſingulari dicitur כסא: *Quod corpori ſupponitur*, quia maxima pars ſeminiflui fertur ſuper ipſo, alia vero polluta ſunt tactu ſeminiflui; ſed non ſubjiciuntur Legi de cubili & ſedili, ut eſſent pater immunditiei, ad hominem & vaſa polluenda. *Si longe diſtent a ſe invicem*, *munda ſunt*, quia maxima ſeminiflui pars ſuper nulla re fertur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספסלים Sunt ſellæ oblongæ. פונדיות notat marſupia longa. כסיות notat inſtrumentum pelliceum quo utuntur ad cubile. Senſus vero illius quod dicit, *ſi in longitudine earum, immundæ ſunt*, eſt, quod longitudo ſeminiflui extenſa ſit ſuper ſpatio crumenarum, vel pellicei iſtius inſtrumenti, quæ omnia comprehendit auctor. Fundamentum vero hujus Miſnæ dixit Deus in Levit. 15, 9. *Omne ſedile cui ſeminifluus inſidens vehetur*, *immundum eſto*; ad hæc in Siphra dicitur, donec maxima ſeminiflui pars in illud ſublata ſit; cæterum deciſio non eſt ſecundum ſententiam R. Simeonis.

ה עשר טליות זו על גבי זו ישן על גבי העליונה כולן טמאות הזב בכף מאזנים ומשכב ומושב כנגדו כרע הזב טהורין כרעו הן טמאין רבי שמעון אומר ביחידי טמא ובמרובין טהור שאין אחד נושא רובו :

5. Si decem pallia ſibi invicem impoſita ſint, & dormiverit ſuper ſuperiori, tum omnia immunda ſunt. Si ſeminifluus poſitus ſit in lance, & e regione illius cubile & ſedile, at ſeminifluus pondere ſuperaverit, tum munda ſunt; ſi illa pondere ſuperaverint, tum immunda ſunt. R. Simeon dicit, ſi unicum ſit, immundum eſt, ſi plura, mundum eſt, quia unum non fert maximam partem ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

טליות In ſingulari numero טלית *pallium*. Quando auctor meminit numeri decimi, non ſtricte decem intelligenda ſunt pallia, ſed eſt numerus definitus pro indefinito, licet mille pallia ſint, & lapis magnus iis impoſitus ſit, ſuper quo ſedet ſeminifluus, tum omnia pallia ei ſuppoſita, polluta ſunt ſeſſu ſeminiflui, nam immunditiess ſeſſionis & cubationis contrahi poteſt ſub lapide magno. *Si ſeminifluus pondere prævaluerit*, *munda ſunt*, ab immunditie cubationis, attamen onere ſeminiflui polluta ſunt. *Si unicum ſit*, ſi unicum ſit cubile. *Immundum eſt*, quia maxima pars ſeminiflui ipſum tulit. *Si plura ſint*, *mundum eſt*, ſi plura ſint cubilia in bilance poſita contra ſeminifluum. *Quia unum eorum*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

טליות A ſingulari טלית *pallium*; meminit hic auctor numeri decimi, ut pluralitatem notet, nam pari modo ſe res habet ſi mille fuerint quibus lapis impoſitus eſt, ſuper quo ſeminifluus vel menſtrua conſederit, quia tunc veſtis infima polluta eſt, & hinc reliqui omnes contrahunt immunditiem cubitu, ſicuti ab initio codicis de Vaſis expoſuimus, nam cubile polluit vel ſub ipſo lapide duriſſimo, & ſi lanx in quo ſeminifluus eſt, præponderaverit, tum nec ſeſſu nec cubitu contrahitur calcatio ſeminiflui, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *munda ſunt*, nam quando ſeminifluus commoverit inſtrumentum, vel ipſum tulerit, tum non efficitur immunditiess cubationis, ſicuti jam expoſuimus. At vero ſi lanx in

eorum non fert maximam partem ipſius, nam ſi pallia pondere ſuperaverint ſeminifluum, tum maxima pars ſeminiflui non tulit unum eorum, ſed quodque cubile fert minimam partem ſeminiflui. in qua cubile eſt, præponderaverit, tum efficitur immunditics calcationis, quia ſeminifluus jam pependit a cubili iſto. Cæterum nos jam diximus ſuperius quod ſeminifluus polluat cubitu quinque modis, a quibus dependet. Dixit autem R. Simeon quod ſi cubile ſit quod unus ſeminifluus premit, idque pondere ſuperaverit, ſit pollutio calcationis. Si vero duo ſint cubilia, vel plura, & ſeminifluus pondere ſuperaverit, tum non efficitur immunditics cubitu ſeminiflui, quia unumquodque cubile ſeorſim non ſuperat ſeminifluum pondere, ſed omnia cubilia. Nos vero ratione cubilis requirimus ut ferat maximam partem ſeminiflui, ſicuti meminimus, quod amplius exponetur; quodlibet vero cubile fert minimam partem ſeminiflui, hinc dicit auctor quod unum cubile non portet maximam partem illius; nempe, quod cubile unum non ferat maximam partem ſeminiflui; deciſio eſt ſecundum R. Simeon.

ו הזב בכף מאזנים ואוכלין ומשקין בכף שניה טמאין ובמת הכל טהור חוץ מן אדם זה חומר בזב מבמת וחומר במת מבזב (מצאתי שוב בזב מבמת) שהזב עושה משכב ומושב מתחתיו לטמא אדם ולטמא בגדים ועל גביו מדף לטמא אוכלין ומשקין מה שאין המת מטמא חומר במת שהמת מטמא באהל ומטמא טומאת שבעה מה שאין הזב מטמא:

6. Si ſeminifluus ſit in una bilance, & cibi potuſque in altera, immundi ſunt; at ſi mortuus ſit, omnia munda ſunt, homine excepto; hoc gravius eſt in ſeminifluo quam in mortuo, & contra, quia ſeminifluus cubitu & ſeſſu polluit deſubter, ad homines & veſtes polluendas, deſuper vero polluit leviter ad cibos potuſque polluendos, quæ non polluit mortuus; quod gravius eſt in mortuo, quia mortuus polluit in tentorio, & impuritate ſeptidui, quo modo non polluit ſeminifluus.

R. OB. DE BARTENORA.

טמאים *Immundi ſunt*, ſive ſeminifluus pondere ſuperaverit, ſive cibi potuſve pondere ſuperaverint, polluti ſunt immunditie motus. *At ſi mortuus ſit*, *omnia ſunt munda*, ſive cubile & ſedile ſive cibi & potus, ſive mortuus ſive illa pondere ſuperiora fuerint, omnes enim impuritates commoventes ſunt mundæ, excepto motu ſeminiflui, & ſi illa pondere ſuperiora fuerint, tum quoque munda ſunt, quicquid enim mortuum portat, ut, lanx, id duntaxat ab immunditie tentorii mundum eſt, nam eo tempore quo is librat mortuum, immundus eſt propter motionem illius, ſicuti diximus capite ultimo codicis de Fluxu Menſtruo, idcirco mortuus non polluit onere.

מדף Notat immunditiem levem, ſicuti ſcriptum eſt Job. 26, 36. קול עלה נדף ſed Maimonides vocem מדף derivat ex eo quod dicitur in Targum ad Cant. 7, 8. *Et odor ipſorum erit* נדיף *fragrans*, quia odor immunditiei ſeminiflui ſe longe diſpergit ad omnia vaſa polluenda ei impoſita, licet non tetigerit ea ſeminifluus, imo licet aliæ res inter ipſum & iſta vaſa interſint, tamen omnia polluta ſunt immunditie levi, ad cibos potuſque polluendos, ſed non ad hominem & vaſa polluenda, & ſi vel centum vaſa ſeminifluo ſuppoſita ſint, unum ſub altero, infimum tamen pollutum eſt immunditie gravi, ad hominem & vaſa polluenda, ſicut ſuperius.

מה שאין המת מטמא *Quo modo non polluit mortuus*, licet enim deſubter ſeminifluo ſit immunditics penetrans & deſcendens, nihilominus tamen ſub ipſo non eſt cubile nec ſedile quod polluit hominem & vaſa; ſed quod deſuper mortuo eſt, id eſt immunditics levis, concedo enim quod mortuus quoque vaſa ei impoſita immunditie levi polluit, quæ denuo polluunt cibos & potus, quia immunditics penetrat & aſcendit; nihilominus tamen ſi mortuus ſit in domo prope tabulatum, & cubilia poſita ſint in tabulato, & aſſeres præ gravitate cubilium deprimantur, & ii denuo mortuum premant, tum eo modo comparatum eſt cum ſeminifluo, ut quod ei ſuppoſitum eſt, id pollutum ſit, & denuo polluat hominem & veſtes, quod vero ei impoſitum eſt id polluit cibos & potus; ſed reſpectu mortui hæc munda ſunt ſive ei impoſita ſive ſuppoſita ſint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic nihil intereſt ſive ſeminifluus ſive cibi pondere ſuperaverint, quia cibi ſunt immundi motu ſeminiflui, ſicuti dictum eſt quod tactus ſit inſtar omnium; at vero nos requiſivimus ut reſpectu cubilis gravius ſit pondus, ut fiat pater immunditiei, perinde ac ſi inſediſſet ei, ſicuti expoſuimus. Quando auctor dicit, *ſi mortuus ſit, omnia munda ſunt*, ſenſus eſt, quod ſi mortuus poſitus ſit in bilance una, & cibi, potus, vel vaſa, vel cubilia in bilance altera, ſive illa ſive mortuus pondere prævaluerit, tamen omnia munda ſunt, quia mortuus non polluit cubitu, nec ſeſſu, ſicuti exponetur, neque mortuus polluit motu. Poſtea dicit auctor, *homine excepto*, nam ſi mortuus poſitus ſit in una bilance, & homo in altera, & homo vivus pondere ſuperaverit, tum is pollutus eſt. Cæterum ſatis notum eſt quod quoties mentio fiat מת mortui, toties intelligi debeat pars humani cadaveris, quæ eſt copia olivæ de carne ipſius, vel membrum ipſius, quemadmodum explicatum eſt capite ſecundo codicis de Tentoriis. Cæterum jam expoſuimus quid ſit טומאת משכב ſive immunditics quæ cubitu contrahitur, ſi nempe ſeminifluus conſederit ſuper veſte, vel ſuper multis veſtibus ſibi invicem impoſitis, tum infima veſtis ſit משכב הזב *cubile ſeminiflui*, licet is non tetigerit illud; & hæc in ſeminifluo duntaxat ita ſe habent, ſed ratione mortui, ſi vaſa ei ſuppoſita tetigerit mortuus, jus æquale eſt; verum nos hæc jura jam expoſuimus capite primo codicis de Tentoriis. Dixit autem Lex Levit. 15, 4. *Omne cubile in quo cubuerit ſeminifluus*, *immundum eſto*, ſed non dixit, omne cubile in quo cubuerit, immundum eſto, ſenſus ergo ad ſeminifluum referri debet, cujus Lex antea meminit, hinc dixerunt quod ſeminiflui, & non mortui mentio fiat. טומאת מדף *immunditics impulſionis*, hujuſmodi eſt, ſi ſuper ſeminifluo, ſeminiflua, puerpera, vel menſtrua poſiti ſint cibi, vel potus, tum ii polluti ſunt, licet inter hoſce impuros homines atque cibos potuſve multa ſint interſtitia. Pariter ſi ſuper ſeminifluo multa vaſa ſibi invicem impoſita ſint, tum vas ſupremum pollutum eſt immunditie מדף dicta, licet inter ipſum & ſeminifluum multa vaſa interjaceant; ſed vas illud immunditie levi affectum eſt, & non factum eſt pater immunditiei, nam cum ipſo ſe res habet ſicuti cum vaſis quæ tetigerunt ſeminifluum, quæ cibos potuſque polluunt duntaxat, & non hominem nec vaſa. Cæterum tibi jam expoſui quod omnia vaſa ad cubile ſeminiflui apta, fiant immunditiei pater, & quod nihil interſit inter cubile inferius terræ contiguum, & inter cubile corpori ſeminiflui contiguum. Omnia vero vaſa ſeminifluo impoſita induunt primum immunditiei gradum, & nihil intereſt inter veſtem quæ corpori illius ſuperius adhæret, atque inter veſtem ſuperiorem quæ cœlo obvertitur, nam omnes pollutæ ſunt immunditie מדף id eſt, *levi*. Sed hoc jus non obtinet in mortuo, nam vaſa ei impoſita vel ſuppoſita, vel ea quæ tetigerint ipſum, omnia eodem juri obnoxia ſunt, & hoc eſt quod capite ſecundo codicis de Tentoriis expoſitum eſt; & hoc negotium colligi poteſt a ſeminifluo, de quo Lex dicit, *omne vas ligneum abluetur aquis*; ad hæc dixerunt in Siphra, quare hæc docet Lex, doceat potius quod vas ablutorium pollutum ſit tactu, utique jam dictum eſt, *qui tetigerit carnem ſemini-*

mini-

minifluі, *is abluet veſtes ipſius*, ergo ſi tetigerit ipſam, tum polluit vas ablutorium tactu, ipſe vero non polluit vas ablutorium tactu; & ſi ita ſe res habeat, quare dicitur, *& omne vas ligneum abluetur aquis*? reſp. ſed tum cibi, potus, & vaſa ſeminifluo impoſita ſunt. Porro ex eo quod Lex dixit, *& omne vas ligneum abluetur aquis*, collegerunt quod ſeminifluus afficiat immunditie levi ea quæ ipſi ſuppoſita ſunt; ſed hæc phraſis de immunditie מדף *levi*, in alios ſenſus immunditiei quoque transfertur, ſicuti expoſuimus capite ſeptimo codicis de Vacca Rufa, & hoc ſenſu dixerunt in Gemara, quid eſt מדף? reſp. ſicuti ſcriptum eſt Job. 26, 36. *Vox folii* נדף *impulſi*, ſenſus eſt quod denotetur commotio; ſed hæc expoſitio non petita eſt e Gemara, ſed ea deſcripta eſt in membrana a doctoribus סבוראים dictis, qui argumentis probabilibus de Miſna diſputarunt, quæ auctores deinceps in ſua ſcripta tranſtulerunt, ſed eorum non meminerunt. Sed nos vocem מדף deducimus a נדף *fragrare*, quia immundities e longinquo afficit; atque hic ſenſus ab auctore late extenſus eſt de ſeminifluo, qui vaſa polluit ei impoſita, quantumvis longum intervallum ſit inter illa, quia odor illius eo uſque pertingit, & tangit, polluitque iſto modo.

ז הזב יושב על גבי המטה וארבע טליות תחת ארבע רגלי המטה טמאות מפני שאינה יכולה לעמוד על שלש רבי שמעון מטהר היה רוכב על גבי בהמה וארבעה טליות תחת ארבע רגלי בהמה טהורות מפני שהיא יכולה לעמוד על שלשה היתה טלית אחת תחת שתי ידים תחת שתי רגלים תחת יד ורגל (ס"א) טמאה רבי יוסי אומר הסוס מטמא ברגליו והחמור בידיו שמשענת הסוס על רגליו ומשענת החמור על ידיו ישב על קורת בית הבד כלים שבעקל טמאין על המשכב של כובס כלים שתחתיו טהורין רבי נחמיה מטמא :

7. Si ſeminifluus conſederit ſuper lecto, & quatuor pallia ſuppoſita ſint quatuor pedibus lecti, immunda ſunt, quia ſuper tribus conſiſtere nequit. R. Simeon ea munda dicit. Si inſederit beſtiæ alicui, & quatuor pallia ſuppoſita fuerint quatuor pedibus beſtiæ, munda ſunt, quia ſtare poteſt ſuper tribus. Si pallium unum impoſitum ſit ambabus manibus, vel ambobus pedibus, vel ſub manu, vel ſub pede, immundum eſt. R. Joſe dicit, equus polluit poſterioribus pedibus, & aſinus pedibus anterioribus ipſius, quia equus nititur poſterioribus pedibus, & aſinus anterioribus. Si conſederit ſuper tigno torcularis, tum vaſa in corbe colatorio poſita, ſunt immunda; ſi conſederit ſuper prælo fullonis, tum ei ſuppoſita, ſunt munda. R. Nechemia ea immunda dicit.

R. OB. DE BARTENORA.

שאינה יכולה לעמוד על שלש *Quia ſtare nequit ſuper tribus*, quandoquidem hic ſtare nequit, & alter ſtare nequit, hinc unuſquiſque opus facit, & plurima pars ſeminiflui fertur ſuper ipſo. *R. Simeon munda pronunciat*, quia is pro uno atque altero menſuram requirit, videlicet maxima pars ſeminiflui premit & aggravat unumquodque, is enim ſequitur ſententiam ſuam qua ſuperius ſtatuit, *ſi unicum ſit, immundum eſt, ſi plura, mundum eſt*, quia unum portare nequit maximam partem ſeminiflui; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

היה רוכב על גבי בהמה *Si ſederit ſuper beſtia*, de beſtia ſtante loquitur, nam ſi ſermo eſſet de ea quæ incedit, tum ſi unus pes elevetur, adhuc ſtat ſuper tribus, & immundum eſt id quod ſub illis eſt, quia duobus pedibus ſtare nequit. *Quia ſtare poteſt ſuper tribus*, proinde unuſquiſque pes quartum juvantem habet duntaxat, qui vero juvat, is non habet ſubſtantiam; at ſi unum pallium duobus ſuppoſitum ſit, immundum eſt, quia ſuper duobus ſtare nequit. *R. Joſe dicit* &c. verba R. Joſis ſpectant ad quatuor pallia ſub quatuor pedibus beſtiæ poſita.

הסום מטמא ברגליו *Equus polluit pedibus ſuis*, ſi ſeminifluus equitet in ipſo, & palliolum alicui pedi ſuppoſitum ſit, tum pollutum eſt; at ſi illud ipſius ſuppoſitum ſit pedibus ipſius anterioribus, tum mundum eſt, quia non innititur pedibus anterioribus ipſius, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

כלים שבעקל טמאים *Vaſa in corbe colatorio poſita, ſunt immunda*, quia tignum innititur corbi colatorio, in quo olivas comprimunt, habetque formam cupæ reticulatæ; & poſtquam ita expreſſæ ſunt olivæ, remanet earum cortex, quem iſti corbi colatorio indunt, at tum corbem colatorium tigno quodam premunt. מכבש של כובס *prælum fullonis*, poſtquam veſtes abluerunt, duplicant eas ſub prælo aliquo, ut plicaturæ conſerventur, & tum vaſa ei ſuppoſita, ſunt munda. Sed R. Nechemia ea immunda pronunciat, is enim putat quod fieri nequeat ut ſeminifluus conſideat in extremitate una præli, ut ne aggravet & premat vaſa; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Simeon dicit, quod maxima pars ſeminiflui non feratur ſuper unoquoque pede ſecundum id quod expoſuimus de bilance; ſed omnium doctorum ſententia eſt quod reſpectu animantis omnia ſint immunda, cujus rei ratio in Gemara exponitur, fundamentum namque eſt nobis, quod res adjuvans non habeat ſubſtantiam; poſtquam vero cogitaverint quod unus ex hiſce pedibus quatuor beſtiæ jam portent, tum palliolum ſuppoſitum eſt mundum, quia beſtia tribus reliquis innititur, ecce quartus licet non portaverit ipſum, ſed adjuverit, tamen res adjuvans non habet ſubſtantiam, & ita dicendum eſt de omni pede qui adjuverit, propterea omnes mundi ſunt. עקל notat ligamentum aliquod circum olivas expreſſas. קורת בית הבד *tignum præli*, notat unam extremitatem ſupra עקל eſtque expreſſorium ipſius; ſed ſeminifluus conſedit ſuper altera extremitate, & ſubegit. מכבש של כובסין *prælum fullonum*, eſt prælum aliquod quo fullones premunt veſtes poſtquam ablutæ ſunt; ſi itaque ſeminifluus conſederit ſuper illa extremitate præli ſub qua veſtes poſitæ ſunt, tum iſtæ veſtes ſunt mundæ. Hæc vero res olim nota erat e figura præli fullonum, etenim non dubium eſt quin ſi ſeminifluus conſederit ſuper iſta extremitate præli, nullam gravitatem addiderit iſtis veſtibus, quia hæc eſt immundities cubilis. R. Nechemia dicit, quod veſtimenta contraxerint immunditiem cubilis, quia ſeminifluus illa aggravavit & preſſit; deciſio non eſt ſecundum R. Nechemiam, neque ſecundum R. Simeon, neque ſecundum R. Joſen.

פרק ה הנוגע בזב או שהזב נוגע בו המסיט את הזב או שהזב מסיטו מטמא אוכלים ומשקים וכלי שטף במגע אבל לא במשא כלל אמר רבי יהושע כל המטמא בגדים בשעת מגעו מטמא אוכלין ומשקין

Caput 5. Si quis tetigerit ſeminifluum, vel ſeminifluus tetigerit ipſum, ſi quis moverit ſeminifluum, vel ſeminifluus moverit ipſum, is polluit cibos & potus, & vas ablutorium tactu, at non onere. In genere dixit R. Jehoſua, quicquid polluit

ומשקין להיות תחלה והידים להיות שניות ואינו מטמא לא אדם ולא כלי חרס לאחר פרישתו ממטמאיו מטמא משקין להיות תחלה והאוכלין והידים להיות שניות ואינו מטמא בגדים :

luit veſtes dum tactus ſit, id polluit cibos & potus ut fiant principium, & manus ut fiant ſecundæ, ſed non polluit hominem nec vas teſtaceum. Poſt ſeparationem ipſius ab iis qui ipſum polluunt polluit potus ut ii fiant principium, cibi vero & manus, ut fiant ſecundæ, ſed non polluit veſtes.

R. OB. DE BARTENORA.

וכלי שטף במגע *Et vas ablutorium tactu*, nam ſicuti homo qui tetigit ſeminifluum, polluit veſtes dum eas tetigerit, ita polluit omnia vaſa, quæ tetigit dum ſeminifluum tangebat, homine & vaſe teſtaceo exceptis; etenim in Torat Cohanim quæritur, unde eſt quod reliqua vaſa habeantur ut veſtes? ex eo quod Lex dicit, *immundum eſto*; etenim quæritur, forſan hominem & vas teſtaceum polluit? Lex dicit, *veſtis*, ergo veſtem polluit, at non hominem nec vas teſtaceum. Sed hæc duntaxat intelligenda ſunt, ſi ea ſeminifluo contigua ſit, at non quando ab ipſo ſeparata eſt veſtis, ſicuti Lex dicit, Levit. 15,7. *Et qui tetigerit cubile illius, is lavet veſtes ipſius, & aquis abluet, & immundus erit uſque ad veſperam*, ergo dum cubile ſeminiflui tangit, polluit veſtes, at non ſi ab ipſo ſegregatus ſit.

אבל לא במשא *Sed non onere*, ſi dum tangebat ſeminifluum, ferret veſtes, at non tangeret eas, mundæ ſunt. *Quiſquis tetigerit veſtes dum tangebat eum*, ut, ſi quis tetigerit ſeminifluum vel ſeminifluam, vel puerperam, vel fontes eorum, in cubilibus ſedilibuſque eorum.

מטמא אוכלין להיות תחלה *Polluit cibos ut fiant principium immunditiei*, quia veluti pater immunditiei eſt, dum ipſum tangit, quia Lex dixit quod is polluit veſtes. ואת הידים להיות שניות *Et manus ut fiant ſecundus immunditiei gradus*, ſed hominis corpus non polluit, ſicuti auctor in fine tradit, quod is non polluat hominem nec vaſa teſtacea. ולאחר פרישתו ממטמאיו *& poſt ſeparationem illius ab iis qui polluunt ipſum*, ita polluit potus ut fiant principium immunditiei, licet is primus duntaxat immunditiei gradus ſit, tamen ex potibus facit principium immunditiei, etiamſi enim ſecundus gradus polluat potus ut fiant principium, quia ſunt facti ad immunditiem recipiendam, ſed non opus habent diſpoſitione ad immunditiem, ſicuti cibi, proinde doctores de iis decreverunt ut ſemper forent principium immunditiei, propter potus e reptili provenientes, qui primum continent immunditiei gradum ex Lege. *Cibos vero & manus, ut accipiant ſecundum immunditiei gradum*, quandoquidem enim ſeparavit ſe ab iis qui polluunt ipſum, proinde duntaxat primum continet gradum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Meminit auctor fundamentorum quæ nos ab initio hujuſce voluminis expoſuimus, videlicet quod immunditiei pater polluat hominem & vaſa, ſed quod immunditiei proles non polluat hominem nec vaſa, & præterea, quod quicquid pollutum fuerit patre immunditiei, vocetur ראשון *primus*, vel ולד *proles*, nempe immunditiei. Porro auctor dicit in hac Miſna quod ſi quis ſeminifluo pollutus ſit, dum ei adhuc alligatus eſt, tum is polluit vaſa, ſi tetigerit illa, licet is primus ſit immunditiei gradus; ſed quando is patri immunditiei contiguus eſt, tum polluit vaſa, & hoc invenimus in Lege quæ dicit, quod is polluat veſtes dum eas tangit, proinde ſcriptum eſt Levit. 15,7. *Et qui tetigerit carnem ſeminiflui, is lavet veſtes ſuas*; ſenſus eſt, quando quis tetigerit carnem ipſius, & contiguus ſit iis qui polluunt, veſteſque tetigerit, tum ita polluit eas, ut primus immunditiei gradus fiant, & non ſecundus. Cæterum in Siphra dixerunt, & polluit reliqua vaſa ut veſtes, ſed teſtaceum vas duntaxat polluit immunditiei pater, vel liquores, ſicuti expoſuimus in principio hujuſce codicis. Senſus vero illius quod auctor dicit, *ſed non onere*, talis eſt, ſi is portaverit cibos potuſque dum tangeret ſeminifluum, tum non prius ipſum polluit ſeminifluus, quam tetigiſſet ipſum. Iſta autem generalis regula quam dixit R. Jehoſua, ſequitur fundamenta præcedentia, quibus ille nullo modo repugnat.

ב ועוד כלל אחר אמר כל הנישא על גב הזב טמא וכל שהזב נישא עליו טהור חוץ מן הראוי למשכב ולמושב והאדם כיצד אצבעו של זב תחת הנדבך הטהור מלמעלן מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד הטמא מלמעלן והטהור מלמטן מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד האוכלין והמשקין המשכב והמושב והמדף מלמעלן מטמאין שנים (ס"א אחד) ופוסלין אחד פרשו מטמאין אחד ופוסלין אחד המשכב והמושב מלמטן מטמאין שנים ופוסלין אחד פרשו מטמאין שנים ופוסלין אחד האוכלים והמשקין והמדף מלמטן טהורין :

2. Præterea in genere dixit, quicquid fertur ſuper ſeminifluo, id mundum eſt, at ſuper quo ſeminifluus fertur, id mundum eſt, excepto eo quod aptum eſt ad cubile, ſedile, & hominem, quomodo? ſi digitus hominis ſuppoſitus ſit parieti, & mundus ſuperius, tum polluit duo, & reprobat unum; ſi ſeparaverit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum. Si immundus ſit ſuperius, & mundus inferius, tum polluit duo, & reprobat unum; ſi ſeparaverit ſe, tum polluit unum & unum reprobat. Si cibus, potus, ſedile, cubile, & immundities levis ſint ſuperius, tum polluunt duo, & reprobant unum; ſi ſeparaverit ſe, tum polluunt unum, & reprobant unum. Si cubile, & ſedile, ſint inferiut, tum polluunt duo, & reprobant unum, ſi ſeparaverint ſe, tum duo polluunt, & unum reprobant; ſi cibi, potus, & immundities levis ſint inferius, tum munda ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנישא על גבי הזב *Quicquid fertur ſuper ſeminifluo*, intellige id quod ſupra ſeminifluum eſt, licet ſeminifluus id non tetigerit, ut multæ res diviſerint inter ipſum & ſeminifluum, tamen omnia polluta ſunt, ſicuti Lex dicit, *& qui tetigerit omne id quod ſub ipſo eſt*, quid vero ſub ipſo eſt? ſi reſponderis, quod ſub ſeminifluo eſt, id cubile eſt, id dici nequit, ſed omne id ſub quo ſeminifluus eſt, id ſuper ſeminifluo eſt, & in omni re obtinet, etiam in re quæ non ſolet ſuper ipſo eſſe, neque quod ſupra ipſum eſt ſimile eſt ei quod ſub ipſo, quia immundities tantum obtinet in re conve-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Oportet ut ab initio ſcias quod omni in loco ubi dicitur מטמא שנים ופוסל אחד *polluit duo, & reprobat unum*, alludatur ad oblationem primam de qua jam expoſitum eſt quod primus & ſecundus gradus immundi ſint, & polluant, tertius vero reprobat, & omnis pater immunditiei polluit duo, & reprobat unum, quia cibus qui ipſum tetigit, ſit primus immunditiei gradus, qui vero primum gradum tetigit, is fit ſecundus gradus, hinc duo immundi ſunt, qui vero tertium tetigit, is fit ſecundus, & reprobus eſt, ſicuti expoſuimus. Omnis vero primus gradus immunditiei polluit unum, ſi-

venienti. כל' הראוי למשכב ולמושב *quicquid aptum eſt pro cubili & ſedili*, idem jus eſto pro inſtrumento equitationi apto; quod vero ad hæc ineptum eſt, id mundum eſt, ut, ſi quis Satum ad ſeſſionem aptum inverterit, & in ipſo conſederit, tum ſedile iſtud forſan immundum eſt? Lex dicit, *qui conſederit ſuper vaſe in quo conſedit ſeminifluus*, per id ergo quod ſeſſioni deſtinatum eſt, excipitur id cui dicunt, ſurge ut faciamus opus noſtrum. נדבך notat parietem, hoc ſenſu in Ezra dicitur 6, 4. נדבכין די אבן גלל' *parietes ex lapidibus magnis.* הטהור מלמעלה *mundus ſuperius*, ſupra parietem, & premens digitum ſeminiflui, nunc enim fertur ſuper ſeminifluo, & pater immunditiei eſſe cenſetur.

מטאמא שנים ופוסל' אחד *Polluit duo, & reprobat unum*, polluit primum & ſecundum gradum, tertium vero reprobat in oblatione prima. *Immundus ſuperius*, ſuper pariete, digito mundo ſuppoſito parieti, qui ab immundo premitur, tum ſeminifluus ſuper ipſo fertur, proinde duo polluit, & unum reprobat. והמדף *& immundities levis*, omnia ſupellectilia quæ non contrahunt immunditiem cubilis & ſedilis, ea accipiunt מדף *immunditiem levem.* מלמעלן *ſuperius*, ſuper parietem, digito ſeminiflui inferius poſito, tum primus gradus duntaxat contrahitur, & primus polluitur, & reprobatur unus; poſtquam vero ſeparaverit ſe, tum idem jus adhuc obtinet.

פירשו מטמאין שנים ופוסלין אחד *Si ſeparaverit ſe, polluunt duo, & reprobant unum*, immundities cubilis & ſedilis ſemper eſt pater immunditiei, licet ſeparaverit ſe. *Munda ſunt*, ſicuti diximus, omnis res ſuper qua ſeminifluus portatur, munda eſt, excepto cubili, ſedili, & homine.

ve ſecundum quem tetigit, & reprobat unum ſive tertium qui tetigit ſecundum; hunc ſenſum recte obſerves volo. Præterea notandum eſt quod omnis pater immunditiei polluat hominem, quo demo polluit vaſa, homo vero iſte illo tempore quo pollutus eſt ſive tactu, ſive onere, ſi is pollutus ſit veſtibus per onus, id duntaxat intelligendum eſt ſi is contiguus ſit iis qui ipſum polluunt, tum enim is pro ſeminifluo ipſo habetur, eo nempe ſenſu quo duo polluit, & unum inficit, ſed quod is non polluat hominem nec vas teſtaceum, ſicuti in iſto generali dicto R. Jehoſuæ expoſitum eſt; & quando is exponit ממטמאיו *ab iis qui polluunt ipſum*, ſenſus eſt quod immunditiei proles relinquitur, & ſicuti non polluit vaſa poſt ſeparationem ipſius, ita quoque non polluit duo, ſed polluit unum, & reprobat unum, ſecundum omnem primum immunditiei gradum, at nos de omni immunditiei gradu primo diximus, quod ſi quis tetigerit ipſum, non polluat veſtes; at vero ſi quis tetigerit ipſum interea dum contactus ſit, ſive poſt ſeparationem ipſius, tum polluit unum, & reprobat unum; hoc fundamentum memoriæ mandes volo, quia illud hocce caput quaſi reſerat, & poſtea te ad hanc Miſnam confer; dicit itaque auctor, quod quicquid ſuper ſeminifluo fertur, licet inter illud ipſum & ſeminifluum ſint aliqua interſtitia, tamen ſit immundum, ſive homo poſitus ſit ſuper ſeminifluo, vel vas ablutorium, quæ immunditie levi affecta ſunt, ſicuti expoſuimus, ſive cibi, ſive potus, ſive cubile, ſive ſedile, omnia ſunt immunda, & quando illa poſita ſunt ſuper ſeminifluo, tum polluunt duo, & unum inficiunt; ſin autem ſeparata ſint a ſeminifluo, tum primus gradus immunditiei remanet, qui unum reprobat, exempli gratia, ſi digitus ſeminiflui poſitus ſit ſub pariete נדבך dicto, quo denotatur aſſer ſive tabula ſuper quo parietem exſtruunt, ſicuti jam expoſuimus in codice de Benedictionibus. Porro etiam dixerunt, cibi, potus, cubile, ſedile, ſi ſuperius poſita ſint, omnia immunditie affecta ſunt. Poſtea dicit auctor, omnis res ſuper qua ſeminifluus portatur, ſi immundus ſtet ſuperius, & res iſta inferius, atque interſtitium aliquod inter utrumque, tum illa res quæ inferius exiſtit, munda eſt, quia inter ipſam & ſeminifluum ſunt interſtitia quædam; niſi ſit homo, cubile, vel ſedile, quæ ſeminifluus polluit, licet ſub lapide מסמא poſita ſint, ſicuti aliquoties expoſuimus. Cæterum ſi cibi, potus, vel vaſa ablutoria ſeminifluo ſuppoſita ſint, quæ immunditie מדף affecta ſunt, tum munda ſunt, ad hoc alludit auctor quando dicit, ſi immundus ſtet ſuperius, & mundus inferius; porro etiam dicit, ſi cubile & ſedile ſit inferius, & cibi potuſque, & immundities levis inferius, munda ſunt, quia ſeminifluus illa non tetigit, & propterea non polluit multa interſtitia quæ inter utrumque exiſtunt, ad quæ alludit auctor quando dicit, ſuper quo ſeminifluus portatur, id mundum eſt, excepto eo quod ad cubile & ſedile aptum eſt, & homine, hypotheſis enim eſt nobis, quod immundities cibi & potus, atque vaſis ablutorii comprehendat immunditiem מדף attamen illa a ſeminifluo ſuperius polluuntur, licet non ſint interſtitia, ſed non inferius. Cæterum in Siphra quæritur, an non eo magis quoque ſuper ſeminifluo efficiatur immundities cubilis, nam ſi ubi ſub ipſo non contrahitur immundities levis מדף dicta, contrahatur tamen immundities cubilis, nonne etiam fas eſt ut, ubi ſuper ipſo contrahitur immundities levis, contrahatur ſuper ipſo immundities cubilis? Lex dicit, *quiſquis tetigerit id quod ſuper ipſo* (ſeminifluo eſt,) *id pollutum eſto*, ergo id quod ſub ſeminifluo eſt, contrahit immunditiem cubilis, at non id quod ſub ipſo eſt. Porro dicitur ibidem, doceat Lex, quod ſuper ſeminifluo contrahitur immundities levis. Cæterum dixerunt de cubili & ſedili, quando illa intraverint gravitatem ſeminiflui, quod illa polluant duo, & unum reprobent, quando non ſegregata ſunt a ſeminifluo, ſed hæc clariſſima ſunt, quia immundities cubilis eſt pater immunditiei, ſive ſeminifluus ſuper cubili cubuerit, ſive ſteterit. Lex vero dicit, *ſi quis ſederit ſuper vaſe, in quo conſederit ſeminifluus*, ad quæ verba doctores dixerunt, hic duntaxat eſt caſus de tempore quo ſeminifluus conſederit ſuper ipſo, unde probatur quod vas vacuum ſe habet ut plenum? reſp. ex eo quod Lex dicit in genere כלי *vas*, quod tam de vacuo quam de pleno intelligendum eſt. Sed nos capite primo codicis de Vaſis jam expoſuimus, quod ſi quis cubile tetigerit, polluat veſtes, nam inter tangendum polluit duo, & reprobat unum, ſed non dicendum eſt, quod ipſum cubile polluat duo, & inficiat unum.

ג מפני שאמרו כל הנושא ונישא על גבי המשכב טהור חוץ מן האדם כל הנושא ונישא (ס"א) על גבי הנבלה טהור חוץ מן המסיט רבי אליעזר אומר אף הנושא כל הנושא ונישא על גבי המת טהור חוץ מן המאהיל ואדם בזמן שהוא מסיט :

3. Quia dixerunt, quicquid fert, & fertur ſuper cubili, id mundum eſt, homine excepto. Quicquid fert & fertur ſuper cadavere, id mundum eſt, excepto eo qui movet. R. Elieżer dicit, etiam is qui fert, excipitur. Quicquid fert & fertur ſuper mortuo, id mundum eſt, excepto eo quod tentorium facit, & homine qui commovet.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שאמרו *Quare dixerunt*, ac ſi dixiſſet, quare dixerunt, cibi, potus, & immundities levis inferius ſub cubili ſeminiflui munda ſunt, quia dixerunt, quicquid portat vel portaverit &c. *Quicquid fert*, ut cibi, potus, & immundities levis ſub ſeminiflui cubili poſiti, & ipſum ferentes, at non tangentes, etenim ſunt aliquæ res quæ dividunt intra ipſa.

נישא על גבי המשכב *Fertur ſuper ſeminiflui cubili*, nam ſi res illa ſit ſuperius, & cubile inferius, & ſeminifluus feratur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia ſuperiori Miſna dictum eſt, quod vaſa, potus, & vas ablutorium inferius munda ſint, licet poſita ſint, propterea jam addit rationem, dicens, *quicquid fert & fertur* &c. quod clarum eſt, ſed ego hunc ſenſum aliquoties repetii, quia in ipſo errores deprehendi, omnes enim dicunt, ſuperius vel inferius, vel fert, vel fertur, ubi de tactu nullus eſt ſenſus, licet lapides inter illa interſint, poſtea vero audies expoſitionem Miſnæ de verbo ad verbum. Dixerunt

tur ſuper ipſo, tum munda non tangunt ipſum. Excepto homine, homo enim qui cubile fert, pollutus eſt, licet non tetigerit ipſum, neque commoverit, quia cubile ſeminiflui polluit onere. Pariter, ſi lapidem מסמא poſuerint ſuper cubile, ac ſi ſeminifluus ſederet ſuper lapide, tum pollutum eſt cubili ſub quod lapide iſto poſitum eſt; ita etiam ſi purus homo conſederit ſuper lapide, pollutus eſt, & latus a cubili quod ſub ipſo eſt.

כל הנושא על גבי נבלה *Quicquid fert ſuper cadavere*, de cadavere humano hic ſermo eſt, ac ſi dixiſſet, & omnis homo qui fert & cadaveri imponit, is mundus eſt. *Excepto eo qui movet*, quia fert cadaver, & non dimovet ipſum de loco ſuo, ſed ponit in loco ſuo, ut, ſi venerit ſocius ipſius, & poſuerit ipſum, tum mundus eſt, niſi dimoverit ipſum cadaver. *R. Eliezer dicit, etiam is qui portat*, in Gemara exponitur quod talis ſit ſenſus, ſi nempe tulerit, & non dimoverit cadaver, immundus eſt, niſi quando tulerit ipſum ſub quo cadaver eſt, ipſe vero inferius exiſtens; at ſi cadaver exiſtat inferius, ipſe vero ſuperius, licet dimoverit ipſum, mundus eſt, quando non tetigerit cadaver; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

חוץ מן המאהיל *Excepto eo quod tentorium facit*, quia fieri poteſt ut portet & portetur, ſed non tentorium faciat, ut, ſi cœnaculum dividat, nam ſi mortuus in cœnaculo poſitus ſit, cibi vero, potus, & vaſa in domo poſita ſint, & uſque ad tabulatum perveniant, & aſſeres deprimantur gravitate vaſorum, qui denuo mortuum premunt, atque hoc modo fert & fertur ſuper mortuo, ſed non facit tentorium, proinde mundus eſt.

ואדם בזמן שהוא מסיט *Et homo quando is commovet*, ſi mortuum portet, ſive portetur ſuper ipſo, immundus eſt, licet non tetigerit mortuum; at ſi mortuus non ſit dimotus e loco ſuo, tum mundum eſt quia hic nulla eſt dimotio.

itaque, quicquid fuerit ſuper cubili ſeminiflui de cibis, potibus, & vaſis, id mundum eſt; pariter ſi hæ res exiſtant inferius, & cubile ſuperius, tum illa ſunt munda, homine excepto duntaxat, nam ſi is immunditiem cubilis contraxerit, tum jam pollutus eſt, quia cubile polluit onere; ſic etiam ſi lapis ſuper cubile ſeminiflui conjectus ſit, & homo mundus conſederit ſuper iſto lapide, tum is pollutus eſt, quia is latus eſt ſuper cubili, nam ſi ſeminifluus poſitus ſit ſuper lapide, tum cubile ei ſuppoſitum eſt pollutum, ita quoque ſi mundus conſederit ſuper lapide, pollutus eſt a cubili inferius poſito. Quæritur in Siphra, Lex dicit, *& ſi quis conſederit ſuper vaſe*, quod duntaxat intelligendum eſt de tempore illo quo ſeminifluus ſuper vaſe ſedet, & ipſum tangit, unde habemus de decem quorum unum ſubjacet alteri, imo licet poſita ſint ſub lapide magno מסמא dicto? ex eo quod Lex dicit, *qui conſederit ſuper vaſe in quo conſedit ſeminifluus, is pollutus eſto*, ergo locus in quo conſederit ſeminifluus, aqua pollutus eſt, ſi poſtea in ipſo conſederit homo mundus, polluit. Poſtea dicit auctor, quicquid fuerit ſuper ſeminifluo, vel ſuper quo extiterit ſeminifluus, id eſt mundum; ſed qui commoverit, ſi cadaver poſitum ſit ſuperius, is omni modo polluitur, homo nempe, quia cadaver polluit onere, ſicuti expoſuimus capite primo codicis de Vaſis. Sed hæc intelligenda ſunt, quod ſi homo exiſtet ſuperius, & cadaver inferius, motione duntaxat polluatur, ſi nempe ſpuerit cadaver dum ferebatur, quia cadaver polluit dimotione, ſicuti expoſuimus illic, hoc ſenſu, ſi mundus dimoverit cadaver, licet non tetigerit ipſum, tamen pollutus eſt. Dixit autem R. Eleazar, etiam is qui fert, ſed jam expoſitum eſt in Talmude, & ſancitum, quod ipſe homo terre debet, & qui dimovet, non polluitur, niſi ferat, non quod cadaveri ſuppoſitus ſit, hinc dicunt, quod ipſe homo ferat; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer. Poſtea dicit auctor, quicquid fert vel fertur ſuper mortuo, id mundum eſt, excepto eo quod tentorium facit ſuper mortuo, quicquid enim tentorium facit ſuper mortuo, vel ſuper quo mortuus tentorium fecit, id polluitur ſecundum conditiones in codice de Tentoriis expoſitas. Pariter ſi ſuper homine feratur mortuus, pollutus eſt, quia mortuus polluitur onere; at ſi homo feratur ſuper mortuo, & non fecerit tentorium, quando aliquæ res inter utrumque intercedunt quæ dividant id quod tentorium facit, tum non polluitur, niſi dimoverit, quicquid enim polluitur onere, id etiam polluitur ſi mundus quiſpiam id tulerit, ſicuti expoſuimus capite primo codicis de Vaſis.

ד מקצת טמא על הטהור ומקצת טהור על הטמא חבורי טמא על הטהור וחבורי טהור על הטמא טמא רבי שמעון אומר מקצת טמא על הטהור טמא ומקצת טהור על הטמא טהור:

4. Si quid de immundo poſitum ſit ſuper mundo, & contra, vel ſi juncturæ immundi poſitæ ſint ſuper mundo, & contra, tum immundus eſt. R. Simeon dicit, ſi aliquid de immundo impoſitum ſit mundo, & contra, mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

מקצת הטמא על הטהור *Si pars aliqua de immundo impoſita ſit mundo*, ſi vel digitus ſeminiflui poſitus ſit ſuper homine mundo, vel digitus hominis mundi poſitus ſit ſuper ſeminifluo, vel juncturæ immundi, ut pili ipſius, vel ungues ipſius, vel ipſius dens, hæ omnes res vocantur חבורי *juncturæ*, licet illic duntaxat res minima immunda ſit ſuper munda, vel res minima munda ſuper immunda, tamen munda eſt polluta, quia non requiritur ut maxima pars ſeminiflui feratur duntaxat ſuper cubile, non ſuper homine. *Et aliquid de mundo ſuper immundo, tum mundum eſt*, quia requirimus ut maxima pars feratur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſitum hoc ipſo capite, quod ſi homo feratur ſuper ſeminifluo, vel ſeminuus feratur ſuper mortuo, immundus ſit; hic vero dicitur, quod ſi homo mundus portet aliquid de ſeminifluo, vel mortuus feratur ſuper aliqua parte mundi, quia non requiritur ut ferat vel feratur maxima pars, niſi reſpectu cubilis duntaxat, & non hominis, ſicuti expoſitum eſt. R. Simeon dicit, quod ſi homo immundus tulerit mundum, neceſſe ſit ut maxima pars ſuppoſita ſit vel impoſita, & quod tum pollutus ſit homo mundus, eodem ſenſu in Toſaphta expoſitum eſt. Per חבורי טמא וטהור *juncturas immundi & mundi* intelliguntur pili, & ungues; in Toſaphta dicitur, hi ſunt dentes, ungues, & pili, ita etiam extremitates digitorum manus, & pedum, מקצת vocantur. Cæterum tibi ſuperius jam dictum eſt, quod ſi digiti ſeminiflui ſuppoſiti ſint parieti, & mundus ſuperius exiſtat, polluat duo & reprobet unum, deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה הטמא על מקצת המשכב והטהור על מקצת המשכב טמא מקצת טמא על המשכב ומקצת טהור על המשכב טהור נמצאת טומאה נכנסת לו ויוצאת ממנו במיעוטו וכן (ס"א) ככר של תרומה שהוא נתון על

5. Si immundus ſub parte cubilis exiſtat, & pariter mundus, tum pollutum eſt; vel ſi pars immundi exiſtat ſuper lecto, & pariter pars mundi, tum mundum eſt. Si comperiatur quod immunditics intraverit in ipſum, & exiverit ex ipſo præ paucitate ſua, vel ſi panis oblationis primæ poſitus ſit ſuper cubili, & charta inter utrum-

על גבי המשכב והנייר בינתיים בין מלמעלן בין מלמטן טהור וכן באבן המנוגעת טהור רבי שמעון מטמא בזו :

trumque, ſive ſuperius ſive inferius, tum mundum eſt. Pariter quoque mundum eſt ſi chartas jaciat in lapidem lepra affectum; ſed R. Simeon ipſum immundum declarat.

R. OB. DE BARTENORA.

הטמא על מקצת משכב *Immundus ſuper parte cubilis*, ſi maxima pars mundi poſita ſit ſuper exigua parte cubilis; tum pollutum eſt cubile; pariter ſi maxima pars mundi poſita ſit ſuper immundi cubilis exiguam partem, tum pollutus eſt mundus, & nos non curamus minimam partem, quia maxima pars mundi atque immundi in ipſo ſedet, quia immundities intrat minimam partem, & per minimam partem egreditur, ſicuti in fine Miſnæ traditur, ſi immundities ingrediatur in illud, & per minimam partem egreditur. מקצת הטמא על המשכב *pars immundi ſuper cubili*, quia minima pars immundi eſt, & quamvis innixa ſit cubili, cubile tamen mundum eſt, niſi donec maxima pars ſeminiflui ſuper ipſo elata ſit. ומקצת טהור על המשכב *& pars mundi ſuper cubili*, ac ſi dixiſſet, aut ſi pars mundi ſuper toto cubili poſita ſit, tamen mundum eſt cubile, donec maxima pars mundi ei innixa ſit. *Pariter ſi panis oblationis primæ* &c. hæc ad Miſnam ſuperiorem ſpectant, ubi traditur, quicquid fert, vel fertur ſuper cubili mundo, licet cibi oblationis primæ ſint, ſi ferantur ſuper cubili, & interjecta ſit res dividens, quantumvis minuta ſit, ut charta, & id genus alia, tum illa non recipiunt immunditiem a cubili, quia non polluit res alias, nec motione recipit immunditiem, niſi ea res in qua eſt ſpiritus vitæ. *R. Simeon ipſum immundum declarat*, quia locus ipſius immundus eſt, & polluit motione, licet res ſit in qua non eſt ſpiritus vitæ; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum quod ſi ſeminifluus polluat cubile, & ſedile, ſive ſtratum quod equitanti ſupponitur, non prius polluat niſi donec maxima pars feratur; pariter ſi vir mundus feratur maxima ex parte ſuper cubili immundo, tum nulla ſit pollutio niſi ratione maximæ partis. Lex vero dixit, *ſi quis ſederit ſuper cubili ſeminiflui*, quæ verba iſta limitatione accipienda ſunt, quod maxima pars ſeminiflui feratur ſuper cubili. Porro ſcias quod nos non curamus majorem vel minorem partem cubilis, ſed illius qui portatur, licet is ſub minori parte cubilis poſitus ſit, tamen polluit ipſum, & pollutus eſt ab ipſo. Cæterum in Siphra dicitur, ex eo quod Lex dicit, *vel ſuper vaſe in quo conſederit*, colligitur quod ſi vel ſuper parte vaſis conſederit ſeminifluus, tamen polluerit; ſenſus Miſnæ itaque hic eſt, ſi maxima pars immundi exiſtat ſuper parte cubilis, & maxima pars mundi ſuper parte ipſius, tum pollutus eſt homo mundus, & hinc immundities intrat cubile, & exit per minimam ipſius partem, quia minima ipſius pars polluta eſt, & præterea alia polluit. נייר Arabice dicitur בא״גר. Docet itaque auctor quod cibi oblationis primæ non polluant, dum ii poſiti ſint ſuper cubili, quantumvis minutiſſima ſit res intermedia, ſecundum fundamentum ſuperius traditum, quando dicitur, quicquid fert vel fertur ſuper cubili, id mundum eſt, homine excepto; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, qui dixit, quia lapis lepra affectus ipſius eſt locus, ideo immundus ſit, ſicuti expoſuimus in codice de Plagis Lepræ, quod is polluat oblationem primam dum is poſitus ſit ſuper ipſa, licet non tetigerit ipſam.

ז הנוגע בזב ובזבה ובנדה וביולדת ובמצורע במשכב ובמושב מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד אחד הנוגע ואחד המסיט ואחד הנושא ואחד הנישא :

6. Si quis tetigerit ſeminifluum, ſeminifluam, & menſtruam, puerperam, vel leproſum cubili, vel ſedili, tum is duo polluit, & unum reprobat; ſi ſeparaverit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum. Perinde eſt ſive quis tetigerit, ſive moverit, ſive tulerit, ſive latus ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוגע בזב *Si quis tetigerit ſeminifluum*, hi omnes quos auctor recenſet ſimiles ſunt ratione tactus & oneris, ut polluant hominem qui denuo polluit veſtes, proinde pater immunditiei eſt quando non ſe abſtraxit ab iis quæ polluunt veſtes, idcirco is qui tetigit, polluit gradum primum & ſecundum tertium vero gradum reprobat in oblatione prima. Si vero abſtraxerit ſe ab iis qui ipſum polluunt, tum primus tantum immunditiei gradus eſt, & unum polluit ut ex ipſo fiat ſecundus, atque tertium polluit in oblatione prima. *Idem eſt ille qui movet & ille qui fert*, etſi non tangant; ſeminifluus vero, ſeminiflua, & menſtrua clare exprimuntur Levit. 15, 32. ubi dicitur, *hæc ſit Lex ſeminiflui, & languidæ in menſtruo ſuo*, leproſus vero & puerpera comprehenduntur ſub maſculo & fœmina. ואחד המסיט *idemque eſt ille qui dimovit*, qui dimoverit cubile ſeminiflui e loco ſuo, licet non tetigerit ipſum, neque tulerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo codicis de Vaſis, quod ſi quis hoſce patres immunditiei, tetigerit, vel tulerit, polluat veſtes inter tangendum, vel inter ferendum. Sic etiam expoſuimus, quod quicquid polluat onere, etiam polluat motu, tum etiam, quod ſi homo mundus feratur ſuper ſeminifluo, vel ſuper lecto ipſius, polluat duo, & reprobet unum, quæ omnia ſunt clara. Præterea jam aliquoties expoſuimus, quod ſeminiflui, ſeminifluæ, menſtruæ, & puerperæ jus ratione cubilis & ſedilis, ac aliarum rerum polluentium ſit idem, ut & ratione leproſi & menſtruæ. Sed Siphra in illis verbis quæ extant Levit. 15, 32. *Hæc ſit Lex de ſeminifluo* &c. *pro languida in menſtruo ſuo*, *& pro ea quæ profluvium patitur* &c. *pro maſculis & fœminis*, ſub maſculis comprehendit leproſos, & ſub fœminis puerperam.

ז הנוגע בזובו של זב וברוקו בשכבת זרעו במימי רגליו ובדם הנדה מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד אחד הנוגע ואחד המסיט רבי אליעזר אומר אף הנושא :

7. Si quis tetigerit profluvium ſeminiflui, vel ſputum ipſius, vel ſemen concubitus ipſius, vel urinam ipſius, vel ſanguinem menſtruæ, is polluit duo, & reprobat unum; ſi abſtraxerit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum. Idem eſt ille qui tetigit, & ille qui dimovit. R. Eliezer dicit, etiam is qui fert.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי אליעזר אומר אף הנושא *R. Eliezer dicit, etiam is qui fert*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes ii quos hic recenſet auctor, ſunt patres im-mun-

fert, ac ſi dixiſſet, quod is qui movet non prius pollutus ſit quam portaverit ea quæ ſuperius exiſtunt, & dimoverit ea quæ inferius exiſtunt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

munditiei & qui tetigerit illos atque portaverit, is polluit veſtes, ſicuti expoſuimus capite primo codicis de Vaſis. *R. Eliezer dicit, etiam is qui fert*, putat is quod ille qui dimovet, etiam ferre debeat, & tum polluat duo, & reprobet unum, ſicuti exponit Gemara; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ח הנושא את המרכב והנישא עליו והמסיטו מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד הנושא את הנבילה ואת מי חטאת שיש בהם כדי הזיה מטמא שנים ופוסל אחד פרש מטמא אחד ופוסל אחד :

8. Qui tulerit ſedile, & latus fuerit ſuper ipſo, idque dimoverit, is duo polluit, & unum inficit; ſi ſeparaverit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum. Qui tulerit cadaver, & aquas expiatorias, in quibus copia ſparſionis eſt, is duo polluit, & unum reprobat; ſi abſtraxerit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum.

R. OB. DE BARTENORA.

הנושא את המרכב *Si quis tulerit ſedile equitantibus ſubſtratum*, de ejuſmodi ſedili ſcriptum eſt reſpectu lotionis, & non reſpectu tactionis; qui vero tetigerit, eſt primus tantum immunditiei gradus. *Qui tulerit cadaver*, id eſt qui moverit, nam qui fert abſque motione, mundus eſt, ſicuti ſuperius expoſuimus, & qui tetigerit cadaver, licet is immundus ſit, quia non polluit veſtes, non polluit duo, nec unum reprobat, quia primus duntaxat eſt immunditiei gradus, & propterea unum polluit & unum reprobat. Aquæ expiatoriæ ſi contineant copiam quæ ſatis eſt pro aſperſione, polluunt veſtes onere, at non tactu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia clara ſunt ſi tu memineris ea quæ præceſſerunt capite primo codicis de Vaſis, ſententia vero R. Jehoſuæ hoc capite memorata eſt de cadavere, deque urina, & aquis expiatoriis in quibus tanta eſt copia quanta ſufficit pro aſperſione; ſedile vero quod equitantibus ſubjicitur ſecundum unumquemque polluit onere, ad veſtes denuo polluendas, quemadmodum loco modo citato expoſuimus.

ט האוכל מנבלת עוף טהור והיא בבית הבליעה מטמא שנים ופוסל אחד הכנים ראשו לאויר התנור טהור וטהור (נ"א ל"ג) התנור הקיאה או בלעה מטמא אחד ופוסל אחד וכשהיא בתוך פיו עד שיבלענה טהור :

9. Si quis comederit de cadavere avis mundæ, idque ſit in æſophago, tum polluit duo, & unum inficit. Si caput ſuum in aërem fornacis introduxerit, tum is mundus eſt, atque fornax. Si evomuerit, vel inglutiverit, tum polluit unum, & reprobat unum, & *quando id in ore ipſius eſt donec inglutiverit*, tum mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

והיא בבית הבליעה *Et id ſit in æſophago*, quando res inglutita pervenerit in æſophagum, tum polluit veſtes, & quia polluit veſtes, hinc polluit duo & unum reprobat. Si vero caput ſuum in aërem fornacis immiſerit, licet nos confirmemus quod cadaver avis cum æſophago cibi una ſint in aëre fornacis, nihilominus tamen eſt fornax mundus, quia ob hominem non polluitur fornax, etenim omnes qui polluunt veſtes, non polluunt homines, nec vas teſtaceum; ſed ob cadaver avis non polluitur fornax, quia homo duntaxat immunditiem contrahit dum res inglutita in æſophagum venerit. הקיאה *ſi evomuerit*, vel inglutiverit, ſi nempe res inglutita in ventrem deſcenderit, tum nulla eſt immundities, & ſi illa ſit in ore ipſius, etiam nulla immundities eſt, quia Lex dicit, *non comedet*, intelligitur ergo comeſtio in æſophago facta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in principio hujuſce libri, atque in principio codicis de Puritatibus, quod ſi quis inglutiverit cadaver avis mundæ, veſtes polluat inter inglutiendum, & tum ſe res cum ipſo habet veluti cum patre immunditiei ex Lege; ſi vero evomuerit poſtquam inglutivit, vel inglutiverit poſtquam ſtomachum intravit, ſum ſe res cum ipſo habet ac ſi ſeparatus eſſet ab iis qui polluunt ipſum, propterea is manet primus immunditiei gradus, & non polluit veſtes. Quando autem nondum intravit æſophagum, ſed adhuc eſt in ore, tum mundus eſt; ſed nos hujuſce rei demonſtrationem jam ſuppeditavimus. Poſtea vero dicit, quod ſi acceperit cadaver avis mundæ in ore ſuo, & *caput ſuum introduxerit* in aërem fornacis, homo iſte ſit mundus, quando non inglutiverit, quia non dicimus maximam partem ingreſſam & abſconſam eſſe in fornacis aëre, & cum illa ſe rem habere ac ſi inglutita fuiſſet. Præterea dicit Auctor quod fornax mundus ſit, fornax nempe mundus eſt, licet inglutiverit homo aliquid de cadavere, & caput ſuum in aërem fornacis introduxerit, nam non dicimus, quia fornax pollutus eſt ab aëre ipſius, proinde hoc polluit hominem in æſophago, & ipſe fornax pollutus eſt, quia homo intravit aërem ſive concavum ipſius dum de cadavere aliquid inglutiverat. Cæterum nos in principio jam expoſuimus quod ſi quis inglutiverit cadaver avis mundæ, non polluat hominem, nec vas teſtaceum, ſi inglutiverit æſophagus, ſicuti expoſuit R. Jehoſua ſuperius; fornax vero comprehenditur ſub vaſis teſtaceis, ſicuti in aliquot locis codicis de Vaſis expoſuimus.

י הנוגע בשרץ ובשכבת זרע ובטמא מת ובמצורע בימי ספרו ובמי חטאת שאין בהם כדי הזייה ובנבלה ובמרכב מטמא אחד (ס"א) ופוסל אחד זה הכלל כל הנוגע באחד מכל אבורת הטומאות שבתורה מטמא אחד ופוסל אחד חוץ מן האדם פרש מטמא אחד ופוסל אחד :

10. Qui tetigerit reptile, vel ſemen concubitus, mortuo pollutum, leproſum in diebus computationis ipſius, aquas expiatorias copiam ſparſionis non continentes, cadaver, vel ſedile, is polluit unum, & reprobat unum. Hoc in genere dictum eſt, quiſquis tetigerit aliquem immunditiei patrem in Lege memoratum, is polluit unum, & reprobat unum, homine excepto; ſi abſtraxerit ſe, tum polluit unum, & reprobat unum.

R. OB. DE BARTENORA.

בנבלה ובמרכב *Cadaver & ſedile equitantibus ſubſtratum*, hæc omnia onere duntaxat polluunt veſtes, & non tactu, proinde ſi homo tetigerit ea, licet non ſegregatus ſit, tamen primus duntaxat immunditiei gradus eſt, & unum polluit unumque reprobat. *Quiſquis tetigerit*, ut cibos & vaſa, licet enim ea quæ homo tetigerit, polluant unum, & unum reprobent, vaſa tamen quæ tetigerit homo, polluunt unum & reprobant unum etiam inter tangendum. חוץ מן האדם *excepto homine*, ſunt enim aliquæ res quas ſi tetigerit homo, vel tulerit, polluant duo & reprobent unum, ſicuti ſuperius dictum eſt. פירש *ſi abſtraxerit ſe*, licet homo ſit, tamen in omnibus quæ auctor recenſuit, polluit unum & reprobat unum, quandoquidem is qui ſegregatus eſt, primus duntaxat ſit immunditiei gradus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite primo codicis de Vaſis cujuſlibet patris immunditiei demonſtrationem, cujus hic fit mentio, quod is polluat tactu, qui vero ipſum tetigerit, is non polluit veſtes dum tangit, proinde is polluit unum, & reprobat unum, etiam eo momento quo tetigit, ſecundum id quod in ſecunda Miſna hujuſce capitis ſtatuimus. Senſus vero illius quod dicit, *quiſquis tetigerit patrem immunditiei in Lege memoratum*, declaratur ex eo quod dicit, polluit unum, atque unum reprobat, & hæc eſt integra regula generalis, quæ omnes immunditiei patres comprehendit, quicquid enim tetigerit, ſive ſit homo, ſive vaſa, ſive cibi, id ſit primus immunditiei gradus ſi ſegregatum ſit, qui denuo polluit ſecundum, & ſecundus reprobat tertium, ſicuti in codice de Puritatibus dictum eſt. Præterea id quod dicitur, ipſum inter tangendum quoque polluere unum, & reprobare unum, homine excepto, exponitur hac generali regula, quiſquis tetigerit aliquem e reliquis patribus immunditiei in Lege memoratis, tum is polluit unum & unum reprobat, etiam inter tangendum, quia duo polluit & unum reprobat inter tangendum; ſed horum patrum immunditiei numerus jam præceſſit, præter quem nulli alii exiſtunt. Cæterum quando dicitur, *excepto homine*, ejus ratio eſt quod mortuus ſit ſimilis reliquis patribus immunditiei, propterea is qui tetigerit ipſum, polluit duo, & unum reprobat, ſive inter tangendum, ſive poſt ſegregationem ipſius, quia mortuus eſt pater immunditiei, ſed auctor ipſius non meminit in iis quæ polluunt duo & reprobant unum, propterea hic variat. Scias porro eum qui comburit vaccam, vel dimittit hircum emiſſarium, polluere veſtes, ſicuti in principio expoſuimus; attamen non polluunt duo, nec unum reprobant, ſed polluunt unum, unumque reprobant, ſicuti facit omnis primus immunditiei gradus. Sed ne putes quod hoc memoratum ſit in generali regula, quam R. Jehoſua protulit, quia is dixit, quiſquis polluerit veſtes inter tangendum, at non dixit, quiſquis polluerit veſtes duntaxat, ſed hæc non polluunt veſtes tactu, niſi quando peculiari ſtudio operam dant; hæc intelligas volo.

יא בעל קרי כמגע שרץ ובועל נדה כטמא מת אלא שחמור ממנו. בועל נדה שהוא מטמא משכב ומושב טומאה קלה לטמא אוכלין ומשקין :

11. Qui ſemen vidit, is ſimilis eſt tactui reptilis, & qui cum menſtrua rem habuit, is ſimilis eſt mortuo, niſi quod gravior ſit is qui cum menſtrua rem habuit, quia is polluit cubile & ſedile immunditie levi, quæ denuo cibos & potus polluit.

R. OB. DE BARTENORA.

בעל קרי כמגע שרץ *Qui ſemen vidit, ſimilis eſt tactui reptilis*, ſicuti is qui tetigit reptile, eſt primus immunditiei gradus, ita etiam is qui vidit ſemen, eſt primus immunditiei gradus, quia illius immundities ſimilis eſt immunditiei illius qui tetigit ſemen concubitus. *Et is qui cum menſtrua rem habuit, is ſimilis eſt ei qui mortuo pollutus eſt*, qui pater immunditiei eſt, & polluit per ſeptiduum. *Quia polluit cubili & ſedili*, ſi id faciat ipſe mortuus, quanto magis is qui mortuo pollutus eſt, non polluit cubili & ſedili, nec immunditie levi, nec immunditie gravi, quia Lex dicit, *& omne vas cui inſederit ſeminifluus*, at non dicit, cui inſederit is qui mortuo pollutus eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Semen concubitus pertinet ad patres immunditiei, ut & reptile, ego vero tibi ſignificabo quod is qui קרי ſemen viderit, vel tetigerit ſemen concubitus, in eodem ſint gradu, quia primus ſunt immunditiei gradus, ſi tetigerint carnem ipſius, ſicuti in principio codicis de Vaſis expoſitum eſt, quod cubile illius qui cum menſtrua fœmina rem habuit, polluat cibos & potus tantum, at non hominem nec vaſa. Cæterum nos jam expoſuimus quod ipſe mortuus non polluat cubile, nec ſedile, non immunditie levi, nec immunditie gravi; in Siphra autem notatur, quod quum Lex dicit, *in quo conſederit ſeminifluus*, ſeminiflui duntaxat mentio fiat, & non illius qui mortuo pollutus eſt.

יב אלו פוסלים את התרומה האוכל אוכל ראשון והאוכל אוכל שני והשותה משקין טמאין והבא ראשו ורובו במים שאובין טהור שנפלו על ראשו ועל רובו שלשה לוגין מים שאובים והספר והידים וטבול יום והאכלים והכלים שנטמאו במשקים :

12. Hi reprobant oblationem primam, qui comederit cibum primum, vel ſecundum, qui biberit potus immundos, qui caput & maximam ipſius partem in aquas hauſtas introduxerit, & mundus in cujus caput & maximam partem inciderint tres Logi aquæ hauſtæ, liber, manus, lotus diurnus, cibi, & vaſa liquoribus polluta.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו פוסלין את התרומה *Hi polluunt oblationem primam*, ex decreto Sapientum, & continentur omnes ſub octodecim rebus uno die decretis, excepto eo qui die lotus eſt, quique ex Lege immundus eſt. *Cibus primus*, intellige cibum primum immunditiei gradum continentem, per *ſecundum* vero eum qui ſecundum immunditiei gradum continet, qui denuo oblationem primam reprobat tactu ſuo, quia ſecundus immunditiei gradus polluit oblationem primam.

והשותה משקים טמאים *Et qui biberit potus immundos*, is quoque ſecundum immunditiei gradum contrahit, & oblationem primam reprobat; ratio vero quod doctores de hiſce decreverint, eſt, quod interdum cibos immundos comedere

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quæ hic recenſuit auctor, ea reprobant oblationem primam ex inſtituto Sapientum, ſuntque ex octodecim rebus quas uno die decreverunt Sapientes, ſicuti legitur in principio codicis de Sabbato; is qui die lotus eſt, non continetur ſub illis octodecim rebus, quia is immundus eſt ex Lege, ſicuti Lex dicit Levit. 11, 32. *aquis abluetur & ad veſperam immundus erit*, atque ipſe in ſecundo immunditiei gradu verſatur, & oblationem primam reprobavit poſtquam tetigerit eam; eodem ſenſu exponit Gemara, quod is pollutus ſit ex præſcripto Legis; reliqui vero omnes quorum auctor meminit, tales ſunt ex inſtituto Sapientum, nam qui comederit cibum primum & ſecundum immunditiei gradum con-

re ſoleant, & potus oblationis primæ in os imbibere dum cibi immundi adhuc in ore exiſtunt, unde potus iſti reprobi fiunt; pariter quoque interdum potus immundos bibere ſolent, & cibos oblationis primæ in os ingerere dum potus adhuc in ore ſunt, unde cibi oblationis primæ reprobi fiunt.

והבא ראשו ורובו במים שאובים *Et qui caput ſuum atque maximam corporis partem in aquas hauſtas introduxerit*, poſtquam iſto die ſe laverit aquis hauſtis, quia immergebant ſe aquis in ſpelunca fœtentibus, & iis adjiciebant poſtea aquas hauſtas ad fœtorem aquæ propellendum, & hinc dixerunt quod non aquæ ſpeluncarum purificent, ſed aquæ hauſtæ, proinde doctores decreverunt immunditiem de iſtis aquis, ne legem lavacri deſtruerent, & homines ſe in aquis hauſtis lavarent; atque ut hoc decretum eo magis confirmaretur, hinc decreverunt de immundo perfecto, in cujus caput inciderunt tres Logi aquæ hauſtæ, ut is polluat oblationem primam, antequam ſe abluerit. והספר *& liber*, omnes libri ſacri polluunt oblationem primam tactu, in principio enim occultabant cibos oblationis primæ juxta librum Legis, & dixerunt utramque rem eſſe ſacram, ſed ex quo viderunt Sapientes hoc modo libros ſacros depravari a muribus, qui plerumque juxta cibos inveniri ſolent, proinde de libro Legis, Prophetarum, & Hagiographorum decreverunt, ut ii reprobent oblationem primam tactu.

וטבול יום *Et is qui die lotus eſt*, is oblationem primam polluit ex Lege, donec ſol occiderit, atque non continetur ſub octodecim rebus quæ uno die decretæ ſunt. והאוכלים *& cibi*, qui liquoribus polluti ſunt, Sapientes decreverunt de potibus ſecundo immunditiei gradu pollutis, ut fiant principium immunditiei, & cibos polluant, propter liquores a reptili venientes, qui principium immunditiei ſunt ex Lege; at quare non decreverunt de cibis, quod ii ſint principium, propter cibos e reptili venientes, quia cibi requirunt diſpoſitionem, & non recipiunt immunditiem, niſi ope aquæ; potus vero facti ſunt ad immunditiem recipiendam, & proinde non requirunt diſpoſitionem ad immunditiem, & immunditiesi eorum magis perſpicua eſt.

וכלים *Et vaſa*, quæ polluta ſunt potibus, nam ex Lege, licet potus polluti ſint, non polluunt vaſa, quia homo & vaſa non recipiunt immunditiem, niſi a patre immunditiei. Sapientes vero decreverunt, quod liquores propter manus polluti, quæ ſecundum habent immunditiei gradum, polluant vaſa, propter liquores ſeminiflui, & ſeminifluæ, ut ſputum eorum, & urina eorum, quæ ſunt immunditiei pater, & polluunt vaſa ex Lege.

continentem, de ipſo decreverunt quod is oblationem primam polluat, ſi tetigerit ipſam, quia nos ſolliciti ſumus ne is comedat cibum primum & ſecundum immunditiei gradum continentem, & deinceps bibat liquores oblationis primæ, atque iſti liquores polluantur cibo immundo qui eſt in ore ipſius; & oblatio prima immunda fiat apta ad combuſtionem, proinde doctores decreverunt ne quis biberet potus immundos, ne ii conflarentur cum cibo oblationis primæ in ore ipſius exiſtente, unde oblatio prima pollui poſſet, ſicuti e magnis fundamentis huic libro præmiſſis expoſuimus. Cæterum de eo qui caput & maximam corporis partem introduxerit in aquas hauſtas, decreverunt quod is ſit immundus & reprobet oblationem primam, quia die loti erant dum ſe aquis ſpeluncæ intingebant, quæ aquæ erant fœtidæ, hic vero non reprobat lavacrum. Poſtea vero ſe lavabant in aquis hauſtis puritatis ergo, & ut res vere conſtaret, & homines cogitarent quod aquæ hauſtæ in quibus ſe in fine lavabant, eſſent fundamentum lotionis, quia purificabant, & nihili æſtimabant aquas lavacri propter inquinationem earum, ſed lotio non fiet titulo ſuo, propterea Sapientes decreverunt de eo qui caput ſuum vel maximam corporis partem aquis hauſtis immerſerit poſt lotionem, quod is maneat in immunditie ſua, & reprobet, donec intenderit lotionem in aquis lavacri, & ſciverit quod ii purificent, atque ad hunc ſenſum confirmandum, doctores diſputant inter ſe, dicuntque quod vel ipſe vir mundus in quo nulla eſt immunditiesi, quique non opus habet lotione, ſi in caput & maximam corporis ſui partem inciderint tres Logi aquæ hauſtæ, reprobet oblationem primam, ſicuti is qui die lotus eſt, ob rationem jam memoratam, nempe, ne ſe lavet quis in aquis hauſtis poſt lotionem, & eodem tempore quoque oblationem primam ponat ad latus librorum Legis, dicatque, hoc & illud ſanctum eſt, ſed mures veniunt qui oblationem primam comedant, & libros ſacros perdant, propterea de omnibus libris ſacris decreverunt, *quod ii polluant oblationem primam, ſi tetigerint ipſam, & de manibus decreverunt*, quod eæ polluant oblationem primam, quiſquis vero tetigerit oblationem primam ſuis manibus, is reprobavit eam, etſi neſciverit, quod in ipſis erat immunditiesi, niſi donec manus ſuas in nomine oblationis primæ laverit; hæc obſerves volo; ratio autem eſt, quia manus operoſæ ſunt, & forſan pollutæ ſunt ipſo inſciente. Cæterum nos jam expoſuimus in principio hujuſce libri quod potus immundi ſemper ſint principium immunditiei licet polluti ſint gradu ſecundo, cibi enim quando polluti ſunt potibus immundis denuo accipiunt gradum ſecundum, omnis vero gradus ſecundus reprobat oblationem primam, ſicuti expoſuimus, & hac in parte nihil decretum eſt; cæterum hic ſenſus eſt, quando dicit, cibi polluti ſunt potibus, & potus polluti ſunt propter manus, decretum eſt, quod etiamſi hi potus affecti ſint immunditie levi, quia non polluti ſunt propter reptile, id eſt quod non innixi ſunt patri immunditiei, ſicuti ibidem expoſuimus, nihilominus tamen polluunt cibos, & eos conſtituant in ſecundum immunditiei gradum duntaxat, ſed non profana. Pariter decreverunt de potibus a manibus provenientibus, propter potus e reptili provenientes, & præterea dixerunt, quod potus vaſa polluta ſint potus qui propter reptile polluti ſunt, vel ob alios patres immunditiei; ſed ex Lege liquores non polluunt vaſa, ſicuti expoſuimus in principio, at Sapientes decreverunt quod ii polluant vaſa, & quod iſta vaſa ſint ſecundus immunditiei gradus, quo oblatio prima reproba redditur, atque decretum eſt propter potum qui pater immunditiei eſt, & vaſa polluit ex Lege, ſicuti dicitur Levit. 15, 8. *Et ſi conſpuerit ſeminifluus in immundum*, hinc in traditis dixerunt, quicquid in manu mundi eſt, id immundum eſt tibi, ſive vaſa, ſive cibi, ſive potus ſint, proinde decreverunt de potibus immundis quod vaſa polluta ſint liquore ſeminiflui, qui eſt pater immunditiei, ſicuti ab initio expoſuimus.

Finis codicis de Gonorrhœa.

מסכת

מסכת טבול יום

פרק א המכנס חלות על מנת להפריש ונשכו בית שמאי אומרים חבור בטבול יום ובית הלל אומרים אינו חבור מקרצות נושכות זו בזו וככרות נושכות זו בזו האופה חמיטה על גבי חמיטה עד שלא קרמו בתנור וקולית של מים המחולחלת ורתיחת גריסין של פול ראשונה ורתיחת יין חדש רבי יהודה אומר אף של אורז בית שמאי אומרים חבור בטבול יום בית הלל אומרים אינו חבור ומודים בשאר כל הטומאות בין קלות בין חמורות :

Tractatus de Lotione Diurna.

CAput 1. Si quis collegerit placentas ut ſegreget eas a ſe invicem, & eæ adhæſerint invicem, Schola Schammai dicit, conjunctio eſt in loto diurno, Schola Hillelis dicit, non eſt conjunctio. Segmenta invicem adhærentia, ita etiam panes, ſi quis coxerit unum laganum ſupra alterum antequam in fornace incruſtata fuerint, & ſpuma aquarum inquinatarum, & efferveſcentia fabarum contritarum prima, atque vini novi, R. Jehuda dicit, etiam oryzæ. Schola Schammai dicit, conjunctio eſt pro loto diurno, Schola Hillelis dicit, non eſt conjunctio; in reliquis vero impuritatibus conveniunt, ſive eæ ſint leves, ſive graves.

R. OB. DE BARTENORA.

המכנס חלות *Si quis collegerit placentas*, ſolent enim de maſſa ſeparare ſegmenta, & unum imponere alteri, hinc ſi cohæſerint, is ab initio intendit ea ſeparare. ונשכו *& momorderint*, id eſt, ſi uſque adeo adhæſerint ut inter divellendum unum momorderit alterum, id eſt, unum ab altero decerpſerit. *Schola Schammai dicit, conjunctio eſt*, ratione loti diurni, & ſi lotus diurnus tetigerit unum ex iis, tum omnia ſunt polluta, ac ſi omnia unum corpus conficerent, quia lotus diurnus reprobat oblationem primam, & placenta habet jus oblationis primæ.

בית הלל אומרים אינו חבור *Schola Hillelis dicit, non efficitur conjunctio*, quia illius intentio eſt ut ſeparet illa, quod vero tetigerit lotus diurnus, id reprobum eſt, ſed reliqua ſunt munda. מקרצות ſunt ſegmenta maſſæ farinaceæ, quæ abſciſſa ſunt magnis maſſis, videſis Jeſ. 46, 20. Quæ vero hic recenſet auctor, de iis diſputat Schola Schammai & Schola Hillelis, quæ extant in fine; quod vero auctor non enumeraverit placentas inter hæc, id ideo factum eſt, quia placentæ ſecundum Scholam Hillelis non ſint conjunctio, non ratione loti diurni, nec reliquarum impuritatum; ſed ratione loti diurni duntaxat diſſentiunt, verum in reliquis impuritatibus conveniunt, ſicuti auctor in fine tradit. חמיטא notat placentam tenuem.

עד שלא קרמו בתנור *Antequam incruſtata fuerint in fornace*, nam cum illa adhærerent invicem dum erant in maſſa, hinc eorum forma corrumperetur, ſi illa poneret invicem adhærentia, proinde certum eſt quod illa divellere intenderit. וקולית של מים *& ſpuma aquarum*, etenim illa aquæ efferveſcentia vocatur קולית hanc ſi tetigerit lotus diurnus, tum ſecundum Scholam Schammai nulla eſt conjunctio, & aquæ non reprobæ redduntur. מחולחלת *inquinatarum*, quando efferveſcentia inferius concava eſt, & non tangit aquas, ſed extremitates illius duntaxat. הראשונה *prima*, prima nempe fabarum contritarum efferveſcentia, non adhæret fabis contritis. *R. Jehuda dicit, etiam oryzæ*, nam de oryzæ efferveſcentia Schola Hillelis atque Schammai diſſentiunt an conjunctio ſit pro loto diurno, ſi vero tetigerit efferveſcentiam, ſe res habet ac ſi tetigiſſet oryzam. Conſentit vero Schola Hillelis quod in reliquis impuritatibus obtineat conjunctio. *Sive eæ ſint leves, ſive graves*, levis immundities continet primum immunditiei gradum, gravis vero eſt pater immunditiei; ſed de loto diurno duntaxat diſſentiunt, quia is jam aſcendit ab immunditie ſua, ita ut ei nihil deficiat quam ſolis occaſus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties expoſuimus quod lotus diurnus reprobet oblationem primam, ſive ſit cibus oblationis primæ, ſive potus oblationis primæ. Cæterum nos jam expoſuimus in codice de Puritatibus, quod placenta & oblatio prima uni juri expoſitæ ſint ratione immunditiei, quod recte intelligas volo; porro dicit auctor, ſi quis placentas collegerit quarum unam extremitatem junxit alteri, atque intenderit eas poſtea divellere, ſed ſi cum intentione collegerit placentam illam, & lagana inter ſe cohæſerint, atque nonnemo lotus diurnus tetigerit unum ex iis, dicit Schola Schammai quod is polluat omnia; pari jure gaudet ſegmentum maſſæ farinaceæ מקרצות dictum, atque panes & placentæ tenues חמישות dictæ; quod מקרצות notet ſegmenta maſſæ farinaceæ, quæ panibus ſunt ſimilia, id jam expoſitum eſt, quæque aliquando in navibus coquere ſolent. חמיטה notat laganum quod nondum incruſtatum eſt; at ſi unum laganum alteri adhæreat in maſſa, id abſque dubio ſine ſcopo operantis factum eſt, quia perdit figuram ſuam, & panis formam. Per vocem קולית deſignatur cranium capitis; ſed præterea quoque denotat ſpumationem notat quando ventus inflat aquas, & aër ingreditur cranium; ſenſus vero illius quod dicit קולית המים המחולחלת eſt, quod cranium intus ſit vacuum, ſed extremitates illius cum pane oblationis primæ conjunctæ ſint. Sic etiam de prima efferveſcentia fabarum contuſarum, & efferveſcentia vini, quod brevi tempore calcari debet, Schola Schammai ſtatuit quod hæ res omnes conjunctionem efficiant ratione loti diurni; poſtea vero dixit, ſi lotus diurnus tetigerit ſpumam aquæ, tum iſta ſpuma reprobavit vinum, vel panem. Pariter ſi aliquod ſegmentum, vel laganum tetigerit, vel panem, tum omnia reprobat lotus diurnus. Schola Hillelis dicit, quod reprobaverit tantum illud quod tetigerit, & quod hæc vaſa non ſint conjunctio. Omnes vero conveniunt, quod hæc omnia efficiant conjunctionem in reliquis impuritatibus, ſive levibus, ſive gravibus; ſed de loto diurno diſſentiunt, quia is jam mundus eſt ita ut ei non deficiat niſi occaſus ſolis.

ב המכנס חלות על מנת שלא להפריש האופה חמיטה על גבי חמיטה משקרמו בתנור וקולית של מים שאינה מחולחלת ורתיחת גריסין של פול שנייה ורתיחת יין ישן ושל שמן לעולם ושל עדשים רבי יהודה אומר אף (ס"א) של טופח טמאים בטבול יום ואין צריך לומר בכל הטומאות :

2. Si quis placentas collegerit ut ne ſeparet eas, vel unum laganum ſupra alterum coxerit, ex quo incruſtata ſunt in fornace, vel ſpumam aquæ non inquinatæ, vel ſecundam fabarum contritarum efferveſcentiam, vel vini veteris efferveſcentiam, & olei ſemper, atque lentium, R. Jehuda dicit, etiam potus humectantis, immunda ſunt loto diurno, ſed non requiritur ut hoc dicatur de omnibus immunditiebus.

R. OB. DE BARTENORA.

המכנס חלות *Si quis collegerit placentas*, unam ſupra alteram ponendo, ea conditione ut poſtea eas non divellat. Ex quo cruſta obducta fuerit in fornace, nam cum forma ipſarum non depravata ſit, proinde relinquuntur lagana iſta ſive placentæ, ſicuti fuerunt antea, & porro non divelluntur unquam. ושל שמן לעולם & *olei ſemper*, ſive oleum vetus, ſive novum ſit. טופח eſt ſpecies leguminis, Maimonides dicit id Arabice dici קרטמן : ſed deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. *Immunda ſunt loto diurno*, propter id quod auctor in fine tradit, ſed non eſt neceſſe ut de omnibus rebus dicat, quod immunda ſint ratione loti diurni, licet immunditiés non habeat locum apud lotum diurnum, quia non polluit, ſed reprobat oblationem primam duntaxat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על מנת שלא להפריש *Ea conditione ne ſeparet*, pariter ſe res habet ſi lagana collegerit poſtquam cruſtam obduxerint, quia notum eſt quod is intendit ea conjungere. Porro dicit, *efferveſcentia olei ſemper*, ſive novum ſive vetus ſit, quia illius exigua eſt efferveſcentia. Quid ſit טופח id jam expoſuimus, & Arabice קרטמן vocatur, eſtque ſpecies hordei, cujus artificium notum eſt apud medicos. Porro dicit, quod hæ res omnes contineant conjunctionem ratione loti diurni, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, *immundæ ſunt ratione loti diurni*, quia lotus diurnus nullam rem polluit, ſicuti ab initio hujuſce libri expoſuimus, ſed eas duntaxat reprobas reddit; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ג מסמר שאחר הככר וגרגר מלח קטן וחרחור פחות מכאצבע רבי יוסי אומר כל שהוא נאכל עליו טמאים בטבול יום ואין צריך לומר בכל הטומאות :

3. Si clavus e pane promineat, & granum ſalis exiguum ſit & pars aduſta quæ minor eſt digito, R. *Joſe* dicit, quicquid comeditur ſuper ipſo, id pollutum eſt loto diurno, & hoc non eſt dicendum in omnibus impuritatibus.

R. OB. DE BARTENORA.

מסמר שאחר הככר *Clavus a pane prominens*, per מסמר intelligas aliquam maſſæ farinaceæ partem e pane prominentem in forma clavi; nonnulli hoc facere ſolent in ſignum. *Granum ſalis exigui*, quod pani adhæſit, & cum ipſo coctum eſt. חרחור eſt pars aduſta circum panem, quæ non habet craſſitiem digiti, ſicuti dicitur Jer. 6, 29. נחר מפוח מאש *exareſcit follis igne.* R. Jehuda dicit, quicquid aduſtum eſt, id comeditur cum pane, & conjunctio perficitur, & ſi lotus diurnus tetigerit id quod aduſtum eſt, ſe res habet ac ſi tetigiſſet panem, ſi non comedatur, non fit conjunctio; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent circa quædam lagana conficere aliquid maſſæ farinaceæ ſuper panis ſuperficie, quod מסמר vocatur. חרחור notat partem aduſtam; porro dicit auctor quod ſi hæ res non habeant copiam digiti, tum quaſi conglutinatio quædam ſive conjunctio ſit pro loto diurno ſi is tetigerit iſtud granum ſalis, & quod pars aduſta reprobet panem. Dixit autem R. Joſe, quod ſolliciti eſſe debeamus de longitudine extremitatum, & non de brevitate earum; quicquid autem comedi poteſt cum iſto pane, id conjunctio eſt pro loto diurno; *deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.*

ד הצרור שבככר וגרגר מלח גדול והתורמוס והחרחור יתר מכאצבע רבי יוסי אומר כל שאינו נאכל עמו טהורים באב הטומאה ואין צריך לומר בטבול יום :

4. Si lapillus exiſtat in pane, & granum ſalis magnum, lupinum, & pars adulta major digito; R. Joſe dicit, quicquid non comeditur cum ipſo, id mundum eſt a patre immunditiei, at non neceſſe eſt ut hoc dicatur de loto diurno.

R. OB. DE BARTENORA.

צרור שבככר *Lapillus in pane*, etenim pani indere ſolent lapillum, ne is cum alio commiſceatur; aliquando autem granum ſalis magnum ei imponunt, vel lupini granum, quæ omnia in pane non conſtituunt aliquam conjunctionem; & ſi pater immunditiei unam ex iſtis rebus tetigerit, ſe res non habet ac ſi ipſum panem tetigiſſet, & eo magis lotus diurnus ſi tetigerit panem oblationis primæ, ipſa non fit reproba. והחרחור יותר מכאצבע & *pars aduſta quæ major eſt digito*, pariter ſe res habet ſi de pane plus combuſtum ſit quam craſſities digiti, & immundus quiſpiam vel lotus diurnus tetigerit id quod aduſtum eſt, tum nulla eſt conjunctio pro pane. *R. Joſe dicit, quicquid non comeditur cum ipſo*, id non eſt conjunctio, neque nos id cenſemus pro craſſitie digiti ſecundum doctorem primum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Patresfamilias panes ſuos quibuſdam ſignis notare ſolent, ne in fornace commiſceantur cum aliis, proinde eos ſignant granis fabarum & lupini, atque parte aduſta teſtæ, ſimilique materia, de quibus omnibus dicit auctor quod munda ſint, etiam reſpectu patris immunditiei ſi pater immunditiei tetigerit hanc teſtam, vel lupini grana, atque id genus alia, tum non polluitur panis. R. Joſe deſerit ſententiam ſuam, & priorem demonſtrationem invertit, dicitque, quicquid non comeditur pane, at vero ſi ſeparaverit illa a pane, & tum comederit, tum nulla eſt conjunctio, ne quidem ratione patris immunditiei; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ה השעורה והכוסמת בזמן שאינן קלופין התיאה והחלתית והאלום רבי יהודה אומר אף אפונים שחורים טהורים באב הטומאה ואין צריך לומר בטבול יום דברי רבי מאיר וחכמים אומרים טהורין בטבול יום וטמאים בכל הטומאות השעורה והכוסמת בזמן שהן קלופים והחטה בין שהיא קלופה בין שאינה קלופה הקצח והשמשום והפלפל רבי יהודה אומר

אף

5. Hordeum & ſpelta nondum cortice obducta, radix laſerpitii, laſerpitium, & ſpecies ipſius, R. Jehuda dicit, & cicera nigra ſunt munda a patre immunditiei, at non neceſſe eſt ut hoc dicatur de loto diurno, ita R. Meir. Sapientes dicunt, munda ſunt a loto diurno, ſed immunda in omnibus immunditiebus, hordeum vero & ſpelta quando cortice obducta ſunt, & triticum cortice obductum, & eo non obductum, nigella, ſeſama, & piper, R. Jehuda dicit, etiam cicera nigra ſunt immunda

loto

אף אפונים לבנים טמאים בטבול יום ואין צריך לומר בכל הטומאות :

loto diurno, ſed non neceſſe eſt ut id dicatur de omnibus immunditiebus.

R. OB. DE BARTENORA.

השעורה והכוסמת *Hordeum & ſpelta*, quando nondum cortice obducta ſunt, tum non cenſentur eſſe cibus humanus, quia homines illa non comedunt cum putaminibus ſuis, quicquid vero non eſt cibus humanus, id non recipit immunditiem. תירה eſt radix laſerpitii חלתית dicti, quod Arabice eodem nomine appellatur, & barbare Sephitida. אלום quoque notat radices laſerpitii, ſed hæ res omnes non habentur pro cibo humano, & commiſcentur aliquando cum cibo.

אף אפונים שחורים *Etiam cicera nigra*, quibus in medicina tantum utuntur, & non in cibum humanum. *Munda ſunt ratione loti diurni*, quia lotus diurnus jam purificatus eſt ab immunditie ſua, ita ut ei nihil deficiat amplius niſi occaſus ſolis, proinde is oblationem primam tantum reprobam reddit; ſed in reliquis impuritatibus pro cibis habentur, & immunditiem recipiunt ut reliqui cibi; deciſio eſt ſecundum Sapientes. הקצח eſt ſpecies nigri ſeminis, barbare Nailo. שמשום *Seſamum*, ita quoque Arabice vocatur, & illius magna eſt abundantia in terra Iſraëlitica, & ex hoc ſeſamo conficere ſolent oleum aliquod ſeſaminum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſuimus in codice de Puritatibus quod nulla e terra naſcentia polluantur, niſi ea quæ homini in cibum cedunt, & ſi hordeum & ſpelta nondum corticem acceperint, tum non ſunt cibus humanus, neque in cibum conducunt, proinde non polluunt, ne quidem patre immunditiei. חלתית Arabice dicitur אלחתית: cæterum תיאה eſt radix ejuſdem. אלום vero Arabice אנגרא dicitur, eſtque etiam ſpecies radicis חלתית *laſerpitii*, ſed non eſt cibus; verum id ipſum aliquantulum cum cibo conflare ſolent, ſicuti ſal אלבורק dictum conflare ſolent. R. Jehuda dicit, quod cicera nigra non ſint cibus humanus, ſed medicina; atque hæc omnia ſunt verba R. Meiri. Sapientes vero dicunt quod hæc omnia quæ memorata ſunt, non reproba fiant loto diurno, ſi illa tetigerint reliquæ impuritates, quando diſpoſita ſunt ſecundum conditiones notas. קצח *nigella*, Arabice dicitur שונז, hæc herba in Ægypto notiſſima erat in ſimilitudine nigredinis. שומשום *ſeſamum* Arabice dicitur כמסם & notiſſimum eſt in Arabia ſub voce גלגלין: deciſio non eſt ſecundum R. Meir, nec ſecundum R. Jehudam.

פרק ב משקה טבול יום כמשקין שהוא נוגע בהן אלו ואלו אינם מטמאים ושאר כל הטמאים בין קלין בין חמורין המשקים היוצאים מהן כמשקין שהוא נוגע בהן אלו ואלו תחלה חוץ מן המשקה שהוא אב הטומאה :

Caput 2. Potus loti diurni ſimilis eſt potibus quos ille tetigit, neuter vero polluit; ſed reliqui omnes immundi, ſive leves ſive graves ſint, potus ex ipſis exeuntes ſimiles ſunt potibus quos ille tetigit, uterque vero principium eſt, excepto potu qui eſt pater immunditiei.

R. OB. DE BARTENORA.

משקה טבול יום *Liquor loti diurni*, ut ſputum, urina ipſius, lachrymæ oculorum, ſanguis plagæ ipſius, & lac mulieris. *Ut liquores quos ille tetigerit*, ut oblationis primæ liquor quem tetigerit, nam lotus diurnus reprobat oblationem. *Hi atque illi*, intellige potus e corpore ipſius provenientes, & potus oblationis primæ, quos tetigerit lotus diurnus, hi non polluunt res ſacras, ſed eas reprobas reddunt. Sive leves ſint, ſive graves, reptile eſt leve, gravis vero eſt ſeminifluus. *Principium*, id eſt primus immunditiei gradus, qui denuo facit ſecundum, & ſecundus denuo tertium gradum. *Excepto potu qui eſt pater immunditiei*, ut profluvium ſeminiflui, ejuſdemque fontes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ controverſiam nos jam clare & ſimpliciſſime expoſuimus ab initio hujuſce libri, quæ hic denuo repetere non erit neceſſarium.

ב קדרה שהיא מלאה משקים ונגע בה טבול יום אם היה משקה תרומה המשקין פסולין והקדירה טהורה ואם היה משקה חולין הכל טהור ואם היו ידיו מסואבות הכל טמא זה חומר בידים מבטבול יום וחומר בטבול יום מבידים שספק טבול יום פוסל את התרומה והידים ספקן טהור :

2. Olla ſi plena ſit potu, & eam tetigerit lotus diurnus, & is ſit potus oblationis primæ, tum potus ſunt reprobi, olla autem munda, at ſi potus ſit profanus, tum omnia ſunt munda; ſi vero manus ipſius inquinatæ ſint, tum omnia immunda ſunt, hæc enim graviora ſunt in manibus quam in loto diurno, & contra, quia dubium loti diurni reprobam reddit oblationem primam, manuum vero dubium eſt mundum.

R. OB. DE BARTENORA.

המשקים פסולים *Potus ſunt reprobi*, quia lotus diurnus reprobam reddit oblationem primam tantum, qui vero polluti ſunt, ii ne quidem potus polluunt, quiſquis enim oblationem primam reddit reprobam, is potus polluit ita ut principium immunditiei fiant, excepto loto diurno, proinde olla eſt munda, quia potus qui tetigerunt diurnum lotum, licet cibi ſint, non polluunt, quanto magis vas. *Si potus ſint profani, omnia ſunt munda*, quia lotus diurnus eſt mundus pro profanis & decimis. *Si manus ſint inquinatæ, tum omnia ſunt immunda*, quia manus polluunt oblationem primam, & quando polluti ſunt potus propter manus, tum ii accipiunt principium immunditiei, & vaſa denuo polluunt. *Quia dubium loti diurni reprobam reddit oblationem primam*, ut, ſi duo ſint panes coram aliquo homine, is vero dubitaverit an tetigerit necne, ſimilive modo, tum ejuſmodi dubium

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties dictum eſt quod oblatio prima reproba reddatur a loto diurno duntaxat, ſive ſint cibi, ſive potus oblationis primæ, & quia hi potus ſunt reprobi tantum, propterea cibi non polluunt, & quanto magis vaſa, ſicuti ab initio oſtendimus, propterea olla eſt munda. Præterea tibi exponetur quod manus inquinatæ ſecundum habeant immunditiei gradum, & ſecundo capite codicis de Puritatibus jam expoſitum eſt, quod ſecundus immunditiei gradus, ſi is tetigerit potus profanos, eos polluerit ita ut fiant potus immundi, & propterea polluunt hæ manus potus profanos, ſicuti ab initio expoſuimus, & hic eſt ſenſus verborum, *omnia ſunt immunda*, ſive nempe ſint potus oblationis primæ, ſive ſint potus profani. Jus vero loti diurni hoc ſenſu gravius eſt jure manuum inquinatarum; & capite quarto codicis de Puritatibus jam dictum eſt quod dubium de immunditie

bium eſt ratione manuum, ſed ratione loti diurni reprobi facti ſunt panes.

ditie manuum contineatur ſub dubiis quæ a Sapientibus munda pronunciata ſunt.

ג המקפה של תרומה והשום והשמן של חולין שנגע טבול יום במקצתן פסל את כלם המקפה של חולים והשום והשמן של תרומה שנגע טבול יום במקצתן לא פסל אלא מקום מגעו ואם היה השום מרובה הולכין אחר הרוב אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהן גוש בקערה אבל אם היה מפוזר במרוכה טהור מפני שהוא רוצה בפיזורו ושאר כל הנידוכין שדכן במשקין אבל (נ"א או) את שדרכן לדוך במשקים ודכן שלא במשקים והן גוש בקערה הרי אלו כעיגול של דבלה:

3. Si juſculum ſit oblationis primæ, allium vero & oleum rei profanæ, quorum extremitatem tetigit lotus diurnus, reprobavit omnia. Si juſculum ſit rei profanæ, allium vero & oleum oblationis primæ, quorum extremitatem lotus diurnus tetigit, locum contactus tantum reprobavit; at ſi allium ſit copioſius, tum majorem copiam ſequuntur. Dixit R. Jehuda, quando? quando ſunt maſſa in ſcutella, at ſi in mortario diſperſa ſint, tum munda ſunt, quia proprietario grata eſt diſperſio; ſic etiam reliqua contuſa quæ in potibus contuderit; at ſi ea quæ in potibus contundi ſolent, non contuderit in potibus, & maſſa eorum in ſcutella poſita fuerit, tum illa ſunt inſtar orbiculi palathæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מקפה Notat juſculum contractum & denſum, ut triticum & fabæ contuſæ, quibus allium & oleum imponitur ut fiat inde juſculum. *Si lotus diurnus tetigerit partem eorum*, tum omnia reproba reddidit, quia juſculum eſt pars principalis, & lotus diurnus polluit oblationem primam, licet allium profanum tantum tetigerit, tamen conjunctio eſt.

ואם היה השום מרובה *Et ſi allium ſit abundantius*, ſi id copioſius ſit juſculo profano, tum ſequuntur maximam partem, proinde omnia obnoxia ſunt juri, & ſi lotus diurnus tetigerit aliquam partem, tum omnia reprobavit. אימתי *quando?* ac ſi dixiſſet, ſi allium ſit abundantius, & lotus diurnus tetigerit partem ipſius, tum omnia polluit, quando allium in ſcutella collectum eſt, quia unicum eſt corpus inſtar maſſæ pulvereæ.

אבל אם היה מפוזר במרוכה *At ſi diſperſum ſit in mortario*, ſi illius partes a ſe invicem diſperſæ ſint in mortario, & lotus diurnus tetigerit ipſum, tum mundum eſt, locus nempe quem tetigit, duntaxat reprobus factus eſt, etenim quia is intendit ſeparare partes eo tempore quo contundebantur, non obtinet conjunctio.

ושאר כל הנדוכין שדכן במשקין *Et reliqua omnia contuſa quæ contudit in liquidis*, ſicuti cum tritico facere ſolent, quando id contundunt in mortario, affundendo ei aquam, vel ejuſmodi res quæ in liquoribus contundi ſolent, hæ ſi non contuſæ ſint in liquoribus, ſed ſcutellæ in maſſa aliqua impoſitæ, ſimiles ſunt orbiculi palathæ, nam ſi lotus diurnus tetigerit aliquam partem ipſarum, non omnia reproba ſunt, ita inveni in explicationibus magiſtrorum meorum. Maimonides vero exponit quod reliqua omnia quæ contuſa ſunt in liquidis, obnoxia ſint juri allii, cujus partem ſi tetigit lotus diurnus dum id contunditur in mortario, tum locus tactus tantum reprobus factus eſt, quia proprietario placet diſperſio; at ſi lotus diurnus tetigerit ipſum, quando ipſius maſſa ſcutellæ impoſita erat, tum conjunctio obtinet, & omnia reddidit reproba poſtquam tetigerit aliquam partem. *Quæ vero in liquidis fabarum contuſarum contundi ſolent*, ſecundum Maimonidem, ſi contuſa ſint abſque liquidis, licet ipſa maſſa impoſita ſit ſcutellæ, illa ſimilia ſunt orbiculis palathæ, dicimus enim, ſi quis tetigerit partem aliquam, quod non omnia polluta ſunt, capite ſecundo codicis de Oblationibus primis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקפה In genere notat juſculum in quo continentur res coctæ, ſolent enim allium contundere in oleo, ut juſculum eo melius fiat; porro dicit quod ſi hoc juſculum ſit oblatio prima, & allium contuſum ſit in oleo profano, omnia conjuncta ſint, & poſtquam tetigerit, licet id ab oleo diſtinctum ſit, tum oleum reprobat juſculum. Si vero omne juſculum ſit profanum, allium vero in oleo contuſum ſit oblatio prima, & lotus diurnus tetigerit aliquid de allio, tum locus quem tetigit, duntaxat reprobus eſt; & ſi allium in copia ſuperaverit juſculum, tum omnes res obnoxiæ ſunt juri oblationis primæ, & poſtquam lotus diurnus tetigerit aliquam partem, reprobavit omnia. Cæterum id quod R. Jehuda dixit, ad præcedentia pertinet, etenim quod diximus, ſi allium abundantius ſit juſculo, & lotus diurnus tetigerit illius aliquam partem, omnia reprobavit, id duntaxat intelligendum eſt, ſi id in ſcutella collectum ſit poſtquam contuſum eſt, & unum inde corpus confectum eſt. Verum ſi dum allium in mortario contunditur, lotus diurnus tetigerit illius partem, tum locum quem tetigit, duntaxat polluit, quia inter contundendum intendit partes ſeparare, illic non exiſtente aliqua conjunctione, propterea deinceps dicit, quicquid contundi ſolet in humidis, id colligi poteſt, ſicuti dictum eſt de contuſione allii, vel olei & aliarum rerum dum contunduntur, quod non ſit conjunctio; ſed poſt contuſionem eorum quando potibus collecta ſunt, & maſſa eorum ſcutellæ impoſita eſt, tum conjunctio eſt ratione loti diurni. At vero ſi illa res contundi ſoleat in potibus, & contuderint ac confricaverint ipſam, at non collegerint ipſam in potibus, ſed collegerint ipſam ſicuti erat, atque ſcutellæ impoſuerint, tum non eſt conjunctio, licet maſſa ipſius in ſcutella ſit, quia illa tum eſt veluti orbiculus palathæ, qui non totus pollutus eſt poſtquam pars illius polluta eſt, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de oblationibus primis. R. Jehudæ ſententia recta eſt, & ſecundum ipſam faciendum eſt.

ד המקפה והחמיטה של חולין והשמן של תרומה צף על גביהן ונגע טבול יום בשמן לא פסל אלא השמן ואם חיבץ כל מקום שהילך השמן פסל:

4. Juſculum & laganum profanum, & oleum oblationis primæ ſuper iis ſi ſtillet, tum ſi lotus diurnus tetigerit oleum, oleum duntaxat reprobum factum eſt, at ſi miſcuerit, omnis locus quo iverit oleum, tum reprobus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

המקפה והחמיטה *Juſculum & laganum*, ſolebant enim ponere tenuem placentam in juſculo. חבץ notat juſculum miſcere cum lagano ope olei, nihilominus tamen oleum cognoſci

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod חמיטה notet laganum, ita enim vocant farinam oleo ſubactam. חביץ notat ollam; ſenſus vero illius quod auctor dicit ואם חיבץ *ac ſi miſcuerit*, eſt, ſi

gnoſci poterat. Quod autem reprobum reddat lotus diurnus omnem locum ad quem pervenit oleum, ejus ratio eſt, quia a juſculo ſegregari nequeunt, neque a lagano.

ſi fecerit mixturam, ſi nempe lagana iſta oleo impoſuerit, vel oleum iſtud miſcuerit cum juſculo, donec unica ſit mixtura de omnibus, tum enim reprobum eſt quicquid oleum oblationis primæ habet commixtum.

ה בשר הקדש שקרם עליו הקיפה נגע טבול יום בקיפה חתיכות מותרות נגע בחתיכה חתיכה וכל העולים עמה חבור זה לזה (ש"ס) רבי יוחנן בן נורי אומר שניהם חבור זה לזה וכן בקטניות שקרמו על גבי פרוסות מעשה קדרה בקטניות (נ"א והקטנית) בזמן שהן פרודים אינן חבור בזמן שהן גוש חבור אם היו גושים הרבה הרי אלו ימנו שמן שהוא צף על גבי היין ונגע טבול יום בשמן לא פסל אלא השמן רבי יוחנן בן נורי אומר שניהם חבור זה לזה (ש"ס):

5. Si juſculum carnem ſacram cruſta obduxerit, & lotus diurnus tetigerit juſculum, tum fruſta ſunt licita; ſi tetigerit fruſtum, tum fruſtum iſtud & quod ei adhæret, id eſt conjunctio inter ſe. R. Jochanan filius Nuri dicit, ambo ſunt conjunctio inter ſe, eodemque modo legumina quæ cortice obducta ſunt ſuper fragmentis; opus ollæ in leguminibus ſi ſeparata ſint, non eſt conjunctio, at ſi unam maſſam conficiant, tum conjunctio eſt; ſi multæ ſint maſſæ, tum numerari debent. Si oleum fluxerit ſuper vino, & lotus diurnus tetigerit oleum, tum reprobavit tantum oleum. R. Joſe filius Nuri dicit, ambo ſunt conjunctio inter ſe.

R. OB. DE BARTENORA.

בשר הקדש קרם עליו הקיפה *Caro ſancta in juſculo incruſtata*, ſi juſculum & pinguedines carnis circum ipſam coagulata ſunt, ita ut ex omnibus quaſi una cruſta facta ſit. *Segmenta licita ſunt*, quia cruſta non eſt conjunctio. *Et quod aſcendit cum ipſo*, conjunctio nempe eſt, reliqua vero munda ſunt. *Ambo ſunt conjunctio*, ſive lotus diurnus tetigerit juſculum ſive ſegmenta carnis, omnia reddidit reproba; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri. על גבי פרוסות *ſuper fragmentis*, ſuper panis fragmentis, quæ leguminibus impoſita ſunt. מעשה קדרה בקטניות *opus ollæ in leguminibus*, intellige legumina in olla cocta, quæ diffindi ſolent, quæque maſſam aliquam conficiunt quando cocta ſunt; nonnulla exemplaria legunt, *opus ollæ, & legumina.* הרי אלו ימנו *ecce hæ numerari debent*, ſi reptile aliquam maſſam tetigerit, tum illa eſt ſecundus gradus immunditiei, maſſa vero alia huic proxima eſt ſecundus gradus, & quæ huic proxima eſt, ea eſt tertius gradus in oblatione prima. *Ambo ſunt conjunctio inter ſe*, hinc ſi lotus diurnus tetigerit alterutrum, tum ambo reproba facta ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרם עליו הקיפה *Si juſculum eam cruſta obduxerit*, ſi e condimentis veluti aliqua cruſta affecta ſit caro ſancta, dicit R. Jochanan filius Nuri, quod hæc cruſta cum ſegmentis carnis ſit conjunctio, proinde ſi lotus diurnus tetigerit juſculum, reprobam reddidit carnem; etenim in principio hujuſce codicis jam expoſuimus quod lotus diurnus rem ſacram tantum polluat, ut oblationem primam & legumina, quæ incruſtata ſunt per fruſta decocti leguminis, quæ coagulata ſunt ſuper fruſtulis panis. מעשה קדרה *opus ollæ*, intellige ea quæ plerumque in olla coqui ſolent ut triticum & farina, & ſic etiam quinque reliquæ ſpecies. Senſus vero illius quod dicit, *ſi multæ ſint maſſæ*, eſt, quod numerari debeant an multa corpora ſint, una maſſa ad latus alterius, ita ut quæque maſſa ſit conjuncta, quarum unam ſi tetigerit immundus quiſpiam, tum inde numerant unum, alterum, & tertium immunditiei gradum, ſecundum fundamenta in principio præmiſſa. Si igitur maſſa quam tetigerit immundus, ſit primus gradus, tum ſecundus eſt is qui ei adhæſit, & ſic tertius atque quartus; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri in duabus ſententiis.

ו חבית ששקעה לתוך בור של יין ונגע בה טבול יום מן השפה ולפנים חבור מן השפה ולחוץ אינו חבור רבי יוחנן בן נורי אומר אפילו על גבה רום קומה ונגע כנגד פיה חבור:

6. Dolium ſi demiſſum ſit in puteum vini, & ipſum tetigerit lotus diurnus, tum a margine & interius eſt conjunctio, at non a margine & exterius. R. Jochanan filius Nuri dicit, licet ſuper altitudine ſtaturæ humanæ & e regione oris tetigerit, conjunctio eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חבית ששקעה *Dolium quod profundum petiit*, dolium vini oblationis primæ ſi in puteum deſcenderit, & demiſſum fuerit in vinum quod in puteo eſt, idque fuerit vinum profanum quod natat ſupra os dolii. *Et tetigerit* &c. ſi manum ſuam involverit intra os dolii a margine & interius, tum conjunctio fit, & omne vinum quod in dolio eſt, id reprobum fit, etſi dolium ab initio non impletum eſſet vino oblationis primæ. *A margine & exterius*, ſi manum ſuam in dolium non immiſerit, licet tetigerit vinum putei quod e regione oris dolii eſt, nihilominus tamen non eſt conjunctio. אפילו על גבה רום קומה *licet ſupra in altitudine ſtaturæ humanæ*, ſi vinum quod in puteo eſt, in dolium aſcenderit in altitudine ſtaturæ humanæ, & tetigerit os dolii, tum conjunctio obtinet, deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit doctor primus quod ſi lotus diurnus manum ſuam immiſerit in vinum, quod in dolio eſt, ita ut manus ipſius a margine dolii & interius ingreſſa ſit, omne vinum ſit pollutum in dolio. Si vero tetigerit vinum ſupra os dolii duntaxat, tum vinum quod in puteo eſt, duntaxat reprobum factum eſt, quicquid vero in dolio eſt, id immundum eſt, ac ſi diſtinctum eſſet a vino quod in puteo eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri.

ז חבית שניקבה בין משוליה בין מצדיה ונגע בו טבול יום טמאה רבי יהודה אומר מפיה ומשוליה טמאה מן הצדדים מכאן ומכאן טהורה המערה מכלי

7. Dolium ſive in fundo ſuo, ſive in lateribus ſi diffiſſum ſit, idque tetigerit lotus diurnus, pollutum eſt. R. Jehuda dicit, ab ore & fundo illius immundum eſt, ſed a lateribus ab utraque parte mundum eſt. Si quis evacuaverit ex uno vaſe in alterum, & lotus diurnus tetigerit aquæ fluxum,

מכלי לכלי ונגע טבול יום בקלוח אם יש בו יעלה באחד ומאה :

tum ſi in ipſo ſit copia, aſcendat in uno & centum.

R. OB. DE BARTENORA.

מפיה ומשוליה טמאה *Ab ore illius & a fundo illius immundum eſt*, ab ore ipſius immundum eſt, quia omne vinum inferius factum eſt baſis & conjunctio pro ſuperiori; & a fundo quoque pollutum eſt dolium, quia omne vinum tendit ad foramen, idcirco conjunctio eſt. At ſi vas ab utroque latere perforatum ſit, tum nihil reprobum factum eſt præter id quod tetigit lotus diurnus, & ea pars aſcendit in una & centum partibus; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam. ונגע טבול יום לקלוח *& ſi tetigerit lotus diurnus fluxum aquæ*, tum iſte aquarum fluxus tantum pollutus eſt, quia id quod effuſum eſt, non facit conjunctionem, propterea ſi oblatio prima immunda ſit mixta cum munda, tum una pars de centum & una aſcendit, ſicuti oblatio prima in rebus profanis; & hac in parte Sapientes concedunt quod fluxus non efficiat conjunctionem pro vaſis, ſicut foramen in latere ipſius dolii, licet potus non purificentur ab immunditie ipſorum, quia eos non juvat contactus in lavacro ſicut aquas, ſed ii intercidunt in centum & una parte; attamen ratione tactus loti diurni ii tantum intercidunt, quia lotus diurnus reprobat, & non polluit; ſed reliquis in rebus id quod in fluxu eſt, denuo tactu polluit quicquid eſt in vaſis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si hocce dolium ſit plenum potibus oblationis primæ, idque aliquo in loco perforatum ſit, atque lotus diurnus tetigerit potus foraminis quod obſtruere volebat manu ſua, tum totum dolium reprobum reddidit. R. Jehuda dicit, quod ſi foramen ſit in latere dolii, & lotus diurnus ipſum tetigerit, tum illa pars quam tetigit, tantum reproba facta eſt, & ipſa aſcendit in una & centum partibus, ita in Toſaphta exponitur. קלוח notat fluxum aquarum. Dicit autem doctor primus quod ſi illa pars quam tetigerit diurnus lotus, quamque reprobam reddiderit, ſit una de centum & una partibus ex toto potu, munda ſit mixtura, quia tota maſſa licita eſt, ſicuti a nobis expoſitum eſt capite quinto codicis de Oblationibus primis, ubi dicitur, ſi Satum oblationis primæ immundæ inciderit in centum Sata oblationis primæ mundæ, tum unicum illud Satum præ paucitate ſua coincidit, & reliqua non reddit reproba; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ח בעבוע שבחבית שניקב בין מבפנים בין מבחוץ (נ"א מבפנים ומבחוץ בין מלמעלן בין מלמטן נ"א ל"ג) זה כנגד זה טמא באב הטומאה וטמא באהל המת הפנימי מלמטן והחיצון מלמעלן טמא באב הטומאה וטמא באהל המת הפנימי מלמעלן והחיצון מלמטן טהור באב הטומאה וטמא באהל המת :

8. Si bulla ſit in dolio perforato, ſive interius, ſive exterius, vel interius & exterius, ſive ſuperius ſive inferius, una juxta alteram, tum id pollutum eſt a patre immunditiei, & pollutum eſt in tentorio mortui, ſi interius latus exiſtat inferius, & exterius ſuperius, tum pollutum eſt a patre immunditiei, & pollutum eſt in tentorio mortui; ſi interius latus exiſtat ſuperius, & exterius inferius, tum mundum eſt a patre immunditiei, ſed immundum in tentorio mortui.

R. OB. DE BARTENORA.

בעבוע בחבית *Bulla in dolio*, quando vas teſtaceum conflant in fornace, tum e lateribus ipſius quaſi bullæ quædam exire ſolent, duos enim parietes habent, unum ad latus interius dolii, & alterum ad latus exterius, concavo in medio exiſtente. Aliquando autem in bulla duo foramina eſſe ſolent, unum in pariete bullæ ad latus interius, ſive ad latus concavum dolii, & alterum in pariete lateris exterioris, hinc ſi dolium ſit plenum potibus, tum potus egreditur per foramen quod in pariete interiori eſt, & penetrat, & per foramen exit quod in pariete exteriori eſt. Si vero duo foramina in duobus parietibus bullarum exiſtentia, ſint ſibi oppoſita, & aperta, vel etiamſi non oppoſita ſint, ſed foramen in pariete interiori exiſtens, ſit infra latus fundi vaſis, & foramen in latere exteriori exiſtens, ſit ſuperius, tum ſi dolium iſtud poſitum ſit in tentorio mortui, & filo conjunctorio circumdatum circa os, & non circa foramina bullæ, vel ſi pater immunditiei tetigerit potus in foramine exteriori exiſtenti, omnes potus qui in dolio ſunt, polluti ſunt. At vero ſi interius foramen ſit ſuperius, & exterius inferius, concedo tibi quod in tentorio mortui eſt, pollutum eſſe, quia tentorii immundities intrat dolium per foramina, tamen a patre immunditiei mundum eſt, nam ſi pater immunditiei tetigerit potus in foramine exteriori exiſtentes, ſub quo bulla eſt, quandoquidem interius eſt ſuperius, tum eſt ut effuſum quid, & declivitas, & non eſt conjunctio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando vas teſtaceum coquunt, tum magnas bullas excitare ſolent. Sed in Toſaphta jam expoſitum eſt, quod ſenſus illius quod hic dicitur, *ſive interius ſive exterius*, ſit, quod dolium interius perforatum ſit & exterius duobus foraminibus ſibi oppoſitis, dum id plenum eſt potibus, nam de iſta bulla in latere dolii quod apertum eſt verſus concavum vaſis, non dubium eſt quin impleta ſit potibus iſtis; hinc ſi pater immunditiei tetigerit potus qui ſunt in bullis exterius, ſi nempe digitum impoſuerit foramini exterius, tum potus qui in dolio eſt pollutus eſt. Pariter ſi dolium filo quodam conjunctorio circumdatum ſit, & poſitum in tentorio mortui, tum id polluit propter foramen quod in latere bullæ eſt, quæ in latere dolii eſt, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, *pollutum eſt a patre immunditiei, & pollutum eſt in tentorio mortui*. Idem jus obtinet ſi duo ſint foramina, ſed non ſibi oppoſita, verum ſi interius foramen ſit inferius; at ſi interius foramen ſit ſuperius, ſecundum hanc figuram, & pater immunditiei tetigerit potum qui in bulla eſt, tum non pollutus eſt potus qui in dolio eſt, quia res quam tetigit, ſeorſim in vaſe exiſtit, ſicuti conſtat ex figura quam depinximus, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, *mundum eſt a patre immunditiei*. De voce בעבוע videſis Exod. 9, 9.

פרק ג כל ידות האוכלים שהם חבור באב הטומאה חבור בטבול יום אוכל שנפרס ומעורה מקצת רבי מאיר אומר אם אוחז בגדול והקטן עולה עמו הרי הוא כמוהו רבי יהודה אומר אם אוחז בקטן והגדול עולה עמו הרי הוא כמוהו רבי נחמיה אומר בטהור וחכמים

Caput 3. Omnes manus ciborum quæ conjungunt in patre immunditiei, etiam conjungunt in loto diurno. Cibus diviſus & adhærens ex parte, R. Meir dicit, ſi tenuerit partem magnam, & parva aſcenderit cum ipſa, tum parva eſt inſtar magnæ. R. Jehuda dicit, ſi prehenderit parvam, & magna aſcenderit cum ipſa, tum parva eſt inſtar ma-

וחכמים אומרים בטמא ושאר כל האוכלים את שדרכו ליאחז בעלה אוחזים אותו בעלה ובקלח אוחזים אותו בקלח :

magnæ. R. Nechemia dicit, ratione mundi, Sapientes dicunt ratione immundi. Reliquos vero cibos, quos in folio ipſius prehendere ſolet, prehendat in folio ipſius; quæ caulibus prehendi ſolent, ea caulibus prehendunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ידות אוכלין *Manus ciborum*, per manus intellige petiolos a quibus dependent cibi, quos homines prehendunt quando eos ſuſpendere volunt, quoſque contrectant quando eos comedere volunt, tum ii ſunt conjunctio ratione patris immunditiei, nam ſi pater immunditiei tetigerit petiolos iſtos, ſe res habet ac ſi ipſum fructum tetigiſſet. חבור בטבול יום *conjunctio eſt pro loto diurno*, ſi petiolus ſit manus pro fructibus oblationis primæ, & lotus diurnus tetigerit iſtam manum, tum fructus oblationis primæ reprobi facti ſunt. שנפרס *qui diviſus eſt*, a פרס *dividere*; alii verbum exponunt per dilacerare, ſenſu verbi פרם videſis Levit. 21, 10. מעורה idem eſt quod מחובר *conjunctum*. *Si prehenderit partem majorem*, & parva cum ipſo aſcenderit, & nequaquam divulſa fuerit. הרי הוא כמוהו *tum hæc eſt inſtar ipſius*, & ſi lotus diurnus tetigerit partem unam, reproba eſt altera. *R. Nechemia dicit*, *ratione mundi*, per iſtum nempe cibum intelligit cibum quem lotus diurnus non tetigit, ſive is magnus ſit, ſive parvus, & ſi prehenderit ipſum immundus, tum duo immundi cum ipſo aſcendunt. *Sapientes dicunt*, *pollutus eſt*, conſiderant an lotus diurnus tetigerit immundum, & mundus aſcenderit cum ipſo; deciſio eſt ſecundum Sapientes. *Reliqui vero cibi omnes*, ut genera olerum. *Si in folio ipſum prehendere ſoleant*, ſi quis iſtum fructum dimovere velit, tum ipſum prehendit in folio ipſius; ſi vero non abſciderit olus, ſed id deciderit quum ipſum in folio prehendere vellent, tum conjunctio eſt, ſin minus, non eſt conjunctio, ſive tetigerit lotus diurnus folium, ſive tetigerit ipſum olus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ידות אוכלין *Manus ciborum*, ſunt extremitates eorum quas prehendunt dum eos comedunt, ſicuti ſunt ligna iſta quæ reperiuntur in extremitatibus ficuum, olivarum, & malorum citreorum, atque in aliis. Sed tu jam noſti quod ſenſus חבור *conjunctionis* eſt, quod ſi quis tetigerit extremitatem rei, ſe res habeat ac ſi eam totam tetigiſſet; ſed hæc in ſpecie exponentur in codice de Petiolis fructuum. אוכל שנפרס *cibus diffiſſus*, מעורה *detectus*, ita ut aliquid tamen conjunctum maneat. Dixit R. Meir, ſi in iſta conjunctione ſint vires, quæ ſunt inter duas partes, ut, ſi partem magnam elevaverit, ei adhæſerit parva & non deciderit, tum conjunctio eſt. R. Jehuda dicit, quod requiratur ut vires conjunctionis tales ſint, ut, ſi elevaverit partem parvam, ei adhæreat magna, & non decidat. R. Nechemia aliter putat, dicitque, ſi immundam aliquam partem de magna vel parva tetigerit, tum iſtam partem quam tetigit, omnino polluit. Si vero conjunctionis vires ſint inter ipſa, ut, ſi quis partem mundam elevaverit, & cum ipſa aſcenderit immunda, tum omnia conjunguntur. Sapientes contrarium tenent, ut, ſi prehenderit partem immundam, & munda aſcenderit cum ipſa, tum omnia immunda ſunt. Poſtea dicit auctor, *ut reliqui cibi*, quos nempe in foliis prehendere ſolent, vel in caulibus ipſorum, ita ut cibus ab ipſis dependeat & non decidat licet amputaverit illa, tum iſtud folium, vel iſte caulis facit conjunctionem, & quicquid tetigerit illa, id ipſum cibum tetigiſſe cenſetur; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ב ירק של תרומה וביצה טרופה נתונה על גביו ונגע טבול יום בביצה לא פסל אלא הקלח שכנגדו רבי יוסי אומר כל הסדר העליון אם היתה כמין כובע אינה חבור :

2. Si oleri oblationis primæ inditum ſit ovum concuſſum, & lotus diurnus tetigerit ovum, tum caulem ei obverſum duntaxat reprobavit. R. Joſe dicit, totum ordinem ſuperiorem; ſi figura galeæ ſit, non eſt conjunctio.

R. OB. DE BARTENORA.

ירק של תרומה *Olus oblationis primæ*, quod ſcutellæ vel lebeti eſt impoſitum, una cum ovo concuſſo, cujus albumen & vitellus mixta ſunt. *Si lotus diurnus tetigerit ovum*, licet id profanum ſit, eo quod obligatio oblationis primæ in ovis non obtinet, lotus vero diurnus non reprobat profana, nihilominus tamen conjunctio eſt & olus reprobum factum eſt, ac ſi tetigiſſet ipſum, attamen caulem e regione tactus manus ipſius duntaxat polluit, reliqui vero caules ſunt mundi. *Totus ordo ſuperior*, intellige caules ſuperiores ſuper quibus jacet ovum; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Si ſit forma galeæ*, nam ope coctionis inflatur ovum, & galeæ formam accipit, & inferius concavum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמין כובע *In forma galeæ*, inſtar galeæ quam tempore belli capiti imponunt, quæ interius concavum aliquod habet in forma tabernaculi; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ג חוט של ביצה שקרם על דפנות של לפס ונגע בו טבול יום מן השפה ולפנים חבור מן השפה ולחוץ אינו חבור רבי יוסי אומר חוט וכל שנקלף עמו וכן בקטניות שקרמו על שפתה של קדרה :

3. Filum ovi incruſtati ſuper parietibus lebetis ſi tetigerit lotus diurnus, tum a margine & interius eſt conjunctio, ſed non a margine & exterius. R. Joſe dicit, filum & quicquid decorticatum eſt cum ipſo, ſic etiam quicquid in leguminibus incruſtatum eſt ſuper margine ollæ.

R. OB. DE BARTENORA.

לפס Idem eſt quod אלפס *lebes*, habet formam ſartaginis in qua parant decoctum, hocce vero ovum cum oblatione prima coctum eſt, quæ reproba facta eſt loto diurno. מן השפה *a margine*, lebetis & interius filum ovi habetur pro conjunctione, & ſi lotus diurnus tetigerit illic, tum omnia immunda ſunt; ſed filum e margine lebetis egrediens foras, non habetur pro conjunctione. וכל שנקלף עמו & *quicquid decorticatum eſt cum ipſo*, tum quicquid aſcenderit cum filo,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod cruſtam accepit ſuper parietibus lebetis, ſi effuderit quid ſuper pariete lebetis, & conjunctum cum eo quod de cibis eſt in lebete. Dicit R. Joſe quod ſi lotus diurnus tetigerit iſtud filum, licet id extra lebetem ſit, tamen quicquid ingreditur cum ipſo, eſt conjunctio, licet id pertineat ad faſciculum qui in lebete eſt, quia duntaxat reprobum reddit id quod abradit de lebete; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. id conjunctio eſt tantum, & non plus. R. Joſe in leviorem

rem partem inclinat, & ita in Toſaphta dicitur; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Sic etiam in leguminibus*, eorum nempe jus ſimile eſt juri ovi.

ד עסה שנדמעה או שנתחמצה בשאור של תרומה אינה נפסלת בטבול יום רבי יוסי ורבי שמעון פוסלים עסה שהוכשרה במשקה ונילושה במי פירות ונגע בהן טבול יום רבי אליעזר בן יהודה איש ברתותא אומר משום רבי יהושע פסל את כלה רבי עקיבא אומר משמו לא פסל אלא מקום מגעו :

4. Maſſa ſi mixta vel fermentata ſit in fermento oblationis primæ, non fit reproba loto diurno; attamen R. Joſe & R. Simeon id affirmant. Si maſſa diſpoſita ſit in potu, & ſubacta in aquis fructuum, & lotus diurnus tetigerit eos, R. Eliezer filius Jehudæ Bartutanus dicit, in nomine R. Jehoſuæ, omnia reproba reddit. R. Akiba dicit in nomine ipſius, locum tactus tantum reprobat.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה נפסלת בטבול יום *Non reproba ſit loto diurno*, quia nos ſequimur conditionem maſſæ, & non fermenti, licet ea prohibita ſit iis qui non ſunt ſacerdotes. *Maſſa quæ diſpoſita eſt potibus*, triticum enim aquis addi debet. *Et ſubacta in aquis fructuum*, at aquæ fructuum non diſponunt ad immunditiem, maſſa vero in iis ſubacta, ſi in principio non diſpoſita ſit, tum ipſa non recipit immunditiem. פסל את כלה *reproba reddit omnia*, nam aquæ fructuum e maſſa faciunt conjunctionem. *Locum contactus tantum reprobum reddidit*, putat enim R. Akiba, quod cum aquæ fructuum non diſponant ad immunditiem recipiendam, proinde adducunt in occaſionem immunditiei, & conſiderant eas ac ſi non extarent, & locus contactus tantum reprobus factus eſſe cenſetur; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod per מדומע intelligatur mixtum quid ex oblatione prima & profanis, cujus jus ſuis locis jam expoſitum eſt in codice de Oblationibus primis; & præterea in codice de arborum præputiis jam expoſitum eſt quod ſi in fermento oblationis primæ ſubacta ſit maſſa profana, & ea fermentaverit, omnia prohibita ſint iis qui non ſunt ſacerdotes, imo licet milleſima pars totius maſſæ ſit, tamen maſſa iſta mixta eſt; attamen illa non fit reproba a loto diurno, ſicuti vera oblatio prima. Cæterum nos jam expoſuimus quod aquæ fructuum per ſe non polluantur, neque diſponant ad immunditiem, proinde maſſa in aquis fructuum ſubacta nullatenus polluitur, quia non diſpoſita eſt ad immunditiem; ſi vero triticum vel farina diſpoſita ſit ad immunditiem, & maſſa ſubacta ſit in aquis fructuum, tum de ipſa controverſia agitatur; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

ה ירק של חולין שבשלו בשמן של תרומה ונגע בו טבול יום רבי אליעזר בן יהודה איש ברתותא אומר משום רבי יהושע פסל את כולו רבי עקיבא אומר משמו לא פסל אלא מקום מגעו :

5. Si olus profanum coctum ſit in oleo oblationis primæ, & lotus diurnus tetigerit illud, R. Eliezer filius Jehudæ Bartutanus dicit in nomine R. Jehoſuæ, omnia reproba reddidit. R. Akiba dixit in nomine ipſius, locum contactus ipſius tantum reprobum reddit.

R. OB. DE BARTENORA. *Omnia reproba reddidit*, putat enim quod oleum diſponit & conjungit. *Locum tactus tantum reprobum reddidit*, nam oleum non conjungit, & quiſque caulis ſeorſim conſiderari debet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Tota hæc Miſna ſatis clara eſt; & deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ו טהור שנגס מן האוכל ונפל על בגדיו ועל ככר של תרומה טהור (ס"א) היה אוכל זיתים פצועים ותמרים רטובות כל שהוא רוצה למוץ את גרעינתו ונפל על בגדיו ועל ככר של תרומה טמא היה אוכל זיתים נגובים ותמרים יבשות כל שאינו רוצה למוץ את גרעינתו ונפל על בגדיו ועל ככר של תרומה טהור אחד טהור ואחד טבול יום כאלו רבי מאיר אומר אלו ואלו טמאין בטבול יום שמשקין של טמא מכשירים לרצונו ושלא לרצונו וחכמים אומרים אין טבול יום טמא :

6. Si mundus manducet cibum, & quid cadat de eo in veſtes, & in panem oblationis primæ, mundus eſt. Si comedat olivas preſſas, & dactylos humidos, tum quiſquis velit exprimere grana ipſorum, ſi cadat quid in veſtes, & in panem oblationis primæ, immundus eſt. Si comedat olivas ſiccas, & dactylos ſiccos, tum quiſquis noluerit exſugere grana, ſi ceciderit in veſtes & in panem oblationis primæ, mundus eſt, ſive ſit mundus, ſive lotus diurnus, ac ſi R. Meir dixiſſet, hi & illi immundi ſunt loto diurno, nam potus immundus diſponit domino volente & nolente. Sapientes dicunt, lotus diurnus non eſt immundus.

R. OB. DE BARTENORA.

שנגס *Qui manducaverit*, cibum in ore convertendo, ita dicitur in codice de Sabbato. מגיס בקדרה *commovens in olla*. *Et ceciderit cibus*, una cum inquinamento ſputi in veſtem inciderit, & in panem oblationis primæ. *Mundus eſt*, panis nempe oblationis non diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, licet ſputum in genere diſponat ad immunditiem recipiendam, hic tamen aliter ſe res habet, quia non habetur pro ſputo, nec hoc fit volente domino, quia in veſtes ipſius incidit, & hinc conſtat quod hoc ei non arrideat.

כל שהוא רוצה למוץ את גרעינתו *Quiſquis voluerit exſugere granum ipſorum*, ſi intenderit exprimere humores e granis, &

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſitum eſt in fine codicis de Liquidis, quod ſputum hominis diſponat ad immunditiem, & præterea tu noſti quod ea multum varient ratione mundi atque immundi, ut ad immunditiem diſponant & non diſponant. Porro dicit auctor quod ſi homo manducaverit cibum, & ſputum in veſtes ipſus deſcenderit, & in panem oblationis primæ, panis iſte non diſpoſitus ſit ad immunditiem recipiendam ope ſputi, quia effluxio ipſius facta eſt ipſo nolente, & hoc conſtat ex effluxione illius in veſtes, imo licet abierint a veſtibus ipſius ad panem oblationis primæ, ſicuti in codice de Liquidis expoſuimus. Sed hoc jus duntaxat obtinet ſi aliquid cibi ceciderit, quod jam mixtum eſt cum ſputo ipſius;

& granum cum ſputo deciderit in panem oblationis primæ, tum panis ſuper grano exiſtens ope ſputi diſpoſitus eſt ad immunditiem recipiendam, quia æſtimavit liquorem. *Olivæ abſterſæ & dactyli ſicci*, quiſquis noluerit exprimere grana eorum, illius potus non æſtimatur nec diſponit ad immunditiem recipiendam.

אחד טהור ואחד טבול יום *Sive mundus ſit, ſive lotus diurnus*, ac ſi dixiſſet quod uni juri ſubjecti ſunt ambo. R. Meir dicit, hi atque illi immundi ſunt, tam humidi quam ſicci dactyli ſunt polluti loto diurno, ſicuti rationem reddit, quod potus immundi diſponant ad immunditiem, & polluant, etiam nolente domino, lotus vero diurnus atque immundus hoc in caſu ſimiles ſunt; at Sapientes lotum diurnum cum mundo comparant; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ipſius; proinde ſi comederit fructus, vel olivas, & eorum aliquod granum ceciderit in panem oblationis primæ, iſque ſputo confuſus fuerit, tum obtinet illud diſcrimen cujus auctor meminit, & ſi vir intenderit grana exprimere, tum ſputum iſtud diſponit ad immunditiem recipiendam, at ſi hoc non intenderit, tum non diſponit. Pariter ſi is qui comedit, ſit lotus diurnus, tum nec ſputum illius diſponit ad immunditiem, niſi ipſo volente, & ſic etiam ſi intenderit exprimere granum olivæ vel dactyli. Dixit R. Meir quod ratione loti diurni tantum, ſive comederit dactylos humidos, ſive ſiccos, & granum ceciderit ſuper panem oblationis primæ, diſpoſitus ſit ad immunditiem recipiendam, quia potus immundi diſponunt domino volente & nolente, ſicuti in codice de Liquidis expoſitum eſt, & hoc in caſu nemo contradicit. Sapientes vero dicunt, quod lotus diurnus hoc ſenſu non ſit immundus; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

פרק ד אוכל מעשר שהוכשר במשקה ונגע בו טבול יום או ידים מסואבות מפרישין ממנו תרומת מעשר בטהרה מפני שהיא שלישי והשלישי טהור לחולין:

Caput 4. Si cibum decimæ liquore diſpoſitum tetigerit lotus diurnus, vel ſi manus inquinatæ ſint, tum ſeparant de ipſo oblationem de decimis in puritate, quia tertius eſt, tertius vero in profanis eſt mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכל מעשר *Cibus decimæ*, ab hoc ſeparant oblationem de decimis in puritate, quia lotus diurnus atque inquinatæ manus ſunt ſecundus immunditiei gradus, decimæ vero primæ ſimiles ſunt profanis, at ſecundus gradus in profanis non facit tertium, licet hæ decimæ illibatæ ſint pro oblatione de decimis quæ in ipſa ſunt, nam ratione ſecundi & tertii gradus res illibata ſimilis eſt profanis, proinde quando oblationem de decimis ex ipſa educunt, tum deinceps munda eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui quod decimæ primæ comedi poſſint ab iis qui non ſunt ſacerdotes, ſic etiam ipſæ comedi poſſunt ab eo qui die lotus eſt, ſicuti res profanæ. Præterea quoque aliquoties expoſuimus quod lotus diurnus ſit ſecundus immunditiei gradus, ut & manus inquinatæ ſemper. Sic etiam in codice de Primitivis expoſitum eſt quod oblatio de decimis, quæ eſt decima de decimis, eadem ſit cum oblatione prima, quæ res ſacra eſt. Si vero cibus decimæ diſpoſitus ſit, & ipſum tetigerit lotus diurnus, vel manus inquinatæ, tum inde ſit tertius immunditiei gradus, at tertius gradus in profanis eſt mundus, ſicuti in codice de Puritatibus expoſitum eſt, licet is ſe immerſerit propter oblationem de decimis in puritate. Sed in codice de Puritatibus jam expoſuimus quod res illibata ſimilis ſit profanis in ſecundo gradu, & in tertio, proinde oblationem de decimis ab illa ſeparant in puritate, eſtque oblatio munda.

ב האשה שהיא טבולת יום לשה את העסה וקוצה לה חלה ומפרשתה ומנחתה בכפישה מצרית (ס"א ל"נ) או בנחותה ומקפת וקורא לה שם מפני שהיא שלישי והשלישי טהור לחולין:

2. Mulier lota diurna depſere poteſt maſſam, & ſecium abſcindere, & illius ſeparatio ac munus fiunt in caniſtro Ægyptio, vel vas mundum admovet ad ſe & nomine ipſum vocat, quia tertius eſt, at tertius in profanis eſt mundus.

R. OB. DE BARTENORA.

וקוצה לה חלה *Et ſcindit pro ſe placentam*, at non vocat ipſam nomine, nam quamdiu placentam nondum nomine ſuo vocavit, tamdiu illa profanis ſimilis eſt. כפישה & נחותא ſunt vaſa quæ non recipiunt immunditiem, Sapientes vero hanc neceſſitatem mulieri impoſuerunt ut diſcrimen aliquod eſſet, ne denuo placentam tangeret poſtquam ipſam nomine ſuo vocavit. ומקפת & *admovet*, ad vas quod juxta ipſam poſitum eſt. וקוראה לה שם & *eam vocat nomine*, nam præceptum eſt ut placenta ſumatur de מוקף id eſt de eo quod prope eſt, hoc ſenſu in codice de Diebus Feſtis intermediis dicitur מקיפין שתי חביות *admovent duo dolia*, nec quicquam dicitur מוקף niſi id nomine ſuo vocatum ſit. *Quia tertius eſt gradus*, nam lotus diurnus ſecundum gradum continet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Puritatibus quod placenta ſe habeat ut oblatio prima ratione immunditiei, & ſi mulier a maſſa abſciderit, & dixerit, hæc ſit placenta, tum illa reproba eſt, quia mulier eſt lota diurna, proinde ipſam imponit caniſtro, quod lapideum eſt, vel נחותא quod eſt vas aliquod miniſterio maſſæ deſtinatum, & deinceps hocce vas cum maſſa imponit alii vaſi, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, ומקפת & *admovet ad ſe*, & poſtea dicit, hæc placenta eſto, ut ipſam deſumat ab ipſo quod prope admotum eſt, ſicuti aliquoties oſtendimus, ita enim decet, ne ipſam manu tangat, poſtquam ipſam nomine vocavit.

ג עריבה שהיא טבולת יום לשין בה עסה וקוצין ממנה חלה ומקפת וקורין לה שם מפני שהיא שלישי והשלישי טהור לחולין:

3. In mactra lota diurna depſere poſſunt maſſam, & de ipſa ſecium ſcindere, admovere, & ipſum nomine ſuo vocare, quia tertius eſt gradus, qui mundus eſt in profanis.

R. OB. DE BARTENORA.

לשין בה את העסה *Depſunt in ipſa maſſam*, ſuperius nos docuit jus hominis loti diurni, hic vero nos docet jus vaſis loti diurni, ne dixeris ratione mactræ maſſam prohibitam eſſe, ne quis pro maſſa e mactra die lota, ſumeret maſſam e mactra immunda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tota hæc Miſna eſt clara ex iis quæ præceſſerunt, ſed auctor in hac Miſna oſtendere conatur, quod nihil intereſt inter hominem qui non habuit occaſum ſolis, & inter vas quod non habet occaſum ſolis.

ד לגין שהוא טבול יום ומלאהו מן החבית מעשר טבל אם אמר הרי זו (ס"א) תרומת מעשר משתחשך הרי זו תרומת מעשר אם אמר הרי זה ערוב לא אמר כלום נשברה החבית הלגין בטבלו נשבר הלגין החבית בטבלה׃

4. Si quis lagenam lotam diurnam impleverit e dolio decimæ illibatæ, & dixerit, hæc ſit oblatio de decimis ex quo veſperaſcat, tum hæc eſt oblatio de decimis. Si dixerit, hæc ſit mixtura, tum nihil dixit. Si dolium confractum ſit, tum lagena eſt illibata, ſi lagena confracta ſit, tum dolium illibatum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

לגין *Lagena*, habet figuram cadi lignei. *Quam impleverit e dolio*, in quo decima illibata eſt, id eſt decima prima cui oblatio prima adempta eſt. *Oblatio prima ex quo veſperaſcit*, ut lagena occaſum ſolis accipiat, & non reprobam reddat oblationem primam, nam ſi oblatio prima jam fuiſſet, dum adhuc dies erat, tum reproba facta fuiſſet per lotum diurnum. *Hæc ſit mixtura, tum nihil dixit*, quia mixtura pro termino Sabbatico miſcendo non rite acquiritur, niſi per genuinas epulas diei, at hæc non prius idonea eſt quam ſol occiderit. *Si dolium confractum fuerit*, dum adhuc dies erat. הלגין בטבלו *lagena illibata eſt*, iſto enim tempore quo oblatio prima conſtitui debebat, nondum extabat illa res cui oblatio prima adimenda erat, proinde nomen oblationis primæ in ipſam non cadit, ſed res illibata eſt. *Si lagena confracta ſit*, dum adhuc dies erat. החבית בטבלה *dolium eſt illibatum*, quia nomen oblationis primæ non cadit in lagenam, niſi ex quo veſperaſcit, at iſto tempore illa nondum extabat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעשר טבל *Decima illibata*, eſt decima prima cui nondum ablata eſt oblatio prima, quia illa res illibata eſt & eſui prohibita, niſi donec decima de decima ablata ſit. Si quis autem lagenam lotam diurnam ſumpſerit, & ex ipſa impleverit dolium, quod decimam primam continebat cui nondum ablata erat oblatio prima, & is deinceps dixerit, *hæc ſit oblatio prima de decimis ex quo veſperaſcat*, ut lagena declaretur munda; quia ſol occidit, ne oblatio prima reproba fiat; nam ſi jam dixiſſet, hæc ſit oblatio prima de decimis, tum ea in vaſe loto diurno reproba facta fuiſſet, propterea dicit quod illa non prius ſit oblatio prima quam ſol occiderit, ſed poſtquam ſol occidit, oblatio prima eſt munda, & ſacerdoti licita. At vero ſi is putaverit quod hoc eſſet opus diei ſexti, propterea dicit quod hæc lagena, quum oblatio prima redit ex quo veſperaſcat, contineat mixturam termino Sabbatico deſtinatam, quia illa prius erat oblatio prima, ſed mixtura ex quo veſperaſcit, cum illa tum ſit oblatio prima munda, quam ſacerdotes comedere poſſunt. Sed illius verba qui hæc dixit, non confirmantur, quia hæc non eſt recta mixtura de termino Sabbatico commiſcendo, cum fundamentum ſit nobis, quod hæc mixtura requirat epulas diurnas, illa vero res in qua lagena erat, non habebat epulas ſatis idoneas, niſi donec adveſperaſceret, ſicuti expoſuimus, ſed rem illibatam continebat dum adhuc dies erat, quæ eſui prohibita erat. Poſtea auctor Miſnæ finem imponit, dicitque, ſi dolium confractum ſit ante ſolis occaſum, tum lagena manet illibata, & requiritur ut ex ipſa educatur oblatio prima ad lagenam idoneam, quia iſto ore quo omnia oblatio prima facta ſunt, periit illa res cui hæc lagena innitebatur; pariter ſi lagena ante occaſum ſolis confracta ſit, tum lagena manet illibata, ſicuti fuit, *quia omnia non fiunt oblatio prima*, *nec dolium rite diſpoſitum eſt*, *niſi donec ſol occiderit*, *ſicuti auctor requiſivit dum illam educebat.*

ה בראשונה היו אומרים מחללין על פירות עם הארץ חזרו לומר אף על מעותיו בראשונה היו אומרים היוצא בקולר ואמר כתבו גט (ס"א) לאשתי הרי אלו יכתבו ויתנו חזרו לומר אף המפרש והיוצא בשירה רבי שמעון שזורי אומר אף המסוכן׃

5. In principio dicebant, profanant eam pro fructibus plebeji, poſtea dixerunt, etiam pro numis ipſius. In principio dixerunt, qui egreditur cum collari, & dixit, ſcribite divortium pro uxore mea, tum ſcribant, & dent, poſtea dixerunt, etiam is qui ſegregat ſe, & exit cum exercitu. R. Simeon Schezuri dicit, etiam is qui periclitatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מחללים על פירות עם הארץ *Commutant cum fructibus plebeji*, decimæ ſecundæ commutantur cum fructibus plebeji, nam non ſolliciti ſunt an fructus plebeji ſint decimæ, ita ut una decima cum altera commutaretur. *Poſtea dixerunt, etiam cum pecunia*, cum pecunia plebeji ſcilicet commutant decimas ſecundas, & non ſolliciti ſunt an pecunia plebeji ſit decima ſecunda necne. היוצא בקולר *qui exit cum collari*, cum catena regia, nam illa verba ויתנהו בסוגר בחחים *& conſtituerunt ipſum in carcere*, in *uncinis* Targum exponit per ויהבוהו בקולרין *& collaria ei injecerunt*, videſis Exech. 19, 9. הרי אלו יכתבו ויתנו *tum hi ſcribant & tradant*, licet non dixerit, date, certe tamen dicere voluit, ſcribite & tradite, ſed propter perturbationem nequivit. מפרש *ſeparaverit ſe*, ſi a terra in mare profectus fuerit. בשירא *cum exercitu*, illa verba ארחת ישמעאלים במדבר Targum interpretatur per שירת ערבאי videſis Gen. 37, 25. אף המסוכן *etiam is qui periclitatur*, qui lethaliter ægrotat; deciſio eſt ſecundum R. Simeon Schezuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Poſtquam auctor aliquot caſuum oblationum & decimarum, atque rituum in iis locum habentium meminit, dicit, in principio permittebant commutationem decimæ ſecundæ cum fructibus plebeji tantum, & non ſolliciti erant an fructus eſſent decimæ, cum una res ſancta per alteram redimi nequeat; poſtea huic licentiæ addiderunt, quod fructus decimæ cum pecunia plebeji etiam commutare poſſit, ita ut propterea nemo dicere poſſet, forſan eſt pecunia decimæ. והיוצא בקולר *& qui exit cum collari*, qui manibus ligatis exierit, ſi is dixerit, *ſcribite*, licet non dixerit, *date*, tamen ei ſcribunt libellum divortii, & tradunt, quia ſimplex ſermo docet quod is uxorem ſuam dimittere velit, ne ipſa in ignominia verſetur. Etiam המפרש eſt is qui a terra per mare ſalſum proficiſcitur in navi. היוצא בשירא *qui egreditur cum exercitu*, per deſertum, Targum enim illa verba ארחת ישמעאלים interpretatur per שירת ערבאי videſis Gen. 37, 25. מסוכן *qui periclitatur*, qui lethaliter ægrotat; deciſio eſt ſecundum R. Simeon Schezuri.

ו הכדומים האשקלונים שנשברו ואנקלי שלהם קיימת הרי אלו טמאין המעבר והמזרה והמגוב וכן מסרק של ראש שנטלה אחת משניהן ועשאן של מתכת

6. Harpagones Aſcalonitici confracti, & uncini eorum ſi firmi ſunt, immundi ſunt, tranſportatorium, ventilabrum, pala, & pecten capitis, quorum unus dens ablatus eſt, ſi refecerit ea ex re fuſili, tum illa ſunt immunda. De omnibus vero dixit R.

Jeho-

מתכות הרי אלו טמאין ועל כלן אמר רבי יהושע דבר חדש חדשו סופרים ואין לי מה להשיב:

Jehoſua, novum quid ſcribæ conſtituerunt, ego vero nihil habeo quod reſpondeam.

R. OB. DE BARTENORA.

כרומין Notat lignum magnum oblongum, e quo uncini egrediuntur hinc inde, & iſtis uncinis impoſita eſt amphora aquæ, ut refrigeıcat. Rambam exponit quod ſit corona ferrea circum quam uncini poſiti ſunt, ut illius ope vaſa quæ in puteum inciderunt, educant. *Aſcalonitici*, qui facti ſunt in Aſcalon. מעבר מזרה מגוב hæc tria inſtrumenta facta ſunt ad proventum purificandum a ſtramine, & ad ſtramen ex uno loco in alium transferendum; מעבר eſt inſtrumentum quod dentes habet in forma manus humanæ; מזרה autem utuntur ad triticum in area ventilandum, idcirco מזרה dicitur a זרה *ventilare*. Sed hoc plures habet dentes quam מעבר: & מגוב plures habet dentes quam מזרה, atque per ipſum purificant poſtquam ventilatus eſt. *De omnibus vero dixit R. Jehoſua*, &c. in Toſaphta dicitur quod R. Jehoſuæ verba quæ in Miſna dicta ſunt, reſpiciant mulierem die lotam, & quia R. Jehoſua iſta omnia reſpicit, proinde hoc loco tradit multas res, quarum ſenſus hic non exponitur. *Rem novam ſcribæ innovarunt*, ratio enim non ferebat ita rem eſſe, nec habeo quod reſpondeam quare ita inſtituerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ ſenſus jam allatus eſt ſuperius capite tertio decimo codicis de Vaſis, auctor hic denuo ipſum retulit propter illud novum quod ſcribæ innovarunt.

ז התורם את הבור ואמר הרי זו תרומה על מנת שתעלה שלום שלום מן השבר ומן השפיכה אבל לא מן הטומאה רבי שמעון אומר אף מן הטומאה נשברה אינה מדמעת עד היכן תשבר ולא תדמע כדי שתתגלגל ותגיע לבור רבי יוסי אומר אף מי שהיה בו דעת להתנות ולא התנה נשברה אינה מדמעת מפני שהוא תנאי בית דין:

7. Si quis e puteo ſeparaverit dixeritque, hæc oblatio prima eſto ea conditione ut aſcendat integra, nempe integra a fractione, & effuſione, at non ab impuritate. R. Simeon dicit, etiam ab impuritate. Si confracta ſit, tum non mixta eſt; at quouſque confracta eſſe poteſt ut non mixta ſit? ut convolvatur & ad puteum pertingat. R. Joſe dicit, ſi quis de conditione ineunda cogitaverit, at id non effecerit, tum ſi confracta fuerit, non eſt mixta, quia ſunt conditiones ſynedrii.

R. OB. DE BARTENORA.

התורם את הבור *Si quis e puteo eduxerit oblationes primas*, e puteo vinario, vel oleario. *Ea conditione ut integra aſcendat*, in genere hanc conditionem propoſuerat ſub voce שלום *pacis*, quia forſan ratione fractionis & effuſionis ita dixit, homo enim iſto tempore quo e puteo quid educit, timere ſolet. *Sed non ab impuritate*, proinde ſi oblatio ipſius prima polluta ſit, oblatio prima tamen recta eſt. *Etiam ab immunditie*, nam quando dixit, *ut aſcendat in pace*, voluit dicere, ut aſcendat in puritate; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon. נשברה אינה מדמעת *ſi confracta ſit, tum non facta eſt res mixta*, ita ut nomen תרומה ei non competeret. *Donec convolvatur*, quando oblatio prima non eo uſque extat a puteo, ut ſi illa convolvatur ad puteum redeat, tum ei non conveniunt illa verba, ſi aſcenderit illæſa. *Quia de conditione ineunda cogitaverat*, propoſuerat quidem in mente ſua, ſed poſtea oblitus fuerat conditionem; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד היכן תשבר ולא תדמע *Quouſque confracta eſſe debet, ut non mixta ſit?* ac ſi dixiſſet, quouſque oblationem primam a puteo vinario conſtituere poteſt, ut conditiones impleantur, & oblatio prima dici poſſit? reſp. donec illa propior ſit iſti loco, & frangatur, & non fiat res mixta, quia aſcenſio eorum e puteo nondum perfecta eſt, ſicuti ſub conditione dixit, ſi oblatio prima adeo vicina ſit puteo, ut, dum illa convolvitur, ad puteum pertingat, in quo vinum eſt vel oleum, tum illa in confinio putei continetur, & nondum aſcendit neque rediit oblatio prima, propterea non eſt res mixta ſive infecta; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon, nec ſecundum R. Joſen.

Finis codicis de Lotione Diurna.

MAIMONIDIS PRÆFATIO
IN
TRACTATUM DE LOTIONE MANUUM.

MOnendum eſt in hac Præfatione quod נטילת ידים *lotio manuum* non ſit idem quod טבילת ידים *immerſio manuum*, nam lotio manum requiritur pro eo qui panem comedet, licet panis ſit profanus, hinc dixerunt, quiſquis immergit in potus, is opus habet lotione manuum; ſed propter fructuum profanorum eſum non requiritur lotio manuum, hinc dixerunt, ſi quis manus laverit ob eſum fructuum, is oſtentator eſt. Perinde vero eſt ſive manus aliqua immunditie affectæ ſint, ſive hominem latuerit quod pollutæ eſſent, quia eas lavare debet ſi cibos profanos comedere velit; attamen hic aliqua differentia eſt, nempe ſi is neſciverit quod ipſius manus pollutæ eſſent, & tetigerit cibos, vel liquores profanos, tum mundæ ſunt; ſin autem ipſius manus immundæ eſſent, & is tetigerit cibos profanos, tum non polluit ipſos, quia manus pollutæ comprehendunt ſecundum immunditiei gradum, tertius vero gradus in profanis eſt mundus. Si tetigerit potus profanos, tum polluit eos, ita ut fiant potus immundi, ſicuti expoſitum eſt tertio capite codicis de Lotione diurna; attamen ſi manibus inquinatis tetigerit cibos oblationis primæ, licet neſciverit, eos reddidit reprobos, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Gonorrhœa, proinde manus lavandæ ſunt pro oblatione prima, etiam pro fructibus ipſius, ſive certo ſciret quod pollutæ eſſent, ſive non ſciret. Sed pro rebus ſacris, id eſt ſacrificiis edendis, non ſufficit lotio manuum, ſed immerſio earum requiritur, ſive ſciverit quod manus ipſius immundæ eſſent, ſive non ſciverit, ſicuti expoſitum eſt capite ſecundo codicis de Feſtis Solennibus. Etenim differentia eſt inter lotionem & immerſionem manuum, quia lotio manuum fieri debet aquis hauſtis, quæ effunduntur e vaſe quovis modo ſuper manus, at ſi aquæ hauſtæ collectæ ſint in lavacro, tum ineptæ ſunt ad lotionem manuum, nam aquæ ſpecies mutata eſſe non debet, & pro qualibet manu requiritur copia quartarii Logi, vel plus, & hoc eſt quod per modum quæſtionis dixerunt, aquæ ſpeciei, vaſis, & menſuræ cura habenda eſt. Sed immerſio manuum fieri nequit in aquis hauſtis, ſed in aquis lavacri, & requiritur quadraginta Satorum copia, ſicuti in codice de Lavacris expoſitum eſt; *porro tam lotio quam immerſio manus uſque ad articulum fieri debet, quod memoria tenendum eſt. Deinceps* tenendum eſt quod ſi manus pollutæ ſint, ita ut iis aqua affundi debeat ut purificentur, ſaltem copia quartarii Logi requiratur, & poſtea aliis aquis denuo ablui debent, & tum iis oblationem primam prehendere poſſunt, aquæ enim quibus manus lavit, pollutæ ſunt manibus, & ſuſcipiunt principium immunditiei, proinde aliarum aquarum lotio requiritur ut purificentur ab immunditie aquarum, quæ tetigerunt manus, quia hæ aquæ manibus pollutæ ſunt, & aquæ iſtæ quibus prius lavit manus, vocantur *aqua prima*, & aquæ quibus poſtea lavit manus, vocantur *aqua ſecunda*. Cæterum in Toſaphta jam expoſitum eſt quod aqua manus confricandæ ſint inter lavandum, ita ut una extremitas applicetur alteri, & ibidem dicitur, ſi confricuerit manum lotam cum illota, immunda eſt, ſi ad caput vel parietem fricuerit, munda eſt.

מסכת ידים

פרק א מי רביעית (נ"א מרביעית) נותנין לידים לאחד אף לשנים מחצית לוג לשלשה או לארבעה מלוג לחמשה ולעשרה ולמאה רבי יוסי אומר ובלבד שלא יפחות לאחרון שבהם מרביעית מוסיפין על השניים ואין מוסיפין על הראשונים :

R. OB. DE BARTENORA.

מי רביעית *Aquæ quartarii*, intellige copiam aquæ Logi quartarium comprehendentem, quæ eſt menſura ovi & dimidium illius. נותנין לידים לאחד אף לשנים *affundunt manibus pro uno homine, etiam pro duobus*, ab initio uni homini quartarius neceſſarius eſt, & tantundem pro duobus, ſi ab initio fuerit quartarius, quem primus ſumpſit, & poſtea ſecundus, licet apud ſecundum non fuerit, tamen ſe res bene habet, quia hæ aquæ veniunt e reliquiis. Sed Maimonides exponit, quod aquæ ſecundæ duntaxat non requirant quartarium pro unoquoque, quia manus jam purificatæ ſunt ablutione prima; ſed aquæ primæ non minus quam quartarium Logi requirunt pro unoquoque; ſed magiſtri mei non ita expoſuerunt. מחצית לוג לשלשה *dimidium Logi pro tribus* &c.

Tractatus de Lotione Manuum.

CAput 1. Quartarius aquæ deſtinatus eſt manibus pro uno homine, etiam duobus; dimidium Logi pro tribus vel quatuor, Logus pro quinque, decem, vel centum, R. Joſe dicit, dummodo ultimo non diminuatur de quartario, addunt ſecundis, at non primis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod Logus quatuor quartarios contineat, illa autem aquæ copia quæ minor eſt quartario, quam manibus lavandis conceſſerunt unicuique, intelligi debet de aquis ſecundis, at aquæ primæ ſaltem quartarium continere debent pro unoquoque homine. Ratio vero quod in aquis ſecundis allevavimus in copia quæ minor eſt quartario, eſt, quia manus jam purificatæ ſunt aquis prioribus, & hoc eſt quod dixerunt in hoc caſu, illic alia ratio eſt, nam hæ aquæ veniunt ex reliquiis puritatis. Sed nos non opus habemus præterquam eo quo tota manus indiget. Dixit autem R. Joſe, quod etiamſi ſint aquæ ſecundæ, tamen non opus ſit quartario pro unoquoque, ſed ea tantum copia quam manus comprehendit; ſed requiritur ut in aquis e quibus effudit, ſit copia minor quar-

&c. ratione menſuræ quartarii pro duobus ſatis fuiſſet quartarius & dimidium Logi, & quia nos ſtatuimus quod plurimi homines hac in parte accurate attendunt ut lavent uſque ad articulum, quia unus propter alterum ſtrictam aquæ copiam ſumere ſolet, nihilominus tamen ſi non ſit quartarius & dimidium, & primus ſumpſerit dimidium quartarii, tum quartarius reſiduus certo proderit pro duobus poſterioribus, nam ſi ab initio quartarius ſatis fuerit pro duobus, eo magis nunc purificant, ubi veniunt aquæ e reliquiis puritatis, & quod aquæ nequeunt purificare manus, id intelligas ſi non reſtat quartarius pro duobus ultimis. *Dummodo pro ultimo non ſit minus quam quartarius*, ut pro ultimo homine manus ſuas lavanti in vaſe ſit copia quartarii, deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. *Addunt ſecundis, at non primis*, jus lotionis manuum eſt quod manus lavandæ ſint uſque ad articulum; poſtquam vero quis manus ſuas una affuſione abluit, licet manus purificatæ ſint, ſi abſterſerit quartario, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, *dummodo non minor ſit quartario pro ultimo*, ſenſus eſt quod dum e vaſe effunditur, eſſe debeat aquæ quartarius. Senſus vero illius quod dicit, *addunt ſecundis*, exponitur in Toſaphta, ſi nempe aquis prioribus partem manus laverit, tum tota manus manet immunda, quia non dicimus quod pars relicta debeat lavari, & prima lotio perfici; ſed requiritur ut tota manus ipſius lavetur; at ita non fit in aquis ſecundis, nam ſi partem aliquam manus laverit, & aquæ defecerint, tum denuo perficienda eſt lotio, & aqua affundenda iſti parti quæ illota eſt, & hic eſt ſenſus illius quod dicitur, quomodo? ſi ſumpſerit priores, & confricaverit, & poſtea denuo ſecundas ſumpſerit, at in ipſis non contineatur tanta copia quæ ad articulum uſque pervenire poſſit, tum iis addunt; idem vero eſt ſive quis uni, ſive ambabus manibus ſumpſerit; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. eas linteo, nihilominus tamen ſi homo iſte denuo tetigerit aquas ſuper manibus ipſius exiſtentes, immundæ ſunt; & ſi panis oblationis primæ tetigerit eas, polluta eſt, propterea altera affuſio requiritur qua aliam fecit affuſionem aquarum ſecundarum, ad aquas priores purificandas, quæ ſuper manibus ipſius exiſtunt. Jam vero dicit, quod ſi aquas ſecundas affuderit manibus, at illæ non pervenerint uſque ad articulum, iis addi poſſit aqua, qua locus reliquus adhuc ſiccus lavetur, & purificent aquæ priores ſuper manibus ipſius exiſtentes. Sed prioribus aquis, licet non pervenerint ad articulum, nihil aquæ addi poteſt, verum manus abſtergi debent, & denuo una vice affundi aqua quæ uſque ad articulum perveniat.

ב בכל הכלים נותנין לידים אפילו בכלי גללים
בכלי אבנים בכלי אדמה אין נותנין לידים לא
בדפנות הכלים ולא בשולי המחץ ולא במגופת
החבית ולא יתן לחבירו בחפניו מפני שאין ממלאין
ואין מקדשים ואין מזין מי חטאת ואין נותנים לידים
אלא בכלי ואין מצילין בצמיד פתיל אלא כלים שאין
מצילין מיד כלי חרש אלא כלים:

2. In omnibus vaſis manus lavare poſſunt, etiam in ſtercoreis, lapideis, & terreis. Manus non lavant in aſſeribus vaſorum, nec fundis vaſis magni, nec operculo dolii, nec in ſocii ſui pugillo, quia non hauriunt, nec conſecrant, nec ſpargunt aquas expiatorias, neque manus lavant, niſi in vaſe; nec filo conjunctorio liberant niſi vaſa, quia vaſa tantum liberant e poteſtate teſtacei vaſis.

R. OB. DE BARTENORA.

כלי גללים *Vaſa ſtercorea*, ſunt vaſa quæ e ſtercore armenti facta ſunt, quæ ratione impuritatis non habentur pro vaſis. *Neque in parietibus vaſorum*, *neque in fundis vaſorum magnorum*, quia illa ſunt fragmenta vaſorum. ולא במגופת החבית *neque in operculo dolii*, quia id non factum eſt in aliud miniſterium quam ut eo contegatur dolium. *Pugillo ipſius*, ne pugillo ſuo aquas hauriat, quas denuo in manus ſocii ſui effundat. *Quia non implent*, non implent ſacram impletionem ad aquas expiatorias conſecrandas pro cinere vaccæ rufæ, quia hic requiritur aliquod vas cui aqua imponatur, ſicut ſcriptum eſt Levit. 19, 17. *aquæ vivæ in vaſe*. *Neque conſecrant*, cinerem vaccæ aquis adjectum. *Neque ſpargunt*, hyſſopus enim vaſi inditur ut ſpargatur. *Neque liberant ope conjunctorii*, ſi vaſis teſtacei fragmenta conjunctorio quodam circumdata ſint, tum non liberatur ab immunditie id quod continetur in iis. ואין מצילין idem eſt ac ſi ſcriptum eſſet שאין מצילין hoc ſenſu in codice de Diebus Feſtis intermediis dicitur, ואפר כירה מוכן הוא pro שאפר כירה מוכן הוא: Poſtea dicit auctor, *e poteſtate vaſis teſtacei*, ſi nempe reptile ceciderit in vas teſtaceum, tum pollutum eſt quicquid in aëre ipſius eſt, homine & vaſe excepto, quæ non polluuntur ab aëre vaſis teſtacei; at ſi fragmenta vaſis poſita ſint in fornace teſtaceo, & ſimul reptile ſit in ipſo, tum fragmenta iſta non liberant cibos qui ſunt in ipſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

* לא יתן לחבירו בחפניו *Non imponet ſocii ſui pugillo*, non implebit manus ſuas aqua, ut eam effundat in manus ſocii ſui, qui manus ſuas purificare voluerit; ſed hujuſce Miſnæ expoſitio jam allata eſt ad caput quintum codicis de Vacca Rufa.

ג המים שנפסלו משתית הבהמה בכלים פסולים
ובקרקעות כשרים נפל לתוכן דיו קומוס וקנקנתום
ונשתנו מראיהן פסולין עשה בהם מלאכה או ששרה
בהן פתו פסולין שמעון התימני אומר אפילו נתכוון
לשרותו בזה ונפל לשני כשרים:

2. Si aquæ reprobæ factæ ſint ita ut eas bibere nequeant beſtiæ, in vaſis ſi ſint, tum reprobæ ſunt, ſi vero in fundis, legitimæ ſunt; ſi atramentum inciderit in ipſas, gummi, vel chalcanthum, & ſpecies earum mutatæ fuerint, tum reprobæ ſunt; ſi iis fecerit opus, vel panem maceraverit, reprobæ ſunt. Simeon Temanites dicit, licet intenderit hunc macerare, & inciderit in ſecundum, tamen legitimæ ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנפסלו משתית הבהמה *Quæ reprobæ factæ ſunt ita, ut a beſtiis nequeant bibi*, veluti propter fœtorem, ſed quæ reprobæ factæ ſunt ob luti commotionem, licet in terra, eæ reprobæ ſunt. *Si in vaſis ſint, reprobæ ſunt*, quia Sapientes lotionem manuum iis aquis quæ aptæ ſunt ut a beſtiis bibantur, duntaxat alligarunt. *Si in fundo eæ ſint, legitimæ ſunt*, idoneæ ſunt ad lotionem manuum, quia velut lavacrum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שרה בהן פתו *Si maceraverit in iis panem ſuum*, ſi nempe in aquis iſtis maceraverit panem, tum is jam perditus eſt, & aquæ effundi debent, ne in iis manus laventur. Dixit R. Simeon, ſi intenderit in hiſce aquis macerare panem, & panis iſte inciderit in alias aquas, *tum is legitimus eſt*, quia non intendit cum ipſo facere opus, ſed hoc ipſo nolente factum eſt, licet intenderit, ſi nempe cum intelligentia quadam

crum ſunt, quia totum corpus iis immergitur, & eo magis manus iis immergendæ ſunt. קומוס barbare gummi dicitur. Cæterum קנקנתום eſt vitriolum, quod lucet inſtar vitri. *Si cum iis fecerit opus, vel in iis maceraverit panem ſuum, tum reprobæ ſunt*, eo quod interciderunt & naturam aquæ amiſerunt. *Licet intenderit macerare in hiſce*, hæc cum admiratione legenda ſunt, hoc modo, nam ſi aquæ ſint reprobæ, etiamſi intenderit macerare panem in uno loco, & is ceciderit in locum alium, reprobæ factæ ſunt, utique non intendit, nec eas irritas reddidit, ſed eæ certo idoneæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum Simeonem Temanitem.

dam id fecerit, ac ſi cum admiratione dixiſſet, & quamvis id non factum ſit, tamen non perdidit, ſed aquæ ſunt legitimæ; deciſio non eſt ſecundum Simeonem Temanitem.

ד הדיח בהם את הכלים או שמיחה בהם ארת המדות פסולים הדיח בהם כלים מודחים או חדשים כשרים רבי יוסי פוסל בחדשים :

4. Si in iis abluerit vaſa, vel abſterſerit in iis menſuras, tum reprobæ ſunt; ſi in iis laverit vaſa lota, vel nova, tum legitima ſunt. R. Joſe reprobat nova.

R. OB. DE BARTENORA.

או שמיחה בהן ארת המדות *Vel ſi abſterſerit in iis menſuras*, in inquinamentis quæ iis adhærent, ita ut impuritas difficulter exeat, propterea auctor uſus eſt verbo מחה *humectare*, ita in codice de Paſchate dicitur מיחוי קרביו *humor inteſtinorum ipſius. Reprobat nova*, etenim licet ea ſint munda, tamen iis non prius uti ſolent quam abluta ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמיחה בהן ארת המדות *Si abſterſerit in iis menſuras*, ſi menſuras in iis eouſque abluerit ut non remanſerit in iis odor de re menſurata; *deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.*

ה המים שהנחתום מטביל בהן את הגלוסקין פסולים וכשהוא מדיח את ידיו בהן כשרים הכל כשרים ליתן לידים אפילו חרש שוטה וקטן מניח חבית בין ברכיו ונוטל מטה חבית על צדה ונוטל והקוף נוטל לידים רבי יוסי פוסל בשני אלו :

5. Aquæ quibus piſtor immergit placentam, reprobæ ſunt, at ſi is manus ſuas abluerit in iis, tum legitimæ ſunt. Omnes idonei ſunt ad lotionem manuum, licet ſurdus, ſtultus, vel minorennis ſit. Si dolium inter genua ſua poſuerit, tum ſe lavet, ſi inclinaverit dolium in latus, tum ſe lavet, & ſimia hominis lavet manus. R. Joſe utrumque reprobat.

R. OB. DE BARTENORA.

גלוסקין Notat panes e puriſſima farina confectos. *Si iis abluerit manus ſuas*, & placentas unxerit manu ſua, tum aquæ in vaſe exiſtentes, ſunt legitimæ pro lotione, quia aquis in vaſe exiſtentibus non factum eſt aliquod opus, ſed iis quas manu ſua accepit. *Si dolium inter genua poſuerit*, ita ut genua adjuvent effuſionem, nihilominus tamen non diſſentit R. Joſe hac in parte. *Et inclinaverit dolium in latus*, licet inceſſerit & poſtea conſederit, dolium vero toto die effuderit aquas propter inclinationem ipſius, tum vires hominis adhibitas eſſe conſtat. והקוף *& ſimia*, eſt animans quod muna dicitur barbare, & ei ſunt manus inſtar manuum humanarum. נוטל לידים *ſi laverit manus*, requiruntur enim vires lotionis, & non vires hominis. *R. Joſe utrumque reprobat*, videlicet illud animans, quia dolium inclinaverit in latus, & primum quidem, quia vires hominis requiruntur, quæ hic non ſunt, ſed inclinatio in latus non requirit vires humanas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גלוסקין *Notat panes craſſos & id genus alias placentas*, quas faciunt ex optima farina; ſed in Gemara dicitur, forſan denotatur maſſa optima, & quando hæc maſſa in aquam immittitur, ut illa ungatur in hiſce aquis, tum reproba facta eſt, quia maſſa aquas mutat, & præterea quoque opus peractum eſt cum iſta maſſa. Sed aquas quibus manus lavit dum maſſam depſebat, ſi de illis quicquam ſumpſerit pugillo ſuo, non reddidit reprobas, quia manus ipſius non mutant aquas, & nullum opus factum eſt niſi iſtis aquis quæ in manum ipſius aſcenderunt, & non aquis quæ in vaſe remanſerunt. קוף Arabice dicitur קרד, ſed apud Ægyptios vocatur אלנסנא, atque hoc animal ſecundum R. Joſen reprobum eſt, quando aquas effuderit in manum, neque illud ipſum idoneum eſt, ſi e vaſe effuderit aquas in manus, quia homo ipſe inclinavit vas ut aquæ ſuper manus effundantur, quibus lavit manus ſuas; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

פרק ב נטל לידו אחת משטיפה אחת ידו טהורה שתי ידיו משטיפה אחת רבי מאיר מטמא עד שיטול מרביעית נפל ככר של תרומה טהור רבי יוסי מטמא :

Caput 2. Si unam manum laverit de una effuſione, tum una manus munda eſt, ſi duabus manibus de una effuſione, R. Meir pollutam dicit, donec ſumpſerit de quartario. Si ceciderit panis oblationis primæ, mundus eſt, ſed immundus ſecundum R. Joſen.

R. OB. DE BARTENORA.

נטל לידו אחת משטיפה אחת *Si laverit manum ſuam unam una effuſione*, res intelligi debet de effuſione una quando ſemel tantum lavit uſque ad articulum, & manu una, quod ſufficit una vice, licet in vaſe non ſit quartarius Logi, ſed aquæ venerint e reliquiis purificationis; ſed pro ambabus manibus non ſufficit iſta copia aquæ, licet illa venerit e reliquiis purificationis, niſi donec duabus vicibus prioribus laverit uſque ad articulum, & ſecunda vice uſque ad articulum. Sed Maimonides exponit, ex una affuſione, eſt ex una effuſione, & ſi ambas manus una effuſione laverit, tum aquæ pollutæ ſunt una manu, & hinc altera manus lavatur aquis pollutis, & ipſius manus non prius purificari poſſunt quam aquæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in codice de Feſtis Solennibus quod ſi polluta ſit una manus, non polluta ſit altera, & ſic etiam ſi ambæ manus pollutæ ſint, ſingulæ ſint purificandæ, & hoc licitum eſt ratione oblationis primæ. Si vero ambæ manus pollutæ ſint, & is laverit eas una effuſione, dicit R. Meir, quod hæc lotio non ſufficiat, quia aquæ polluunt unam manum, & ſi tum alteram laverit, ſe res habet ac ſi alteram laviſſet iſta lotione altera, proinde requiritur ut illa quoque lavetur poſtea in Logi quartario, & tum munda eſt. Aquæ vero ſecundæ requirunt quartarium Logi, quia aquæ primæ habuerunt duas effuſiones pro ambabus manibus; deciſio eſt ſecundum doctorem primum, qui dixit, licet ambæ

aquæ ſecundæ adjectæ fuerint e quartario; deciſio non eſt ſecundum R. Meir. *Si panis oblationis primæ ceciderit*, hic ubi laverit aquis primis e quartario, ſi in eas inciderit panis oblationis primæ, vel tetigerit panem oblationis primæ cum aquis quas in manu ipſius habebat antequam abſterſæ ſint, vel antequam aquæ ſecundæ in ipſas effuſæ fuerint, tum mundus eſt, quia enim hic idoneæ ſunt ad manus ipſius purificandas, propterea quoque idoneæ ſunt ad ſe ipſas purificandas. R. Joſe immundum pronunciat, quia juvant ad manus purificandas, ſed corpora ipſarum polluta ſunt. ambæ manus lotæ ſint una effuſione, ſatisfecit, quia lotio prima facta eſt ſecundum præcepta ipſius.

ב נטל את הראשונים למקום אחד ואת השניים למקום אחד (ס"א) ונפל ככר של תרומה על הראשונים טמא ועל השניים טהור נטל את הראשונים ואת השניים למקום אחד ונפל ככר של תרומה טמא נטל את הראשינים ונמצא על ידיו קיסם או צרור ידיו טמאות שאין המים האחרונים מטהרים אלא המים שעל גבי היד רבן שמעון בן גמליאל אומר כל שהוא מבריית המים טהור :

2. Si primas ſumpſerit pro uno loco, & ſecundas pro altero loco, & panis oblationis primæ inciderit in primas, immundus eſt, ſi in ſecundas, mundus eſt; ſi primas ſecundaſque pro uno loco ſumpſerit, & panis oblationis primæ inciderit, tum immundus eſt; ſi ſumpſerit primas & ſuper manibus ipſius inventa ſit feſtuca, vel lapillus, tum pollutæ ſunt ipſius manus, quia aquæ poſtremæ non purificant, niſi aquas ſuper manu exiſtentes. Rabban Simeon filius Gamalielis dicit, quicquid naturam aquæ habet, id mundum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

נטל את הראשונים למקום אחד *Si ſumpſerit primas pro uno loco*, ſi primas aquas ſumpſerit in copia quartario minori, eas videlicet quæ remanent de reliquiis purificationis, proinde ſecundæ ſumendæ ſunt, ſumet autem primas ex hoc angulo, & ſecundas ex illo angulo. *Et panis oblationis primæ inciderit in locum primæ aquæ, tum panis pollutus eſt*, idem jus obtinet, ſi panis tetigerit aquas primas ſuper manibus ipſius exiſtentes, quod panis nempe pollutus ſit. *Si in ſecundas inciderit, mundus eſt*, quia ſecundæ ſunt mundæ; at ſi primæ & ſecundæ ſint in alio loco, & panis oblationis primæ inciderit in aquas, tum panis iſte pollutus eſt, ſicuti auctor tradit in fine, quia ſecundæ non purificant, niſi aquas ſuper manu exiſtentes, videlicet primas ſuper manu exiſtentes purificant ſecundæ, *ſed primas quæ in terram ceciderunt*, non purificant ſecundæ. ונמצא על ידיו קיסם או צרור & *ſi inventa ſit feſtuca ſuper manibus ipſius, aut lapillus*, licet remiſſa ſint & non dividant, nam ſi aquæ venerint in illa, tum manus pollutæ ſunt, licet aquæ ſecundæ iis affuſæ ſint, quia aquæ ſuper lapillo exiſtentes, pollutæ ſunt propter manus, & aquæ ſecundæ non purificant, niſi aquas ſuper manu exiſtentes, & non eas quæ ſuper lapillo aut ſuper feſtuca exiſtunt; alia expoſitio, ſi lapillus vel feſtuca inventa ſit ſuper manus ipſius, vel quicquid dividit in lotione manuum, licet aquas ſecundas affuderit, manus tamen immundæ ſunt, & non purificantur propter aquas ſecundas, quia aquæ ſecundæ duntaxat aquas ſuper manibus exiſtentes purificant, & non ipſas manus. כל שהוא מבריית המים טהור *quicquid naturam aquæ habet, id mundum eſt*, cujuſmodi ſunt יבחושין ויתושין *muſcæ*, quæ in mari creſcunt, ſi illæ inter lavandum in manus incidiſſent, non dividunt inter manum & aquam, quia ex aqua creatæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi expoſui in præfatione hujuſce codicis quod aquæ primæ accipiant principium immunditiei, proinde ſi panis oblationis primæ tetigerit eas, naſcitur inde ſecundus gradus, ſicut pro hypotheſi poſuimus, ſed aquæ ſecundæ ſunt mundæ. Porro ſi purificaverit quis manus ſuas, & poſtea lapillum vel feſtucam ſuper ipſis invenerit, tum iſtæ res interſtitium faciunt, & manus non purificatæ ſunt, ſed manent in impuritate ſua, nec aquæ ſecundæ in quibus manus lavit mundæ ſunt, nec manus purificatæ ſunt, quia nulla intentio eſt ut aquis ſecundis purificentur manus, ſed intentio eſt ut removeatur id quod de aquis prioribus adhæſerit manibus, qui ſunt liquores immundi, ſicuti expoſuimus, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dicit, aquæ primæ non purificant, ſed aquæ ſuper manu exiſtentes, quod recte intelligas volo. Tandem dicit, *quicquid habet naturam aquæ, id mundum eſt*, id nempe non dividit; ſi vero in manus ipſius & in aquas priores inciderit quid de reptilibus in aquis ſtantibus natis, tum manus ipſius mundæ ſunt; deciſio non eſt ſecundum Rabban Simeon filium Gamalielis. In Toſaphta dicitur, quicquid dividit in corpore, id dividit in manibus, & in lotione manuum & pedum in Sanctuario; ſed nos interſtitium corporis ſuis locis jam expoſuimus.

ג הידים מיטמאות ומיטהרות עד הפרק כיצד נטל את הראשונים עד הפרק ואת השניים חוץ לפרק וחזרו ליד טהורה נטל הראשונים ואת השניים חוץ לפרק וחזרו ליד טמאה נטל את הראשונים לידו אחת ונמלך ונטל את השניים לשתי ידיו טמאות נטל את הראשונים לשתי ידיו ונמלך ונטל את השניים לידו אחת ידו טהורה נטל לידו אחת ושפשפה בחבירתה טמאה בראשו או בכותל טהורה נוטלין ארבעה וחמשה זה בצד זה או זה על גבי זה ובלבד שירפו שיבואו בהם המים :

3. Manus polluuntur & purificantur uſque ad articulum; quomodo. Si primis uſque ad articulum laverit, & ſecundis extra articulum, & eæ redierint in manum, tum munda eſt; ſi primis ſecundiſque laverit extra articulum, & eæ redierint in manum, immunda eſt; ſi primis laverit unam manum, & poſtea laverit ſecundis ambas manus, tum immundæ ſunt; ſi primis laverit ambas manus, & poſtea ſecundis laverit manum unam, tum manus ipſius munda eſt; ſi laverit unam manum, & alteram fricaverit, immunda eſt; ſi fricaverit ad caput vel ad parietem ut abſtergat, tum munda eſt. Lavant quatuor & quinque, unus juxta alterum vel unus ſuper altero, dummodo manus remiſſæ ſint, ut aquæ ad eas veniant.

R. OB. DE BARTENORA.

וחזרו ליד טהורה *Et redierint ad manum, tum ipſa eſt munda*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis aquis primis laverit extra articulum, tum ex eo quod

da, quia aquæ primæ non exierunt extra articulum, proinde ſecundæ non pollutæ ſunt exitu ipſarum extra articulum, at ſi primæ & ſecundæ exierint extra articulum, & poſtea in manum redierint, tum manus iſta eſt polluta, quia primæ pollutæ ſunt cum ſecundis extra articulum, cum primas non purificent ſecundæ extra articulum, ſed eæ tantum purificant uſque ad articulum.

נטל את הראשונים לידו אחת *Si primas affuderit uni manui*, ſi aquis primis laverit totam manum ſeorſim, & poſtea aquas ſecundas affuderit ambabus manibus ſimul, tum manus ipſius immundæ ſunt, manus enim illa mutua conjunctione polluuntur, nam aquæ ſuper manibus hujus viri exiſtentes polluunt aquas ſuper manibus alterius viri, ſicuti polluunt oblationis primæ panem, manus vero polluuntur propter potus immundos, proinde ſi laverit aquis ſecundis, tum primas non purificant quia pollutæ ſunt propter aquas alterius manus, ſed contra etiam ſecundæ iis ſunt pollutæ, ſi nempe primis aquis quamlibet manum ſeorſim laverit, at ſi ambas manus ſimul laverit, tum ambæ manus pro una haberi debent, & una non polluitur altera, ita expoſuerunt hanc Miſnam doctores mei. Maimonides vero exponit, ſi aquas primas affuderit uni manui tantum, & poſtea ambas manus conjunxerit ut in ipſas effundat aquas ſecundas, tum manus ipſius pollutæ ſunt, quia aquæ ſecundæ polluuntur iſta manu quæ non purificata eſt, quæ denuo polluunt manum mundam.

ושפשפה בחברתה *Et confricaverit cum altera*, cum ea nempe quæ nondum abluta erat, tum pollutæ ſunt aquæ quæ ſuper ipſa ſunt propter alteram manum quæ nondum lota eſt, & denuo polluunt manum lotam. בראש או בכותל *ad caput vel ad parietem*, ſi manum ad caput vel parietem fricaverit ut ea abſtergatur, tum munda eſt, ſi vero poſtquam confricaverit, denuo tetigerit iſtas aquas quæ e manu ipſius venerunt in caput, vel in parietem, tum ipſa polluta eſt, quia iſtæ aquæ immundæ denuo polluunt manum quæ tetigit illas, licet non polluatur confricatione, quando nondum confricaverit, nam ſi confricaverit & poſtea denuo tetigerit, tum plus immunditiei eſt. *Quatuor vel quinque lavare poſſunt, unus juxta alterum*, & ii non ſuſpecti ſunt de quatuor rebus, videlicet ne forſan pollutæ ſint quando ex unius viri manu inciderint in alteram, vel an eæ forſan obnoxiæ ſint juri aquarum in quibus aliquod opus factum eſt, vel an forſan e vaſe non deſumptæ ſint, vel an forſan non deſumptæ ſint de quartario. *Dummodo remiſſæ ſint*, dummodo manus ipſorum a ſe invicem aliquantulum diſtent abſque ullo interſtitio.

quod de aquis intraverit extra articulum, fiunt liquores immundi, ſicuti præfati ſumus; ſic etiam aquæ ſuper manibus exiſtentes, ſi aquas ſecundas adhibuerit, purificant quicquid de aquis primis manibus affuſum ſit, ſed quicquid intraverit de aquis primis extra articulum, id aquæ ſecundæ non purificant, quia uſque ad articulum duntaxat purificant, proinde ſi quid de aquis extra articulum exiſtentibus redierit ad manus, tum ipſæ ſunt pollutæ, quia liquores immundi ſunt, ſicuti expoſuimus, proinde ſi una manus purificata ſit, & is poſtea aquas ſecundas affuderit ambabus manibus, tum ambæ manus immundæ ſunt, quia aquæ ſecundæ pollutæ ſunt manu altera quæ prioribus aquis non purificata erat, hinc fiunt liquores immundi quibus polluitur altera manus quæ jam purificata erat. Pariter ſi unam laverit aquis primis, & manum mundam abſterſerit manu altera, vel eam fricaverit manu altera, tum illa polluta eſt, quia aquæ ſuper iis exiſtentes, ſunt liquores immundi, qui manus polluunt, donec aquas ſecundas affuderit. Sin autem manum confricaverit ad caput ſuum, tum ipſa eſt munda, expoſuimus enim quod potus immundi & cibi immundi polluant manus, & non reliqua corporis membra. Præterea auctor conceſſit quod multi homines ſimul lavare poſſint aquas, unus ſuper altero, licet immundi ſint, quia non dicendum eſt quod aquæ de manibus ſuperioris hominis defluentes ſint liquores immundi, quia aquæ primæ ſunt, idcirco manus hominis inferioris non purificantur iſtis aquis, quia immundus eſt, quandoquidem omnes verſantur in gradu unius manus; ſub ea tamen conditione ne manus ſint contiguæ, ita ut aqua intrare nequeat propter interſtitia quædam.

ד ספק נעשה בהם מלאכה ספק לא נעשה בהם מלאכה ספק יש בהם כשיעור ספק שאין בהם כשיעור ספק טמאים ספק טהורים ספקו טהור מפני שאמרו ספק הידים ליטמא לטמא וליטהר טהור רבי יוסי אומר ליטהר טמא כיצד היו ידיו טהורות ולפניו שני ככרים טמאים ספק נגע ספק לא נגע היו ידיו טמאות ולפניו שני ככרים טהורים ספק נגע ספק לא נגע היו ידיו אחת טמאה ואחת טהורה ולפניו שני ככרים טהורים נגע באחת מהם ספק בטמאה נגע ספק בטהורה נגע היו ידיו טהורות ולפניו שני ככרים אחד טמא ואחד טהור נגע באחד מהן ספק בטמא נגע ספק בטהור נגע היו ידיו אחת טמאה ואחת טהורה ולפניו שני ככרים אחד טמא ואחד טהור נגע בשתיהן ספק טמאה בטמאה וטהורה בטהורה או טהורה בטמאה וטמאה בטהורה הידים כמו שהיו והככרים כמות שהיו:

4. Si dubium ſit an iis factum ſit aliquod opus necne, vel dubium ſit an in iis ſit juſta menſura necne, vel dubium ſit an immunda ſint necne, tum dubium earum mundum eſt, quia dixerunt, dubium manuum eſſe mundum, quatenus eæ polluuntur, polluunt, & purificentur. R. Joſe dicit, quatenus polluuntur immundum eſt, quomodo? ſi manus ſint mundæ, & coram viro duo ſint panes immundi, & dubitaverit an tetigerit necne; vel ſi manus ipſius ſint immundæ, & coram ipſo duo panes mundi, & dubitaverit an tetigerit necne; vel ſi una manus illius ſit immunda, altera vero munda, & coram ipſo ſint duo panes mundi, & unum tetigerit, ſed dubitaverit an immundum, an vero mundum tetigerit; vel ſi manus ipſius ſint mundæ, & coram ipſo duo ſint panes, unus immundus, alter mundus, & is tetigerit alterutrum, at dubitaverit an immundum tetigerit, an vero mundum, ſi una manus ipſius immunda ſit, altera vero munda, & coram ipſo duo panes, unus immundus, alter mundus, & tetigerit ambos, at dubitaverit an immunda manus tetigerit immundum panem, an vero munda manus mundum panem, vel munda manus immundum panem tetigerit, & contra, tum manus adhuc ſunt eæ quæ fuerunt, & ſic etiam panes.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק נעשה בהן מלאכה *Si dubitaverit an iis aliquod opus factum ſit*, quia opus reprobas reddit aquas pro lotione, ſicuti capite primo oſtenſum eſt. *Immundæ ſunt*, reprobæ ſunt pro lotione. *Dubium earum mundum eſt*, licet in aquis quas manibus affudit, contineantur omnia iſta dubia, videlicet de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus capite quarto codicis de Puritatibus, quod dubium manuum contineatur ſub numero dubiorum quæ Sapientes munda pronunciarunt; & præterea in præfatione in hunc codicem jam diximus quod aquæ quibus opus aliquod peractum eſt, reprobæ ſint pro lotione manuum;

de dubio purificationis, de quo in fine diſſentiunt Sapientes & R. Joſe; deciſio non eſt ſecundum R. Joſe.

ספק ידים ליטמא ולטמא *Dubium manuum quo pollui & polluere poſſunt*, infra in hac ſerie auctor id explicat. *Duo panes immundi*, quia cibi immundi polluunt manus, ſicuti inferius capite tertio traditur, quicquid oblationem primam polluit, id manus polluit ſecundo immunditiei gradu. *Duo panes mundi*, de panibus oblationis primæ hic ſermo eſt, manus enim reprobam reddunt oblationem primam. *Manus & panes adhuc ſunt ſicuti fuerunt*, immundus manet in ſua immunditie, & mundus in ſua munditie.

nuum; ita quoque notum eſt quod cibi immundi polluant manus & oblationem primam denuo manus polluant. Porro ſenſus Miſnæ clarus eſt, auctor enim omnia dubia quæ incidere poſſunt in manuum impuritates, vel in alias impuritates, munda eſſe ſtatuit, & rem manere in ſuo ſtatu priori; pariter quoque clarum eſt dubium, quo quis dubitaverit an manus immundæ purificatæ ſint necne, quod id nempe mundum ſit, & ipſæ manus mundæ; deciſio non eſt ſecundum R. Joſe.

פרק ג המכנים ידו לבית המנוגע ידיו תחלות דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים ידיו שניות כל המטמא בגדים בשעת מגעו מטמא את הידים להיות תחלות דברי רבי עקיבא וחכמים אומרים להיות שניות אמרו לו לרבי עקיבא היכן מצינו שהידים תחלה בכל מקום אמר להם וכי היאך אפשר להן להיות תחלה אלא אם כן נטמא גופו חוץ מזה האוכלין והכלים שנטמאו במשקים מטמאין את הידים להיות שניות ד"ר יהשוע וחכמים אומרים את שנטמא באב הטומאה מטמא את הידים בולד הטומאה אינו מטמא את הידים אמר רבן (שמעון בן ס"א ל"ג) גמליאל מעשה באשה אחת שבאת לפני אבא אמרה לו נכנסו ידי לאויר כלי חרש אמר לה בתי ובמה היתה טומאתו (ש"א) ולא שמעתי מה אמרה לו אמרו חכמים מבואר הדבר את שנטמא באב הטומאה מטמא את הידים בולד הטומאה אינו מטמא את הידים׃

Caput 3. Si quis manum ſuam in domum leproſam immiſerit, tum manus ipſius ſunt principium, ita R. Akiba; Sapientes dicunt, manus ſecundæ ſunt. Quiſquis veſtes polluit inter tangendum, is manus afficit principio impuritatis, ita R. Akiba, Sapientes dicunt, ſecundo gradu afficit eas; dixerunt R. Akibæ, ubi invenimus quod manus ubique principio afficiuntur? reſpondit iis, quomodo principio affici poſſunt, niſi corpus ipſius pollutum ſit, niſi quod cibi & vaſa polluta potibus polluunt manus ut fiant ſecundæ, ita R. Jehoſua. Sapientes dicunt, quod pollutum eſt patre impuritatis, id polluit manus, quod prole impuritatis pollutum eſt, id non polluit manus. Dixit Rabban Simeon filius Gamalielis, hiſtoria de fœmina quadam coram Aba veniente, & ei dicente, manus meæ intrarunt aërem vaſis teſtacei, reſpondit ei, filia mea, in quo ejus impuritas fuit? ſed non audivi quid illa reſponderit ipſi. Dixerunt Sapientes, res clara eſt, quod patre immunditiei pollutum eſt, id polluit manus, quod prole immunditiei pollutum eſt, id non polluit manus.

R. OB. DE BARTENORA.

המכניס ידו לבית המנוגע ידיו תחלות *Si quis manum ſuam in domum lepra affectam immiſit, tum manus ipſius accipiunt principium immunditiei*, & in profanis unum reddit reprobum, quia gradus primus facit ſecundum in profanis, & unum polluit atque unum reprobat in oblatione prima, in re ſacra autem polluit duo & reprobat unum. *Quicquid polluit veſtes inter tangendum*, videlicet profluvium ſeminiflui, & illius ſputum, & illa omnia quæ tradidimus in capite ultimo de Seminifluis, nam qui tetigerit ea, is polluit veſtes inter tangendum. *Quomodo enim impuritatis principium habere poſſent*; quia is qui patrem immunditiei tetigit, duntaxat principium immunditiei accipit, ſi vero quis manibus ſuis tetigerit patrem immunditiei, tum illius totum corpus pollutum eſt, proinde manus nequeunt accipere principium immunditiei, niſi quis manum in domum leproſam intromiſerit; nam ſi manus intromiſerit, tamen is non totus pollutus eſt, qui vero polluit veſtes inter tangendum, licet is pro patre immunditiei habeatur ad veſtes polluendas, & ad primum & ſecundum impuritatis gradum conſtituendum, tamen non habetur pro patre immunditiei ad hominem polluendum; ſed manus polluit quæ tetigerunt ipſum, ut fiant principium immunditiei; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam. *Quod pollutum eſt patre immunditiei*, cibi nempe & vaſa patre immunditiei polluta, polluunt manus, at non cibi & vaſa quæ polluta ſunt potibus, quia ſecundus immunditiei gradus denuo non facit ſecundum gradum; deciſio eſt ſecundum Sapientes. In quo eſſet illius immundities? fornacis nempe immundities an in patre immunditiei, an vero in potibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod nulla res principium immunditiei contrahere poſſit niſi a patre immunditiei, omnis vero immunditiei pater polluit hominem, & ſi quis tetigerit manum ipſius, tum totus iſte homo pollutus eſt, proinde dixit iis, ne quærito a me ut oſtendam vobis quod manus accipiant principium immunditiei præter hoc; nempe ſi quis ergo manum ſuam in domum leproſam immiſerit, tum is non totus pollutus eſt, & homo qui polluit veſtes interea dum tangit patrem immunditiei, ita ut is denuo conficiat primum atque ſecundum immunditiei gradum, cum hiſce omnibus non polluit hominem, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Seminifluis. Pariter ſi homo tetigerit aliquid manibus ſuis, tum manus ipſius accipiunt principium immunditiei, nam notum eſt quod cibi potibus polluti accipiunt ſecundum impuritatis gradum, & ſic etiam vaſa. Dixit autem R. Jehoſua quod manus quæ cibos tetigerunt, habentes ſecundum immunditiei gradum, vel vaſa eundem gradum habentia, ſecundum impuritatis gradum accipiant. Sapientes vero dicunt quod cibus primum, vas autem ſecundum impuritatis gradum continentes polluant manus, ut eæ ſecundum impuritatis gradum accipiant; deciſio eſt ſecundum Sapientes in duobus ſermonibus.

ב כל הפוסל את התרומה מטמא את הידים להיות שניות היד מטמא את חברתה דברי רבי יהושע וחכמים אומרים אין שני עושה שני אמר להם והלא כתבי קדש שניים מטמאין את הידים אמרו לו

2. Quicquid reprobat oblationem primam, id polluit manus ut fiant ſecundæ; una manus polluit alteram, ita R. Jehoſua. Sapientes dicunt, ſecundus non facit ſecundum; dixit ipſis, nonne ſcripta ſacra quæ ſunt ſecunda, polluant manus? reſpon-

לו אין דנין דברי תורה מדברי סופרים ולא דברי סופרים מדברי תורה ולא דברי סופרים מדברי סופרים :

derunt ei, de verbis Legis non judicant e verbis ſcribarum, nec contra, nec de verbis ſcribarum e verbis ſcribarum.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הפוסל את התרומה *Quicquid reprobat oblationem primam*, hic nempe ſecundus eſt immunditiei gradus, qui tertium gradum in oblatione prima reprobat. *Una manus polluit alteram*, ſi quis una manu polluta tetigerit alteram mundam, tum ipſa quoque polluta eſt, ita ut ambæ jam pollutæ ſint. *Nonne ſcripta ſacra?* de quibus decreverunt quod ea ſecundum immunditiei gradum contineant, & oblationem primam reprobent, atque manus ita polluant ut eæ ſecundum immunditiei gradum accipiant.

אין דנין דברי סופרים מדברי סופרים *Non judicant de verbis ſcribarum e verbis ſcribarum*, nam immundities manuum ſimilis eſt reliquis immunditiebus ex inſtitutis ſcribarum, nam Salomo inſtituit termini Sabbatici mixtionem & lotionem manuum; & ſcriptura ſacra polluit manus, id etiam eſt una ex octodecim rebus quæ a ſcribis uno die decretæ ſunt, & una res non judicatur ex altera, videlicet, ſicuti invenimus de ſcriptura ſacra quod ſecundus immunditiei gradus conficit ſecundum, ita quoque ratione aliarum impuritatum ſecundus facit ſecundum, nam quicquid a ſcribis ſancitum eſt, id pro ſancito habendum eſt, quicquid autem ab iis non ſancitum eſt, id non habendum eſt pro ſancito; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod ſecundus impuritatis gradus reprobet oblationem primam; præterea nos jam expoſuimus quod manus immundæ ſecundum habeant immunditiei gradum, quia R. Jehoſua dixit, quod ſi quis manu ſua tetigerit rem aliquam quæ oblationem primam reddit reprobam, quæ ſecundum gradum comprehendit, manus ipſius pollutæ ſint, ita ut ſecundum impuritatis gradum accipiant. Pariter ſi alicujus una manus ſit polluta, & altera manu tetigerit ipſum, tum altera quoque polluta eſt, & ſecundum impuritatis gradum accipit. Sapientes vero ei repugnant, dicentes quod unus immunditiei gradus non faciat alterum, ſed R. Jehoſua probationem attulit de ſcriptis ſacris ſecundum gradum continentibus, quod ipſa reprobent oblationem primam, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Profluvio Seminiflui; proinde ſi quis tetigerit ſcripta ſacra, tum ipſius manus ſecundum impuritatis gradum accipiunt, & oblationem primam reprobam reddunt, ſicuti exponetur ſequenti Miſna, ſecundus vero ſecundum facit; Sapientes vero ei reſponderunt, quod cum ſcripta ſacra & manus propter ipſa pollutæ polluant manus, hoc ſit inſtitutum ſcribarum, ex illis octodecim quæ conſtituerunt uno die; pariter impuritates manuum ſe habent ut reliquæ impuritates ex inſtituto ſcribarum, ſicuti ſcripſimus, nam Salomon inſtituit ritus de termino Sabbatico & lotione manus, & cum ita ſe res habeat, proinde verba ſcribarum non docent e verbis ſcribarum niſi donec dicamus, quod ſicuti liber Legis polluit oblationem primam & manus, ita quoque omne id quod reprobat, polluit manus; ſed nos dicimus, quicquid a ſcribis eſt inſtitutum, id pro inſtituto habendum eſt & contra, & non ad unam rem ab altera diſcendam; deciſio non eſt ſecundum R. Jehoſuam.

ג רצועות תפילין עם התפילין מטמאות את הידים רבי שמעון אומר רצועות תפילין אינן מטמאות את הידים :

3. *Lora Phylacteriorum cum Phylacteriis polluunt manus, R. Simeon dicit, lora Phylacteriorum non polluunt manus.*

R. OB. DE BARTENORA.

רצועות של תפלין מטמאות את הידים *Lora Phylacteriorum polluunt manus*, nam quando ſcribæ decreverunt de manibus pollutis propter librum Legis, quod eæ reprobent oblationem primam, etiam de manibus decreverunt, quæ tetigerunt lora Phylacteriorum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in fine codicis de Gonorrhœa rationem quare de ſcriptura ſacra decreverint, quod ea reprobet oblationem primam, quando tetigerit ipſam, & ut ſcribæ confirmarent decretum ipſorum, proinde etiam decreverunt quod manus propter literas ſacras pollutæ, reprobent oblationem primam, & quod hominis manus quæ tetigerunt literas ſacras, habeant ſecundum immunditiei gradum, & oblationem primam polluant, & de hoc decreto ubique in hoc capite ſermo ſit, dum auctor dicit, polluit manus, & non polluit manus; & poſt hoc decretum decreverunt aliud decretum magis generale, cujus ſenſum plane obliti ſunt homines, videlicet quod omnes manus ſecundum gradum impuritatis continentes, polluant oblationem primam, ſive librum Legis tetigerint necne, & hoc decretum occurrit in fine codicis de Gonorrhœa, quando ibidem dicitur, manus continentur ſub iſtis rebus quæ oblationem primam reprobant, ſive tetigerint librum Legis, ſive non tetigerint; ita etiam in Talmude exponitur, & ratio ultimi decreti eſt quod manus operativæ ſint; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ד גליון שבספר שמלמעלן ושמלמטן שבתחלה ושבסוף מטמא את הידים רבי יהודה אומר שבסוף אינו מטמא עד שיעשה לו עמוד :

4. Volumen libri ſuperius & inferius, in principio & in fine polluit manus. R. Jehuda dicit, in fine non polluit niſi donec ei columna facta ſit.

R. OB. DE BARTENORA.

שמלמעלן ושמלמטן *Quod ſuperius eſt & inferius*, oportet enim ut ſuperius in membrana aliquod ſpatium vacuum relinquatur, quod trium eſt digitorum, inferius autem unius palmi. *In principio & in fine*, in principio libri relinquendum eſt ſpatium aliquod vacuum ut tota membrana convolvi poſſit, membrana enim ab initio ad finem convolvi debet, quemadmodum Mezuza convolvi ſolet a voce אחד uſque ad שמע & in fine ad columnam convolvendam, ſed hoc intelligendum eſt de libro Legis duntaxat, ſed ſi libri prophetarum & hagiographorum ei adhæreant ſimul, tum requiritur ut totus liber convolvatur in fine ipſius, & ut columna convolvatur in principio ipſius, nam ſi quis ab initio convolverit librum, Lex exiſteret exterius, at opprobrium eſſet Legi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גליון *Volumen*, dicitur illa pars in membrana Legis quæ nullis literis conſignata eſt ſuperius, nec inferius, nec inter folia in principio, & in fine. R. Jehuda dicit, ſi in fine membranæ relinquatur ſpatium in quo עמוד *columna* confici nequit, circum quam membrana Legis convolvitur, tum propter iſtam ſanctitatem, liber adhuc profanus eſt, quia fieri poteſt ut ſpatium ſit quod abſque ſcriptura relictum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ut

ut ipſa veluti cuſtos quidam eſſet pro prophetis & Hagiographis; de hoc caſu dictum eſt in codice ultimo de Damnis, & tantum ſpatium vacuum relinquit ut columnam ab initio convolvere poſſit, ut totum librum in fine ipſius circumdet.

ה ספר שנמחק ונשתייר בו שמונים וחמש אותיות כפרשת ויהי בנסוע אהרון מטמא את הידים מגילה שכתוב בה שמונים וחמש אותיות כפרשת ויהי בנסוע אהרון מטמא את הידים כל כתבי הקדש מטמאין את הידים שיר השירים וקהלת מטמאין את הידים רבי יהודה אומר שיר השירים מטמא את הידים וקהלת מחלוקת רבי יוסי אומר קהלת אינו מטמא את הידים ושיר השירים מחלוקת רבי שמעון אומר קהלת מקולי בית שמאי ומחומרי בית הלל אמר רבי שמעון בן עזאי מקובל אני מפי שבעים ושתים זקן (ס"א) ביום שהושיבו את רבי אלעזר בן עזריה בישיבה ששיר השירים וקהלת מטמאין את הידים אמר רבי עקיבא חס ושלום לא נחלק אדם מישראל על שיר השירים שלא תטמא את הידים שאין כל העולם כלו כדאי כיום שניתן בו שיר השירים לישראל שכל הכתובים קדש ושיר השירים קדש קדשים ואם נחלקו לא נחלקו אלא על קהלת אמר רבי יוחנן בן יהושע בן חמיו של רבי עקיבא כדברי בן עזאי כך נחלקו וכן גמרו :

5. Si in libro deleto relictæ fuerint octoginta quinque literæ ut ſectio, *& fiebat dum proficiſcebatur Aharon*, tum is polluit manus, ſi in membrana ſcriptæ ſint octoginta literæ ut ſectio, *& fiebat dum proficiſcebatur Aharon*, tum polluit manus. Omnia ſcripta ſacra polluunt manus, canticum canticorum & Eccleſiaſtes polluunt manus. R. Jehuda dicit, canticum canticorum polluit manus, ſed Eccleſiaſtes in controverſia eſt. R. Joſe dicit, Eccleſiaſtes non polluit manus, ſed canticum canticorum in controverſia eſt. R. Simeon dicit, Eccleſiaſtes eſt e levibus Scholæ Schammai, & e gravibus Scholæ Hillelis. Dixit R. Simeon filius Azai, ego accepi ex ore ſeptuaginta & duorum ſeniorum, eo die quo R. Eleazarem filium Azariæ in ſenatum cooptarunt, quod canticum canticorum & Eccleſiaſtes polluant manus. Dixit R. Akiba, abſit ut quis Iſraëlita negaret quod canticum canticorum non pollueret manus, quia totus mundus non tantus eſt ac ille dies quo canticum canticorum prodiit Iſraëli, omnia enim Hagiographa ſunt ſacra, ſed canticum canticorum eſt ſacratiſſimum, & ſi diſſentiant, de Eccleſiaſte tantum diſſentiunt. Dixit R. Jochanan filius Jehoſuæ, filii ſoceri R. Akibæ ſecundum filium Azai diſſentiunt, & ſic concludunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כפרשת ויהי בנסוע אהרון *Ut ſectio, & factum eſt dum proficiſcebatur Aharon*, quia hæc ſectio peculiarem librum continet, dixerunt in commentario quodam allegorico, חצבה עמודיה שבעה Prov. 9, 1. ubi per ſeptem columnas deſignantur ſeptem libri Legis, quia liber Levitici in tres partes dividitur, jam quatuor reſtant libri, & hinc ſeptem ſunt. מגילה שכתוב בה פ"ה אותיות *membrana in qua octoginta quinque literæ deſcriptæ ſunt*, per מגילה hic intelligas operimentum libri Legis, quod conſecratum eſt cum in ipſo octoginta literæ deſcriptæ ſint, & polluit manus. *Eccleſiaſtes non polluit manus*, quia Salomonis ſapientiam continet, quæ ſpiritu ſancto non dictata eſt. *Secundum verba filii Azai diſſentiunt, & concludunt*, & ita deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eſt nobis quod illa pericope Legis quæ extat Num. 10, 35. & Num. 10, 36. conficiant aliquem librum ſigillatim. Dixerunt, mulieres prudentes ſunt in menſtruis ſuis luſtrandis; & quum Prov. 9, 1. dicitur חצבה עמודיה שבעה hi ſunt ſeptem libri Legis; porro dixerunt, quod ab initio libri uſque ad ſectionem quæ extat Num. 10, 35. ſit liber peculiaris, & pariter liber peculiaris ab hac ſectione uſque ad finem libri, hinc in libro Num. tres erunt libri, & quatuor quintanæ reliquæ, & hinc erunt ſeptem. Quando dixerunt, *ſi in membrana deſcriptæ ſint octoginta quinque literæ*, ſenſus eſt, quod ſi in hac membrana totidem literæ conſignatæ ſint, conſecrata ſit, & ad ſcripta ſacra pertineat; R. Jehuda ſentit ut filius Azai.

פרק ד בו ביום נמנו וגמרו על עריבת הרגלים שהיא משני לוגין ועד תשעה קבין שנסדקה שהיא טמאה מדרס שרבי עקיבא אומר עריבת הרגלים כשמה :

Caput 4. Die eodem numerati ſunt & concluſerunt de mactra pedeſtri, quod ſi illa a duobus Logis uſque ad novem Cabos contineat, & fiſſa ſit, polluta ſit calcatione, nam R. Akiba dicit, mactra pedeſtris eſt ut nomen ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

בו ביום *Eodem die*, hæc ad ſuperius caput ſpectant, ubi de R. Simeon filio Azai dicitur quod is in conſeſſum judicum aſſumptus ſit, quoties autem in Miſna dicitur, *Eodem die*, toties de hoc die ſermo fit. נמנו *Numerati ſunt*, ſurrexerunt omnes in numerum, ut conſtaret quot eſſent qui mactram pedeſtrem immundam pronunciarent, & quot eſſent qui mundam pronunciarent, deciſio vero ſecundum vota plurimorum pronunciata fuit. עריבת הרגלים *mactra pedeſtris*, eſt mactra in qua pedes lavantur, שנסדקה *quæ diffiſſa eſt*, prope fundum illius, ita ut aquam continere nequeat pro uno pede lavando. *Immunda eſt calcatione ſeminiflui*, nam antequam mactra fiſſa eſſet, in ipſa ſedere ſolebant, atque adeo ſeſſioni deſtinata una cum opere ipſius. *Nam R. Akiba dicebat*, is nempe ſtatuebat quod mactra eſſet ut nomen ipſius, videlicet quod in ipſa nulla ſit calcatio ſeminiflui; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam meminimus quod ubi in Miſna dicitur, בו ביום *eodem die*, innuatur hic dies quo R. Eleazar filius Azariæ in collegium judicum cooptatus eſt. Expoſitio illius quod dicitur נמנו וגמרו *numerati ſunt & concluſerunt*, ſenſus eſt quod numerarunt ſe ipſos, ut concluſio fieret ſecundum plurimam partem judicum, ſed compertum fuit quod plurima pars diſſentiret a R. Akiba, & deciderunt ſicuti hic meminimus, & non ſicuti dixit R. Akiba; ſed hæc Miſna jam expoſita eſt capite decimo codicis de Vaſis.

ב בו ביום אמרו כל הזבחים שנזבחו שלא לשמן כשרים

2. Eodem die dixerunt, omnia ſacrificia ſub alieno

כשרים אלא שלא עלו לבעלים לשום חובה חוץ מן
הפסח ומן החטאת הפסח בזמנו והחטאת בכל זמן
רבי אליעזר אומר אף האשם הפסח בזמנו והחטאת
והאשם בכל זמן א״ר שמעון בן עזאי מקובלני מפי
שבעים ושנים זקן (ס״א) ביום שהושיבו את רבי
אלעזר בן עזריה בישיבה שכל הזבחים הנאכלין
שנזבחו שלא לשמן כשרים אלא שלא עלו לבעלים
לשם חובה חוץ מן הפסח ומן החטאת לא הוסיף בן
עזאי אלא העולה ולא הודו לו חכמים :

no titulo mactata, ſunt recta, niſi quod dominis ſuis non imputentur in debitum, Paſchate & ſacrificio pro peccato exceptis, Paſchate in tempore ſuo, & ſacrificio pro peccato omni tempore. R. Eliezer dicit, etiam ſacrificium pro reatu, Paſcha in tempore ſuo, ſacrificium pro peccato & pro reatu omni tempore. Dixit R. Simeon filius Azai, ego accepi ex ore ſeptuaginta, & duorum ſeniorum, eo die quo R. Eleazar filium Azariæ in Senatum cooptabat, quod ſi omnia ſacrificia quæ comeduntur, ſub alieno titulo mactata ſint, recta ſint, niſi quod dominis ſuis non imputentur in debitum, Paſchate & ſacrificio pro peccato exceptis, & filius Azai tantum holocauſticum addidit, ſed Sapientes ei non conceſſerunt.

R. OB. DE BARTENORA. *Omnia ſacrificia ſub alieno titulò mactata, ſunt recta*, Miſna hæc jam expoſita eſt a nobis in principio codicis de Sacrificiis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Hujuſce Miſnæ deciſio jam data eſt in principio codicis de Sacrificiis.

ג בו ביום אמרו עמון ומואב מה הן בשביעית גזר
רבי טרפון מעשר עני וגזר רבי אלעזר בן עזריה
מעשר שני אמר לו רבי ישמעאל אלעזר בן עזריה
עליך ראיה ללמד שאתה מחמיר שכל המחמיר עליו
ראיה ללמד אמר לו רבי אלעזר בן עזריה ישמעאל
אחי אני לא שניתי מסדר השנים טרפון אחי שינה
ועליו ראיה ללמד השיב רבי טרפון מצרים חוצה
לארץ עמון ומואב חוצה לארץ מה מצרים מעשר עני
בשביעית אף עמון ומואב מעשר עני בשביעית השיב
רבי אלעזר בן עזריה בבל חוצה לארץ עמון ומואב
חוצה לארץ מה בבל מעשר שני בשביעית אף עמון
ומואב מעשר שני בשביעית אמר רבי טרפון מצרים
שהיא קרובה עשאוה מעשר עני שיהיו עניי ישראל
נסמכים עליה בשביעית אף עמון ומואב שהן קרובים
נעשים מעשר עני שיהיו עניי ישראל נסמכים עלהים
בשביעית אמר לו רבי אלעזר בן עזריה הרי אתה
כמהנן ממון ואין אתה אלא כמפסיד נפשות קובע
אתה אה השמים מלהוריד טל ומטר שנאמר היקבע
אדם אלהים כי אתם קובעים אותי ואמרתם במה
קבענוך המעשר והתרומה אמר רבי יהושע הריני
כמשיב על טרפון אחי אבל לא לענין דבריו מצרים
מעשה חדש ובבל מעשה ישן והנדון שלפנינו מעשה
חדש ידון מעשה חדש ממעשה חדש ואל ידון מעשה
חדש ממעשה ישן מצרים מעשה זקנים ובבל מעשה
נביאים והנדון שלפנינו מעשה זקנים ידון מעשה
זקנים ממעשה זקנים ואל ידון מעשה זקנים ממעשה
נביאים נמנו וגמרו עמון ומואב מעשרין מעשר עני
בשביעית ובשבא רבי יוסי בן דורמסקית אצל רבי
אליעזר (ס״א) ללוד אמר לו מה חדוש היה לכם
בבית המדרש היום אמר לו נמנו וגמרו עמון ומואב
מעשרים מעשר עני בשביעית בכה רבי אליעזר (ס״א)
ואמר

3. Eodem die quæſiverunt quomodo ſe res habeat cum terra Ammonitica & Moabitica anno ſeptimo, R. Tarphon decrevit decimas pauperis, R. Eleazar filius Azariæ decrevit decimas ſecundas. Dixit R. Iſmaël, Eleazar filius Azariæ tibi incumbit demonſtrare doctrinam tuam, quia tu aggravas, quiſquis enim aggravat, ei incumbit probatio; reſpondit ei R. Eleazar filius Azariæ, Iſmaël frater mi, ego nihil immutavi de ordine annorum, Tarphon frater meus immutarit, & ei incumbit probatio. Reſpondit R. Tarphon, *Ægyptus extra terram Iſraëlis ſita eſt, ita etiam Ammon & Moab, ſicuti ergo Ægyptus* dat decimas pauperis anno ſeptimo, ita quoque Ammon & Moab eas dare debent. Reſpondit R. Eleazar filius Azariæ, Babylonia extra terram Iſraëlis ſita eſt, ita etiam Ammon & Moab, ſicuti ergo Babylonia decimas ſecundas dat anno ſeptimo, ita quoque Ammon & Moab. Dixit R. Tarphon, Ægypto propinquæ impoſitæ fuerunt decimæ pauperis, ut pauperes Iſraëlitæ iis inniti poſſent anno ſeptimo, ita etiam Ammon & Moab vicinis impoſitæ ſunt decimæ pauperis, ut Iſraëlitæ pauperes iis inniterentur anno ſeptimo. Dixit ei R. Eleazar filius Azariæ, tu pauperibus pecuniæ acceſſionem adferre vis, & animas perdis, tu ſpolias cœlum, ne demittat rorem & pluviam, ſicuti dicitur Mal. 3, 8. *An homo Deum ſpoliabit? vos enim me ſpoliaſtis, attamen rogatis, in quo te ſpoliavimus? decimis & oblatione prima.* Dixit R. Jehoſua, en ego reſpondebo pro R. Tarphon fratre meo, at non ſenſu verborum ipſius, Ægyptus eſt opus novum, Babylonia vero opus vetus, & quod ante judicatum eſt, id novum opus eſt, judicetur ergo opus novum ex opere novo, & non e veteri opere, Ægyptus eſt opus ſeniorum, Babylonia eſt opus prophetarum, & quod judicatum eſt coram nobis eſt opus ſeniorum, judicetur ergo opus ſeniorum ex opere ſeniorum, & non ex opere prophetarum, numerati vero concluſerunt quod Ammonitæ & Moabitæ decimas pauperis dent anno ſeptimo. Quum veniſſet R. *Joſe* filius Dormaſcas apud R. Eliezer in Lud, dixit, quid novi hodie in Schola veſtra accidit? reſpondit ei, numerati ſunt & concluſerunt quod Ammonitæ & Moabitæ decimas pauperis dent anno ſeptimo; flevit

ואמר סוד ה' ליראיו ובריתו להודיעם צא ואמור להם אל תחושו למנינכם מקובל אני מרבן יוחנן בן זכאי ששמע מרבו ורבו מרבו ער חלכה למשה מסיני שעמון ומואב מעשרים מעשר עני בשביעית :

vit R. Eliezer, dixitque, ſecretum Domini ſit pro timentibus ipſum, & fœdus illius ad indicandum ipſis, exito & dicito ipſis, ne ſolliciti eſtote de numero veſtro, ego accepi a Rabban Jochanan filio Saccai, qui audivit a magiſtro ſuo, & magiſter ipſius a magiſtro ipſius uſque ad tradita Moſis in Sinai, Ammonitæ & Moabitæ dant decimas pauperis anno ſeptimo.

R. OB. DE BARTENORA.

אמון ומואב מה הן בשביעית *Regio Ammonitica & Moabitica quomodo ſe habent ratione anni ſeptimi?* hæc non eſt illa Regio Ammonitica & Moabitica quæ licita facta fuit per Sichon, quæ eſt hæreditas Rubenis & Gadi, nam illa pertinet ad terram Iſraëlis, licet dixeris quod reduces e Babylonia non ſubegerint illam, nihilominus tamen jus anni ſeptimi obtinet in ipſa, etenim in codice de Jure anni ſeptimi expoſitum eſt, quod tres terræ ad jus anni ſeptimi pertineant, videlicet Judæa, tractus cis Jordanem, & Galilæa, per tractum cis Jordanem intelligas regionem Sichon; ſed de reliquis partibus terræ Ammoniticæ & Moabiticæ, quas non mundas dixerunt, & quas nunquam ſubegerunt, hic ſermo fit in Miſna, quod conſtat ex iis quæ auctor tradit de iis quæ ex Ægypto & Babylonia redierunt.

לא שניתי מסדר השנים *Nihil immutavi de ordine annorum*, quia poſt annum quo decimæ pauperis dantur, ſemper dantur decimæ ſecundæ, nam decimæ pauperis dantur anno ſexto, proinde decimæ ſecundæ anno ſeptimo efferendæ ſunt. המעשר והתרומה *decimæ & oblatio prima*, proinde decimæ quarum hic facta eſt mentio, intelligendæ ſunt de decimis ſecundis, quod liquet ex eo quod cum ipſis adjungitur oblatio prima, quæ res ſacra eſt, ſed decimæ ſecundæ ſunt omnino profanæ; ſed decimæ ſecundæ deſtrui nequeunt ob pauperes.

הרי כמשיב על טרפון *En ego veluti reſpondebo Tarphoni*, ad ei opem ferendum. *At non ſenſu verborum ipſius*, videlicet non ſecundum ſententiam illius. מצרים מעשה חדש *Ægyptus eſt opus novum*, quia ſeniores qui Ezram exceperunt, ſanciverunt ut in Ægypto ſepararent decimas. ובבל מעשה ישן *Babylonia vero eſt opus vetus*, prophetæ enim ante deſtructum Templum ſanciverunt ut decimæ pauperis in Babylonia darentur, ſed ipſorum poſtea ſancita oblivioni tradita ſunt, forſan quia pauperes iſto tempore non opus habebant decimis.

מעשה נביאים *Opus prophetarum*, proinde juxta mandatum propheticum fecerunt pro tempore, & non ſecundum doctrinam Miſnæ. הלכה למשה מסיני *deciſio Moſis e Sinai*, attamen in Toſaphta oſtenditur quod hic de ipſa conſtitutione Moſis in Sinai ſermo fit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod anno primo, ſecundo, quarto, & quinto, ab anno ſeptimo educant decimas primas, & poſtea decimas ſecundas, atque hic eſt ordo annorum; anno autem tertio præcepit Lex quod decimæ pauperis educendæ ſint pro decimis ſecundis, ſed hicce annus remiſſionis eſt in quo non obtinet debitum decimarum. Cæterum notum eſt quod anni remiſſionis obligatio in terra Iſraëlis tantum obtineat, & in Syria, ſicuti expoſitum eſt in Toſaphta ad primum caput codicis de Vaſis, & ſicuti in codice de Anno Septimo dictum eſt; ſed extra terram Iſraëlis non obtinet jus anni remiſſionis; attamen decimæ extra terram Iſraëlis dandæ ſunt ex decreto Sapientum, ſicuti aliquot in locis in Toſaphta expoſitum eſt, annis autem iſtis quibus in terra Iſraëlis decimæ ſecundæ dantur, iiſdem annis quoque dantur extra terram Iſraëlis, eaſque redimunt, & pecuniam deferunt Jeruſolymam, & ſicuti in terra Iſraëlis decimas pauperis dant anno ſecundo, ita quoque eaſdem dant extra eam. Atque etiam anno remiſſionis, quo incolæ terræ Iſraëlis non educunt decimas, quia iſto anno omnes fructus ſunt communes, quandoquidem jam ſanciverunt prophetæ, ut decimas ſecundas educerent in Babylonia, & e regionibus ei finitimis; & ſeniores poſt Ezram ſanciverunt ut in Ægypto, & in reliquis regionibus darent decimas pauperis anno ſeptimo, ſed de terra Ammonitarum & Moabitarum, videlicet de civitatibus Sichon & Og incidit controverſia, quænam decimæ iſtis in locis dari debeant anno ſeptimo, R. Eleazar aggravavit, quia decimæ ſecundæ ſunt ſacræ, ſed decimæ pauperis profanæ, & R. Eleazar probationem attulit de decimis & oblatione prima, videlicet quod decimæ de quibus is monuit, & de cujus abrogatione timuit, ſint res ſacra, ſicut oblatio prima. Reſpondit R. Tarphon &c. Senſus eſt quod is priores reſponſiones regeſſit, cum R. Eleazar jam veniſſet e Schola propter controverſiam quæ inter ipſum & Sapientes orta eſt, ſicuti meminimus capite quinto codicis de Vaſis.

ד בו ביום בא יהודה גר עמוני ועמד לפניהן בבית המדרש אמר להם מה אני לבא בקהל אמר לו רבן גמליאל אסור אתה אמר לו רבי יהושע מותר אתה אמר לו רבן גמליאל הכתוב אומר (ס"א) לא יבא עמוני ומואבי בקהל ה' גם דור עשירי וגומר אמר לו רבי יהושע וכי עמונים ומואבים במקומן הן כבר עלה סנחריב מלך אשור ובלבל את כל האומות שנאמר ואסיר גבולות עמים ועתידותיהם שוסתי ואוריד כביר יושבים אמר לו רבן גמליאל הכתוב אומר ואחרי כן אשיב את שבות בני עמון וכבר חזרו אמר לו רבי יהושע הכתוב אומר ושבתי את שבות עמי ישראל ויהודה ועדין לא שבו והתירוהו לבא בקהל :

4. Eodem die venit Jehuda proſelytus Ammoniticus, & conſtitit coram ipſis in Schola, dixitque, an ego in cœtum veniam? dixit ei Rabban Gamaliel, prohibitus tu es. Sed R. Jehoſua ei dixit, tu licitus es; dixit ei Rabban Gamaliel, Lex dicit Deut. 23, 4. *non veniet Ammonita nec Moabita in cœtum Domini, etiam decima ætas* &c. Dixit ei R. Jehoſua, utique Ammonitæ & Moabitæ ſunt in locis ſuis, Sancherib rex Aſſyriæ jam aſcendit, & omnes gentes confudit, ſicuti dicitur Jeſ. 10, 13. *Et removebo terminum gentium, & parata earum ſpoliabo, & deſcendere faciam habitatores fortes.* Dixit ei Rabban Gamaliel, ſcriptum eſt Jer. 49, 6. *Et poſtea reducam captivos Ammonitas*, at ii jam redierunt. Dixit R. Jehoſua, ſcriptum eſt Amos 9, 14. *Et reducam captivos populi mei Iſraëlis & Judæ*, at ii nondum redierunt; tum permiſerunt ei venire in cœtum.

R. OB. DE BARTENORA.

שנאמר ואסיר גבולת עמים *Sicuti dicitur, & removebo terminum gentium*, Sancherib enim incolas ex una civitate traduxit in alteram. *Et reducam captivos populi mei Iſraëlitici*, at ii hucuſque nondum redierunt, & quemadmodum hi non redierunt, ita nec illi. *Et permiſerunt ei*, ut intrare poſſet eccleſiam, nam nulli a ſeptuaginta nationibus prohibitum fuit intrare eccleſiam præterquam Ammonitis & Moabitis in perpetuum, & Ægyptiis atque Edomitis in prima & ſecunda generatione, nunc autem cum hi peregrini ignoti ſint, quia inter reliquos peregrinos mixti ſunt, dicimus, quiſquis ſegregaverit ſe, is ſe a plurima parte populi ſegregavit, & omni qui proſelytus factus eſt, licet intrare eccleſiam Iſraëliticam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem gentes confuſæ ſunt tempore Sancheribi, ſicuti conſtat e libris prophetarum, quia gentes traduxit ab una ora ad alteram, hinc familiæ inter nos confuſæ ſunt ita ut dignoſci nequeant inter ſe, nec e locis ipſarum cognoſci; notum vero eſt quod omnes ſeptuaginta linguæ in cœtum venire poſſint, Ammonitis, Moabitis, Ægyptiis, & Edomitis exceptis. Præterea nobis hypotheſis eſt quod quiſquis ſe ſeparaverit, is a plurima parte ſe ſegregavit, idcirco proſelyto permiſerunt ſtatim cœtum intrare; ergo intellige quomodo Rabban Gamaliel non permiſerit introitum in Scholam iſto die, idcirco is remotus eſt & R. Eleazar filius Azariæ ei ſuſpectus eſt ſicuti notum eſt, quia is Legem abrogare noluit.

ה תרגום שבעזרא ושבדניאל מטמא את הידים תרגום שכתבו עברית ועברית שכתבו תרגום וכתב עברי אינו מטמא את הידים לעולם אינו מטמא עד שיכתבנו אשורית על העור ובדיו :

5. Targum in Ezram & Danielem polluit manus, Targum Hebraice ſcriptum, & contra, ut & ſcriptura Hebraica, non polluunt manus, ſed nunquam polluunt niſi Aſſyriace ſcripſerimus in pelle & cum atramento.

R. OB. DE BARTENORA.

תרגום שכתבו עברית *Targum qui Hebraice conſcriptus eſt*, intellige Targum in Danielem & Ezram. כדנא תימרון *ita dicetis eis*, videſis apud Jeremiam, ſi in lingua ſancta conſcripta ſint, & verba prophetæ quæ dicta ſunt in lingua ſancta, & Targumice conſcripta, non polluunt manus. כתב עברי *ſcriptura Hebraica*, eſt ſcriptura qua uſi ſunt cis Jordanem, in qua etiamnum Cuthæi ſcribere ſolent, Iſraëlitæ vero hac ſcriptura uſi ſunt in rebus profanis. Cæterum hæc ſcriptura quæ hodie verſatur in manibus noſtris, eſt ea quæ a tempore regum exſculpta eſt; iſta vero ſcriptura in qua nos hodie librum Legis exarare ſolemus, vocatur אשורי, eſtque ſcriptura in tabulis conſignata, & vocatur אשורי quia מאושר *beata eſt*, ab אשרי, *beatitudines*, ſicuti dicitur Gen. 30. 13. אשרוני בנות *beatam me prædicant filiæ.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עברית Venit a עברים *Hebræi*, proinde ſcriptura Hebraica eſt illa ſcriptura in qua Lex populi conſcribi ſolet, quæ vocatur אלסמיכה; ſcriptura autem iſta in qua nos Legem conſcribimus vocatur כתב אשורית *ſcriptura Aſſyriaca*, & ſcriptura in qua Deus Legem conſcripſit, etiam *ſcriptura Aſſyriaca* vocatur propter excellentiam ipſius ab אשרי *beatitudines*, quaſi ſcripturam beatam dixeris, eo quod illa nunquam mutetur, neque ſimiles literas habeat, quia literæ ipſius diſſimiles ſunt, & quia nulla litera adhæret alteri in ſerie ſcriptionis, quod in nulla alia ſcriptura fieri ſolet quam in hac.

ו אומרים צדוקים קובלין אנו עליכם פרושים שאתם אומרים כתבי הקדש מטמאין את הידים ספרי המירם אינם מטמאין את הידים אמר רבן יוחנן בן זכאי וכי אין לנו על הפרושים אלא זו בלבד והרי הם אומרים עצמות חמור טהורים ועצמות יוחנן כהן גדול טמאים אמרו לו לפי חבתן היא טומאתן שלא יעשה אדם עצמות אביו ואמו תרוודות אמר להם אף כתבי הקדש לפי חבתן היא טומאתן ספרי המירם שאינן חביבין אין מטמאין את הידים :

6. Dixerunt Sadducæi, nos querimur de vobis Phariſæis, quia vos dicitis, ſcripta ſacra polluunt manus, libri hæretici non polluunt manus. Reſpondit R. Jochanan filius Zaccai, an nos contra Phariſæos nihil habemus, niſi hoc duntaxat, ii enim dixerunt, oſſa aſini munda ſunt, ſed oſſa Jochananis pontificis maximi immunda ſunt? Dixerunt ei, juxta amorem ipſorum eſt immunditiés ipſorum, quia nemo e parentum ſuorum oſſibus facit cochlearia; dixit iis, etiam ſcripturæ ſacræ immunditiés eſt ſecundum amorem ipſorum. Libri hæretici qui non dilecti ſunt, non polluunt manus.

R. OB. DE BARTENORA.

אומרים צדוקים *Dicunt Zadducæi*, hi ſunt ii qui Legem oralem denegant, Zadducæi enim ortum ducunt a Zadoc & Baitos qui Antigoni Zochæi diſcipuli fuerunt, qui Antigonum audiverunt dicentem, ne ſitis ſicut ſervi dominis ſuis ea conditione ſervientes ut accipiant mercedem, hinc dixerunt, an fieri poteſt ut mercenarius qui totum diem operatus eſt, veſperi non accipiat mercedem? Et hi homines a Sapientum verbis ſe abſtraxerunt, & in ſuas partes traxerunt multos ex Iſraële, horum aliqui etiamnum in Ægypto ſuperſtites manſerunt, Damaſci, & Conſtantinopoli, & ii veluti ſpinæ noſtra pungunt latera, & nos eos vocamus קראים *Caraim*, quia Legem ſcriptam tantum poſſident. קובלין *conquerimur*, nos conquerimur de ſtatutis veſtris. פרושים id eſt חכמים *Sapientes*, nam Sapientes Iſraëlis vocabantur פרושים qui cibos profanos in ſanctitate comedebant, at a tactu plebejorum ſeparati erant, ſicuti traditur, veſtes plebeji ſunt calcatio ſeminiflui pro Phariſæis. ספרי המירם ſunt libri hæretici, & ita vocant a מור in hiphil המיר *immutare*, quia verum cum falſo mutant. תרוודות notat cochlearia, e quibus comedunt, ita dicitur alicubi in Miſna, plenitudo cochlearis putredinis. *Etiam libri ſacri, quorum immunditiés eſt ſecundum dilectionem ipſorum*, ne quis inde faciat operculum ſuper beſtia, & ſecun-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Capite primo codicis de Patrum capitulis jam expoſuimus ſententias Zadducæorum, Baitoſæorum eorumque aſſeclarum, ii nempe Legem noſtram ſpreverunt, atque totam Legem oralem negarunt. Senſus קובלין eſt מתרעמים *conqueruntur.* ספרי מירם vocantur libri qui Legem noſtram oppugnant, & vocantur quoque ספרי מינים *libri hæretici*, in quibus Dei exiſtentia negatur, & domus in quo hi libri colliguntur, vocatur בית אבידן *domus exitii*, cujuſmodi domum exſcindet Deus. Cæterum R. Jochanan iis reſpondit modo contemptus. תרוודות notat *cochlear.* Cæterum nos jam expoſuimus rationem qua ſtatuimus quod ſcripta ſacra polluant manus, ut cuſtodiantur, & cauſa perditionis removeatur, ſicuti meminimus in fine codicis de Gonorrhœa.

ſecundum verba ipſorum reſpondit iis, & non ſecundum veritatem, ratio enim quod libri ſacri polluant manus, eſt, ne libri depravarentur, mures enim qui circa cibos inveniuntur, corrumpunt libros, ſicuti expoſuimus in fine codicis de Gonorrhœa.

ז אומרים צדוקים קובלין אנו עליכם פרושים (שאתם מטהרים את הנצוק אומרים פרושים קובלים אנו עליכם צדוקים) שאתם מטהרים את אמת המים הבאה מבית הקברות אומרים צדוקים קובלין אנו עליכם פרושים (שאתם אומרים שורי וחמורי שהזיקו חייבין ועבדי ואמתי שהזיקו פטורין) מה אם שורי וחמורי שאיני חייב בהם מצות הרי אני חייב בנזקן עבדי ואמתי שאני חייב בהן מצות אינו דין שאהא חייב בנזקן אמרו להם לא אם אמרתם בשורי וחמורי שאין בהם דעת תאמרו בעבדי ובאמתי (ס״א) שיש בהם דעת שאם אקניטם ילך וידליק גדישו של אחר ואהא חייב לשלם :

7. Dixerunt Sadducæi, nos querimur de vobis Phariſæis, quia vos mundum dicitis effuſum; dixerunt Phariſæi, nos de vobis Sadducæis querimur, quia vos aquæ ductum mundum dicitis a cœmeterio provenientem; dixerunt Sadducæi, nos querimur de vobis Phariſæis, quia vos dicitis, bos & aſinus meus qui læſerunt, tenentur, ſervi vero & ſervæ qui læſerunt, ſunt immunes, nam ſi ad bovis atque aſini damnum, qui non tenentur ad præceptum, teneatur dominus, nonne eo magis fas eſt ut ob ſervos & ſervas qui tenentur ad præceptum, dominus teneatur ad damnum eorum? dixerunt eis, nequaquam, nam ſi dixeritis de bove & aſino, in quibus nulla ſcientia eſt, etiam dicitis de ſervis & ancillis in quibus ſcientia eſt, nam ſi incitaverim unum, incendet acervum alterius, tum tenerer compenſare.

R. OB. DE BARTENORA.

מטהרין את הנצוק *Mundum pronunciant id quod effuſum eſt*, etenim in codice de Liquidis traditum eſt, quod omne effuſum ſit mundum, ſi quis evacuaverit e vaſe mundo in immundum, tum id quod reliquum fuerit in vaſe ſuperiori, mundum eſt, quia effuſum non eſt conjunctio. *Aquæductus e cœmeterio proveniens*, de eo concedunt Sadducæi quod mundus ſit, quia ſcriptum eſt, *congregatio aquarum munda ſit*. *Quia in iis nulla eſt ſcientia*, ut opes domini ipſorum corrumpere poſſint. *Ibit & incendet acervum alterius*, ita ut quotidie domino ſuo centum Minarum damnum inferat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum eſt capite quinto codicis de Liquidis, omne effuſum eſt mundum, licet columna aliquantulum hauriat e vaſe immundo ei conjuncto, ſicuti diximus de aquis e cœmeterio provenientibus, quod eæ mundæ ſunt, licet caput vaſis junctum ſit cum loco immundo. Cæterum tu jam noſti quod ſervi propter damnum ipſorum non teneantur ulla mulcta, ſicuti expoſitum eſt in codice primo de Damnis, mulieres, ſervi, & minorennes, quorum occurſus malus eſt, ſi ii damnum intulerint, tamen liberi ſunt; ſed quod homo teneatur quando beſtia ipſius nocuit, id præcipit Lex, quum dicit, *ſi bos cornu petierit* &c. verbum הקניט notat idem quod הרעים *irritare*.

ח אמר צדוקי גלילי קובל אני עליכם פרושים שאתם כותבים את המושל עם משה בגט אומרין פרושים קובלים אנו עליך צדוקי גלילי שאתם כותבים את המושל עם השם בדף ולא עוד אלא שאתם כותבים את המושל מלמעלן ואת השם מלמטן שנאמר ויאמר פרעה מי ״ אשר אשמע בקולו לשלח את ישראל וכשלקה מהו אומר ״ הצדיק :

8. Dixit Sadducæus Galilæus, ego queror de vobis Phariſæis, quia vos dominatorem ſcribitis cum Moſe in divortio, dixerunt Phariſæi, nos de te Sadducæo Galilæo querimur, quia vos ſcribitis dominatorem cum Domino in folio, & hoc non ſolum, quia vos dominatorem ſcribitis ſuperius, & Dominum inferius, ſicuti dicitur Exod. 5, 2. *Et dixit Pharao, quis eſt Dominus cujus vocem audirem?* &c. at percuſſus quid dicit? *Dominus ille juſtus eſt.*

R. OB. DE BARTENORA.

צדוקי הגלילי *Sadducæus Galilæus*, ita dicitur Phariſæus in Galilæa natus. *Nomen dominatoris cum nomine Moſis in libello repudii*, nam annales regum in eo conſcribi ſolebant, hoc ſenſu, hoc vel illo anno hujus vel illius regis; ſed in fine libelli repudii ſcribebant, *ſecundum Legem Moſis & Iſraëlis*. *Nomen dominatoris ſuperius, ſed nomen Domini inferius*, quia nomen Pharaonis prævenit nomini Domini, ſicuti dicitur, *& dixit Pharao, quis eſt Dominus? Sed quando percuſſus eſt quid dixit? Dominus juſtus eſt*, ne codici Miſnico finis imponeretur iſtis verbis, *quis Dominus eſt ut audirem vocem ejus* &c. propterea in fine rogat, quando percuſſus fuit, quid dixit &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Sadducæus, vos nomen Moſis magiſtri noſtri ſpernitis, quia id ſcribitis in libellis cum nomine regis, nam in iis conſignare ſolemus, *ſecundum ſtatutum Moſis & Iſraëlis*. Sed Sapientes dixerunt, hoc non eſſe diminutionem nominis Moſis, ſed excellentiam pro iſto rege, nos enim in Lege Domini ſcribimus vocem יהוה cum Pharaone, ſed hoc non tantum, nam præterea quoque nomen Pharaonis præponitur, ſicuti dicitur, *& dixit Pharao, quis eſt Dominus*, & quia Lex hujus meminit, proinde non convenit ut tractatus quiſpiam claudatur cum denegatione exiſtentiæ divinæ, ſed fide, idcirco auctor in fine rogat, quid dicendum ſit, & reſpondet, juſtus ille Dominus.

Finis Tractatus de Lotione Manuum.

מסכת עוקצים

Tractatus de Fructuum Petiolis.

פרק א כל שהוא יד ולא שומר מיטמא ומטמא ולא מצטרף שומר אף על פי שאינו יד מיטמא ומטמא ומצטרף לא שומר ולא יד לא מיטמא ולא מטמא :

CAput I. Quicquid anſa eſt, & non cuſtos, id polluitur & polluit, ſed non conflatur, at cuſtos, licet non ſit anſa, tamen polluitur, polluit, & conflatur, ſi non ſit cuſtos, neque anſa, tum non polluitur neque polluit.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שהוא יד *Quicquid anſa eſt*, intellige lignum cum fructu conjunctum, quod homines prehendere ſolent dum fructus comedunt, cujuſmodi ſunt petioli malorum, uvarum, & pirorum qui ידות vocantur. Pariter quoque os in cujus ſuperiori parte eſt caro, ſi homo prehenderit os ut carnem comedat, eſt anſa ratione carnis. *Et non cuſtos*, excepta parte petioli quæ tetigit fructum, & adhæret granis, tum iſta pars cuſtos eſt pro fructu.

מיטמא היד *Polluitur anſa*, licet ea non ſit idonea ad eſum, ſi immunditiies tetigerit cibum, quia manus tum eſt conjunctio pro cibo, perinde ac ſi de utraque conflaretur unum corpus. *Et polluit*, ſi immunditiies tetigerit manum, tum pollutus eſt cibus, licet ipſum non tetigerit immunditiies, hoc enim magis nos docuerunt ex eo quod ſcriptum eſt Levit. 11, 37. *Si ceciderit de cadavere illorum ſupra omne ſemen* &c. quorum verborum ſenſus eſt, quod omnis res quæ ad eſum apta eſt, immunditiem recipiat, ſicut cibus ipſe, & polluta ſit, & polluat cum ipſo.

ולא מצטרף *Sed non conflatur*, ſi cibus non conficiat copiam ovi, quia immunditiies in cibis non obtinet, ſi copia ſit minor ovo, & anſa cibi non commiſcetur cum ipſo ad juſtam menſuram conficiendam. שומר *cuſtos*, licet non ſit anſa, ut cortex fructus, qui cuſtodit fructum ne corrumpatur. מיטמא ומטמא *polluitur*, *& polluit*, & conflatur, ſicuti ſuperius dictum eſt, *ſuper omne ſemen quod ſatum eſt*, quid ſibi vult illud, *quod ſatum eſt?* quia homines ſemen iſtud cum corticibus educere ſolent ut feratur, *tam in triticis*, quam in hordeis, id eſt una cum cuſtode ſeminis; ſed quid Lex vult obligare quod polluatur & polluat, utique jam polluitur anſa fructus, & polluit, ſicuti docuimus e verbo לכם *vobis*, quod notat quicquid Iſraëlitis uſui cedit, & idcirco cuſtos requiritur, Lex ergo conjunctionem cuſtodis ponit, quia anſa non conflatur cum ipſo, ſed cuſtos cum ipſo conflatur. *Non cuſtos*, *neque anſa*, ſicuti ſunt pili fructuum. *Non polluitur*, *nec polluit*, at non requiritur ut dicatur quod non confletur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per יד *anſam* intellige petiolum ſive lignum a quo dependent germina quæ comedi ſolent, quo cibum prehendit dum eum comedit, vel a quo dependet, quando eum conſervare velit, ut in piris, malis, & nucibus, atque id genus aliis fructibus, quorum petioli ידות vocantur. שומר cuſtos notat aliquam rem quæ fructum conſervat, & cujus gratia is aliquamdiu ſubſiſtere poteſt, ſicuti eſt cortex nucum, & malogranatorum & ſimilium fructuum cortice obductorum. Pariter illa res quæ comeditur progerminet ſuper ligno ſive petiolo, eumque circumdet, ſicuti ſit in petiolis dactylorum, in quibus inveniuntur grana dactylorum. Cæterum petiolus uvarum in quo ſunt grana uvarum, etiam cuſtos dici poteſt, & quicquid ad petiolos pertinet extra cibum, in quo non ſunt grana, id etiam ſub anſis comprehenditur. Dixit vero Deus de immunditie ſeminum Levit. 11, 37. *Et ſi de cadavere ipſorum ceciderit ſuper omne ſemen ſatum, quod conſitum fuerit, id immundum eſto vobis*, ubi per vocem לכם *vobis*, intelligitur omne id quod Iſraëlitis uſui cedit, vel ipſis eſt auxilio, ſicuti ſunt extremitates quibus fructus prehendunt dum comeduntur, & tum iſtæ extremitates ſunt pollutæ ut immunditiies germinum. Cæterum in Gemara docetur, quod inter doctores longa ſit controverſia, & monſtratur ex aliquot locis Legis quod polluant & polluantur, ſenſus eſt, quod ſi cibus ipſe pollutus ſit, etiam extremitas ſive anſa illius polluta ſit, & ſi extremitas illa polluta ſit in qua veluti auxilium aliquod eſt, & immunditiies aliqua tetigerit ipſam, tum ipſum germen eſt pollutum, & corpus cibi, & hic eſt ſenſus illius quod dicit, polluitur & polluit, anſa nempe polluitur quando cibus pollutus eſt, & cibus pollutus eſt quando anſa polluta eſt, quia jus hoc præcipue conſiſtit in eo quod Lex dicit, *immundum eſto vobis*; & præterea Lex quoque dixit de immunditie ſeminum, *& ſi de cadavere ipſorum inciderit in omne ſemen ſatum*, *quod conſitum fuerit*, ſed non requirebatur ut diceret, *quod conſitum fuerit*, quia non dubium eſt quin omne ſemen conſitum ſit; ſed in Traditis notatur, quod cortex polluat, quia homines ita educunt res ſuas ad ſeminandum, hinc dixerunt, ſicuti homines triticum, hordeum, & lentes educere ſolent cum corticibus ſuis ad ſeminandum, atque hic eſt ille cuſtos de quo dictum eſt. Poſtea quæritur quare ſcriptura nobis innuat quod cuſtodes polluantur, quia anſæ fructuum quæ non cuſtodiunt ſemina, nec cauſa ſunt ſubſiſtentiæ eorum, tamen polluantur ſecundum id quod diximus, quando cibus pollutus eſt, cibus vero polluitur quando anſæ polluunt, eo magis cortices, qui adhærent potibus, & ſunt cauſa ſubſiſtentiæ & cuſtodiæ, polluuntur; cæterum in Traditis dicitur, quod e Lege colligi poſſit, quod anſæ conſlentur, hinc ſi copia ovi ſit de cibo, tum cortices ipſius polluunt immunditie cibi, ſicuti expoſuimus aliquoties. Hinc nobis conſtabit quod anſæ polluantur a cibo, & cibus denuo ab iis, ſed non conflantur cum cibo ad conficiendum copiam ovi, quia polluuntur denuo aliæ res, ſed cuſtodes quia polluunt & polluuntur, ut anſæ, proinde ii addunt anſis dum conflantur cum cibo ad juſtam menſuram complendam, quæ eſt copia ovi; nam non eſt neceſſe ut dicamus, non polluitur, neque conflatur, quia hoc clariſſimum eſt, nam ſi anſæ quæ pollutæ ſunt & polluunt, non conſlentur, eo magis res de qua dictum eſt, non polluitur, nec polluit, nec conflatur.

ב שרשי השום והבצלים והקפלטות בזמן שהן לחין והפיטמא שלהן בין לחה בין יבשה והעמוד שהוא מכוון כנגד האוכל שרשי החזרים והצנון והנפוס דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר שרש צנון גדול מצטרף והסיב שלו אינו מצטרף שרשי המינתא והפיגם וירקות שדה וירקות גנה שעקרן לשתלן והשדרה של שבולת והלבוש שלה רבי אלעזר אומר אף הסיג של רצפות הרי אלו מיטמאים ומטמאים ומצטרפים :

2. Radices allii, cepæ, porri, quando humidæ ſunt, & caput earum, ſive id humidum ſit, ſive ſiccum, & columna e regione cibi, radices lactucæ, raphani, & rapi, ita R. Meir. Sed R. Jehuda dicit, radix raphani magni conflatur, ſed illius lanugo non conflatur. Radices mentæ, & rutæ, olera agreſtia & hortenſia quæ quis evulſerit ut plantentur, & ſpinæ dorſi ſpicæ, ejuſdemque veſtis, & ſecundum R. Eleazar etiam pulvis olerum, polluuntur & polluunt, ac conflantur.

R. OB. DE BARTENORA.

קפלוטות Notat porrum capitatum, חציר dicitur in ſacris, Arabice כוראת, & barbare porrum. והפיטמא שלהן & *caput eorum*, inſtar coronæ in capite malogranati, quod fructum cuſtodit, & cum ipſo conflatur. והעמוד & *columna*, quæ e regione cibi eſt, notat cor cepæ, in cujus extremitate naſcitur ſemen. שרשי החזרים *radices lactucæ*, illius radix in Gemara חסא dicitur, & ita quoque Arabice, ſed barbare lactuca. נפוס eſt ſpecies raphani, ſed folia illius ſimilia ſunt rapis. סיב *lanugo*, dicit Maimonides quod in capite rapi naſcantur nervi tenues inſtar filorum, quos venditores manibus imponunt dum rapos vendunt, & quod ex iis remanet quod סיב vocatur. מינתא menta barbare, Arabice vero נענע dicitur. פיגם ruta barbare, Arabice vero סדאב dicitur. שעקרן *quæ evulſerit*, ut alio in loco denuo plantentur. שדרה של שבולת *ſpina dorſi ſpicæ*, intellige filum medium cui alia fila adhærent. והלבוש שלה & *veſtis ipſius*, intellige cortices circum tritici grana, atque hæc omnia ſunt cuſtodes pro fructu. סיב של רצפות *pulvis oleris*, pulvis nempe qui adhæret extremitatibus olerum, & in iis veluti tela aranei eſt, is quoque pro cuſtode habetur; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties diximus quod קפלוטות notet porrum capitatum, פיטמא notat grana in quibus eſt collectio nervorum in capite cepæ, porri, & allii in forma filorum perplexorum. Columna vero e regione cibi, eſt cor cepæ quod efflorеſcit in extremitate ſeminis. חזרת eſt idem quod חסא; ſed צנון Arabice פולו dicitur. נפוס quid ſit, notum eſt in lingua Arabica ſub voce באל שאמי ſed hæc omnia ſecundum R. Meir conflantur ratione cibi, videlicet hi nervi, & radices in fundo abſconſæ quæ nervum habent tenuem, qui צנון גדול vocatur, quod vero ad latera capitis צנון eſt, id vocatur גידים דקים *nervi tenues*, ut nervi quos abſcindunt manibus venditores inter vendendum, qui vero remanent, ii vocantur סיב *lanugo*, quia iſti nervi ſunt tenuiſſimi ut fila cepæ. מינתא *menta*, Arabice נענע dicitur. פיגם Arabice אלפיגאן dicitur, eſt אלסדב, & quum grana tritici extrahuntur e ſpicis, tum in locis eorum relinquitur figura catenæ, quæ vertebris plena eſt, proinde vocantur שדרה של שבולת *ſpina dorſi ſpicæ*, quæ etiam cuſtas eſt, ſicuti expoſuimus. הלבוש שלה *veſtis ipſius*, ita vocatur cortex circum grana tritici, סיב של רצפות *pulvis faſciculorum oleris*, pulvis nempe qui adhæret extremitatibus oleris, iſti vero faſciculi habent figuram texturæ araneæ; ſed nos illius dicti rationem jam expoſuimus, *polluunt & polluuntur*; quocunque in loco hujuſce codicis id dicatur, quæ toties repetere non opus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Jehudam, & non ſecundum R. Eleazar.

ג אלו מיטמאים ומטמאים ולא מצטרפים שרשי השום והבצלים והקפלוטות בזמן שהם יבשים והעמוד מכוון כנגד האוכל ויד הפרכיל טפח מכאן וטפח מכאן יד האשכול כל שהוא וזנב של אשכול שריקנו (נ״א) ויד המכבד של תמרה ארבעה טפחים וקנה של שבולת שלשה טפחים ויד כל הנקצרים שלשה שאין דרכן ליקצר (ס״א) ידיהם ושרשיהם כל שהן ומלעין של שבולין הרי אלו מיטמאים ומטמאים ולא מצטרפים:

3. Hæc polluuntur & polluunt, at non conflantur, radices allii, cepæ, & porri capitati quum ſicca ſunt, & columna quæ eſt e regione cibi, & anſa racemi in copia palmi hinc inde, ſed manus botri quantulacunque, cauda botri evacuata, & anſa ſcopæ dactyli in quatuor palmis, & calamus ſpicæ in tribus palmis, & manus omnium quæ meſſa ſunt, in tribus palmis, ea vero quorum manus & radices demeti non ſolent, quantulacunque ſint, & ariſtæ ſpicarum, hæc polluuntur & polluunt, at non conflantur.

R. OB. DE BARTENORA.

מיטמאים ומטמאים ולא מצטרפין *Polluuntur & polluunt, ſed non conflantur*, quia duntaxat manus ſunt, quæ non cuſtodiunt cibum. יד הפרכיל *Manus racemi*, quum uvæ exciſæ ſunt cum palmite, tum פרכיל *racemus* vocatur, & hinc פרכילי ענבים *racemi uvarum* in codice de Tabernaculis. *Palmus hinc inde*, videlicet in palmite exciſo, a quo dependent botri in copia palmi ad dextram botri, & in copia palmi ad ſiniſtram, ea pars habetur pro anſa, & non ulterius. יד האשכול *manus botri*, eſt botri petiolus qui dependet a palmite, quantumvis magnus ſit. זנב האשכול *cauda botri*, שריקנה *quam evacuavit*, ex qua grana uvarum excuſſa ſunt, etiam anſa eſt pro uvis in ſummitate illius, quia illum prehendunt cauda, & illius copia etiam quantulacunque eſſe poteſt, quantumvis longa ſit. מכבד של תמרה *ſcopa dactyli*, eſt ſcopa e dactylis facta, in quibus ſunt dactyli qui copiam longitudinis manus habent, ad immunditiem per quatuor palmos mittendam, & non ulterius. מלעין eſt barba ſuperior ſpicæ, quæ in capiti ipſius quaſi ſenis capillitium habet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod ea quæ auctor hic recenſet, ſint duntaxat manus ſive anſæ pro fructibus, propterea non conflantur, ſicuti jam expoſitum eſt. פרכיל aliter שבט dicitur in vitibus, quod excidi ſolet, atque ab ipſo dependent botri uvarum, & racemi colliguntur. Cæterum in Gemara dixerunt, racemi uvarum, cauda botri quæ evacuata eſt, ſi grana remota ſint ſub botro, ramanente ligno in quo erant uvæ, ita ut vacuum ſit, proinde requiritur menſura magna a qua dependat id quod reliquum fuerit de uvis ſuperioribus botri; notum vero eſt quod petioli dactylorum habeant extremitatem craſſam, qui veluti extremitate quadam לולבין conjunguntur, & illa pars vocatur מכבד של תמרה, quia figuram anſæ ſcopæ habeat, & ex hac denſa extremitate egreditur pars aliqua quæ figuram extremitatis לולבין habet, videlicet virgulæ tenues & longæ, & in cujuſlibet longitudine, duæ vel tres ſunt ſpithamæ, una vero ex hiſce virgulis vocatur שרביט של תמרה in quo dactyli progerminant. מלעין notat pilos nigros abſque ſeparatione in ſummitate ſpicæ.

ד אלו לא מיטמאים ולא מטמאים ולא מצטרפים שרשי קולסי הכרוב וחליפות תרדים והלפת את שדרכן ליגוז ונעקרו רבי יוסי מטמא בכולן ומטהר בשרשי קולסי הכרוב והלפת:

4. Hæc non polluuntur, nec polluunt, nec conflantur, radices capitum braſſicæ, folia betæ, rapæ quæ ſolent detonderi ſi eæ evulſæ ſint. R. Joſe omnia immunda pronunciat, ſed radices capitum braſſicæ & rapæ mundas dicit.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו לא מטמאים *Hæc non polluunt*, quia non habentur pro cuſtode nec pro manu: קולסי כרוב ſunt capita braſſicæ ſecundum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכרוב ita vocantur magna capita braſſicæ, e quibus proveniunt nervi circumdantes, qui abſcinduntur & projiciuntur

dum Maimonidem e quibus prodeunt nervi circumdantes, ii enim qui vendunt braſſicam, capita abſcindere ſolent, & projicere. חליפות התרדים notat radices betæ, quæ in fundo remanent poſtquam beta abſciſſa eſt, ut nova germina proveniant. *Quæ detonderi ſolent*, etenim ſunt aliquæ res quæ detonderi ſolent, & non eradicari, quæ ſi eradicatæ ſint, radices earum non polluunt, quia non ſunt manus nec cuſtos. R. Joſe omnia polluta eſſe dicit, quia omnia habentur pro manu ratione ciborum, exceptis braſſicæ capitibus, & betæ, quia nervi ipſorum circumdantes non habentur pro manu, neque pro cuſtode; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

tur dum venditur braſſica, hæ vero radices capitum braſſicæ & betæ Arabice סלק vocantur. חלפות תרדים ſunt radices betæ quæ in fundo remanent, & progerminant ambæ radices, idcirco vocantur חלפות a חלף mutuare. Porro dicit auctor, *quæ detonderi & evelli ſolent*, quidquid nempe excidi ſolet, & nervos ſuos mutuare in foliis implexis, & cujus radices evelluntur cum germinibus, non polluit nec polluitur, neque conflatur. Sed R. Joſe ſtatuit quod hæc omnia polluant & polluantur, exceptis iis quæ inflexa ſunt, quæ producuntur in capitibus braſſicæ, & rapæ, & ad nullam rem utiles ſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen.

ה כל ידות האוכלים שבססן בגורן טהורים רבי יוסי מטמא פסיגה של אשקול שריקנה טהורה שייר בה גרגיר אחד טמאה שרביט של תמרה שריקנו טהור שייר בו תמרה אחת טמא וכן בקטניות שרביט שריקנו טהור שייר בו גרגיר אחד טמא רבי אלעזר בן עזריה מטהר בשל פול ומטמא בשל קטניות מפני שהוא רוצה במשמושן (נ"א למשמשן) :

5. Omnes anſæ ciborum quos in area triturant, mundæ ſunt. R. Joſe dicit, eas immundas eſſe. Segmentum botri evacuatum eſt mundum. Si unum granum remanſerit in ipſo, immundum eſt. Virga dactyli evacuata eſt munda, ſi remanſerit in ipſa unus dactylus, immunda eſt. Pariter in leguminibus virga evacuata eſt munda; ſi in ipſa remanſerit granum unum, immunda eſt. R. Eleazar filius Azariæ eam in fabis mundam dicit, ſed immundam in leguminibus, quia vult contrectare ipſa.

R. OB. DE BARTENORA.

שבססן *Quos triturant*, quos pedes beſtiæ triturant, vel baculi, notationem verbi בסס vide apud Eſaiam 64,4. ubi dicitur בססו מקדשך *conculcarunt Sanctuarium tuum*. R. Joſe eas immundas dicit, quia ope palæ una cum proventu converti poſſunt; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. פסיגה של אשכול *ſegmentum botri*, botrus provenire ſolet e ſpina dorſi ipſius, & exinde denuo innumerabiles alii minores, atque iſti botri vocantur ſegmenta uvarum. *Quæ evacuata eſt*, e ſegmento ipſius, quando enim ſegmenta parva remota ſunt, tum botrus vacuus remanet. *Si unicum granum remanſerit in ipſo, tum immundum eſt*, quia totus botrus factus eſt anſa pro iſto grano. שרביט *virga*, ſi dactyli remoti ſint, tum virga vacua remanere ſolet. R. Eleazar filius Azariæ eam immundam eſſe dicit in fabis, quia fabæ ſunt craſſæ, & non opus habent virga, licet enim cum furfure mixtæ ſint, tamen proprietario placet eas eradicare. *Et immundam in leguminibus*, nam virga in leguminibus, quia illa ſunt tenuia, ita ut eradicari nequeant quando cum furfure commixta ſunt, & proprietario placet ut in iſtis virgis ſit copia quæ palpari & dimoveri poteſt in iſta virgo; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Azariæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בססן *Si calcaverit eos*, ſicuti dicit Eſaias בוססו מקדשך *conculcarunt ſanctuarium tuum*, e botro vero & uvis prodire ſolent botri alii exigui. פסיגא notat ſegmentum botrorum, quod de botris exiguis abſcindi ſolet, e quibus unicus tantum botrus egredi ſolet, qui plenus eſt granis uvarum, quemadmodum virga dactylorum quando remotæ fuerint uvæ vel dactyli, remanente nervo tenui, non ſit cibus, neque polluat, ſi vero vel unicum granum relictum ſit in extremitate, *tum lignum denuo fit cuſtos pro grano iſto. R. Eleazar dicit*, *quod in fabis* duntaxat ſit cuſtos, & non ipſius calamus & quod calamus iſte non ſit neceſſarius; ſed quod in reliquis leguminibus lignum ſit cuſtos, licet unicum granum tantum, quia homines iſtud granum quærere ſolent inter ligna, quia ipſo delectantur, & hic eſt ſenſus illius quod auctor dixit, רוצה במשמושן *delectatur miniſterio ipſorum*; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen, nec ſecundum R. Eleazarem filium Azariæ.

ו עוקצי תאנים גרוגרות והכלוסים והחרובים הרי אלו מיטמאים ומטמאם ומצטרפים רבי יוסי אומר אף עוקץ דלעת עוקצי האגסין והקרוסטמלים והפרישין והעוזרדין עוקץ דלעת טפח עוקץ קונרס טפח רבי אלעזר ברבי צדוק אומר טפחים הרי אלו מיטמאים ומטמאים ולא מצטרפים ושאר כל העוקצים לא מיטמאין ולא מטמאין :

6. Petioli ficuum, caricarum, leguminum, ſiliquæ, polluuntur, polluunt, & conflantur. R. Joſe dicit, etiam petiolus cucumeris, *pirorum*, *chryſomelæ*, mali cydonei, ſorbi, petiolus cucurbitæ in copia palmi, & petiolus cinaræ in copia palmi. R. Eleazar filius Zadoci dicit, duo palmi, hi polluuntur, polluunt, & non conflantur, reliqui vero petioli non polluuntur nec polluunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כלוסין Notat ſpeciem leguminis. *Conflantur*, nam illa aliquando comeduntur cum fructu. R. Joſe dicit, etiam petiolus cucumeris, quia is coquitur cum cucumere; deciſio non eſt ſecundum R. Joſen. אגסים Arabice אנס dicitur, barbare pirum. קרוסטומלין notat mala exigua in forma gallæ, & Milin vocantur. פרישין Arabice ספרגל & barbare cydonium vocatur. עוזרדין Arabice זערור dicitur, & barbare ſorbus. *Palmus*, hoc reſpicit cucumerem Arabicum tantum, & non alios in Miſna memoratos, quorum petioli exigui ſunt. קונרס notat olera amara quæ dulcia faciunt ope ignis in aquis ferventibus; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar filium Zadoci. *Non polluuntur nec polluunt*, at non requiritur ut dicamus, quod non conflantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עוקץ Notat extremitatem rei. גרוגרות notat ficus ſiccas. כלוסין eſt ſpecies ficuum tenuium. חרובים Arabice כרוב dicitur. דלעת Arabice כלאע dicitur. אגסים Arabice אנגן dicitur. קרוסטומלין ופרישים Arabice אספרגל dicuntur; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazar.

פרק ב זיתים הכבשן בטרפיהן טהורין לפי שלא כבשן

Caput 2. Olivæ cum foliis ſuis conditæ, ſunt mun-

כבשן אלא למראה כשות של קשות והנץ שלה טהורה רבי יהודה אומר כל זמן שהיא לפני התגר טמאה :

mundæ, quia in aſpectum tantum conditæ ſunt, lanugo cucurbitæ, & flores ipſius munda ſunt. R. Jehuda dicit, quamdiu coram negotiatore eſt, immunda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

זתים שכבשן *Olivæ quas condiverunt*, in vino, aceto, vel reliquis liquoribus. בטרפיהן *cum foliis earum*, nam עלה folium in Targum vertitur per טרף. Et hujuſmodi olivæ ſunt mundæ, ſi folia ipſarum tetigerit reptile, quia folia non habentur pro anſa nec pro cuſtode. *Quia non condivit eas cum foliis ipſarum, niſi in aſpectum*, ut pulchriores appareant cum foliis, & quaſi recens evulſæ eſſent. כשות של קישות *lanugo cucurbitæ*, quando cucurbitæ ſunt exiguæ, tum quaſi exiguos pilos habent, quæ כשות vocantur. והנץ שלה *& flos ipſius*, in ore cucurbitarum veluti flos aliquis oblongus eſt. *Mundæ ſunt*, quia non habentur pro anſa, neque pro cuſtode. *Quamdiu coram negotiatore eſt, immunda eſt*, quia negotiatori placet ut pili & flos conſerventur, quia hoç modo cucurbitæ pulchriores videntur, & quaſi recens evulſæ eſſent, & proinde pro cuſtode habentur. Vel etiam quia cucurbitæ ſunt tenues, & omnium hominum manus eas contrectare ſolent, ut eas emant, idcirco corrumpuntur, ſed quia pili iſti conſervant cucurbitas ab inquinamentis, proinde non corrumpuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא כבשן אלא למראה *Quia eas duntaxat condivit in aſpectum*, id eſt in pulchritudinem, & non in cibum, idcirco non polluuntur, quia non ſunt cibus. כשות *lanugo* Arabice זגב dicitur, notat ſpeciem pilorum qui in cucurbitis inveniuntur dum exciduntur. נץ notat florem in extremitate cucurbitæ. R. Jehuda dicit quod hæc lanugo, & flos, licet non comedantur quando negotiator vendit cucurbitas, tamen conſervari ſolent, ut cucurbitæ fiſſæ videantur brevi tempore, proinde polluunt, quia eas vult conſervare, ſicuti polluunt cibi, & conflantur ſub genere cucurbitarum, quia veluti ſpecies cuſtodis ſunt, quandoquidem ipſa conſervant cucurbitam ut homines colligant acquiſitionem illius; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ב כל הגלעינין מיטמאות ומטמאות ולא מצטרפות גלעינה של רוטב אף על פי שיוצאה מצטרפת ושל יבשה אינה מצטרפת לפיכך חותל (נ"א חותם) של יבשה מצטרף ושל רוטב אינו מצטרף גלעינה שמקצתה יוצאה שכנגד האוכל מצטרף עצם שיש עליו בשר שכנגד האוכל מצטרף היה עליו מצד אחד רבי ישמעאל אומר רואין אותו כאילו הוא מקיפו בטבעת וחכמים אומרים שכנגד האוכל מצטרף כגון הסיאה והאזוב והקורנית :

2. Omnes nuclei polluuntur & polluunt, ſed non conflantur; nucleus dactyli humidi licet exeat, conflatur, ſicci vero non conflatur, propterea cruſta ſicci conflatur, at non cruſta humidi. Nucleus cujus pars exit e regione cibi, conflatur, os circum quod caro eſt e regione cibi, conflatur, ſi caro ſit ab uno latere, R. Iſmaël dicit, conſiderant carnem iſtam ac ſi illa circumdaret os, ut annulus. Sapientes dicunt, quod e regione cibi eſt, id conflatur, ut folium, hyſſopus, & origanum.

R. OB. DE BARTENORA.

גלעינין Notat idem quod גרעינין *grana. Et non conflantur*, cum cibo, ad ovi copiam complendam, nam pro anſa habetur, & non pro cuſtode. גלעינה של רוטב *granum dactyli humidi*, quod exprimi poteſt. *Licet exierit*, licet nempe exierit e cibo, tamen conflatur cum cibo, quia comeditur, quia id exprimit propter humores.

לפיכך חותם של יבשה מצטרפת *Propterea clauſura ſicci dactyli conflatur*, granum uvarum & dactylorum habet clauſuram aliquam, quæ occludit foramen fructus, & in ſummitate ſigilli eſt petiolus, ita magiſtri mei expoſuerunt. Sed quæritur ab iis de voce לפיכך *idcirco*, nam in libris Miſnicis correctis ita inveni ſcriptum, לפיכך חותל של יבשה & ita legit Maimonides, & iſtius lectionis rationem dat, quod granum dactyli humidi conflatur, quia id cuſtos eſt pro fructu, nam ſi non eſſet granum, fructus periiſſet, ſed granum dactyli aridi non conflatur, eſtque cruſta involuta & adhærens grano dactyli, quæ conflatur cum ipſo dactylo, & quando is ſiccus eſt, quia cruſta eſt cuſtos, & non granum dactyli humidi, tum cruſta non conflatur, quia granum eſt cuſtos, & non cruſta, & iſta cruſta vocatur חותל quia ipſa involuta eſt nucleo, videſis Ezech. 16, 4.

גלעינין שמקצתה יוצאה *Nuclei quorum extremitas exiit*, ut nucleus dactyli humidi, qui partim comeditur, & partim remanet cum nucleo. *Quod e regione cibi eſt, id habetur pro cuſtode, & conflatur*, ſed quod non e regione illius eſt, id non conflatur, ita etiam os in quo eſt olivæ copia de carne. היה עליו *ſi fuerit circum ipſum*, ſi nempe circum os fuerit caro in alio latere, quod non circumdat os. Dixit R. Simeon, conſiderant an in carne ſit illa copia quæ craſſitiem fili ſubtegminis circumdare poteſt ut annulus circum os, & tum illa conflatur; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

סיאה אזוב והקורנית *Folium, hyſſopus, & origanum*, cum hiſce

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גלעינין Notat omnium fructuum ornamenta in quibus nuclei ſunt ſicuti ſunt in dactylis, olivis, & piris, atque id genus aliis, qui fructus omnes comprehendunt gradus anſarum ciborum. חותל eſt idem quod לפוף *faſciæ*, a radice חתל faſciis involvit, videſis Ezech. 16, 4. Nam ſuper ornamentis dactylorum eſt cruſta aliqua quæ dividit inter grana & cibum dactylorum, & quia hic dicitur quod granum ſive nucleus humidus conflatur cum cibo, quia veluti cuſtos ipſius eſt, eo quod remotis nucleis humor depravatur, nucleus vero e malo ſicco non conflatur, quia non eſt cuſtos pro ipſo, & ſi granum iſtud exierit, tamen non perit fructus, proinde dixit auctor, cruſta circum granum humidum non commiſcetur, quia iſta cruſta non eſt cuſtos, ſed granum iſtud, & præterea cruſta hæc etiam ſeparatur a ſubſtantia humida. Sed cruſta quæ eſt circum granum dactylorum ſiccorum, adhæret ipſis dactylis, & ipſa eſt cuſtos, non granum, remoto vero grano, dactylus non depravatur, & quia dixit, ſi venerit aliquid de grano humido, quod conflatur, proinde auctor exponit, quod extremum illius quod de ipſo requiritur, ſit id quod e regione cibi eſt. Cæterum in Toſaphta dicitur, dactylus humidus ſi dimidia ex parte comeditur, & dimidia ex parte conſervatur, tum quod e regione cibi eſt, id conflatur, quod vero non eſt e regione cibi, id non conflatur. Pariter ſi os ſit in carne, & extremitas illius exeat e carne, tum conſiderant ac ſi abſciſſum eſſet id quod e carne prodierit, quicquid autem de oſſe fuerit in carne, id conflatur ad ovi copiam perficiendam. Sed nos jam expoſuimus in codice de Puritatibus quod os conflatur, quia id quoque carnis cuſtos eſt, & ſi caro adhæreat ei tantum, & os retectum ſit, et caro ipſum non undique circumdet, dixit R. Iſmaël, quod os conſiderandum ſit ac ſi id circumdaret ipſam, videlicet ſi in carne ſit tanta copia qua

hiſce quoque ita comparatum eſt, ut quicquid de iis ſit e regione cibi, conſletur, quod vero non eſt e regione cibi, id non conſletur; סיאה & קורנית ſunt ſpecies hyſſopi, & סיאה barbare Telias vocatur, קורנית barbare Schedria vocatur. qua circumdari poteſt os ut annulus, tum conſlatur, ſin minus, non conſlatur. Sapientes dicunt, quod e regione cibi eſt, id conſlatur, & nos conſideramus ac ſi abſciſſum eſſet id quod non eſt ſub carne, & quicquid ſub carne eſt, id pro carne neceſſarium eſt, licet caro non tangat os, tamen nos illud conſideramus ac ſi jam remotum eſſet, donec de oſſis ſubſtantia exigua admodum copia remanſerit, quæ carni adhæret, in copia virgæ hyſſopi, quæ tenuitate ſua cuſtodit folia circum poſita. סיאה Arabice פודנג dicitur. קורנית Arabice אלחנשא dicitur, hæ tres ſunt ſpecies hyſſopi; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

ג הרמון והאבטיח שנימוק מקצתו אינו מצטרף שלם מכאן ומכאן ונימוק מן האמצע אינו מצטרף הפיטמא של רימון מצטרפת והנץ שלו אינו מצטרף רבי אליעזר אומר אף המסרק טהור:

3. Mologranatum & pepo ex parte tabefacta non conflantur, ſi ubique integra ſint, ſed tabefacta in medio, tum non conflantur. Acumen malogranati conflatur, ſed flos ipſius non conflatur. R. Eliezer dicit, etiam ſtrigilis eſt munda.

R. OB. DE BARTENORA.

שנימוק מקצתו אין מצטרף *Quod ex parte tabefactum eſt; id non conflatur*, quicquid enim tabefactum eſt, id non habetur pro cibo, quia tabefactum eſt, ita ut non amplius valeat in cibum. פטמא *Acumen*, in forma acuminis mammarum id e malogranatis prodire ſolet, proinde eodem nomine inſignitur. Et circum hoc פטמא quaſi aliquis viridis flos eſt, in quo ſunt fila tenuia, quæ נץ vocantur; & circum iſta fila veluti poculum aliquod eſt, cujus caput fieri ſolet pro armariis, & מסרק vocatur, quia quaſi ſtrigilis dentes habet. אף המסרק טהור *etiam ſtrigilis munda eſt*, ſi diſciderit de fructu, grana non reteguntur hoc modo, proinde non eſt cuſtos, ſed licet acumen abſciderint uſque ad radicem, grana tamen reteguntur, & fructus corrumpitur; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נימוק מקצתו *Si tabefacta fuerit pars*, ſi pars illius humida facta fuerit, ac remiſſa, & poſtea denuo intraverit humor, inidonea erit in cibum, propterea non conflatur, quia conjuncta eſt, & pertingit ad grana malogranati, vel ad ſemen peponis. Si vero locus tabefactus & deturpatus ſit in malogranatis, vel peponibus, tum non conflatur; cortices vero malogranatorum habent ſimilitudinem poculi circumdantis caput malogranati, margo autem illius facta eſt ut corona, in ſimilitudine dentium ſtrigilis, propterea מסרק *ſtrigilis* dicitur, nam מסרק in lingua Arabica vocatur אלמשט, nam quando id projectum eſt, tum de granis malogranatorum nihil conſpicitur, proinde dicit R. Eleazar, quod id non ſit cuſtos, & quando hoc poculum decorticatum eſt, tum in ipſo quoque invenitur figura capitis ſive acuminis mammæ, & ſuper malogranati ſuperficiem exit, vocaturque פיטמא, & quando iſtud פיטמא exciditur, & non radicitus exciditur, tum non reteguntur grana malogranatorum, atque hocce poculum plenum eſt floſculo viridi minuto, & poſt coctionem malogranatorum in ipſis aliquid remanet quod נץ vocatur, cujus hic mentio facta eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eliezer.

ד כל הקליפין מיטמאות ומטמאות ומצטרפות רבי יהודה אומר שלשה קליפין בבצל הפנימית בין שלימה בין קדורה מצטרפת האמצעית שלימה מצטרפת וקדורה אינה מצטרפת והחיצונה בין כך ובין כך טהורה:

4. *Omnes cortices polluuntur*, polluunt, & conflantur. R. Jehuda dicit, tres cortices ſunt in cepis interius, ſive integræ ſint, ſive perforatæ ſint, conflantur. Media vero integra conflatur, ſed perforata non conflatur; exterior vero quovis modo munda eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הקליפים *Omnes cortices*, ut cortices nucum, amygdalorum, & malogranatorum, ceparum vero cortices ſunt cuſtodes pro cibo & commiſcentur cum cibo ad conficiendam menſuram quæ immunditiem recipere poteſt, nihilominus tamen cortex ſuperior humida quæ circum nuces eſt dum colliguntur, non conjungitur cum fructu, quia iſta cortex non habetur pro cuſtode, eo quod unus cuſtos ſuper altero eſſe nequit. קדורה *perforata*, ſicuti in codice de terminis Sabbaticis commiſcendis dicitur, מקדרים בהרים *perfodiunt montes*; ſed perforata non conflatur, quia cortex iſta non cuſtodit fructum dum perforata eſt. *Et exterior*, eſt cortex tenuis quæ decidit quando cepas contrectant; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam noſti quod omnes caules ſint cuſtodes pro cibo, & idcirco conflantur. קדורה eſt idem quod חתוכה *abſciſſa*, quia cortex ſciſſa non cuſtodit reliquas res; exterior autem cortex cepæ admodum tenuis eſt, habetque ſimilitudinem jecoris, ſed ea decidere ſolet de cepis dum eas contrectant, & haſce medici imponere ſolent ulceribus quando illa inflata ſunt, ut humores auferantur; deciſio non eſt ſecundum R. Jehudam.

ה המחתך לבשל אף על פי שלא מירק אינו חבור לכבוש ולשלוק ולהניח על השלחן חבור התחיל לפרק אוכל שהתחיל בו אינו חבור האגוזים שאמנן הבצלים שחמרן הרי אלו חבור התחיל לפרק באגוזים ולפקל בבצלים אינו חבור האגוזים והשקדים חבור עד שירסס:

5. Si quis diſciderit ut coquat, licet non abſolverit, tum non eſt conjunctio. Sed pro conditura, elixatione, & poſitione in menſam eſt conjunctio. Si inceperit frangere cibum, tum is in quo incepit, nulla conjunctio eſt. Nuces quas collegavit, & cepæ quas colligit, ſunt conjunctio. Si inceperit nuces frangere, & decorticare cepas, tum non eſt conjunctio; nuces & amygdalæ ſunt conjunctio donec colliſa ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

המחתך לבשל *Si quis diſciderit ut coquat*, ut, ſi quis cucurbitas vel cepas diſciderit, vel carnem ut eam coquat in olla.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המחתך לבשל אף על פי שלא מירק *Si quis diſciderit ut coquat, licet non abſolverit*, ſi nempe dimidia ex parte inciderit,

olla. שלא מירק *& non abſolverit*, ſi inciſionem non perfécerit, ita dicitur in codice de Die Expiationis, ומירק אחר השחיטה *& abſolvit poſt mactationem.* אינו חבור *non eſt conjunctio*, licet inciſura adhuc partim adhæreat. לכבוש *ad condiendum*, ut fructum in vino condiant, vel in aceto, ut conſervetur. ולשלוק *& ad elixandum*, elixatio enim major eſt quam coctio, & hoc modo proprietario placet conjunctio, proinde conjunctio fit quamdiu nondum abſolvit inciſionem, ſed ratione coctionis nulla conjunctio eſt, quia notum eſt quod coctio ſeparet partes a ſe invicem.

התחיל לפרק *incepit frangere*, & poſtea fractionem abſolverit, tum non dicimus, quandoquidem ſcopus ipſius manifeſtus eſt in una parte quam ſeparare velit, proinde ſe res habet ac ſi omnia ſeparata eſſent, & nulla conjunctio eſt. Sed cibus quem fregit duntaxat, non eſt ſeparatio, quod vero fregit, id eſt conjunctio.

האגוזים שאמנן *Nuces quas colligaverit*, & conjunxit inter ſe, ſicuti dicitur Eſter. 2, 7. ויהי אמן את הדסה שחמרן *quas collegit*, ſicuti dicitur Exod. 8, 10. ויצברו אותם חמרים חמרים ſicuti facere ſolent ii qui nuces reponere ſolent, vel cepas, quas ſcindunt & ligant funiculo vel filo, & ſic inter ſe conjungunt, atque ſuſpendunt ut conſerventur. לפקל *ad decorticandum*, hoc ſenſu dicitur capite ſecundo codicis de Decimis הבצלים משיפקל *cepæ ex quo decorticantur.* Nuces vero & amygdala ſunt conjunctio, loquitur auctor de vulneratis ſive concuſſis nucibus, quia cortex nucum & amygdalorum cuſtos eſt, quamdiu ea adhuc cibo adhæret. עד שירסס *donec colliſa ſint*, ſicuti dicitur, *& percuſſit domum magnam* רסיסים *fiſſuris*, videſis Amos 6, 11. videlicet donec cortex colliſa ſit, & in exiguas partes contuſa.

ſit, donec res inciſa conſtet, & quia intenderat fructum coquere, propterea non intenderat rem inciſam relinquere conjunctam, quia concoctio ipſam divellit. Verum ſi intenderit ipſam elixare, vel condire, vel in menſam ponere, tum conjunctio fit, quia intendit ut una pars alteri conjuncta maneret, & impenſæ vel æſtimatio ipſius levaretur; idcirco incepit confringere, nos enim non dicimus, quod cum is inceperit frangere, oſtendit ſe nihil de re conjuncta relinquere velle. Præterea auctor dicit de omnibus, *non eſt conjunctio*, quicquid autem remanſerit cohærens, id conjunctio eſt. שאמנן *quas nutrivit*, donec colligaverit unam partem cum altera, ſicuti dicitur Eſter. 2, 7. ויהי אומן ארת הדסה ſenſus itaque eſt quod nuces ſumpſerit humidas, eaſque cum earum lignis deſciderit, & filis vel corticibus donec in uno funiculo eas colligaverit in corpore contiguo, ut onus earum elevetur. וחמרן *& collegerit*, ſi unam extremitatem junxerit alteri, ſicuti dicitur Exod. 8, 10. ויצברו אותם חמרים חמרים *& collegerunt ea in acervos*, ſcopus itaque eſt quod collegerit extremitates funibus, donec inde unus funis fiat ut pendere poſſint & ſubſiſtere aliquamdiu, ſicuti apud nos faciunt in Arabia cum cepis, quas in theſaurum reponunt. Poſtea dicit auctor, quod nuces & amygdala ſint conjunctio, nimirum quod nux una & amygdalum unum ratione cibi & corticis eorum conjungant, ſicuti præmiſſum eſt, cortices enim cuſtodiunt ipſa, & quando cortex conjuncta eſt cum cibo, tum naturalis conjunctio eſt, at remota cortice non dubium eſt quin ea non polluatur, licet ipſam in locum ſuum repoſuerint. Confracta vero cortice & relicto cibo, ſi minuta ſit confractio, veluti ſi vas teſtaceum diffiſſum ſit, tum conjunctio eſt, niſi donec confracta ſit cortex, nam tum non eſt conjunctio; ſicuti auctor dicit, עד שירצץ *donec colliſa ſit*, quod verbum idem notat quod רעץ videſis Jud. 10, 8. Licet enim in Miſna verbum ſcribatur cum צ, tamen idem notat quod רעץ:

ו ביצה מגולגלת עד שיגום ושלוקה עד שירסס עצם שיש בו מוח חבור עד שירסס הרמון שפרדו חבור עד שיקיש עליו בקנה כיוצא בו שלל הכובסין והבגד שהוא חבור בכלאים חבור עד שיתחיל להתיר:

6. Ovum aſſatum donec ſucciderit, & elixatum *donec colliſum ſit; os in quo medulla eſt, conjunctio eſt, donec colliſum ſit malogranatum, cujus ſe*paratio eſt conjunctio, donec percuſſerit ipſum calamo. Pariter ſutura fullonum, & veſtis miſcellis conſuta, eſt conjunctio, donec diſſolvere inceperit.

R. OB. DE BARTENORA.

ביצה מגולגלת *Ovum aſſatum*, eſt ovum ex parte aſſatum, donec id mixtum fuerit, & aptum ut exſorbeatur. עד שיגום *donec excidatur*, donec cortex ſive teſta excidatur, tum teſta habetur pro cuſtode & commiſcetur cum ovo, uſque dum aliquid de teſta exciſum fuerit, tum enim non amplius pro cuſtode habetur, quia ovum jam imbibit verſus iſtud fragmentum ſive ſegmentum. ושלוקה *& elixatum*, at ſi ovum elixatum ſit donec durum factum fuerit, & adhuc ſubſiſtat in teſta ſua, licet confractum fuerit, tamen teſta ſemper pro cuſtode habetur, donec illa confracta fuerit. *Sic etiam os in quo medulla eſt*, iſtud nempe os habetur pro medullæ cuſtode licet os confractum fuerit. הרמון שפרדו *malogranatum quod ſucciderit*, ſi malogranatum in duo ſegmenta diſſecuerit, granis adhuc cortici adhærentibus, tum cortex illa eſt conjunctio, donec ad calamum percuſſerit, & grana in ipſo hinc inde commoveantur.

שלל הכובסים *Sutura fullonum*, fullones enim veſtes parvas conſuere ſolent cum magnis, ne pereant, & tandem divellantur. הבגד שהוא תפור בכלאים *veſtis quæ conſuta eſt miſcellis*, ſi duo ſegmenta veſtis e lana conſuta ſint cum filis lini, tum certum eſt quod illa tandem divellentur propter interdictum de miſcellis. חבור *conjunctio eſt*, pro immunditie, hinc polluto uno etiam alterum pollutum eſt. *Donec inceperit diſſolvere*, licet non perfecerit, tamen opus unum diſcitur ex altero.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

ביצה מגולגלת *Ovum aſſatum*, hoc Arabice dicitur נמרשת: ſenſus vero illius quod dicit, עד שיגום *donec abſciderit*, eſt, donec corticem ſucciderit aliquo in loco, ut eo pacto ovum abſorbere poſſit, tum id quod reſtat de cortice, non eſt conjunctio, quia in ipſo nulla eſt cuſtodia, quia locus quiſpiam apertus eſt ubi homo ſorbet. At vero ſi ovum elixatum ſit, tum teſta illius dura eſt, & cuſtodit totam ipſius partem, propterea conflatur, donec tota teſta confracta ſit. Sed hic ſenſus duntaxat eſt de oſſe in quo nulla eſt medulla, quia medulla cibus eſt, os vero ipſam circumdans eſt cuſtos, & conflatur cum ipſa donec confregerit ipſum. Malogranatum vero cujus granum ſeparatum eſſe dicitur in cortice ipſius, quia multi id facere ſolent quando cortex malogranati abſterſa & ſicca eſt, donec grana in cortice ſe hinc inde commoveant, tum conjunctio eſt, donec percuſſerit malogranatum calamo, vel virga, & commoveatur id quod in cortice continetur de grano ipſius, & tum cortex non amplius eſt conjunctio pro granis. *Sutura fullonum, & veſtis conſuta miſcellis, eſt conjunctio*, ſicuti meminimus in codice de Vacca Ruta capite ultimo. Sed quia hæc conjunctio non habet ſubſiſtentiam, ſed diviſum quid eſt, proinde dicit, quia incepit diſſolvere, proinde nos rem jam diſſolutam eſſe putamus, & idcirco non eſt conjunctio.

ז עלי ירקות ירוקים מצטרפין ולבנים אינם מצטרפין רבי אליעזר בר צדוק אומר הלבנים מצטרפין בכרוב מפני

7. Folia olerum viridia conflantur, at non alba. R. Eliezer filius Zadoci dicit, alba conflantur in braſſi-

מפני שהן אוכל ובחזרין מפני שהן משמרין את האוכל :

braſſica, quia cibi ſunt, & in lactuca, quia cibum cuſtodiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ירוקים מצטרפין *Viridia conſtantur*, quia in cibum conducunt. *Alba non conſtantur*, quia non conducunt in cibum. In lactuca autem quamvis folia alba non valeant in cibum, nihilominus tamen cuſtos eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazarem Zadoci filium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus quod חזרית *lactuca* Arabice חסא dicitur; deciſio non eſt ſecundum R. Eleazarem filium Zadoci.

ח עלי בצלים ובני בצלים אם יש בהן ריר משתערין בכמות שהן אם יש בהן חלל ממעך את חללן פת ספוגנית משתערת בכמות שהיא אם יש בה חלל ממעך את חללה בשר העגל שנתפח ובשר זקנה שנתמעט משתערין בכמות שהן :

8. Folia ceparum & filii earum, ſi in iis ſit ſputum, tum æſtimantur quanta ſint, an in iis ſit foramen comprimens foramen earum. Panis ſpongioſus ex quo æſtimatur quantus is ſit, *ſi in ipſo ſit* foramen comprimens foramen ipſius. Caro vitulina inflata, & caro vetus quæ diminuta eſt, æſtimantur quantæ ſint.

R. OB. DE BARTENORA.

בני בצלים *Filii ceparum*, columna media quæ eſt inſtar cordis viridis, e quo progerminant cepæ, vocatur *filii ceparum*. *Si in iis ſit ſputum*, ſi plena ſint humoribus, & in iis non ſit foramen, tum conſiderant illa ut ſunt quando æſtimant an in iis ſit cibus in copia ovi, quæ eſt copia immunditiem recipiens, & tum illa æſtimant una cum ſputo, & foramina non deprimuntur; at ſi in iis ſit foramen, tum deprimunt foramina eorum, & poſtea copiam ovi æſtimant. ספוגנית *ſpongioſus*, eſt panis tenuis inſtar ſpongiæ qui non calcatus eſt. *Æſtimatur quantus ſit*, abſque depreſſione. *Caro vitulina inflata*, nam caro vitulina intumeſcere ſolet quando coquitur, ſed caro bubula vetus diminuitur. בכמות שהן *quantæ ſint*, ſi caro bubula cocta ſit ita diminuta ut minus quam ovi copiam confecerit, tum non dicunt, quum ipſa erat cruda, *tunc erat copia ovi, vel plus, & pollui poteſt*, licet nunc ea non habeat copiam ovi; *pariter ſi caro vitulina inflata ſit*, & aucta, & in ipſa ſit copia quæ polluere poteſt, tum non dicunt, quandoquidem dum ipſa adhuc cruda erat, non habebat copiam quæ polluere poterat, proinde ne nunc quidem polluit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Forma foliorum ceparum nota eſt, earum enim folia ſunt perforata ut calami interius, & in ipſis ſputum continetur quod manibus adhæret. Pariter ſi cepam tetigerit aqua, & ea progerminaverit, & ipſa non contigua ſit terræ, ſicuti conſtat, tum ex ipſo prodire ſolet cor viride in forma foliorum ceparum, in quo etiam ſputum continetur, atque iſta progerminatio vocatur בני בצלים *filii ceparum*. Poſtea dicit, quod ſi ſputum ſit in foraminibus iſtis, tum nos ipſum ad foramina pertinere cenſemus ad menſuram ovi complendam; ſi vero foramina ſint vacua a ſputo, tum deprimunt illa manu, donec congregentur, & inflatio removeatur, & tum illa conſiderant in copia ovi. Pariter ſi panis excavatus ſit in aliquot partibus, id eſt ſi ſpongioſus ſit, tum æſtimant ipſum quantus ſit; *at ſi foramen ſit in ipſo, tum manu colligitur, nam caro vitulina lactata, ſi cocta* fuerit, intumeſ*cere ſolet*, ſed caro vetus poſtquam cocta eſt, diminui ſolet. Porro dicit auctor quod nos æſtimamus an ſit copia ovi, & quanta illa ſit ſi cocta fuerit, ſed non dicimus ante coctionem fuiſſe copiam ovi, licet ipſa nunc ſit minor copia ovi, vel contra, ſecundum illius ſenſum, ut ſi cruda ſit, æſtimatur cruda, ſi cocta, cocta æſtimatur.

ט קשות שנטעה בעציץ והגדילה ויצאה חוץ לעציץ טהורה אמר רבי שמעון מה טיבה ליטהר אלא הטמא בטומאתו והטהור יאכל :

9. Cucurbita in vaſe plantata, ſi adoleverit, & prodierit extra vas perforatum, munda eſt. Dixit R. Simeon, quis uſus purificationis? ſed immundum in immunditie ſua, & mundum comedetur.

R. OB. DE BARTENORA.

קישות שנטעה בעציץ *Cucurbita plantata in vaſe*, quod non perforatum eſt, & illic diſpoſita ut immunditiem recipere poſſit, tum ſi id pollutum ſit, perinde ſe res habet ac ſi evulſum eſſet. *Et accreverit, ac extra vas prodierit*, tum cucurbita quaſi terræ contigua eſſe cenſetur, quia ipſa e terra ſuccum attrahit extra vas. *Munda eſt*, quia immundities progerminavit, ex quo prodierit extra vas. *Quis uſus purificationis*, poſtquam enim immunditiem recipit, tum veluti evulſum quid eſt, proinde quicquid in vaſe eſt, relinquitur in immunditie ſua, quicquid vero accreverit deinceps, & extra vas prodierit, id mundum eſt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis in vaſe plantaverit cucurbitam, tum progerminatio ipſius non polluit ipſam, quia cibi polluunt poſtquam e terra evulſi ſunt, ſicuti capite primo codicis de Liquidis expoſuimus. Dixit autem R. Simeon, quod ſi de cucurbitis quid extra vas prodierit, tum id veluti evulſum eſt, & polluitur, & hic ſenſus eſt illius quod dicitur, *immundum in immunditie ſua, mundum vero comeditur*; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

י כלי גללים וכלי אדמה שהשרשים יכולין לצאת בהן אינם מכשירים את הזרעים עציץ נקוב אינו מכשיר את הזרעים ושאינו נקוב מכשיר את הזרעים כמה הוא שעורו של נקב כדי שיצא בו שרש קטן מלאהו עפר עד שפתו הרי הוא בטבלא שאין לה לזבז :

10. Vaſa ſtercorea & terrea in quæ intrare poſſunt radices, non diſponunt ſemina. Vas perforatum non diſponit ſemina, quod vero non perforatum eſt, id diſponit ſemina. Quanta eſt menſura foraminis? ut radix parva per ipſum exire poſſit. *Si* impleverit ipſum pulvere uſque ad oram, tum *inſtar* tabulæ eſt abſque cinctura.

R. OB.

R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

כלי גללים *Vaſa ſtercorea*, ſunt vaſa quæ facta ſunt e ſtercore armenti. *Per quæ egredi poſſunt radices*, licet vaſa iſta non perforata ſint, tamen radix ſponte exit, & perforat ſtercus, & terram iſtius vaſis, proinde auctor non meminit vaſorum lapideorum, quia ſunt dura, ita ut radices illa nequeant perforare. *Vas perforatum non diſponit ſemina*, quæ in ipſo continentur, quia non recipiunt diſpoſitionem, eo quod terræ ſunt contigua, ſed aquæ non prius diſponunt ad immunditiem quam a terra diſtinctæ ſint; & quamvis fructus ſint evulſi e terra, tamen non diſponuntur aquis quæ in ipſis ſunt, quia aquæ non diſponunt quando contiguæ ſunt terræ, eo quod requiritur ut aquæ a terra ſeparatæ ſint, aquæ vero in vaſe perforato conſiſtentes ſimiles ſunt iis quæ in ipſa terra conſiſtunt. Quod vero non perforatum eſt, id non diſponit ſemina, quia tam aquæ in vaſe iſto exiſtentes, quam ſemina, ambo habentur pro evulſis. *Si impleverit ipſum*, ſi nempe vas non perforatum impleverit pulvere uſque ad oram ipſius, quia vidit aërem a quatuor plagis, idcirco quaſi vas perforatum eſt, & terræ contiguum, tam ratione aquarum quam ſeminum ipſius. *Ut tabula quæ non habet cincturam*, quæ nullibi marginem habet, ſed plana eſt undique, illius aquæ non diſponunt ſemina ad immunditiem, & quaſi terræ contiguæ ſunt, eo quod aërem vident.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi in codice de Liquidis quod ſemina non diſponant ad immunditiem, dum ipſa adhuc terræ inſita ſunt; & capite quarto ejuſdem codicis expoſuimus, quod aquæ non diſponant ad immunditiem, niſi dum iſtæ a terra diſtinctæ ſunt, & non quando ipſæ adhuc terræ contiguæ ſunt, & propter hocce fundamentum dicit auctor, quod vaſa ſtercorea & vaſa terrea, ſi perforata ſint ejuſmodi foramine per quod radices in ſuperficie fundi exiſtentes exire poſſunt dum germinant, & radices iſtæ plenæ ſint aquis, eorum aquæ non diſponunt ad immunditiem, eo quod terræ ſimiles ſunt. Præterea nos aliquoties expoſuimus, quod *vas perforatum* עציץ נקוב ſit inſtar terræ, at ſi non ſit perforatum, non ſit inſtar terræ; ſi vero ſemina quædam ſata ſint in vaſa perforato, ſe res habet ac ſi terræ contigua eſſent, proinde ſi potus in ipſo mixtus ſit, tum potus non diſpoſitus eſt ad immunditiem; at ſi germina ſint in vaſe non perforato, tum quaſi evulſa ſunt, proinde ſi cum potu commixta ſint, diſpoſita ſunt germina. Porro dicit auctor quod vas non perforatum ſit pro vaſe habendum, & quod id diſponat ſemina ad immunditiem, ſicuti expoſuimus, & pariter potus diſponunt, quando vas pulvere expletum eſt uſque ad oram, & illius jus ſimile eſt juri tabulæ cui non eſt cinctura, quæ munda eſt cum pro כלי habeatur, ſicuti expoſuimus capite ſecundo codicis de Vaſis. Ita quoque hic non diſponit ſemina ad immunditiem, quia non amplius vas eſt ratione diſpoſitionis ad immunditiem, neque aquæ ipſius diſponunt ad immunditiem. In Toſaphta dixerunt, ſi tabula habeat marginem, ubi ſenſus eſt de inclinatione in latus quæ non diſponit ſemina, quia iſta inclinatione vas accipit naturam tabulæ, cui non eſt margo, quæ non eſt כלי. Quod vero לזבז notat marginem, id jam aliquoties expoſuimus, & quando dicitur, non eſt כלי, ſenſus eſt quod non recipiat immunditiem.

פרק ג יש צריכין הכשר ואינן צריכין מחשבה מחשבה והכשר מחשבה ולא הכשר לא הכשר ולא מחשבה כל האוכלים המיוחדים לאדם צריכין הכשר ואינן צריכין מחשבה:

Caput 3. Sunt quæ diſpoſitione opus habent, at non cogitatione, & ſunt quæ ambabus opus habent, ſunt quæ cogitatione at non diſpoſitione opus habent, ſunt etiam quæ neutra opus habent, omnes cibi homini deſtinati indigent diſpoſitione, at non cogitatione.

R. OB. DE BARTENORA.

יש צריכים הכשר *Sunt quæ diſpoſitione opus habent*, nempe diſpoſitione aquæ; ſicuti ſcriptum eſt Levit. 11, 38. *ſi aqua affuſa ſit ſeminibus. Sed non requirunt intentionem*, ad cogitandum de iis comedendis, quod huic Miſnæ deeſt, id ſequenti ſuppletur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſum diſpoſitionis jam expoſuimus in genere & ſpecie in codice de Liquidis. Senſus vero מחשבה *cogitationis* eſt, quod quis intenderit rem iſtam comedere, quæ tum polluit immunditie cibi, de qua materia jam aliquid expoſuimus in codice de Puritatibus, reliqua hocce capite exponentur.

ב החותך מן האדם ומן הבהמה ומן החיה ומן העופות מנבלת העוף הטמא והחלב בכפרים ושאר כל ירקות שדה חוץ משמרקעים ופטריות רבי יהודה אומר חוץ מכרישי שדה והרגילה ונץ החלב רבי שמעון אומר חוץ מן העכביות רבי יוסי אומר חוץ מן הכלוסין הרי אלו צריכין מחשבה והכשר:

2. Si quis abſciderit de homine, pecore, animanti, volucri, & de cadavere volucris immundæ, & adipem in pagis, atque reliqua omnia olera agreſtia, exceptis cepis acutis, & fungis. R. Jehuda dicit, excepto porro ſylveſtri, portulaca, & floſculis lacteis. R. Simeon dicit, exceptis carduis. R. Joſe dicit, exceptis ciceribus, hæc intentionem requirunt & diſpoſitionem.

R. OB. DE BARTENORA.

החותך מן האדם וכו׳ *Si quis abſciderit de homine*, hæc omnia intelligenda ſunt de eo qui crudam & vivam carnem exciderit, licet ea ab animanti vivo ſegregata ſit, tamen non polluit, quia membrum de animanti vivo polluit, at non caro ab ipſo diſtincta, proinde intentione opus eſt, qua intendit ſe ipſam in cibum comeſurum, ſin minus, non polluit. והחלב בכפרים *& adipem in pagis*, quia villici non comedunt adipem, proinde intentione opus eſt; ſed in locis publicis ubi multi ſunt plebeji, multi ſunt qui adipes comedunt, & non opus habent intentione. *Et reliqua omnia olera agri*, quæ non ſata ſunt in hortis, non deſtinata ſunt eſui humano, idcirco requirunt intentionem. שמרקעים notat ſpeciem cepæ acutæ. פטריות notat ſpeciem germinis quod non habet radicem, Fungi barbare. *Excepto porro ſylveſtri*, barbare

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus ſenſum intentionis eſſe, quod homo intendat iſtam rem quam comeſurus eſt, pertinere ad cibum humanum, licet ad cibum gentilis tantum pertineat, tamen pro cibo habetur. Cæterum tibi jam expoſui capite primo codicis de Puritatibus quod quicquid polluat immunditie gravi, videlicet homo & veſtes, id non indiget diſpoſitione, quicquid vero non polluit immunditie gravi, id diſpoſitione indiget, & hoc eſt quod auctor dicit in hac Miſna, res quæ tandem non polluuntur immunditie gravi, immunditie cibi duntaxat polluuntur, & hoc pacto non ſunt notæ in cibum, proinde intentione opus habent. De illa vero carne quam vivam ſive crudam de homine, vel beſtia, vel volucri abſcindunt, jam expoſuimus aliquoties in hoc libro, quod caro de vivo effloreſcens non polluat, ſed membrum vivum

bare porrum, & Arabice פוראת & licet illa non plantent in horto, tamen nec intentione eſus indigeant. הרגילה *portulaca*, ita quoque Arabice dicitur, barbare vero Porkecala. נץ החלב *floſculis lacteis*, notat floſculos albos inſtar lactis; aliqui exponunt de herba e qua lac effluit dum abſcinditur. עכביות notat herbam plenam ſpinis, & in ſacris paginis vocatur דרדר *carduus.* כלושין juxta Rambam Arabice dicitur ענב אלדיב & R. Jehuda atque R. Joſe putant quod hæ res non requirant intentionem, quia humano eſui deſtinatæ ſunt, deciſio non eſt ſecundum quemquam ex iis, ſed omnes requirunt intentionem, ſin minus, non polluunt.

vum polluit, & pariter cadaver avis immundæ non polluit immunditie gravi, ſicuti meminimus capite primo codicis de Puritatibus. Pariter adipes pagani requirunt intentionem, quia non ſunt cibus humanus pro villicis. Sic etiam olera deſerti nulla in horto ſata ſunt, neque in hortis amœnis germinant, propterea non requirunt attentionem, quia cibo humano non ſunt deſtinati. שמרוקעין cepæ acutæ quibus in medicina utuntur. פטריות notat germen quod non habet radicem nec ſemen, ſed a pleriſque hominibus coctum comedi ſolet, & elixatum, ſed R. Jehuda excepit ab oleribus deſerti porrum deſerti. Cæterum נץ החלב & רגילה Arabice vocantur אלחב: porro dicit quod in illis non requiratur intentio, quia notiſſima ſunt in cibum humanum, ſicuti olera hortenſia. Sed R. Simeon excipit עכביות quod denotat germen aliquod multas ſpinas circum ſe habens, quas decorticant, & projiciunt, & poſtea radix iſta corticem induit, & cruda comeditur, vel cocta cum carne & toſta in lebete cum oleo, atque hoc in Arabia plurimum facere ſolent, & vocatur אלמקלוב, eſtque ſpecies ſpinarum, nam Targum vocem כערער vertit per כעכביתא *ut myrica*, videſis Eccleſiaſtem cap. 4. Cæterum in Bereſchit Rabba dixerunt, per קוץ intelligitur קונרס, ſed דרדר notat עכביתא R. Joſe vero a ſtirpibus ſylveſtribus excepit cicera כלושין, quod Arabice ענב אלדיב dicitur, deciſio non eſt ſecundum tres doctores, ſed hæ omnes res & id genus aliæ opus habent intentione.

ג נבלת בהמה טמאה בכל מקום ונבלת העוף הטהור בכפרים צריכין מחשבה ואינן צריכין הכשר נבלת בהמה טהורה בכל מקום ונבלת העוף הטהור והחלב בשוקים אינן צריכין מחשבה ולא הכשר רבי שמעון אומר אף הגמל והארנבת והשפן והחזיר:

3. Cadaver beſtiæ ubique immundæ, & cadaver avis mundæ in villis intentionem requirunt, at non requirunt diſpoſitionem. Cadaver beſtiæ mundæ ubique, & cadaver avis mundæ, & adeps in via publica non requirunt intentionem, neque diſpoſitionem. R. Simeon dicit, etiam camelus, lepus, cuniculus, & ſus.

R. OB. DE BARTENORA.

נבלת בהמה טמאה בכל מקום *Cadaver beſtiæ* &c. *tam in pagis quam in urbibus attentio requiritur, quia plerumque non eduntur. *Et non opus habent diſpoſitione*, ope aquæ nec ope reptilis, cum non opus ſit ut ea tangat aliqua res immunda, quia tandem ſponte polluunt immunditie gravi; & ſi dixeris, per ſe notum eſt ſatis quod cadaver avis mundæ in œſophago tantum polluat, tum convenit ut attentio requiratur ad polluendum immunditie levi, ſed in cadavere beſtiæ quod tactu & onere polluit, quare attentio requiritur, pro immunditie levi utique corpus ipſius eſt immundum? ſed ad hanc quæſtionem exponitur in Gemara titulo de Excidio capite quinto ſi minus ſit quam olivæ copia de cadavere, & ea conflata fuerit in copia ovo minori, tum cibi ab utraque parte accipiunt copiam ovi, & hoc pacto attentio requiritur. Nihilominus tamen immunditie gravi tandem polluit, & non requiritur diſpoſitio, quia in copia olivæ conflari poteſt. *In viis publicis*, quia plurimi homines in viam publicam ſe conferre ſolent, proinde multi ſunt qui cadaver avis mundæ comedunt, & adipem. *Non requirunt attentionem*, quia comeduntur iſtæ res. *Neque diſpoſitionem*, quia cadaver avis mundæ tandem polluit immunditie gravi, quia veſtes polluit dum id in gula hominis eſt. Quando hic fit mentio adipis, intelligendum eſt lac immundum, quod polluit ut caro, ſicuti dictum eſt ſuperius, proinde non requirunt diſpoſitionem. R. Simeon dicit, etiam camelus &c. illa non requirunt attentionem in viis publicis, quia illic magna eſt frequentia hominum illa comedentium; proinde ſe res non habet ſecundum doctorem primum, qui dixit, cadaver avis immundæ omni in loco, & non excipit camelum; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam tibi dixi quod quicquid pollutum fuerit immunditie gravi, non opus habeat diſpoſitione; jus vero cadaveris avis mundæ jam expoſuimus capite primo codicis de Puritatibus; quod id ipſum polluat hominem in œſophago, proinde *non requiritur diſpoſitio, ſed cibi immundi ſunt abſque diſpoſitione, præterquam ſi tetigit* ipſum, nam tum polluit. *Sic etiam* in Gemara exponitur titulo de menſtrui profluvio, quod non requiratur diſpoſitio aquæ, neque diſpoſitio reptilis, quandoquidem ipſa mulier immunda eſt cibis immundis abſque tactu reptilis, & non reliquis impuritatibus. Senſus vero illius quod dicitur, *omni in loco*, intelligi debet de civitatibus & pagis. Fundamentum vero illius quod memini, eſt, quod quicquid uno in loco comedi ſolet, id nequit comedi in loco alio, quia attentio eſus requiritur in loco ubi eſus non valde notus eſt. Quando hic meminit adipis, intelligit adipem beſtiæ immundæ, quia id polluit, ut caro ipſius, proinde non opus eſt diſpoſitione, ſicuti exponetur amplius in fine capitis. R. Simeon dicit, quod caro cameli, leporis, cuniculi, & ſuis non requirant attentionem edendi in loco publico civitatis, quia de eſu ipſorum conſtat in civitate; deciſio non eſt ſecundum R. *Simeon.*

ד השבת משנתן טעמו בקדרה אין בו משום תרומה ואינו מטמא טומאת אוכלים לולבי זרדים ושל עדל ועלי הלוף השוטה אינן מטמאין טומאת אוכלים עד שימתוקו רבי שמעון אומר אף של פקועות כיוצא בהם:

4. Anethum ex quo ſapor illius ollæ inditus eſt, nihil continet ratione oblationis primæ, nec polluit immunditie cibi; rami ſarmentorum, folia raphani, & cepæ ſtultæ, non polluunt immunditie cibi, niſi donec dulcia fiant. R. Simeon dicit, etiam colocynthidum folia ſunt his ſimilia.

R. OB. DE BARTENORA.

שבת Eſt ſpecies oleris, & eodem nomine Arabice vocatur, barbare vero anethum. *Ex quo ſapor illius ollæ impoſitus eſt*, ſi hocce anethum ſit oblatio prima, tum ex quo ſapor illius ollæ impoſitus eſt, licet poſtea educatur, plebejus qui de ipſo comedit, non tenetur, quia ſimpliciter lignum eſt. *Sed non polluit immunditie cibi*, nam cum id coctum ſit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שבת *Anethum*, eodem nomine Arabice vocatur, nos vero ſtatuimus quod ſimplex anethum confici ſoleat pro cibis quos intingunt, & non pro iis quæ in olla conficiuntur; ſenſus itaque harum rerum eſt, quod die Sabbati poſt prandium comedi poſſit quantum crudum eſt cum reliquis cibis enumeratis, non quod hocce legumen in olla coqui debeat, pro-

ſit, vis illius evanuit, & ſapor, remanetque veluti lignum duntaxat, & porro non habetur pro cibo. לולבי זרדים *rami ſarmentorum*, ſunt rami tenues qui prodeunt dum arbores germinant, & eos vino condiunt, vel aceto, vel aquis & ſale, atque ſic comedunt illa. עדל eſt ſpecies raphani. *Folia cepæ ſtultæ*, hæc etiam eſt ſpecies ceparum. *Donec dulcia fiant*, quia non prius pro cibo habentur quam condita ſunt, & humor exiit. פקועות eſt ſpecies melonum exiguorum amarorum, magiſtri vero mei exponunt de cucurbita deſerti; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

proinde id ad oblationem primam tenetur quamdiu nondum coctum eſt, & polluit immunditie cibi, ſed poſtquam coctum eſt, quia tum vires ipſius remotæ ſunt coctione, & in coctione exiſtit ſapor anethi, tum quod relinquitur poſtea, id pro fecibus habendum eſt, quæ non conducunt in cibum, proinde id non tenetur ad oblationem primam, neque polluit immunditie cibi. לולבי זרדים *rami ſarmentorum*, notat partes interiores arborum, ſive extremitates tenues e virgis extremis prodeuntes, dum arbores germinant, plurimi vero homines eas in aqua & ſale macerant, eaſque crudas comedunt; ſed hoc apud omnes notum eſt. עדל notat radicem expanſam. לוף eſt ſpecies cepæ, e Talmude Jeruſolymitano conſtat, eſſe ſpeciem cepæ quæ ſtulta vocatur. *Donec dulcia fiant*, donec eorum ſapor dulcis fiat in condimento, & galla eorum removeatur. פקועות *colocynthides*, earum ſapor eſt amarus ſicuti dicitur, colocynthides agreſtes, ſed ex quo eæ aliquamdiu conditæ ſunt ſale, tum dulces fiunt, & eſui conducunt; deciſio non eſt ſecundum R. Simeon.

ה הקושט והחמס וראשי בשמים התיאה והחלתית והפלפלין וחלות חריע נלקחים בכסף מעשר ואינן מטמאין טומאת אוכלים דברי רבי עקיבא אמר לו רבי יוחנן בן נורי אם נלקחים בכסף מעשר מפני מה אינן מטמאים טומאת אוכלין ואם אינן מטמאים טומאת אוכלים אף הם לא ילקחו בכסף מעשר :

5. Coſtus, cinnamomum, & capita aromatum, laſerpitii radix & ipſum laſerpitium, piper, & placentæ croci ſylveſtris argento decimarum emi poſſunt, & non polluunt immunditie ciborum, ita R. Akiba. Dixit ei R. Jochanan filius Nuri, ſi emantur argento decimarum, quare non polluunt immunditie ciborum, ſi vero non polluant immunditie ciborum, tum ne emantur argento decimarum?

R. OB. DE BARTENORA.

קושט Ita nomen illius eſt barbare, & Arabice, atque hæc ſpecies aromatis numeratur cum aromatibus ſuffimenti. חמס ſunt qui dicunt id notare אנגביל, ſunt etiam qui id cinnamomum eſſe dicunt. *Capita aromatum*, cujuſmodi ſunt nuces מיסקאטו & nardus, atque id genus alia, quæ odorem gratum excitant. תיאה eſt ſpecies חלתית quæ hoc nomine Arabice appellatur, & quamvis illius odor ſit ingratus, tamen de eo aliquid cibis adjicere ſolent. *Placentæ croci ſylveſtris*, nam חריע notat crocum ſylveſtrem qui Arabice אלקרטום dicitur; hæ porro res non emuntur pecunia decimarum, quia Lex dixit Deut. 14, 25. *Et dabis argentum atque comedes illic*, ergo pro pecuniis decimarum emi debet talis res quæ comedi poteſt ut ipſæ decimæ, & non aliæ; pariter deciſio eſt quod eæ non polluant immunditie cibi, nec emantur pecunia decimarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קושט Arabice dicitur אלקסטי: ſed חמס & capita aromatum ſunt germina aromatis, quæ omnia capita aromatum vocantur, id eſt extremitates aromatum, cujuſmodi ſunt extremitates calamorum, cinnamomi, nucum, aromatis, & nardi, quæ in lingua Arabica vocantur בסבאסה & חבאג atque id genus alia germina, quorum ſapor conducit, & bonum odorem confert. חלתית vero malum habet odorem, & medici illius meminerunt in libris de natura ciborum. חלות חריע *placentæ croci ſylveſtris*, earum nucleum educunt ipſumque confricant, atque exinde conficiunt placentas, quas guſtant. Sed Talmud Jeruſolymitanum nobis exponit, quod חריע Arabice vocetur אלקרטם. Verum ſententia R. Jochananis filii Nuri ſequitur fundamenta nota, videlicet quod pecunia decimarum ſecundarum tantum cibos comparare liceat. Cæterum in Gemara dixerunt, numerati ſunt & deciderunt, quod non comparantur argento decimarum, nec polluunt immunditie cibi, atque hæc eſt deciſio juris.

ו הפגין והבוסר רבי עקיבא מטמא טומאת אוכלין רבי יוחנן בן נורי אומר משיבואו לעונת המעשרות פריצי זיתים וענבים בית שמאי מטמאין ובית הלל מטהרין הקצח בית שמאי מטהרין ובית הלל מטמאין וכן למעשרות :

6. Ficus immaturæ & uvæ immaturæ ſecundum R. Akibam pollutæ ſunt immunditie cibi. R. Jochanan filius Nuri dicit, ex quo venerunt ad tempus decimarum. Fragmenta olivarum & uvarum immunda ſunt ſecundum Scholam Schammai, at munda ſecundum Scholam Hillelis. Nigella ſecundum Scholam Schammai munda eſt, at immunda ſecundum Scholam Hillelis, ita quoque decimæ ipſius.

R. OB. DE BARTENORA.

הפגין Notat olivas immaturas, ſicuti dicitur Cant. 2, 13. חנטה פגיה *protulit groſſulos ſuos*. Reliqui vero omnes fructus, quando immaturi ſunt, פגין quoque vocantur. בוסר notat uvas immaturas, ex quo eæ duplicem albedinem acceperunt, vocantur בוסר, ſed פגים ſunt minores quam בוסר. *Ex quo venerunt ad tempus decimationis*, quilibet fructus fixo quodam tempore ad decimas tenetur, ſicuti expoſitum eſt capite primo codicis de Decimis; deciſio non eſt ſecundum R. Jochanan filium Nuri. פריצי זיתים וענבים *fragmenta olivarum & uvarum*, ſunt ea quæ dura facta ſunt ante maturitatem, & non contunduntur in torculari, hoc ſenſu Dan. 11, 14. dicitur ובני פריצי עמך ubi per פריצי intelliguntur homines duri; ita quoque hæ olivæ & uvæ ſunt duræ, quæ non franguntur nec calcantur. *Schola Schammai eas pronunciat immundas*, quia pro cibo habentur; ſed Schola Hillelis eas mundas pronunciat, quia non habentur pro cibo. קצח barbare Nailo, eſtque ſemen nigrum, quod pani adjicere ſolent,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פגים Notat fructus multa galla affectos בוסר notat fructum poſt ultimam fractionem ante perfectam maturitatem, horum tempus decimationis differt a tempore decimationis arborum, ſicuti in codice de Decimis expoſuimus. Per fragmenta olivarum & uvarum intelligas olivas & uvas ſiccas, quibus ſi contigerit ut aruerint antequam maturuerint, & adeo duræ factæ fuerint ut ineptæ ſint in cibum, tum פריצים vocantur. קצח *nigella*, Arabice dicitur אלשונין. Cæterum quando auctor dicit, *& ita pro decimis*, Schola Schammai nigellam a decimis liberam eſſe dicit, quia non eſt cibus. Sed Schola Hillelis eam decimis addictam eſſe ſtatuit, quia cibus eſt; deciſio eſt ſecundum R. Akibam.

ſolent, & qui ipſum comedit, is non afficitur dolore cordis. *Et ſic ratione decimarum*, ſicuti diſſentiunt doctores de immunditie, ita quoque de decimis diſſentiunt, nam quod polluit immunditie cibi; id decimis obnoxium eſſe ſtatuerunt.

ז הקור הרי הוא כעץ לכל דבר אלא שהוא נלקח בכסף מעשר כפניות אוכלין ופטורות מן המעשרות :

7. Dactylus tenuis eſt inſtar ligni in omnibus, ſed emitur argento decimarum. Spathæ ſunt cibus, & liberæ ſunt a decimis.

R. OB. DE BARTENORA.

קור Notat lignum tenue capiti dactyli adjectum, quod filii hominum comedunt, ſed hyeme id indureſcere ſolet. *Ut arbor omni modo*, ſed non polluit immunditie cibi. *Emitur pecunia decimarum*, etenim fructus eſt, ut creſcat e terra. כפניות notat dactylos nondum ſatis maturos. *Ut cibi*, proinde polluit immunditie cibi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קור Notat caput dactyli, eſtque lignum humidum & tenue quod abſcindunt de foliis dactyli in figura caſei aridi, quodque homines comedere ſolent, id vero non polluitur, ſed argento decimæ ſecundæ emi poteſt. כפניות notat petiolos dactylorum in principio dum progerminant, & ii contecti ſunt cruſta ipſius, quæ diviſa eſt, eſtque cibus & propterea polluit immunditie cibi.

ח דגים מאימתי מקבלים טומאה בית שמאי אומרים משיצודו ובית הלל אומרים משימותו רבי עקיבא אומר אם יכולין לחיות יחור של תאנה שנפשח ומעורה בקליפה רבי יהודה מטהר וחכמים אומרים אם יכול לחיות תבואה שנקערה ומעורה אפילו בשורש קטן טהורה :

8. Piſces quando immunditiem recipiunt? Schola Schammai dicit, ex quo venantur eos. Schola Hillelis dicit, ex quo moriuntur. R. Akiba dicit, ſi poſſint vivere. Ramus ficuum ſciſſus, & cortici cohærens juxta R. Jehudam mundus eſt. Sapientes dicunt, ſi vivere poſſit, ſi evulſus ſit proventus & cohæreat, licet radicis exiguæ copiam habeat, mundus eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

דגים מאימתי מקבלין טומאה *Piſces quando recipiunt immunditiem*, quando piſces vivunt, tum non recipiunt immunditiem. משיצודו *Ex quo venantur*, tum quaſi mortui cenſentur. *Si vivere poſſint*, ſi adhuc vivant poſtquam ad aquam redierint, tum non recipiunt immunditiem; at ſi vivere nequeant poſtquam ad aquam redierint, licet nondum obierint, tamen recipiunt immunditiem; deciſio eſt juxta Scholam Hillelis. יחור של תאינה שנשפח *ramus ficus confractus*, puta ramum arboris ficinæ qui evulſus & ſeparatus eſt a loco conjunctionis, attamen adhuc arbori adhæret ope corticis. R. Jehuda dicit iſtum ramum mundum eſſe, ſi immundities ipſum tetigerit, quia æſtimatur quaſi arbori conjunctus eſſet, & ramis arbori adhæreat partim, licet in cortice tantum adhæreat. *Sapientes dicunt, ſi vivere poſſit*, ſi dum ramum colligaverit cum arbore, ramus adhuc vivere poſſit, & producere fructus, tum fructus iſti ſunt mundi, at ſi ramus non vixerit, poſtquam is arbori alligatus eſt, tum ficus in ramo exiſtentes quaſi evulſi eſſe cenſentur, & propterea recipiunt immunditiem; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי עקיבא אומר אם יכול לחיות *R. Akiba dicit, ſi poſſit vivere*, vult dicere R. Akiba, ſi dum piſces ad aquam redeant, adhuc vivere poſſint, tum non recipiunt immunditiem, ſi res immunda tetigerit eos, quia piſces vivunt, at vivi piſces non polluuntur, ſicuti expoſitum eſt in principio. יחור של תאנה notat ramum de ficu confractum, *in quo ſunt grana ficuum, qui tamen arbori adhæret* cum cortice, quæ ſuper arbore duntaxat eſt. R. Jehuda dicit, quod iſti ficus non polluuntur, niſi poſtquam abſciſſi ſunt, & ab arbore evulſi. Sapientes dicunt, ramus iſte non cenſetur arbori contiguus, niſi inter ipſum & arborem tam arcta conjunctio ſit, ut ſi is cum arbore ligetur, cum ipſa conjungatur ita ut denuo ipſius radix fiat, & fructus producat; deciſio non eſt ſecundum R. Akibam, nec ſecundum R. Jehudam.

ט חלב בהמה טהורה אינו מיטמא טומאת נבילות לפיכך הוא צריך הכשר חלב בהמה טמאה מיטמא טומאת נבילה לפיכך אינו צריך הכשר דגים טמאים וחגבים טמאים צריכין מחשבה בכפרים :

9. Adeps beſtiæ mundæ non polluitur immunditie cadaveris, idcirco diſpoſitione indiget. Adeps beſtiæ immundæ polluitur immunditie cadaveris, proinde non indiget diſpoſitione. Piſces immundi, & locuſtæ immundæ indigent attentione in pagis.

R. OB. DE BARTENORA.

חלב בהמה טהורה *Adeps beſtiæ mundæ*, ſi ex ipſa cadaver aliquod factum eſt, mundus eſt ipſius adeps ab immunditie cadaveris, ſicuti ſcriptum eſt Levit. 7, 24. *adeps cadaveris adhiberi poteſt ad omnia opera*, licet opus ſacrum ſit. *Proinde diſpoſitione indiget*, quia tandem non polluit immunditie gravi, ſicuti ſtatuimus capite primo codicis de Puritatibus, *quicquid tandem non polluit immunditie gravi*, id eſt, ad hominem & vaſa polluenda diſpoſitione opus eſt. *Adeps beſtiæ immundæ polluit immunditie cadaveris*, quia Lex adipem beſtiæ mundæ quæ cadaver facta eſt, duntaxat mundum pronunciavit, ſicuti ſcriptum eſt in loco ſupra citato, *Adeps cadaveris & adeps diſcerpti*, hinc excipitur adeps beſtiæ immundæ, quæ non diſcerpta eſt, quia diſcerptio illius atque mactatio ejuſdem ſunt naturæ. *Et non opus eſt diſpoſitione pro immunditie ciborum*, ſi minus quam olivæ copia conflatum ſit cum copia ovo minori, ſicuti expoſuimus ſuperius, ſed omnino requiritur attentio, quia caro attentionem

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Secundum Legem de interdicto adipis tres ſunt ſpecies animantium in quibus illud obtinet, videlicet bos, agnus, & hœdus, in hiſce continetur adeps, בהמה טהורה *pecoris mundi*; ſed per חיה טמאה *animans immundum*, intelliguntur aries, caprea, & dama, rupicapra, ſtrepſicerotis, bubalus, & camelopardalides, horum omnium animantium adeps nobis licitus eſt eſui. Sed inter pecus immundum atque animans immundum nihil intereſt ratione adipis & carnis, tam reſpectu eſus quam immunditiei, ſicuti in genere Lex dicit, *immunda ſint vobis* abſque ulla differentia. Sed nos jam expoſuimus quod pecoris immundi mactatio & mors eadem ſit, & quod mactatio nihil proſit neque liberet ab immunditie niſi in animantibus eſui conceſſis tantum. Senſus vero illius quod Lex adipem pecoris mundi dicit mundum, eſt, quod is non polluat ſicuti cadaver polluit, licet adeps cadaveris ſit, & hoc eſt quod Lex dicit Levit. 7, 24. *Adeps cadaveris, & adeps diſcerpti quidem adhiberi pote-*

nem requirit in eſu omni in loco, ſicuti ſuperius expoſuimus. *Requiritur attentio in pagis*, at non in locis publicis, attamen diſpoſitio requiritur omni in loco.

poterit ad omne opus, ſed omnino comedi nequit, quando Lex dicit *pro omni opere*, introducit opus ſacrum, ſicuti in Siphre memoratum eſt, nam non dubium eſt quin adeps de quo Lex præcipit ratione beſtiæ immundæ, cum is ſit cadaveris adeps, non poſſit eſſe immundæ beſtiæ adeps, quia dixit, *adeps cadaveris & adeps diſcerpti*, hinc dixerunt, excipitur beſtia immunda, quæ non diſcerpta eſt, quia diſcerptio & mactatio illius ejuſdem conditionis eſt, ſicuti expoſuimus. Neque adipes animantis mundi ſunt, quia dixit Lex, *& comedendo non comedetis*, ſenſus eſt quod adeps eſui prohibitus a Deo ſit permiſſus, animantis mundi adipe excepto, qui eſui licitus eſt; atque ex hiſce fundamentus tibi exponetur, quod quicquid non polluit immunditie gravi, diſpoſitione opus habeat, ſicuti expoſuimus capite primo codicis de Puritatibus. Porro ſcias volo quod hicce adeps non polluat, ſicuti cibi immundi polluunt, imo ne quidem poſt diſpoſitionem, donec immundities tetigerit ipſum, ſicuti alii cibi, & tum polluunt ſecundum diſpoſitionem aliam quam tetigerit, ſicuti ab initio expoſitum eſt; at ſi adeps cadaveris eſt, quod diſpoſitione aquæ tantum opus habet, tum corpus non diſponit ſicut cadaver avis immundæ, ſicuti capite primo codicis de Puritatibus expoſitum eſt.

י כוורת דבורים רבי אליעזר אומר הרי היא כקרקע וכותבין (צ"ל) עליה פרוזבול ואינה מקבלת טומאה במקומה והרודה ממנה בשבת חייב חטאת וחכמים אומרים אינה כקרקע ואין כותבין עליה פרוזבול ומקבלת טומאה במקומה והרודה ממנה בשבת פטור :

10. Alveare apum ſecundum R. Eliezer eſt inſtar fundi, & de ipſo προσϐολὴ conſcribi poteſt, at non recipit immunditiem in loco ſuo; ſi quis de ipſo quid detulerit die Sabbati, tum ſacrificio pro peccato tenetur. Sapientes dicunt, non eſt inſtar fundi, nec προσϐολὴ de ipſo conſcribitur, ſed immunditiem recipit in loco ſuo, & qui die Sabbati quid detulerit de ipſo, is liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

כוורת דבורים *Alveare apum*, ſi id luto conglutinatum ſit, tum omnes conſentiunt id eſſe inſtar fundi; at ſi id paxillis infixum ſit, tum omnes concedunt id eſſe inſtar vaſis, & non diſſentiunt niſi de eo quod terræ impoſitum eſt, & non luto conglutinatum. R. Eliezer dicit, eſt inſtar terræ, & argento emitur conſcriptis literis obligationis, ſicuti in fundis fit. וכותבין עליה פרוזבול *& conſcribunt ſuper ipſo προσϐολὴν*, ſenatores conſcribunt aliquod ſcriptum pro eo qui mutuo dedit, quo illi in ſe ſuſcipiunt totum debitum illius cui mutuo datum eſt, ne anno ſeptimo debitum remitteretur. Sed ſuper fundis tantum פרוזבול conſcribunt, ſi nempe fundum habet is cui mutuo datum eſt, & ſi is habeat alveare apum, ſe res habet ac ſi fundus eſſet, & ſuper ipſo quoque פרוזבול conſcribitur. *Sed non recipit immunditiem in loco ſuo*, quia alveare eſt inſtar illius quod terræ adhæret, quodque immunditiem non recipit. *Et qui die Sabbati quid detulerit de ipſo*, ſi de principiis mellis aliquid ex alveari ſumpſerit die Sabbati, tum ſacrificio pro peccato tenetur, ac ſi evulſiſſet e loco contiguo, ſicuti dicitur 1 Sam. 14, 26. ויטבול אותה ביערת הדבש Sed quomodo יער conjungi poteſt cum דבש? at vero ſicuti ſi quis e ſylva quid evulſerit die Sabbati, tenetur ſacrificio pro peccato, ita etiam ſi quis ex favo quid deſumpſerit die Sabbati, tenetur ſacrificio pro peccato.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujuſce Miſnæ expoſitio jam præmiſſa eſt in fine codicis de Jure Anni ſeptimi libro Miſnico primo.

יא חלות דבש מאימתי מיטמאות משום משקה בית שמאי אומרים משיחרחר בית הלל אומרים משירסק :

11. Placentæ mellitæ ex quo polluuntur potu? Schola Schammai dicit, ex quo aduſſerit. Schola Hillelis dicit, ex quo evulſerit.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי מיטמאות משום משקה *Quando polluuntur potu?* quam edendæ ſunt, & quando polluuntur immunditie potus, ut accipiant principium immunditiei. משיחרחר *ex quo aduſſerit*, ex quo fumum fecerit & apes pepulerit, ſicuti ſcriptum eſt Prov. 26, 21. לחרחר ריב *ad accendendum litem*, ſenſus itaque eſt, quod is hoc pacto apibus quaſi litem movere velit, ut mel excipiat, licet mel nondum prodierit, hac ſignificatione extat verbum חרה Jer. 6, 29. נחר מפח ſunt qui legunt משיהרהר *ex quo cogitaverit*, nempe ex quo cogitaverit mel e favis ſumere. משירסק *ex quo evulſerit*, quando mel ex alveariis educere volunt, tum favos cultro diſcindunt, ut placentas educant, atque hæc actio ריסוקן vocatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per חלות דבש *placentas mellis* intelligas ſegmenta quædam favi; ſed tu jam noſti quod דבש ſit unus e ſeptem liquoribus, quamdiu illud adhuc fluidum eſt, at quando mel continetur ſine favo, tum non eſt liquor. Noſti quoque quod immundities potuum aliquid ſingulare habet, quia ipſa ſemper principium impuritatis eſt, ſicuti expoſitum eſt in hoc libro, dixit autem Schola Schammai, ex quo inflammata eſt, ut excipiantur placentæ, proinde ipſum pro potu habet etiam ante egreſſionem ipſius. Sed nos jam diximus quod חרחור ſit fortis aduſtio. Et quod Schola Schammai dixit, *ex quo aduſſerit*, illius ratio eſt, quod homo veluti litem excitat cum apibus, eaſque expellit ut mel educat; hoc ſenſu verbum occurrit Prov. 20. hæc ſententia non convenit cum fundamentis, quia omnes concedunt, quod mel in alveario non ſit cibus nec potus. Tandem dicit, משירסק *ex quo evulſerit*, quia favus ſtillat dum manu prehenditur, & mel effluit.

יב אמר רבי יהושע בן לוי עתיד הקדוש ברוך הוא להנחיל לכל צדיק וצדיק שלש מאות ועשרה עולמות שנאמר להנחיל אוהבי יש ואוצרותיהם אמלא אמר רבי שמעון בן חלפתא לא מצא הקדוש ברוך הוא כלי מחזיק ברכה לישראל אלא השלום שנאמר ה' עוז לעמו יתן ה' יברך את עמו בשלום :

12. Dixit R. Jehoſua filius Levi, voluit Deus Opt. Max. ut juſtus quiſque trecentorum & decem mundorum hæreditatem adiret, ſicuti ſcriptum eſt Prov. 8, 21. Eſt ut eos qui me diligunt, hæreditatis participes faciam, & eorum theſauros impleam. Dixit R. Simeon filius Chilphatæ, non invenit Deus Opt. Max. vas aliquod continens Iſraëlitarum benedictionem, niſi pacem, ſicuti dicitur Pſal. 29, 11. *Dominus concedet populo ſuo robur, Dominus benedicet populo ſuo in pace.*

R. OB. DE BARTENORA.

Deus benedictus quemque juſtum trecentorum & decem mundorum participem faciet, hæc adjunxit auctor ut Miſnæ finem imponat mercede juſtorum, qui confirmant quicquid in Miſna ſcriptum eſt; & de eorum hæreditate ſcriptum eſt Prov. 8, 21. ubi illa verba להנחיל אהבי יש per Gematriam trecenteſimum & decimum numerum conficiunt; hujus itaque dicti ſenſus eſt quod hæreditas juſtorum tanta erit quanti ſunt trecenti & decem mundi, quia hicce quem oculis cernimus mundus, duntaxat eſt trecenteſima & decima pars de mundo futuro, quem juſti hæreditate adibunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Abſolutis omnibus conſtitutionibus Miſnicis, auctor quædam addit de mercede eas obſervantibus deſtinata, videlicet trecentorum & decem mundorum hæreditas promittitur, perinde ac ſi omnes totius univerſi delicias comprehendere vellet, ſecundum diſtributionem decem deliciarum, & poſtea eas ſimul colligit in numero trecenteſimo decimo; etenim aliquando juſtus quiſpiam aſſequitur futuri mundi delicias, ſed ſi quis hujuſce mundi deliciis uſus ſit, tum ipſæ non redeunt, ſed omnis anima futuri ſeculi fit particeps, & numquam perit, quia aſſequitur exiſtentiam perpetuam quæ perveſtigari nequit, perinde ac ſi Deus dixiſſet, ego ipſos æternæ exiſtentiæ participes reddam, quæ vera demum exiſtentia eſt. Præterea auctor ex loco Prov. 8, 21. modo parabolico trecentorum & decem mundorum hæreditatem elicit propter futuri ſeculi præſtantiam, videlicet quod ſicuti hoc univerſum definiri nequit, ita quoque mundi futuri deliciæ indefinitæ ſunt; ſed nos ad hanc materiam ſpectantia quædam attulimus in codice de Synedriis.

Finis Tractatus de Fructuum Petiolis.

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,
Quæ in hac parte allegantur vel illuſtrantur.

GENES.

Cap. pag.
1, 10. 295
6, 12. 271
8, 2. 116
13, 3. 33
22, 3. 115
22, 12. 15
24, 16. 275
25, 16. 37
26, 20. 257
33, 13. 152
29, 3. 152
37, 25. 478
37, 31. 128
41, 18. 315

EXOD.

5, 2. 491
5, 12. 87
16, 13. 297
16, 13. 443
21, 21. 455
22, 19. 321
25, 20. 172
26, 26. 106
30, 36. 153
31, 10. 80
33, 20. 144
35, 22. 79
38, 4. 47
39, 3. 62
39, 3. 169
39, 41. 80

LEVIT.

1, 15. 308
2, 2. 91
3, 8. 22
5, 3. 314
6, 14. 156
6, 21. 456
8, 34. 273
11, 8. 38
11, 21, 31. 15
11, 31, 39. 414
11, 32. 92
11, 32, 33. 3
11, 33. 24
11, 34. 446
11, 35. 41
11, 37, 38. 7. & 314
12, 2. 403
12, 2, 5. 2
12, 4. 425
13, 16. 404
13, 46. 19
13, 48. 92
13, 48. 250
13, 56. 251
14, 8. 15
14, 5, 9. 359
14, 9. 20
15, 2, 13. 450
15, 4. 455
15, 5. 131
15, 6. 409
15, 7. 148
15, 8. 400
15, 19. 417
15, 24. 17
15, 19, 25. 401
15, 33. 3
16, 2. 23
16, 22. 19
19, 17. 484
20, 18. 394
21, 10. 475
21, 21. 23
22, 11. 405
24, 17. 405
25, 3. 69
26, 36. 300

NUM.

6, 5. 172
8, 12. 270
10, 35. 487
19, 3. 273
19, 11. 156
19, 13. 148
19, 14. 151
19, 16. 150
19, 18. 20. & 275
19, 21. 51
19, 22. 146
23, 24. 447
30, 3. 220
30, 17. 407
31, 20. 24
31, 24. 12

DEUT.

4, 20. 50
5, 2. 22
12, 6, 17. 22
14, 26. 22
15, 20. 22
21, 5. 220
22, 5. 69
22, 9. 13
23, 4. 489
25, 4. 82
25, 7. 408
25, 19. 272
29, 4. 67
26, 12. 434
31, 23 65
32, 6. 437
32, 13. 447

JUD.

3, 16. 141
4, 19. 447
6, 38. 447
15, 11. 172

SAM.

1 Sam. 2, 16. 65
1 Sam. 13, 20. 71
1 Sam. 15, 32. 109
1 Sam. 21, 13. 414
1 Sam. 26, 7. 371
2 Sam. 2, 36. 213
2 Sam. 6, 5. 85

REG.

1 Reg. 10, 11, 12. 73
1 Reg. 18, 48. 172
1 Reg. 20, 38. 141
1 Reg. 22, 38. 127
2 Reg. 3, 16. 288
2 Reg. 4, 38. 43
2 Reg. 10, 22. 85

EZRA.

5, 9. 56
6, 4. 164

ESTHER.

4, 4. 58
5, 9. 152

DAN.

2, 11. 148
3, 5. 64
6, 18. 18

CANT.

2, 1. 395
3, 3. 94
7, 8. 460

JOB.

8, 11. 296
13, 27. 66
14, 17. 32
21, 38. 347
25, 6. 151
26, 36. 461
28, 31. 109
33, 6. 49
33, 6. 80

PROV.

9, 1. 487
17, 14. 417
30, 19. 27

JES.

2, 14. 213
3, 18. 140
3, 26. 419
7, 25. 142
8, 6. 452
10, 13. 489
22, 14. 79
25, 6. 447
38, 7. 152
40, 12. 67
41, 4. 219
57, 3. 116
57, 5. 156
64, 12. 234
65, 5. 13

JER.

17, 4. 234
31, 29. 220
42, 6. 489

EZECH.

16, 6. 150
16, 36. 41
26, 9. 86
27, 29. 459

AMOS.

1, 1. 270
9, 14. 489

JOEL.

1, 8. 81
1, 17. 84

INDEX RERUM
ET
VERBORUM HEBRAICORUM.

א

אבוב 75
אבוב של כלאים 27
אבן מסמא 17 & ſeq.
אבן השעות 68
אבן שבזוית 259
אבות הטומאה 15
אגורי 89
אוג 127
אוגן 62
אוטם 276
אודיארין 342
אוכף של נאקה 115
אולר 70
און 351
אום 217
אותיום 392
אזמאל 129
אימה 64
אימום 115
אירוס 81
אישות 111
אכוף 384
אכלונס 456
אכסדיא 255
אליתות 278
אלית 81
אלמגיר 27
אלמיק 447
אלנסול 420
אלפינאן 493
אלקטיאות 212
אלנחצא 446
אלמוג 73
אלנסף 458
אלמתראה 459
אלקלי 420
אלסומאק 127
אלקסטי 501
אלנסגא 483
אלקרטס 501
אלעתלה 75
אלתית 446
אמום 85
אמכטי קטנה 431
אמפליא 132
אמריות 254
אנקלין 67
אסדה 456
אסל 291 & 302
אסמאל 72
אספלנית 137
אסלה 49 & 114
אסקופא 155
אסקוטלא 144
אספרגל 494
אסטגיות 50
אסקרידה 255
אפיפורין 82
אפיפיירות 88
אפיפורין 118
אפרכס 78
אפר מקלה 53
אפר שרופים 151
אצבע בעין 405
אצטרובל 458
אקון 67
ארובה 181
ארובות של נחתומים 79
ארץ העמים 151
ארוג 130
ארון של גרוסות 68
ארוכה 97 & 160
אשבורן 155 & 346
אשכרוע 70 & 219
אשלג 420
אשוירה 110

ב

באלשאמי 493
באר חלקה 162
בגדי עניים 139
בהרת גדולה 242
בהרות טהורות 235
בוחל 407
בועל טמא 3
בועל נדה 17
בורך המחרישה 205
בור 50
בטנון 81
בטח 188
ביב 157
בין הערבין 219
ביעור 411
ביצה קלה 37
ביצת היוצרים 285
ביצול 110
ביצה מגולגלת 497
בירה 273
בית אבידן 490
בית דינאי 41
בית הפרס 205
בית השווקות 445
בית הספינה 173
בית כרם 495
בית החיצון 403
בית הכוסות 83
בית שוקעו של נר 30
בית הפרס 251
בית תכלין של חרש 30
בכיי 193
בנאים 142 & 384
בני בצלים 498
בסבאסה 501
בסס 494
בעבוע כחבירה 474
בעילת מצוה 422
בעל קרי 20
בעירה 110
בקעה 338 & ſeq.
ברים 104
ברכיור 127
בשירא 478

ג

גבאים 341 & 356
גבלית 194
גדוד 237
גדיון 452
גור אחיות וגוד אסיק 188
גורלת 80
גולל 152
גולמי כלי מתכות 69
גומות 318
גוש 324
גזריות 172
גלגלים 437
גלוסטרא 63
גלוסקים 180
גלוסקין 482
גלופקרין 141
גליון 486
גלע והתגלע 417
גלעינין 425
גסטרא 28 & 34
גפססת 58
גפת 54
גרגר 350
גרגרן 426
גרגרניות 342
גרוטאות וגרוטות 62
גריס 231
גרופות 70
גרמוני 219
גשיש של מטה 456
גתרה 278

ד

דבש הוזפים 443
דבש צרעים 446
דופק 152
דור 83
דורקטי 422
דורת 39
דיהרה 395
דיוסטר 106
דיצת הערביים 117
דלופקי 111
דנגיל 501
דם הקזה 447
דם תבוסה 4
דם תבוסה 156
דף של נחתומים 79
דקור 79
דרבן 54
דרגש 67
דרור עגלה 79

ה

הבאג 501
הגוה וראש הגוה 233
הוראת שעה 291
הסיט 16
הרגילה 500

ו

וכרת 421

ז

זכה גדולה וקטנה 426
זבורית 385
זגגין 118
זוג של ספרים 70
זוגין 54
זומא

זומא ליסטרא 123
זון 127
זיבות 451
זיז 194
זלף 354
זנב האשכול 493
זפתין 384
זקקים 384
זקן 411
זריז אשקלוני 115

ח

חביות לוריות 26
חביות לחמירות *ibid.*
חביות ניירות 28
חבית 435
חבית של שייטין 27
חבץ 472
חבק 101
חמרים 53
חרוק 32
חרר 394
חוטין מתאימין 133
חולי השועל 257
חוט מאזנים 142
חוט המשקולת *ibid.*
חובט זיתים 220
חותל 495
חותם המרצופים 207
חויינא 74
חילקה 445
חלוק של יוצאת החוץ 140
חלול 274
חלזון 66
חלי קופרי 428
חלמא 63
חכון 44
חמור 97
חמור של נפחים 75
חמיטה 469
חמור של רחים 458
חמת חלילין 105
חסומן 72
חסם 82
חצבים גדולים 26
חציר 493
חצירי גבע 88
חצר קבר 200
חרירה 72
חרחור 470
חרחור 55 & 71
חרחור 122 & 143
חרב 116
חשוכי בגדים 17

ט

טבול יום 20
טבילת ידים 480
טבעת אדם 66
טבעון 428
טומאת מדף 461
טומאת ערב 99
טיט נגוב 436
טיטרוס 29
טירת התנור 37
טליות 359
טליה המנפנפת 173
טני 67
טסגי 445
טפי 287
טפי וטפיח 27
טרבל 312

טרגים 445
טרסקל 114
טרף 431

י

יבלית 33
ירות אוכלים 475
ידים מסואבות 50
יוצאות לחוץ 121
יורה ומוסף היורה 38
יחור 70
יחור 502
יין השרוני 395
ילקוט 386
ים 458
ימי ספרו 15
ישיבת הסתת 113
יתרות הדרכים 383

כ

כבכב 27
כבש 276
כבשן 28
כדומין 73
כוכב העליון ותחתון 109
כונס משקה 409
כופש 349
כוך 166
כוראת 429
כורה 37
כורין 70
כורך 110
כוורת פחותה 46
כוש 54
כותבת הגסה 92
כתב אשורית 490
כתם 412
כיפה 37
כלאנו 494
כלוב 116
כלי גללים 56 & 481
כלונס 106
כלי גללים 162
כליכה 312
כלי נתר 25
כנימה 444
כנפים 76
כסת הסבלין 140
כסכס 420
כסתות 104
כף לוקטי קוצים 127
כפה 137
כפישה 162
כרויתית 105
כרכום 395
כשות של קישות 383

ל

לולב 394
לחיים 64
לחיים 111
ליזביז 27
למודים 40
לפוף 495
לפיד 30
לפס 475
לרצון ושלא לרצון 449
לשונות 97

מ

מאור 92

מבוצר 325 & 245
מבוצרת 218
מגופת היוצרים 28
מגורות 103
מגירה 111
מגירה 75
מגע מדרס 98
מגס 82
מגפיים 65
מגרדות 69
מגריפה 143
מגריפה 72
מדומע 476
מדה דקה 91
מדף 85 & 460
מדף לחטאת 300
מהוהא 121 & 351
מובארה 232
מוסגר 252
מוסף התנור 38
מוחל 348
מוחל 447
מוכני 96
מוציא משקה 409
מוכים 255
מוסק 220
מורדים 235 & 243
מזורע מוחלט 15
מזורע מוסגר 20
מולג 71
מורה 479
מחרה 482
מחט של סקאין 72
מחוק 94
מחתה פרוצה 27
מחיה הפוכה 225 & 215
מחק 27 & 355
מחצה למחצה 158 & 250
מטה של טרבל 312
מי שפיכות 431
מיזרן 101
מיחם 33
מים מוכין 296
מים מכובים *ibid.*
מינתא 493
מיצה שניה 56
מכבר של תמרה 493
מכבש 85
מכבש של חרש 111
מכבש של כובשין 361
מכורה 234
מכונם 245
מכנים 409
מכשיר ומוכשר 427
מכתב 71
מלבן 97 & 311
מלבן של כסא 112
מלל 139
מלמד 122
מלטימיא 205
מלוי 282
מלמד 54
מלמולין 382
מלעין 493
מלקוט 85
מניקה 53
מנפה 85
מסאב 458
מסורס 398
מסמר 470
מסנגת של חרדל 78
מעבר 479
מעדירה 456
מעדר 99

פרדגמא	270
פרודים	351
פהק	421
פול	231
פולתץ	118
פטילייא	84
פטפוטין	42
פטריות	500
פיגם	493
פיטומת	407
פיטמא	493
פיטס	33
פיילי	263
פין	63
פיקה	64
פיקה	92
פיקה	170
פיקה	711
פיקה של צואר	249
פלגס	270
פלס	67
פלצר	116
פמוליניא	132
פנס	27
פנקס של שעוה	94
פסגא	494
פסים	257
פסל	384
פקועות	95
פקעיות	87
פקעת	253
פקרסין	141
פקרסין	386
פרגור	141
פרדסקין	167
פרוזדור	394
פרומביא	64
פרון	339
פרושים	490
פרח	187
פרת	167
פרים הנשרפים	294
פרכיל	493
פרקלינין	120
פשין	215 & 217
פתוך	213
צ	
צביעה	124
צדוקים	491
צדוקי הגלילי	491
צהרים	219
צומת	246
ציג של רצפות	493
ציגורא	54
צליחות	145
צלוחית	297
צמיד פתיל	57 & ſeq.
צמל	407
צמרמורת	421
צנור	458
צנורה	311
צפור דרור	264
צפחת	443
צפירה	83
צרבת	234 & ſeq.
צרור המרגלית	127
צריפין	212
צרצור	30.
ק	
קארס	27
קבותים וקבוצים	59
קנר	

סילתין	80
סינה	84
סינין	56
סיפה	443
סלד	443
סלתות	445
סלות	274
סליל	253
סלע נרונית	92
סמרטוט	285
סנדל	257
סנדל	397
סנדל עמקו	126
סנדל לדידי	126
ספוגנת	498
ספסל	112
ספק בכורות	332
ספק נזירות	332
ספק פרישות	332
ספקלריא	144
ספר עזרא	81
ספרי מירם	490
סקורטיא	83
סקירין	430
סראב	493
סראקין	430
סריגות	173
סריגי החלונות	260
סרידה	47
סריס חמה	408
סרוקות	67
סרק	208
סתרת	113
ע	
עבט	353
עדל	501
ערים	390
עוקץ	407
עוקצה	72
עוקצים	492
עור של עריסה	311
עור הכתן ועור העריסה	128
עור הרופא עור החמר	*ibid.*
עושה צורך	418
עטרת הכירה	37
עיין	110
עיירות מוקפות חומה	21
עיר זהב	65
עכביות	500
עכנאי	41
עמוד	493
עמיד	486
ענבול	311
עסק זה לפנוי	257
עפר תיחות	211
עצם כשעורה	151
עקל	461
עקרב של פרומביא	64
עקרב בית הבד	68
ערוסה	399
עריבת העבדנים	78
עריבת הפיסונית	105
עריין	111
ערק	83
עשרת	62
פ	
פגה	407
פגושית	86
פגין	70
פגים	393

מעוברה	172
מעורבי שמש	277
מעופרת	141
מעזיבה	108
מעצר	72
מעשה קדרה	473
מעשר טבל	478
מפקידה לפקידה	389
מסמר הגרע	68
מספורת	70
מפתח של לב	149
מפץ	119
מפתח של ארכובה	78
מצה	308
מקודש	282
מקל הבלשין	80
מקפה	472
מקפיד	383
מקרצות	469
מרכך של אבנים	158
מרח	41
מריש	458
מרכב	17
מרכף	81 & 85
מרדע	201
מרדע	122
מרצופין	104 & 207
משא	16
משואר	246
משיט	459
משכב	18
משכב ומושב	19
משמשי משמשין	86
משכב זב	97
משפך	28
משפלת	104
משקה עומד	*ibid.*
משקוף	256
משקה טופח	346
משקין	388
מתחולחלת	58
נ	
נגר	61
נדבך	164 & 463
ניקון	65
נזיד	321
נזמים	65
נחושתו של תנור	47
נטירה	16
נטילת ידים	480
נימי הקשרים	100
נפש המסכת	110
נפש המסכת	254
נפש אטומה	168
נצוק	444
נצוק	67
נקליטין	97
נקליטי	491
נתק	216, 234 & 244.
ס	
סבכה	120
סגוס	185
סדור	80
סואר של קורות	158
סובב של גלגל	76
סובריקין	141
סומאליסטרא	71
סוכה	456
סומפוניא	64
סופגנים	60

קבר	170
קבר התהום	274
קדורה	496
קדוש	282
קדח	234
קוליגריפון	71
קולים האספניס	446
קילון	440
קולירת	469
קולר	66
קולפי כרוב	493
קומפון	115
קומקום	33
קוסים צרוניים	35
קוף	482
קופות הגננין	87
קורת הבלנים	458
קורפיורת	35
קושט	501
קושי	402
קוד הכבלי	82
קטבליא	84
קסטריא	179
קטלירת	149
קטליות	65
קטפרס	346
קטרב	76
קיבר	433
קייטא	252
קייצין	384
קירות המחיצה	257
קירוס	110
קלוח	474
קלוסטור	104
קלתירת	43
קלל של חטארת	274 & 301
קלמרין מתואמורת	29
קלמרין	385
קלקי הראש	383
קמוניא	420
קמור	157 & 166
קמיע	385
קמרין	85
קמרון	96
קנבוס	250
קנה המוזנאים	94
קנונין	83
קנטר	75
קניבה	109
קנתל	312
קסיא	443
קסיידה	84
קסטות המלכים	79
קערורת	29
קפלוטורת	493
קרסול	149
קציצרה	99
קצרה	97
קרוירה	32
קרוירה	283
קרום	383
קרחת וגבחת	249
קרץ	49
קשה ומקשה	401
קשר העני	386
קשר הערביים	128
קתדרא	35
ר	
ראש תור	96
רבעי ורביעי	269
רביעית של אליירת	85
רודה	435
רדיד	141
רובא	253
רונכי	28
רוק תפל	420
רחרת	81
רמרה	151
רמוני בראן	88
רעד	428
רעי וראי	446
רעדורת	305
רפפורת	*ibid.*
דפפורת	191
רצוצה	196
רקב ותרווד רקב	150
רקם	415
ש	
שבאכרה	278
שבילי בית גלגול	338
שבת	500
שבולת הנהר	430
שדה מטננת	435
שדה בוכים	209
שיגמים	60
שולחן הכפול	82
שומרת יום כנגד יום	426 & 450
שונית	490
שופי	401
שפיות	35
שוקת	286 & 297
שחור	70
שחין	234
שטרנג	252
שידה	95
שירי הלשון	279
שיש	56
שכבת זרע	15
שכבת זרע	451
שכונת הקברות	203
שלולית	204
שלוף דוץ	420
שלח	442
שליא	397
שלל	312
שלל הכוכבים	497
שלשית ושלישית	269
שמרקעים	498
שמשום	471
שנצות	126
שערה ושיער	396
שער	225
שפור	147
שפופרת	284
שפיר מרוקם	397
שפע	421
שקוף ומשקוף	177
שריפים	158 & 172
שרביט	493
שרפף	112
שתי וערב	253
ת	
תא	195
תבוסה	203
תוברות	122
תורמל	83 & 103
תחתית הצורפין	94
תיבת המגדל	159
תלוליות	202
תלתן	394
תנוך אזן	266
תפריך	128
תפית	115
תפלה ארבעה כלים	99
תרבוס	117
תרווד רקב	92
תרונתק	86
תרים הכפוף	116
תרמיל	386

INDEX RERUM ET VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A.

A Viſitatione ad viſitationem. 389
Abortuum variæ ſpecies. 396
Abortus non eſt apertura matricis. 170
Achabi fons. 296
Aco oriens verſatur in munditie dubia. 211
Acus quænam mundæ ſint vel immundæ. 72
Acus ſaccariorum. *ibid.*
Acus ſartoris vel ejuſdem annulus in fornace inventus. 53
Acus vel annulus ſi in pavimento fornacis inventus ſit. 52
Adipis conditio in mundis & immundis beſtiis. 502
Aduſtio lepræ quæ ſit. 234
Ægyptus an ad decimas teneatur. 488
Agni anniculi ſunt. 270
Ager in Syria ſitus & terræ Iſraëlis vicinus, mundus eſt, & ad decimas annique ſeptimi jus tenetur. 210
Ager plorantium non plantatur, nec conſeritur. 208
Alæ & plumæ polluuntur & polluunt. 315
Alexandrina navis. 78
Alil. 316
Alveare apum inſtar fundi eſt. 503
Alvearii in janua conſtituti conditio ratione pollutionis. 174
Ammonitica regio an ad decimas teneatur. 488
Amphora aquæ ſacrificii pro peccato quomodo reproba fiat. 304
Amuletum ratione pollutionis. 115
Androgynus polluitur gonorrhœa. 453
Angor partus quamdiu durare poſſit. 401
Anguli agri obligatio & decimarum eadem eſt, at non contra. 410
Anima liciatorii. 110
Animantia quæ cornua habent, ea quoque ungulas habent. 411
Animantium diverſa conditio pollutionis reſpectu dierum quibus creata ſunt. 93
Anſa ciborum. 494
Anſa fructuum quid ſit. 492
Anſæ vaſorum dividunt inter aquam & ipſa vaſa ſi confractæ ſint. 385
Antemurale Templi quam ſanctum ſit. 21
Aqua lactis eſt ſimilis lacti. 447
Aqua prima & ſecunda in lotione adhibenda eſt. 483. *& ſeq.*
Aquæ calidæ ſi affuſæ ſint calidis, vel frigidæ frigidis, vel calidæ frigidis, mundæ ſunt, at ſi frigidæ calidis affuſæ ſint, tum immundæ ſunt. 443
Aquæ Carmionis & Pugæ ſunt reprobæ; ita etiam aquæ Jordanis & Jarmog. 296
Aqua cineris vaccæ ruſæ ſi inciderit in manus conſecrantis, vel in latus ipſius, reproba facta eſt. 286
Aqua contuſarum fabarum. 420
Aquæ copia pro lotione manuum. 480.
Quænam reprobæ ſint. 481
Aquæ copia quæ lavacra inficere poteſt. 361
Aquæ effuſionis. 431
Aquæ expiatoriæ quem gradum impuritatis recipiant. 15. *& ſeq.*
Aquæ fallentes. 296
Aquæ generationes enumerantur. 447
Aquæ miſcellaneæ. 296
Aquæ molles quæ ſint. 296
Aquæ quædam complent, ſed non reprobant, & contra. 376
Aquæ ſacrificii pro peccato vario modo reprobæ fiunt. 291. Ita ut denuo polluere poſſint mundum pro oblatione prima. 299
Aquæ Tamſiot quænam ſint. 358
Aqualiculi figura. 375
Aqualiculus quando polluatur. 78
Aquarum fluentium & ſtillantium conditio. 370
Arabum tentoria munda ſunt. 212
Arabum velamenta. 141
Arca promptuarii quomodo ſe habeat ratione pollutionis. 159
Arca ſuperius aperta eſt munda. 103
Arcarum tria genera. 117. & 121
Arietes biennes. 270
Arithmeticorum catena. 75
Aromata ſeptem quæ maculæ ſolent applicari. 426
Aſcalonii harpagones. 73
Atrium Iſraëlitarum quam ſanctum ſit. 21
Atrium ſacerdotum &c *ibid.*
Atrium mulierum quam ſanctum ſit. 21
Auriſcalpium quomodo polluatur. 70

B.

Babylonia an ad decimas teneatur. 488
Baculi quinam polluti ſint. 74
Baculus e quo facta eſt anſa pro ſecuri. 106
Barbæ definitio ratione lepræ. 248. Barba & caput hoc reſpectu non conflantur. *ibid.*
Baſilica eſt locus privatus. 339
Baſes aliquot conſiderantur ratione pollutionis. 43
Baſium tria genera. 118
Beth-happeras. 151
Bethkerem. 396
Bethlehemitica dolia. 26
Bilaterum eſt conjunctio pro immunditie. 106
Bipartita inſtrumenta polluuntur terebra excepta. *ibid.*

C.

Cadaver quomodo polluat. 16
Cadaver volucrium immundarum requirit attentionem & diſpoſitionem. 315
Cadaver volucrium mundarum tredecim conditiones poſtulat. 213
Cadus cineris vaccæ ruſæ. 275
Cæſaræa orientalis & occidentalis verſatur in dubia munditie. 211
Calamarium idiotæ. 385
Calamus pauperis. 94
Calcei animantium quando immunditiem recipiant. 76
Calefactorium quomodo polluatur 33
Calvitium duabus ſeptimanis & duobus ſignis polluitur. 223
Calvitium quid ſit, definitur. 249
Canalis in lavacro poſitus *inficit illius* aquas. 375
Canis ſi comederit carnem cadaveris, & poſtea obierit, quæritur an domum polluat. 186
Caniſtra lignea quando perfecta ſint. 82
Caniſtri panibus deſtinati menſura ratione pollutionis. 87
Caniſtrum Ægyptium. 477
Capſa varie menſuratur. 95
Carmion. 296
Caro mortui quam comedit canis, triduum durat in ſtomacho ipſius. 454
Cartobus quænam ſit menſura. 363
Caſſida. 65
Catena Arithmeticorum. 75
Catena ſitonum immunda eſt. 66
Cedri conjectio in vaccam ruſam formulam quandam requirebat. 278
Cedri menſura in leproſis purificandis. 265
Cervical bajulorum calcatione polluitur. 140
Chali Cophri. 428
Chirotheca eorum qui *ſpicas* colligunt. 127
Chirothecæ quænam immundæ ſint. 84
Chirothecarum tria genera. 120
Cibi humani omnes requirunt intentionem edendi. 499
Cibi omnes conjunguntur ad inficiendum corpus in dimidio Peras. 387
Cibus decimæ a loto diurno contactus. 477
Cibus ſecundi gradus immunditiei ſi mixtus ſit cum cibo tertii gradus, tum naſcitur inde ſecundus. 317
Cicer nigrum. 470
Cingulum Askeloniticum. 115
Cinis combuſtionis. 150
Cinis ſacrificii pro peccato ſi adjectus ſit aquis ad conſecrationem ineptis &c. 300
Civitatis maxima ex parte e gentilibus, vel ex Iſraëlitis conſtantis *diverſum* jus. 432
Cithara ventriculoſa. 81

Cha-

Claves quando polluantur. 77
Clavi ratione pollutionis conſiderati. 88
Clivus parabatur a monte Templi uſque ad montem Miſcha ut vacca ruſa in ipſo incederet. 276
Clypeorum tria ſunt genera. 116
Clypeus Arabicus. *ibid.*
Cochlear quando polluatur. 71
Cochlearis plenitudo de putredine polluit in tentorio. 150
Cœnaculi conditio ratione lepræ. 260
Cœnaculi immundities. 168
Collare. 478
Collare immundum eſt. 66
Colus qui inglutivit verticillum. 54
Conſecrationes aliquot reprobæ recenſentur. 289
Conſecrationis formulæ. 290
Cornu cujus figura rotunda ſit. 64
Cortices quomodo polluuntur & polluunt. 496
Cos an munda ſit necne. 95
Coſtus quid ſit. 501
Craticulæ quænam immundæ ſint. 14
Crines cordis. 382
Cubile polluit hominem ſeptem modis. 485
Cubile quinque modis polluitur ſeminifluo. *ibid.*
Cubitorum varia menſura. 90
Cucullus ratione pollutionis. 137
Cucuma quomodo polluatur. 33
Cucurbita adhiberi poteſt in vas pro ſacrificio pro peccato. 283
Cultri quinam polluti ſint. 70
Cuſtos fructuum quid ſit. 492
Cuthæi quibus in rebus fide digni ſint. 415
Cuthæorum filiæ ab incunabulis habendæ ſunt pro ſeminifluis. 399

D.

Denarius ratione pollutionis conſideratus. 96
Deſtitutus expiatione. 19
Diffuſio lepræ & pilus albus quomodo differant. 224
Dividentia & non dividentia inter corpus & aquam, enumerantur. 383
Dividentia inter vaſa & aquam, enumerantur. 384
Dolia Ludia. 26. Bethlehemitica. *ibid.*
Dolia quomodo polluantur. 473
Doliorum ruptorum conditiones. 31
Domicilia circularia vel triangularia, vel in navi, vel in malo, vel ſuper quatuor lignis ſtructa non polluuntur. 255
Domicilia omnia polluuntur lepra, gentilium domiciliis exceptis. *ibid.*
Domum fiſſam non ingreditur immundities, ſed egreditur ex ipſa. 184
Domus cujus unum latus tectum eſt marmore, alterum petra, tertium lateribus, & quartum pulvere, munda eſt. 256
Domus decem enumerantur, quarum lepra ſi ſe contraxerit in ſeptimana prima, & deinceps abierit, decorticari debent. 258
Domus expanſionis quomodo purificetur. 209
Domus fermenti. 48
Domus lepra polluitur tribus ſeptimanis, & tribus ſignis. 223
Domus leproſa polluit quicquid ipſam intraverit. 262
Domus quæ domum leproſam contegit, munda eſt. *ibid.*
Domus quæ non conſtat lapidibus, nec pulvere, munda eſt a lepra. 256
Domus quomodo a lepra luſtretur. 257
Occluditur a ſacerdote extra eam ſtante. *ibid. & ſeq.*
Domus quot lapidibus conſtare debeat. 256
Domuum expanſionis tria ſunt genera. 208
Dubia immunditiei quæ Sapientes munda pronunciarunt. 330
Dubia immunditiei quæ multiplicari poſſunt. 338
Dubia lepræ immunda ſunt ex quo homo immunditiei alligatus eſt. 230
Dubia lepræ munda ſunt in principio. 230
Dubia plagarum munda ſunt duobus exceptis. 228
Dubia quatuor a R. Joſua immunda pronunciata. 337
Dubium loci privati eſt immundum. 338
Dubium manuum quod pollui & polluere poteſt, & purificari, id mundum eſt. 331
Dubium Nazyræorum. *ibid.* 332
Duo pili in vacca ruſa & lepra cujus ſint ſigni. 412
Dubium plagarum. *ibid.* 332
Dubium potuum de polluendo immundo quomodo ſe habeat. 330
Dubium primogenitorum. 332
Dubium profanorum eſt puritas Phariſaica. 332
Dubium quod mundum eſt pro oblatione prima, etiam mundum eſt pro ſacrificio pro peccato. 304
Dubium reptilium. 332

E.

Efflorescentia ſigna papulæ pro mundis habenda ſunt. 238
Ephippium quid polluat. 17
Equitationis & ſeſſionis differentia ratione pollutionis. 115
Eunuchus gonorrhœa polluitur. 453
Exhedra quid ſit. 164
Expiatione deſtitutus. 19
Ezra ſecundam vaccam paravit. 276

F.

Faba Cilicia. 231
Faba fracta Cilicia. 90
Fabæ locus trium lentium. 231
Feneſtra in caſu pollutionis. 160 & 161
Filia decem dierum fluxu pollui poteſt. 404
Filia triennis & unius diei deſpondeni poteſt concubitu, & maritum ſuum polluere. Si ipſa ſacerdoti nupſerit, tum de oblatione prima comedere poteſt. 40
Filiæ Iſraëliticæ coitum inire ſolent per duos teſtes. 392
Filiæ undecim annorum & diei unius vota examinanda ſunt. 406
Filius contumax. 411
Filius novem annorum & diei unius ſi cum fratria ſua rem habuerit, tum cognominavit ipſam, ſed ipſam repudiare nequit antequam adoleverit. Is quoque menſtruo pollui poteſt, & pecora ab altari reprobare. 406
Filii duodecim annorum & diei unius vota examinanda ſunt; filii tredecim annorum & unius diei vota ſunt confirmata. 406
Filius viginti annorum qui ad pudenda nondum duos pilos accepit, probet ſe viginti annos natum eſſe, & tum eunuchus dicitur. 407
Fluxu ſeminis omnes polluuntur homines. 453
Fluxus ſeminis varia ſunt tempora. 450
Focus ratione pollutionis conſideratus. 44
Fœmina gentilis quæ guttam ſeminis ab Iſraëlita emiſſi ejecerit, immunda eſt. 381
Fœminæ in virginitate ſua ſimiles ſunt vitibus. 422
Fœmina Iſraëlitæ quæ guttam ſeminis a gentili injecti emiſerit, munda eſt. 381
Fœmina quæ undecimo die vidit fluxum, ſe abluit, & cum marito rem habuit. 426
Fœmina ſi dum opus naturæ faceret, ſanguinem viderit, munda eſt. 418
Fœmina ſi obierit, & quartarius ſanguinis exierit ex ipſa, tum ipſa polluit ratione maculæ & in tentorio. 424
Fœmina ſuper ſanguine puritatis ſedens, aſſimilatur ei quæ aquas evacuat pro Paſchate, & ei qui mortuo pollutus eſt. 425. Attamen ipſa comedere poteſt de decimis, placentam ſcindere, & illius vas admovere. 424
Fœminæ vero tres ſi unum induſium induerint, vel uni ſellæ inſederint, & in ipſa ſanguis inventus ſit, tum omnes pollutæ ſunt. 418. Porro de tribus quæ in uno lecto dormiverint. *ibid.*
Fœminis omnibus ſufficit hora ſua. 389. *& ſeq.*
Fœtus ſi per latera ventris prodierit, dies puritatis non enumerantur. 403
Fons ſi ſuper lapidem perforatum ductus ſit, aquæ illius reprobæ ſunt. 368
Fontis aquæ in torcular ductæ vel in foveas, reprobæ ſunt pro ſeminifluis, & leproſis purificandis. 288
Foramina ſpeluncæ ad immerſionem inepta ſunt. 371
Fornaces e cœmento & vitro factæ ſunt mundæ. 50
Fornacis principium & finis quid ſit. 36. Ejuſdem additamentum. 38
Fornacis varia conditio ratione pollutionis. 160
Fornacis purificatio qui fiat. 39
Fornax Bendinai. 40
Fornax lapidea & metallina ratione pollutionis. 41
Fornax vetus in nova poſita. 60
Fovea ſpeluncæ ad immerſionem inepta eſt. 371

Fratria quæ inferius prius ſignum accepit quam ſuperius, diſcalceare debet, vel leviro nubere. 408
Fructuum anni primi qui ſe multiplicarunt ultra fructus anni ſecundi, & ſic porro, conditio expenditur. 434
Fructuum in urbe inventorum jus conſiderandum eſt ſecundum civium conditionem. 433
Furnulus Nazyræorum. 42
Furni principium & finis ratione ſtructionis quid ſit. 36
Fuſcina quænam munda ſit. 72

G.

GAdjavan uſque ad Siloa. 452
Gadvad. 237
Gallinaceus qui reptile inglutivit. 48
Galilæorum lenticula. 26
Gentilis ſi obierit, mundus eſt. 424
Gentilis ſi viderit ſemen, & poſtea proſelytus factus ſit, ſtatim polluitur fluxu. 454
Gentium habitacula munda ſunt. 210. At vero de iis inquirendum eſt. *ibid.*
Gladius quando immunditiem recipiat. 76
Glomeris menſura ratione pollutionis. 253
Glomus ſtaminis. 87
Gravida quæ ſit. 390

H.

HAbitacula gentium munda ſunt. 210
Harpagones Aſcalonii. 73
Harpagones Aſcalonitici. 478
Hircum qui dimiſerit, polluit veſtes. 294
Homo mortuus quando polluat. 148
Homo polluitur ſeminifluo. *ibid.*
Homo fieri poteſt tentorium in caſu pollutionis. 163
Hordeum & ſpelta quomodo polluantur. 471
Hoſtorium eſt mundum. 94
Hyſſopi conjectio in vaccam rufam requirebat formulam aliquam. 278
Hyſſopi menſura in leproſis purificandis. 265. Ejuſdemque natura. *ibid.*
Hyſſopi varia genera recenſentur quæ ad cinerem vaccæ rufæ inepta ſunt. 307
Hyſſopus Græca, Romana, ſylveſtris & fucata rejicitur. 265

I.

JArmon. 296
Jeruſolyma non polluitur lepra. 256
Jeruſolymæ atria conſtructa erant ſuper petra, & ſub eis erat concavum aliquod ob ſepulchri abyſſum &c. 274
Immundities impulſionis. 460
Immundities penetrat & aſcendit, penetrat & deſcendit. 166
Immunditiei proles non polluit vaſa. 204
Immundities ſeptem dierum. 146
Immundities variat reſpectu rerum creatarum. 93
Immundities veſpertina. 146
Impuritates decem ex homine provenientes. 19
Impuritates omnes conſiderandæ ſunt eo in ſtatu in quo ſunt dum deprehenduntur. 325
Impuritates ſi quis ſparſerit ex uno loco in alterum. 327
Impuritatis varii gradus recenſentur. 321. & *ſeq.*
Inflammatio plagæ quæ ſit. 234
Infundibula ratione pollutionis ipſorum. 27
Inſtrumenta lignea quando immunditiem recipiant. 82
Inſtrumenta limatoria ſunt munda. 94
Inſtrumenta omnia habent exterius & interius quid. 122
Inſtrumenta munda enumerantur. 94
Jordan. 296
Judicandi poteſtas excludit poteſtatem teſtandi, at non contra. 409
Judicia capitalia qui judicare poteſt, is quoque pecuniaria judicare poteſt. 409
Juſcula quem gradum impuritatis admittant. 323
Juſcula quomodo polluantur. 472
Juſtorum hæreditates. 504
Juvenci biennes & triennes. 270
Juvencum & juvencos qui dimiſerit, polluit veſtes. 294

L.

LAc e mammis mulieris ſtillans, an polluat. 51
Lac fœminæ polluit ipſa volente & nolente; ſed lac pecudis tantum polluit ſi conſulto mulſum ſit. 448
Lagena ſacrificii pro peccato quomodo polluatur. 301. & *ſeq.*
Lagena quæ lota diurna eſt. 478
Lampas immunda eſt. 30
Lanugo infantium, & cucumerum. 383
Lapis angularis quomodo ſe habeat ratione lepræ. 256
Lapis perforatus ineptus eſt ad impletionem aquæ, ad conſecrationem, & ad ſparſionem. 368
Laſerpitium. 501
Laſerpitium & illius radix. 469
Laterna receptaculo inſtructa ratione impuritatis. 27
Lavacra gentium extra terram Iſraëlis proba ſunt pro iis lavandis qui ſemen emiſerint, & pro menſtruis. 379
Lavacra ſex granas in ſe continent. 356
Lavacri in urbe in qua Iſraëlitæ & gentiles degunt, diverſa conſideratio. 431
Lavacro adhærentia ſunt ſimilia lavacro. 371
Lavacrorum mixtura quomodo fiat. 373
Lavacrorum purificatio quomodo fiat. 374
Lavandus ex inſtituto Sapientum polluit ſacra, & oblationem primam reddit reprobam. 306
Lavandus ſi quis ſit ex Lege, is polluit ſacra, profana, oblationem primam, & decimas, atque ei non licet templum intrare. 305. & *ſeq.*
Lectus calcatione ſeminiflui pollutus. 97
Lecti inſtrumenta quædam quomodo polluantur. 100
Lectorum tria genera. 118
Lenticula Galilæorum. 26
Lentis locus eſt quatuor palmorum. 231
Lepra non minor eſt quam fabæ copia. 217
Lepra non quovis tempore luſtratur. 216. & 219
Lepra omnes pollui poſſunt exceptis peregrinis. 221
Lepra quænam in graviorem partem declarari debeat. 218
Lepra quando in leviorem partem declaranda. 217
Lepræ declaratio ab ore ſacerdotis dependet. 221
Lepræ duæ non ſimul luſtrandæ ſunt. 221
Lepræ luſtratio quomodo fiat. 220. Nemo ſuas plagas ipſe poteſt luſtrare. *ibid.* Nec ſacerdos luſcus. *ibid.*
Lepræ quatuor ſpecies inter ſe miſcentur. 214
Lepræ ligna non deſtruenda ab eo qui lepra affectus eſt. 236
Lepræ ſpecies ſedecim, vel triginta ſex, vel ſeptuaginta duæ juxta quoſdam numerantur. 216
Lepram ſi quis ſacerdoti oſtendat, aliquando lucratur, aliquando autem perdit. 242
Leproſi purificatio quomodo perficiatur. 263. & *ſeq.*
Leproſus eſt pater immunditiei. 15. & 18
Leproſus pauper ſi obtulerit ſacrificium divitis, ſatisfecit, at ſi dives ſacrificium pauperis obtulerit, non ſatisfecit. 267
Leproſus qui obierit, polluit dum defertur. 427
Leproſus ſi dives factus ſit poſt oblatum ſacrificium, vel contra, tum omnia dependent a ſacrificio pro reatu. 267
Leproſus ſi domum intraverit, tum omnia vaſa illic exiſtentia polluta ſunt, uſque ad tigna. 262
Leproſus ſi intraverit cœtum, tum pro ipſo aliquod interſtitium faciunt decem palmos altum, & quatuor cubitos ſaltem, tum is ultimus egrediatur. 262
Leproſus totus albus accedens, quis ſit. 241. & *ſeq.*
Levitarum tabulæ. 96
Libri omnes polluunt manus, libro Ezræ excepto. 81
Librorum Sacrorum diverſi gradus ratione ſanctitatis. 387
Ligatio horaria. 128
Lignum ſub tribus nominibus polluit. 150
Ligo quando polluatur. 71
Linteorum tria genera. 120
Liquor loti diurni ſimilis eſt liquoribus quos tetigit, neuter vero polluit. 471
Liquores immundi polluunt volente & nolente proprietario. 427
Liquores non polluentes, nec ad pollutionem diſponentes. 448
Liquores polluentes & ad pollutionem diſponentes. 447
Liquores ſeptem enumerantur. 446
Liquores ſi ab initio volente domino

cibis adjecti ſint, tum ii diſponunt ad immunditiem. 427
Loca occulta & rugoſa corporis humani non lavanda ſunt. 381
Locorum publicorum & privatorum diſtinctio ratione impuritatis. 339
Locus privatus ſi publicus factus eſt, & contra, tum illius dubium eſt immundum. 336
Lotio manuum a quibus perfici queat. 282
Lotio manuum & earum immerſio quomodo differat. 480
Ludia dolia. 26
Luminaris menſura. 91
Lupatum freni immundum eſt. 63

M.

MActatio & unguefectio purificant diſcerpta. 213
Mactra murariorum. 105
Mactra patrisfamilias. 78
Mactra coriariorum & piſtorum. *ibid.*
Mactra pedeſtris. 587
Mactra quæ lota diurna eſt. 477
Mactrarum tria ſunt genera. 117
Macula in induſio inventa polluit præpoſtere. 415
Macula ſi in aliqua parte corporis inventa ſit, vel in veſte, an ea polluat necne. 416
Maculæ venientes a Racam, mundæ ſunt, ut & eæ quæ a gentilibus venerint, *ibid.* Ita etiam maculæ ſanguinis in loco publico inventæ. 415
Maculam ſi quæ fœmina viderit, vitiata eſt. 413
Malogranata Bedania. 88
Malogranatorum menſura ratione pollutionis. 88
Malus mos. 426
Mantilium tria genera. 120
Manumiſſi & non manumiſſi polluuntur gonorrhœa. 453
Manus dicuntur fructuum petioli. 475
Manus in domum leproſam immiſſæ accipiunt principium immunditiei. 485
Manus mulieris quæ ſæpius de ſtatu immunditiei inquirit, laudanda eſt, viri autem abſcindenda. 392
Manus quouſque purificandæ ſint. 483
Manus una polluit alteram. 485
Manuum gravior conditio eſt quam loti diurni, & contra. 471
Manuum lotio & earum immerſio quomodo differant. 488
Marc cribri. 80. Et ventilabri. 83
Maria omnia ſimilia ſunt lavacris. 370
Maria omnia ſunt inſtar lavacri. 295
Marſupia conſiderantur ratione pollutionis. 126
Maſſæ farinaceæ ſibi invicem adhærentes, omnes accipiunt principium impuritatis, ſi alterutra polluta ſit reptili. 317
Mel Zappim & Zappachat. 443
Membra humana ſunt quadraginta octo. 149
Membra pendula non polluuntur plaga lepræ. 233
Membra viginti quatuor ſunt in homine quæ vitalitate lepræ non polluuntur. 233
Membrum animantis vivi ſi quis comederit, quadraginta luat plagas. 213
Membrum quod unguem habet, id etiam os habet. 408
Menſa duplicata. 82. Vel alimenti. *ib.*
Menſtrua difficulter pariens. 401
Menſtrua polluit dum effertur. 424
Menſtrua quomodo polluat. 17
Menſtrua ſi conſederit cum munda in lecto, quæritur an polluat. 457
Menſtrua ſi viſitaverit ſe, die ſeptimo mane, & ſe invenerit mundam. 423
Menſtruæ purificationem non impediunt numuli ipſius ori impoſiti, ſed pili. 381
Menſtruam ſi quis agnoverit, ſimilis eſt mortuo. 467
Mezuzæ receptaculum eſt mundum. 94. Et baculus ipſius. *ibid.*
Mideba. 376
Moabitica regio an ad decimas teneatur. 488
Mobilia omnia adducunt immunditiem in craſſitie ſtimuli. 201
Mola quid ſit. 397
Monilia quomodo polluantur. 65
Mons Miſcha. 276
Mons Templi quam ſanctus ſit. 21
Mortarium Medum. 115
Mortuo polluti quinam ſint. 146. & *ſeq.*
Mortuo pollutus eſt pater immunditiei. 15
Mortuo pollutus quomodo uvas & olivas polluat. 324
Mortuus maximam habet polluendi vim. 18
Moſes primam vaccam paravit. 276
Muliebria ornamenta omnia ſunt immunda. 65
Mulier cum groſſulo, fico maturo, & matureſcenti comparatur. 407
Mulier lota diurna depſere poteſt maſſam, & placentam abſcindere. 477
Mulier ſi manibus mundis verterit ollam, polluta eſt. 444. At ſi manus ipſius immundæ ſint, & illa tetigerit ollam, tum munda eſt. *ibid.* Si manus ipſius ſudaverint, tum olla immunda eſt. *ibid.*
Mulieris difficulter parientis, & ex una domo in alteram eductæ pollutio conſideratur. 170
Mulieres mundæ exiſtimandæ ſunt pro maritis ſuis. 393
Multitudo numeri & ſtructuræ quid ſit. 150
Muria omnis verſatur in exiſtimatione puritatis. 445

N.

NAblia quænam immunda ſint vel munda. 81
Navis Alexandrina. 78
Navis magna quæ ſit. 457
Nazyræorum furnulus. 42
Nejarina dolia. 28
Nigella. 501
Nodi pauperis quinam. 386
Nodi induſiorum. *ibid.*
Nuclei polluunt & polluuntur. 495
Nutrix quæ ſit. 390

O.

OBlatio prima ob ſex dubia eſt comburenda. 328
Oblationem primam quinam reprobent, enumerantur. 467
Oblationis primæ juſcula polluuntur loto diurno. 472
Obſervans de die in diem. 450
Obturatio quibus fiat rebus. 58
Oleum admittit primum immunditiei gradum. 324
Oliva Ægyptia. 89
Oliva Eguri. *ibid.*
Olivæ cum foliis ſuis conditæ ſunt mundæ. 495
Olivæ quando immunditiem contrahant. 347
Ollæ Arabum. 40
Operculi diſrupti menſura. 55
Operculum figuli ratione pollutionis. 27. & *ſeq.*
Operimenta varia conſiderantur ratione immunditiei. 84
Opifices vocantur diſcipuli Sapientum. 384
Os in copia grani hordeacei polluit tactu & onere. 151
Ova aſſata & elixata. 497
Ova omnia verſantur in exiſtimatione puritatis, exceptis eorum qui vendunt potus. 445

P.

PAlatha oblationis primæ ſi in aquas ſacrificii pro peccato inciderit, tum aquæ pollutæ ſunt, & qui ipſam comederit, is morte dignus eſt. 305
Pamias. 296
Panes ſacri in quorum foveis ſunt aquæ conſecratæ, omnes ſunt polluti, ſi alter pollutus ſit. 318
Panis ſpongioſus. 498
Papula fortis ut nix. 213. Vel ut calx palatii. *ibid.*
Papula magna quæ ſit. 242
Papula non differt a reliquis quatuor lepræ ſpeciebus. 226
Papula quæ vitalitatem & diffuſionem habet, ex qua vitalitas tandem abiit. 226
Papulæ aliquot ſpecies, 219
Papulæ corpus continet fabæ Ciliciæ copiam. 231
Papulæ mundæ enumerantur. 235
Papulæ olivæ copiam habentis diverſæ conditiones. 226
Papulæ ſpecies ſi mutata ſit, aliquando allevandum, aliquando aggravandum. 235
Parabola de muliere. 394
Paries domui inſerviens conſideratur ratione utriuſque dimidii. 165. Ejuſdem conſideratio inter duas domus. 165
Parietis immundities quouſque extendenda ſit. 167
Paropſis Babylonica. 82
Parvula quæ duos ad pudenda pilos habet, diſcalceare, leviro nubere, & omnia præcepta obſervare tenetur. 411
Parvula quæ nondum tempus videndi men-

menſtruum attigit, ſi nupſerit, conceditur ei aliquod tempus donec ſanata fuerit. 422
Parvula unius diei pollui poteſt menſtruo. 404
Parvulus ſi duos ad pudenda pilos acceperit, tenetur ad omnia præcepta Legis. 411
Parvulus unius diei fluxu, & lepra pollui poteſt. *ibid.* Et prœterea quoque officio leviri fungi debet, & ab ipſo liberare &c. 404. Et ut perfectus ſponſus conſiderari debet. *ibid.*
Paſchatis ſacrificium ex agno octo dies nato offerri poteſt. 270
Patrem immunditiei in Lege memoratum ſi quis tetigerit, polluit unum, & reprobat unum. 466
Patres immunditiei octo ſunt. 15
Pecora mortua quando polluunt. 148
Pectines quando polluti ſint. 73
Pelles quænam calcatione pollutæ ſint. 128. *& ſeq.*
Pelles marinæ non polluuntur. 249. Nec pelles coloratæ polluuntur. 250
Pellis carnis lepra pollui poteſt in duabus ſeptimanis. 222
Pellis ſub tribus nominibus polluit. 130. *& ſeq.*
Periſcelides mundæ ſunt. 65
Perarum tria genera. 119
Petioli fructuum. 494
Phariſæorum & Sadducæorum querelæ. 491
Phariſaica puritas. 332
Phylacteriorum cellulæ diſſolutæ quomodo polluantur. 99
Phylacteria quomodo lavari debeant. 385
Phylacteriorum lora polluunt manus. 486
Pila luſoria ratione pollutionis. 115
Pili albi & nigri cujuſnam ſigni ſint in porrigine. 248
Pilus albus immunditiei ſignum eſt. 226
Pilus aureus in lepra polluit, ſive is ſit collectus, ſive diſperſus, ſive medius, ſive non medius. 245
Pilus aureus ſi præceſſerit porrigini, mundus eſt. 246
Pilus depoſitus in plagis lepræ quiſnam ſit. 230
Piſces omnes verſantur in exiſtimatione puritatis. 445
Piſces quæ ſquamas habent, ii quoque pinnas habent, at non contra. 411
Piſces quando immunditiem recipiant. 502
Piſcinarum duarum, quarum una munda, altera immunda eſt, conſideratio. 430
Placentæ & lagana quomodo polluantur loto diurno. 469
Placentæ mellitæ ex quo polluantur. 503
Plaga porriginis. 231
Plagarum ſpecies duæ quæ continent quatuor. 213
Plauſtri inſtrumenta quænam polluantur. 76
Plauſtrorum tria genera. 117
Podium adducit immunditiem quantulumcunque ſit. 194
Podiorum varia genera. *ibid.*
Pollutio calcationis aliquando eadem eſt cum ea quæ mortui pollutione contrahitur. 409
Pollutum patre immunditiei, & prole immunditiei ſi quis comederit, fit conjunctio utriuſque. 317
Polypus oculi. 382
Porrigines polluuntur duabus ſeptimanis & duobus ſignis. 244
Porrigines polluuntur ſeptimanis duabus. 222
Porriginis abraſio quando fiat. 246. Duæ porrigines vicinæ, vel una intra alteram. *ibid.*
Porrigo quæ ſit. 234
Porrum Gevang. 88
Porticus eſt locus privatus. 339
Porticus nihil immundi continet ratione gentilis. 211
Potus omnes conjunguntur ad inficiendum corpus in quartario. 387
Prælum fabri lignarii. 85
Prælum fabri lignarii. 111
Prælum quomodo vaſis polluatur. 351
Preces ante & poſt uſum rei fundendæ. 411
Primus & ſecundus gradus in oblatione prima immundi ſunt, & polluunt, tertius vero inficit, & quartus comeditur cum juſculo. 321
Primus immunditiei gradus in profanis pollutus eſt, & polluit, ſecundus vero reprobat, & tertius comedi poteſt cum juſculo mixto. 321
Primus, ſecundus, & tertius in ſacris polluti ſunt & polluunt, quintus comeditur cum juſculo. 322
Proclamatio rerum inventarum conſiderari debet ſecundum civium conditionem. 433
Promiſſa & vota offerri poſſunt ex pecoribus octo dies natis. 270
Promptuarium in aëre ſuſpenſum quomodo ſe habeat ratione pollutionis. 158
Propulſorium apum. 85
Proſelyti pollui poſſunt gonorrhœa. 453
Puga. 296
Pulvillus & pulvinar quando polluantur. 83
Pugillus Ben Betiæ. 90
Pulvinaria & pulvilli quomodo lavari debeant. 385

Q.

Quadraginta aquæ Sata pro lavacro ſufficiunt. 363
Quartarius lamentatricis. 85
Quartarius ratione pollutionis conſideratur. 123
Quicquid fert & fertur ſuper feminiflui cubili, id mundum eſt. 436. Sic etiam quicquid fert & fertur ſuper cadavere, & ſuper mortuo. 463
Quicquid papula pollui poteſt, id impedit germen ipſius, quicquid vero ipſa pollui nequit, id nec impedit. 239

R.

Recalvatio duabus ſeptimanis & duobus ſignis polluitur. 223
Recalvatio quid ſit, definitur. 249
Remotionis fructuum & anni ſeptimi eadem eſt obligatio. 410
Reptile in fornace inventum. 48
Reptile in induſio inventum polluit præpoſtere. 414
Rerum inventarum pollutio. 344
Res decimationi obnoxiæ immunditie cibi poſſunt pollui, at non contra. 410
Reticulati operis tria genera. 120

S.

Sacculus jumenti. 84
Saccus pauperis. 85
Saccus ſub quatuor nominibus polluit. 130
Sacerdos vaccam combuſturus ſeptem dies ante combuſtionem ſeparabatur a domo ipſius ad conclave in palatio, & per totum ſeptiduum ſuper ipſo ſanguis ſpargebatur. 277
Sacerdos uno oculo cœcus vel luſcus non luſtrat lepræ plagas. 220
Sacrificia ſub alieno titulo mactata, ſunt recta. 488
Sacrificium pro peccato cœtus, ejuſdem holocauſtum, ſacrificium pro peccato hominis privati, & Nazyræi, atque leproſi, legitima ſunt, ſi oblata ſint e pecoribus triginta dies natis. 270
Sacrificium pro peccato non liberatur ope fili conjunctorii. 304
Sadducæorum & Phariſæorum querelæ. 490
Sadducæorum filiæ, ſi illæ patrum ſuorum veſtigia premant, tum eædem ut Cuthæorum filiæ habendæ ſunt. 400
Sagum non adducit immunditiem. 197
Sanctitates decem terræ Iſraëliticæ. 21
Sanctum ſanctorum quam ſanctitatem habeat. 23
Sandalia induere non licet ei qui aquas ſacrificii pro peccato conſecravit. 293
Sandalium Amacæum. 125
Sandalium eſt genus abortus. 397
Sandalium Ladicæum. 126
Sanguinis generationes enumerantur. 447
Sanguinis ſparſio in vacca rufa quomodo reproba fiat. 280
Sanguinis ſpecies quinque in muliere ſunt mundæ. 394
Sanguinis variæ ſpecies. 396
Sanguis conculcationis. 456
Sanguis fœminæ peregrinæ. 400
Sanguis menſtruus & caro mortui polluunt dum humidi ſunt & ſicci. 413
Sanguis puerperæ lotæ. 400
Sanguis puritatis leproſi. *ibid.*
Sanguis quietis & difficultatis quis ſit. 402
Sanguis uxoris ſi ſuper veſte mariti inventus ſit, ambo polluti ſunt, & ſacrificium debent. 392
Scala Tyria & Ægyptia. 457
Scalpellum venæſectionis. 68
Scorpio torcularis. 67
Scorteum quando polluatur. 83
Scriptura Hebraica non polluit manus. 490

Secu-

Securis quando polluatur. 71
Sela Neronis. 91
Sela ratione pollutionis conſiderata. 69
Semen concubitus eſt pater immunditiei. 15
Semen emiſſum ſi quis viderit, non polluit gonorrhœa de tempore in tempus. 454
Semen emiſſum ſi quis viderit, ſimilis eſt ei qui reptile tetigit. 467
Seminiflua magna & parva. 402
Seminiflua mortuo polluit dum effertur. 424
Seminiflua mortua polluit dum effertur. ibid.
Seminiflua ſuperior eſt ſeminifluo. 18
Seminiflui pollutio ratione tactus & motus. 461
Seminifluus & ſeminiflua qui ſe die primo viſitarunt. 423
Seminifluus & ſeminiflua quomodo uvas & olivas polluant. 324
Seminifluus perfectus. 450
Seminifluus quid polluat. 17
Seminifluus quinque modis polluit cubile. 455
Seminifluus ſeptem modis viſitari debet antequam fluxui alligatus ſit. 453
Seminifluus ſi extenderit ſe ſuper quinque fellis, vel totidem crumenis, vel ſuper ſex ſedilibus, quæritur an polluat. 459
Seminifluus ſi cum mundis conſederit, quæritur an polluat. 457
Seniores Iſraëlis vaccam rufam comitabantur, uſque ad montem Miſcha. 277
Sepulchra exaranti incumbit ut faciat domum expanſionis. 204
Sepulchri operculum & latus tactu polluunt & in tentorio. 152
Sepulchrum abyſſi. 274
Signa menſtrui recenſentur. 421
Solium ſponſæ an pollutum ſit. 112. Sic etiam de ſolio in mactra poſito quæritur. ibid.
Sparſio cineris vaccæ rufæ quænam bona ſit, vel mala. 308
Specula ſunt munda. 144
Speculum quando polluatur. 77
Sponſo lepra affecto ſeptem dies conceduntur. 221
Sportulæ quænam mundæ ſint. 84
Sputa duo quorum unum mundum, alterum vero immundum eſt, ſi commixta ſint. 329
Sputum inſipidum quid ſit. 420
Sputum tenue & craſſum polluit dum humidum eſt. 413
Stamen & ſubtegmen ſtatim lepra polluuntur. 253
Stimulus habet exteriora & interiora. 122
Storea quando purificatur. 109
Storearum tria genera. 119
Stylus ſcriptorius. 86
Stylus ſcriptorius quomodo polluatur. 70
Sudor domus, putei, foveæ, ſpeluncæ, & ſudor hominis mundus eſt. 430
Sudor lavacri immundi eſt immundus. ibid.
Suſpenſoria omnia immunda ſunt. 80

T.

Tabulæ Levitarum. 96
Tabulæ reticulatæ. 304
Tactu & onere quænam polluant. 151
Targum in Danielem & Ezram polluere poteſt manus. 490. Sed Targum Hebraicum non polluit manus. ibid.
Templum quam ſanctum ſit. 23
Tentorii pollutio a quibus rebus perficiatur. 149
Tentoriorum declivitates ſunt ſimiles ipſis tentoriis. 168
Terra gentium quomodo polluat. 152
Terra Iſraëlis munda eſt, & ipſius lavacra. 379
Terra Iſraëlis reliquis terris omnibus ſanctior eſt. 21
Teſta in fornace inventa an munda ſit. 28
Teſta varie conſideratur ratione pollutionis. 34
Teſtaceum vas quod tres margines habet. 35
Teſtes in coitu pro fœmina quinam ſint. 390
Theca libri. 85. Theca nabliorum, & cithararum. ibid. & ſeq.
Tiberienſis aqua. 243
Tibgnon. 428
Titarus vas. 28
Tonſuræ in lege memoratæ, ſunt tres. 295
Tripodum conditio ratione pollutionis. 43
Tympana quomodo polluantur. 81
Typus calcei. 115
Typus phylacteriorum. 85

U.

Ulam & inter altare quam ſanctus ſit locus. 23
Ulcus & aduſtio lepra polluuntur in ſeptimana una. 222
Ulcus & vitalitas non conflantur. 243
Ulcus lepræ quid ſit. 234
Ulcus quid ſit. 243
Unius nominis res immunda eſt, duorum vero munda eſt. 154
Urbes muro cinctæ quam terra Iſraëlis ſanctiores ſunt. 21
Urinam ſi quis poſt coitum non reddiderit, adhuc mundus eſt, licet ſe laverit. 381
Uter foraminoſus. 105
Utres Arabici. 127
Utris menſura ratione pollutionis. 87
Utrium tria genera. 119

V.

Vacca biennis, triennis, & quadriennis. 269
Vacca ſacrificii pro peccato ſub alieno titulo mactata, & cujus ſanguis ſub alieno titulo exceptus eſt, & conſperſus, reproba eſt. 279
Vacca ſi combuſta ſit extra foveam vel in duabus foveis, reproba facta eſt. 280
Vannus & ventilabrum an munda ſint. 73
Vacca rufa funibus junceis colligabatur, & deinceps ſtrui imponebatur, capite verſus meridiem, facie vero ad occidentem verſa. 278
Vaccæ rufæ a quibus viris paratæ fuerint. 276
Vaccæ rufæ cornua & ungulæ ſi nigra ſint, excidantur. 271. Sed oculi albumen, dentes, & lingua non reprobant vaccam. ibid.
Vacca reproba facta eſt ſi quid operis cum ipſa factum ſit. 272. Pili nigri ipſam reddunt reprobam. ibid.
Vallis eſt locus privatus. 339
Vas plauſtri. 78
Vas Teni. 85
Vas teſtaceum pro ſacrificio pro peccato adducendum eſt. 282
Vas teſtaceum ſub uno nomine polluit. 130
Vas teſtaceum unum non polluit alterum. 295
Vaſa ad conſecrationem inepta recenſentur. 284
Vaſa ad lotionem manuum apta definiuntur. 481
Vaſa coriacea quando immunditiem recipiant. 83
Vaſa fieri poſſunt tentoria in caſu pollutionis, ſed non in caſu purificationis. 163
Vaſa plana ſunt munda. 23. At non eorum receptacula. ibid.
Vaſa quænam diſponant ſemina ad immunditiem. 498
Vaſa quænam liberent ab immunditie ope fili conjuncti. 56
Vaſa quomodo immergi debeant. 385
Vaſa ſacra non habent ſuperficiem, nec concavum, nec anſam. 125
Vaſa ſub canali poſita, cujuſcunque ſint generis, inficiunt lavacrum. 363
Vaſa ſub prominentia poſita, ſunt munda. 167
Vaſa vitrea quædam munda, quædam vero immunda ſunt. 143
Vaſis fragmenti conſideratio. 431
Vaſorum fuſilium planities & receptacula. 61
Vaſorum metallinorum menſura ſtatuitur. 74
Vaſorum patrisfamilias menſura ſtatuta eſt in copia malogranati. 86
Vaſorum teſtaceorum menſura ratione pollutionis definitur. 25. & 29. & 78.
Vaſorum teſtaceorum menſura ratione purificationis. 30
Velamenta Arabum. 141
Verba Legis non judicantur e verbis ſcribarum. 486
Verba ſcribarum non judicantur e verbis Legis. ibid. Neque e verbis ſcribarum. ibid.
Verruca an polluat. 32
Veſtes eorum qui vaccæ rufæ operam dederunt, polluuntur. 281
Veſtes lepra polluuntur duabus ſeptimanis & duobus ſignis. 223
Veſtes omnes polluuntur plagis lepræ, peregrinorum veſtibus exceptis. 249. Et coloratis. 250
Veſtes polluuntur ſeminifluo. 148
Veſtium gravior eſt conditio quam hominum. ibid.

Veſtis æſtiva variis ſegmentis & coloribus diſtincta. 252
Veſtis incluſæ & declaratæ differentia. 255. & 260
Veſtis quæ undique non habet trium digitorum texturam, eſt munda a lepra. 256
Veſtis ſtamen & ſubtegmen ratione lepræ variat. 250
Veſtis ſub quatuor nominibus polluit. 130. & ſeq.
Vetula quæ ſit. 391
Vinea quadrima. 269
Vindemiatio in loco expanſionis quomodo fiat. 206
Virga dactyli. 494
Virga exploratoria. 80
Virgo quænam ſit edocetur. 390
Virginis maturæ ſigna. 406
Vitalitas & diffuſio lepræ quomodo differant. 224
Vitalitas immunditiei ſignum eſt. 226
Vitalitas quid ſit. 243
Vitiati qui lavandi ſint, enumerantur. 379
Vitula annicula, vel biennis. 269
Volumen Legis quomodo convolvatur. 486. & ſeq.

F I N I S.

00120549

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019